


2. F.



CONCILIORUM

TOMUS TERTIUS.

SACROSANCTA
CONCILIA
AD REGIAM EDITIONEM
EXACTA

QUÆ NUNC QUARTA PARTE PRODIT AUCTIOR

Studio PHILIP. LABBEI, *&* GABR. COSSARTII, *Soc.* JESU *Presbyterorum.*

TOMUS TERTIUS

Ab anno CCCCXXXI. *ad annum* CCCCL.



LUTETIÆ PARISIORUM,
Impensis SOCIETATIS TYPOGRAPHICÆ Librorum Ecclesiasticorum jussu Regis constitutæ.

M. DC. LXXI.
CUM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

SYLLABVS
EORUM QUÆ TOMO III. CONCILIORUM CONTINENTUR.

*Quæ asterisco * notata sunt, non erant in prioribus aliis editionibus: quibus vero hæc nota † impressa est, eorum incertus est annus.*

SYLLABUS

APPENDIX.





Η ΕΝ ΕΦΕΣΩ ΑΓΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΤΡΙΤΗ ΣΥΝΟΔΟΣ.

SANCTVM EPHESINVM CONCILIVM TERTIVM GENERALE.

HISTORIA[a] CONCILII EPHESINI.

[a] Ex editione Romana GL. conciliorum generalium anni 1608.

SVCCESSERAT in [a] Conſtantinopolitana ſede Nectario ſanctus Ioannes Chryſoſtomus, Chryſoſtomo Arſacius Nectarii frater, Arſacio Atticus, Attico Siſinnius. Poſt cujus obitum Theodoſius junior Auguſtus, Theodoſii ſenioris nepos, & Arcadii filius, adverſis pugnantium civium ſtudiis offenſus, non ex Conſtantinopolitana, ſed ex Antiochena eccleſia adſciſcendum epiſcopum putavit, Neſtorium [b] nomine, Germaniciæ natum, dicendi quidem facultate præditum, a forenſi [c] tamen ſtrepitu alienum: qui plebeii veſtitus ruditate, inceſſus ac ſupercilii gravitate, oris pallore ac macie, cum continentiæ, pietatis, ac veteris diſciplinæ mentiretur imaginem, magno omnium conſenſu Conſtantinopolim accerſitus, IV. Idus Aprilis, Felice & Tauro coſſ. epiſcopus initiatus eſt. Duxerat ſecum Antiochia [d] Anaſtaſium preſbyterum, fidiſſimum comitem, quo admodum familiariter utebatur. Is preſbyter [e] cum aliquando verba faceret ad populum, in tantum ſcelus erupit, ut beatam Mariam θεοτόκον, hoc eſt deiparam vocandam eſſe impudentiſſime negaverit, propterea quod ab homine Deus naſci non poſſet. Excitavit impia vox magnos populi tumultus ac turbas. Neſtorius autem ſuum preſbyterum tantæ ſeditionis auctorem, diro alioquin anathemate & ultimo dignum ſupplicio, advocata concione magnifice collaudavit: utque ſacrilegia ſacrilegiis obfirmaret, ſublato deiparæ nomine, Chriſtum dominum [f] in duas diſtraxit hypoſtaſes ac perſonas; in eoque aſſeruit ſicut naturas duas, ita & filios duos, & Chriſtos duos; unum quidem Deum ex patre Deo, hominem alterum ex matre; quam idcirco non Theotocon ſed Chriſtotocon appellabat.

[a] Soc. lib. 6. c. 17. & 18. lib. 7. c. 26. & 29.

[b] Socr. l. 7. c. 20. Liber. in Breu. c. 4.

[c] Theodor. l. 3. de fabul. hæret. cap. vlt.

[d] Socr. l. 7. c. 32. & Liber. cap. 4.

[e] Socr. & Liberat. vbi ſupr.

[f] Vincent. Lirinen. cap. 17.

Sed & Dorotheus [g] quidam epiſcopus ſpe ſordidi quæſtus religionem prodidit. Nam in eccleſia coram Neſtorio ſacris operante, cum in editiorem cathedram irrupiſſet, ex ea repente omnibus

[g] Parte 1. cōcilij capitibus 10. & 22.

A qui deiparę vocem uſurparent, anathema conclamavit. Facinus [h] comprobat Neſtorius, impiumque impius ſacrorum myſteriorum communione dignatur. Attollitur [i] continuo irati populi clamor ac fremitus adverſus epiſcopum; obſtrepitur docenti; decurritur per urbem magno tumultu; ab nefarii hominis conſortio ſeceſſio fit, non modo plebis & ſenatus, ſed monachorū quoque, & eorum qui archimandritæ dicebantur, mœſtis demum vocibus [k] inclamatur per vicos, eſſe quidem in urbe regulum, epiſcopum non eſſe. Quas ob cauſas ira ac metu furere Neſtorius, rapere quos poſſet ad judicum tribunalia, clericos [l] recte ſentientes ab aris ac focis avellere; vexare fame, vinculis, calcibus [m] archimandritas. Vulgan- B tur [n] interea per orientem deſcriptę Neſtorii conciones, ſanie ac veneno diffluentes: fremunt adverſus eas orthodoxæ plebes & antiſtites, Cyrillus [o] in primis Alexandrinus epiſcopus, vir omni ſapientia & ſanctitatis exemplo clariſſimus; quem difficillimo ſane tempore Deus & apoſtolicæ fidei propugnatorem, & Neſtorii antagoniſtam acerrimum comparant. Is primum Ægypti [p] monachos per literas de Neſtorio docuit, ejuſque deteſtabilem vecordiam, prout par erat, detexit: deinde cum Neſtorianum malum magis ac magis invaleſceret, pullulantem hæreſim doctiſſime confutavit libris tribus ad Theodoſium & ad reginas, hoc eſt, Pulcheriam & Eudociam, miſſis: tametſi ſecus quam oportuit, eam rem interpretatus imperator, ſuadente Neſtorio, illum a- C cerbioribus quam decuit literis perſtrinxerit. Dedit & aliis alias eodem argumento epiſtolas Cyrillus; quæ piorum hominum ſtudio cum ad Neſtorium perlatæ fuiſſent, is graviter offenſus, ſanctiſſimi viri exiſtimationem cœpit criminationibus ac probris atrociſſimis violare. Illum contra Cyrillus crebrioribus literis ad ſaniorem mentem hortari, & quā longe ab apoſtolicis traditionibus receſſiſſet, edocere. Calcitrabat contra ſtimulum Neſtorius, & hortatorē ſuum quaſi inſolentem & indoctum frequentibus per epiſtolas conviciis impetebat. Verum nec Conſtantinopolitani imperii finibus contentus homo nequiſſimus, Romanorum

[h] Par. 1. cap. 10.

[i] Par. 1. c. 14.

[k] Par. 1. cap. 29.

[l] Par. 1. c. 14

[m] Par. 1. cap. 29.

[n] Par. 1. c. 14

[o] Proſper cōtra Collatorem, cap. 41.

[p] Par. 1. c. 2. & 14.

norum etiam aures ausus est pertentare. Misit itaque per Antiochum virum illustrem Cælestino Romano episcopo impias, quas Constantinopoli habuerat, conciones. Cyrillus quoq; suas ad Nestoriũ & Nestorii ad ipsũ ultro citroq; datas literas, per Possidoniũ Alexandrinæ ecclesiæ diaconũ eidem Cælestino misit. Qui statim coacta Romæ
q Par.1.c.26. multorum [q] episcoporum synodo, cum nefarii hominis mentem sensumque solerter inspexisset,
r Par.1.c.15 & 18. sacro approbante concilio, [r] exitialem hæresim damnat: deinde severissimas execrationes, & episcopalis abrogationem honoris denuntiat Nestorio, nisi intra decem dies consceleratam, quam invexerat, sectam publicis testificationibus ejuraret: restituitque in pristinum gradum quos ille vel ab ecclesiæ communione, vel a sacris functionibus abstraxerat. Tum per litteras primariis [s] o-
t Par.1.c.20. rientis episcopis catholicæ fidei patrocinium adversus Nestorianos furores gravissimis verbis
s Par.1.c.15. commendat, Cyrillo [t] in primis, cui suas etiam partes vicesque demandat, ut apostolicæ sedis nomine sententiam contra Nestorium (nisi intra legitimum tempus facti pœniteat) evulget, atque exequatur, pestilentemque hominem a fidelium communione depellat: qua de re Constantinopolitanum etiam populum Cælestinus [u] docuerat
u Par.1.c.19. per epistolam. Cyrillus, quo suo officio satisfaceret, plures epistolas de fidei veritate, & Nestorii causa, una cum mandatis Cælestini, ad Ioannem
x Par.1.c.21. 22. & 24. [x] Antiochenum, Iuvenalem Hierosolymitanum, & Acacium Berœensem transmisit: & ut consultius ageret, Alexandrinam [y] synodum coegit, &
y Par.1.c.26. & 27. quatuor [z] episcopos misit, qui Nestorium coram
z Act. 1. ante med. in II. parte concilii. commonefacerent, eique insignem synodi [a] epistolam deferrent, duodecim capita, qui ab anathemate adversus hæreticos anathematismi dicti
a Par.1.c.26. sunt, complectentem. Sprevit omnia Nestorius:
b Act. 1. ante med. rogantibus episcopis ne aditum [b] quidẽ præbuit:
c Par.1.c.29. anathematismos [c] anathematismis opposuit: mo-
d Par.1.c.30. nachos, qui cõsiliis ipsius obsistebãt infensius, adegit in custodias [d] ac tormenta: sed & in ceteros quacumq; potuit ferocia & crudelitate desævit.

At vero, cum Cyrillus ipsius Nestorii resipiscentiam sibi in primis ante oculos proponeret, synodum generalem necessariam esse putavit: statimque, ut dictum est, præcipuas orientis ecclesias, earumque antistites literis perurgere instititit, ut communicatis consiliis cogitarent de Nestorio vel ad meliorem frugem revocando, vel, si res ita ferat, ab ecclesiæ membris resecando juxta Cælestini decretum. is enim pontificis auctoritatem, veluti maximum hujus causæ pugionem & clypeum, inculcabat omnibus, quibus scribebat, episcopis, præsertim Iuvenali Hierosolymitano, Acacio Berœensi, & Ioanni Antiocheno, quem præ-
e Par.1.c.21. ter alios affatur his [e] verbis: Porro autem expositionibus Nestorii, ejusdemque epistolis, & iis præcipue, in quibus, quod apertam ipsius subscriptionem præ se ferrent, nullus tergiversandi locus reliquus erat, palam lectis, sacra Romana synodus disertam statim in illum sententiam tulit. Qua de re & ad tuam quoque pietatem perscripsit. Horum proinde decreto modis omnibus parendum est illis, qui a totius occidentis communione excidere noluerint. Scripserunt namque expositæ sententiæ exempla cum ad Rufum piissimũ Thessalonicæ episcopum, tum ad alios quoque nonnullos religiosissimos Macedoniæ episcopos, qui ab illius sententia non temere decedere solent. Scripserunt nihilo secius & ad Iuvenalem quoque piissimum Hierosolymorum episcopum. Iam tuæ pietatis fuerit, diligenter quid in rem futurũ sit expendere. Nos enim quæ illi judicaverunt, sequi omnino constituimus. Veremur namque, ne a tantorum virorum communione excidamus, qui non levi de causa indignantur, neque ob parvi momenti res hos motus excitaverunt, eamque sententiam tulerunt; sed propter ipsam fidem, universasque orbis terrarum ecclesias, & communem populi ædificationem.

Hæc autem tam vehemens Cyrilli exhortatio ad parendum Cælestino, non alio sane spectabat, quam ad implorandum episcoporum conventum & synodum, quæ de Nestorio cognosceret. de hac enim diserte Cælestinus [f] Ioanni scripserat f Par.1.c.20.
his verbis: Sciat nihilominus sanctitas tua, ejusmodi a nobis, vel ab ipso verius Christo domino ac Deo nostro per nos sententiam in Nestorium latam esse, videlicet quod nisi intra decem dies post acceptam admonitionis nostræ syngrapham enumerandos, sacrilegam de Christi ortu doctrinam scripta confessione damnaverit, eamque fidem in posterum se sectaturum promiserit, quam & Romanorum & Alexandrinorum & universa profitetur & servat ecclesia, certo fore, ut ab episcoporum synodo exauctoretur, proprioque exitio se læsum esse experiatur.] Ac propterea in epistola [g] quam ad ipsum concilium Ephesinum per g Action. 2. in 2. parte concilii.
Arcadium & Projectum episcopos, & Philippum presbyterum, legatos suos, Cælestinus dedit, manifesto declarat, quanta cum ejus voluntate, aut voluptate potius ad eam synodum celebrandam conventum fuerit. Non immerito igitur Firmus [h] Cæsareæ Cappadociæ, & Iuvenalis Hierosoly- h Act. 2. in fin.
morum, episcopi palam in Ephesina synodo legatis apostolicis profitentur, ipsam synodum secutam id quod præscripserat Cælestinus, ejusque auctoritate compulsam de Nestorii dogmate & abdicatione exercuisse judicium.

His expositis planum fit, orientalibus episcopis satis perspectum compertumque fuisse, jussisse Cælestinum, ut quod ipse de Nestorio decreverat, id rursus ipsi sancirent & exequerentur in synodo. Verum quoniam plurima, quæ ad synodum tam auspicandam, quam ad optatos exitus promovendam pertinebant, vix perfici poterant sine imperatoris auctoritate; quocirca moris erat his in rebus imperatoriæ majestatis implorare præsidium: ideo [i] Cyrillus Iuvenalem Hieroso- i Par.1.c.24
lymorum episcopum monet, serio cum imperatore agendum esse, ut ad Nestorianos fluctus, quibus agitabatur orbis terrarum, sedandos suam opem potestatemque conferret. Scribit & [k] Con- k Par.1.c.22
stantinopolitanis, qui cum ipso sentiebant, si Nestorius amicorum monitis non acquiescat, rem ad concilii tribunal oportere deduci. Quibus literis, & quotidianis quibus a Nestorio vexabantur injuriis, commoti Basilius diaconus & universus monachorum ordo, qui degebant Constantinopoli, enixe Theodosio [l] supplicarunt, ut ad resti- l Par.1.c.29
tuendum ecclesiarum, quas Nestorius discindebat, nexum & pacem, ad synodum episcopos convocaret. Quibus rebus adductus imperator Theodosius, ipsomet XIII. & Valentiniano III. cos. XIII. Kal. Decemb. per literas Cyrillo [m] ce- m Par. 1. c. 30. & 31.
terisque metropolitanis generale concilium, ad sequentis anni pentecosten Ephesi celebrandum, denuntiat.

Eo statim post paschales ferias convolat Nestorius, magna populi frequentia stipatus. Paulo post, cum instaret solennitas pentecostes, adfuit & Cyrillus cultu apparatu-

que [n] pontificio, quippe Cælestini jussu, & apostolicæ sedis auctoritate synodo præfuturus. Quarto post pentecosten die Iuvenalis [o] Hierosolymorum episcopus advenit cum episcopis Palæstinis. Capreolus [p] vero Carthaginensis episcopus Besulam diaconum misit, qui synodum doceret, ob Vandalicam feritatem ac barbariem, quæ tota grassabatur Africa, Africanis episcopis integrum non fuisse ut Ephesum proficiscerentur: Augustinum autem Hipponensem episcopum, priusquam imperatoris epistolam, qua vocabatur ad synodum, accepisset, e vivis excessisse: quare non esse quod antistites ulli expectarentur ex Africa. Solum itaque oppetiebantur Ioannem Antiochenum cum ejus episcopis: qui non ob intervalla locorum, sed ut Nestorio (id enim Ephesina [q] synodus scripsit Cælestino) morem gereret, plusquam hebdomadas duas ultra condictam diem moratus, tandem per duos metropolitanos suos, Apameensem & Hierapolitanum, Ephesinis patribus significavit, non esse diutius expectandum ipsum, nec synodum differendam.

Quapropter cum ea cunctatio esset episcopis, qui ducenti & [r] eo amplius jam convenerant molestissima, quod alii sumptuum premerentur inopia, alii gravibus ac periculosis morbis conflictarentur, alii interpretarentur tantam moram contumelia & contemptu synodi non carere; magna consensione decreverunt synodum auspicari, idque in æde beatæ Mariæ, decimo Kalendas [s] Iulias, Basso, & Antiocho coss. Cum jam Ephesum advenissent illustres comites [t] duo, Irenæus & Candidianus, nihil sane de fidei caussis cognituri; sed Irenæus quidem amicitiæ tantum studio Nestorium secutus, nulla publica potestate; Candidianus autem cum Theodosii mandatis, ut synodi tuendæ promovendæque solicitudinem curamque pro imperio sustineret. Itaque perlectis in concilio Augustalibus literis, quibus ad synodum episcopos invitaverat, antequam disceptationis initium fieret, Nestorium, qui scelerum conscientia perterritus in medium prodire ausus non fuerat, accersendum curarunt, ut in synodo sacrilegia, quorum postulabatur, audiret, coramque dilueret. Abnuit [u] accersitus, spretoque concilii jussu omnem disputationem, contestatamque litem in Ioannis [x] episcopi extrahebat adventum. Postera die secundo [y] ac tertio mittuntur episcopi qui illum synodi nomine convenirent: totam opperiuntur diem pro foribus, nihil præter convicia reportant: sed & a satellitibus, qui Nestorianam domum cinxerant, petulanter accepti pulsatique discedunt.

Frustra tentatis [z] omnibus, quæ insanienti Nestorio mederi potuissent, itum est ad synodicam caussæ dijudicationem. Itaque publice pronuntiantur Nicænæ fidei symbolum, & Cyrilli ad Nestorium, & Nestorii ad Cyrillum literæ: tum conciones, epistolæ, libelli ac tractatus Nestorii: quæ omnia a Nicæna fide, sanctorumque patrum sententiis, quæ tunc quamplurimæ prolatæ sunt in medium, abhorrere judicata sunt: postremo producti nonnulli viri graves, qui de Nestorii adversus Christum ac deiparam virginem blasphemiis testimonium dixere. Quibus omnibus graviter & accurate perpensis, ab episcopatu, sacerdotumque consortio Nestorius dejicitur constantissima totius

n Balsam. tit. 8. cap. 1. Niceph. lib. 14. cap. 34.
o Liberat. cap. 5.
p Act. 1. circa med. in epist. Capreoli ad synodum.
q Act. 5. aliquanto post princ.
r Act. 1. post med. & act. 5. paulo post princ.
s Vinc. Lirinens. cap. 42.
t Par. 1. cap. 24.
u Act. 1. paulo post princ.
x Socr. l. 7. c. 33.
y Act. 1. non longe a princ.
z Ibidem.

synodi [a] sententia, episcoporum omnium subscriptionibus munita: quam statim solenni pompa præcones tota urbe circumtulere; nec voce tantum, sed affixis etiam publice syngraphis promulgarunt. Quin & [b] populus, qui ab ortu solis ad vesperam synodi judicium expectaverat avide, incredibili gratulatione perfusus, collucentibus tædis ac funalibus domum deduxit episcopos, prætereuntibus thura & odores incendit, impiique hominis condemnationem acclamatione ac plausu faustissimo celebravit. Perscriptum [c] est continuo quidquid actum gestumque fuerat, imperatori: quæ synodi literæ, licet eas intercipere terra marique conaretur Candidianus comes Nestorio obsequens, perlatæ tamen sunt. Quod ubi cognovit beatus [d] Dalmatius, admirabili vir sanctitate, divinæ vocis admonitu egressus monasterium, in quo totos quadraginta octo annos ab omni hominum consuetudine semotus delituerat, longo archimandritarum monachorumque ordine inter gratulantium cantus & psalmos ad palatium contendit, ut quid in sacrosancta synodo decretum esset, ab imperatore perdisceret. Accurrerunt etiam anachoretæ cum facibus & hymnis, magnaque populi frequentia. Quibus omnibus audientibus Ephesiorum patrum literæ in S. Mocii basilica perlectæ sunt, singulari omnium voluptate, conclamante populo, anathema Nestorio.

Hanc Nestorii condemnationem apostolicæ sedis [e] legati, qui post latam sententiam advenere, cum acta synodi recognovissent diligenter, suo etiam suffragio & chirographo munierunt. At vero Ioannes Antiochenus, qui cum episcopis [f] suis, post damnatum eumdem Nestorium, ante legatorum adventum Ephesum accesserat, Candidiani [g] comitis suasu doloque deceptus, indignissime se ferre palam professus est, non habita absentis ratione, seque inconsulto damnatum Nestorium, & Cyrilli anathematismos, de quibus perperam sentiebat, omnium sententiis fuisse approbatos. Itaque velut ulturus injuriam, secessione facta, conjunctisque cum Nestorio viribus, quoddam seorsim conciliabulum, cui & œcumenicæ synodi nomen arrogabat, coegit ex [h] triginta circiter episcopis, seu potius perditissima atque infima episcoporum fæce; quippe quorum alii extorres erant ac vagi, alios gravibus de caussis ipsorum metropolitani abdicarant episcopatu; alios ob hæreses suis e finibus ejecerant Thessali; alii demum Pelagii errores sequebantur. Hac hominum colluvie fretus Ioannes, primum Theodoreti Cyrensis opera duodecim [i] Cyrilli anathematismos seu capita confutavit: Deinde Cyrillo ac Memnoni Ephesino episcopo, viris ætate ac morum integritate gravissimis, falso ipsos cum Apollinare sentire objiciens, indicta caussa episcopalem honorem ac nomen abstulit: reliquos autem, qui synodo interfuerant, injuste piorum communione privavit: statimque scripsit imperatori, Cyrillo ac Memnoni episcopalem dignitatem legitimis judicum suffragiis ademptam fuisse. Quarum rerum indignitate commoti patres Ephesinæ synodi, acceptis supplicibus [k] libellis, quos pro se Cyrillus ac Memnon obtulerant, trium episcoporum legatione Ioannem monent, ut in synodum veniat, rationem eorum quæ in Cyrillum, in Memnonem, & reliquos per summam injuriam constituerat, redditurus. Hærere Ioannes

a Act. 1. circa med.
b Ibidem.
c Ibidem.
d Ibid. paulo post.
e Act. 2. in fin.
f Evagr. li. 1. c. 5.
g Act. 1. non longe a fine.
h Act. 4. in princ. & act. 5. in epist. synodi ad Cælestin.
i Act. 1. non longe a fin. & act. 5. post med.
k Act. 4. in prin. & Liberat. ca. 6.

nes, aversari, trepidare; & militum potius co- A ronæ, quam causæ confisus, abnuit quo jubebatur, accedere. Quocirca sacrosancta synodus illum [l] cum sociis, qui pessime Cælestium ac Pelagium olebant, anathemate atque episcopatus abdicatione multat: Cyrillum, Memnonem, ac reliquos contra fas ac jus omne damnatos esse pronuntiat, Cælestinumque per literas de his omnibus certiorem facit, & Ioannis exauctorationem apostolicæ sedis reservat arbitrio. Verum Theodosius, Ioannis atque orientalium deceptus literis, Nestorium, Cyrillum, & Memnonem legitime damnatos credidit, ac Ioannem comitem ad synodum misit, qui eosdem in B [m] custodiam tradi jussit. Mirum est quantum mœroris calamitas Cyrilli & Memnonis attulerit cum Constantinopolitano clero, tum sacrosanctæ synodo: quæ continuo episcopos [n] octo legatos Constantinopolim misit, qui rerum gestarum omnium ordinem coram exponerent imperatori. Is vero auditis [o] concilii actis, ea recipit venerabundus, Cyrillum ac Memnonem liberat, exilium [p] imperat Nestorio, ac pro eo alium in Constantinopolitana sede [q] jubet suffici per episcopos, qui Constantinopolim convenerant. Qui difficilem sane ingressi deliberationem, Maximianum [r] denique creant episcopum, notissimæ pietatis virum: cujus electionem cum Cælestinus [s] a synodo & Theodosio per legatos & literas accepisset, summa lætitia compro- C bavit.

Verum quia Ioannes simultatem, quam cum Cyrillo exercuerat Ephesi, nondum abjecerat ex animo, Antiochena & Alexandrina ecclesiæ suos antistites secutæ inter se vehementer dissidebant, non sine magno piorum dolore, offensione populorum, & Nestorianorum voluptate; idque toto pene triennio post solutam synodum: latiusque manasset hoc malum, nisi imperatoris singulari vigilantia, incensoque rectæ fidei studio repressum fuisset. Quare per Aristolaum [t] tribunum ac notarium religiosissimis monitis ac severissimo jussu Ioannem adegit, ut positis dissi- D diis reconciliaretur Cyrillo, & acta Ephesinæ synodi sua suorumque subscriptionibus comprobaret. Cujus rei gratia Paulus Emisenus [u] episcopus a Ioanne missus Alexandriam, venit ad Cyrillum, accurateque recognito Nestorianæ controversiæ statu, cum omnia recte atque ordine gesta fuisse comperisset, Ioannis & Antiochenæ [x] ecclesiæ nomine, Nestorii & damnat hæresim, & approbat exauctorationem; Maximiani confirmat electionem, duorumque illustrium antistitum & ecclesiarum communionem ac pacem redintegrat. atque horum omnium ratio reddita est Sixto [y] tertio, qui eo tempore, mortuo Cælestino, Romanam ecclesiam administrabat. Neque his contenta pietas imperatoris, ad majorem adhuc tam infandæ hæreseos execrationem, E Nestorii nomen Augustali lege [z] damnavit; sanxitque, ut ejus sectatores non Nestoriani, sed Simoniani [a] nominarentur. Bonorum adhuc publicatione proposita, a Nestorii libris sive legendis, sive habendis, sive describendis deterruit universos. Illum vero deportari jussit [b] Oasim, quæ & Ibis dicitur, oppidum in Libyæ desertis: quod cum Nomadum, seu Blemmyum incursione vastatum esset, dimissus a barbaris Nestorius Thebaidem venit ad civitatem Panos: inde migrare jussus est ad Elephantinam, quæ ultra Thebæorum fines erat: & licet variis huc illuc exiliis

[l] Act. 5. in epist. synodi ad Cælestin.
[m] Act. 5. in epist. Ioan. Comitis.
[n] Act. 5. prope fin. in relat. synodi ad impp.
[o] Liberat. cap. 6.
[p] Euagr. l. 1. cap. 7.
[q] Liberat. cap. 7.
[r] Socr. l. 7. c. 34. Liber. cap. 7.
[s] Par. 3. c. 17. & seqq.
[t] Par. 3. c. 21.
[u] Par. 3. cap. 24 & 25.
[x] Liber. c. 8.
[y] Par. 3. cap. 37. & 38.
[z] l. damnato C. de hæret.
[a] l. 67. tit. 5. lib. 16. in C. Theod. & lib. 3. de sum. Trinit. & fid. cath.
[b] Euagr. l. 1. cap. 7.

circumactus, nihilo tamen melior in tot ærumnis effectus, in Christum dominum & deiparam virginem, quocumque iret, maledicta vomere non desinebat. Sed magno divinæ ultionis ostento, vermes, qui ex ore [c] impuri hominis eruperant, blasphemantis linguam depascebantur, donec ad longe graviora supplicia migraturus funestum diem obiit, vel ad terram [d] elisus, vel absumptus [e] amentia, vel specu terræ [f] dehiscentis absorptus.

Ephesinum autem concilium jure optimo inter œcumenicas synodos legitime indictas approbatasque numeratum semper est. Nam primum fuit episcoporum ex omnibus [g] regnis conuentu celebratum, & Cælestini Romani pontificis auctoritate coactum. Deinde quæ de recta fide adversus Nestorium sanxit, ab eodem Cælestino non approbata modo, sed præscripta etiam fuere. Nam postquam Cyrilli Nestoriique literas ac libellos accepit, Romanam synodum habuit, ut Cyrillus [h] & Alexandrini patres testantur in epistola ad Nestorium, & iterum Cyrillus in epistola [i] ad Ioannem Antiochenum: in qua synodo (ut supra breviter indicatum est) cum fidei quæstionem, quæ inter Cyrillum & Nestorium vertebatur, ad apostolici judicii normā Cælestinus exegisset, adversus impium Nestorii dogma, ut ecclesiæ, apostolicis traditionibus, divinisque scripturis adversum, pontificiam tulit sententiam, quam Cyrillo mandavit exequendam, ut ipsemet pontifex auctor est in epistolis suis ad eumdem [k] Cyrillum, ad Nestorium, ad populum clerumque Constantinopolitanum, & ad Ioannem Antiochenum. Id quod etiam Iuvenalis Hierosolymorum, clarius vero Firmus Cæsareæ Cappadociæ episcopus tota audiente synodo affirmat his [l] verbis: Sacra & apostolica Cælestini sanctissimi sacratissimique sedes literas, quas pridem ad Cyrillum Alexandrinum, & Iuvenalem Hierosolymitanum, & Rufum Thessalonicensem, sanctissimos sacratissimosque episcopos, nec non ad sanctas Constantinopolis & Antiochiæ ecclesias misit, certam de præsenti negotio sententiam regulamque præscripsit; quā nos proinde secuti, forma canonum diligenter ubique observata, canonicum apostolicumque judicium in illum exercuimus.] In epistola [m] quoque, qua Ephesina synodus imperatoribus exponit quæcumque contra Nestorium gesserat, ita scribit: Hujus rei causa ipsum a sacerdotio, perversæque doctrinæ cathedra semovimus, canoniceque exauctorauimus; Cælestinum sanctissimum, Deoque dilectissimum urbis Romanæ episcopum dignis præconiis extollentes, qui ante nostram sententiam hæretica illius dogmata condemnarat, nosque in ferenda contra Nestorium sententia anteverterat.] Et iterum in altera ad eosdem Augustos [n] epistola: Nam etsi (*inquit*) ingens itineris intercapedo universam illam sanctorum episcoporum multitudinem ad nos pervenire prohibuerit; attamen illis in locis simul coacti, Cælestino sanctissimo piissimoque Romanæ urbis episcopo præsente & præsidente, nostrā de fide sententiam summo consensu prædicarunt, eosque qui diversa sentiunt, ab omni prorsus sacerdotii sorte graduque alienos censendos esse definiverunt. Et hanc quidem suam suorumque sententiam, antequam ulla omnino synodus Ephesi conveniret, Cælestinus sanctissimus magnæ Romæ episcopus per literas suas indicaverat, Cyrilloque sanctissimo Deoque dilectissimo

Alexandri-

[c] Euagr. ib. Cedren. in Theodosio iun. Niceph. l. 14. c. 36.
[d] Euagr. ubi supra.
[e] Theod. l. 4. hæret. fab. c. de Nestorio.
[f] Niceph. ubi supra.
[g] Act. 3. ante med. & Act. 5. in epist. syn. ad Celest. & alibi.
[h] Par. 1. c. 26.
[i] Par. 1. c. 21.
[k] Par. 1. c. 15 18. & seqq.
[l] Act. 2. prope fin.
[m] Act. 1. longe post med.
[n] Act. 5. prope fin.

Alexandrinorum episcopo, ut suas hac in parte vices subiens, Romæ definita perficeret, commiserat. Verum his non contentus, eadem hæc aliis denuo literis sacræ synodo, quam vestra dominatio in Ephesiorum metropoli convenire præcepit, nunc iterum inculcavit. Misit autem hasce literas per Arcadium & Projectum sanctissimos episcopos, & Philippum religiosissimum presbyterum, qui Cælestini sanctissimi Deoque dilectissimi magnæ urbis Romæ episcopi personam hic sustinet. Quia ergo viri isti totius occidentalis ecclesiæ sententiā nostræ huic synodo coram per literas exposuerunt, judiciumque de fide nostra & pietate nostro per omnia consonum ediderunt, & eadem omnino tum per literas, tum per ea quæ in mandatis acceperant (quæ majoris lucis causa nobis quoque aperuere) quæ nos decreverunt, publiceque deposuerunt; propterea nō potuimus, quod res postulabat, hoc est, illum quem illi nobiscum communem habent fidei sensum, ad majestatem vestram non referre.] Id quod etiam manifesto apparet ex ipsius synodi [o] adversus Nestorium sententia. Quin & ipsi apostolicæ sedis legati synodum ingressi, sacrum patrum consessum affati sunt [p] his verbis: Dudum ante sanctissimus beatissimusq; pater nōster Cælestinus sedis apostolicæ episcopus, ea per epistolam ad Cyrillum piissimum ecclesiæ Alexandrinæ episcopum de præsenti hac causa & controversia perscripsit, definivitque quæ par fuit; quæ literæ sacro vestro cœtui haud dubie jam pridem sunt exhibitæ. Idem nunc alios rursum ad corroborandam fidei catholicæ doctrinam ad vestram pietatem per literas nos misit. Et paulo post, illos ad synodum venisse, ut executores [q] sententiæ contra Nestorium, quam a Cælestino acceperant iii mandatis, non modo ipsimet legati Arcadius, Projectus & Philippus, sed etiam Cyrillus Alexandrinus synodo declararunt. Quoniam igitur pontifex legatis suis diserte tradiderat quæ per synodum cuperet definiri, idcirco in epistola ad Ephesinam synodum [r] profitetur cum plena se potestate misisse legatos, qui suo nomine Concilii acta confirmarent; & ad extremum hæc subjicit: Quæ vero decreveritis, ea pro omnium ecclesiarum tranquillitate habeantur definita decretaque.] Tametsi Ephesii patres, ut veterem ecclesiæ consuetudinem retinerent, quidquid ab ipsis actum decretumque fuerat; postmodum per synodicam epistolam [s] exposuere Cælestino, ejusque arbitrio reservarunt ultimam adversus Ioannem Antiochenum sententiam: addiderunt etiam, recipere se Romanæ ecclesiæ decreta adversus Cælestium & Pelagium, quæ synodo miserat Cælestinus. His etiam addere possumus, eumdem Cælestinum, cum ex synodi & Theodosii literis Nestorii depositionem & Maximiani electionem intellexisset, summa illam lætitia & congratulatione confirmasse. Ad hæc Sixtus tertius, qui successerat Cælestino, omnia Ephesinæ synodi gesta confirmavit, auctore Cyrillo in epistola ad Acacium [t] Melitinensem episcopum. Generalia demum concilia, quæ deinceps secuta sunt, præsertim Calchedonense quartum, quintumque Constantinopolitanum, approbationem venerationemque, qua Ephesinam synodum prosequebantur, variis actionibus testatissimam reliquere: ut mirum non sit, si eamdem inter illas quatuor B. Gregorius [u] numerarit, quibus ut quatuor evangeliis honorem censuit deferendum.

[o] Act. 1. circa med.
[p] Act. 2. initio.
[q] Act. 3. circa med.
[r] Action. 2.
[s] Action. 5. longe post initium.
[t] Parte 3. c. 20.
[u] Libri 1. epist. 24.

ANNO CHRISTI 431.

I. PARTIS CAP. I.

ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ ΠΕΡΙΕΧΩΝ ΤΑ ΠΡΟ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ.

PARS PRIMA CONTINENS EA QUÆ SYNODUM ANTECESSERUNT.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

[a] Ὁμιλία Πρόκλου [b] ἐπισκόπου Κυζίκου, λεχθεῖσα καθεζομένου Νεστορίου ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως, εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία παρθένος Μαρία, καὶ ὅτι ὁ τεχθεὶς οὔτε Θεὸς γυμνὸς, οὔτε ἄνθρωπος ψιλὸς, ἀλλ' Ἐμμανουὴλ τυγχάνει, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ἀσυγχύτως καὶ ἀμεταβλήτως ὑπάρχων.

α'.

ΠΑΡΘΕΝΙΚΗ πανήγυρις σήμερον τὴν γλῶτταν [c], ἀδελφοὶ, πρὸς εὐφημίαν καλεῖ· καὶ ἡ παροῦσα ἑορτὴ τοῖς συνελθοῦσιν ὠφελείας γίνεται πρόξενος· καὶ μάλα εἰκότως. ἁγνείας γὰρ ἔχει ὑπόθεσιν, καὶ τὸ [d] γένους τῶν γυναικῶν καύχημα τὸ τελούμενον· καὶ δόξα τοῦ θήλεος, διὰ τὴν ἐν καιρῷ μητέρα καὶ παρθένον. ἐπέραστος αὕτη [e] καὶ ἐξαίσιος ἡ συνοδος· ἰδοὺ γὰρ γῆ καὶ θάλαττα [f] δορυφορεῖ τῇ παρθένῳ· ἡ μὲν τὰ νῶτα ταῖς ὁλκάσι γαληνῶς [g] ἐφαπλώσασα, ἡ δὲ τὰ ἴχνη τῶν βαδιζόντων ἀκωλύτως παραπέμπουσα. σκιρτάτω ἡ φύσις, [h] καὶ γυναῖκες τιμῶνται. χορευέτω ἡ

CAPUT I.

Homilia Procli episcopi Cyzici, habita sedente Nestorio in magna ecclesia Constantinopolis, in incarnationem domini nostri Iesu Christi, quod deipara sit beata virgo Maria, & ex ea natum neque Deus tantum, neque purus homo, sed Emmanuel, inconfuse & incommutabiliter Deus & homo.

I.

VIRGINEA [*] panegyris, frequensque ac celebris hic conventus, fratres, festa hac luce linguam ad laudem provocat; præsensque solennitas præsenti cœtui utilitatis rationem optimo jure conciliat. continet enim castimoniæ sanctitatisque materiam, justamque feminei generis gloriationem. neque enim vulgaris muliebri sexui per virginem & matrem in tempore accessit gloria. Desiderabilis sane, planeque inaudita est hæc virginis & matris copula. Ecce enim & terra & mare virginem honorant, & obsequii causa tamquam satellites stipantur; hoc quidem mitia navigantibus dorsa substernens, illa vero viatorum vestigia inoffense dirigens. Exultet natura; honorantur

[a] Contulimus cum antiquissimo codice actorum concilii Ephesini, qui servatur in locupletissima bibl. illustrissimi viri Petri Seguierii Galliæ cancellarii.
[b] ἡμῶν.
[c] κοινῇ.
[d] Deest in c. Seguieriano.
[f] δορυφορεῖ.
[g] συναπλώσασα, ὑφαπλοῦσα, ὑφαπλώσασα,
[h] καὶ ἀγαλ-

[*] Tres alias hujus encomii interpretationes vidimus: veterē a Dionysio, ut creditur, Exiguo elaboratam, Theodori Peltani atque Vincētii Riccardi. sunt & aliæ forte plures.

I. PART. CAP. I. rantur fœminæ: choros humana ducat natura, & carmina cantet; glorificantur virgines. *Ubi enim abundavit delictum superabundavit & gratia.* Sacra deipara Maria in unum nos coegit. Hæc illibatæ virginitatis purus ille thesaurus, decusque & ornamentum: hæc spiritalis secundi Adami paradisus: hæc unitarum inter se naturarum officina: hæc salutaris reconciliationis panegyris: hæc thalamus, in quo Verbum humanam carnem sibi desponsavit: hæc animatus naturæ rubus, quem divini partus ignis non combussit: hæc vere levis illa nubes, quæ super cherubim sedentem in corpore suo gestavit: hæc vellus mundissimum cælesti pluvia madens, ex quo pastor ovem induit: hæc ancilla est & mater, virgo & cælum: hæc sola pons est, per quem Deus ad homines descendit: hæc admirandæ illius œconomiæ tela*, in qua ineffabili quodam modo admirabilis illius unionis tunica confecta est, cujus quidem textor extitit Spiritus sanctus; netrix, virtus ex alto obumbrans; lana, vetusta Adami pellis; trama, impolluta virginis caro; radius textorius, immensa gestantis gratia; artifex, verbum per auditum illapsum. Quis vidit, quis audivit talia? Incircumscriptus Deus uterum inhabitat; quem cæli non capiunt, venter non coangustavit virginis.

Roman. 5. v. 20. — Exod. 3. — Isai. 19. — Indic. 6. — * ex qua. — Luc. I. v. 35.

A ἀνθρωπότης, καὶ παρθένοι δοξάζονται. ὅπου γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. συνεκάλεσε μὲν ἡμᾶς ἐνταῦθα ἡ ἁγία καὶ θεοτόκος παρθένος Μαρία, τὸ ἀμόλυντον τῆς παρθενίας κειμήλιον, ὁ λογικὸς τοῦ δευτέρου Ἀδὰμ παράδεισος, τὸ ἐργαστήριον τῆς ἑνώσεως τῶν φύσεων, ἡ πανήγυρις τοῦ σωτηρίου συναλλάγματος, ἡ παστὰς ἐν ᾗ ὁ λόγος ἐνυμφεύσατο τὴν σάρκα, ἡ ἔμψυχος τῆς φύσεως βάτος, ἣν τὸ τῆς θείας ὠδῖνος πῦρ οὐ κατέκαυσεν· ἡ ὄντως κούφη νεφέλη, ἡ τὸν ἐπὶ χερουβὶμ μετὰ σώματος βαστάσασα· ὁ τοῦ ἐξ οὐρανῶν ὑετοῦ καθαρώτατος πόκος, ἐξ οὗ ὁ ποιμὴν τὸ πρόβατον ἐνεδύ-
B σατο· ἡ δούλη καὶ μήτηρ, ἡ παρθένος καὶ οὐρανὸς, ἡ μόνη Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους γέφυρα, ὁ φρικτὸς τῆς οἰκονομίας ἱστὸς, ἐν ᾧ ἀῤῥήτως ὑφάνθη τῆς ἑνώσεως χιτών· οὗπερ ἱστουργὸς μὲν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔριθος δὲ, ἡ ἐξ ὕψους ἐπισκιάσασα δύναμις· ἔριον δὲ, τὸ ἀρχαῖον τοῦ Ἀδὰμ κώδιον· κρόκη δὲ, ἡ ἐκ παρθένου ἀμόλυντος σάρξ· κερκὶς δὲ, ἡ ἀμέτρητος τοῦ φορέσαντος χάρις· τεχνίτης, ὁ δι' ἀκοῆς εἰσπηδήσας λόγος. τίς εἶδε, τίς ἤκουσεν, ὅτι μήτραν ὁ Θεὸς ἀπεριγράπτως ᾤκησεν; καὶ ὃν οὐρανὸς οὐκ ἐχώρησε, γαστὴρ τῆς παρθένου οὐκ ἐστενοχώρησεν.

ANNO CHRISTI. 431. — λιάθω τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, ἴσ. — ἑνότητος. — ἔμφυτος. — κατέφλεξεν. — ἐξ ὕ. — σαρκώσεως.

II.

Attamen qui ex virgine nascitur, nec solum Deus est, nec purus rursum homo: idemque natus, mulierem, quæ peccati quondam janua extiterat, salutis ostium reddidit. Nam ubi serpens per inobedientiam virus suum infuderat, ibi verbum per obedientiam ingressum, vivum sibi templum exædificavit: unde peccator Cain primus emersit, inde generis nostri assertor Christus sine semine prodiit. Clemens Deus ex muliere nasci non erubuit, quod enim agebatur, vita erat. Nullam inde ille contrahit labem, quod intra viscera, quæ citra omnem dedecoris notam condiderat, inhabitat. Quod si ea quæ genuit, virgo non permansit; neque is qui natus est, aliud quam purus homo extitit. atque ita partus ille nihil admiratione dignum habebit. Quod si illa etiam post partum virginitatem illæsam retinuit, is citra omnem controversiam arcano modo ex ea ortus est, quem, cum per clausas januas ingressus esset, apostolus Thomas in gemina natura subsistentem agnovit, agnitumq; non absque ingenti stupore hujuscemodi voce cõpellavit: *Dominus meus, & Deus meus.*

Genes. 3. — Genes. 4. — Ioan. c. 20. v. 28.

β'.

C Ἀλλ' ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη Θεὸς οὐ γυμνὸς, καὶ ἄνθρωπος οὐ ψιλός· καὶ πύλην σωτηρίας ὁ τεχθεὶς τὴν πάλαι τῆς ἁμαρτίας ἔδειξε θύραν. ὅπου γὰρ ὁ ὄφις διὰ τῆς παρακοῆς τὸν ἰὸν ἐνέχεεν, ἐκεῖ ὁ λόγος διὰ τῆς ὑπακοῆς εἰσελθὼν, τὸν ναὸν ἐζωοπλάστησεν. ὅθεν ὁ πρῶτος τῆς ἁμαρτίας Κάϊν προέκυψεν, ἐκεῖθεν ὁ τοῦ γένους λυτρωτὴς Χριστὸς ἀσπόρως ἐβλάστησεν. οὐκ ᾐσχύνθη ὁ φιλάνθρωπος τὴν ἐκ γυναικὸς ὠδῖνα· ζωὴ γὰρ ἦν τὸ πραγματευόμενον. οὐκ ἐμιάνθη οἰκήσας μόρια, ἅπερ αὐτὸς ἀνυβρίστως ἐδημιούργησεν. εἰ μὴ παρθένος ἔμεινεν ἡ μήτηρ, ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ τεχθεὶς, καὶ οὐ παράδοξος ὁ τόκος. εἰ δὲ
D καὶ μετὰ τόκον ἔμεινε παρθένος, ἐκεῖνος ἀφράστως ἐγεννήθη, ὁ καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ἀκωλύτως εἰσελθὼν, οὗ τὴν συζυγίαν τῶν φύσεων ὁ Θωμᾶς ἀνακέκραγε λέγων· ὁ κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.

ἐξέχεεν. — ἐμολύνθη. — πῶς οὐχὶ καὶ Θεὸς καὶ τὸ μυστήριον ἄφραστον, ἴσ.

III.

Ne igitur, o homo, partum hunc erubescendum censeas. Hic enim solus salutis * antidotum nobis attulit. Nam si ex muliere natus non esset, mortem utique non oppetivisset. Quod si mortuus non esset, neque illum quoque *per mortem destruxisset, qui mortis habebat imperium, hoc est, diabolum.* Porro autem, ut architecto nullam maculam aspergit, si domum, quam forte extruxerat, incoluerit: neque lutum figulum inficit, dum vasculum quod finxerat, ex eo refingit: ita ex utero virgineo prodiisse, purissimum illud numen nihil quidquam polluit. Quam enim citra ullam sui labem formaverat, ex hac quoque, nulla macula contracta, processit. O venter, in quo communis libertatis syngrapha confecta est: o utere, in quo arma adversus mortem fabrefacta sunt: o arvum, ex quo naturæ colonus sine semine exortus est: o templum, in quo Deus sacerdos factus est, naturâ non demutans, sed eum, *qui est sacerdos secundum ordinem Melchisedech*

* causam, occasionem. — Hebr. c. 2. v. 14. — Psal. 109.

γ'.

Μὴ ἐπαισχυνθῇς τὴν ὠδῖνα ὦ ἄνθρωπε· αὕτη γὰρ ἡμῖν γέγονε σωτηρίας ἀφορμή. εἰ μὴ γὰρ ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη, οὐκ ἂν ἀπέθανεν. εἰ μὴ ἀπέθανεν,
E οὐκ ἂν διὰ τοῦ θανάτου κατήργησε τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι, τὸν διάβολον. οὐχ ὕβρις ἀρχιτέκτονι, μεῖναι ἐφ' οἷς ᾠκοδόμησεν· οὐ μιαίνει πηλὸς τὸν κεραμέα, ἀνακαινίζοντα ὅπερ ἔπλασε σκεῦος· οὕτως οὐδὲ μιαίνει τὸν ἄχραντον Θεὸν, τὸ ἐκ παρθενικῆς γαστρὸς προελθεῖν. ἣν καὶ πλάσσων οὐκ ἐμολύνθη, διὰ ταύτης προελθὼν οὐκ ἐμιάνθη. ὦ γαστὴρ, ἐν ᾗ τὸ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας γραμματεῖον συνετάγη. ὦ κοιλία, ἐν ᾗ τὸ κατὰ τοῦ θανάτου ὅπλον ἐχαλκεύθη. ὦ ἄρουρα, ἐν ᾗ ὁ τῆς φύσεως γεωργὸς ἀσπόρως ἐβλάστησεν. ὦ ναὸς, ἐν ᾧ ὁ Θεὸς γέγονεν ἱερεὺς οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τὸν κατὰ τὴν τάξιν Μελχι-

ἐν οἷς in cod. Seguier. — ἐν ᾗ ἄσταχυς.

ANNO CHRISTI 431.

σεδεκ' δι' οἶκτον ἐνδυσάμενος· ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, κἂν οἱ Ἰουδαῖοι ἀπιστῶσιν εἰπόντι τῷ κυρίῳ. ὁ Θεὸς μορφὴν ἀνθρώπου ἐφόρεσε, κἂν οἱ Ἕλληνες κωμῳδῶσι τὸ θαῦμα· διὰ γὰρ τοῦτο, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν, ὁ Παῦλος βοᾷ. τοῦ γὰρ μυστηρίου τὴν δύναμιν οὐκ ἔγνωσαν, ἐπειδὴ ὑπὲρ λόγον τὸ θαῦμα. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. εἰ μὴ γὰρ ὁ λόγος ᾤκησε γαστέρα, οὐκ ἂν ἐκαθέσθη ἡ σὰρξ ἐπὶ τοῦ ἁγίου θρόνου. εἰ τῷ Θεῷ ὕβρις εἰς μήτραν ἣν ἔπλασεν εἰσελθεῖν, ἄρα καὶ τοῖς ἀγγέλοις ὕβρις ἀνθρώπῳ διακονεῖν. ['οἴκτῳ.]

A sedec, induens nostri misericordia. Verbum caro factum est, & si Iudæi domino id asseveranti non credant: Deus hominis formam induit, tametsi Gentes miraculum hoc subsannent. Vnde Apostolus: *Prædicamus Christum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus vero stultitiam.* quandoquidem mysterii hujus vim, ut quod omnem humanam rationem excedat, non cognoverunt: *Si enim cognovissent, nunquam gloriæ dominum crucifixissent.* Si verbum uterum non inhabitasset, neque caro quoque illius sacrum illum thronum occupasset. Quod si ignominiosum est Deo in uterum, quem ipse formarat, illabi; erit ergo & B angelis quoq; probrosum homini ministrare.

I. PART. CAP I.

1. Cor. 1. v. 23.

1. Co. 2. v. 3.

δ'

Ὁ' οὖν κατὰ φύσιν ἀπαθής, γέγονε δι' οἶκτον πολυπαθής. οὐκ ἐκ προκοπῆς γέγονε Θεὸς ὁ Χριστός, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ' δι' οἶκτον γέγονεν ἄνθρωπος, ὡς πιστεύομεν. οὐκ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα κηρύττομεν, ἀλλὰ Θεὸν σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν. τὴν οἰκείαν δούλην ἐπεγράψατο μητέρα, ὁ κατ' οὐσίαν ἀμήτωρ, καὶ κατ' οἰκονομίαν ἐπὶ γῆς ἀπάτωρ. ἐπεὶ πῶς ὁ αὐτὸς ἀμήτωρ καὶ ἀπάτωρ κατὰ τὸν Παῦλον; εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἀμήτωρ· ἔχει γὰρ μητέρα. εἰ γυμνὸς Θεός, οὐκ ἀπάτωρ· ἔχει γὰρ πατέρα. νῦν δὲ ὁ αὐτὸς ἀμήτωρ μέν, ὡς πλάστης· ἀπάτωρ δέ, ὡς * πλάσμα. ['ὤν.] ['Θεὸς ὤν.] [* ἄνθρωπος.]

IV

Qui itaq; secundum propriam naturā impatibilis est, is propter meram erga nos misericordiam pluribus perpessionibus obnoxius factus est. Neque Christus per succedentia virtutum incrementa factus est Deus, absit: verum, ut fides nostra prædicat, Deus misericordia permotus, factus est homo. Neq; hominē deificatum prædicamus, sed Deum incarnatum cōfitemur: siquidem qui secundum propriam naturam matrem nescit, nullumque secundum carnis dispensationem patrem in terra agnoscit, is propriam ancillam sibi in matrē adscivit. Nam C quomodo juxta Paulum sine patre & matre est? Si enim purus homo est, utique non sine matre est. Matrem enim habet. Rursum si purus Deus est, haud dubie non est sine patre. habet enim patrem. Nunc vero unus idemque sine matre est, ut rerum conditor est; sine patre rursum est, ut homo est.

Hebr. 7. 4.

ε'

Αἰδέσθητι' κἂν τὴν προσηγορίαν τοῦ ἀρχαγγέλου. ὁ τὴν Μαριὰμ εὐαγγελισάμενος, Γαβριὴλ ἐλέγετο. τί δὲ ἑρμηνεύεται Γαβριήλ; μάθε ἀκούσας, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. ἐπεὶ οὖν ὁ παρ' αὐτοῦ εὐαγγελιζόμενος, Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος, προέλαβεν ἡ προσηγορία τὸ θαῦμα, ἵνα πιστώσηται τὴν οἰκονομίαν. μάθε τὴν αἰτίαν τῆς παρουσίας, καὶ δόξασον τὴν δύναμιν τοῦ σαρκωθέντος. ' πολλὰ ὤφειλεν ἐξ ἁμαρτιῶν ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, καὶ ἠπόρει πρὸς τὸ χρέος. διὰ γὰρ τοῦ Ἀδὰμ πάντες' τὴν ἁμαρτίαν ἐχειρογράφησαν· δούλους ἡμᾶς κατεῖχεν ὁ διάβολος· τὰς ὠνὰς ἡμῶν προέφερε, * γραφῇ κεχρημένος τῷ πολυπαθεῖ ἡμῶν σώματι. εἱστήκει ὁ κακὸς τῶν παθῶν πλαστογράφος, ἐπισείων ἡμῖν τὸ χρέος, καὶ ἀπαιτῶν ἡμᾶς τὴν δίκην. ἔδει τοίνυν δυοῖν θάτερον, ἢ πᾶσιν ἐπαχθῆναι τὸν ἐκ τῆς καταδίκης θάνατον, ἐπειδὴ καὶ πάντες ἥμαρτον· ἢ τοιοῦτον δοθῆναι πρὸς ἀντίδοσιν τίμημα, ᾧ πᾶν ὑπῆρχε δικαίωμα πρὸς παραίτησιν. ἄνθρωπος μὲν οὖν σῶσαι οὐκ ἠδύνατο· ὑπέκειτο γὰρ τῷ χρέει τῆς ἁμαρτίας. ἄγγελος ἐξαγοράσασθαι τὴν ἀνθρωπότητα οὐκ ἴσχυεν· ἠπόρει γὰρ τοιούτου λύτρου. λοιπὸν οὖν ὁ ἀναμάρτητος Θεὸς ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων ἀποθανεῖν ὤφειλεν· αὕτη γὰρ ἐλείπετο μόνη τοῦ κακοῦ' ἡ λύσις. ['τὸ ἄνθρωπ.] ['ἐπειδή.] ['τῇ ἁμαρτίᾳ ἐχειρογραφήσαμεν.] [* χάρτῃ] ['γραφεῖ.] ['λύτρωσις.]

V

Moveat te vel ipsa nominis archangeli appellatio. Ille namque, qui lætum illud nuntium Mariæ detulit, Gabrielis nomen sortiebatur. Et quid, quæso, Gabriel interpretatum sonat? audi & disce. idem utique sonat, quod Deus & homo. Quia ergo ille, quem annuntiabat, Deus erat & homo, quo dispensationis mysterium persuadeat, rei miraculum nominis D notione anticipat. Adventus causam disce, & incarnati virtutem laudibus evehe. Humana natura propter peccata multis obstricta debitis tenebatur; neque quod debebat, ulla ratione dependere poterat. Per Adamum namque omnes peccato quasi chirographum dederamus, omnesque diabolus in servitutem redegerat. Etenim corpore nostro permultis passionibus subjecto, veluti charta usus, nostræ venditionis precia ostentabat, passionumque malignus descriptor instabat, ob oculos nobis debitum ponens, ac nos universos ad supplicium condemnationemque deposcens. Erat itaque alterutrum duorum necessarium; aut ut omnes condemnati præcipites abirent E in mortem (omnes enim peccaverant) aut certe ut tale redemptionis precium daretur, quod omnibus justitiæ numeris sufficeret ad liberationem. Atqui homo, quod peccati debito subjaceret, salvare non poterat: angelus vero, quod tantum redemptionis precium ipsi non suppeteret, humanum genus redimere nequibat. Supererat igitur, ut Deus pro omnium peccatis moreretur, qui nulli peccato obnoxius erat: nam unica hæc restabat mali solutio.

Luc. 1.

ς'.

Τί οὖν; αὐτὸς ὁ πᾶσαν φύσιν ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγών, ᾧ μηδὲν πρὸς παροχὴν ἄπορον, ἐξεῦρε τοῖς κατακρίτοις ζωὴν ἀσφαλεστάτην, καὶ τῷ θανάτῳ λύσιν εὐπρεπεστάτην, καὶ γίνεται ἄνθρωπος

VI.

Ille itaque, qui universam naturam ex nihilo produxerat, cuique nulla ad erogandum facultas deest, vitam morti condemnationique addictis reperit tutissimam, mortisque solutionem decentissimam; dum nimirum

 ex virgine, modo quem solus ipse novit (nulla enim oratio miraculum hoc assequi valet) humanam naturam assumit, assumptamque in mortem contradit; & redimit per id, quod erat, juxta illud Pauli: *In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, peccatorumque remissionem.* (Ephes. 1. vers. 7.) O rem stupendam! immortalitatem, quam ipse habebat, per suam mortem aliis conciliat. Ejusmodi nullus unquam fuit, nec est, nec erit, quam unus & solus ille, qui ex virgine natus est Deus simul & homo; non solum id precium habens, quod reorum multitudini redimendæ par esset, sed ejusmodi, quod multis partibus excelleret. Nam ut Filius est, nulla variatione affectam cum Patre unionem retinet: ut vero rerum opifex, nullius virtutis indiget: ut autem misericors, immensa inexhaustaque misericordia atque sympathia pollentem se manifestavit: denique ut pontifex, dignissimus est qui apud patrem intercedat. Horum autem omnium nihil unquam simile, nihil æquale in alio quopiam comperias. Considera immensam illius benignitatem. ultro ad mortem condemnatus, mortem quæ crucifixoribus debebatur, destruxit; occisorumque iniquitatem in sceleratorum salutem convertit.

VII.

Posse itaque salvare, virium puri hominis non erat: nam ipse quoque salvatore egebat juxta illud Pauli: *Omnes*, inquit, *peccaverunt, & egent gloria Dei.* (Rom. 3. v. 23.) Quia vero peccatum peccatorem diabolo obstringebat, obstrictumque diabolus in mortem præcipitem agebat, res humanæ in summum discrimen adductæ cernebantur, nec ulla liberationis spes sese offerebat. Quare prophetæ, qui animarum medici destinati fuerant, concionabantur quidem, & incusabant: verum ubi inflictum vulnus humana industria majus esse animadvertebant, cælestis medici opem implorabant. & hic quidem aiebat: *Inclina cælos, & descende.* (Psal. 143. vers. 5.) alius, *Sana me domine, & sanabor.* (Jer. 17 c.) alius, *Excita potentiam tuam, & veni ad salvandum nos.* (Psal. 78. v. 5.) alius, *Numquid vere Deus habitabit inter homines?* (3 Reg. 8. vers 27.) alius, *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.* (Psalm. 78. vers. 8.) alius, *Heu me, periit pius a terra, & non est inter homines qui æquitati studeat.* (Mich. 7. vers. 2.) alius, *Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina.* (Psal. 69.) alius, *Adhuc pusillum, & qui venturus est veniet, & non tardabit.* (Habac. 2. vers. 3.) alius, *Erravi sicut ovis quæ periit; quære servum tuum domine sperantem in te.* (Psalm. 118.) alius. *Deus manifeste veniet, Deus noster & non silebit.* (Psalm. 49. vers. 3.) Ille igitur qui suapte natura rex est, humanam naturam tyrannide oppressam non despexit, neque permisit misericors Deus, ut perpetuo obligata diabolo teneretur: sed venit ille, qui semper præsens adest; propriumque sanguinem nostri causa in redemptionis precium profundens, & carnem quam e virgine susceperat, in commutationem morti dedens, mundum a legis maledicto redemit, morteque mortem destruxit. Atque huc illud Pauli tendit: *Christus ait: nos redemit de maledicto legis.* (Gal. 3. v. 13.)

VIII.

Qui itaque nos redemit, o Iudæe, non purus est homo; humana enim natura peccati servitute oppressa tenebatur: sed neque tantum quoque Deus erat humana natura destitutus; corpus enim habebat, o Manichæe. nisi enim me induisset, me non salvasset.

A ἐκ παρθένου, ὡς οἶδεν αὐτός· λόγος γὰρ ἑρμηνεῦσαι τὸ θαῦμα οὐ δύναται· καὶ ἀποθνήσκει ὃ ἐγένετο, καὶ λυτροῦται ὃ ὑπῆρχε, κατὰ τὸν λέγοντα Παῦλον· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων; ὢ τῶν μεγάλων πραγμάτων! ἄλλοις ἐπραγματεύσατο τὸ ἀθάνατον· αὐτὸς γὰρ ὑπῆρχεν ἀθάνατος. τοιοῦτος γὰρ ἄλλος κατ' οἰκονομίαν οὔτε γέγονεν, οὔτε ἦν, οὔτε ἔσται ποτὲ, ἢ μόνος ὁ ἐκ παρθένου τεχθεὶς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· οὐκ ἀντιταλαντεύουσαν μόνον ἔχων τὴν ἀξίαν τῷ πλήθει τῶν ὑποδίκων, ἀλλὰ καὶ πάσαις ψήφοις ὑπερέχουσαν· ἐν μὲν τῷ υἱὸς εἶναι, τὸ ἀπαράλλακτον σώζων πρὸς τὸν πατέρα· ἐν δὲ τῷ δημιουργὸς, τὸ τῆς B δυνάμεως ἀπροσδεὲς ἔχων· ἐν δὲ τῷ 'φιλοικτίρμονι, τὸ εἰς συμπάθειαν 'ἀνυπέρβλητον ἐδημοσίευσεν· ἐν δὲ τῷ ἀρχιερεῦς, τὸ εἰς παράστασιν ἀξιόπιστον φέρων· ὧν οὐδὲν εὕροι τις ἂν ἐπ' οὐδενὶ ἴσον, ἢ παραπλήσιον πώποτε. ὅρα γὰρ αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν. ἑκὼν κατακριθεὶς τὸν κατὰ τῶν σταυρωσάντων ἔλυσε θάνατον, καὶ 'ἀνέστρεψε τὴν τῶν ἀποκτεινάντων ἀνομίαν εἰς τὴν τῶν ἀνομησάντων σωτηρίαν.

'φιλοικτίρμων. 'ἀνυπέρβλητοι. 'ἀντέστρεψε.

ζ'

καὶ λέγοιτο πρὸς ἡμῶν. εἰ ἀπό γε τοῦ κεχρῖσθαι Χριστὸς ὀνομάζεται, τίνα κέχρικεν ὁ πατὴρ τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως, ἤτοι τῷ ἁγίῳ πνεύματι; εἰ μὲν οὖν ἰδικῶς τὸν μόνον ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα Θεὸν λόγον, καὶ τοῦτο εἶναί φασιν ἀληθὲς, ἀγνοοῦσιν ὅπως καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς ἀδικοῦσι φύσιν, καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας παρασημαίνουσι τὸ μυστήριον. εἰ γὰρ κέχρισται τῷ ἁγίῳ πνεύματι Θεὸς ὢν ὁ λόγος, ἐπιδεᾶ πάντως ἁγιασμοῦ καὶ οὐχ ἑκόντες ὁμολογήσουσι κατὰ τοὺς ἄνωθεν ἔτι χρόνους ὑπάρχειν αὐτὸν, καθ' οὓς οὔπω κεχρισμένος, ἀμέτοχος ἦν ἔτι τῆς εἰς ὕστερον αὐτῷ δοθείσης δωρεᾶς. τὸ δὲ ἁγιασμοῦ τητώμενον σαλεύεται κατὰ φύσιν, καὶ οὐκ ἂν νοοῖτο παντελῶς ἠμοιρηκὸς ἁμαρτίας, ἤτοι τοῦ δύνασθαι πλημμελεῖν. ὑπομεμένηκεν οὖν * ἄρα καὶ τροπὴν τὴν εἰς τὰ ἀμείνω τυχὸν ὁ λόγος. πῶς οὖν ὁ αὐτός ἐστι, καὶ οὐκ ἠλλοίωται; καὶ εἰ Θεὸς ὢν ὁ λόγος, καὶ ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ πατρὸς, ἐχρίετό τε καὶ ἡγιάζετο, φαίη τις ἂν ἴσως ὡς ἀπό γε τοῦ πράγματος εἰς ἐξιτήλους ἐννοίας ἀπενηνεγμένος, ὅτι τάχα που καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ δέοιτ' ἂν ἁγιασμοῦ· μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ μείζων αὐτοῦ ἀναπέφηνεν ὁ υἱὸς, εἴπερ ἡγίασται μὲν αὐτὸς, ἴσος ὢν αὐτῷ, καὶ ἐν μορφῇ πρὸ τοῦ ἁγιασμοῦ· ὁ δὲ ἐναπομεμένηκεν οἷος ἦν ἀεὶ, καὶ ἔστι καὶ ἔσται, οὔπω τὴν εἰς τὰ ἀμείνω λαβὼν ἐπίδοσιν διά γε τοῦ ἡγιάσθαι, καθ' ὁμοιότητα τοῦ υἱοῦ· μεῖζον δὲ ἤδη καὶ ἀμφοῖν ὁρᾶται τὸ πνεῦμα τὸ ἁγιάζον αὐτοὺς, εἴπερ ἐστὶν οὐκ ἐνδοιαστὸν, ὡς ἀπάσης ἀντιλογίας δίχα, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. ἀλλ' ἔστι ταῦτα λῆρος, καὶ τερθρεία, καὶ ἀποπληξίας ἐγκλήματα. ἁγία γὰρ κατὰ φύσιν ἡ ὁμοούσιος τριάς. ἅγιος ὁ πατὴρ, ἅγιος καὶ ὁ υἱὸς οὐσιωδῶς κατὰ τὸν ἴσον τρόπον· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα. οὐκοῦν ὅσον ἧκεν εἰς ἰδίαν φύσιν, οὐχ ἡγίασται καταμόνας ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος.

Ιϛ'.

Εἰ δὲ δή τις οἴοιτο τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένον κεχρῖσθαί τε καὶ ἡγιάσθαι μόνον, ταύτῃ τοι καὶ ὠνομάσθαι Χριστὸν, λεγέτω παρελθὼν, εἰ ἀπόχρη τὸ χρῖσμα πρὸς τὸ ἀποφῆναι * τὸν ἀλειφόμενον ἰσοκλεᾶ καὶ ὁμόθρονον τῷ πάντων ἐπέκεινα Θεῷ. καὶ εἰ μὲν ἀπόχρη τὸ χρῖσμα, καὶ τοῦτο ἐροῦσιν, ὡς ἔστιν ἀληθές· κεχρίσμεθα καὶ ἡμεῖς. καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ θεσπέσιος Ιωάννης· καὶ ὑμεῖς χρῖσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου. ἐσόμεθα δὴ οὖν ἐν ἴσῳ τάχα που καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τῷ Θεῷ. εἴρξει δὲ, οἶμαι, παντελῶς οὐδὲν καὶ συνεδρεύειν αὐτῷ, καθάπερ ἀμέλει καὶ αὐτὸς ὁ Εμμανουήλ. εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτόν. κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. προσκυνείτω καὶ ἡμᾶς ἡ τῶν ἄνω πνευμάτων ἁγία πληθύς. ὅταν γάρ φησιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν, εἰ καὶ τῷ ἁγίῳ κεχρίσμεθα πνεύματι; τὸν μὲν τῆς υἱοθεσίας

* ἔτι.

* τὸν χριόμενον.

I. PART. CAP. II.

A letur, & Christus esse intelligatur. Nam si Christus ab unctione nominatus est, quem, quæso, Pater oleo lætitiæ, hoc est Spiritu sancto, inunxit? Si enim Dei Verbum, quod Deus est, & solum specialiter ex Patre natum est, inunctum dicant, atque huc vere, quidquid de unctione dicitur, pertinere contendant; nimirum inscitia sua, insigni injuria unigeniti naturam afficiunt, & ipsum divinæ dispensationis mysterium plane evertunt. Si enim Verbum, quod Deus est, Spiritu sancto inunctum est; ergo superioribus temporibus, quibus inunctionis hujus beneficio, quod postea illi obtigit, adhuc destituebatur, sanctificationis omnino B indigebat; quod inficiari non possunt. Atqui omne quod sanctificatione destituitur, illud suapte natura mutabile est; atque idcirco aut peccati, aut certe peccandi facultatis haudquaquam expers est: ergo demutatum est, quia forte ad meliora progressum est. Quomodo ergo idem esse, & nunquam mutari prædicatur? Porro autem si Deus Verbum, quod in forma & æqualitate Patris subsistens est, inunctum & sanctificatum est; non deerunt fortassis qui in frivolas ineptasque cogitationes præcipites ex hac re acti, ipsum quoque Patrem sanctificatione egere, & Filium Patre majorem esse nugabuntur. siquidem hic ante unctionem Patri æqualis erat; nunc autem Spiritu sancto C inunctus est: Pater vero in quibus constitutus erat bonis manet, manebitq; semper: nec, ut Filius, inunctus aut sanctificatus est, ut propterea progressus ad meliora fecerit. Imo vero hac admissa opinatione, Spiritus sanctus qui inungit & sanctificat, utroque major deprehendetur. nam *extra ullam controversiam ac dubitationem, quod minus est, a meliore benedicitur.* Verum isthæc meræ sunt nugæ, meraque insanorum hominum deliria, verborumq; portenta. Etenim consubstantialis trias suapte natura sancta est. Sanctus est Pater, sanctus pari modo per essentiam est Filius, sanctus D eodem denique modo Spiritus sanctus. Ad propriam proinde naturam quod attinet, Dei Patris Verbum seorsum per se non est sanctificatum.

Psal. 44.

Hebr. 7. v. 7.

XVI.

Quod si quis eum, quem sacra virgo peperit, solum, hoc est, in propria subsistentem hypostasi, unctum & sanctificatum arbitretur, atque ob id Christum appellatum contendat; ejusmodi in medium prodeat, nobisque exponat, solane unctio sat sit, ut unctus cum Deo, qui est super omnia, æqualis gloriæ, parisque potentiæ & majestatis esse censeatur. Quod si id satis esse concedat, & verum hoc esse dicent; nos quoque uncti sumus; est enim in sacris literis: *Vos unctionem habetis ex sancto.* Erimus igitur fortasse E & nos ipsi quoque Deo pares: atque ita nihil, opinor, prohibebit, quo minus nos quoque perinde atque Emmanuel a dextra illi assideamus. Dictum est enim ad illum; *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Adoret proinde & nos sacra illa mentium beatarum multitudo. nam ut apostolus commemorat, *cum primogenitum suum in orbem terrarum inducit, ita ait: Adorent illum omnes angeli Dei.* At vero nos quamquam Spiritu sancto inungamur, necnon per gratiam in Dei filios

1. Ioan. 2. v. 20.

Psalm. 109.

Hebr. 1. v. 6.

Ps. 98. v. 8.

 cooptemur,

cooptemur, & dii interdum quoque nominemur, nostræ tamen naturæ mediocritatem non

I. PART. CAP. II. Ps. 81. v. 6. ignoramus. Sumus enim de terra, & inter servos numeramur. Ille vero naturæ nostræ legibus non continetur, sed natura & veritate Filius, totiusque universitatis dominus est, atque e cælis ad nos delapsus est.

XVII.

Nec vero dicimus, qui recte sentire decrevimus, Deum factum carnis patrem: nec rursum divinitatis naturam a muliere editam, antequam humana natura se induisset: sed Verbum, quod ex Deo natura est, & hominem qui ex sacra virgine perfecte in hanc lucem ortus est, ad unitatem conferentes, unum dominum & Christum Iesum adorabimus: ita ut unum hunc propter assumptam carnem extra divinitatis terminos non eijciamus, neque propter eam rursus quam communem nobiscum habet similitudinem, intra solius huma-

Philipp. 2. næ naturæ cancellos includamus. Hoc constituto facile assequere, qua ratione Verbum ex Deo genitum voluntariam exinanitionem sustinuerit, quove pacto is, qui suapte natura liber erat, servi forma suscepta, semetipsum

Hebr. 2. v. 16. humiliaverit; quo denique modo *semen Abrahæ apprehenderit*, carnisque & sanguinis Deus Verbum particeps effectus sit. Nam si ut merus homo nostri similis, mente concipitur, quomodo semen Abrahæ, tamquam naturaliter quidpiam extraneum & ab se alienum apprehendit? quomodo propriæ carni, quo per omnia fratri-

Ib. v. 17. bus assimiletur, communicasse dicitur? Nam quod alteri assimilatur, ex dissimili ad similem formam transferatur oportet.

XVIII.

Apprehendit ergo Dei Verbum semen Abrahæ, corpusque ex muliere sibi construēs, carnis & sanguinis particeps factus est; ita ut jam non

Ibid. v. 14. solum Deus sit, sed propter conjunctionem homo quoque nostri similis factus intelligatur. ex duabus igitur rebus, divinitate nimirum & humanitate, certo constat Emmanuel, unus tamen dominus Iesus Christus, unus verus naturalisq; Filius, qui Deus simul & homo est, non homo deificatus, par illis qui per gratiam divinæ naturæ participes efficiuntur; sed Deus verus, qui salutis nostræ causa in humana forma apparuit,

Gal. 4. v. 4. prout Paulus quoque hisce verbis testatur: *Quando*, ait, *venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut filiorum adoptionem reciperemus.* Ecquis ille obsecro est, qui sub legem missus est, quique, ut hic asseritur, ex muliere factus est, nisi ut unus ille, qui quidem ut Deus supra legem est; ut vero homo,

Hebr. 2. v. 17. sub lege factus fratribusque per omnia assimi-

Matth. 17. v. 27. latus est? Igitur juxta Mosaicæ legis præscriptum, una cum Petro didrachma dependit: ut autem liber tamquam filius, & lege ma-

Ibid. v. 25. jor ut Deus, etsi ut homo sub lege factus est, ejusmodi vocem promit: *Reges terræ a quibus censum aut tributum accipiunt? a filiis suis, an ab alienis?* Petro vero respondente, *Ab alienis*; mox infert: *Ergo liberi sunt filii.* Cum planum ergo sit, Dei verbum a carne sejunctum

καταπλουτούμενοι χάριν, κεκλήμεθα δὲ καὶ θεοὶ, τό γε μὴν τῆς ἑαυτῶν φύσεως μέτρον οὐκ ἀγνοήσομεν. ἐσμὲν γὰρ ἐκ γῆς, καὶ τελοῦμεν ἐν οἰκέταις· ὁ δὲ οὐκ ἔστιν ἐν οἷς ἡμεῖς, ἀλλὰ φύσει τε καὶ ἀληθῶς υἱὸς, καὶ τῶν ὅλων κύριος, καὶ ἐξ οὐρανοῦ.

ιζ΄.

Καὶ οὐ δή που φαμὲν ὀρθὰ φρονεῖν ἠρημένοι, σαρκὸς γενέσθαι πατέρα τὸν Θεόν. οὐδ᾽ αὖ τὴν τῆς θεότητος φύσιν γεγεννῆσθαι διὰ γυναικὸς, οὔπω προσλαβοῦσαν τὸ ἀνθρώπινον. συνενεγκόντες δὲ μᾶλλον εἰς ἕνωσιν τόν τε ἐκ Θεοῦ φύντα λόγον, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τελείως ἄνθρωπον, ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν καὶ κύριον προσκυνήσομεν. οὔτε τῶν τῆς θεότητος ὅρων ἔξω τιθέντες διὰ τὴν σάρκα, οὔτε μὴν εἰς ἀνθρωπότητα ψιλὴν καταβιβάζοντες διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν. οὕτω νοήσεις τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα λόγον τὴν ἑκούσιον ὑπομεῖναι κένωσιν· οὕτω τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν, ὁ κατὰ φύσιν ἰδίαν ἐλεύθερος· οὕτω σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο, καὶ κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος. εἰ γὰρ ἄνθρωπος νοεῖται ψιλὸς, καθ᾽ ἡμᾶς, πῶς ἑτέρου παρ᾽ αὐτὸν φυσικῶς ἐπελάβετο σπέρματος Ἀβραάμ; πῶς δὲ τῆς ἰδίας σαρκὸς κεκοινωνηκέναι λέγεται, ἵνα κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῇ; τὸ γάρ τισιν ὁμοιοῦσθαι λεγόμενον, ἐξ ἀνομοίου τινὸς ἐπὶ τὸ δεῖν ὁμοιοῦσθαι τρέχει.

ιη΄.

Ἐπελάβετο τοίνυν σπέρματος Ἀβραὰμ, καὶ κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἴδιον ποιησάμενος σῶμα τὸ ἐκ γυναικὸς, ἵνα μὴ μόνον ὑπάρχων Θεὸς, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς, καθ᾽ ἡμᾶς, νοοῖτο διὰ τὴν ἕνωσιν. οὐκοῦν ἐκ δυοῖν μὲν πραγμάτων ὁμολογουμένως, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, ὁ Ἐμμανουήλ. πλὴν εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἷς τε καὶ ἀληθῶς υἱὸς, Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος· * οὐ θεοποιηθεὶς ἐν ἴσῳ τοῖς κατὰ χάριν, Θεὸς δὲ μᾶλλον ἀληθινὸς ἐν ἀνθρωπίᾳ μορφῇ πεφηνὼς δι᾽ ἡμᾶς. πιστώσεται δὲ τοῦτο ἡμᾶς καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος λέγων· ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν ἡμεῖς. εἶτα τίς ὁ ἀποστελλόμενος ὑπὸ νόμον τε καὶ ἐκ γυναικὸς, ὡς ἔφη, γεγενημένος, πλὴν ὅτι πάλιν αὐτὸς, ὁ πέρα μὲν νόμων, ὡς Θεός; ἐπειδὴ δὲ κεχρημάτικεν ἄνθρωπος γεγονὼς, καὶ ὑπὸ νόμον, ἵνα κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῇ· καὶ γοῦν συντελεῖ μὲν ὁμοῦ τῷ Πέτρῳ τὸ δίδραχμον κατὰ τὸν Μωσέως νόμον. ὅτι δὲ ἐστιν ἐλεύθερος ὡς υἱὸς, καὶ νόμου κρείττων ὡς Θεὸς, καὶ εἰ γέγονεν ὑπὸ νόμον ὡς ἄνθρωπος, ἐδίδασκε λέγων· οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι κῆνσον, ἢ τέλη; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; Πέτρου δὲ φάσκοντος, ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. ἐπήνεγκεν ὁ αὐτός· ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί. Ὄντος δὴ οὖν ἐναργοῦς, ὡς οὐκ ἂν λέγοιτο Χριστὸς, ἔξω τε σαρκὸς ὑπάρχων, καὶ οἱονεὶ

* καὶ οὐκ ἄνθρωπος θεοποιηθείς.

ἀποσταλμένος.

ANNO CHRISTI 431.

I. PART. CAP. II.

οἱονεὶ καταμόνας ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, πρεπούσης A δὲ μᾶλλον αὐτῷ τῆς τοιᾶσδε κλήσεως, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος. φέρε δὴ φέρε δεικνύωμεν ἐξ αὐτῶν ἑλόντες τὰς πίστεις τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ὅτι καὶ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ εἰς ἑνότητα συνῳνεγμένος, τὴν πρός γε φημὶ τὴν ἰδίαν σάρκα. οὗ δὴ πεφηνότος ἀληθείας, θεοτόκος ἂν λέγοιτο πρὸς ἡμῶν, καὶ σφόδρα εἰκότως ἡ ἁγία παρθένος.

& quasi per se separatim subsistens; Christum recte dici non posse, sed id nominis eatenus in illud convenire, quatenus homo factum est; agedum argumentis a sacrarum literarum monumentis ductis; ostendamus secundum naturam Deum esse, etiam si unitatis vinculo propriæ carni cohæreat. Hoc etenim patefacto, simul clarebit, sacram virginem optimo jure deiparam a nobis appellari.

ιθ'.

Οὐκοῦν ὁ προφήτης Ἡσαΐας μονονουχὶ ἐνανθρωπήσαντα τὸν υἱὸν, καὶ ὅσον οὔπω παρεσόμενον προκατεδείκνυε λέγων· ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα· * παρακαλέσατε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ· ἰσχύσατε, B μὴ φοβεῖσθε. ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι, καὶ ἀνταποδώσει· αὐτὸς ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς. τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται. τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται μογιλάλων γλῶσσα. ἄθρει δὴ οὖν, ὅπως καὶ κύριον ἀποκαλεῖ, καὶ Θεὸν ὀνομάζει, ἅτε λαλῶν ἐν πνεύματι· ὅτι μὴ ἄνθρωπον ἁπλῶς θεοφόρον ἠπίστατο τὸν Ἐμμανουήλ, οὔτε μὴν ὡς ἐν ὀργάνου τάξει παρειλημμένον, ἀλλὰ Θεὸν ἀληθῶς καὶ ἐνανθρωπηκότα. τότε γὰρ δὴ τότε καὶ ἀνεῴχθησαν C μὲν ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, ἤκουσαν δὲ καὶ ὦτα κωφῶν. καὶ ἐλάφου δίκην ὁ χωλὸς ἀνεπήδα, γέγονε δὲ καὶ τρανὴ γλῶσσα μογιλάλων. οὕτως αὐτὸν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελισταῖς * ἐκέλευσε διακηρύττειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, λέγον· ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος τὴν Σιὼν, ὕψωσον ἐν ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου ὁ εὐαγγελιζόμενος τὴν Ἱερουσαλήμ· ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε· εἶπον ταῖς πόλεσιν Ἰούδα· ἰδοὺ ὁ Θεὸς ὑμῶν, ἰδοὺ κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων αὐτοῦ μετὰ κυρείας. ἰδοὺ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον ἐνώπιον αὐτοῦ. ὡς ποιμὴν ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ βραχίονι αὐτοῦ συνάξει ἄρνας. * ἐπέφανε γὰρ ἡμῖν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, D ἰσχὺν ἔχων τὴν θεοπρεπῆ, καὶ μετὰ κυρείας βραχίονα, τουτέστιν ἐν ἐξουσίᾳ τε καὶ κυριότητι. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε τῷ μὲν λεπρῷ. θέλω, καθαρίσθητι. ἥπτετο δὲ τῆς σοροῦ, καὶ ἀνίστη τεθνεῶτα τὸν τῆς χήρας υἱόν.

Marg.: * παρακαλέσατε. * ἐκέλευσε. * ἐπέφανε.

XIX.

Igitur propheta Isaias tantum non hominem jam factum, moxque affuturum Filium demonstrans, ita, inquit: *Confortamini manus remissæ; & genua dissoluta: consolamini vos pusillanimes mente; confortamini, & nolite timere. Ecce Deus noster judicium retribuet retributionis: Deus ipse veniet, & salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Isa. 35. v. 3. En quomodo veluti in spiritu loquens, Emmanuelem & dominum appellet, & Deum nominet; quod non hominem simpliciter deiferum aut instrumenti loco assumptum illum sciret, sed Deum vere incarnatum. Tunc enim, tunc cæcorum oculi patefacti sunt, tunc surdorum aures audierunt, tunc claudi cervorum instar exilierunt, tunc balbutientium lingua facta est diserta. Ejusmodi præconiis illum ut exornarent, sanctis evangelistis per Spiritum sanctum injunctum est. ait enim: *Supra montem excelsum ascende tu qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Ierusalem: exaltate, nolite timere: dic civitatibus Iudæ: Ecce Deus vester, ecce dominus Deus in fortitudine venit, & brachium ejus cum dominatione: ecce merces ejus cum eo, & opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet, & in brachio suo colliget agnos, & in sinu suo levabit; fetas ipse portabit.* Isa. 40. v. 9. Apparuit enim nobis dominus noster Iesus Christus divina fortitudine, dominationisque brachio, hoc est, potestate & auctoritate instructus. Hinc leprosum ita affatur: *Volo, mundare.* hinc rursum loculum tetigit, & extinctum viduæ filium in vitam revocavit. Matth. 8. v. 3. Luc. 7. v. 14.

κ'.

Συνήγαγε δὲ καὶ ἄρνας. ποιμὴν γάρ ἐστιν ἀγαθὸς, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε· καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα, καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων. καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι· καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. E ἀρχόμενος δὲ τῶν ἐπ' αὐτῷ κηρυγμάτων καὶ ὁ θεσπέσιος βαπτιστὴς Ἰωάννης, οὔτε θεόκτητος ὄργανον, οὔτε μὴν ἄνθρωπον ἁπλῶς θεοφοροῦντα κατά τινας, Θεὸν δὲ μᾶλλον μετὰ σαρκὸς, ἤγουν ἐνανθρωπηκότα, τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν εὐηγγελίζετο λέγων· ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. τίνος οὖν προστέταχεν ἑτοιμάζεσθαι τὰς ὁδοὺς, πλὴν ὅτι Χριστοῦ, τουτέστιν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ πεφηνότος τοῦ λόγου; ἀπόχρη δὲ, οἶμαι, πρὸς

XX.

Quin & agnos quoque dispersos in unum coegit: est enim pastor ille bonus, qui animam suam pro ovibus suis posuit. Vnde & ait: *Sicut novit me Pater, & ego cognosco Patrem; & animam meam pono pro ovibus meis. & alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili; & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet unum ovile, & unus pastor.* Ioan. 10. v. 11. Ibid. v. 15. Adde his, magnum illum baptistam Ioannem, cum de Christo concionandi exordium faceret, non divinitatis organum, aut hominem simpliciter deiferum (ut nonnullis garrire lubet) ipsum appellasse, iisve qui per universam Iudæam passim habitabant, annuntiasse; sed Deum incarnatum, id est, hominem factum: clamat namque: *Præparate viam domini, rectas facite semitas ejus.* Matth. 3. v. 3. Et cujus quæso vias præparare jussit? an non Christi, hoc est, Verbi in humana forma manifestati? Quid? an non vel unius Pauli

I. PART. CAP. II. testimonium ad fidem huic rei faciendā ſat eſſe A
poterat? ſcribit is autem in hunc modū: *Quid
Rom. 8. v. 31. igitur dicemus? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit?* Hic te nunc interrogo, quomodo is qui ex ſacra virgine ortus eſt, proprius Dei filius appelletur? Sane ut hominis cujuſcumque alterius animantis proprium id eſſe recte dicitur: quod naturaliter ex illo naſcitur; ita merito quoque id proprium Dei cenſetur & appellatur; quod ex illius ſubſtantia progignitur. Qua igitur ratione Chriſtus proprius Dei filius nominatur, qui & a Deo quoque & Patre omnium ſalutis & vitæ B
Rom. 4. v. 25. cauſa oblatus prædicatur? *Traditus eſt enim propter delicta noſtra: & ipſe* (ſecundum prophetæ
1. Petr. 2. v. 24. ex Iſai. 53. vocem) *multorū iniquitates in corpore ſuo pertulit ſuper lignum.* Planum eſt, quod ad naturarum unionem reſpiciens, Emmanuelem qui ex ſacra virgine exortus eſt, Dei Filium definiat: quandoquidem corpus quod ex ea natum eſt, non alterius cujuſpiam hominis noſtri met ſimilis, ſed ipſius Verbi, quod ex Patre natum eſt, proprium erat.

XXI.

Quod ſi quis illum aliud nihil quam nudum Dei organum extitiſſe contenderit; is vel invitus veram Filii rationem illi auferet. C Proponatur verbi cauſa homo quiſpiam, cui ſit filius lyræ tractandæ gnarus, pſallendique oppido peritus; numquid hic lyram & reliqua muſices inſtrumenta eodem cum filio loco & ordine habebit? Nihil enim hac re dici queat abſurdius: ſiquidem lyra ad ſolum artis uſum aſſumitur; muſicus autem etſi omnino organo careat, parentis ſui filius eſſe non definit. Quod ſi illū qui ex muliere ortus eſt, ad miniſterium aſſumptum dixerint, ut miracula per illum ederentur, evangelicorumque oraculorum prædicatio invulgaretur; eadem licentia quemlibet ſanctorum prophetarum, & præcipue ſacratiſſimum illum Moyſen, divi- D
Exod. 7. nitatis inſtrumentum extitiſſe aſſeverent. Hic enim ſublata virga Ægyptiorum flumina in ſanguinem vertit; marique in partes diſſecto,
Exod. 24. Iſraeliticum populum per medium traduxit: & virga ſaxum percutiens, ubertim ſcaturien-
Exod. 17. Pſ. 113. v. 8. Galat. 3. tes undas produxit, & duras cautes in aquarum fontes commutavit: mediator præterea Dei & hominum & legis miniſter, & populi denique dux & doctor extitit. Nihil proinde eximium in Chriſto fuiſſet, ne ullam in partem ceteros, qui illum antec ſerant, excelluiſſet, ſi & ipſe quoque æque ac illi, inſtrumenti vicem expleverit. Conſequens fit ergo divinum Davidem nugari, planeque ineptire,
Pſ. 88. v. 1. dum ait: *Quis in nubibus æquabitur domino? & quis ſimilis erit domino in filiis ejus?* E

XXII.

At ſapientiſſimus Paulus Moyſen, ad Hebræos ſcribens, domeſticis annumerat; eum vero, qui divina diſpenſatione ex muliere natus eſt, hoc eſt Chriſtum, Deum ac domi-
Hebr. 3. v. 1. num vocat. Scribit enim hunc in modum: *Unde, fratres ſancti, vocationis cæleſtis participes, conſiderate apoſtolum & pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum, qui fidelis eſt ei qui fecit illum, ſicut & Moyſes in omni domo ejus. Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, quanto ampliorem honorem habet domus, qui*

A πίστιν καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐπιμαρτυρῶν τε καὶ λέγων· τί οὖν ἐροῦμεν; εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; εἶτα, εἰπέ μοι, πῶς ἂν νοοῖτο Θεοῦ ἴδιος υἱὸς, ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου; ὥσπερ γὰρ ἴδιον ἀνθρώπου, καὶ μὴν ἑκάστου τῶν ἑτέρων ζώων, τὸ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γεγεννημένον· οὕτως ἴδιον Θεοῦ, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ νοοῖτ' ἂν εἴη καὶ λέγοιτο. πῶς οὖν ἴδιος Θεοῦ υἱὸς ὠνόμασται ὁ Χριστὸς, ὃς καὶ δέδοται παρὰ Θεοῦ καὶ πατρὸς, τῆς B ἁπάντων ἕνεκα σωτηρίας καὶ ζωῆς; παρεδόθη γὰρ διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ αὐτὸς ἀνομίας πολλῶν ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. πρόδηλον οὖν, ὅτι τὸ τῆς ἑνώσεως χρῆμα παραληφθὲν ἀναγκαίως, ἴδιον υἱὸν ἀποφαίνει τοῦ Θεοῦ τὸν Ἐμμανουὴλ, τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. σῶμα γὰρ ἦν οὐχ ἑτέρου τινὸς τῶν καθ' ἡμᾶς, ἴδιον δὲ μᾶλλον αὐτοῦ τοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ὄντος λόγου, τὸ γεννηθὲν ἐξ αὐτῆς.

κα'.

Εἰ δὲ δὴ ψιλὴν καὶ μόνην ἀπονέμοι τις αὐτῷ τὴν ὀργανικὴν ὑπουργίαν, ἀποπέμψει καὶ C οὐχ ἑκὼν καὶ τὸ εἶναι κατ' ἀλήθειαν υἱόν. ὑποκείσθω γάρ τις τῷ λόγῳ, φέρε εἰπεῖν, ἄνθρωπος· ἔστω δὲ αὐτῷ καὶ παῖς τὰ εἰς λύραν τεχνίτης, καὶ ψάλλειν τὰ ἄριστα μεμελετηκώς· ἆρα οὖν ὁ τοιοῦτος καταλογιεῖται τὴν λύραν καί τὸ τῆς ᾠδῆς ὄργανον ἐν υἱοῦ τάξει σὺν τῷ υἱῷ; καί τοι πῶς οὐκ εὐήθες λίαν τὸ χρῆμά ἐστιν; ἡ μὲν γὰρ λύρα εἰς ἔνδειξιν παρελήφθη τῆς τέχνης, ὁ δὲ ἐστι καὶ ὀργάνου δίχα, τοῦ τεκόντος υἱός. εἰ δὲ δὴ φαῖεν, ὅτι παρελήφθη πρὸς ὑπουργίαν ὁ ἐκ γυναικὸς, ἵνα δι' αὐτοῦ τελῆται τὰ θαύματα, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἀναλάμψῃ τὸ κήρυγμα· λεγέσθω καὶ ἕκαστος τῶν ἁγίων προφητῶν θεότητος ὄργανον, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἁ- D πάντων ὁ ἱεροφάντης Μωϋσῆς· ὃς ἀνασχὼν τὴν ῥάβδον, μετετίθη μὲν εἰς αἷμα τοὺς ποταμούς· διαχωρίζων δὲ καὶ αὐτὴν θάλατταν, διὰ μέσων ἰέναι κυμάτων ἐκέλευε τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· ἐπιφέρων δὲ αὐτὴν καὶ πέτραις, ὑδάτων αὐτὰς ἐποίει μητέρας, καὶ πηγὴν ἔδειξε τὴν ἀκρότομον· καὶ μεσίτης γέγονε Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ νόμου διάκονος ἦν, καὶ καθηγεῖτο λαῶν. οὐδὲν οὖν ἄρα τὸ περιττὸν ἐν Χριστῷ, καὶ πεπλεονέκτηκε μὲν οὐδαμῶς τοὺς πρὸ αὐτοῦ γεγονότας, εἰ ὡς ἐν ὀργάνων τάξει τε καὶ χρείᾳ κατὰ τὸν ἴσον τρόπον καὶ οὗτος παραλαμβάνεται. πεφλυάρηκε δὲ κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ ὁ θεσπέσιος Δαυὶδ κἀκεῖνο εἰπών· ὅτι τίς ἐν E νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ; καὶ τίς ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ.

κβ'.

Ἀλλ' ὅ γε σοφώτατος Παῦλος τελοῦντα μὲν ἐν οἰκέταις ἀποφαίνει Μωσέα, Θεὸν δὲ καὶ κύριον ἀποκαλεῖ τὸν ἐκ γυναικὸς οἰκονομικῶς γεγονότα, τουτέστι Χριστόν. γέγραφε γὰρ ὧδε. ὥστε ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατα-

ANNO CHRISTI 431.

I. PART. CAP. II.

ὁ κατασκευάσας αὐτόν. πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος· ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεός. καὶ Μωσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ὡς θεράπων, εἰς μαρτυρίαν τῶν λαληθησομένων· Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς. ἄθρει δὴ οὖν ὅπως καὶ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ τετήρηκε μέτρον, καὶ τῆς ἀνωτάτω δόξης καὶ θεοπρεποῦς ἀξίας ἀπονέμει τὴν ὑπεροχήν· ἀρχιερέα γὰρ καὶ ἀπόστολον εἰπὼν, καὶ μὴν καὶ γενέσθαι πιστὸν τῷ ποιήσαντι αὐτὸν εὖ μάλα διαβεβαιούμενος, τετιμῆσθαι μειζόνως ἢ κατὰ Μωσέα φησὶ, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν. εἶτα προσάγει· γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος· ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεός. οὐκοῦν τέτακται μὲν ἐν ποιήμασι καὶ ἐν τοῖς *κατασκευασμοῖς ὁ θεσπέσιος Μωϋσῆς· κατασκευαστὴς *δὲ τούτων ὁ τῶν ὅλων Θεός· καί τοι Θεοῦ λεγομένου κατασκευάσαι τὰ πάντα. Θεὸς οὖν ἄρα καὶ ἀληθινὸς ἀνενδοιάστως ἐστί. καὶ Μωϋσῆς μὲν ὡς θεράπων ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ πιστὸς, Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ· οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς. καί τοι Θεοῦ λέγοντος διὰ φωνῆς προφητῶν· ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.

*κατασκευαζομένοις. *δῆλοι δέδεικται Χριστός. καί τοι.

κγ'.

Ἀλλὰ τίς ἂν νοοῖτο, φαίη τις ἂν ἴσως, ἡ διαφορὰ Χριστοῦ καὶ Μωϋσέως, εἴπερ ἄμφω γεγόνασι διὰ γυναικός; πῶς ὁ μὲν οἰκέτης καὶ ὡς ἐν οἴκῳ πιστὸς, ὁ δὲ καὶ φύσει κύριος ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, τουτέστιν ἡμᾶς; οἶμαι δὲ ἔγωγε παντὶ τὸ χρῆμα ὑπάρχειν ἐναργὲς, εἴπερ ἐστὶν ἐν καλῷ φρενὸς, καὶ νοῦν ἔχει Χριστοῦ, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον. ὁ μὲν γὰρ ἦν ἄνθρωπος, καὶ ὑπὸ ζυγὸν *δουλείας. ὁ δὲ κατὰ φύσιν ἐλεύθερος ὡς Θεὸς, καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων, καὶ κένωσιν ἀνατλὰς τὴν ἐθελούσιον δι' ἡμᾶς· ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο αὐτὸν τῆς θεοπρεποῦς δόξης ἐξοικίσει, οὔτε μὴν τῆς ὑπερτάτης καὶ κατὰ πάντων ὑπεροχῆς *ἀποσοβήσει ποθέν. ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς τὸ αὐτοῦ πνεῦμα πλουτήσαντες· κατῴκησε γὰρ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. τετάγμεθα μὲν ἐν τέκνοις Θεοῦ, τό γε μὴν εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐσμὲν οὐκ ἀποβεβλήκαμεν· ἐσμὲν γὰρ ἄνθρωποι κατὰ φύσιν, καί τοι Θεῷ λέγοντες, Ἀββᾶ ὁ πατήρ· οὕτω καὶ αὐτὸς ὁ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς οὐσίας ἀπορρήτως ἐκπεφηνὼς Θεὸς λόγος, προσλαβὼν τὸ ἀνθρώπινον, τετίμηκε μὲν τὴν φύσιν, οὐ μὴν ἔξω γέγονε τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς, μεμένηκε δὲ καὶ ἐν ἀνθρωπότητι Θεός. οὐκοῦν οὐκ ἐν ὀργάνου τάξει παρειλῆφθαί φαμεν τὸν ἐκ τῆς παρθένου *ναόν· ἑπόμενοι δὲ μᾶλλον τῇ πίστει τῶν ἱερῶν γραμμάτων, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων φωναῖς, σάρκα γενέσθαι τὸν λόγον διακεισόμεθα, κατά γε τοὺς ἤδη πλειστάκις ἡμῖν προαποδοθέντας τρόπους. οὗτος καὶ τέθεικεν ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχήν. ἐπειδὴ γὰρ ἦν ὁ θάνατος αὐτοῦ τοῦ κόσμου ὁ σωτήριος, ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, καί τοι ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ὡς Θεός. πῶς οὖν ἡ ζωὴ τεθνάναι λέγεται, τῇ ἰδίᾳ

*δούλου. *ἀποσοβήσει πόθεν. *υἱόν. * ναὸν habetur quoque in MS. Seguieriano. οὗτος γάρ.

A *fabricavit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creavit, Deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo ejus tamquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: Christus autem tamquam filius in domo sua, cujus domus nos sumus.* Iterum atque iterum hic mihi expende, quomodo & humanæ naturæ proprietates integras illi conservet, & summæ nihilominus, solique Deo convenientis gloriæ, ac dignitatis excellentiam eidem tribuat. Primo namque apostolum ac pontificem illum vocat; mox ei qui fecit illum, fidelem extitisse pronuntiat; postremo dignitate & honore tantum Moysen excelluisse asseverat, quantum architectus domo quam fabricavit, gloria præstat. B Subjungit deinde: *Omnis enim domus fabricatur ab aliquo: is vero qui omnia creavit, Deus est.* Divinus itaque Moyses inter res effectas & structuras censetur: at vero Christus omnium opifex declaratur. Et quia omnia condita dicit a Deo, Christum verum Deum esse omnino necessarium est. addit rursum: *Et Moyses quidem tamquam famulus in tota ejus domo fidelis erat; Christus autem tamquam filius supra domum illius est, cujus domus nos sumus*, juxta illud prophetæ: *Quoniam habitabo in illis, & ambulabo cum illis, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.*

Ibidem. 2. Cor. 6. v. 16. ex Levit. 26. v. 12.

C XXIII.

Dixerit forte quispiam: Ecquis hoc inter Christum & Moysen discrimen agnoscere queat? Etenim si uterque ex muliere progenitus est, quomodo alter est in domo tamquam fidus famulus, alter vero tamquam natura filius & dominus supra domum illius, quæ domus nos sumus? Res hæc, ut ego quidem sentio, iis qui ingenio valent, sensumque & mentem Christi (ut apostolus loquitur) obtinent, neutiquam obscura est. Moyses namque erat homo servitutis jugo pressus; Christus vero ut Deus & universorum architectus, suapte natura liber erat. Nam etsi nostri causa in exinanitionem volunta- D riam sese demisit, ea tamen abjectio divinam gloriam illi nequaquam adimet, nec a suprema illa excellentia, quam super omnes habet, ulla ex parte ipsum excludet: quandoquidem ut nos spiritu ipsius locupletati (in nostris enim cordibus hic inhabitat,) inter filios Dei censemur; neque per hoc tamen id quod naturaliter sumus, esse desinimus (sumus namque homines secundum naturam, etiamsi Deo, Abba Pater, dicamus.) ita Deus Verbum, quod inexplicabili quodam modo ex Dei & Patris substantia gignitur, naturam humanam quam assumpsit; honore quidem affecit, non ob id tamen propria digni- E tate aut excellentia excidit. mansit enim Deus, etiam humanitate jam indutum. Neutiquam ergo templum illud, quod ex sacra virgine assumptum est, organi loco acceptum dicimus: verum sacrarum scripturarum sensum, sanctorumque patrum sententias secuti, Verbum modo non semel jam exposito, carnem factum, & suam pro nobis animam posuisse asserimus. Nam cum mortem suam salutem mundo allaturā esse non ignoraret, crucem sustinuit confusione contempta; tametsi secundum naturam vita esset, utpote Deus. Quomodo igitur vita morte oppetivisse dicitur?

1. Cor. 7. v. 40. Philip. 2. Rom. 8 v. 11. Ibidem. Hebr. 12. v. 2.

I. PART. CAP. II.

Non aliter sane, quam mortem in propriam A carnem excipiens: quandoquidem dum hanc denuo vivam reddidit, veram se vitam esse aperte ostendit.

XXIV.

Verum quo planius fiat quod dicitur, age, & in nostram quoque mortem inquiramus, ejusdem rationem accurate consideremus. Núquid ergo mortalium quispiam sana mente utens, dum corpus hoc terrenum extinguitur, una cum illo ipsam quoque animam extingui credit? Non existimo vel uni ex omnibus id esse persuasum: & tamen quod communiter accidere solet, non corporis, sed hominis B mors appellatur. Ad eum itaque modum & de ipso quoque Emmanuele statuas licet. erat enim Verbum in eo quod ex muliere susceptum erat, tamquam in proprio corpore; hoc ipsum autem corpus præfinito tempore in mortem contradidit, nihil interim incommodi propria natura sustinens. ipsum namque & vita est, & cetera omnia vivificans est: verumtamen quæ carnis sunt veluti propria in se transferens, & mortem perpessum, ac resurgens quod erat pro omnibus mortuum, proprio sanguine humanum genus expiasse, & quotquot per terrarum orbem degunt, Deo & Patri acquisivisse dicitur. Vnde sacer vates Isaias, divino Spiritu afflatus, hæc de illo pronuntiat: *Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis deputatus est, & ipse peccata multorum tulit.* C

Isai. 53.

XXV.

Vnus ergo omnes dignitate præstans pro omnibus animam suam posuit; & œconomica quadam ratione carnem per mortem nonnihil humiliari sinebat. Verum secundum propriam naturam, in quam nullus dolor, nulla cadit perpessio, eamdem mortem vicissim destruxit, quo hac nimirum ratione corruptio in omnium corporibus enervaretur, mortisque imperium dissolveretur. Etenim ut in Adam omnes morimur, sic e contrario in Christo omnes vivificamur. Neque enim ea quæ ad salutem nostram faciunt, secundum naturam divinam perfecisset, si secundum naturam humanam mortem nostri causa non sustinuisset. Traditur namque mortem primo quidem oppetiisse ut homo; mox vero per id quod sua natura est Deus, in vitam denuo rediisse. Si igitur mortem secundum scripturas corpore non pertulit, neque spiritu vivificatus revixit quoque. Quod si vero in vitam non resurrexit, fides nostra vana est, & in peccatis etiamnum sepulti jacemus. Nam juxta beati Pauli doctrinam, in mortem illius baptizati sumus; peccatorumque remissionem per sanguinem illius obtinuimus.

1. Cor. 15. v. 22.

D

1. Cor. 15 v. 17.

Rom. 6. v. 3.

XXVI.

Porro autem si neque verus Dei filius est Christus, neque natura Deus, sed æque E ac nos, nihil aliud quam homo, aut divinitatis instrumentum; nequaquam per Deum salutem consecuti sumus, sed per eum qui nostri similis nostri causa mortuus, alteriusque virtute & potestate resuscitatus est. Quomodo ergo mors per Christum devicta dicitur? Atqui Christum de sua anima ita pronuntiantem audio: *Nemo tollit illam a me, sed ego pono eam a me. potestatem enim habeo ponendi eam, & potestatem habeo rursum sumendi eam.*

Ioan. 10. v. 18.

σαρκὶ παθοῦσα τὸν θάνατον, ἵνα φαίνηται ζωὴ, ζωοποιοῦσα πάλιν αὐτήν.

ANNO CHRISTI 431.

κδʹ.

Φέρε γὰρ καὶ ἡμῶν αὐτῶν ὁ τοῦ θανάτου πολυπραγμονείσθω τρόπος. οὐχ ἅπασι οἶμαι τῶν εὖ φρονούντων ἐρεῖ τοῖς ἀπὸ γῆς σώμασι συγκαταφθείρεσθαι τὰς ψυχάς. ἀλλ' οἶμαι τοῦτό ἐστιν ἐν οὐδενὶ τῶν ὄντων ἐνδοιαστόν. πλὴν ἀνθρώπου θάνατος, τὸ συμβεβηκὸς ὀνομάζεται. οὕτω νοήσεις καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Ἐμμανουήλ. ἦν μὲν γὰρ ὁ λόγος ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι τῷ ἐκ γυναικὸς, ἐδίδου δὲ αὐτὸ τῷ θανάτῳ κατὰ καιρὸν, πάσχων μὲν οὐδὲν εἰς ἰδίαν φύσιν αὐτός· ζωὴ γάρ ἐστι καὶ ζωοποιός· οἰκειούμενος δὲ τὰ * σαρκικὰ, ἵνα καὶ αὐτοῦ λέγηται τὸ παθεῖν, καὶ εἷς ὁ πάντων ἀντάξιος, τεθνεὼς ὑπὲρ πάντων, ἀγοράσῃ τῷ ἰδίῳ αἵματι τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ κατακτήσηται τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν. καὶ τοῦτο ὡς ἀληθὲς ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας διακηρύττει λέγων ἐν πνεύματι· διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα, ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη.

* ἡ συγκαταφθείρεσθαι.

* σαρκός.

κεʹ.

Εἷς οὖν ὁ πάντων ἀξιώτερος τὴν ἰδίαν ὑπὲρ πάντων τέθεικε ψυχήν. καὶ συνεχώρει μὲν οἰκονομικῶς καταβιάζεσθαι βραχὺ τῷ θανάτῳ τὴν σάρκα, * κατήργηκε δὲ πάλιν αὐτὸν ὡς ζωὴ, παθεῖν οὐκ ἀνεχομένη τὸ παρὰ φύσιν ἰδίαν· ἵνα καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων ἀτονήσῃ σώμασιν ἡ φθορὰ, καὶ τὸ θανάτου παραλύοιτο κράτος. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες * ζωοποιηθησόμεθα. εἰ γὰρ μὴ πέπονθεν ἀνθρωπίνως ὑπὲρ ἡμῶν, οὐ δὲ ἐνήργησε θεϊκῶς τὰ εἰς σωτηρίαν ἡμῶν. λέγεται γὰρ πρότερον ἀποθανεῖν μὲν, ὡς ἄνθρωπος, ἀναβιῶναι δὲ μετὰ τοῦτο, διὰ τὸ εἶναι κατὰ φύσιν Θεός. εἰ τοίνυν οὐ πέπονθε τῷ τεθνάναι σαρκὶ, κατὰ τὰς γραφὰς, οὐδὲ ἐζωοποιήθη πνεύματι, τουτέστιν, οὐκ ἀνεβίω. καὶ εἰ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ματαία ἡ πίστις ἡμῶν· ἔτι ἐσμὲν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. βεβαπτίσμεθα γὰρ εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, κατὰ τὰς τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὰς, καὶ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἐσχήκαμεν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ.

* κατήργησε τὸ.

* ζωοποιηθησόμεθα.

κϛʹ.

Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ὁ Χριστὸς οὔτε υἱὸς ἀληθῶς, οὔτε μὴν φύσει Θεὸς, ἄνθρωπος δὲ ψιλὸς καθ' ἡμᾶς, καὶ θεότητος ὄργανον, σεσώσμεθα μὲν οὐκ ἐν Θεῷ πόθεν, ἑνὸς δὲ μᾶλλον τῶν καθ' ἡμᾶς τεθνεῶτος ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ δυνάμεσιν ἀλλοτρίαις ἐγηγερμένου. πῶς οὖν ἔτι κατηργήθη ὁ θάνατος διὰ Χριστοῦ; καί τοι λέγοντος ἀκούω σαφῶς περὶ τῆς ἰδίας ψυχῆς· οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. ἐξουσίαν γὰρ ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν.

κατέβη

ANNO CHRISTI 431.

κατέβη γὰρ μεθ' ἡμῶν εἰς θάνατον διὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ὁ θάνατον οὐκ εἰδὼς, ἵνα καὶ ἡμεῖς * ἀναβιῶμεν σὺν αὐτῷ πρὸς ζωήν. ἀνεβίω γὰρ σκυλεύσας τὸν ᾅδην, οὐχ ὡς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὡς Θεὸς ἐν σαρκὶ μεθ' ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ * ἡμᾶς. κατεπλούτει δὲ ἡ φύσις ὡς ἐν αὐτῷ δὴ καὶ πρώτῳ τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ συνετρίβη ὁ θάνατος, τῷ τῆς ζωῆς σώματι πολεμίου δίκην εἰσβαλών. ὥσπερ γὰρ νενίκηκεν ἐν τῷ Ἀδὰμ, οὕτω πέπτωκεν ἐν τῷ Χριστῷ. καὶ γοῦν ἀναβαίνοντι δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεὸν, ἵνα τοῖς ἐπὶ γῆς βάσιμον ἀποφήνῃ τὸν οὐρανὸν, τὰς ἐπινικίους ᾠδὰς ἀνετίθη λέγων ὁ θεσπέσιος μελῳδός· ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος. ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλατε· ψάλατε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλατε· ψάλατε συνετῶς. ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη. ἔφη δέ που καὶ ὁ μακάριος Παῦλος περὶ αὐτοῦ, λέγων· ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα.

* ἀναβιῶμεν. ἀναβαίνωμεν.
* ἡμῶν.

κζ'.

Ὅτι τε τοίνυν καὶ Θεός ἐστιν ἀληθῶς, καὶ βασιλεὺς κατὰ φύσιν, εἴρηται δὲ καὶ τῆς δόξης κύριος ὁ ἐσταυρωμένος, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις θεοτόκον εἰπεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον; προσκυνήσον ὡς ἕνα, μὴ διελὼν εἰς δύο μετὰ τὴν ἕνωσιν. τότε γελάσεται μάτην ὁ παράφρων Ἰουδαῖος, τότε κυριοκτόνος ἔσται κατὰ ἀλήθειαν· ἁλώσεται δὲ πεπλημμεληκὼς οὐκ εἰς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' εἰς αὐτὸν * τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστόν. καὶ δὴ καὶ ἀκούσεται· οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρμα πονηρὸν καὶ υἱοὶ ἄνομοι· ἐγκατελίπετε τὸν κύριον, καὶ παρωργίσατε τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ. ἑλλήνων δὲ παῖδες κατ' οὐδένα τρόπον τὴν τῶν χριστιανῶν διαμωμήσονται πίστιν. λελατρεύκαμεν γὰρ οὐκ ἀνθρώπῳ ψιλῷ· μὴ γένοιτο· Θεῷ δὲ μᾶλλον τῷ κατὰ φύσιν, οὐκ ἀγνοοῦντες αὐτοῦ τὴν δόξαν, κἂν εἰ γέγονε καθ' ἡμᾶς, μεμενηκὼς ὅπερ ἦν, τουτέστι Θεὸς, δι' οὗ τε καὶ σὺν αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ εἴη δόξα σὺν ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* τὸν σωτῆρα Θεόν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ' προσφωνητικὸς πρὸς τὸν ' εὐσεβέστατον βασιλέα Θεοδόσιον, περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως τῆς εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

' λόγος. ' εὐλαβέστατον.

α'.

ΤΗΣ μὲν ἐν ἀνθρώποις εὐκλείας τὸ ἀνώτατον, καὶ ἀσυγκρίτοις διαφοραῖς τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνεστηκός τε καὶ ὑπερκείμενον, ὑμεῖς ὦ φιλόχριστοι βασιλεῖς, καὶ κλῆρος ὑμῖν ἐξαίρετός τε καὶ πρέπων παρὰ Θεοῦ, τῆς ἐνούσης αὐτῷ κατὰ πάντων * ὑπεροχῆς, εἰκὸς γὰρ ἐπὶ γῆς τὸ γέρας. κάμπτει μὲν γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, θρόνοι τε καὶ ἀρχαὶ, κυριότητες καὶ ἐξουσίαι, δοῦλον ' ὑπέχουσαι τὸν αὐχένα, καὶ ταῖς καθηκούσαις ἀεὶ δοξολογίαις καταγεραίρουσι· πλήρη τε εἶναί φασι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τῆς δόξης αὐτοῦ. ἴδοι

* ὑπεροχῆς εἰκόνα ἐπὶ γῆς φέρει.
' ὑπέχουσι.

I. PART. CAP. III.

A Qui enim mortem nesciebat, ille secundum propriam carnem in mortem omnibus communem se abjecit, quo & nos quoque una cum illo ad vitam resurgeremus. Revixit enim despoliatis inferis, non ut nostræ conditionis homo; sed ut Deus in carne nobiscum & supra nos. Obtinuit autem natura in ipso tamquam in capite incorruptionem. Contrita est mors quoque, dum corpori quod ipsius vitæ erat, hostiliter insultat. Quemadmodum enim illa per Adam vicit, ita per Christum debellata corruit. Quamobrem divinus ille psaltes David ad Deum cælestemque Patrem pro nobis & pro- B pter nos ascendenti, nempe quo nobis terræ hujus inquilinis viam ad cælum muniret, ejusmodi triumphali carmen accinuit: *Ascendit Deus in jubilo, dominus in voce tubæ. Psallite Deo nostro, psallite; psallite regi nostro, psallite, psallite sapienter. Deus regnavit super omnes gentes.* Sed & beatus Paulus quoque de illo his consentanea scribit: *Qui*, inquit, *descendit, ipse est qui & ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia.*

Psal. 46. v. 6. 7.
Ephes. c. 4. v. 10.

XXVII.

Cum igitur secundum naturam verus sit rex, & Deus item verus gloriæ dominus crucifixus prædicetur; cui dubium esse potest, quin sacra virgo deipara sit nominanda? Tu C igitur Emmanuelem ut unum adora, neque post factam unionem in duos illum disseca. Tunc enim insanus Iudæus incassum ridebit, tunc proculdubio occisi domini reus agetur; tunc illum non in vulgarem quempiam hominem nobis similem impie ac scelerate sævisse apparebit, sed in universorum salvatorem & Deum; audietque vel invitus: *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis, semini nequam, & filiis scelestis. Dereliquistis dominum, & exacerbastis sanctum Israel.* Tunc gentium populus nullo prorsus jure Christianorum fidem subsannare poterit. Agnoscet enim nos non nudo alicui homini divinum cultum defer- D re, absit; sed illi qui natura Deus est. neque enim gloriæ majestatisque illius ignari sumus. nam etsi perinde ac nos factus est; id tamen quod erat, nimirum Deus, semper mansit. Per ipsum, & cum ipso, Deo & Patri sit gloria, cum sancto & vivifico Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

1. Cor. c. 2. v. 8.
Isa. c. 1. v. 4.

CAPUT III.

Cyrilli episcopi Alexandrini de recta in dominum nostrum Iesum Christum fide liber, religiosissimo imperatori Theodosio nuncupatus.

I.

E SUPREMUM humanæ gloriæ culmen, Christianissimi imperatores, longe maximo discrimine ceteris omnibus antecellens præstansque; præclara itidem sors, munusque perillustre a divina excellentia & majestate in vos defluxit, nempe quo summæ illius celsitudinis & dignitatis aliquod quoque vestigium & quasi simulacrum in terris extaret. Igitur ut summo illi numini omne genu incurvatur, thronique & dominationes, principatus ac potestates prona submittentes colla, congruis illud laudibus & hymnis venerantur, necnon cælum terramque plena ejusdem gloria & majestate esse profitentur: ita

Isai. 45. v. 23.
Isai. 6.

I PART. CAP. III.

ita in vestra quoque serenitate adeo conspicuæ atque omnium supremæ claritudinis illustrem ac plane expressam imaginem intueri licet. Vos etenim omni terreno fastigio superiores, amplissimarum dignitatum fontes estis. Vos humanæ felicitatis principia & origines: clementissimis majestatis vestræ nutibus ad justam honestamque ac beatam vivendi rationem promovetur quidquid usquam est gentium, regni vestri soliis substratum. Quod si qui sunt, qui jugum detrectent, illi vestra potentia nullo pene negotio superati succumbunt. Imo vero si regium scutum vel semel concussum micuerit, vana illorum consilia atque studia in ventos mox abeunt; quippe qui amentiam suam missam facientes, e vestigio ad genua vestra sese provolvant, supplicesque veniam exposcant. Nimirum cohortes vestræ bellicosissimæ, militarisque disciplinæ peritissimæ, ac triumphis agendis nunquam non assuefactæ, terrarum orbem subjugarunt. Vos proinde totus oriens, vos totus canit occidens, omnique laudum genere prosequitur: vos, qui ad austrum vergunt, vos, qui ad aquilonem pertinent, festivis gratulationibus exornare nunquam desinunt. Inconcussum autem piissimi & sacratissimi imperii vestri firmamentum est ipse dominus Iesus Christus. *Per hunc enim*, ut scriptum est, *reges regnant, & potentes decernunt justitiam.* est enim illi voluntas omnipotens, omnisque boni, si solum annuat, copia. Dilargitur is ergo amicis suis munera in primis eximia & præclara, & quæ in precio habeantur, quam maxime idonea, & id quidem admodum alacriter & prompte. Quod hic dicimus, vel ea sola quæ majestati vestræ ab eo donata sunt, & olim adhuc, quemadmodum confidimus, donabuntur, verum esse evidenter ostendunt. Ceterum quod eximia in Deum pietas inconcussum regiæ dignitatis fundamentum existat, id quanta fieri poterit brevitate & claritate, vel ex ipsa sacra divinaque scriptura docere enitar.

Proverb. c. 8. v. 15.

II.

Plurimi citra controversiam retro actis temporibus extitere, qui Iudæam provinciam administrarunt, regnique illius gubernacula tractaverunt. Verum quotquot ex illis cultu & observantia, quæ Deo debentur, impie contemptis, & justitiæ magistra lege pro nihilo ducta, suo fastui suisque libidinibus libere indulgendum esse putaverunt, omnes hi mali & miseri male misereque perierunt. Est enim res periculosissima, quidpiam in Deum committere, proculcataque æquitate quocumque modo in illius offensam incidere. Contra vero quicumque se pios in illum declararunt, quæque illi placitura credebant, omni ope præstare elaborarunt, citra sudorem ac pulverem hoste devicto debellatoque triumphum cecinerunt. Ejusmodi inter ceteros fuit Iosias ille, qui idolorum cultoribus una cum ipsis delubris & aris incensis, incantationibusque & falsis divinationibus omnibus e medio sublatis, ac inanibus dæmoniacæ imposturæ ludibriis profligatis, regnum apprime nobilitatum, summaque apud veteres ac recentiores omnes, qui ea quibus divina mens oblectatur, colere didicerunt, laude & admiratione dignum reliquit. Verum enimvero

4. Reg. 23.

ANNO CHRISTI 431.

A δι' αὖ τις καὶ ἐπὶ τῆς ὑμετέρας γαληνότητος, τῆς οὕτω περιφανοῦς καὶ ἀνωτάτω πασῶν εὐκλείας διαπρέποντά τε καὶ ἐναργῆ τὸν τύπον. ὑμεῖς γάρ ἐστε καὶ τῶν εἰς λῆξιν ἀξιωμάτων πηγαὶ, καὶ ἁπάσης ὑπεροχῆς ἐπέκεινα, καὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις εὐημερίας ἀρχὴ, καὶ ῥύσις· καὶ νεύμασι μὲν τοῖς ἡμερωτάτοις τοῦ ὑμετέρου κράτους, πρὸς ἔννομόν τε καὶ ἀξιάγαστον καὶ ἀοίδιμον πηδαλιουχεῖται ζωὴν πᾶν ὅσον ἐστὶ τοῖς τῆς βασιλείας θώκοις ὑπεστρωμένον. οἱ δὲ τῆς ζεύγλης οὐκ ἀνεχόμενοι, πίπτουσι ῥᾳδίως, τῆς ἐνούσης ὑμῖν εὐσθενείας ἡττώμενοι. B κἂν ἀστράψῃ μόνον ἡ βασιλέως ἀσπὶς, φροῦδα τὰ ἐκείνων οἴχονται, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀπονοίας τὸν οἰκεῖον εὐθὺς ἀποστήσαντες νοῦν, πεσόντες εἰς γόνυ ζητοῦσι τὸν ἔλεον. τοιγάρτοι κεκράτηκε τῆς ὑπ' οὐρανὸν τῶν ὑμετέρων ὑπασπιστῶν ἡ μαχιμωτάτη, καὶ ἐμπειροπόλεμος, καὶ ἀεὶ νικῶσα πληθύς. ὑμεῖς ἐστε τῶν πρὸς ἑῴαν καὶ ἑσπέραν καὶ ᾠδὴ, καὶ λύρα, καὶ ἁπάσης ὑπόθεσις εὐφημίας· ὑμᾶς οἱ πρὸς νότον, καὶ μὴν καὶ ὅσοι βορειότερον οἰκοῦσι τόπον, φωναῖς χαριστηρίοις στεφανοῦντες οὐ καταλήγουσιν. ἔρεισμα δὲ τὸ ἀκράδαντον τῆς οὕτω θεοφιλοῦς καὶ εὐαγεστάτης ὑμῶν βασιλείας, αὐτὸς ὁ κύ-C ριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. δι' αὐτοῦ γὰρ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ οἱ δυνάσται γράφουσι δικαιοσύνην, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἔστι γὰρ αὐτῷ παναλκὲς τὸ θέλημα, καὶ ἐν τῷ κατανεῦσαι μόνον ἡ παντὸς πλήρωσις ἀγαθοῦ. διανέμει δὲ καὶ λίαν ἑτοίμως τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν τὰ πάντων ἐξαίρετα, τῶν ὅσα ἐστὶν ἀξιόληπτα, καὶ τεθαυμασμένα. καὶ ἀπόχρη μὲν εἰς ἀπόδειξιν ὧν ἔφην, τὰ τῷ ὑμετέρῳ κράτει δεδωρημένα, δοθησόμενα δὲ ἔτι, καθὰ πεπιστεύκαμεν. ὅτι δέ ἐστι κρηπὶς ἀκατάσειστος ταῖς βασιλέων τιμαῖς, τὸ εἰς Θεὸν εὐσεβείας τὰ αὐχήματα, καὶ ἐξ αὐτῆς πειράσομαι τῆς ἁγίας καὶ D θεοπνεύστου πληροφορῆσαι γραφῆς, βραχυλογήσας, ὡς ἔνι.

β'.

Πλεῖστοι μὲν γὰρ ὅσοι γεγόνασι κατὰ καιροὺς, οἱ τῆς Ἰουδαίων ἄρξαντες χώρας, καὶ τοὺς τῆς παρ' αὐτοῖς βασιλείας διέποντες θρόνους. ἀλλ' οἱ μὲν τῆς εἰς Θεὸν αἰδοῦς ἀνοσίως ὀλιγωρήσαντες, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης πρύτανιν παρ' οὐδὲν ποιούμενοι νόμον, καὶ τοῖς τῆς * φαυλότητος βόθροις ἑαυτοὺς ἐνιέντες οἱ τάλανες, κακῶς ἀπολώλασι. παγχάλεπον γὰρ τὸ προσκρούειν Θεῷ, καὶ κατά τι γοῦν ὅλως ἔξω φέρεσθαι τοῦ εἰκότος, λυποῦντας αὐτόν. ὅσοι δὲ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας γε-E γόνασιν ἐπιμεληταὶ, καὶ τῶν ἀρεσκόντων αὐτῷ γνήσιοι φύλακες, νενικήκασιν ἐχθροὺς ἀμογητὶ, καὶ κεκρατήκασι τῶν δι' ἐναντίας. τοιοῦτός τις ἦν Ἰωσίας ἐκεῖνος, ὃς αὐτοῖς τεμένεσι καὶ βωμοῖς τοὺς τῶν εἰδώλων κατεμπρήσας θεραπευτὰς, γοητείας τε ἁπάσης καὶ ψευδομαντείας τρόπους περιελὼν, καὶ τὰ τῆς δαιμονιώδους ἀπάτης καταλύσας παίγνια, τοῦ παντὸς ἀξίαν ἀπέφηνε λόγου τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν, καὶ ἀξιάγαστον μὲν τοῖς πάλαι, τεθαυμασμένην δὲ καὶ εἰς δεῦρο, παρά γε τοῖς εἰδόσι τιμᾶν τὰ οἷς ἂν ὁ θεῖος ἐφήδοιτο νοῦς. ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ἅπαντα

* φιλαυτίας.

ANNO CHRISTI 431.

ἅπαντα τοῖς ὑμετέροις προγόνοις, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς εὖ μάλα κατώρθωται. διαμεμνήσομαι δὲ χρησίμως καὶ τῶν ἐν Ἐζεκίᾳ τῷ σοφωτάτῳ κατὰ καιροὺς πεπραγμένων· ὀνήσει γὰρ οὐ μετρίως τὴν εὐσεβεστάτην ὑμῶν κορυφὴν ἡ τῶν λόγων δύναμις.

γʹ.

Ἀνήρ τις τῶν ἐκ Βαβυλῶνος τῆς Περσικῆς, Ραψάκης οὗτος ἦν. οὗτος ἀνεῖλε μὲν ἅπασαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν· καταδῃώσας δὲ σὺν αὐτῇ τὴν Σαμάρειαν, ἐπ' αὐτὴν ᾔει τὴν Ἱερουσαλὴμ * μυριάνδρῳ πλήθει τῶν ὑπὸ χεῖρα δορυφορούμενος· καὶ φάλαγγα μὲν ἱππικὴν οὐκ εὐχείρωτον ἔχων, μᾶλλον δὲ καὶ δυσάντητον· ὁπλίτην δὲ πεζομάχον, καὶ ταῖς ψάμμοις ἰσάριθμον. εἶτα τῷ τείχει * περιστήσας ἑλεπόλεις, καὶ τὴν τοῦ πολέμου παρασκευήν, ἀπονοίαις τε βαρβαρικαῖς οὐ μετρίως καταφρυαττόμενος, αἱρήσειν μὲν κατὰ κράτος ὁμοῦ ταῖς ἄλλαις καὶ αὐτὴν ἔφασκε τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ τῆς ἀῤῥήτου δόξης κατεθρασύνετο καὶ παλιμφήμους ἠφίει φωνάς, ἀκρατῆ καὶ ἀχάλινον τὴν γλῶσσαν ἀνεὶς ἐπὶ Θεόν. ἔφη γὰρ ὅτι κἂν εἰ βούλοιτο σώζειν αὐτούς, ἀνόνητον ἔσεσθαι τοῖς ἐπ' αὐτῷ πεποιθόσι τὴν χάριν τῆς ἐπικουρίας. ἐπειδὴ δὲ ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες τῷ βασιλεῖ τῆς ἐκείνου σκαιότητος τὰ τολμήματα, καὶ τοὺς Περσικοῦ φρονήματος γέμοντας λόγους· τότε δὴ τότε μόναις ὥσπερ ἐπαλγήσας ταῖς κατὰ Θεοῦ δυσφημίαις, καὶ τὸ τὴν πόλιν ἁλῶναι ταύτην ἔσεσθαι πρόφασιν ἐμφρόνως ὑπειληφώς, περιεῤῥήγνυτο τὴν ἐσθῆτα, καὶ εἰς τὸν οἶκον ἀνέβη τοῦ Θεοῦ, λιταῖς δηλονότι τὴν θείαν ὀργὴν ὑποδεχόμενος, καὶ τῶν ἐπὶ ταῖς δυσφημίαις αἰτιαμάτων ἑαυτὸν ἀπαλλάττων. καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; εὐμενῆ καὶ ἵλεων κατεστήσατο τὸν τῶν δυνάμεων κύριον· νενίκηκε τὸν Ἀσσύριον· οὐχ ἵππον εἰς μάχην ὁπλίσας εὐχάλινον, οὐ τοξοτῶν εὐστοχίαις, οὐ δοράτων βολαῖς, οὐδὲ ταῖς τῶν τακτικῶν ἐμπειρίαις τῶν ὑπὸ χεῖρα χρώμενος, ψήφῳ δὲ μᾶλλον τῇ παρὰ Θεοῦ, τῆς τῶν Ἀσσυρίων στρατιᾶς τὸν ἐν μιᾷ νυκτὶ καθορίσαντος θάνατον. ἐξῆλθε γάρ, φησίν, ἄγγελος κυρίου, καὶ ἀνεῖλεν ἐκ τῆς παρεμβολῆς τῶν Ἀσσυρίων ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας· καὶ ἀναστάντες τὸ πρωῒ, εὗρον πάντα τὰ σώματα νεκρά. οὗτοι τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας καρποί, καὶ τοῦ μὴ ἀνασχέσθαι φωνῆς, εἰ κατ' αὐτῆς τῆς θείας * γένοιτο δόξης.

* μυριάδων.

* ἐφιστήσας

* λέγοιτο.

δʹ.

Δεῖν δὲ οἶμαι μάλιστα ταῖς βασιλέων εὐσεβέσιν ἀκοαῖς παλίμφημον μὲν οὐδὲν λαλεῖσθαι κατὰ Θεοῦ, ἐκεῖνα δὲ μᾶλλον, ὅσα καὶ μώμου παντὸς καὶ διαβολῆς ἐπέκεινα ἔρχεται, καὶ τῆς πρεπούσης δοξολογίας αὐτῷ ποιεῖται τὴν ἔκτισιν. ἄριστα δὲ τοῦτο κἀγὼ εἰδὼς ἔχειν, παρωρμήθην ἀναγκαίως, τῆς ὀρθῆς τε καὶ ἀποστολικῆς πίστεως τὴν παράδοσιν ἐγγράψαι μὲν τῷδε τῷ βιβλίῳ, ξένιον δὲ ὥσπερ τι πνευματικὸν προσκομίσαι τῷ ὑμετέρῳ κράτει, καὶ αὐταῖς δὲ ταῖς θεοφιλεστάταις ἀληθῶς βασιλίσιν, αἳ τῇ ὑμετέρᾳ γαληνότητι συναστράπτουσι. καὶ ἡ μὲν ταῖς εὐκταιοτάταις ὑμῖν ἐπαυχοῦσα γοναῖς, καὶ τῆς εἰσαεὶ

I. PART. CAP. III.

A Licet isthæc omnia cum virtute & gloria a majoribus vestris, vobisq; ipsis suscepta observataque sciam, non erit tamen inutile, opinor, si quæ sapientis Ezechiæ pietate ac studio eo in genere gesta sunt, hoc loco apte commemoravero: hujusce namque narrationis vis & energia non parum commodi vestræ sublimitati apportabit.

III.

Fuit ex Persica Babylone vir quidam, cui Rapsaces nomen. Hic posteaquam universam Iudæorum provinciam propemodum occupasset, Samariamque una cum ipsa hostiliter depopulatus esset; copiis innumerabilibus stipa- *Isai. 36.*
B tus ipsam quoque Hierosolymam adoriri moliebatur. Porro autem eum minime contemnendas, imo vero tantumnon inexpugnabiles equitum turmas, peditatumque maris arenas pene æquantem adduceret; vastatrices urbium machinas reliquumque belli apparatum civitatis mœnibus admovet; barbaraque væsania ac supercilio plurimum elatus, sanctam Hierosolymorum civitatem perinde ac alias vi se capturum expugnaturumq; jactitabat, & contra venerandam Dei majestatem petulanter quoque insurgens, liberaque incontinentissimæ ac insolentissimæ linguæ frena permittens, maledictas in Deum voces detorquere
C non dubitabat. Aiebat enim, eos qui suam in ipsum spem collocaverant, etiamsi vellet, servare, speratique subsidii beneficium eisdem præstare non posse. Cum ergo accessissent, qui insanos illius conatus, verbaque Persico fastu turgentia regi denuntiarent; ille *Isai. 37.* sola convicia in Deum detorta ægerrime ferens, eaque capiendæ civitatis causam esse posse, pie prudenterque considerans, derepente conscissa veste in domum Dei ascendit, suppliciter iræ divinæ obsecundans, & se ab illo blasphemiarum crimine exolvens. Ecquid illo studio promovit? illud nimirum, quod virtutum dominum benignum propitiumque
D sibi reddidit: quandoquidem non frenatis & ad pugnam instructis equis, non sagittariorum dexteritate, non hastatorum pilis, non ducum peritia, sed Dei auxiliis usus munitusque, Assyrios debellari volentis, una nocte omnem illorum exercitum delevit. Scriptum namque est: *Egressus est autem angelus domini, & percussit ex castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Et surgentes mane invenerunt omnia corpora mortua.* Hi pietatis sunt fructus; hæc eorum, qui blasphemas in Deum voces non ferunt, merces.

IV.

Arbitror autem ad pias principum aures nihil quod in Deum blasphemum sit, efferri debere; verum id tantum, quod extra omnem notam & reprehensionem positum, ad laudem & gloriam, quæ summo jure summo illi numini debentur, omni ex parte faciat. Cum ergo optimum convenientissimumq; id esse compertum habeam, incitor necessario, ut rectæ fidei canonem ab apostolis traditum, & commentariolo hoc breviter comprehensum, veluti spiritale quoddam xenium, cum vestræ majestati, tum ipsis quoq; reginis veræ pietatis studiosissimis offerã; ut quæ ambæ una cum vestra serenitate coruscent, insigniterque floreant. altera enim sobole vobis exoptatissima felix, regni

I. PART. CAP. III. vestri sceptris perpetuæ successionis spem affert: altera vero inter virgineas gemmas adolescens, regni vestri præclarissimi curas vobiscum communes habet. Igitur ut veneranda capita exornant Indici uniones; ita spiritalis animæ mentisque ornatus erit recta, sincera, inculpataque in Deum fides. Quam quidem fidem quia vos conservaturos plane confido, præsens hoc scriptum veluti quoddam mentis firmamentum, animæque lumen, & cordis coronam offero. Scriptum est enim: *Melior est sapientia lapidibus preciosis; & omne desiderabile ei non potest comparari.* (Proverb. 8. v 11.) De unigeniti itaque incarnatione breviter verba facturus, quænam sacramenti hujus ratio existat, quanta quidem perspicuitate ab iis id fieri poterit, qui in speculo tantum & ænigmate conspicantur, & ex parte solum, (1. Cor. 13. v. 12.) nempe secundum mensuram donationis Spiritus sancti, ut divinus Paulus loquitur, cognoscunt (1 Cor. 12. v. 11. Ibid. v. 3.) (*nemo enim dicit dominum Iesum, nisi per Spiritum sanctum: sicut nemo rursum dicit anathema Iesum, nisi in Beelzebub*) explicare tentabo.

V.

Dixerit autem hic quispiam: Quandoquidem hujus rei causa in arenam descendere, laboremque usque adeo difficilem atque arduum subire lubet; age, si placet, oratione minime ad fucum comparata, sed vera, sed sincera, sed ab omni nota vitioque libera, Christi mysterium expedi. Nam oracula, quæ cum in nova, tum in veteri quoque scriptura ea de re passim occurrunt, ea quidam variis opinionibus ebrii, a vero germanoque sensu in præposterum detorquent. Non fugit nos sane nihil extare tam absurdum, quod insipientes non attentent: verum corruunt illi proni in profundum inferni, sicut scriptum est, & in pedicas mortis; *non intelligentes neque quid loquantur, neque de quibus affirment.* (1. Tim. 1. v. 7.) Retulerit autem nosse, & quænam illæ sint singulorum nugæ, stolatæque fabulæ.

VI.

Manichæi. Quidam igitur Verbum ex Deo & Patre genitum in hominis forma apparuisse, haud inviti concedunt; at vero ex sacra & deipara virgine carnem sumpsisse, id audaci temeritate inficiātur: siquidem totam sacramenti hujus rationem in solo externo schemate positam fuisse, sacrilege ementiuntur. Alii turpe pudendumque rati, si hominem adorare videantur, terrenamq; carnem summo honore afficiant; dum fœdo hoc inscitiæ morbo, pravaque & adulterina religione laborant, Verbum ex Deo natum in ossium & nervorum carnisque naturam demutatum affirmant. Atque ita miseri illi Emmanuelis ex virgine ortum ludibrium habentes, optimam illam divinissimamque œconomiam indecoram judicant. Cerinthiani. Sunt qui coæternum Deo Patri Verbum tarde natum, hoc est, tum demum productum credunt, cum secundum carnem in lucem editum est. Photiniani. Non desunt rursum, qui in tantam stultitiam & impietatem prolapsi sunt, ut Dei Verbum anhypostaton, hoc est, nullam habens subsistentiam (cujuscemodi illud est, quod tunc solum est & intelligitur, dum ore profertur) dicere audeant, taleque Verbum in homine factum contendunt. Hi vero sunt Marcellus & Photinus. Apollinaristæ. Comperiuntur alii, qui etsi

διαμονῆς τὰς ἐλπίδας τοῖς σκήπτροις εἰσφέρουσα· ἡ δὲ τοῖς παρθενικοῖς βλαστήμασι συνακμάζουσα, καὶ τὰς τῆς εὐκλεεστάτης ὑμῶν βασιλείας οἰκειουμένη φροντίδας. λίθοι μὲν οὖν ἰνδικοὶ τὰς ἀοιδίμους ὑμῶν καταφαιδρύνουσι κεφαλάς· ψυχῆς δὲ καὶ νοῦ νοητὸς ἂν γένοιτο κόσμος, πίστις ὀρθὴ καὶ ἀκαπήλευτος. ἣν ὅτι τηρήσετε τεθαρρηκώς, προσάγω τὸν λόγον, ὡς ἔρεισμα νοῦ, καὶ ψυχῆς ἀγλάισμα, καὶ καρδίας στέφανον. γέγραπται γὰρ, ὅτι κρείσσων σοφία λίθων πολυτελῶν· πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστιν. οὐκοῦν διὰ βραχέων εἰπεῖν πειράσομαι τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς, καὶ ὅ,τι ποτέ ἐστι τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον, διαρθρώσω ὅτι μάλιστα σαφῶς, κατά γε τὸ ἐγχωροῦν τοῖς ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι βλέπουσι, καὶ ἐκ μέρους γινώσκουσι, κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπιχορηγίας τοῦ πνεύματος, καθὰ καὶ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος. οὐδεὶς γὰρ λέγει κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ· καὶ οὐδεὶς λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβούλ.

ε'.

Φαίη δ' ἄν, οἶμαι, τις· οὐκοῦν ἐπειδή σοι καὶ τῆς ἐπὶ τούτῳ κόνεως ἅψασθαι δοκεῖ, καὶ τὸν οὕτω διαβριθῆ καὶ δύσοιστον ἀνατλῆναι πόνον, ἀοκνότατα διασάφει τὸν ἀκριβῆ τε καὶ ἀκίβδηλον, καὶ πάσης αἰτίας ἀπηλλαγμένον ἐπὶ Χριστῷ λόγον. διαφόροις γὰρ δόξαις καταμεθύουσί τινες, παραπλάττοντες εἰς τὸ ἀκαλλὲς τὰ ἐπ' αὐτῷ ʹκεχρησμῳδημένα παρά τε τῆς νέας καὶ ἀρχαιοτέρας γραφῆς. (ʹκεχρησμοδοτημένα.) οὐκ ἠγνοήκαμεν οὖν, ὡς οὐκ ἀνεπιτήδευτόν ἐστι τῶν ἀτόπων τοῖς ἀσυνέτοις οὐδέν· πίπτουσι δὲ καὶ λίαν ἑτοίμως εἰς πέταυρον ᾅδου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ εἰς παγίδα θανάτου, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ παρ' ἑκάστῳ θρύλλοι, καὶ τὰ σεμνὰ μυθάρια, διειπεῖν ἀναγκαῖον.

ϛ'.

Οἱ μὲν γὰρ, ὅτι πέφηνε μὲν ἄνθρωπος ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, οὐ μὴν ὅτι καὶ πεφόρηκε τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου σάρκα, φρονεῖν τε καὶ λέγειν τετολμήκασι. καταψεύδονται δὲ μόνην τοῦ μυστηρίου τὴν δόκησιν. ἕτεροι δ' αὖ κατερυθριῶν' σκεπτόμενοι, (ʹσκεπτόμενοι.) τὸ δοκεῖν ἀνθρώπῳ προσκυνεῖν, καὶ τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα ταῖς ἀνωτάτω δόξαις στεφανοῦν παραιτούμενοι, ἐκ τῆς ἄγαν ἀμαθίας νόθην τινὰ καὶ παρεφθαρμένην νοσοῦντες εὐλάβειαν, παρατετράφθαι φασὶ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς φύντα λόγον εἰς ὀστέων τε καὶ νεύρων καὶ σαρκὸς φύσιν, τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν τοῦ Ἐμμανουὴλ πλατὺ γελῶντες οἱ τάλανες, καὶ τὸ ἀπρεπὲς καταγράφοντες τῆς οὕτως ἀρίστης καὶ θεοπρεποῦς οἰκονομίας. οἱ δὲ καὶ ὀψιγενῆ τὸν συναΐδιον τῷ πατρὶ Θεὸν λόγον εἶναι πεπιστεύκασι, καὶ εἰς τὸ μόλις ὑπάρξαι διακεκλῆσθαι τότε, ὅτε καὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως ἔλαχε τὴν ἀρχήν. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ πρὸς τοῦτο μανίας δυσσεβῶς ἡγμένοι, ὥστε ἀνυπόστατον τὸν ἐκ Θεοῦ φασιν εἶναι λόγον, ῥῆμα δὲ ἁπλῶς τὸ κατὰ μόνην νοούμενον προφορὰν ἐν ἀνθρώπῳ γενέσθαι. Μάρκελλος δὲ οὗτοι καὶ Φωτεινός. δοκεῖ γε μὴν καὶ ἑτέροις ἐνανθρω-

ANNO CHRISTI 431.

ἐνανθρωπῆσαι μὲν ἀληθῶς τὸν μονογενῆ, καὶ ἐν σαρκὶ γενέσθαι πιστεύειν, μὴ μὴν ἔτι καὶ ἐμψυχῶσθαι τελείως τὴν ἀναληφθεῖσαν σάρκα ψυχῇ λογικῇ, καὶ νοῦν ἐχούσῃ τὸν καθ' ἡμᾶς· εἰς ἑνότητα δὲ τὴν εἰς ἅπαν, ὥσπερ οὖν οἴονται, κατασφίγγοντες τόν τε ἐκ Θεοῦ λόγον, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ναὸν, κατοικῆσαί φασιν ἐν αὐτῷ τὸν λόγον· καὶ ἴδιον μὲν ποιήσασθαι τὸ σῶμα τὸ ἀναληφθέν· ψυχῆς δὲ αὐτὸν τῆς λογικῆς τε καὶ νοερᾶς ἀναπληροῦν τὸν τόπον. ἕτεροι δ' αὖ πρεσβεύουσι μὲν ταῖς τούτων δόξαις τὰ ἐναντία, καὶ ἀντιφέρονται τοῖς φρονήμασιν, ἔκ τε Θεοῦ λόγου καὶ ψυχῆς τῆς λογικῆς καὶ σώματος, ἤτοι τελείας ἁπλῶς ἀνθρωπότητος, συνεστάναι τε καὶ ἀναπεπλέχθαι διαβεβαιούμενοι τὸν Ἐμμανουήλ· οὐ μὴν ἔτι καὶ ὑγιᾶ καὶ ἀμώμητον παντελῶς τὴν ἐπ' αὐτῷ τετηρήκασι δόξαν. καταδιιστᾶσι γὰρ εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστὸν, καὶ παχεῖαν ὥσπερ αὐτοῖς ἐνιέντες τὴν διατομὴν, ἀνὰ μέρος ἑκάτερον μονονουχὶ καὶ ἑστῶτα παραδεικνύουσιν· ἕτερον μὲν εἶναι διατεινόμενοι τὸν ἐκ παρθένου τεχθέντα τελείως ἄνθρωπον, ἕτερον δ' αὖ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον· οὐχ ὅ, τι ποτέ ἐστιν * ἥ τε τοῦ Θεοῦ φύσις, καὶ τῆς σαρκὸς, διακρίνοντες, οὐδὲ μόναις ταῖς εἰς τοῦτο διαφοραῖς ἐμφιλοχωρεῖν ἐθέλοντες· οὐδὲ γὰρ ἂν ἐννοίας τῆς ἀληθοῦς εἰς τοῦτο διήμαρτον, ἐπεὶ μὴ φύσις ἡ αὐτὴ σαρκός τε καὶ θεότητος. ἀλλὰ τὸν μὲν ὡς ἄνθρωπον ἰδίᾳ τιθέντες καὶ ἀνὰ μέρος, τὸν δὲ, ὡς Θεὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὀνομάζουσι· καί τοι θέλοντες εἶναι χριστιανοί. καὶ δὴ καὶ λογίδια ἄττα περὶ τούτων συγγράφοντες, εἰπεῖν τετολμήκασιν αὐταῖς λέξεσιν, ὧδε: ὁ μὲν γὰρ φύσει καὶ ἀληθῶς υἱὸς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος ἐστὶν, ὁ δὲ, ὁμωνύμως τῷ υἱῷ υἱός. καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· σὰρξ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀλλὰ ἄνθρωπον ἀνειληφώς. ὁ μὲν γὰρ μονογενὴς προηγουμένως καὶ καθ' ἑαυτὸν υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστι, τοῦ πάντων δημιουργοῦ· ὃν δὲ ἀνέλαβεν ἄνθρωπον, οὐ φύσει Θεὸς ὢν, διὰ τὸν ἀναλαβόντα αὐτὸν ἀληθῶς υἱὸν Θεοῦ, ὁμωνύμως αὐτῷ χρηματίζει: τὸ μὲν γὰρ, οὐδεὶς ἔγνω τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, τὸν φύσει τέλειον καὶ ἀληθείᾳ δηλοῖ ἐκ τοῦ πατρὸς υἱόν. τὸ δὲ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ, μὴ φοβοῦ Μαριὰμ, εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· τῷ ἀνθρώπῳ ἐφαρμόζει: ἀλλὰ ταυτὶ μὲν, ἐκεῖνοι. φρονήσομεν δὲ ἡμεῖς οὐχ ὧδε. ἀναπείσει γὰρ οὐδαμῶς τῶν ἑτεροδόξων ὁ λόγος, τροχιὰν ἀφέντας τὴν ἐπ' εὐθεῖαν, διατρέχειν ἑτέραν τὴν ἔξω σκοποῦ καὶ διεστραμμένην.

* ἥ τε τοῦ λόγου φύσις.

ἐπ' εὐθὺ διατρέχειν.

ζ'.

Καὶ εἰ μέν τις ἕλοιτο μακρὸν ἐφ' ἕκαστον ποιεῖσθαι λόγον, καὶ διαρκῆ τὴν βάσανον, οὐκ εὐαρίθμητον μὲν δαπανήσει χρόνον. δυσαχθῆ δὲ ἱδρῶτα καὶ δυσδιάφυκτον ἀνατλὰς, κατορθώσει μόλις. παρέντες δὲ οὖν τὸ δεῖν οἴεσθαι μακρὰ καὶ σφόδρα στενολεσχεῖν, καὶ ὀλίγην κομιδῆ τὴν βάσανον ἐπιρριπτοῦντες ἑκάστῳ, φέρε λέγωμεν καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τοῖς δοκήταις· πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες

ἑκάστῳ.

I. PART. CAP. III.

A unigenitum Dei Verbum vere hominem factum & incarnatum non negent; induci tamen nequeunt, ut carnem, quam assumpsit, anima ratione & mente nostræ simili prædita perfectam animatamque fuisse credant. Etenim Verbum quod ex Patre, & templum quod ex sacra virgine ortum est, in unam perfectam unitatem contrahentes, Verbum in illo inhabitasse, corpusque assumptum ad eum modum sibi proprium effecisse confingunt, ut animæ ratione utentis locum per seipsum expleverit. Sunt denique qui horum omnium opinationibus adversantes, sententiisque refragantes, ex Dei Verbo, B animaque intelligente, & corpore, hoc est, humana natura numeris omnibus perfecta absolutaque Emmanuelem constitutum, compositumque constanter affirment; neque adhuc tamen sanam prorsus, omnisque vitii expertem sententiam tuentur. Quandoquidem unum Christum in duos secernunt, & crassa quadam separatione inter hunc & illum inducta, utrumque seorsum, ac quasi per se stare contendunt: & alterum quidem, eum nimirum qui ex virgine natus est, perfectum hominem; alterum rursum ipsum Dei Patris Verbum esse dicunt; non quid inter Dei & C carnis naturam intersit, distinguentes, neque intra solos discrepantium naturarum terminos consistentes. Ita e[illegible]m, a veritate non aberrarent. alia enim carnis, alia rursus Verbi est natura. At hi alt[illegible]rum seorsum ac per se, tamquam merum h[illegible]minem statuunt; alterum vero ut verum naturalemque Deum nominant: cum interim & Christiano nomine sibi blandiantur, & quosdam quoque hisce de rebus libellos conscripserint. Ad verbum autem hunc in modum scribere ausi sunt: Hic siquidem (nempe Dei Patris Verbum) verus & naturalis est Filius; ille vero (puta virginis natus) æquivoce Dei [illegible]ilius dicitur. & paulo post iterum: Utique Dei Verbum non est homo, sed hominem assumpsit. Quandoquidem unigenitus jam inde ab initio per se, D Dei omnium opificis Filius est: homo autem, quem suscepit, cum natura Deus non sit, propter eum a quo assumptus est, qui verus Dei Filius est, eodem cum ipso nomine appellatur. Quare hoc Christi oraculum: *Nemo scit, quis sit Filius, nisi Pater*; verum & naturalem Dei Patris Filium ostendit. At illud vero a Gabriele pronuntiatum: *Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: & ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Iesum*; in hominem quadrat. Et hæc illi hactenus. Nos autem ejus senten- E tiæ nequaquam sumus. Absit enim, ut aliter sentientium oratio huc nos inducat, ut recta semita relicta, distortam, & a recto veritatis scopo abducentem viam ingrediamur.

Nestoriani.

Luc. c. 10. v. 22.

Luc. c. 1. v. 30.

VII.

Quod si quis prolixum de qualibet istarum opinionum sermonem, justumque & accuratum examen instituere vellet, næ immensum ille tempus insumeret; laboreque exhausto præarduo ac difficile superabili, vix quidpiam adhuc laude dignum præstaret. Nugis proinde, orationisque longitudine prætermissis, agedum perbreve singulis censuram adhibeamus. Et primo quidem istis phātasmatum architectis

Matth. c. 12. v. 29. 1. Tim. c. 3. v. 16.

architectis jure dici queat: *Erratis, nescientes scripturas, neque magnum pietatis mysterium*, hoc est Christum, *qui manifestatus est in carne, justificatus est in spiritu, apparuit angelis, prædicatus est gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria.* Adversarii autem vel turpem notam antiquis scriptoribus inurant oportet, orbisque doctores, quibus Christus ipse præcepit: *Euntes docete omnes gentes*; mendacii redarguant: vel certe si id facere exhorreant, ut rectam de Christo sententiam complexi; suas inscitias valere jubeant; divinisque scripturis mordicus adhærentes; necnon tutam errorisque expertem sanctorum viam ingressi, recta ad ipsam veritatem contendant.

Matth. c. 28. v. 19.

A τὰς γραφὰς, μὴ τε μὴν τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον, τουτέστι Χριστόν. ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. δεῖν δὲ οἶμαι, τοὺς δὴ ἐναντίας ἢ ψῆφον ἐπάγειν τὴν αἰσχίω τοῖς πάλαι, καὶ ψευδηγόρους ἀποκαλεῖν τοὺς τῆς οἰκουμένης μυσταγωγοὺς, οἷς αὐτὸς ἔφη Χριστός· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη· ἢ εἴπερ τοῦτο καταπεφρίκασι δρᾶν, ὀρθὰ μὲν ἑλέσθαι φρονεῖν τὰ ἐπὶ Χριστῷ· φράσαντας δὲ τὸ ἐῤῥῶσθαι δεῖν ταῖς σφῶν αὐτῶν ἀμαθίαις, ἀπρὶξ μὲν ἔχεσθαι τῶν ἱερῶν γραμμάτων, τὴν δὲ ἀπλανῆ τῶν ἁγίων διαθέοντας τρίβον, ἐπ' αὐτὴν ἰέναι τὴν ἀλήθειαν. B

VIII.

Porro autem illud pietatis mysterium aliud nullum est nobis, ut opinor, quam ipsum Dei Patris Verbum, quod manifestatum est in carne. siquidem servili forma assumpta, ex sacra & deipara virgine natum est. Visum est & angelis. nam & recens natum venerati sunt, & doxologiam illam: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas*; ediderunt. Iidem illi pastoribus quoque Deum Verbum propter nos in carnem venisse denuntiarunt: *Ecce*, inquiunt, *natus est vobis hodie salvator, qui est Christus dominus, in civitate David. Et hoc erit vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio.* Cum ejusmodi ergo Dei ortus per virginem extiterit, talisque ejusdem in carne manifestatio; quomodo non magna vanitas, meraque temeritas est; imo vero quomodo non aperta insania, merumque delirium est, tam illustri, tamque evidenti œconomiæ, apparentiæ nomen imponere? Enimvero si Verbi incarnatio umbra est, aut res tantum imaginaria, nec virgo vere enixa est; ergo neque Verbum, quod ex Deo Patre prodiit, semen Abrahæ apprehendit, neque fratribus assimilatum est. Etenim quę in nobis cernuntur, ea nec typus, nec umbra, nec spectrum sunt, sed veritas, & res ipsa. Vivimus namque in corporibus; quæ & tangi & videri possunt; terrenaque carne vestiti, interitui, ceterisque passionibus subjecti sumus.

Luc. c. 2. v. 14.

Ibid. v. 11.

Hebr. c. 2. v. 16.

η'.

Εἴη γὰρ ἂν οὐχ ἕτερον οἶμαί τι τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἢ αὐτὸς ἡμῖν ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. γεγέννηται γὰρ διὰ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου, μορφὴν δούλου λαβών· ὤφθη δὲ καὶ ἀγγέλοις, οἳ γεννηθέντα καταγεραίρουσι· δόξα τε, φασὶν, ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. καὶ μὴν καὶ τοῖς ποιμέσι κατασημαίνοντες τὸν δι' ἡμᾶς ἐν σαρκὶ Θεὸν λόγον, C ἰδοὺ δὴ, φασὶν, ἐγεννήθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς κύριος, ἐν πόλει Δαυίδ. καὶ τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον· εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον, καὶ κείμενον ἐν φάτνῃ. εἰ Θεοῦ δὲ τόκος διὰ παρθένου, καὶ φανέρωσις ἐν σαρκὶ, πῶς οὐκ ἀδρανὴς εἰκαιομυθία; πῶς δὲ οὐχὶ μανία καὶ λῆρος; τὸ τῆς δοκήσεως ὄνομα τῆς οὕτω σαφοῦς τε καὶ ἐναργοῦς καταγράφειν οἰκονομίας; εἰ γὰρ σκιὰ καὶ δόκησις ἦν, καὶ οὔτε σάρκωσις ἀληθῶς, οὔτε μὴν τέτοκεν ἡ παρθένος, οὐκ ἐπελάβετο σπέρματος Ἀβραὰμ ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, οὐχ ὡμοιώθη τοῖς ἀδελφοῖς. D * σκιὰ γὰρ, οὐ τύπος τὰ καθ' ἡμᾶς, ἢ δόκησις· ἀλλ' ἐσμὲν ἐν σώμασιν ἁπτοῖς τε καὶ ὁρατοῖς, καὶ τὴν γηγενῆ δὴ ταύτην σάρκα κατημφιεσμένοι, καὶ φθορᾶς καὶ παθῶν ἡττώμεθα.

*ἴσως, οὐ σκιὰ 'σκιὰ γὰρ οὐ' τύποι τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ'.

IX.

Igitur si Dei Verbum caro factum non est, cum nec in eo quod sustinuit, tentatum sit, non potest iis qui tentantur, opem ferre. Siquidem nulla in umbram passio cadere potest. atque ita omnia, quæ salutis nostræ causa facta sunt, vere in nihilum recident. Nam quale dorsum, quæso, pro nobis cædendum præbuit? aut quales percutientibus genas exhibuit? aut quomodo ad Iudæorum verbera fortiter perstitit? aut cujusmodi manus aut pedes clavis pervios habuit? aut quale latus Pilati satellites perfodientes, preciosum sanguinem una cum aqua fluentem cernentibus ostenderunt? Et ut his amplius quiddam dicam: nec vere quoque pro nobis mortem oppetiit Christus dominus, neque ex mortuis exsuscitatus est. Hoc autem concesso, fides nostra plane evanescit; ad hæc crux, quæ est mundi salus & vita, interit; interit denique & universa quoq; illorũ fiducia, qui in fide dormierunt. Hoc namque recte hinc consequi, & divino quoque Paulo visum fuit.

Isai. c. 50. v. 6.

Ioan. c. 19. v. 34.

θ'.

Οὐκοῦν εἰ μὴ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, οὐδὲ ἐν ᾧ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι. οὐδὲ γὰρ ἄν τι πάθοι σκιά. οἴχεται δὴ οὖν τὸ σύμπαν ἡμῖν εἰς τὸ μηδὲν ἀληθῶς. ποῖον γὰρ ἔτι νῶτον δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν; ἢ ποίαν τοῖς παίουσι παρειὰν ὑπεστρώσας, πρὸς τὰς ἐκ τῶν Ἰουδαίων διεκαρτέρει πληγάς; ἥλοις δὲ διαπεπάρθαι χεῖράς τε καὶ πόδας τὸν οὐκ ἐν σαρκὶ πεφηνότα, E τίνα δὴ τρόπον οἰηθείη τις ἄν; ἢ ποίαν, εἰπέ μοι, πλευρὰν διανύττοντες οἱ Πιλάτου δορυφόροι, τὸ τίμιον αἷμα συναναβλύζον ὕδατι τοῖς θεωμένοις παρέδειξαν; καὶ εἰ χρὴ τούτων τὸ ἐπέκεινα λέγειν· οὔτε ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, οὔτε μὴν ἐγήγερται ὁ Χριστός. οὗ παραδεχθέντος εἰς ἀλήθειαν, κεκένωται μὲν ἡ πίστις, οἴχεται δὲ ὁ σταυρὸς, ἡ τοῦ κόσμου σωτηρία καὶ ζωὴ, καὶ διόλωλε παντελῶς ἡ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων ἐλπίς. εὖ γὰρ ὧδε ἔχειν ἔδοξε καὶ τῷ μακαρίῳ Παύλῳ· παρέδωκα

ANNO CHRISTI 431.

παρέδωκα γὰρ ὑμῖν, φησὶν, ἐν πρώτοις, ὃ καὶ παρέλαβον, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς· καὶ ὅτι ἐτάφη· καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ κατὰ τὰς γραφάς· καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα· ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ, ἐξ ὧν οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν· ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ· ἔπειτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν· ἔσχατον δὲ πάντων ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι, ὤφθη κἀμοί. καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· εἰ δὲ Χριστὸς κηρύσσεται, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, πῶς λέγουσιν ἐν ὑμῖν τινες, ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν; εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται. εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν. κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις ἡμῶν. εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρεν, εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται. τεθναίη γὰρ ἄν, εἰπέ μοι, τίνα δὴ τρόπον ἡ σκιά; πῶς οὖν ἀνέστησε τὸν Χριστὸν ὁ πατὴρ σκιὰν ὄντα καὶ δόκησιν, καὶ τοῖς τοῦ θανάτου δεσμοῖς οὐχ ἁλώσιμον; οἰχέσθω δὴ οὖν ὁ ἐκείνων ἔμετος· μύθου δὲ ἄλλως, καὶ ἀνοσίου βουλῆς ἀποβράσματα τὰ παρ' αὐτοῖς ἡγούμεθα. τοὺς γὰρ τοιούτους ἡμῖν προκατηγγελμένους γράφων τοῦ σωτῆρος ὁ μαθητής. ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον· ἐν τούτῳ γινώσκεται τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. πᾶν πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι· καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ ἀντιχρίστου ὃ ἀκηκόατε, ὅτι ἔρχεται. καὶ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη. εἰ γὰρ μὴ γέγονεν ἄνθρωπος, μήτε μὴν ἀναβέβηκεν ἐν σαρκὶ πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεὸν, οὐδ' ἂν ὑποστρέψῃ ἐξ οὐρανοῦ καθ' ἡμᾶς, ἄνθρωπος δηλονότι καὶ ἐν σαρκί.

ἐκείνων.

ι.

Τὸ δὲ δὴ καὶ ἑτέρους οἴεσθαί τε καὶ φρονεῖν ἐξ ἀμετρήτου νωθείας γέννησιν μὲν ἀρνεῖσθαι τὴν διὰ τῆς ἁγίας παρθένου τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα λόγον, καὶ φύσιν μὲν ἀτιμάσαι τὴν καθ' ἡμᾶς, παρατετράφθαι δὲ μᾶλλον αὐτὸν εἰς τὴν ἀπὸ τῆς γῆς σάρκα, δυσφημούντων ἐστὶ τὴν οἰκονομίαν, καὶ τοῖς θείοις σκέμμασιν ἐπιτιμᾶν ᾑρημένων. ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅλων δημιουργὸς, καὶ πολὺς εἰς ἔλεον τοῦ Θεοῦ λόγος κεκένωκεν ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς, γενόμενος ἄνθρωπος, γενόμενος ἐκ γυναικὸς, ἵν' ἐπείπερ αἵματος καὶ σαρκὸς κεκοινώνηκε τὰ παιδία, τουτέστιν ἡμεῖς, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετάσχῃ τῶν αὐτῶν· ἵνα διὰ τοῦ θανάτου, καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον, καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. ὧδε γὰρ ἔφη τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. οἱ δὲ τῆς οὕτω παγκάλου καὶ ἀρίστης βουλῆς τὸ ἀπρεπὲς καθορίζουσι, καὶ ὥσπερ ἐνὸν αὐτοῖς τὰ ἀμείνω φρονεῖν, καὶ τοῖς τῆς σοφίας ἐπιτιμῶσι σκέμμασι. μὴ γὰρ δὴ χρῆναι λέγουσιν ὠδῖνα καὶ τόκον ἐκ γυναικὸς καταγράφειν ἡμᾶς τοῦ μονογενοῦς, οἴεσθαι δὲ μᾶλλον τὴν τοῦ λόγου φύσιν εἰς τὸ σαθρὸν δὴ τοῦτο καὶ γηγενὲς μεταστοιχειῶσθαι σῶμα, καὶ τροπὴν φαντάζεσθαι τοῦ τροπὴν οὐκ εἰδότος. ἐρήρεισται γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ φύσις ἐν ἰδίοις ἀγαθοῖς, καὶ ἀκατάσειστον ἔχει σιὼ ἐφ' οἷς ἐστι διαμονήν. φύσις μὲν γὰρ ἡ γενη-

τὴν ἐφ'

A ait namque: *Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas; & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas; & quia visus est Cepha, & post hoc undecim: deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul; ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt: deinde visus est & Iacobo; deinde apostolis omnibus: novissime autem omnium tamquam abortivo visus est & mihi.* Et paucis interjectis: *Si autẽ Christus prædicatur, quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Sin autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autẽ Christus*

I. PART. CAP. III. 1. Cor. c. 15. v. 3.

Ibid. v. 12.

B *nõ resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra. invenimur autem & falsi testes Dei; quoniam testimonium diximus adversus Deum, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt.* Hic ego jam te interrogo, ecquonam modo umbra moriatur? quo rursum pacto cælestis Pater Christum ad vitam revocavit, ut qui quædam tantum umbra & res imaginaria, quæ mortis vinculis capi non potest, extiterit? Facessant proinde istiuscemodi ineptiæ; insanorum plane consiliorum & fabularum ebullimenta dicta illorum habemus. Hujusmodi nugatores exorituros, dilectus salvatoris nostri discipulus nos ante præmonuit: *Quoniam*, inquit, *multi pseudoprophetæ exie-*

1. Ioan. 4.

C *runt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus Dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui solvit Iesum, ex Deo non est: & hic antichristus, de quo audistis, quoniam venit, & nunc in mundo est.* Si enim ipse natus non est, neque carne indutus ad cælestem Patrem & Deum ascendit; neque homo quoq; perinde ac nos carne vestitus de cælis olim reversurus est.

X.

Porro autem existimare (ut alii quidam stolidissime existimant & prædicant) Verbum ex Deo genitum, ortu ex sacra virgine re-

D pudiato, naturæque nostræ ratione contempta, in terrenam carnem esse demutatum; id aliud nihil est, quam dispensationis sacramentum aperte blasphemare, divinisque consiliis temere insultare. Etenim universorum conditor, & multum in misericordia Dei Verbum, propter nos homo-factum, & ex muliere natum, semetipsum exinanivit; *ut quoniam pueri*, hoc est nos, *communicaverant carni & sanguini, & ipse similiter participaret eisdem: ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, hoc est diabolum; & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.* Et hæc quidem divina scriptura. Illi autem tam salubri de-

Ioan. 1. Philip. 2. Hebr. c. 2. v. 14.

E centique consilio indecentiæ notam inurunt; & quasi majori sapientia præditi, ipsius quoque sapientiæ decreta reprehendunt. Aiunt enim, non decere, ut unigenitum cum dolore partus ex muliere natum astruamus; potius autem existimandum, divini Verbi naturam in terrenum hoc infirmumque corpus conversam esse. Atque ita eum, qui omnis mutationis expers est, mutationi subjectum confingunt. Firmata est namque Dei natura in propriis bonis, immoteque in quibus est commodis semper persistit. At vero natura procreata, & in

I. PARTIS CAP. III.

A tempore ut existeret producta, non potest mutationi non esse subjecta. Nec firma nobis assertionis hujus fundamenta, verissimæque rationes desunt. Nam omne quod sui esse simpliciter initium habuit, jam quodammodo simul insitam habet mutabilitatem. At vero Deus, qui omni mente & natura & generatione & corruptione superior est, substantiam omni mutatione sublimiorem, potentiorem, majoremque habet. Et quemadmodum is naturæ suæ qualitate omnibus rebus creatis præstat, immensoque intervallo post se relinquit orta omnia; ita ea incommoda, quæ rebus ab illo conditis accidere solent, adeo transcendit, ut nihil ab illis, tametsi B natura sua noxiæ sint, pati queat. Deus namque in bonis est nulli mutationi subjectus; creaturæ autem in quadam perpetua mutatione ac vicissitudine versantur. Cujus rei propheta Ieremias nequaquam ignarus, optime philosophatus, Deum ita compellat: *Tu quidem in sæculum permanes; nos autem una cum sæculo interimus.* Sedet enim Deus tamquam in solio, semper regnans, & in omnes imperium exercens, neque ullis unquam perturbationibus agitatur: nos autem naturam ad mutationem conversionemque propensissimam sortiti, simul cum sæculo interimus; hoc est, quolibet tempore, temporisque articulo C vicissitudini interituique obnoxiam vitam degimus. Neque ergo divinitas perturbationum impulsione extra propriæ stabilitatis limites aliquando exturbabitur; neque corruptibilis rursum & alterabilis natura, hoc est creata, essentialem immutabilitatem quandoque adipiscetur; neque ulla omnino creatura divinæ naturæ bonis veluti propriis aliquando coronabitur: audiet enim, & id quidem merito: *Quid habes quod non accepisti?* Quod autem ipsius Verbi natura modis omnibus sit immutabilis & invariabilis, omnis vero creata omnino mutabilis; id ex divino Davide suaviter in Spiritu modulante, nullo negotio perspicitur: *Cæli*, canit is, *peribunt, tu autem permanes; & omnes* D *sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium involves eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* At qui fieri potest, ut Dei Verbum idem prorsus manserit, si vere asseritur stabilitate immutabilitateque, quam habebat, relicta, in illud transiisse, quod suapte natura non erat; transmutatumque esse in naturam, hoc est, in id quod corrumpi natum est? An non, obsecro, isthæc mera sunt deliria? an non apertæ sunt insaniæ? Sunt equidem citra ullam prorsus controversiam.

Baruch.c.3. v.3.

1. Cor.c. 4. v. 7.

Psal 101. v. 27.

XI.

E Alioqui restat ut dicamus, illorum stoliditati stolidius quippiam opponentes, absurdum non esse ut terrena etiam caro possit in divinitatis naturam aliquando converti, ' fierique substantia omnium suprema. Nam si divina ipsa natura, juxta stupidum illorum sensum, transiit in carnis natu[r]am; nihil obstare videtur, quo minus caro i[n]feriorem & propriam transcendens naturam, transformetur etiam in deitatem & summam essentiam. Atqui non ita desipimus, nec tanta levitate sumus, ut posthabitis sanctæ scripturæ literis, insanæ illorum sententiæ tam leviter subscribamus,

' & supremæ omnium substantiæ subjectum esse possit.

A τῇ, καὶ χρόνῳ παρενεχθεῖσα πρὸς ' γένεσιν, πάθοι ἂν τὴν ἀλλοίωσιν· καὶ οὐκ ἔξω λόγου τοῦ καθήκοντός τε καὶ ἀληθοῦς τὸ χρῆμα κείσεται. τὸ γὰρ ἀρχὴν ὅλως τοῦ εἶναι λαχὸν, οἱονεί πως ἤδη καὶ συνεσπαρμένον ἔχει τὸ ἀλλοιοῦσθαι δεῖν. Θεὸς δὲ ὁ παντὸς ἐπέκεινα νοῦ, καὶ φύσεως, καὶ γενέσεως, καὶ φθορᾶς, τὴν ὕπαρξιν ἔχων ἐξῃρημένην τε καὶ ' ὑπερίχουσαν, ἀμείνων ἔσται καὶ τροπῆς. καὶ ὥσπερ τῷ τῆς ἰδίας φύσεως λόγῳ παντὸς τοῦ κεκλημένου πρὸς γένεσιν ὑπερανέστηκέ τε καὶ ὑπερφέρεται, καὶ τοῦτο ἀσυγκρίτοις διαφοραῖς· οὕτω καὶ ἐν τοῖς εἰωθόσι συμβαίνειν τοῖς δι' αὐτοῦ γεγονόσιν ὑπερανεστήξει πάλιν παθεῖν, οὐκ εἰδὼς B τὸ πεφυκὸς ἀδικεῖν. ἐκ γοῦν ἐν ἀγαθοῖς μὲν τὸ θεῖον ἀμεταπτώτοις ἐστί· τὰ δέ γε τῆς κτίσεως ἐν ἀλλοιώσει καὶ τροπαῖς, καὶ ἀγχίθυρον ἔχοντα τὴν ' διαφοράν. καὶ τοῦτο γινώσκων εὖ μάλα, καὶ ὡς ἄριστα φιλοσοφῶν ὁ προφήτης Ἱερεμίας, ἀνεφώνει πρὸς τὸν Θεόν· ὅτι σὺ καθήμενος εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι τὸν αἰῶνα. καθεδεῖται γὰρ ὥσπερ ἐν ἰδίοις θρόνοις τὸ θεῖον ἀεὶ βασιλεῦον καὶ κατακρατοῦν τῶν ὅλων, καὶ ὑπὸ μηδενὸς τῶν παθῶν τυραννούμενον· ἡμεῖς δὲ τὴν φύσιν εὐτροχωτάτην καὶ εὐπαράφορον κομιδῇ πρὸς ἀλλοίωσιν ἔχοντες καὶ τροπὴν, ἀπολC λύμεθα τὸν αἰῶνα, τουτέστιν ἐν παντί τε καιρῷ καὶ χρόνῳ φθαρτοί ἐσμεν καὶ τρεπτοί. οὔτ' οὖν τὸ θεῖον γένοιτ' ἄν ποτε ἐν παρατροπῇ τῆς ἰδίας ἑδραιότητος, ἔξωθεν ὑπὸ τῶν παθῶν· οὔτ' ἂν ἡ φθαρτή τε καὶ ἀλλοιουμένη φύσις, τουτέστιν ἡ γενητὴ, καταπλουτήσειεν ἂν οὐσιώδη τὴν ἀτρεψίαν, οὐδ' ἂν ἐπαυχήσειε τοῖς τῆς θείας φύσεως ἀγαθοῖς, ὡς ἰδίοις, ἡ κτίσις. ἀκούσεται γὰρ εὐλόγως. τί γὰρ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; ὅτι δέ ἐστιν ἄτρεπτος μὲν καὶ ἀναλλοίωτος παντελῶς ἡ τοῦ λόγου φύσις, ἀλλοιωτὴ δὲ πάντη ἡ γενητὴ, καταθρήσειε τις ἂν καὶ λίαν εὐκόλως, ἀναμελῳδοῦντος ἐν πνεύματι τοῦ μακαρίου Δαυίδ· οἱ οὐρανοὶ ἀπολοῦνται, D σὺ δὲ διαμενεῖς· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται. σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. πῶς τοιγαροῦν μεμένηκεν ὁ αὐτὸς ἔτι ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι μεθεὶς τὸ ἐρηρεισμένως τε καὶ ἀκλονήτως ἔχειν, καταπεφοίτηκε μὲν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν, μεταπεποίηται δὲ καὶ εἰς σαρκὸς φύσιν, καὶ εἰς τὸ φθείρεσθαι πεφυκός; ἆρ' οὖν οὐχὶ λῆρος τε ἤδη καὶ μανία ταυτί; καίτοι πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις.

ια΄.

E Ὥρα γὰρ εἰπεῖν ταῖς ἐκείνων ἀμαθίαις ἀντιτείνοντας ἀμαθέστερον, ὡς ἔστιν οὐκ ἀπεικὸς, καὶ τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα ' πρὸς τὴν τῆς θεότητος φύσιν ἀναφοιτᾶν δύνασθαί ποτε, καὶ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας γενέσθαι σύστασιν. εἰ γὰρ αὐτὴ ἡ τῆς θεότητος φύσις κατά γε τὴν ἐκείνων ἐμβροντησίαν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς μετακεχώρηκε φύσιν, οὐδὲν ὡς ἔοικε τὸ ἀπεῖργον ἔτι, τὴν μὲν κάτω τε καὶ ἰδίαν φύσιν ὑπερπέτασθαι τὴν σάρκα, μεταπλάττεσθαι δὲ καὶ πρὸς θεότητα, καὶ εἰς οὐσίαν τὴν ἀνωτάτω. ἀλλ' οὐ ταῖς ἐκείνων ἀσυνεσίαις τὸ εὐπειθὲς χαριζόμεθα, ' ἑψόμεθα δὲ μᾶλλον ταῖς θείαις γραφαῖς,

ANNO CHRISTI 431.

' ὕπαρξιν,

' ὑπερίχουσαι

' διαφθοράν.

' ὡς

' θρησκευόμεθα

ANNO CHRISTI 431.

φαῖς, καὶ προφήτου μὲν λέγοντος· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· κατασφραγίζοντος δὲ τὴν προαναφώνησιν τοῦ μακαρίου Γαβριήλ, καὶ τὴν ἄνωθεν ψῆφον τῇ παρθένῳ διερμηνεύοντος· μὴ φοβοῦ γάρ, ἔφη, Μαριάμ· ὅτι ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρί, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. ἐκ γυναικὸς οὖν ἀληθῶς γεγεννῆσθαι πιστεύομεν τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ τὸ λαμπρόν τε καὶ ἀξιάγαστον τῆς ἑαυτῶν φύσεως οὐ διωσόμεθα καύχημα, φρονοῦντες ὀρθῶς. * ἐπεδράξατο γὰρ ὁ μονογενὴς οὐχὶ τῆς ἰδίας φύσεως· ἦν γὰρ ἂν οὐδέν τι μᾶλλον τὰ καθ' ἡμᾶς ἐν ἀμείνοσιν. ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀγγέλων· ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραάμ, καθὰ γέγραπται. ἦν γὰρ οὕτω, καὶ οὐχ ἑτέρως, τὸ διολισθῆσαν εἰς φθορὰν ἀνασώσασθαι γένος.

* ἐπελάβετο

ιβʹ.

Τί δέ; οὐχὶ κἀκεῖνο πρὸς τοῖς δὲ καταθαυμάζειν ἄξιον; μονονουχὶ γὰρ καὶ τὸ ἐρρῶσθαι φράσαντες τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, καὶ πνεύματι πλάνης τὸν οἰκεῖόν τινες ἀπονέμοντες νοῦν, εἰς τοῦτο καθίκοντο δυσβουλίας, καὶ μειρακιώδους ἀβελτηρίας, ὡς οἴεσθαι δεῖν, τὸν τῶν αἰώνων δημιουργόν, τὸν συναΐδιον τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ Θεὸν λόγον, τῇ τῆς σαρκὸς γενέσει συμπαραμετροῦσαν ἔχειν τῆς ὑπάρξεως τὴν ἀρχήν, καὶ ὀψιγενῆ φαντάζεσθαι τὸν ἐπέκεινα παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου· ὡς ἐν ἐσχάτοις καὶ μόλις τοῖς τῆς ἐνανθρωπήσεως καιροῖς, πατέρα μὲν γενέσθαι τὸν Θεόν· συνεισβαλεῖν δὲ ὥσπερ εἰς τὸ εἶναί τε καὶ ὑφεστάναι τῷ ἐκ τῆς παρθένου ναῷ, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα. ἆρ' οὖν οὐχὶ πρὸς λῆξιν ἤδη τὴν ἀνωτάτω διεληλάκασι τῶν κακῶν, οἱ μῦθον οὕτω γραώδη καὶ βδελυρὸν προχειρότατα προσπηκάμενοι, καὶ τῆς ἀκράτου νωθείας τὸν οἰκεῖον ἀναπληρώσαντες νοῦν; τάφος ἀληθῶς ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν, ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει. τὸν γάρτοι δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ προϋφεστάναι τῶν * πάντων ἀνάγκη νοεῖν. τί δὲ δὴ καὶ δράσειαν ἄν; Ἰωάννου μὲν γράφοντος· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονε. καὶ πάλιν· ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς· καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν· αὐτοῦ δὲ Χριστοῦ τῆς ἰδίας ὑπάρξεως τὴν ἄποπτον ἀρχαιότητα τοῖς Ἰουδαίοις κατασημήναντος. ἐπειδὴ γὰρ ἔφασκον· πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας; ἀντήκουσαν ἐναργῶς· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. οὗ δὲ τὸ ἦν ἐστὶν ἐπενηνεγμένου μηδενός, καὶ μὴν καὶ τό, εἰμί, τέτακται σαφῶς, τίνα τῆς γενέσεως κατίδοι τις ἂν τὴν ἀρχήν; ἢ τίνα δὴ τρόπον ὁ ὢν ἐν ἀρχῇ τῇ παντὸς ἐπέκεινα νοῦ, παραδέξαιτο ἂν τὸ ἐν καιρῷ κεκλῖσθαι πρὸς ὕπαρξιν; εἰ μὲν οὖν τις * ἕλοιτο τούτοις σχολαιότερον ἀντιφέρεσθαι, χαλεπὸν οὐδέν, τοὺς τῆς θεοπνεύστου γραφῆς παρακομίζοντας λόγους, τὰ ἐκ τῆς ἐκείνων ἐμβροντησίας ἀποκρούεσθαι βέλη.

* ὄντων.

* βούλοιτο ἕλοιτο

A cum propheta diserte dicat: *Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel:* beatusque domini angelus Gabriel prophetæ oraculum confirmans, cælesteque decretum virgini exponens, ita prædicet: *Ne timeas Maria: ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Iesum.* Emmanuelem proinde ex muliere vere natum certo credimus; neque illustrem illam, summaque admiratione dignam naturæ nostræ gloriam, si certe sapimus, aspernabimur. Suscepit namque unigenitus non propriam naturam (hac enim ratione nihil utilitatis naturæ nostræ accessisset) sed neque angelicam quoque suscepit; B verum, ut scriptum est, *Abrahæ semen apprehendit.* Hoc enim, non alio modo humanum genus in interitum prolapsum instaurari poterat.

I. PART. CAP. III. Isai. c. 7. v. 14.

Luc. c. 1. v. 30.

Hebr. c. 2. v. 16.

XII.

Quid autem? An non summa quæso admiratione dignum est, quosdam, dum mentem suam errorum spiritibus accommodant, divinæque scripturæ tantumnon nuntium mittunt, in eam temeritatem, puerilemque stultitiam devenisse, ut sæculorum opificem Deum Verbum, Deo & Patri coæternum, per carnis originem primum existendi initium adeptum esse arbitrentur; illumque jam nunc demum natum imaginentur, qui omne tempus & ævum antecedit? ut Deus vix tandem C aliquando, nempe extremis hisce incarnationis temporibus factus sit Pater; & is, per quem omnia, & in quo omnia, sumat existendi initium una cum templo, quod edidit virgo. An non igitur ad summum malorum fastigium pervenerunt, qui mentis stupore oppressi, fabulæ adeo animali & execrabili, tam prompto animo inhærent? *Vere sepulchrum patens est guttur eorum; & linguis suis dolose agunt: venenum aspidum sub labiis eorum: os eorum maledictione & amaritudine plenum est.* Illum namque, per quem subsistunt omnia, ante omnia extitisse, necessario intelligendum est. Sed quid agerent? cum Ioannes scribat: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud* D *Deum; & Deus erat Verbum. hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est neque unum, quod factum est.* Et alio rursum loco: *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ: & vita manifestata est; & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.* Quin & ipse quoque Christus Iudæis tam spectabilem substantiæ suæ antiquitatem neutiquam obscure insinuat. Cum enim dicerent: *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* Ejusmodi responsum aperte tulerunt: *Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.* Iam cum E verbum illud substantiale, erat, &, sum, absolute hoc loco ponantur, ita quidem, ut nihil prorsus inferatur; ecquodnam, obsecro, generationis initium imaginari hic quispiam poterit? Aut qua tandem ratione fieri potest, ut is qui supra omnem mentem & sensum in principio erat, in tempore ut subsisteret, inclinatus fuerit? Quod si quis paulo diutius versari in hac disputatione vellet, difficile non esset, testimoniis divinarum literarum in medium adductis, vesaniæ hujusce tela repellere. Verum

Psal. 13. v. 3.

Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

Ioan. c. 8. v. 57.

I. Part. Cap. III. Verum supervacaneum duco, de iis quæ tam A aperta turpitudine laborant, tantaque facilitate redargui possunt, omnino curare. Quare ad id quod damnatis hisce opinionibus cognatum est, jam nunc orationem convertamus.

XIII.

Sunt alii igitur, qui veritatis pulcritudinem obscurant, eamdemque perinde ac numisma quoddam adulterantes, extollentesque in altum cornu, iniquitatem, ut scriptum est, adversus Deum loquuntur. (Psal 74. v. 6.) Imaginantur enim unigenitum Dei Verbum anhypostaton, hoc est, subsistentia, vel hypostasi, qua per se vere ac proprie subsistat, destitutum; nudum autem B verbum, ac simplicem sermonem sola pronuntiatione a Deo editum esse. Hoc porro prolatitium verbum miseri illi in homine inhabitasse affirmant. Ita compositum Iesum ceteris sanctis esse aiunt sanctiorem, non tamen Deum. At quis, ut salvatoris nostri discipulus scribit, mendax est, nisi is qui negat, qnoniam Iesus non est Christus? Hic est antichristus, qui negat Patrem & Filium. Omnis qui negat Filium, neque Patrem habet: qui confitetur Filium, & Patrem habet. Vterque est enim per utrumque; & uterque rursum cum ab angelis, tum a nobis ipsis quoque in altero esse dignoscitur. Haud enim quispiam quid sit Pater didicerit, C nisi Filium natum, & enhypostaton, hoc est per se subsistentem, mente concipiat. sed neque quid sit Filius, rursum intelligi a quoquam queat, nisi quod Pater genuerit, liquido apud sese constituat. Quamobrem necessarium puto ac securum fore dicere, quod si Filius non subsistit, neque Pater quoque vere pater erit. Vbi enim erit Pater, si vere non genuit? Rursum si id quod genuit, non subsistit, aut omnino non existit; ipsum genitum nihil quidquam erit: quandoquidem quod non subsistit, æque ac nihil, aut (ut verius dicam) nihil est prorsus: ergo Deus nullius Pater erit. D

XIV.

Verum hujusmodi doctores merito sane magnos nugatores appellaverim. alioqui percunctanti mihi respondete, ecquonam pacto Dei & Patris erga nos dilectio eximia extiterit. Nam si Filium, qui, vestra sententia non subsistit, pro nobis tradidit, nihil utique omnino nostri causa tradidit. Sed neque Verbum quoque factum est caro, neque preciosam crucem sustinuit, neque mortis imperium delevit, neque in vitam, quam deposuerat, denuo reversum est. Nam si, ut vos nugamini, nihil est, neque in rerum natura subsistit; quo pacto hæc in illum conveniunt? Divinæ ergo scripturæ his qui crediderunt, imposuere, fideique firmitas redacta est in nihilum. (Philip. 2. Hebr. 2.) An non sacræ literæ Filium in E forma Dei esse nos docent? an non genitoris imaginem & characterem illum appellant; At cui dubium esse potest, imagines ita per omnia affectas esse oportere, sicut ipsa prototypa? ita enim, nec aliter, necesse est illas se habere. Si ergo imago non subsistit, neque character per se existit; & illum ipsum quoque, cujus imago vel character est, non subsistere oportet: si quidem imaginis vitium in ipsum archetypum omnino redundat.

XV.

Præterea dic, amabo, cum Philippus Christi discipulus, Patris, qui est & subsistit, videndi

τά γε μὴν οὕτως ἐναργῆ νοσοῦντα τὸν ἔλεγχον, καὶ πολὺ λίαν ἔχοντα τὸ ἀκαλλὲς, περιττὸν οἶμαί που καὶ φροντίδος ἀξιοῦν. οὐκοῦν ἐπ᾽ ἐκεῖνο ἴωμεν, ὅπερ ἐστὶ τῶν κατεγνωσμένων συγγενές. (Anno Christi 431.)

ιγ΄.

Παρασημαίνουσι γάρ τινες τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος, καθάπερ τι νόμισμα κιβδηλεύοντες, ἐπαίροντές τε εἰς ὕψος τὸ κέρας, καὶ ἀδικίαν λαλοῦντες κατὰ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἀνύπαρκτόν τε καὶ ἰδικῶς οὐχ ὑφεστηκότα φαντάζονται τὸν μονογενῆ· καὶ οὐκ εἶναι μὲν ἐν B ὑποστάσει τῇ καθ᾽ ἑαυτὸν, ῥῆμα δὲ ἁπλῶς, καὶ λόγον τὸν κατὰ μόνην τὴν προφορὰν γενέσθαι παρὰ Θεοῦ. ὡς καὶ ἐν ἀνθρώπῳ κατοικῆσαί φασιν οἱ τάλανες. συνθέντες δὲ οὕτω τὸν Ἰησοῦν, ἁγίων μὲν εἶναί φασιν ἁγιώτερον, οὐ μὴν ἔτι καὶ Θεόν. οὐκοῦν καθὰ καὶ ὁ τοῦ σωτῆρος ἐπιστέλλει μαθητὴς, τίς ἐστιν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστός; οὗτός ἐστιν ὁ ἀντίχριστος; ὁ ἀρνούμενος τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν. πᾶς ὁ ἀρνούμενος τὸν υἱὸν, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει· ὁ ὁμολογῶν τὸν υἱὸν, καὶ τὸν πατέρα ἔχει. ἄμφω γὰρ καὶ δι᾽ ἀμφοῖν, καὶ ἑκάτερος ἐν ἑκατέρῳ, πρός γε ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐπιγινώσκονται. C οὐ γὰρ ἄν τις ἀναμάθοι, τί ἐστι πατὴρ, εἰ μὴ υἱὸν ὑφεστῶτά τε καὶ γεγεννημένον εἰσδέξαιτο κατὰ νοῦν. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἂν, ὅ, τί ποτέ ἐστιν ὁ υἱὸς ἀναμάθοι πάλιν, εἰ μὴ, ὅτι τέτοκεν ὁ πατὴρ, ἐνθυμοῖτο σαφῶς. οὐκοῦν ἀναγκαῖον οἶμαί που καὶ ἀσφαλὲς εἰπεῖν, ὡς εἴπερ ἐστὶν ἀνύπαρκτος ὁ υἱὸς, οὐδ᾽ ἂν τὸν πατέρα πατέρα κατὰ τὸ ἀληθὲς νοήσαιμεν ἄν. ποῦ γάρ ἐστι πατὴρ, εἰ μὴ τέτοκεν ἀληθῶς; ἢ εἴπερ γεγέννηκε τὸ μὴ ὑφεστὼς, μηδὲ ὑπάρχον ὅλως, τὸ γεννηθὲν ἔσται τὸ μηδέν. τὸ γάρ τοι μὴ ὑφεστὼς, ἐν ἴσῳ τῷ μηδενὶ, μᾶλλον δὲ D παντελῶς οὐδέν. εἶτα τοῦ μηδενὸς ἔσται πατὴρ ὁ Θεός;

ιδ΄.

Ἀλλ᾽ ὦ βέλτιστοι, φαίην ἂν ἔγωγε πρός γε τοὺς τῶν τοιούτων ἐξηγητάς. ὕθλος εἰκαῖος τὰ παρ᾽ ὑμῶν. ἢ γοῦν ἐρομένῳ φράζετε· πῶς ἐξαίρετος ἡ εἰς ἡμᾶς ἀγάπησις τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός; καὶ εἰ δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν τὸν υἱὸν, τὸν καθ᾽ ὑμᾶς οὐχ ὑφεστηκότα, τὸ μηδὲν ἄρα δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ οὔτε σὰρξ ὁ λόγος γέγονεν, οὔτε τὸν τίμιον ὑπέστη σταυρὸν, οὔτε κατήργηκε τοῦ θανάτου τὸ κράτος, οὔτε μὴν ἀνεβίωσε πάλιν. εἰ γάρ ἐστι τὸ μηδὲν καὶ ἀνύπαρκτος, καθ᾽ ὑμᾶς, πῶς ἔν γε τούτοις γένοιτ᾽ ἄν; πεφενάκικεν οὖν ἄρα τῆς ἁγίας γραφῆς ὁ λόγος τοὺς πεπιστευκότας, καὶ ἡ τῆς πίστεως ἑδραιότης οἴχεται πρὸς τὸ μηδέν. τί δέ; οὐκ E ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν τὸν υἱὸν, τὸ ἱερὸν ἡμῖν κατεσήμανε γράμμα, εἰκόνα τε αὐτὸν καὶ χαρακτῆρά φησι τοῦ γεγεννηκότος; καί τοι πῶς τοῦτό ἐστιν οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, αἱ δὲ εἰκόνες, ὡς τὰ ἀρχέτυπα; δεῖ γὰρ οὕτως αὐτὰς καὶ οὐχ ἑτέρως ἔχειν. οὐκοῦν, εἰ μὴ ἐνυπόστατος ἡ εἰκὼν, μήτε μὴν ἐν ὑπάρξει νοοῖτο τῇ καθ᾽ ἑαυτὸν ὁ χαρακτὴρ, ἀνυπόστατον εἶναι δώσουσιν ὡς ἐξ ἀναγκαίου λόγου, καὶ τὸν οὗπέρ ἐστι χαρακτὴρ, καὶ τὸ τῆς εἰκόνος ἀκαλλὲς ἀναδραμεῖται πάντως ἐπὶ τὸ ἀρχέτυπον.

ιε΄.

Εἶτα εἰπέ μοι, Φίλιππος χριστομαθὴς ὢν ἄγαν, τὸν ὄντα καὶ ὑφεστηκότα πατέρα κατιδεῖν ἠξίου, λέγων.

ANNO CHRISTI 431.

λέγων· κύριε δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν; ἢ γοῦν τὸν οὐκ ὄντα καὶ ἀνυπόστατον; ἀλλ' οἶμαι φαίη τις ἂν μελλήσας οὐδὲν, ὅτι τὸν ὄντα τε καὶ ὑφεστηκότα. εἴπερ οὖν ἐστι τὸ μηδὲν ὁ υἱὸς, ἅτε δὴ μὴ ὑφεστηκὼς, κατά γε τὸ ἐκείνων ἀχάλινον θράσος, εἰς εἰκόνα καὶ γνῶσιν ἀκριβῆ τοῦ πατρὸς ἑαυτὸν ἡμῖν αὐθότου παρεκόμιζε, λέγων· τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με Φίλιππε; ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε καὶ τὸν πατέρα. οὐ πιστεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. ἀλλ' οὐκ ἂν οἶμαί που τὸν ὑφεστηκότα καταθρήσειέ τις ἔν γε τῷ μὴ ὑφεστηκότι· οὐδ' ἂν ἐννοοῖτό ποτε καὶ ταυτὸν εἰς ἅπαν τῷ μὴ ὑπάρχοντι τὸ ὑπάρχον. ἔσται δὲ ὅπως ἐν υἱῷ μὲν ὁ πατὴρ, ὁ υἱὸς δ' αὖ ἐν τῷ πατρί; ἢ οὐχ ἕτοιμον εἰπεῖν, ὡς εἰ μή ἐστιν ὁ λόγος ἐν ὑπάρξει τῇ καθ' ἑαυτὸν, κινδυνεύσειεν ἂν καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ, ἔχων μὲν ἐν ἑαυτῷ τὸ μηδὲν, νοούμενος δὲ ὑπάρχειν ἐν τῷ μηδενί; τὸ γὰρ οὐκ ὂν ὅλως, οὐδὲν ἂν νοοῖτο λοιπόν. καὶ οὐκ ἄτραχυς μὲν ὁ λόγος. πλείστην γὰρ ὅσην ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀτοπίαν νοσεῖ. περιίστησιν οὖν ὅμως εἰς τὸ ἀπηχὲς τῶν δι' ἐναντίας τὸ δόγμα. κατατεθήποι δ' ἂν τις εἰκότως, τίνα δὴ τρόπον ἐν τῷ υἱῷ τῷ μὴ λαχόντι τὸ εἶναι, τὰ ὄντα πεποίηκεν ὁ πατήρ. εἰ δὲ δή τις ἔροιτο, πότερα τοῖς οὖσι τὸ εἶναι καλὸν, ἢ γοῦν τὸ μὴ εἶναι τυχόν; φαίη τις ἂν εὐθὺς, ὅτι τὸ εἶναι. ὁ γὰρ τοῖς οὐκ οὖσί ποτε τὸ εἶναι δοὺς, ἀγαθὸς ὅτι μάλιστα κεχρημάτικέ τε, καὶ ἔστιν ὁ δημιουργός. ἔχοι γὰρ ἂν ὧδε τὸ χρῆμα τῇ φύσει. οὐκοῦν ἐν ἀμείνοσιν ἡ κτίσις, ἤπερ ὁ δι' οὗ τὰ πάντα παρήχθη πρὸς γένεσιν· ὁ μὲν γὰρ οὐχ ὑφεστηκέναι λέγεται, τὰ δὲ ὑφέστηκε, καὶ ἐν τῷ εἶναι νοεῖται. ὢ τῆς τῶν ἐννοιῶν ἀτοπίας! ἄπαγε τῆς δυσφημίας. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καθὰ γέγραπται. τοιγάρ τοι καὶ ἔφασκεν, ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. ἀλλ' οὐκ ἂν νοοῖτο ζωὴ, μὴ ὑφεστηκώς. ζωὴ δέ ἐστι κατὰ φύσιν, διαψεύσεται γὰρ οὐδαμῶς. τὸ ἄρα μὴ ὑφεστάναι λέγειν τὸν ἐκ Θεοῦ πεφηνότα λόγον, ψευδηγόρημα σαθρὸν, καὶ φρενὸς ἀπόβρασμα τῆς ' λιθώδους. Μωσεῖ γὰρ ἔφασκεν αὐτὸς, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. τὸ δὲ ὂν ἀληθῶς ἐν ὑποστάσει τῇ καθ' ἑαυτὸ σωζόμενον, πῶς ἂν νοοῖτό ποτε μὴ ὑφεστηκός; οὐκοῦν τῶν τῇδε διειληφότων καθορῶμεν εἰκότως τὸ εἰς ἄκρον ἀμαθές.

' ἠλιθιωτάτης

ιϛ'.

* Οὐ μὴν οὐδὲ ἐκείνους ἐπαινέσομεν, φιλοθηρεῖν εὖ μάλα δεδιδαγμένοι τὸ ἀληθὲς, οἳ τητᾶσθαι λέγουσι ψυχῆς λογικῆς τὴν ἑνωθεῖσαν τῷ λόγῳ σάρκα. σαρκὶ γάρ που μόνην τὴν ζωτικήν τε καὶ αἰσθητικὴν λαχούσῃ κίνησιν ἀμφιεννύντες τὸν λόγον, παραφέρουσιν εἰς κόσμον, τὴν νοῦ καὶ ψυχῆς ἐνέργειαν ἀπονέμοντες τῷ μονογενεῖ. καταπεφρίκασι γὰρ, οὐκ οἶδ' ὅπως, ψυχωθείσῃ λογικῇ ψυχῇ τῇ ἀνθρωπίνῃ σαρκὶ κατὰ φύσιν ἑνῶσθαι τὸν λόγον ὁμολογεῖν. τὸ μὲν ἄνωθέν τε καὶ

* ὑκοῦ.

I. PART. CAP. III.

A percupidus aiebat: *Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis*: ejusmodi contueri volebat, qui neque existeret, neque subsisteret? Puto sane neminem futurum, qui non intrepide respondeat, illum videre desiderasse, qui existeret & subsisteret. Si ergo juxta effrenatam illorum audaciam, Filius nihil est, ut qui non subsistat; cur igitur per seipsum ut imaginem, ad Patris agnitionem adducere nos voluit? Ait enim: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovisti me, Philippe? qui videt me, videt & Patrem. Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Ego & Pater unum sumus.* Iam, ut ego opinor, B nemo eum qui subsistit, in eo qui non subsistit, videre queat. Nec aliqua rursum ratione intelligi potest, quomodo idem sit per omnia, quod non existit, cum eo quod existit. Quomodo vero Pater erit in Filio, & Filius vicissim in Patre? An non respondere in promptu est, si Verbum propria subsistentia destituitur, ipsum quoque Patrem in discrimen adductum iri, ut qui id in se habeat quod nihil est, atque ita in nullo prorsus esse intelligatur? Nam quod omnino non est, id nihil esse intelligi debet. Sunt sane isthæc omnia spinosissima, multisque & magnis absurditatibus plena. Verum adversariorum dogma in C omnia hæc absurda urget. Iure sane meritoque admiretur quispiam, qua ratione Pater omnia quæ in rerum hac universitate cernuntur, per Filium condiderit, si nullam ille umquam sortitus est hypostasin. Quod si quis interrogetur, utrum iis quæ sunt, esse sit bonum, an forte non esse: statim haud dubie respondebit, satius esse existere quam non existere, unde opifex ille rerum, qui illis quæ aliquādo non erant, esse impertitus est, optimus appellatur, & est. Quod si ita res habet, ut profecto habet, consequitur, ut meliori conditione sint creaturæ, quam ille ipse, per quem omnia creata sunt: quandoquidem is subsistere negatur, illa vero subsistunt, D propriamque naturam sortita cognoscuntur. O absurdas cogitationes! facessite cum istis contumeliosis vocibus. *Vivum est enim Dei verbum, & efficax*, ut scriptum est. Quare & ipse quoque dominus aiebat: *Ego sum vita.* Atqui si nō subsistit, quomodo vita dici aut cogitari potest? Est autem vita suapte natura, nullo enim pacto mētitur. Unde quicumque Verbum, quod ex Deo natum est, subsistentia spoliant, illi mendacium longe putidissimum effutiunt, stolidissimarumque mentium sordes evomunt. Ad Moysen enim ipsum ait: *Ego sum, qui sum.* Quod autē vere per se est, quomodo id propria subsistentia destitutum confingi quandoque potest? Hos itaq; qui ita sentiunt, jure summæ cujusdam in- E scitiæ condemnabimus.

Ioan. c. 14. v. 8.

Ibid. v. 9.

Ioan. c. 10. v. 30.

Hebr. c. 4. v. 12.

Ioan. c. 14. v. 6.

Exod. c. 3. v. 14.

XVI.

Sed neque illos quoque, nos qui sedula diligentique investigatione veritatem inquirere didicimus, facile commendabimus, qui carnem Verbo unitam anima rationis participe destitutam arbitrati, Verbum carne, quæ vitalem tantum & sensilem motionem sortita sit, indutum introducunt; totam vero mentis & intelligentis animæ vim energiamque unigenito attribuunt: Fateri enim, nescio quomodo verentur, Verbum carni humanæ, anima intelligente perfectæ & informatæ secundum naturam unitum esse. Verum dum ita philoso-

I. Part. Cap. III.

philoſophantur, antiquæ & olim traditæ fidei rationem omnino negligunt, & voluntatis ſuæ judicio male ſano (ut quod humanas tantum rationes & conjecturas ſequi ſoleat) prave innixi, ſecus quam revera oportuerat, ſapiunt & ſentiunt. Et quænam, obſecro, dogmatis hujus eſt ratio? Dicam: Mediatorem Dei & hominum, hoc eſt Chriſtum, ex humanitate numeris omnibus ſecundum propriam rationem perfecta & abſoluta, naturalique Dei Filio, hoc eſt unigenito, conſtitutum, ſcripturis convenienter prædicamus. Affirmamus autem naturas diſpares, ac inter ſe diſſimiles, quadam coitione & concurſu qui verbis explicari non poteſt, in unum conveniſſe. Agnoſcimus tamen unum Chriſtum, & dominum Ieſum, & Filium vocatum; quippe cum ſimul Deus & homo exiſtat, mentique ſe offerat. Etenim unio illa naturarum uſque adeo individua indivulſaque eſt, ut unum eumdemque unigenitum ſimul & primogenitum credamus: unigenitum quidem, tamquam Dei Patris Verbum, ex illius ſubſtantia natum; primogenitum vero, quatenus inter multos fratres homo extitit: quandoquidem ut unus eſt Deus Pater, ex quo omnia; ita unus quoque eſt dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. Nam Verbum illud, per quod omnia conſiſtunt, ſecundum naturâ Deum eſſe novimus, etiâſi caro, hoc eſt, homo factum eſt. (2. Cor. c. 8. v. 6.)

XVII.

Ceterum, eorum dicta cum noſtris non ſatis congruunt. Nam & ipſi quoque unum ſolum Chriſtum aperte conſtituunt, & unum Emmanuelem in duos divellere, tamquam rem ſumma cum impietate conjunctam, ſummopere execrantur: ſed Verbum interim carni, quæ humana, hoc eſt, ratione prædita anima exuta deſtitutaque ſit, unitum prædicant; & cur iſtuc prædicare debeant, rationem admodum plauſibilem comperiſſe ſe autumant. Aiunt enim, quæ ad unius perfecti conſtitutionem per compoſitionem concurrunt, ea partes eſſe & imperfectorum rationem obtinere; nam quod perfectum eſt per ſe, atque ut in propria natura; non opus habet, ut ad partialem compoſitionem veniat: atque ideo cavendum eſſe ſedulo, ne templum, quod Verbo unitum eſt, perfectum hominem extitiſſe concedentes, exactam illam unius rationem, quæ in Chriſto accidiſſe dignoſcitur, meritæ calumniæ exponamus. Quin & illud quoque huc adjecturos ſuſpicor; nempe, ſi ex homine perfecto, & Dei Patris Verbo Emmanuelem coaluiſſe dicamus, in illud nos & magnum, & plane inevitabile periculum venturos eſſe, ut vel inviti duos Chriſtos, & duos itidem filios tenere & profiteri cogamur. Cedo, quid nos ad hæc reſpondebimus? Apprime indignum eſſe, nos antiquiſſimam fidei traditionem (ut quæ ab ipſis ſanctis apoſtolis profecta ad nos uſque pervenit) propter curioſas quaſdam ac ſupervacaneas rationes ac diſceptationes deſerere, vel nimiis inquiſitionibus humanæ mentis captum excedentia ſubjicere; vel in medium exilire veluti judices, ut noſtro ſenſu, contempto periculo, quidvis metientes, dicamus: Hoc recte ſe habet, illud vero ſecus. Quanto ſatius, quantoque utilius foret, ſapientiſſimo Deo conſiliorum ſuorum rationes integre permittere,

Anno Christi 431.

ἀρχαιοτάτης πίστεως τὴν παράδοσιν ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦντες λόγου, θελήσει δὲ μόνῃ τῇ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς, καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις δεῖν ἕπεσθαι λογισμοῖς, ἀμαθῶς ᾑρημένοι, καὶ φρονοῦντες ἀληθῶς παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν. καὶ τίς ὁ λόγος αὐτοῖς τοῦ τοιοῦδε δόγματος, ἐγὼ φράσω. τὸν Θεοῦ μεσίτην καὶ ἀνθρώπων, κατὰ τὰς γραφὰς, συγκεῖσθαί φαμεν ἔκ τε τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος τελείως ἐχούσης κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, καὶ ἐκ τοῦ πεφηνότος ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν υἱοῦ, τουτέστι τοῦ μονογενοῦς. διαβεβαιούμεθα δὲ σύνοδον μέν τινα, καὶ τὴν ὑπὲρ λόγον συνδρομὴν, εἰς ἕνωσιν ἀνίσων τε καὶ ἀνομοίων πεπρᾶχθαι φύσεων· ἕνα δ' οὖν ὅμως Χριστὸν καὶ κύριον Ἰησοῦν, καὶ υἱὸν ὀνομάζεσθαι ἐπιγινώσκομεν, ἐν ταυτῷ καὶ ὑπάρχοντα, καὶ νοούμενον Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον. ἀδιάσπαστον δὲ παντελῶς τὴν ἕνωσιν διατηρεῖν εἰθίσμεθα, τὸν αὐτὸν εἶναι καὶ μονογενῆ πιστεύοντες, καὶ πρωτότοκον· μονογενῆ μὲν, ὡς Θεοῦ πατρὸς λόγον, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ πεφηνότα· πρωτότοκον δ' αὖ, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. ὥσπερ γὰρ εἷς ἐστι Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· οὕτω καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα. Θεὸν γὰρ ὄντα κατὰ φύσιν ἐπιγινώσκομεν τὸν, δι' οὗ τὰ πάντα, λόγον, καὶ εἰ γέγονε σὰρξ, τουτέστιν ἄνθρωπος.

ιζ'.

Ἀλλ' οὔτιπου σφόδρα ταῖς ἐν ἡμῖν περὶ τούτου δόξαις τὰ ἐκείνων συμφέρεται. ἕνα μὲν γὰρ ὁμολογουμένως παραδέχονται καὶ αὐτοὶ Ἰησοῦν Χριστὸν, παραιτοῦνται δὲ λίαν, ὡς δυσσεβὲς ὅτι μάλιστα, καταδιϊστᾶν εἰς δύο τὸν Ἐμμανουήλ. ψυχῆς δ' οὖν ὅμως τῆς ἀνθρωπίνης καὶ λογικῆς τὴν σάρκα χωρίσαντες καὶ γυμνώσαντες, ἑνῶσθαί φασιν αὐτῇ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον. ἐξεύρηται δέ τις αὐτοῖς καὶ πιθανὸς, ὡς οἴονται, πρὸς τοῦτο λόγος. τὰ γάρ τοι, φασὶ, κατὰ σύνθεσιν πρὸς ἑνὸς τελείου σύστασιν συνδεδραμηκότα, * μέρη τε καὶ ἐξ ἀτελῶν ὁρᾶσθαι φιλεῖ, τοῦ τελείως ἔχοντος καθ' ἑαυτὸ, καὶ ὡς ἐν ἰδίᾳ φύσει, τῆς ἐκ μερῶν συνθέσεως οὐ δεδεημένου. τοιγάρ τοι φασὶ, παραιτητέον εἰκότως, ἄνθρωπον δοῦναι τέλειον, τὸν συνενωθέντα τῷ λόγῳ ναὸν, ἵνα καὶ ἡ ' ἕνωσις, ἥπερ ἂν ἐπὶ Χριστῷ νοοῖτο τυχὸν, ἀκριβῆ τε καὶ ἀδιάβλητον τὸν ἐπ' αὐτῆς ἀποσώζοι λόγον. καὶ μὴν κἀκεῖνο προσθείην ἄν, ὥσπερ οὖν ' ἡγοῦμαι, πάλιν. εἰ γὰρ ἐξ ἀνθρώπου τελείου, φασὶ, καὶ τοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ὄντος λόγου * φήσομεν εἶναι τὸν Ἐμμανουὴλ, οὐ βραχὺ τὸ δεῖμα, μᾶλλον δὲ ἀδιάφυκτον ἤδη πως ἀναφανεῖται λοιπὸν, τὸ καὶ ἀβουλήτως δεῖν δύο μὲν υἱοὺς, Χριστοὺς δ' αὖ δύο φρονεῖν τε καὶ λέγειν. εἶτα τί τούτοις ἀντεροῦμεν ἡμεῖς; πρῶτον μὲν, ὅτι τῆς πίστεως τὴν οὕτως ἀρχαιοτάτην, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἁγίων ἀποστόλων διήκουσαν εἰς ἡμᾶς παράδοσιν, οὐ ταῖς ' ὑπερμέτροις ἀκριβείαις * καταλύειν ἄξιον, οὔτε μὴν ταῖς εἰς ἄκρον ἐρεύναις ' ὑποφέρειν τὰ ὑπὲρ νοῦν· ἀλλ' οὐδὲ ἥκειν εἰς μέσον οἷάπερ τινὰς ὁριστὰς, καὶ ῥιψοκινδύνως λέγοντας· ὡς τὸ δεῖνα μὲν ὀρθῶς, τὸ δεῖνα δ' αὖ ἑτέρως ἔχειν. ἐχρῆν δήπου, καὶ ἦν ἄμεινον ἀληθῶς, ἀπονέμειν μᾶλλον τῷ πανσόφῳ Θεῷ τὴν ἰδίων διασκέψεων τὴν ὁδὸν,

καὶ

*μέρη τε ὄντα,
' σύνθεσις,
' ἡγοῦμαι,
* συντίθεμεν τὸν Ἐμμανουήλ,
' ὑπερμέτροις
* καταλιπεῖν
' ὑποφέρειν

ANNO CHRISTI 431.

καὶ μὴ τοῖς εὖ ἔχειν παρ' αὐτῷ δεδοκιμασμένοις, ἀνοσίως ἐπιτιμᾶν. ἀκουσόμεθα γὰρ λέγοντος ἐναργῶς· οὐ γάρ εἰσιν αἱ βουλαί μου ὥσπερ αἱ βουλαὶ ὑμῶν, οὐδὲ ὥσπερ αἱ ὁδοὶ ὑμῶν αἱ ὁδοί μου· ἀλλ' ὡς ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, οὕτως ἀπέχει ἡ ὁδός μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν, καὶ τὰ διανοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς διανοίας μου.

ιη'.

Υἱοὺς δὲ οὔτι που δύο προσκυνήσομεν, ἀλλ' οὐδὲ Χριστοὺς ἐροῦμεν δύο, κἂν ἐψυχῶσθαι πιστεύωμεν ψυχῇ λογικῇ τὸν ἑνωθέντα τῷ λόγῳ ναόν. ὥσπερ γὰρ κατά γε τὸ ἐκείνοις εὖ ἔχειν δοκοῦν, κἂν εἰ ἐκ μόνης * λέγοιτο τῆς σαρκὸς, καὶ τοῦ ἐκ Θεοῦ πατρὸς πεφηνότος λόγου, οὐδεὶς αὐτοὺς ἀναπείσει τρόπος, ἀνὰ μέρος τὴν σάρκα τιθέντας, καὶ ἀνὰ μέρος αὐτὸν μονογενῆ, δυάδα Χριστῶν ὁμολογεῖν. οὕτω κἂν τῇ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητι τελείως ἐχούσῃ κατά γε τὸν τῆς ἰδίας φύσεως λόγον, οἱονεὶ συνενηνέχθαι τε καὶ ἡνῶσθαι λέγωμεν ἀπορρήτως τε καὶ ὑπὲρ νοῦν τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, οὐχ υἱῶν δυάδα νοήσομεν, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, φύσει μὲν ὄντα Θεὸν, καὶ ἐξ αὐτῆς πεφηνότα τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός· ἐν ἐσχάτοις δὲ τοῦ αἰῶνος καιροῖς γενόμενον ἄνθρωπον, καὶ διὰ τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου παρθένου γεγεννημένον· καὶ πρός γε ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων προσκυνούμενον, κατὰ τὰς γραφάς.

ιθ'.

Εἰ δὲ δὴ φαῖεν, ὅτι μόνης μὲν ἐδεῖτο τὰ καθ' ἡμᾶς τῆς τοῦ μονογενοῦς ἐπιδημίας· ἐθελήσας δὲ ὀφθῆναι τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ ἀνθρώποις συναναστραφῆναι, παραδεῖξαί τε ἡμῖν τῆς ' ἀγγελικῆς πολιτείας τὴν ὁδὸν, οἰκονομικῶς ' ἠμπίσχετο τὴν * ὁμοίαν ἡμῖν σάρκα· τὸ γάρ τοι θεῖον κατὰ φύσιν ἰδίαν οὐχ ὁρατόν· ἠγνοηκότες ἁλώσονται τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸν σκοπὸν, καὶ συνιέντες οὐδαμῶς τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον. εἰ γὰρ δὴ μόνην ἔχει τὴν ἀφορμὴν τοῦ ὀφθῆναι τοῖς ἐπὶ γῆς τοῦ μονογενοῦς ἡ σάρκωσις, ' ἤγουν ἐνανθρώπησις; ' προσετέθη γε μὴν ἕτερον οὐδὲν τῇ ἀνθρώπου φύσει, πῶς οὐκ ἄμεινον ἤδη πως καὶ ' σοφῶν; τῇ τῶν δοκητῶν συμφέρεσθαι δόξῃ καὶ ἡμᾶς αὐτούς; οἳ σαρκός τε ὁμοῦ καὶ γηΐνου σώματος ἀπαμφιεννύντες τὸν λόγον, ὦφθαι μὲν ἐπὶ γῆς ὡς ἄνθρωπον μυθοπλαστοῦσιν οἱ δείλαιοι· ἡμαρτηκότες δὲ τἀληθοῦς ἁλοῖεν ἂν καὶ οὐ σὺν ἱδρῶτι μακρῷ. ἢ οὐκ ἄμεινον ἐροῦσιν, εἰ μηδὲν ὀνίνησι τὴν ἀνθρώπου φύσιν ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, εἰ καὶ γέγονε σὰρξ, ἀπαλλάττεσθαι μὲν ἀκαθαρσίας σαρκικῆς, δόξαι δ' οὖν ἅπαξ τῷ γηΐνῳ προσκεχρῆσθαι σώματι, διαπερᾶναί τε οὕτω τὸν προτεθέντα σκοπόν; τίς οὖν ἂν γένοιτο λοιπὸν τῆς ἐπιδημίας ὁ λόγος; ἢ τίς ὁ τρόπος τῆς ἐνανθρωπήσεως; πέπρακται δὲ ὅτου χάριν; εἴ τις ἔροιτο τυχὸν; ἀντακούσεται παρ' ἡμῶν. ἡ θεία διδάξει γραφή. ἴθι δὴ οὖν ὦ γενναῖε, πυθοῦ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων φωναῖς ἐνερείσας εὖ μάλα τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν, ἄθρει δὴ καλῶς τὸ ζητούμενον. ἔφη τοίνυν ὁ σοφὸς ἡμῖν Παῦλος, αὐτὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα Χριστόν· ἐπειδὴ γὰρ τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου

Marginal notes: * ἔλοιτο · ' εὐαγγελικῆς · ' ἠμπέχετο · * ἰδίαν · ' εἶτ' οὖν · ' προσετίθη γε · ' σοφόν

& ea quæ ipsi probatissima sunt, impie non reprehendere? præsertim cum illum aperte dicentem, & quasi expostulantem audiamus: *Non sunt consilia mea sicut consilia vestra, nec viæ meæ ut viæ vestræ: sed sicut distat cælum a terra, ita viæ meæ a viis vestris, & cogitationes meæ a cogitationibus vestris.* Isai c. 55. v. 8.

XVIII.

Quare licet templum, quod Verbo unitum est, anima humana perfectum & informatum certo credamus, non duos tamen filios adoramus, nec duos Christos agnoscimus. Vt enim, tametsi Emmanuelem ex sola carne & Dei Patris Verbo, juxta opinionem quam illi complectuntur, compositum statuant; nulla adhuc tamen ratione huc illi adigi se paterentur, ut carne seorsum, & unigenito rursum seorsum posito, duos Christos profiterentur: ita nos quoque, quamvis Dei Verbum humanitati nostræ secundum propriæ naturæ rationem omnino perfectæ unitum, ineffabilique ac incomprehenso plane modo sociatum affirmamus; non duos tamen filios mente concipimus, sed unum eumdemque, qui quidem natura Deus existens, utpote ex Dei & Patris substantia ortus, & in extremis sæculi temporibus homo factus, & ex sacra deipara virgine natus, cum a nobis, tum ab ipsis quoque sanctis angelis secundum scripturas, colitur & adoratur. Psal. 96. Hebr. 1.

XIX.

Quod si dixerint, genus nostrum solo unigeniti adventu indiguisse; atque ideo illum, quod ab iis qui in terris degunt, cerni, amiceque cum hominibus conversari, & vitæ evangelicæ viam nobis præmonstrare vellet, dispensatoria quadam ratione solam carnem nobis similem induisse (Deus namque secundum suam naturam sub aspectum non cadit) illi incarnationis scopum se ignorare, magnumque illud pietatis mysterium prorsus non intelligere, aperte ostendunt. 1. Tim. c. 3. v. 16. Nam si unigenitus ea solum de causa incarnatus, hoc est, homo factus est, quo ab iis qui in terris ætatem agunt, conspici posset, nihilque aliud præterea commodi illius incarnatio humanæ naturæ attulit; cur illorum sententiæ subscribere non pigeat, qui phantastica tantum carne & corpore Verbum indutum, neque in hominis natura, sed in hominis tantum similitudine in terris apparuisse fabulantur? Verum quantum hi miseri a veritatis scopo aberrent, facili negotio ostendi potest. Si, inquam, Dei Verbum, etiamsi caro factum est, nullum aliud humanæ naturæ commodum attulit; an non rectius statueretur a carnis quidem immunditia omnino abstinuisse, terreno nihilominus corpore uti visum esse, atque hac ratione quod decreverat perfecisse? Ceterum quis adventus illius fuerit usus, & qualis incarnationis modus, si quis forte a nobis sciscitetur, cujusque rei gratia patrata sit; ille responsi loco hoc paucis habeat: Age istud divina scriptura tibi patefaciet. Vade ergo & sacras literas consule, mentisque oculum sanctorum apostolorum vocibus insere; & quod quæritur, dilucide hic mox intuebere. Igitur sapientissimus apostolus Paulus, qui Christum in se loquentem habebat, ad hunc modum concionatur: *Quia ergo pueri communicaverunt carni & sanguini, & ipse similiter participavit eisdem: ut per mortem destrueret*

destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum: & liberaret eos qui per totam vitam obnoxii erant servituti. Alibi idem aliam quoque hujus rei causam aperit. Scribit enim: *Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem; Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.*

Rom. c. 8. v. 3.

XX.

An non apertissimum est, obsecro, unigenitum Dei Filium similem nobis, hoc est, perfectum hominem factum esse, quo nimirum terrenum hoc nostrum corpus, vita propria per œconomicam unionem illi immissa, ab inducta corruptione liberaret; animam rursum humanam, posteaquam illam propriam sibi reddidisset, suæque naturæ firmitate ac immutabilitate perinde ac vellus colore imbuisset, peccato superiorem declararet? Arbitror enim exemplis, quæ rem per se obscuram nonnihil illustrent, in hac doctrina opus esse: siquidem mysteria divina, tamquam humanæ mentis sensum excedentia, vix in speculo & ænigmatice videmus. Est autem exemplum allatum ad rem peropportunum; quippe quod verum potius, quam verisimile rei, de qua sermo est, symbolum præ se ferat. Quemadmodum ergo caro, posteaquam Verbi omnia vivificantis caro effecta est, mortis & corruptionis imperio superior evasit: sic anima, ut ego quidem sentio, posteaquam illius effecta est qui peccatum non novit, e vestigio statum firmum, ac in omnibus bonis stabilem, peccatoque quod olim tyrannidem exercebat, multis partibus potentiorem nacta est. Christus namque primus & solus ex omnibus in terra *peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore illius.* qui unus proinde positus tamquam radix & initium quoddam cunctorum, qui in spiritu ad vitæ novitatem instaurantur; & corporis immortalitatem, & eam quæ ex divinitate proficiscitur, securitatem ac firmitatem, secundum quamdam gratiæ communicationem in universum hominum genus transmittet. Cujus quidem rei divinus Paulus non ignarus, ita scribit: *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.* Imaginem terreni peccandi propensionem, & mortem quæ hinc oritur, vocat: at vero per imaginem cælestis, hoc est, Christi, constantiam in sanctitate, reditumque & instaurationem ex morte & corruptione ad vitam & immortalitatem designat.

1. Petr. c. 2. v. 22.

1. Cor. c. 15. v. 49.

XXI.

Totum itaque Dei Verbum toti naturæ nostræ humanæ unitum asserimus. nulla enim ratione putandum est, principe nostri parte, hoc est, anima neglecta, peregrinationis suæ molestias carni largiri voluisse. Pulcre autem per utramque partem dispensationis sacramentum perfecit. Carne sua tamquam organo ad carnis opera, naturalesque ægritudines, ac cetera officia vituperationis expertia; anima rursum ad humanas, inculpatasque affectiones utebatur. Nam & esuriem, & longioris itineris laborem, & pavorem ac metum, & tristitiam, & angorem, & ipsam denique in cruce mortem pertulisse traditur. Etenim nullo cogente,

1. Ioan. c. 3. v. 16.

A καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον· καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. Καὶ μὴν καὶ ἕτερόν τινα τρόπον ἡμῖν ἀφηγούμενος· τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, φησὶν, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἐκπέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.

κ'.

Ἆρ' οὖν, οὐχὶ προδηλότατον, καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀσυμφανὲς, ὅτι καθ' ἡμᾶς γέγονεν ὁ μονογενὴς, τουτέστι τέλειος ἄνθρωπος, ἵνα τῆς μὲν B ἐπεισάκτου φθορᾶς τὸ γήϊνον ἡμῶν ἀπαλλάξῃ σῶμα, τῇ καθ' ἕνωσιν οἰκονομίᾳ τὴν ἰδίαν αὐτῷ ζωὴν ἐνιείς· ψυχὴν δὲ ἰδίαν τὴν ἀνθρωπίνην ποιούμενος, ἁμαρτίας αὐτὴν ἀποφήνῃ κρείττονα, τῆς ἰδίας φύσεως τὸ πεπηγός τε καὶ ἄτρεπτον, οἱάπερ ἐρίῳ βαφὴν, ἐγκαταχρώσας αὐτῇ; δεῖν γὰρ οἶμαι τοῖς περὶ τούτων λόγοις παραδειγμάτων, πολὺ λίαν ἔχουσι τὸ ἀσυμφανές· ὁρῶμεν γὰρ μόλις ἐν ἐσόπτρῳ τε καὶ αἰνίγματι τὰ θεῖά τε καὶ ὑπὲρ νοῦν μυστήρια. εἴη δ' ἂν οὐκ ἄτοπον, οἶμαι, τὸ χρῆμα· φέρει γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὸν εἰκότα, μᾶλλον δὲ καὶ τὸν ἀληθῆ λογισμόν. ὥσπερ οὖν ἐπειδὴ γέγονε σὰρξ C τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα λόγου, τὸ φθορᾶς καὶ θανάτου ὑπερφέρεται κράτος· κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον, ἐπεὶ γέγονε ψυχὴ τοῦ πλημμελεῖν οὐκ εἰδότος, ἐρηρεισμένην ἔχει λοιπὸν τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς ἀμεταποίητον στάσιν, καὶ τῆς πάλαι καθ' ἡμῶν τυραννούσης ἁμαρτίας ἀσυγκρίτως εὐσθενεστέραν. πρῶτός τε γὰρ καὶ μόνος ἄνθρωπος ἐπὶ γῆς ὁ Χριστὸς οὐκ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. ῥίζα δὲ ὥσπερ καὶ ἀπαρχὴ τεθειμένος τῶν εἰς καινότητα ζωῆς ἀναμορφουμένων ἐν πνεύματι, καὶ τὴν τοῦ σώματος ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ τῆς θεότητος ἀσφαλὲς ἐρηρεισμένον, D ὡς ἐν μεθέξει καὶ κατὰ χάριν, καὶ εἰς ἅπαν ἤδη τὸ ἀνθρώπινον παραπέμψει γένος. καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος· ὥσπερ γὰρ ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. εἰκόνα μὲν γὰρ τοῦ χοϊκοῦ, τὸ εὐόλισθον ἔφη πρὸς ἁμαρτίαν, καὶ τὸν ἐντεῦθεν ἡμῖν ἐπιῤῥιφέντα θάνατον· εἰκόνα δὲ αὖ τοῦ ἐπουρανίου, τουτέστι Χριστοῦ, τὸ ἑδραῖον εἰς ἁγιασμὸν, καὶ τὴν ἐκ θανάτου καὶ φθορᾶς ἀνακομιδήν τε καὶ ἀνακαίνισιν εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ζωήν.

κα'.

Ὅλον οὖν ὅλῃ συνῆφθαί φαμεν τῇ καθ' E ἡμᾶς ἀνθρωπότητι τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον. οὐ γάρ που τὸ ἄμεινον ἐν ἡμῖν, τουτέστι ψυχὴν, οὐδενὸς ἂν ἠξίωσε λόγου, μόνῃ δωρούμενος τῇ σαρκὶ τῆς ἐπιδημίας τοὺς πόνους. ἐπράττετο δὲ καλῶς δι' ἄμφω τῆς οἰκονομίας τὸ μυστήριον· προσεχρήσατο δὲ, καθάπερ ὀργάνῳ, τῇ μὲν ἰδίᾳ σαρκὶ, πρὸς τὰ σαρκὸς ἔργα τε καὶ ἀῤῥωστήματα φυσικὰ, καὶ ὅσα μώμου μακράν· ψυχῇ δ' αὖ τῇ ἰδίᾳ πρὸς τὰ ἀνθρώπινά τε καὶ ἀνυπαίτια πάθη. πεινῆσαι γὰρ λέγεται, κόποις ὑπενεγκεῖν τοὺς ἐκ μακρῶν ὁδοιποριῶν, πτοίας τε καὶ φόβους, καὶ λύπην, καὶ ἀγωνίαν, καὶ τὸν ἐπὶ τῷ σταυρῷ θάνατον. ἐπαναγκάζοντος γὰρ οὐδενὸς,

ANNO CHRISTI 431.

I. PART. CAP. III.

νός, τέθεικεν ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἰδίαν ψυχὴν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ· σάρκα μὲν τὴν ἰδίαν τῆς ἁπάντων σαρκὸς ἀντάποινον, δῶρον ἀληθῶς ἀντάξιον· ψυχὴν δὲ, ψυχῆς ἀντίλυτρον τῆς ἁπάντων ποιούμενος, εἰ καὶ ἀνεβίω πάλιν, ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὡς Θεός. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Πέτρος, ἄνδρες ἀδελφοὶ, φησὶν, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παρῤῥησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαυὶδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης. προφήτης οὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς, ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, προειδὼς ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὔτε ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδην, οὔθ' ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. οὐ γάρ τοι θέμις εἰπεῖν, φθορᾷ μὲν δύνασθαι κρατεῖσθαί ποτε τὴν ἑνωθεῖσαν τῷ λόγῳ σάρκα. κάτοχον δὲ αὖ ταῖς ᾅδου πύλαις τὴν θείαν γενέσθαι ψυχήν· οὐκ ἐγκατελείφθη γὰρ εἰς ᾅδην, καθὰ καὶ ὁ θεσπέσιος ἔφη Πέτρος. οὐ γάρ που τό τε ἄληπτον παντελῶς, καὶ ἀνάλωτον τῷ θανάτῳ φύσιν, τουτέστι τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς, τῶν ὑπὸ χθόνα μυχῶν ἀνακεκομίσθαι φήσομεν. οὔτε γὰρ ἂν ἠξιώθη τὸ χρῆμα θαύματος, εἰ μὴ μεμένηκεν εἰς τὸν ᾅδην ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, τῇ τῆς θεότητος ἐνεργείᾳ τε καὶ φύσει, παραδόξως τε καὶ ὑπὲρ λόγον, πληρῶν μὲν τὰ πάντα, καὶ τοῖς πᾶσιν ἐπιδημῶν. ἀνώτερον γάρ που καὶ περιορισμοῦ * καὶ τόπου καὶ μεγέθους μέτρητοῦ τὸ θεῖον, αὐτὸ δὲ ὑπὸ μηδενὸς χωρούμενον.

*μέτρου καὶ τόπου
'Vtrumque deest in manuscripto Seguieriano.

B

C

dum naturam) denuo resumpserit. Hinc divinus Petrus: *Viri, inquit, fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David, quoniam & defunctus est, & sepultus est, & sepulcrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, & sciret quia jurejurando jurasset illi Deus, de fructu lumbi ejus sedere super sedem ejus; providens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem.* Nec enim fas est dicere, carnem Verbo unitam aliquando potuisse corrumpi, aut divinam illam animã intra inferni portas detineri. Nam ut divinus Petrus ait, anima ejus in inferno relicta non fuit. Neque vero naturam illam, quæ nec mente comprehendi, neque per mortem ullatenus capi potest, hoc est unigeniti divinitatem, e subterraneis illis specubus rursum emersisse dicemus: quandoquidem nulla admiratione dignum esset, si Dei Verbum divinitatis vi, ejusdemque efficacia nixum, apud inferos non hæsisset; cum admirabiliter omnibus adsit, impleat que omnia. Deitas namque omni loco & circumscriptione, & mensurabili magnitudine superior, a nullo capi comprehendive potest.

Act. t. 2. v. 29.

Psalm. 131. v. 11.

Psalm. 15. v. 10.

Ibidem.

(The Latin column opens:) animam suam nostri causa posuit; quo nimirum & vivis & mortuis dominaretur. Et quidem carnem suam citra controversiam liberationis precium pro omnium carne dependit; animam vero justum pro mortalium omnium animabus precium exhibuit, tametsi vitam quam posuerat (nam vita erat ut Deus secundum naturam) denuo resumpserit.

κβ'.

* Παράδοξον δὲ καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων ' θαυμαστὸν, ὅτι σῶμα μὲν ἀνεβίω τὸ τῇ φύσει φθαρτόν· ἦν γὰρ ἴδιον τοῦ ἀφθάρτου λόγου. ψυχὴ δὲ δὴ πάλιν τὴν πρὸς αὐτὸν λαχοῦσα συνδρομήν τε καὶ ἕνωσιν, καταπεφοίτηκε μὲν εἰς ᾅδου, θεοπρεπεῖ δὲ δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ χρωμένη, καὶ τοῖς ἐκεῖσε πνεύμασι κατεφαίνετο. τοιγάρ τοι καὶ ἔφασκε τοῖς ἐν δεσμοῖς, ἐξέλθετε. καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλύπτεσθε. καί μοι δοκεῖ φάναι τι τοιοῦτον καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος περὶ τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ τῆς καθ' ἕνωσιν ' οἰκονομίας γεγενημένης αὐτοῦ ψυχῆς· κρεῖττον γὰρ ἀγαθοποιοῦντας, εἰ θέλοι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, πάσχειν, ἢ κακοποιοῦντας. ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς ἅπαξ ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν ἀπέθανε, δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων, ἵν' ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ, θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι. ἐν ᾧ, φησὶ, καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν, ἀπειθήσασί ποτε. οὐδὲ γὰρ, οἶμαι, φαῖεν ἂν, ὡς γυμνὴ καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ θεότης τοῦ μονογενοῦς καταπεφοίτηκε μὲν εἰς ᾅδου, διεκήρυξε δὲ τοῖς ἐκεῖσε πνεύμασιν, ἄποπτος οὖσα παντελῶς. κρεῖττον γὰρ ἀεὶ τοῦ ὁρᾶσθαι τὸ θεῖον. ἀλλ' οὐ δοκήσει καὶ ἐσχηματισμένως εἰς τὸ ψυχῆς εἶδος αὐτὴν μεμορφῶσθαι δώσομεν· παραιτητέον γὰρ πανταχῇ τὴν δόκησιν. ἀλλ' ὥσπερ τοῖς ἐπὶ γῆς συνανεστράφη μετὰ σαρκὸς, οὕτω καὶ ταῖς εἰς ᾅδου ψυχαῖς διεκήρυξεν, ἴδιον ἔχων φόρημα, τὴν ἑνωθεῖσαν αὐτῷ ψυχήν.

* οὐ παράδοξον
' ἀθαύμαστον.

' οἰκονομικὴν

XXII.

Mirum vero videri debet, quod corpus suapte natura interitui & morti obnoxium ad vitam denuo redierit. id enim immortalis Verbi proprium erat. Sic quoque anima, quæ cum illo conjuncta copulataque fuerat, ad inferos descendit; divinaque virtute ac potentia utens, spiritibus quoque ibidem captivis sese exhibuit. etenim iis qui vinculis ibi constricti detinebantur, *Exite*, ait: *iis vero qui tenebris operiebantur, Revelamini.* Atque huc mihi magnus ille Petrus respexisse videtur, cum de Dei Verbo, ejusdemque secundum dispensatoriam unionem anima, hunc in modum concionatur: *Melius est enim benefacientes (si voluntas Dei velit) pati, quam malefacientes: quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo; mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu.* In quo & his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando. Nec vero dicent divinitatem per se solam ad inferos descendisse, spiritibusque ibidem conclusis prædicasse; cum ipsa omnino sub oculos non cadat, præstantiorque sit, quam ut ab ullo cerni queat. Nec etiam concedendum est, ipsam in apparentem animæ speciem transformatam esse; siquidem externæ istius apparentiæ commentum omnino repudiari debet. Sed quemadmodum unigenitus cum iis, qui in corporibus suis adhuc degebant, versatus est in corpore; ita spiritibus, qui apud inferos tenebantur, animam mente & ratione præditam sibi conjunctam habens, concionatus est.

D

E

Isai. c. 49. v. 9.

1. Petr. t. 3. v. 17.

κγ'.

Καὶ βαθὺς μὲν ἴσως καὶ ἀπόῤῥητος ἀληθῶς καὶ ταῖς ἡμετέραις διανοίαις οὐχ ἁλώσιμος ὁ τῆς

XXIII.

Est sane incarnationis modus admodum subtilis, vereque inexplicabilis; talis demum, qui

qui cogitationis captusque nostri angustias A multis partibus excedat. Quapropter illud iterum iterumque expendere nos decet; nempe, ut periculo non vacat curiosius in ea inquirere, quæ humana non sunt; ita extremæ dementiæ videri ea quæ mentis nostræ aciem excedunt, humani judicii trutinæ subjicere moliri; vel ad eorum rursum cognitionem eniti, quæ nullo pacto nostra intelligentia comprehendi possunt. Nescis profundum hoc mysterium, omnique humano sensu sublimius, fide ab omni curiosa indagine aliena honorari a nobis? Quamobrem stultam illam quæstionem: *Quomodo possunt hæc fieri?* Nicodemo ejusque similibus relinquentes, citra ullam hæsitationem Spiritus sancti oracula suscipiamus, ipsique Christo de se loquenti fidem B habeamus: *Amen, inquit, amen dico vobis, quia quæ scimus, loquimur; & quæ vidimus, testamur.* Valeant igitur deliria, facessant omnes infirmæ ad persuadendum fabulæ, opinionesque falsæ, ac phaleratarum vocularum imposturæ. nihil enim quod detrimentum afferre solet, admittimus; etiamsi adversarii exercitatissimis acerrimisque rationibus nos pulsaverint. Est enim divinum hoc nostrum sacramentum, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in spiritus ostensione positum.

Ioan. 3. v. 9. — Ibidem. — 1. Cor. 2. v. 4.

ἐνανθρωπήσεως τρόπος. ἐκεῖνο δ' οὖν ὅμως ἀναλογίζεσθαι πρέπει. τὰ γάρ τοι μὴ καθ' ἡμᾶς πολυπραγμονεῖν, οὐκ ἀζήμιον· ἀνέστατον δὲ παντελῶς τὸ βασάνοις ὑποφέρειν τὰ ὑπὲρ νοῦν, καὶ πειρᾶσθαι νοεῖν ἃ οὐχ οἷόν τε. ἢ οὐκ οἶδας, ὅτι τὸ βαθὺ δὴ τοῦτο μυστήριον, καὶ νοῦν ὑπερέχον τὸν ἐν ἡμῖν, τῇ ἡμῶν ἀπεριεργάστῳ πίστει τετίμηται; τὸ δὲ ἀσυνέτως λέγειν· πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι; Νικοδήμῳ τε ἐκείνῳ, καὶ τοῖς κατ' αὐτὸν ἀπονέμοντες, ἀνενδοιάστως παραδεξώμεθα τὰ διὰ τοῦ θείου πνεύματος χρησμῳδούμενα, καὶ αὐτῷ δὲ πιστεύσωμεν λέγοντι Χριστῷ· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἃ οἴδαμεν, λαλοῦμεν. καὶ ἃ ἑωράκαμεν, μαρτυροῦμεν. Οἰχέσθω δὴ οὖν λῆρος μὲν ἅπας, μῦθός τε ἀδρανὴς, καὶ ψευδοδοξία, καὶ κεκομψευμένων ῥημάτων φενακισμός. προσιέμεθα οὔτι που τὸ κατασίνεσθαι πεφυκὸς, κἂν εἰ τοῖς ἄγαν ἐξησκημένοις, καὶ μὴν καὶ πικροῖς ἡμᾶς κατακερτοῖεν λόγοις οἱ δι' ἐναντίας. ἔστι γὰρ τὸ θεῖον ἡμῶν μυστήριον οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας ἀνθρωπίνης λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος.

'ῥημάτων — 'κεκτῷεν

XXIV.

Unigenitus igitur, qui & Deus, & universorum secundum scripturas dominus est, nobis apparuit: visus est in terra, & homo factus, his qui in tenebris versabantur, illuxit, non phantasmate, aut externo tantum schemate; C absit. hoc enim sentire, aut dicere, est aperte insanire. Neque rursum per sui mutationem, aut conversionem, in carnem transformatus est: Dei enim verbum omnis mutationis expers, uno semper eodemque modo se habet. Neque coævam cum carne substantiam sortitus est. ipse namque sæculorum conditor est. Neque hypostaseos exors, ut sermo aut nudum tantum simplexque verbum, quod in homine inhabitavit: nam qui ea quæ non sunt, evocat ut sint & existant, is necessario præexistit. ipse enim est vita ex vita Deo patre procedens, qui D quidem secundum propriam hypostasin & est & intelligitur. Sed neque carnem quoque, quæ anima ratione prædita vacaret, induit: quandoquidem vivum illud subsistensque, ac Deo Patri coæternum Deus Verbum servili forma suscepta, vere ex muliere natum, & homo factum est; estque perinde perfectum in humanitate ac in deitate. Non enim ex sola carne & deitate, sed ex perfecta humanitate & divinitate in unum eumdemque dominum & Filium & Christum admirabili quodam modo concrevit, coaluitque.

κδ'.

Θεὸς οὖν ὑπάρχων, καὶ τῶν ὅλων κύριος κατὰ τὰς γραφὰς, ὁ μονογενὴς, ἐπέφανεν ἡμῖν. ὤφθη γὰρ ἐπὶ γῆς, καὶ ἐπέλαμψε τοῖς ἐν σκότει, γενόμενος ἄνθρωπος, οὐ δοκήσει· μὴ γένοιτο· μανία γὰρ τοῦτό γε φρονεῖν, ἢ λέγειν. οὔτε μὴν εἰς σάρκα παρενεχθεὶς κατὰ μετάστασιν, ἢ τροπήν. ἀναλλοίωτος γὰρ ἀεὶ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχων ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος. ἀλλ' οὐδὲ ὁμόχρονον τῇ σαρκὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχων· αὐτὸς γάρ ἐστι τῶν αἰώνων ὁ ποιητής. οὔτε μὴν ὡς λόγος ἀνυπόστατος, οὐδὲ ὡς ῥῆμα ψιλὸν ἐν ἀνθρώπῳ γεγονός. ὁ γάρ τοι καλῶν τὰ οὐκ ὄντα ποτὲ πρὸς ὕπαρξιν καὶ γένεσιν, προϋφέστηκεν ἀναγκαίως· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ζωὴ, πεφηνὼς ἐκ ζωῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὄντος τε καὶ νοουμένου κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν. ἀλλ' οὐδὲ μόνην ἠμπίσχετο σάρκα ψυχῆς ἐρήμην τῆς λογικῆς· γεγέννηται γὰρ κατὰ ἀλήθειαν ἐκ γυναικὸς, καὶ πέφηνεν ἄνθρωπος, ὁ ζῶν καὶ ὑπάρχων, καὶ συναΐδιος τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ Θεὸς λόγος, μορφὴν δούλου λαβών· καὶ ἔστιν ὥσπερ ἐν θεότητι τέλειος, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος. οὐκ ἐκ μόνης θεότητος καὶ σαρκὸς εἰς ἕνα Χριστὸν καὶ κύριον καὶ υἱὸν συγκείμενος, ἀλλ' ἐκ δυοῖν τελείοιν, ἀνθρωπότητα δὴ λέγω καὶ θεότητα, εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν παραδόξως συνοδούμενος.

'γεγονώς

XXV.

At hic sciscitabitur forte quispiam: Cu- E jusmodi tandem sacra virgo peperit? hominemne, an Dei Verbum? Cui nos respondemus, istuc exquirere, nihil aliud esse, quam errare, & a vero honestoque abduci. Nemo post unionem, divisionem mihi fingat; neque Emmanuelem in hominem seorsum, & in Deum seorsum dispescens, duas personas efformet: ne quis meritam "vobis notam inurat, tamquam qui nihil rectum sapere "instituatis, sed id solum quod per divinas scripturas condemnatum est. unus enim ex Christi discipulis ait: *Vos carissimi memores estote*

"nobis. "instituamus. — Iud. epist. v. 17.

κε'.

Ἐρεῖ δέ τις, κατὰ τὸ εἰκὸς, τίνα δὴ οὖν τέτοκεν ἡ ἁγία παρθένος; τὸν ἄνθρωπον, ἢ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον; φαμὲν δὲ ἡμεῖς· καὶ τοῦτό γέ ἐστιν ἡ πλάνησις, καὶ τὸ 'ἁμάρτημα τοῦ πρέποντός τε καὶ ἀληθοῦς. μὴ γάρ μοι διέλῃς μετὰ τὴν ἕνωσιν, μηδὲ διϊστὰς εἰς ἄνθρωπον 'ἰδικῶς, καὶ εἰς Θεὸν, διπρόσωπον ἡμῖν ἀνατύπου τὸν Ἐμμανουήλ· μὴ ἄρα τις *ἡμῖν εἰκότως διαμωμήσαιτο, φρονεῖν ἑλομένοις ὀρθὸν μὲν οὐδὲν, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὃ καὶ διὰ τῆς ἁγίας κατεδικάσθη γραφῆς. ὧδε γάρ τις ἔφη τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν· ὑμεῖς δὲ ἀγαπητοὶ, μνήσθητε

'ἁμαρτεῖν; — 'ἀληθῶς, καὶ εἰς Θεὸν λόγον ἰδικῶς. — *ἴσ. ὑμῖν.

ANNO CHRISTI 431.

μνήσθητε τῶν ῥημάτων τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὅτι ἔλεγον ὑμῖν, ὅτι ἐπ' ἐσχάτου τῶν χρόνων ἐλεύσονται ἐν ἐμπαιγμονῇ ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν. οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες, ψυχικοί, πνεῦμα μὴ ἔχοντες. οὐ διοριστέον οὖν ἄρα κατ' οὐδένα τρόπον, εἴτε δεῖ μάλιστα τὰ δύο φανῆναι μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ἀνὰ μέρος ἑκάτερον νοεῖν. ἰστέον οὖν, ὅτι θεωρεῖ μέν τινα φύσεων διαφορὰν ὁ νοῦς. ταυτὸν γὰρ οὔτι που * θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος· εἰσδέξεται δὲ ὁμοῦ ταῖς περὶ τούτων ἐννοίαις καὶ τὴν ἀμφοῖν εἰς ἑνότητα συνδρομήν. ἐκ οὖν ' Θεὸς μὲν ἐξέφυ τοῦ πατρὸς ὡς Θεός, ἐκ παρθένου δὲ ἄνθρωπος. ὁ γὰρ ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἀπορρήτως καὶ ὑπὲρ νοῦν ἀναλάμψας λόγος, γεγεννῆσθαι λέγεται ἐκ γυναικός, καταφοιτήσας ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ καθεὶς ἑαυτὸν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν. οὐχ ἵνα μείνῃ κεκενωμένος, ἀλλ' ἵνα Θεὸς εἶναι πιστεύηται, καὶ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς πεφηνὼς ἐπὶ γῆς. οὐχ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσας, ἀλλ' ὡς αὐτὸς * κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπος γεγονώς, μετὰ τοῦ τὴν ἰδίαν ἀνασώσασθαι δόξαν. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τὰ πολὺ τῆς ἀλλήλων ὁμοουσιότητος διεστηκότα τε, καὶ ἀμετρήτῳ διαφορᾷ διακεχωρισμένα, θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα, συλλέγων εἰς ἓν οἰκονομικῶς, καὶ ἐξ ἀμφοῖν τὸν ἕνα κατασημαίνων Χριστὸν καὶ υἱὸν καὶ Θεόν. Παῦλος δοῦλος, φησίν, Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης. ἰδοὺ δὴ σαφῶς ἀφωρίσθαι φησὶν ἑαυτὸν εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ, καίτοι γράφων ἀναφανδόν. οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν. καὶ πάλιν· οὐ γὰρ ἔκρινά τι εἰδέναι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον.

* ἴσ. θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος
' Θεοῦ
* κατὰ φύσιν

κϛʹ.

Υἱὸν δὲ αὐτὸν ὀνομάσας Θεοῦ, καὶ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυὶδ γεγεννῆσθαί φησιν, ὁρίσθαι τε διϊσχυρίζεται καὶ εἰς υἱὸν Θεοῦ. πῶς οὖν, εἰπέ μοι, θεὸς ὁ ἐκ σπέρματος ἀναφὺς τοῦ Δαυίδ; ὁ δὲ δὴ καὶ πρὸ αἰώνων, καὶ ἀϊδίως υἱός, καθὸ πέφηνεν ἐκ Θεοῦ, τίνα δὴ τρόπον εἰς υἱὸν ὡρίσθη Θεοῦ, καθάπερ εἰς ' ἀρχὰς τοῦ ὑφεστάναι παρενεχθείς; ἔφη γὰρ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ· εἶπε κύριος πρός με· υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. καίτοι τοῦ, σήμερον, ἀεί πως ἡμῖν οὐχ ὅτι τὸν παρῳχηκότα, τὸν ἐνεστῶτα δὲ μᾶλλον καταδηλοῦντος καιρόν· βαθὺ τὸ μυστήριον, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀνὰ μέρος τιθεῖσι καὶ διορίζουσι δυσέφικτόν τε καὶ ἄπορον ἀληθῶς. τοῖς γε μὴν εἰς ἑνότητα κατασφίγγουσι τὸν Ἐμμανουήλ, ἐγγύς τε ἑλεῖν καὶ ἑτοιμοτάτη λίαν ἡ τῶν ἱερῶν δογμάτων ἀκιβδήλευτος γνῶσις. ὁ γὰρ τῷ φύσαντι συναΐδιος, καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος υἱός, ἐπειδὴ καταβέβηκεν εἰς τὴν ἀνθρώπου φύσιν, οὐκ ἀπολισθήσας τοῦ εἶναι Θεός, προσλαβὼν τὸ ἀνθρώπινον, νοοῖτ' ἂν εἰκότως καὶ ἐκ σπέρματος γεγεννῆσθαι Δαυίδ, καὶ νεωτάτην ἔχειν τὴν ἐν ἀνθρωπότητι ' γέννησιν· ' ὥστε οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ τὸ προσληφθέν, ἀλλ' ἴδιον

' ἀρχὴν
' γέννησι
' ἐπεὶ δὲ ἐκ

A *verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus: Hi sunt qui segregant, animales, spiritum non habentes.* Nullo itaque modo segregationem concedere fas est, licet post unionem duo apparere debeant, & distincte sit utrumque intelligendum. Quocirca sciendum, considerari quidem ab intellectu quamdam naturarum differentiam (neque enim est eadem deitatis & humanitatis natura) sed una cum hac consideratione percipiet utriusque concursum ad unionem. Unus itaque est Christus, qui quidem ex Deo Patre nascitur ut Deus, ex sacra
B autem virgine ut homo. Etenim idem illud Verbum quod inexplicabili modo, supraque omnem humanæ mentis captum eluxit ex Deo Patre, in humanam naturam descendens, & in id quod non erat se dimittens, ex muliere quoque dicitur natum: non quo maneret exinanitum, sed Deus esse crederetur, postquam etiam in naturæ nostræ forma in terris apparuit; non tamquam is qui hominem inhabitet, sed tamquam is qui homo reipsa existat; gloria tamen sua prorsus incolumi & salva. Quapropter divinus Paulus divinitatem, & humanitatem, quæ quod ad naturæ identitatem attinet, longissimo intervallo, immensoque
C discrimine a se mutuo distant, dispensatione in unum cogens, & ex utrisque unum Christum, Deum, Filium constare ostendens, ita ait: *Paulus servus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis.* Ecce tibi aperte in evangelium Dei segregatum affirmat. Atqui alibi diserte ad hunc modum scribit: *Non nos ipsos prædicamus, sed Iesum Christum.* Rursum: *Non judicavi me aliquid scire in vobis, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* D

Rom. 1. v. 1.
1. Cor. 4. v. 5.
1. Cor. 2. v. 2.

XXVI.

Porro autem cum ipsum Dei Filium nominet, & de semine David natum enuntiat, & in Dei Filium prædestinatum confirmat: jam dic, quæso, qua ratione is Deus est, qui ex semine David natus est? Rursum, quem ante sæcula Pater sibi coæternum genuit, quonam pacto Filius Dei prædestinatus est, perinde scilicet quasi initium subsistendi acciperet? Ipse namque de seipso ait: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Sane cum particula hæc, hodie, præsens fere semper, numquam præteritum tempus denotet, profundum aliquod mysterium hic insinuatur; sed
E iis qui sectione inducta seorsum considerant & collocant. Nam qui Emmanuelem ad unitatem revocant, iis & hoc ipsum, & cetera omnia, quæ ad sinceram sacrorum dogmatum cognitionem pertinent, sunt obvia, captuque facillima. Filius itaque, qui generanti Patri coæternus est, & ante omnium sæculorum ætatem subsistens est, posteaquam divinitate non amissa, sed humanitate assumpta, in hominis naturam sese dimisit; meritoque & ex David quoque semine progenitus, & oppido recens natus humanitate prædicatur: quippe cum id quod assumpsit, ab eo nullo modo alienum, sed vere illius

Psal. 2. v. 7.

I. PART. CAP. III. illius proprium sit: quare unum censetur cum ipso. Quemadmodum exempli causa, in hominis quoque compositione accidere animadvertimus: is etenim ex anima & corpore, partibus utique secundum naturam dissimilibus, constituitur; attamen quod ex utroque concrevit, unus homo reputatur: & quemadmodum a sola carne totum interdum animal denominatur; & anima rursum nominata, id quod ex utroque conflatum est, non infrequenter intelligitur: ad eumdem plane modum, quæ de Christo quoque dicuntur, accipienda sunt. Unus est enim Filius, unus dominus Iesus Christus, & ante carnem, & posteaquam homo apparuit.

XXVII.

Et quamvis idem ille redemptor noster per humanæ naturæ proprietates, exinanitionisque conditiones interdum nobis insinuetur; non ob id tamen dominum qui nos redemit, inficiabimur. Iudæos sane Christus dominus ita alloquitur: *Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum. hoc Abraham non fecit.* Scribit de eo Paulus quoque: *Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum; qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia: & quidem cum esset Filius Dei; didicit ex his quæ passus est obedientiam.* Numquid ergo hunc ipsum Christum hominem nudum ceteris nulla ex parte excellentioré censebimus? absit. Rursus, Dei ne sapientiam & virtutem in eam se infirmitatem abjecisse dabimus, ut mortem extimuerit, & a Patre salvari expetiverit? Numquid Emmanuelem vitam secundum naturam esse, inficias ibimus? An non potius ad humanitatem, & nostræ naturæ humilitatem, quæcumque humilia de ipso dicuntur, referentes, laudabiliter nos geremus, si ex iis, quibus Deus esse dignoscitur, summam ipsius majestatem agnoscamus, eumdem ipsum Deum pariter & hominem, Deum videlicet humanatum esse intelligentes? Sed in medium prodeat probatissimus ille apostolus Paulus, qui elata voce in hæc verba concionatur: *Sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam vero non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostrã; quam nemo principum hujus sæculi cognovit. Si enim cognovissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* Et alio rursum loco: *Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet a dexteris majestatis in excelsis; tanto melior angelis effectus, quanto differentius nomen præ illis hereditavit.* Atqui gloriæ dominum & esse & nominari, nonne immenso spatio id omne post se relinquit, quod creatum & conditum est? Mitto humana (sunt enim isthæc tenuia admodum) an non obsecro, quivis, modo ingenio & sapientia polleat, sive angelos nominare, sive principatus, thronos, dominationes percensere, & ut amplius quid dicam, sive summos illos seraphicos spiritus commemorare velit; an non, inquam, hos omnes gloria majestateque usque adeo præcellenti multis partibus inferiores

Ioan. c. 8. v. 39.

Hebr. c. 5. v. 7.

1. Cor c. 2. v. 6.

A ἀληθῶς. λελόγισται τοιγαροῦν ὡς ἓν πρὸς αὐτόν. καθάπερ ἀμέλει καὶ τὴν ἀνθρωπείαν σύνθεσιν καταθρήσῃ τις ἄν· συμπέπλεκται γὰρ ἐξ ἀνομοίων τὴν φύσιν, ψυχῆς δὴ λέγω καὶ σώματος· ἀλλ' οὖν εἷς νοεῖται τὸ συναμφότερον ἄνθρωπος· ὡς ἀπὸ μόνης μὲν τῆς σαρκὸς ὅλον ἔσθ' ὅτε κατονομάζεσθαι τὸ ζῶον, ψυχῆς δὲ ὠνομασμένης νοεῖσθαι τὸ συναμφότερον. κατὰ τὸν ἴσον ἄρα τρόπον καὶ ἐπ' αὐτοῦ παραδεξώμεθα τοῦ Χριστοῦ· εἷς γὰρ υἱὸς, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ πρὸ σαρκὸς, καὶ ὅτε πέφηνεν ἄνθρωB πος.

κζ'.

Καὶ τὸν ἀγοράσαντα ἡμᾶς δεσπότην οὐκ ἀρνησόμεθα, κἂν εἰ διὰ τῶν ἀνθρωπίνων ἡμῖν, καὶ ἐκ τῶν τῆς κενώσεως μέτρων, ἔσθ' ὅτε κατασημαίνηται. Ἰουδαίοις μὲν ἔφη προσλαλῶν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν. νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα. τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησε. γράφει δὲ καὶ Παῦλος περὶ αὐτοῦ· ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ C τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν υἱὸς, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν. ἆρ' οὖν ἄνθρωπον αὐτὸν δὴ τοῦτον ψιλὸν, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ἀνεστηκότα τῶν καθ' ἡμᾶς, λογιούμεθα τὸν Χριστόν; μὴ γένοιτο. τὴν δὲ τοῦ Θεοῦ σοφίαν καὶ δύναμιν, ἀσθενείας εἰς τοῦτο καθικέσθαι δώσομεν, ὡς δεδιέναι μὲν θάνατον, ἐξαιτεῖν δὲ τὸ σώζεσθαι παρὰ τοῦ πατρός; καὶ τοῦ κατὰ φύσιν εἶναι ζωὴν ἐκπεμψόμεθα τὸν Ἐμμανουήλ; ἢ περιτρέποντες εἰς τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ εἰς μέτρον φύσεως τῆς καθ' ἡμᾶς, τὸ ὡς ἐν λόγοις μικροπρεπὲς, δράσομέν τι τῶν ἐπαινουμένων· ἐξ ὧν δέ ἐστι Θεὸς, τὴν ὑπερκόσμιον αὐτοῦ κατοψόμεθα δόξαν, τὸν αὐτὸν εἶναι συνιέντες Θεόν τε ὁμοίως καὶ ἄνθρωπον, ἤτοι Θεὸν ἐνηνθρωπηκότα; D ἡκέτω δὴ οὖν εἰς μέσον ἡμῖν ὁ δοκιμώτατος Παῦλος, ταυτὶ βοῶν τε καὶ λέγων· σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων· ἀλλὰ λαλοῦμεν Θεοῦ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων, μᾶλλον δὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. καὶ μὴν καὶ ἐπὶ τούτοις· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς. τοσοῦE τον κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσον διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα. καίτοι γε τὸ εἶναί τε καὶ ὀνομάζεσθαι τῆς δόξης κύριον, πῶς οὐ λίαν ὑπερτενὲς, καὶ παντὸς ἐπέκεινα γεννητοῦ, καὶ παρηγμένου πρὸς γένεσιν; καὶ παρίημι μὲν τὰ ἀνθρώπινα· σμικρὰ γὰρ δὴ λίαν· ἐρῶ δ' οὖν, κἂν ἀγγέλους ὀνομάσαι, καὶ ἀρχὰς, καὶ θρόνους, καὶ κυριότητας ἀπαριθμήσαιτό τις, καὶ μὴν καὶ εἰ τῶν ἀνωτάτω διαμέμνηται σεραφὶμ, κατόπιν ἰόντα τῆς οὕτως ὑπερτενοῦς ὁμολογήσειεν ἂν εὐκλείας, εἴγε νοῦν ἔχει τὸν εὖ βεβηκότα

ANNO CHRISTI 431.

βεβηκότα καὶ σοφόν. ἔκκριτον γὰρ εἶναί φημι τὸ γέρας, καὶ δεῖν ἀνακεῖσθαι μόνῃ τῇ τῶν ὅλων βασιλίδι φύσει. πῶς οὖν ἂν γένοιτο κύριος τῆς δόξης ὁ ἐσταυρωμένος; τὸ δὲ ἀπαύγασμα τοῦ πατρὸς, καὶ τῆς οὐσίας ὁ χαρακτὴρ, ὁ φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, κρείττων ἀγγέλων γεγενῆσθαι λέγεται. τάχα που τὸ ἔλαττον, ὡς ἡγοῦμαι, λαβὼν, ὅτε πέφηνεν ἄνθρωπος. γέγραπται γάρ. τὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. ἆρ' οὖν ἐξώσομεν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς πεφηνότα λόγον τῆς αὐτῷ πρεπούσης οὐσιώδους ὑπεροχῆς, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀκριβοῦς ἐμφερείας, τῆς τῶν ἀγγέλων εὐκλείας ἡττώμενον βλέποντες διὰ τὸ τῆς οἰκονομίας μικροπρεπὲς νοούμενον; οὐ μένουν. οἶμαι γὰρ δεῖν, οὔτε τῶν ἀνθρωπίνων ἀπαλλάττειν παντελῶς τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον μετὰ τὴν πρὸς σάρκα σύνοδον, οὔτε μὴν δόξης τῆς θεοπρεποῦς ἀποστερεῖν τὸ ἀνθρώπινον, εἰ ἐν Χριστῷ νοοῖτο καὶ λέγοιτο.

κή.

Πλὴν ἐρησομένους οὐκ ἠγνόησά τινας. τίς δὴ ἄρα ἐστὶν ἀληθῶς Ἰησοῦς Χριστός; ὁ ἐκ γυναικὸς ἄνθρωπος, ἢ γοῦν ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος; καὶ ἠλίθιον μὲν κομιδῇ τὸ διατείνεσθαι περιττὰ, καὶ φλυαφοῖς εἰκαιομύθοις ἀνταναφωνεῖν. ἐρῶ δ' οὖν, ὅτι σφαλερόν τε καὶ οὐκ ἀζήμιον τὸ διατέμνειν εἰς δύο, καὶ ἀναμέρος ἱστᾶν, ἄνθρωπόν τε καὶ λόγον, οὐκ ἀνεχομένης τῆς οἰκονομίας, καὶ Χριστὸν ἕνα βοώσης τῆς θεοπνεύστου γραφῆς. χρῆναι γὰρ ἔγωγέ φημι, μήτε τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον ἀνθρωπότητος δίχα, μήτε μὴν τὸν ἐκ γυναικὸς ἀποτεχθέντα ναὸν, ὡς μὴ ἑνωθέντα τῷ λόγῳ, Χριστὸν Ἰησοῦν ὀνομάζεσθαι. ἀνθρωπότητι γὰρ καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν ἀποῤῥήτως συνενηνεγμένος ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, νοεῖται Χριστός. ἀνώτερος μὲν ἀνθρωπότητος, ὡς φύσει Θεὸς, καὶ υἱός· οὐκ ἀτιμάζων δὲ καὶ τὸ ἐν ὑφέσει γενέσθαι δοκεῖν, διὰ τὸ ἀνθρώπινον. τοιγάρ τοι ποτὲ μὲν ἔφασκεν· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. ποτὲ δὲ αὖ πάλιν· ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστίν. οὐ μείων γὰρ ὢν τοῦ πατρὸς κατά γε τὸ ἐν οὐσίᾳ ταὐτὸν, καὶ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν τὸ ἰσοστατοῦν, ἐν ἐλάττοσιν εἶναί φησι διὰ τὸ ἀνθρώπινον.

φλυαφοῖς εἰκαιομυθίαις ἀνταναφωνεῖν.

κθ'.

Κρύπτεται δὲ καὶ διὰ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ποτὲ μὲν ὡς ὅλος ὢν ἄνθρωπος, σεσιωπημένης αὐτοῦ τῆς θεότητος οἰκονομικῶς· ποτὲ δὲ αὖ πάλιν ὡς Θεὸς, σεσιωπημένης αὐτοῦ τῆς ἀνθρωπότητος· ἀδικεῖται δὲ κατ' οὐδένα τρόπον, διὰ τὴν ἀμφοῖν εἰς ἑνότητα σύμβασιν. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ὁ Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, καὶ φυλῆς Βενιαμὶν, ὁ κλητὸς ἀπόστολος, ἐπιστέλλει τοῖς διὰ πίστεως δεδικαιωμένοις, καὶ κατανενεκρώκασι τὰ μέλη σαρκὸς, πορνείαν δὴ λέγω καὶ πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν. ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ

A confitebitur? Honorem quippe præcellentissimum esse dico, solique principi omnium naturæ tribuendum. Quomodo ergo fuerit dominus gloriæ in cruce suffixus? *Splendor vero Patris, & substantiæ illius character, portans omnia verbo virtutis suæ, angelis præstantior effectus* perhibetur: fortasse quia, ut arbitror, minus accepit, quando apparuit factus homo. scriptum est enim; *Eum qui modico quam angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum.* Sed numquid Verbum quod ex Patre natum est, ob id ab eminentia illa & dignitate, quæ essentialiter in illud convenit, necnon B ab exacta illa Patris similitudine excludemus, quod secundum dispensationis mensuram animo conceptum, angelorum gloriam non attingit? Nequaquam: arbitror enim Dei Verbum post assumptam semel carnem, ab humanæ naturæ conditionibus non esse penitus excludendum; neque humanitati rursum, si, ut in Christo est, consideretur, gloriam, quæ Deum decet, denegandam esse.

Ibidem.

Hebr. c. 2. v. 9.

XXVIII.

Non ignoravi autem futuros, qui interrogent: Agedum, uter vere est Iesus Christus? isne qui homo ex muliere natus est, an Verbum quod ex Deo genitum est? Næ stultum est supervacaneis verbis contendere, ac quibuslibet C anilibus nugis sese opponere. Respondeo nihilominus non solum periculosum, sed etiam perniciosum esse, hominem & Verbum sejungere, factaque divisione utrumque seorsum statuere; quippe cum dispensationis mysterium ejusmodi sectionem nequaquam admittat, & divina præterea scriptura unũ dumtaxat Christum esse diserte tradat. assero enim neque Dei Verbum absque humanitate, neque templum rursum, quod ex muliere in lucem editum est, nisi cum Verbo conjunctum sit, Christum Iesum appellari posse. Quandoquidem Dei Verbum per dispensatoriam copulam admirabili modo humanæ naturæ unitum, Christus esse cognoscitur. Nam etsi illud ut Deus natu- D ralisque Dei Patris Filius, humanitate superius sit; attamen propter susceptam hominis naturam in humilitate jacere non detrectavit. Atque huc tendit illud Christi: *Qui videt me, videt & Patrem meum*; &, *Ego & Pater unum sumus.* & illud rursum ejusdem; *Pater meus major me est.* Quamvis enim, sive substantiæ identitatem, sive aliud quodcumque, in quo cum Patre conferri queat, spectes, Patre nequaquam minor sit; tamen propter assumptam humanitatem, Patre minorem se vocat.

Ioan. c. 14. v. 9.
Ioan. c. 10. v. 30.
Ioan. c. 14. v. 28.

XXIX.

Quin sacræ quoque literæ dispensatoria quadam ratione, divinitate illius suppressa, totum E interdum prædicant ut hominem; contra nonnunquam humanitate ejusdem tacita, totum quandoque insinuant ut Deum. Attamen propter utriusque naturæ in unam eamdemque personam coitionem, nulla hac quidem in re afficitur injuria. Quapropter divinus Paulus Hebræus ex Hebræis, ex Beniamitica tribu ad apostolatum vocatus, his qui per fidem justificati fuerant, carnaliaque membra, puta fornicationem, avaritiam, malam cupiditatem, & ceteras animi perturbationes mortificaverant, ad hunc modum scribit: *Mortui enim istis, & vita vestra est abscondita cum* F *Christo*

Coloss. c. 3. v. 3.

 Christo in Deo. Imo vero ipse Christus ita A precatur: *Pater sancte serva eos in nomine tuo,*
Ioan. c. 17. v. 11. *quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos. Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo: quos dedisti mihi ego custodivi; & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, ut scri-*
Psam. 108. v. 8. *ptura impleatur. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.* Intelligis, quomodo per solam more nostro humanitatem hic insinuari videatur? Neque enim ex hisce concludere licet, Verbum aliquo se abdidisse, aut e mundo hoc emigrasse: constat namque alibi aperte disseruisse: *Amen, amen dico*
Matth. c. 18. v. 20. *vobis, ubi sunt duo aut tres congregati in no-* B *mine meo, ibi sum in medio eorum.* Et iterum:
Matth. c. ult. v. 20. *Ecce vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Videas & sacratissimum quoque Paulum sæpe multisque in locis hominis voca-
Galat. c. 1. v. 1. bulo cunctantius eumdem designare: *Paulus,* inquit, *apostolus, non ab hominibus, neque per*
Ibid. v. 11. *hominem, sed per Iesum Christum.* Rursum: *Notum autem vobis facio, fratres, evangelium, quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici; sed per revelationem*
2. Cor. c. 5. v. 16. *Iesu Christi.* Et alio ita loco: *Si*, ait, *Christum cognovimus secundum carnem, sed jam nunc non novimus.* Iam ecquisnam est ille Iesus Christus, qui apostolum divinorum my- C steriorum notitia usque adeo occulta, certa ac divina illustravit? An non Verbum, quod nostri causa homo factum ex muliere nasci non recusavit? An istuc, quæso, non est verum? imo verissimum. Meminimus namque Gabrielem ejusmodi oratione sacram virgi-
Luc. c. 1. v. 30. nem appellasse: *Ne timeas Maria: ecce enim concipies in utero, & paries Filium & vocabis nomen ejus Iesum.* Nomen hoc novum a Patre, opinor, per angeli vocem impositum est. Prædixerat enim multo ante Propheta: *Et vocabitur tibi nomen novum, quod os domini nominabit.* Quando ergo unigenitus Filius, qui Patri coæternus ante omnia sæcula extitit, D novissimis temporibus homo factus, & ex muliere natus, & Filius prædestinatus, & primogenitus appellatus, & inter multos fratres numeratus est, tunc ille quoque, qui secundum naturam Pater est, paternitatis leges, ut ita loquar, secutus, nomen hoc imponit.

XXX.

Non fuerit autem difficile alia ejusmodi præclara testimonia non pauca his adjicere; quæ tamen prætereo, cum scriptum esse non ignorem: *Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia: doce justum, & festinabit suscipere.* Hoc unum interim non prætermiserim, optimos ac sapientissimos quosque patres quotquot ante nos extiterũt, omnes sacram virginem deiparam quoque appellare; Deique Verbum, etiamsi principii expers sit, & ante omne ævum tempusque ex Patre natum, carni secundum naturam unitum esse, necnon in utero virgineo latuisse, ac inde secũdum carnem prodiisse, attestari. Quoniam vero dubium non est, mentem prolixa auctoritatum sententiarumque recitatione obtundi, remissioremque fieri, malle autem brevi quodam compendio dogmatum de Christo venustatem dilucide perspicueque ob oculos propositam cernere? ideo ipsas, ut sic loquar, sententiarum medullas ex divinis novi testamenti scripturis collectas, ad vestram in Deum pietatem mittendas existimavi. Quo nimirum breviter ac sigillatim hasce evolventes, vestrã in primis mentem etiam nunc cohonestare, deinde ad agnoscendam veritatem, aliis quibuscumque visum fuerit, adjumento esse, necnon apostolicis præconiis perinde ac sertis quibusdam capita vestra redimire possitis. Quandoquidem copiosa merces ea de causa reddi consuevit. scriptum est enim: *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Porro autem cum ejusmodi sententiis adducendis, vel earumdem quoque conclusionibus, subinde dicturi sumus, Deus igitur est Christus; aut unus ergo Filius & dominus est Christus: non eo sensu id dicimus, quo illi; qui si nimirum Emmanuel secundum gratiam natum Deus, aut Filius, aut dominus sit nominatus; aut per assiduos progressus & incrementa, perinde ac unus quispiam e medio gregе nostrique similis homo sanctificatus, ad illud gloriæ culmen conscenderit. Verum unum hoc instituimus & dicimus, nempe Verbum cum Deus esset, ad exinanitionem, servilemque formam se demisisse ac descendisse; ita tamen ut verus nihilominus Deus ac secundum naturam universorum dominus permanserit, solusque & proprie Filius, cui & nos quoq; per gratiam ipsius conformamur, & ad adoptionis gloriam conscendimus.

XII.

Ceterum nomen hoc, Christus, quidam nescio quomodo Dei Patris Verbo etiam seorsum ac per se, hoc est, ut extra carnem positum mente concipitur, convenire asserunt: mox vero in illũ quoq; similiter illud cõpetere contendunt, qui ex sacra virgine natus est, prout hic quoque per se separatim subsistere consideratur: postremo ambobus simul perinde ac uni congruere tradunt, ratione nimirum conjunctionis, ut ipsi loquuntur, in unam illos personam colligante: (nã veræ illius naturalisq; unionis, etiamsi unam hanc mysterii hujus viam planã, & ab omni errore tutam propositam habeat, nulla apud illos habetur ratio) & hæc illorum simulata cõfessio non est sincera, sed atri veneni imposturæque plena. Nam cum divina scriptura Christum nominans, omnia illi divina simpliciter tribuat; (novit enim novit inquam illa, Dei Verbum in humana forma apparuisse & carnẽ factum esse)

I. PARTIS CAP. IV.

ANNO CHRISTI 431.

illorum autem institutum & scopus, qui diversa ab his sentiunt, sit persuadere eum qui ex muliere natus est, hominem esse unum quempiam, qui per incrementa, ut dixi, & per propriam, hoc est humanam virtutem dignum se præbuerit, qui honorem quoque connexionis cum Dei Verbo assequeretur, & insigni prædestinatione eligeretur.

XIII.

Idcirco nomen hoc, Christus, soli quoque Verbo quod ex Deo Patre ortum est, ut seorsim ac per se subsistere consideratur, convenire asserunt. Nos autem ita sentire aut loqui nequaquam didicimus: quandoquidem tunc primum Verbum Iesu Christi appellationem sortitum dicimus, cum factum est caro; siquidem ob id Christus vocatur, quia exultationis oleo, hoc est Spiritu sancto a Deo Patre inunctum est. Quod autem inunctio illa assumptæ humanitatis ratione illi conveniat, id apud recte sentientes in quæstionem non venit. nam si Dei Verbum Deus est nulla utique unctione indiget. Nec ullus unquam docuit Dei Verbum Spiritu suo inunctum aut sanctificatum esse, quasi is secundum naturam ab illo sit diversus, superior & excellentior. *Minus namque sine ulla contradictione a meliori semper benedicitur.* (Hebr. c. 7. v. 7.) Quia ergo sanctificatio & inunctio humanæ naturæ humilitati congruunt, fit necessario ut Dei Verbum non tum Christi nomine donatum sit, cum etiamnum nudum, hoc est, nondum incarnatum esset, sed tunc demum, cum more nostro factum homo, secundum naturam humanam inunctum est. Quamobrem nomen hoc Christus, nulla ratione prius in Dei Patris Verbum conveniebat, quam humano more atque modo genitum esset. Quod si absolute alicubi Christus nominatur, mox illud incarnatum intelligas. & si Verbum audias peracta jam incarnatione, unitæ ipsi carnis non obliviscaris. Porro autem arbitrari vocem hanc Christus seorsim huic, & seorsum rursus illi convenire, istuc, inquam, sentire vel loqui stultum est omnino, imo vero impium, & profanum. Vnus est enim dominus Iesus Christus non divisus, neque dissectus; quemadmodum sapientissimus Paulus, qui Christum in se divinum hoc mysterium recludentem habebat, manifeste docet. (1. Cor. c. 1. v. 13.) Verum ad capita ordine hic jam sequentia animum adjungentes, orationem meam rectam & ad veritatis normam accommodatam comperietis. Consentaneum est autem, opinor, ut illud quoque hoc loco protester; puta Dei Patris Verbum æque perfectum suisque numeris absolutum esse in humanitate, & secundum humanitatis rationem, atque perfectum est in divinitate. Tum corpus quoque quod assumpsit non inanimum esse, sed anima intelligente perfectum & informatum. Vniversarum rerum opifex auctorque Deus (sanctæ Christi sponsæ) qui se diligentibus cælestia bona impertitur, beatas animas vestras suis donis impleat, quo in mensuram ætatis plenitudinis Christi consurgentes, vitam gloriosam probaramque, & omni admiratione dignam transigatis.

Hæc insunt in iis quæ sequuntur.

Quod Christus sit Deus, unione ad Deum

A σκοπὸς δὲ τοῖς ἕτερα παρὰ τοῦτο φρονεῖν ᾑρημένοις, καὶ κοινὸν ἄνθρωπον ἀποφαίνειν τὸν ἐκ γυναικὸς, ἐξ ἐπιδόσεως, ὡς ἔφην, καὶ ἐξ ἰδίας τε καὶ ἀνθρωπίνης ἀρετῆς ἄξιον ἑαυτὸν παρασχόντα τοῦ χρῆναι τιμᾶσθαι καὶ συναφείᾳ προσώπου τῇ πρὸς τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, καὶ ἀπόλεκτον γενέσθαι κατὰ πρόγνωσιν.

ιγʹ.

Ἐκεῖνό φασιν, ὅτι τὸ, Χριστὸς, ὄνομα πρέπει καὶ μόνῳ, καὶ ἰδίᾳ, καὶ καθ' ἑαυτὸν νοουμένῳ καὶ ὑπάρχοντι τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς ᾽πεφηνότι λόγῳ. (᾽γεννηθέντι) ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω δεδιδάγμεθα φρονεῖν, ἢ λέ-
B γειν. ὅτε γὰρ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, τότε καὶ ὠνομάσθαι φαμὲν αὐτὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. ἐπειδὴ γὰρ κέχρισται τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως, ἤτοι τῷ ἁγίῳ πνεύματι παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ταύτῃ τοι Χριστὸς ὀνομάζεται. ὅτι δὲ περὶ τὸ ἀνθρώπινον ἡ χρίσις, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις τῶν ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθότων. * εἰ μὲν γὰρ Θεός (* ἴσως. ἦ) ἐστι καὶ λόγος, οὐκ ἂν ἐδεήθη χρίσεως. οὐ γάρ που φαίη τις ἂν κεχρίσθαι καὶ ἡγιάσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον τῷ ἰδίῳ πνεύματι, ὡς ἑτέρῳ παρ' αὐτὸν τὴν φύσιν ὑποκειμένῳ καὶ προύχοντι. χωρὶς γὰρ πάσης ἀντιλογίας τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. ἐπειδὴ δὲ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις τὸ ἁγιάζεσθαί τε καὶ χρίεσθαι πρέπει, πᾶσά πως ἀνάγκη Χριστὸν ὀνομάζεσθαι
C τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον· οὐχ ὅτε γυμνὸς ἦν ἔτι καὶ οὔπω σεσαρκωμένος, ἀλλ' ὅτε γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, τουτέστιν ἄνθρωπος, ἐχρίσθη κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. ὥστε τὸ, Χριστὸς, ὄνομα πρέποι ἂν κατ' οὐδένα τρόπον οὔπω καθ' ἡμᾶς γεγονότι τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς φύντι λόγῳ. εἰ δὲ ὀνομάζοιτό που Χριστὸς, ἐνανθρωπήσαντά μοι νοήσεις αὐτόν. κἂν λόγον ἀκούσῃς, πεπραγμένης ἤδη τῆς ἐνανθρωπήσεως, τῆς ἑνωθείσης αὐτῷ μὴ ἀμνημονήσῃς σαρκός. ἀνὰ μέρος δὲ τούτῳ κἀκείνῳ πρέπειν οἴεσθαι τὴν φωνὴν,
D ἀσύνετον παντελῶς, μᾶλλον ᾽δὴ καὶ ἀνόσιον ἢ φρονεῖν, ἢ λέγειν. (᾽δὲ) εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ οὐ μεμέρισται, καθὰ καὶ αὐτὸς ὁ σοφώτατος Παῦλος, ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, τὸ θεῖον αὐτῷ λαλοῦντα μυστήριον. προσβαλοῦσαι δὲ τοῖς ἐφεξῆς κεφαλαίοις, εὐθῆ καὶ ἀπεξεσμένον εἰς ἀλήθειαν τὸν ἐμὸν εὑρήσετε λόγον. προσδιαμαρτύρασθαι δὲ οἶμαι κἀκεῖνο καλόν. ὥσπερ γάρ ἐστιν ἐν θεότητι τέλειος ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος, κατά γε τὸν τῆς ἀνθρωπότητος λόγον· οὐκ ἄψυχον σῶμα λαβὼν, ᾽ἐψυχωμένον δὲ μᾶλλον ψυχῇ λογικῇ. ὁ δὲ (᾽ἐμψυχωμένον)
E Θεὸς τῶν ὅλων, ὁ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν τὰ ἐξ οὐρανοῦ διανέμων ἀγαθὰ, τὰς ὁσίας ὑμῶν ἐμπλήσαι ψυχὰς τοῖς παρ' ᾽ἑαυτοῦ χαρίσμασιν· ἵνα καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας ἀναβαίνουσαι τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, εὐκλεᾶ καὶ εὐδόκιμον τὴν ἀξιάγαστον ὑμῶν ἀποφήνητε ζωὴν, ἅγιαι νύμφαι Χριστοῦ. (᾽αὐτοῦ)

Τάδε ἔνεστιν ἐν τοῖς ἐφεξῆς.

Ὅτι Θεὸς ὁ Χριστὸς, ἑνώσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν λόγον

ANNO CHRISTI 431.

I. PARTIS CAP. IV.

λόγον εἰς τὴν αὐτοῦ δόξαν ἀναβαίνοντος καὶ τοῦ προσληφθέντος ναοῦ, ἐκ τῶν ἀποστολικῶν.

A Verbum ascendente ad ejus gloriam templo quoque assumpto, ex apostolicis.

Ἐκ τῶν καθολικῶν ἐκλογὴ εἰς τὸ αὐτό. ('ἐκλογαὶ)

Ex catholicis sententiæ in idem.

Ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν ἐκλογὴ εἰς τὸ αὐτό. ('ἐκλογαὶ)

Ex evangelicis sententiæ in idem.

Ὅτι ζωὴ καὶ ζωοποιὸς ὁ Χριστὸς, ἐκ τῶν κειμένων παρὰ τῷ ἀποστόλῳ Παύλῳ, καὶ ἐν τοῖς ἀποστολικοῖς * εὑρήσεις. (* ἴσ. εὑρέσεις.)

Quod Christus sit vita, & vivificator, argumenta ex apostoli Pauli aliorumque apostolorum literis petita.

Ὅτι εἰς Χριστὸν ἡ πίστις ὡς εἰς Θεὸν, ἐκ τῶν καθολικῶν, καὶ ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν.

Quod fides sit in Christum, ut in Deum, ex catholicis & evangelicis.

Ὅτι ζωὴ καὶ ἱλαστήριον ὁ Χριστὸς, ἐκλογαὶ διάφοροι.

Quod Christus sit vita & propitiatorium, explanationes variæ.

Ὅτι ὁ Χριστοῦ θάνατος τῷ κόσμῳ σωτήριος, ἐκ τῶν ἀποστολικῶν καὶ εὐαγγελικῶν ἐκλογαί.

Quod Christi mors mundo salutaris extiterit, B ex apostolicis & evangelicis annotationes.

ΟΤΙ ΘΕΟΣ Ο ΧΡΙΣΤΟΣ, ΕΝΩΣΕΙ τῇ πρὸς τὸν Θεὸν λόγον εἰς τὴν αὐτοῦ δόξαν ἀναβαίνοντος " καὶ τοῦ προσληφθέντος ναοῦ.

(" quatuor quæ sequuntur voces absunt a c. Seguier.)

QUOD CHRISTUS SIT DEUS, per unionem ad Deum Verbum ascendente ad ejus gloriam templo quoque assumpto.

Ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους.

Ex epistola ad Romanos.

ΠΑΥΛΟΣ δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα· τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.] οὐκοῦν, εἴπερ ἐστὶν εὐαγγέλιον Θεοῦ τὸ περὶ Χριστοῦ κήρυγμα, πῶς οὐ Θεὸς ὁ Χριστός; καὶ εἰ πάσης προφητείας ἐπ' αὐτὸ βλεπούσης πέρας, καὶ υἱὸν τοῦ Θεοῦ κηρύττουσιν αἱ γραφαὶ τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, κἂν ὡρίσθη λέγοιτο κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης διὰ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, πῶς οὐχ υἱὸς ἀληθῶς, ἐκ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως μαρτυρούμενος; ἐγήγερται γὰρ οὐκ ἄνθρωπος κοινὸς καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὡς θανάτου κρείττων, καθὸ καὶ ζωὴ καὶ Θεός.

PAULUS servus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem; qui prædestinatus est Filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri. (Rom c. 1. v. 1.) Igitur si prædicatio de Christo C est evangelium Dei, quomodo Christus non est Deus? Rursum si omnes omnino prophetæ ad ipsum quasi ad scopum collimant, divinæque scripturæ illum ipsum, qui ex semine David ortus est, quamquam propter incarnationis mysterium secũdum sanctificationis Spiritum prædestinatus dicatur, Filium Dei prædicant, quo pacto non est verus Filius; maxime vero cum per resurrectionem ex mortuis evidens testimonium habeat? Neque enim in vitam resuscitatus est ut unus quispiam homo nostri similis, sed tanquam morte superior, quatenus nimirum vita est & Deus.

Περὶ τῶν προσκυνούντων τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα· διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ εὐχαρίστησαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. γράφει που Παῦλος τοῖς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοις, τουτέστιν ἡμῖν. νυνὶ δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ. τίνα τοίνυν ἐγνώκαμεν διὰ τῆς πίστεως, ἢ πάντως Χριστὸν Ἰησοῦν; οὐκοῦν εἰ μὲν ὡς Θεὸν ἐγνώκαμεν, καὶ ὡς Θεὸν δοξάζομεν, πεφωτίσμεθα κατὰ ἀλήθειαν· εἰ δὲ ἀλλάσσομεν αὐτοῦ τὴν δόξαν, ματαιούμεθα καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς διαλογισμοῖς ἡμῶν. εἰ γὰρ ὅλως πεπιστεύκαμεν εἰς αὐτὸν, ὡς εἰς Θεὸν πιστεύομεν. ἢ δεήσει πάντη τε καὶ πάντως ὁμολογεῖν, ὅτι τοῖς τῆς ἀρχαίας ἀπάτης καὶ νῦν ἐνισχήμεθα βρόχοις, ἀνθρώπῳ κοινῷ τὴν πίστιν προσάγοντες, ' ἀλλ' οὐ τὸ ἀληθές. (' οὐ τοῦτο ἀληθές.)

De his qui creatoris loco creaturam adoD rant: *Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* (Gala. c. 4. v. 9.) Scribit idem Paulus alibi iis, qui ex gentibus vocati fuerunt, hoc est nobis, hoc modo: *Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cogniti sitis a Deo.* Quem obsecro alium per fidem cognovimus, nisi ipsum prorsus Iesum Christum? Quare si illum ut Deum cognovimus, & ut Deum debito honore prosequimur, vere illuminati sumus: sin autem illius gloriam permutamus, merito nos ipsi E quoque in nostris cogitationibus evanuisse deprehendimur. Nam si vere in illum credimus, utique tamquam in Deum in illum credimus. Alioqui enim modis omnibus fateri oporteret, nos etiamnum prisci erroris laqueis irretitos teneri, utpote in communem hominem credentes. At non ita res habet.

Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν ὁ Θεὸς αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα.] εἰ Χριστὸν ἐγνώκαμεν ὡς Θεὸν, τὴν ἐπ' αὐτῷ γνῶσιν μὴ ἀποδοκιμάζωμεν, ἄνθρωπον εἶναι λέγοντες κοινόν. εἰ δὲ τοῦτο δρᾶν ἐξ ἀμαθίας τολμῶμεν

Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt. (Rom. c. 1. v. 28.) Si Christum agnoscimus ut Deum, cognitum nequaquam aspernemur, vulgarem tantummodo hominem illum esse dictitantes. Sin autem inscitia excæcati istuc facere veriti non fuerimus, simul

I PARTIS CAP. IV.

simul cum aliis in reprobum sensum præcipites A ruamus necesse est.

Rom. c. 1. v. 5. *Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus.* Docet hic beatus Paulus, nos omnes ante tribunal Christi manifestari oportere, quo unusquisque referat, quæ in corpore gessit, sive bonum, sive malum. Dixit item
Iac. c. 4. v. 2. alius ex sanctis apostolis: *Vnus est legislator & judex.* Canit & ipse David quoque: *Quoniam*
Psalm. 74. v. 7. *Deus judex est.* Cum igitur sententiam quam Christus pro divino tribunali sedens (sistemur enim ante tribunal illius, non tamquam hominis nostri similis, sed tamquam Dei & B judicis, & legislatoris) de quolibet laturus est, justum Dei judicium apostolus appellet, quomodo Christus non est Deus? *Per legem enim*
Rom. c. 3. v. 20. *cognitio peccati. Nunc autem sine justitia Dei manifestata est, testificata a lege & prophetis. Justitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt in eum.* Sine lege justitiam (quam a sanctis quoque prophetis testimonium habuisse asserit) eam hoc loco definit, quæ est per fidem in Christum Iesum. At enim quanam, quæso, ratione is Deus censendus non est, qui credentes illum verum Deum esse justificat? Cum, inquam, huc fides tamquam ad scopum tendat, & sacri C præterea prophetæ fidei quæ est in Christum Iesum testimonium perhibeant; quis propter humanam naturam, hoc est Verbi incarnationem, illius divinitatem inficiari audeat?

Rom. c. 3. v. 23. *Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu.* Si peccati labe contaminari facit nos egere gloria Dei, quoniam peccatum non novit: de Christo autem est in sacris literis, quod peccatum non fecerit; nos autem ea de causa ab ejus gloria absumus, quia absque delicto non vivimus: cui dubium esse potest, quin Verbum incarnatum Deus sit? nam peccatum non fecit.

Rom. c. 3. v. 31. *Legem ego destruimus per fidem? Absit: sed* D *legem statuimus.* Lex Mosaica Deum unum a-
Deut. c. 6. v. 4. dorandum esse docuit. Ait enim: *Dominus Deus tuus Israel, Deus unus est.* & ipse quoque Deus eosdem hac oratione compellabat:
Exod. c. 20. v. 4. *Non erunt tibi dii alii præter me.* Numquid igitur fides quæ est in Christum, eos qui per eam vocati sunt, eo transtulit, ut unum secundum naturam Deum non adorent? legemne ergo destruimus, quæ ad unum verum Deum nos ducit? Absit, inquit ille: sed legem statuimus. Adjungimus ergo nos Christo tamquam vero Deo, ne violatæ legis insimulemur, sed commendemur, ut qui legem per fidem statuamus. E

Rom. c. 4. v. 17. Et de Abraham scribit: *Ante Deum cui credidit, qui vivificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt.* Cum igitur mortuos vitæ restituere posse in nullum alium conveniat, nisi in solum naturalem Deum; Christusque propriæ carnis contactu eos vivificet ac ex mortuis excitet, qui morte absumpti fuerant; quomodo non est verus Deus, maxime vero cum alios quoque ipse ea potestate donarit, ut in nomine ipsius vita functos in lucem revocare possent?

A βαδιούμεθα πάντως ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις εἰ ἀδόκιμον νοῦν.

ANNO CHRISTI 431.

Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.] ὁ μακάριος Παῦλος, τοὺς πάντας ἡμᾶς δεῖ, φησί, φανερωθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ· ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον. ἔφη δέ τις καὶ ἕτερος τῶν ἁγίων ἀποστόλων· εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης, καὶ κριτής. ψάλλει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Δαυίδ, B ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστιν. ὅτε τοίνυν δικαιοκρισίαν Θεοῦ φησιν εἶναι τὴν ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ θείου ἐφ' ἑκάστῳ ψῆφον, ἣν αὐτὸς ἐξοίσει Χριστός· παραστησόμεθα γὰρ τῷ βήματι αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὡς ἑνὶ τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὡς κριτῇ καὶ Θεῷ καὶ νομοθέτῃ· πῶς οὐχὶ Θεὸς ὁ Χριστός; διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας. νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν. δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ· εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας. δίχα νόμου δικαιοσύνην, ἣν καὶ ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν μεμαρτυρῆσθαί φησι, τὴν διὰ πίστεως εἶναι λέγει * τὴν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν. εἶτα, πῶς οὐ Θεὸς ὁ δικαιῶν τοὺς C πιστεύοντας, ὅπερ εἴη Θεὸς ἀληθῶς; ὁρᾷ γὰρ εἰς τοῦτο τὸ τῆς πίστεως πέρας. μαρτυρούντων δὲ τῶν ἁγίων προφητῶν τῇ εἰς Χριστὸν πίστει, τίς ὁ φάναι τολμῶν; οὐκ εἶναι Θεὸν αὐτὸν διὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἤγουν ὅτε γέγονε σὰρξ ὁ λόγος;

* ἴσ. τῆς

Πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.] εἰ τὸ ἁμαρτάνειν ἡμᾶς ὑστερεῖσθαι ποιεῖ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ὅτι μὴ οἶδεν ἁμαρτίαν· γέγραπται δὲ περὶ Χριστοῦ, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν· ὑστερούμεθα δὲ καὶ κατὰ τοῦτο τῆς δόξης αὐτοῦ πλημμελοῦντες ἡμεῖς· Θεὸς ἄρα ἐστὶ καὶ μετὰ σαρκὸς ὁ λόγος. οὐ γὰρ ἐποίησεν D ἁμαρτίαν.

Νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; μὴ γένοιτο· ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν.] ὁ διὰ Μωσέως νόμος Θεὸν ἕνα προσκυνεῖν ἐδίδαξε τοὺς ἐξ Ἰσραήλ· κύριος γάρ φησιν, ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστι. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς προσεφώνει λέγων αὐτοῖς· οὐκ ἔσονταί σοι Θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. ἆρ' οὖν μετέστησεν ἡ πίστις ἡ εἰς Χριστὸν τοὺς δι' αὐτῆς κεκλημένους εἰς τὸ μὴ ἑνὶ τῷ κατὰ φύσιν Θεῷ προσκυνεῖν; ἄρα καταργοῦμεν νόμον τῷ ἑνὶ τῷ κατ' ἀλήθειαν Θεῷ προσκομίζοντα; μὴ γένοιτο, φησίν, ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν. οὐκοῦν ὡς Θεῷ προσιέμεν τῷ Χριστῷ, ἵνα μὴ κατηγορώμεθα, ὡς E παραλύοντες νόμον, ἐπαινώμεθα δὲ μᾶλλον, ὡς ἱστῶντες νόμον διὰ τῆς πίστεως.

Περὶ τοῦ Ἀβραάμ φησι· κατέναντι οὗ ἐπίστευσε Θεοῦ, τοῦ ζωογονοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα.] ὅτε τοίνυν τὸ ζωοποιεῖν δύνασθαι τοὺς νεκροὺς ἁρμόσειεν ἂν οὐχ ἑτέρῳ, πλὴν ὅτι μόνῳ τῷ κατὰ φύσιν Θεῷ· ζωοποιεῖ δὲ Χριστὸς καὶ διὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς τοὺς κατεφθαρμένους, ἁπτόμενος τῶν νεκρῶν, καὶ ἀνιστὰς αὐτούς· πῶς οὐ Θεὸς ἀληθινὸς, δοὺς καὶ ἑτέροις ἐξουσίαν τοὺς νεκροὺς ἐγείρειν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ;

Ὥστε

ANNO CHRISTI 431.

Ὥστε, ἀδελφοί μου, καὶ ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι, ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ.] θανατούμεθα τῷ νόμῳ, τῆς κατ' αὐτὸν λατρείας ἀποπαυόμενοι· γινόμεθα δὲ ἑτέρῳ τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι, τουτέστι Χριστῷ, τοῖς αὐτοῦ θεσπίσμασιν εὐαγγελικοῖς κατακολουθεῖν σπουδάζοντες, ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ. κεφάλαιον δὲ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἡ πίστις ἡ εἰς αὐτόν· καὶ οὗτος ἡμῶν ὁ καρπὸς, ὡς Θεῷ, προσαγόμενος τῷ Χριστῷ Θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ ἐκ νεκρῶν B ἀναστὰς, ὡς σαρκὸς γεγονότος τοῦ λόγου.

Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν, τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος τὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας ἐκ νεκρῶν Χριστὸν Ἰησοῦν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν.] ἰδοὺ δὴ σαφῶς τὸ Θεοῦ πνεῦμα λέγεται τοῦ Χριστοῦ. ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἄνθρωπος ἰδικῶς καὶ ἀνὰ μέρος C κείμενος, κατῳκηκότα μόνον ἐν αὐτῷ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἔχων, πῶς αὐτοῦ τὸ θεῖον λέγεται πνεῦμα; ἀλλὰ μὴν ἴδιον αὐτοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι. Θεὸς ἄρα, καὶ οὐχ ἕτερος. οὐ γὰρ ἐν ἀνθρώπῳ γέγονεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀλλὰ γέγονεν ἄνθρωπος ἀληθῶς, μετὰ τοῦ μεῖναι Θεός. οὕτω γὰρ ἂν νοοῖτο Χριστοῦ τὸ πνεῦμα ὑπάρχειν τὸ τοῦ πατρός.

Ὅσοι γὰρ πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ. οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ ὁ πατήρ. ὁ μακάριος γράφει Παῦλος· ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κρᾶζον, Ἀββᾶ ὁ πατήρ.] οὐκοῦν D εἰ ἐν πνεύματι τοῦ υἱοῦ παῤῥησίαν ἔχομεν πατέρα καλεῖν τὸν Θεὸν, ὡς τὸ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθοῦς υἱοῦ τὸ πνεῦμα πλουτήσαντες. πῶς οὐ Θεὸς ὁ Χριστός; οὐ καθὸ νοεῖται καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος μόνον, ἀλλὰ καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, καὶ μετέσχηκε παραπλησίως ἡμῖν αἵματος καὶ σαρκός.

Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ; θλίψις; ἢ στενοχωρία; ἢ διωγμός; ἢ λιμός; ἢ κίνδυνος; ἢ μάχαιρα;] ὁ νόμος ἔφασκεν ὁ διὰ Μωϋσέως. καὶ ἐντολὴν ἐποιεῖτο· ἀγαπήσεις κύριον τὸν E Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου. ὅτε τοίνυν τὴν ἀγάπην τὴν τῷ Θεῷ πρεπωδεστάτην, ὡς ἐξ ὅλης ἰσχύος καὶ * ἀνωτάτω, τὴν μέχρι ψυχῆς καὶ αἵματος καὶ αὐτῷ προσάγομεν τῷ Χριστῷ· τίς ὁ φάναι τολμῶν, ὡς οὐκ ἂν εἴη Θεός; διημάρτηκε γὰρ τοῦ πρέποντος κατ' οὐδένα τρόπον ὁ τῶν ἁγίων σκοπός.

*al. ἀνωτάτης,

Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε ἐνεστῶτα,

I. PARTIS CAP. IV.

Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo. Mortificamur legi, quando ab illius servitute & cultu desistimus; evadimus autem alteri, hoc est Christo qui ex mortuis resurrexit, obnoxii, dum ut fructificemus Deo, oraculis evangelicis ab ipso editis morem gerere enixe contendimus. At vero summa & caput evangelicorum præceptorum est fides in ipsum. Hic enim noster est fructus, quem Christo tamquam Deo offerimus. ergo qui ex mortuis resurrexit, Deus existit, quod Verbum caro sit factum. Rom c. 7. v. 4.

Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu; si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Christi spiritum non habet, hic non est ejus. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vita propter justificationem. Quod si spiritus ejus, qui suscitavit Iesum Christum ex mortuis, habitat in vobis: qui suscitavit Iesum Christum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis. En hic Christi Spiritus, Dei Spiritus esse diserte asseritur. At si Chistus per se & secundum se aliud nihil est quam homo, Verbum Dei hospitem solum in se habens, quomodo divinus ille Spiritus esse ejus dicitur? est autem hic Spiritus illius proprius. Deus est ergo, nec aliter res habet. Nec enim Verbum Dei in homine inhabitavit; sed divinitate integre retenta, homo vere factum est: atque hac ratione, Patris Spiritus, Christi quoque Spiritus intelligitur. Rom. c. 8. v. 8.

Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater. & alio rursum loco beatus Paulus: *Quoniam*, inquit, *estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem, Abba Pater.* Si igitur per Filii Spiritum fiduciam nacti, Patrem vocare audemus Deum, tamquam qui naturalis verique Filii Spiritu simus locupletati; quomodo Christus non est Deus, non tantum quatenus similis, sed ut Verbum factum est caro, neque secus ac nos carnis & sanguinis particeps effectum est? Rom. c. 8. v. 14. Galat. c. 4. v. 6.

Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Lex Mosaica inter cetera dictabat, graviterquer præcipiebat: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Cum igitur dilectionem, quæ in Deum maxime convenit, cujusmodi ea est, quæ ex toto supremaque fortitudine orta ab ipsam usque animam & sanguinem pertingit, ipsi Christo exhibeamus; quis dicere audeat, Christum non esse Deum? neque enim credibile est sanctorum judicium ullo modo a veritatis scopo aberrasse. Rom. c. 8. v. 35. Deut. c. 6. v. 5.

Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, Rom. c. 8. v. 38.

neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Iam si nihil omnino a caritate Dei sejungere nos potest; exhibetur hæc autem a nobis in Christo Iesu; cui obscurum esse potest; quin Christus sit Deus? Siquidem ipsum amantes, universorum Deum diligimus. Christum autem dum nomino, incarnatum Dei Verbum intelligo.

Rom. c. 14. v. 10. *Omnes enim stabimus ante tribunal Christi,* inquit; omnes autem sistemur Christo: sedebit hic enim super thronum gloriæ suæ, quo terrarum orbem judicet in justitia. Cum ergo David Deum judicem vocet, consequitur omnino Christum esse Deum.

Rom. c. 15. v. 15. *Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tamquam in memoriam vos reducens, propter gratiam quæ data est mihi a Deo, ut sim minister Iesu Christi in gentibus; sanctificans evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta & sanctificata in Spiritu sancto.* Sane quibus sacri ministerii provincia concredita est, ii soli Deo ministrant: neque enim hominibus assistunt sacerdotes. Cum hanc igitur gratiam sibi a Deo donatam profiteatur apostolus, ut sit minister Iesu Christi, Christique evangelium inter gentes administret, & Christum tandem annuntians, Dei evangelium se illis prædicare diserte affirmet, quo nimirum tamquam Spiritu jam sanctificatæ, admittantur; quis Christi divinitatem in quæstionem vocare audeat?

Rom. c. 15. v. 17. *Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus in obedientiam gentium verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti; ita ut ab Ierusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim evangelium Christi.* En dum in Christo gloriatur, in his quæ Dei sunt gloriari se dicit. Quod autem virtute Spiritus per apostolos sanctos prodigia & signa Christum posse edere, opus sit humanis viribus majus, id in dubium revocare non licet. Nam quomodo is Deus non est, cujus Spiritus sanctus proprius est; quique per sanctorum manus virtute Spiritus ut propria, miracula operatur, ut quilibet nostrum per propriam virtutem operari potest?

Rom. c. 16. v. 16. *Salutant vos omnes ecclesiæ Christi.* & alio quodam loco ad Timotheum scribens, ita ait:
1. Tim. c. 3. v. 15. *Ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari.* Quod si ecclesias Christi esse cognoscit, idque testatum facit; citra ullam controversiam Christus Deus erit.

Rom. c. 16. v. 20. *Deus autem pacis conteret satanam sub pedibus vestris velociter.* Cum pax dicatur esse Dei, Christus autem ad sanctos apostolos ita inquiat:
Ioan. c. 14. v. 27. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis:* quomodo is, quæso, qui pacem veluti proprium bonum dignis impertiri solitus est, verus Deus non est?

A οὔτε μέλλοντα, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτέ τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.] εἰ μηδὲν ὅλως ἡμᾶς χωρίσαι δύναται τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, πράττεται δὲ αὐτὴ παρ' ἡμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, πῶς οὐ Θεὸς ἐναργῶς ὁ Χριστὸς, εἴπερ αὐτὸν ἀγαπῶντες, τὸν τῶν ὅλων ἀγαπῶμεν Θεόν; Χριστὸν δὲ εἰ λέγοιμι, τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον ἐνανθρωπηκότα δηλῶ.

Πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ B Χριστοῦ, φησί. παραστησόμεθα δὲ τῷ Χριστῷ. καθιεῖται γὰρ ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, κρίνων τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ· καίτοι λέγοντος τοῦ Δαυὶδ, ὅτι Θεὸς κριτής ἐστι. Θεὸς ἄρα ἐστὶν ὁ Χριστός.

Τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν ἀπὸ μέρους, ὡς ἀναμιμνήσκων ὑμᾶς, διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ· ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν πνεύματι ἁγίῳ.] οἱ τὸ τῆς ἱερουργίας χρῆμα πεπιστευμένοι, Θεῷ λειτουργοῦσι μόνῳ. παρεστήκασι γὰρ οὐκ ἀνθρώποις οἱ ἱερεῖς. ἰδοὺ τοιγαροῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος δεδόσθαι φησὶν C ἑαυτῷ χάριν παρὰ τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ εἶναι λειτουργὸν Χριστοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἱερουργεῖν ἐν τοῖς ἔθνεσι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Θεὸς οὖν ἄρα Χριστὸς, εἰ Χριστὸν κηρύττων τοῖς ἔθνεσι, τοῦ Θεοῦ φησιν εὐαγγέλιον ἱερουργεῖν αὐτοῖς, ἵνα προσδεχθῶσιν, ὡς ἡγιασμένοι ἐν πνεύματι.

Ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς τὸν Θεόν. οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν, ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων τε καὶ τεράτων πνεύματος Θεοῦ· ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κύ- D κλῳ, καὶ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.] ἐν τῷ Ἰησοῦ καυχᾶσθαί φησι, τὸ καύχημα λέγων ἔχειν πρὸς Θεόν. ὅτι δὲ οὐκ ἀνθρώπινον τὸ καὶ ἐν δυνάμει πνεύματος ἐν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐνεργεῖν δύνασθαι τὸν Χριστὸν τὰ παράδοξα, πῶς ἔνι ἀμφιβάλλειν; ὥσπερ γὰρ ἕκαστος τῶν καθ' ἡμᾶς ἐν ἰδίᾳ δυνάμει τὰ ἑαυτοῦ ἔργα ποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει τῷ πνεύματι χρώμενος, ἐνεργεῖ τὰ παράδοξα διὰ τῆς τῶν ἁγίων χειρός. εἶτα πῶς οὐ Θεός ἐστιν, οὗ ἴδιον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον;

Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι πᾶσαι τοῦ E Χριστοῦ.] καίτοι φησὶν ἐν ἑτέροις, Τιμοθέῳ γράφων· ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι· εἰ δὲ Χριστοῦ τὰς ἐκκλησίας οἶδε, καὶ μεμαρτύρηκε· Θεὸς ἄρα Χριστός.

Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει.] Θεοῦ λεγομένης εἶναι τῆς εἰρήνης· ἔφη γάρ που Χριστὸς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις. εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. εἶτα πῶς οὐ Θεὸς ἀληθῶς ὁ τῆς εἰρήνης δοτὴρ, καὶ ὡς ἴδιον ἀγαθὸν τοῖς ἀξίοις διδοὺς αὐτήν;

Anno Christi 431.

Ἐκ τῆς

ANNO CHRISTI 431.

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους προτέρας.

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος Χριστοῦ Ἰησοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Σωσθένης ὁ ἀδελφὸς, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ.] ἐπιτήρησον, ὅτι Ῥωμαίοις προσειρηκὼς, ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι πᾶσαι τοῦ Χριστοῦ, Κορινθίοις ἐπιστέλλων, Θεοῦ φησιν εἶναι τὴν ἐκκλησίαν. [λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει· ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Χριστοῦ. μεμέρισται ὁ Χριστός; μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν; ἢ εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐβαπτίσθητε;] οὐκοῦν εἰ μὴ μεμέρισται ὁ Χριστὸς, πάντα αὐτοῦ, καὶ πάντες αὐτοῦ. καὶ εἰ αὐτὸς ἐσταυρώθη ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν, αὐτῷ δηλονότι κεχρεωστήμεθα· ἐσμὲν δὲ οὐκ ἀνθρώπου τῶν καθ' ἡμᾶς ἑνὸς, ἀλλὰ Θεοῦ. Χριστὸς ἄρα Θεὸς ἐφ' ἡμᾶς.

Ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσι, καὶ Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν· ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν.] ἆρ' οὐχὶ πᾶς ὁστισοῦν ὁμολογήσειεν ἂν, ὅτι καλεῖ πρὸς θεογνωσίαν τὴν ἀληθῆ τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικόν; εἶτα πῶς; ἢ πόθεν τοῦτο ἀμφίβολον; πῶς οὖν ἄρα κηρύττουσιν οἱ μυσταγωγοὶ Χριστὸν ἐσταυρωμένον; ἄρα ὡς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς, τὸν ἐπὶ σταυροῦ θάνατον ὑπομείναντα· καὶ εἰς ἄνθρωπον ἡ τοῦ κόσμου πίστις περάττεται; μὴ γένοιτο. πεπιστεύκαμεν δὲ Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. Θεὸν οὖν οἶδε Χριστὸν τὸν ἐσταυρωμένον, καὶ τῷ κόσμῳ κηρύττει, τεθαρσηκὼς, ὅτι μὴ σφάλλεται.

Κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς ἀδελφοὶ, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου, ἢ σοφίας, καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ Θεοῦ. οὐ γὰρ ἔκρινα εἰδέναι τι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον.] ἰδοὺ δὴ σαφῶς τὸ μαρτύριον τοῦ Θεοῦ λέγων καταγγέλλειν τῷ κόσμῳ Χριστὸν Ἰησοῦν, ἐπήγαγε, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. Θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ σταυρὸν δι' ἡμᾶς ὑπομείνας Χριστὸς Ἰησοῦς· οὗ καὶ τὸ μαρτύριον οὐκ ἐν ὑπεροχῇ λόγου καὶ σοφίας κοσμικῆς καταγγέλλεται τῷ κόσμῳ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἀλλ' ὡς ἐν δυνάμει πνεύματος.

Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, τῶν καταργουμένων· ἀλλὰ λαλοῦμεν Θεοῦ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν· ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.] εἰ Θεοῦ σοφία τὸ μυστήριον Χριστοῦ, εἶτα τῷ κόσμῳ κηρύττεται, καὶ Θεὸς οὐκ ἔστιν ἀληθῶς καὶ τό πιστὸν οὐκ οἶδ' ὅπως δοκοῦν, καὶ εἰς αὐτὸν ἡ πίστις· πῶς ἐστι τὸ μυστήριον σοφὸν, εἰ τῆς ἀληθῶς θεογνωσίας ἀποκομίζει τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ λατρείαν ἀνθρώπου τὴν οἰκουμενικὴν ἀποτελεῖ; ἀλλ' οὐ τοῦτό ἐστιν ἀληθές. σοφὸν δὲ τὸ μυστήριον, ὅτι Θεῷ προσάγει τοὺς πεπλανημένους· Θεὸς ἄρα ὁ Χριστός· εἴρηται δὲ δικαίως κύριος τῆς δόξης ὁ ἐσταυρωμένος.

Ex priore ad Corinthios.

I. PARTIS CAP. IV.

PAULUS *apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & Sosthenes frater, ecclesiæ Dei.* Observa hic; Romanos alloquens: *Salutant vos omnes ecclesiæ Christi*, nunc vero Corinthiis scribens, ecclesiam Dei esse asserit. *Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Christi. Divisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?* Si ergo Christus non est divisus, omnia & omnes illius sunt. Et si is nostri causa crucifixus est, & nos in nomine ipsius baptizati sumus, omnes utique illi debemur; sumus autem illi obnoxii, non tamquam homini nostri simili, sed tamquam Deo. Nobis ergo Christus est Deus.

1 Cor. c. 1. v. 1.

Ib. d. v. 12.

Quoniam & Iudæi signum petunt, & Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. An non quivis, obsecro, fateri debet, evangelicam prædicationem omnes quotquot per orbem sparsi sunt, ad veram Dei cognitionem invitare? At qua tandem ratione istuc alicui ambiguum esse queat? At cujusmodi, quæso, Christum crucifixum sacri doctores prædicant? Numquid solum hominem nostri similem, qui mortem in cruce pertulisset; ita ut jam in simplicem hominem mundus credat? Absit. Credidimus enim in Deum vivum & verum. Christum proinde crucifixum Deum esse norat, mundoque, quod in illum credens non erret, intrepide annuntiat.

1. Cor. c. 1. v. 22.

Et ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Ecce hic cum Dei testimonium mundo se annuntiare liquido exponat, mox tamen Christum Iesum adjungit, & eum crucifixum. Deus igitur est Christus Iesus, qui crucis supplicium nostri causa sustinuit. Cujus quoque testimonium mundo per sanctos apostolos annuntiatum est, non sermonis eminentia, mundanæve sapientiæ fastu, sed Spiritus virtute, & ostensione.

1. Cor. c. 2. v. 1.

Sapientiam autem loquitur inter perfectos: sapientiam vero non hujus sæculi, neque principium hujus sæculi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram; quam nemo principum hujus sæculi cognovit. Si enim cognovissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Si Christi mysterium, quod mundo annuntiatum est, Dei sapientia est, neque tamen Christus, in quem fides exigitur, ut male nescio quomodo quibusdam persuasum est, verus Deus est; quomodo sacramentum hoc sublime & sapiens est, si homines a vera Dei cognitione abducit, & ab orbe terrarum, ut homini divinum cultum impertiatur, exigit? Verum non ita res habet. Profundum enim & sapiens mysterium est, quippe quod in errorem abductos ad Deum rursum reducat. Iure igitur meritoque & Deus appellatur Christus, & gloriæ dominus crucifixus perhibetur.

1. Cor. c. 2. v. 6.

I. PARTIS CAP. IV.

1. Cor. c. 3. v. 10. *Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* Si Christo perinde ac fundamento cuipiam innitimur, & per fidem super eum construimur, & ipse omnium est salus; qui fieri potest, ut verus Deus non sit? cum in eo consistant omnia, fidesque nostra de ipso sit, non sicut de homine quopiam nostri simili, siquidem creaturam non adoramus, sed eum qui veritate & natura Deus est.

1. Cor. c. 3. v. 16. *Nescitis quia templum Dei estis vos, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si qui autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Si Christum spiritum suscipientes, templum Dei sumus; quomodo verus Deus censendus non est, per quem templum Dei constituimur?

1. Cor. c. 4. v. 5. *Itaque nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique a Deo.* Dominum nostrum Iesum Christum olim e cælis descensurum expectamus, cui occulta judicaturo, cordiumque consilia patefacturo sistemur omnes. Quod is autem justos sit commendaturus, edocemur, quod ad illos, qui a dextera illi assistunt, ita dicturus sit: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.* (Matth. c. 25. v. 34.) Cum igitur Christo laudante suam unicuique a Deo laudem tributum iri diserte prædicet, quomodo Christum Deum esse non manifeste apparet?

1. Cor. c. 6. v. 19. *An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro* Si Spiritu Christi accepto facti sumus templa Dei, redempti sanguine illius, ita ut jam non ultra in nostra ipsorum potestate simus, neque nobis ipsis jam amplius vivamus, sed illi, qui nos mercatus est; quomodo perspicuum non est, Christum, per quem templa Dei efficimur, cuique perinde ac Deo servimus, verum esse Deum?

1. Cor. c. 8. v. 4. *De escis autem, quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus est Deus, nisi unus. Nam etsi sunt, qui dicantur dii, sive in cælo, sive in terra, (siquidem sunt dii multi, & domini multi) nobis tamen unus est Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illum; & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* Si unus solus est Deus, & alius præter illum nullus; assumitur autem in unam deitatis naturam & unus ille Iesus Christus quoque, per quem existunt omnia; Deus utique erit Christus, ut qui etiam tum, cum ex muliere natus, appellatus est Iesus Christus, immote in Patris consubstantialitate subsisteret. Id etiam animadvertere hic licet, nempe quod omnia per unum illum, quem Iesum Christum ipse vocat, tãquam per unum Filium secundum dispensatoriam unionem condita esse affirmet.

1. Cor. c. 9. v. 21. *Factus*, inquit, *sum iis qui sine lege erant, tamquam sine lege essem; cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi.* Si Christi legem habens, Dei legem habet, quomodo Christus non est Deus?

ANNO CHRISTI 431.

A Κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι, ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον ἔθηκα, ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ. θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός.] εἰ ἐπερηρείσμεθα καθάπερ τινὶ θεμελίῳ Χριστῷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ διὰ πίστεως οἰκοδομούμεθα, καὶ ἔστιν αὐτὸς ἡ πάντων ἀσφάλεια, πῶς οὐκ ἂν εἴη Θεὸς ἀληθῶς, ὁ ἐν ᾧ τὰ πάντα, καὶ ἡ παρὰ πάντων πίστις; οὐ καθὼς εἰς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς, ὅτι μὴ κτίσει λα[illegible]δύκαμεν, ἀλλὰ Θεῷ τῷ φύσει καὶ ἀληθῶς. (παρ' αὐτῷ πίστις.)

B Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε ὑμεῖς, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός. ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς. εἰ τὸ πνεῦμα Χριστοῦ δεχόμενοι, ναὸς Θεοῦ χρηματίζομεν, πῶς οὐ Θεὸς ἀληθῶς, ὁ δι' ὃν ἡμεῖς ἐσμεν ναοὶ Θεοῦ;

Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ παρὰ τοῦ Θεοῦ.] τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβῆναι προσδοκῶμεν κατὰ καιρούς, ᾧ καὶ πάντες παραστησόμεθα κρίνοντι τὰ κρυπτὰ, καὶ φανεροῦντι τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. C ὅτι δὲ καὶ ἐπαινέσει τοὺς δικαίους, πεπληροφορήμεθα. τοῖς γὰρ ἑστηκόσιν ἐκ δεξιῶν ἐρεῖ· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. ὅτε τοίνυν ἐπαινοῦντος Χριστοῦ, τὸν ἔπαινον ἑκάστῳ γενήσεσθαί φησι παρὰ τοῦ Θεοῦ, πῶς οὐ Θεός ἐστιν ἐναργῶς;

Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν; ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς. δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν.] εἰ τὸ πνεῦμα Χριστοῦ λαβόντες, γεγόναμεν ναοὶ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐσμὲν ἑαυτῶν, ἀγορασθέντες τῷ αἵματι αὐτοῦ, D ὡς μηκέτι ζῆν ἡμᾶς ἑαυτοῖς, ἀλλὰ τῷ πριαμένῳ· πῶς οὐ Θεὸς ὁ Χριστὸς ἐναργῶς, ὁ δι' ὃν καὶ ναοὶ Θεοῦ ἐσμεν ἡμεῖς, ᾧ καὶ ὡς Θεῷ δουλεύομεν;

Περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, καὶ ὅτι οὐδεὶς Θεὸς, εἰ μὴ εἷς. καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς· ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοί· ἡμῖν δὲ εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.] εἰ μόνος εἷς ἐστι Θεὸς, καὶ ἕτερος παρ' αὐτὸν οὐδεὶς, συμπαραλαμβάνεται δὲ εἰς τὴν μίαν τῆς θεότητος φύσιν ὁ εἷς Χριστὸς Ἰησοῦς, δι' οὗ τὰ πάντα· E Θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶν ἐν ὁμοουσιότητι τοῦ πατρὸς νοούμενος θεϊκῶς, καὶ ὅτε κεχρημάτικεν Ἰησοῦς Χριστὸς, γενόμενος ἐκ γυναικός. (ὁ ἐν) ἐπιτηρῆσαι δὲ χρὴ, ὅτι Χριστὸν Ἰησοῦν ὀνομάσας, δι' αὐτοῦ τὰ πάντα γενέσθαι φησὶν, ὡς ἑνὸς ὄντος υἱοῦ καθ' ἕνωσιν οἰκονομικήν.

Ἐγενόμην, φησὶ, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ.] εἰ ὁ Χριστοῦ νόμον ἔχων, νόμον ἔχει Θεοῦ, πῶς οὐ Θεὸς ὁ Χριστός;

Ἀπρόσκο-

ANNO CHRISTI 431.

Ἀπρόσκοποι καὶ Ἰουδαίοις γίνεσθε, καὶ Ἕλλησι, A καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ.] σημειωτέον, ὅτι Θεοῦ λέγων τὴν ἐκκλησίαν, Χριστοῦ πάλιν οἶδεν αὐτήν.

Θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι· κεφαλὴ δὲ γυναικὸς, ὁ ἀνήρ· κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ, ὁ Θεός.] ὁ μακάριος Λουκᾶς τὴν περὶ Χριστοῦ γενεαλογίαν ἡμῖν συντιθεὶς, ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ, εἶτα φθάσας ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, ἐπιφέρει, λέγων· τοῦ Θεοῦ· ἀρχὴν τῷ ἀνθρώπῳ τιθεὶς τὸν ποιήσαντα Θεόν. οὕτως εἶναί φαμεν παντὸς ἀνδρὸς κεφαλὴν τὸν Χριστόν. πεποίηται γὰρ δι᾽ αὐτοῦ, καὶ παρήχθη πρὸς γένεσιν· οὐχ ὑπουργικῶς κτίζοντος αὐτὸν τοῦ υἱοῦ, * θεουργικῶς δὲ μᾶλλον, ὡς φύ- B σει δημιουργοῦ. κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, ὅτι ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἐλήφθη, καὶ αὐτὸν ὥσπερ ἔχει τὴν ἀρχήν. κεφαλὴ δὲ ὁμοίως τοῦ Χριστοῦ ὁ Θεὸς, ὅτι ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν. γεγέννηται γὰρ ὁ λόγος ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. εἶτα πῶς οὐ Θεὸς ὁ Χριστὸς, οὗ κεφαλὴ τέθειται κατὰ φύσιν ὁ πατήρ; Χριστὸν δὲ ὅταν λέγοιμι, ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ πεφηνότα τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον ἐννοῶ.

* θείκῶς (margin)

Διὸ γνωρίζω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς ἐν πνεύματι Θεοῦ λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν· καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν, κύριος Ἰησοῦς, εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν ἐστι τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.] C εἰ τὸ λέγειν, ὅτι οὐκ ἔστι φύσει καὶ ἀληθείᾳ Θεὸς ὁ Χριστὸς, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ εἰπεῖν ἀνάθεμα Ἰησοῦν· εἰ ἐκβάλλοντες αὐτὸν τοῦ εἶναι κατὰ ἀλήθειαν Ἰησοῦν, οὐκ ἐν ἁγίῳ πνεύματι τοῦτο ποιοῦσι. καὶ εἰ τὰς τῶν χαρισμάτων διαιρέσεις ποτὲ μὲν ἐνεργεῖν τὸ πνεῦμά φησι, ποτὲ δὲ τὸν αὐτὸν κύριον, ποτὲ δὲ τὸν αὐτὸν Θεόν· οἶδεν ἄρα Θεὸν ὄντα Χριστὸν, τὸν ὡς Θεὸν ἐνεργοῦντα διὰ τοῦ πνεύματος, καὶ ὡς κύριον κατὰ φύσιν διανέμοντα μετ᾽ ἐξουσίας, ὥσπερ ἂν ἕλοιτο, τὰς ἄνωθεν δωρεάς. μνημονεῦσαι δὲ δεῖ, ὅτι καὶ ὁ Παῦλος ἔφη D περὶ Χριστοῦ, ὡς ἐνεργήσαντος αὐτοῦ ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου.

Καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους, ἔπειτα δυνάμεις, ᾽ εἶτα χαρίσματα ἰαμάτων.] Θεοῦ λεγομένου ταῦτα κατορθοῦν, Χριστὸς ὁ ἐνεργήσας ἐστίν. ἔθετο γὰρ τοὺς ἀποστόλους αὐτὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ μέντοι καὶ διδασκάλους, ἐνεργῆσαι καὶ δυνάμεις. δέδωκε γὰρ ἐξουσίαν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς, θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν E τῷ λαῷ.

ἔπειτα (margin)

Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν κύριον, ἤτω ἀνάθεμα, μαραναθᾶ.] ἆρα τίνα φησὶ κύριον ἐν τούτοις; κύριος μὲν γὰρ ὁμολογουμένως, καὶ αὐτὸς ὁ υἱός· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα. ὁ γὰρ κύριος, φησὶ, τὸ πνεῦμά ἐστιν. ὁ δέ γε τοῦ μακαρίου Παύλου σκοπὸς ἐν τούτοις εἰς αὐτὸν ᾽ συνετείνετο τὸν Ἰησοῦν. εἷς γὰρ, φησὶ, κύριος Χριστός. ἀναθεματίζει τοίνυν

συντείνεται (margin)

Sine offensione estote Iudæis & gentibus, & ecclesiæ Dei. Adverte hic rursum, quod eam ecclesiam, quam Dei hoc loco appellat, Christi esse intelligat. — I PARTIS CAP. IV. 1. Cor. c. 10. v. 32.

Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris vir; caput vero Christi Deus. Beatus Lucas dum Christi genealogiam texit, a Ioseph exorsus, paulatim ad Adam usque ascendit, ac tandem infert: *Qui fuit Dei*; ipsum nimirum creatorem Deum principii loco homini assignans. Pari itaque modo omnis viri caput Christum definimus. per ipsum enim conditus, & ad ortum evectus est. Non quod Dei Filius creationis illius instrumentum vel minister exstiterit; sed quod tamquam naturalis rerum opifex divina virtute illum produxerit. Caput autem mulieris est vir: quandoquidem ex carne illius sumpta est, ipsumque tamquam quoddam sui initium sortita est. Caput itidem Christi Deus est: siquidem naturaliter ex ipso est. Verbum namque ex Deo & Patre genitum est. Iam qua ratione Christus, cujus caput secundum naturam positus est Deus Pater, non erit Deus? Cum autem Christum appello, Dei Patris Verbum intelligo, quod in humana natura apparuit. — 1. Cor. c. 11. v. 3. — Luc. c. 3. v. 38.

Ideo notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu: & nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus: & divisiones ministrationum sunt, idem autem dominus: & divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Sane si nihil aliud est dicere Christum non esse verum & naturalem Deum, quam dicere anathema Iesum; qui illum re ipsa Iesum esse inficiantur, illi utique in Spiritu sancto istuc neutiquam faciunt. Rursum si gratiarum divisiones interdum Spiritum, nonnunquam vero eumdem dominum, aliquando autem eumdem Deum operari profitetur, Christum ergo Deum esse non ignorat, qui per Spiritum operetur ut Deus, quique cælestia dona, quibuscumque & quomodocumque voluerit, tamquam natura dominus non absque auctoritate distribuat. Quod autem Christus in virtute Spiritus sancti operetur, id Paulus de eo loquens, ejusmodi oratione deinceps explanat. — 1. Cor. c. 12. v. 3.

Quosdam, inquit, *posuit Deus in ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum.* Cum enim Deus isthæc efficere perhibeatur, Christus est qui operatur: quandoquidem is est, qui apostolos in ecclesia collocavit, quique doctores in eadem instituit; quibus quoque, ut virtutes operarentur, vim impertivit. Dedit namque sanctis apostolis potestatem, ut omne morborum ægritudinumque genus in populo grassantium curarent. — 1. Cor. c. 12. v. 28.

Salutatio mea manu Pauli: Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, maranatha. Ecquam obsecro dominum hoc loco vocat? in confesso est enim, tam ipsum Filium, quam Spiritum quoque sanctum dominum vocari, & dominum esse. Scriptum est enim: *Spiritus dominus est.* Sane beati Pauli mens in ipsum Iesum hic fertur. ait namque: *Vnus est dominus Iesus Christus.* Itaque anathemate percutit omnem omnino hominem, — 1. Cor. c. 16. v. 21. — 1. Cor. c. 8. v. 6.

A qui illum non diligit. Is autem Chriſtum non diligit, qui neque natura neque veritate Dei Filium eſſe agnoſcit; ſed a Dei Verbo ſejungit, ac veluti in ſecundum ordinem rejicit. Atque ita dum unum dominum Ieſum Chriſtum in duos dividit, diſpenſationis myſterium atroci injuria afficit.

Ex poſteriori ad Corinthios.

2. Cor. c. 2. v. 14. *DEO autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco: quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in iis qui ſalvi fiunt, & in iis qui pereunt.* B Quod ſi Chriſtus paternæ cognitionis bonus odor eſt, quomodo Deus non eſt? Haud namque in humana natura divinæ naturæ fragrantiam compererit quiſpiam: ſed quemadmodum humanitatis odor plane hominem, ita divinitatis odor Deum indicat. Iam ſi Chriſtus bonus Patris odor appellatur, vereque eſt, quomodo Deus non eſt, etiamſi illud ipſum Dei Patris Verbum diſpenſatione homo factum eſt?

OMNEM *solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis, deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscipti sunt in hoc judicium) impii, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum dominatorem, & dominum nostrum Iesum Christum negantes.* Cum incarnationis doctrinam universe admittamus, quomodo qui semel crediderunt, dominum nostrum Iesum Christum negare dicuntur? Sane si alium Filium Dei Patris Verbum esse dixerimus, alium rursus eum, qui natus est ex muliere; unum dominum diserte inficiamur. Vnus enim dominus Iesus Christus, carne ejus secundum dispensatoriam cum Dei Patris Verbo unionem, ad deitatis gloriam evecta. Vnus proinde est Christus, & Filius: ita enim erit hujus universi dominus.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου.

Ὅτι Θεὸς ὁ Χριστός.

C

ΤΑΥΤΑ δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων· Ἰωσὴφ υἱὸς Δαυὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.] δύο κατὰ ταυτὸ τίθησι τὰ θεοπρεπῆ, καὶ οὐκ ἀνθρωπείᾳ πρέποντα φύσει. τοῦ γὰρ τεχθέντος ἐκ τῆς Μαριὰμ ἴδιον ἔφη λαὸν τοὺς δι' αὐτοῦ σεσωσμένους· καὶ μὴν, ὅτι καὶ ἁμαρτιῶν αὐτοὺς αὐτὸς ἀπαλλάξει. Θεοῦ δὲ τὰ πάντα, καὶ πρέποι ἂν αὐτῷ καὶ D μόνῳ τὸ ἀπαλλάττειν ἁμαρτιῶν δύνασθαι τοὺς ἡμαρτηκότας. Θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένος, οὗ καὶ ἴδιός ἐσμεν λαός. καὶ ἁμαρτιῶν δὲ ἡμᾶς ἀπήλλαξεν, ὡς ἔχων καὶ τούτου τὴν ἐξουσίαν.

Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας.] ἐν Βηθλεὲμ γεγέννηται τῆς Ἰουδαίας, ἐκ ῥίζης Ἰεσσαί. φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, μὴ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ. καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' E ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. πῶς οὖν ὁ γεγεννημένος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἀπ' ἀρχῆς αἰῶνος τὰς ἐξόδους ἔχειν λέγεται, τουτέστι τῆς ὑπάρξεως τὴν ἀρχὴν, καίτοι γεννηθεὶς ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς; Θεὸς οὖν ἄρα Χριστὸς, καὶ πρέπει αὐτῷ τὸ τοῦ Θεοῦ λόγου πρεσβύτατον. Θεὸς γὰρ ἦν δι' ἡμᾶς σαρκικὴν ὑπομείνας γέννησιν τὴν ἐκ γυναικός.

Ἐγὼ μὲν γὰρ ὑμᾶς ἐν ὕδατι βαπτίζω, φησὶν, εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί.

Ex evangelio secundum Matthæum.

Quod Christus sit Deus.

Matth. c. 1. v. 20.

HÆC *autem eo cogitante, ecce angelus domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen ejus Iesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Duo simul hoc loco ponit, quæ in divinam tantum naturam quadrant, non etiam in humanam. Asserit namque ejus, qui ex Maria ortus est, eos omnes, qui salutem per ipsum consequuntur, populum esse peculiarem; tum ex ipsis eisdem illum peccata dimissurum. Atqui Dei sunt universa; ipsiusque solius est, peccatorum laqueis irretitos expedire. Is igitur, qui ex sacra virgine natus est, Deus est, cujus nos peculiaris populus sumus, quique e peccatorum vinculis pro sua potestate nos exemit, ac liberavit.

Matth. c. 2. v. 1.

Cum ergo natus esset Iesus in Bethlehem Iudaæ. In Bethlehem Iudææ natus est, ex Iessæa radice. Vnde Deus & Pater per quemdam e sacris vatibus ita ait: *Et tu Bethlehem domus Ephrata, nequaquam minima es, ut sis in millibus Iuda. Ex te enim egredietur mihi qui regat populum meum in Israel: & egressus ejus ab initio a diebus æternitatis.* Quomodo Bethlehemita ille ab initio sæculi egressus, hoc est substantiæ principium sortitus dicitur, cum tamen in novissimis sæculi temporibus natum ipsum esse constet? Deus igitur est Christus, ipsiusque divini Verbi antiquitas in illum convenit. Nam Deus erat propter nos ex muliere homo nasci dignatus.

Mich. c. 5. v. 2.

Matth. c. 3. v. 11.

Ego quidem, inquit, baptizo vos in aqua in pœnitentiam. Qui autem post me venturus est, fortior me est, cujus non sum dignus calceamenta portare. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne.

I. PARTIS. CAP. IV.

Cujus ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam. Haudquaquam humanæ naturæ opus est in Spiritu sancto baptizare: sed neque spiritalem quoque aream, hoc est homines ætatem in terra agentes, hominis propriam esse concesserimus: nam omnia solius Dei sunt; ipsique soli congruit illos, qui credunt, in Spiritu sancto posse baptizare. Atqui Christus, qui secundum carnem post Ioannem veniebat, potenter isthæc præstabat, idemque suam quoque aream permundat. Verus itaque Deus est Christus.

Matth. c. 8. v. 2. *Et ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens: Domine si vis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra ejus.* Opus divinum moliri, non est virium humanarum. Convenit id autem in principem omnium naturam, hoc est divinam. Atqui Christus ejusmodi opera molitur; non est ergo nudus homo, quemadmodum nos, sed Deus humanam naturam indutus. Quod de leproso mundato hic dicitur, hoc de socru Petri, de ventis item & mari, deque undis quas increpavit, dictum accipiatur. Quare divini quoque illius discipuli animadvertentes illi & mare & ventos obedire, admirabundi aiebant: Matth. c. 8. v. 28. *E qualis nam hic est?* Intelligebant enim, ejusmodi opera patrare posse, rem esse, quæ nudi hominis facultatem superaret. Christus itaque & Deus & homo simul erat.

Matth. c. 8. v. 31. *Dæmones rogabant eum, dicentes: Si ejicis nos, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis; Ite.* Omnibus providere, cunctaque conservare, ad quem obsecro spectat, nisi ad eum solum, qui secundum naturam Deus est? Hinc & salvator quoque: *Nonne*, inquit, *duo passeres asse veneunt, & unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro, qui in cælis est? Vestri autem & capitis omnes numerarati sunt.* Matth. c. 10. v. 29. En tantam rerum providentiam habebat Christus, ut absque illius permissu ne in porcorum quidem gregem potestatem exercere immundis spiritibus integrum esset. At rogatus vix permisit, non ut illorum libidini morem gereret, sed ut nobis, se omnibus tamquam Deum providere persuaderet. Et quomodo tandem ille Deus non est, qui potestatem habet, quam in solum Deum cadere certum est; quique in omnia imperium exercet, & conservat quæ per ipsum condita sunt, tamquam propria?

Matth. c. 9. v. 37. *Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut emittat operarios in messem suam. Et* Matth. c. 10. v. 1. *convocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.* Norat universorum Deum messis esse dominum. ejus namque utrumque est, & ipsa spiritalis area, hoc est humanum genus; & ipsa rursum messis. Sed adverte, cum messis dominum obsecrandum esse monuisset, mox seipsum ejusmodi dominū esse evidenti argumēto declarans, emisit operarios, hoc est sanctos apostolos, quibus ut Deus potestatē contra immundos spiritus est impertitus. Neque enim humanæ naturæ facultatis est, Spiritus sācti vim aut operationē alicui impertiri. Cum eā ergo Dei Verbum, tametsi caro factū, hoc est Christus, impertiatur, quomodo Deus nō est natura & veritate?

ANNO CHRISTI 431.

A οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ.] οὐκ ἀνθρωπότητος ἔργον εἶναί φαμεν τὸ βαπτίζειν ἐν ἁγίῳ πνεύματι· ἀλλ᾽ οὐδὲ τὴν ἅλωνα τὴν νοητὴν τουτέστι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἰδίαν εἶναί φαμεν ἀνθρώπου. Θεοῦ γὰρ τὰ πάντα ἐστι, καὶ αὐτῷ καὶ μόνῳ πρέπει τὸ ἐν ἁγίῳ πνεύματι βαπτίζειν δύνασθαι τοὺς πιστεύοντας. ἐνήργηκε δὲ τοῦτο Χριστὸς ὁ μετὰ Ἰωάννην ἐρχόμενος κατὰ σάρκα, ἤτοι τὸν τῆς σαρκὸς χρόνον. αὐτὸς δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἅλωνα καθαρίζει. Θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶν ἀληθής.

Καὶ ἰδοὺ λεπρὸς προσελθὼν, προσεκύνει, λέγων· κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. B καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, λέγων· θέλω, καθαρίσθητι. καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα.] τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι θεοπρεπῶς, οὐκ ἴδιον ἀνθρώπου, αὐτῇ δὲ μᾶλλον ἐποιεῖτο ἂν καὶ μόνῃ τῇ πάντων ἐπέκεινα φύσει. ἐνεργεῖ δὲ οὕτω Χριστός· οὐκ ἄρα ψιλὸς ἄνθρωπος καθ᾽ ἡμᾶς, Θεὸς δὲ μᾶλλον ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ. οὕτω νοήσεις καὶ ἐπὶ τῆς Πέτρου πενθερᾶς, κἂν τοῖς ἀνέμοις ἐπιτιμῶν ὁρᾶτο, θαλάσσῃ τε καὶ ὕδασιν. ὅθεν καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ καὶ θάλασσαν καὶ ἀνέμους ὑποκειμένους ὁρῶντες, τεθαυμάκασι λέγοντες· ποταπός ἐστιν οὗτος; οὐ γὰρ ἦν ἀνθρώπου ψιλοῦ τὰ τοιαῦτα δύνασθαι δρᾷν. Θεὸς οὖν ἄρα κατὰ ταυτὸν καὶ ἄνθρωπος ὁ Χριστός.

C Οἱ δὲ δαίμονες, φησὶ, παρεκάλουν αὐτὸν, λέγοντες· εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, * ἀπόστειλον ἡμᾶς εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὑπάγετε.] τὸ προνοεῖν τῶν ὅλων, καὶ σώζειν αὐτὰ, τίνος ἂν εἴη, πλὴν ὅτι μόνου τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος Θεοῦ; οὕτω καὶ ὁ σωτὴρ ἔφασκεν· οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλοῦνται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς; ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν.] ἰδοὺ τοιγαροῦν τοσαύτην τῶν ὄντων πρόνοιαν ἐποιεῖτο Χριστὸς, ὡς μὴ ἐξεῖναι τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι μηδὲ χοίρων D ἀγέλης ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. παρακληθεὶς οὖν ἐπέτρεψε μόλις, οὐκ ἐκείνοις πληρῶν τὴν αἴτησιν, ἀλλ᾽ ἵνα ἡμᾶς ἀναπείσῃ φρονεῖν, ὅτι προνοεῖται τῶν ὅλων ὡς Θεός. εἶτα πῶς οὐ Θεὸς, ὁ θεοπρεπῆ τὴν ἐξουσίαν, καὶ τὸ κατὰ πάντων ᾽κράτος ᾽ἀνημμένος, καὶ σώζων ὡς ἴδια τὰ δι᾽ αὐτοῦ γεγονότα.

* ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν

᾽ κρατεῖν ᾽ ἀνῃρημένος

Τότε λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι. δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ. καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε αὐτὰ ἐκβάλλειν, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν.] οἶδεν ὄντα τοῦ θερισμοῦ κύριον τὸν τῶν ὅλων Θεόν. E αὐτοῦ γὰρ ἡ ἅλως ἡ νοητὴ, τουτέστιν ἡ ἀνθρωπότης· αὐτοῦ καὶ ὁ θερισμός. ἀλλ᾽ ἰδοὺ, δεηθῆναι προστάξας τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ἑαυτὸν εὐθὺς ἀπέδειξεν ὄντα τοῦτον, ἐκβαλὼν τοὺς ἐργάτας, τουτέστι τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· οἷς καὶ δέδωκεν ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων ὡς Θεός. οὐ γάρ ἐστι τῆς ἀνθρωπότητος μεῖζον τὸ διδόναι τισὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἐνέργειαν· δέδωκε δὲ Χριστός· εἶτα πῶς οὐ φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἐστι Θεὸς, εἰ καὶ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος;

Πᾶς

ANNO CHRISTI 431.

Πᾶς οὖν, ὅστις ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.] πολλοὶ κέκληνται τῶν ἁγίων πρὸς τὴν τοῦ μαρτυρίου δόξαν, καὶ τετελείωνται διὰ παθημάτων καὶ θανάτου, Χριστὸν ὡμολογηκότες. ἆρ' οὖν ἐστεφάνωνται, διαβεβαιούμενοι καὶ λέγοντες ἄνθρωπον εἶναι κοινὸν αὐτὸν, ἢ μᾶλλον ὡς Θεὸν ταῖς ὁμολογίαις τετιμηκότες; ἀλλ' ἔστι δῆλον. οἱ γὰρ τοῦτον ἀρνησάμενοι, καὶ τῆς τοῦ μαρτυρίου δόξης ἀπώλισθον, καὶ αὐτὸν εὑρήσουσιν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀρνούμενον αὐτοὺς τὸν Χριστόν. εἶτα πῶς οὐ Θεὸς, ὁ τῇ τοῦ μαρτυρίου δόξῃ στεφανῶν τοὺς, ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθῶς, ὁμολογοῦντας αὐτόν;

Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς.] εἰ μὴ Θεός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Εμμανουὴλ, τίνα τρόπον τὸν ἑαυτοῦ ζυγὸν ἡμῖν ἐπιτίθησι; Θεοῦ γὰρ δοῦλα τὰ πάντα. εἴρηται δὲ ζυγὸς καὶ ὁ νόμος. ἀλλὰ ἐπιτίθησιν ἡμῖν ὁ Χριστὸς τὸν ἴδιον ζυγὸν, ἑαυτῷ τε ὑποτάττει, καίτοι τὰ πάντα ὑποφέρων τῷ πατρί. Θεὸς ἄρα ἐστίν. ὅθεν αὐτῷ καὶ ὑποκεῖσθαι τὰ πάντα πρέπει.

Ἢ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι ἐν τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι, καὶ ἀναίτιοί εἰσι; λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ἐστὶν ὧδε.] εἰ βεβηλοῦντες τὸ σάββατον οἱ ἱερεῖς ἀναίτιοί εἰσιν, ὡς Θεῷ προσάγοντες τὰς θεραπείας. πῶς τῶν ἐν τῷ ἱερῷ δρωμένων νοεῖται μείζων ἡ Χριστοῦ θεραπεία; ἀλλ' ἔστι δῆλον, ὅτι οἱ μὲν ἐν νόμῳ καὶ σκιᾷ καὶ ὑποδείγματι τῶν ἐπουρανίων λελατρεύκασιν· οἱ δὲ θεσπέσιοι μαθηταὶ προσεδρεύοντές τε καὶ λειτουργοῦντες τῷ Χριστῷ, μείζονα καὶ τὴν δόξαν εἶχον. καὶ εἰ τῆς ἐν νόμῳ λατρείας ἐν ἀμείνοσι τὸ λειτουργεῖν τῷ Χριστῷ, πῶς οὐκ ἂν νοοῖτο Θεὸς ἀληθής;

Εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, φησὶν, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο αὐτοὶ κριταὶ ἔσονται ὑμῶν.] εἰ ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ τεθεραπεύκασι τοὺς δαιμονῶντας οἱ μαθηταί· ἐπεφώνουν γὰρ ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου· πῶς οὐκ ἂν νοοῖτο Θεὸς ἀληθής; οὐ γὰρ ἂν ἐξήρκεσεν ἀνθρώπου δόξα καὶ δύναμις εἰς τὸ κατισχῦσαι τοῦ σατανᾶ.

Ὥσπερ οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ κατακαίεται· οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος. ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν· καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός.] περὶ Θεοῦ γέγραπται· εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ. οὐ γὰρ ἄγγελος ἀγγέλου ἐστὶ, Θεοῦ δὲ μᾶλλον τὰ πάντα. πῶς οὖν φησι περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ὅτι ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ; Θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶν, ὡς καὶ ἰδίους ἔχων τοὺς ἀγγέλους, καὶ διὰ τῶν ἄνω πνευμάτων ὑπηρετούμενος.

A *Omnis ergo, qui me confitebitur coram hominibus; confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & illum coram patre meo, qui in cælis est.* Non pauci sanctorum ad martyrii gloriam evocati, Christumque intrepide confessi, tormentis & morte consummati sunt. Quæro autem, num ob id martyricam coronam adepti sint, quod Christum communem hominem esse constanter affirmarent? an ob id verius, quod sua eum confessione tamquam Deum venerarentur? Res est clara: constat enim a martyrii gloria excidisse, Christumque in B die judicii illos vicissim abnegare comperturos esse, qui illum inficiati sunt. Iam quomodo Deus is censendus non est, qui martyrii gloria eos afficit, qui ipsum esse vere confitentur? — I. PARTIS CAP. IV. Matt. c. 10. v. 32.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos. Si Emmanuel verus Deus non est, cum Deo serviant omnia, cur suum ille jugum nobis imponit? Iugum autem & ipsa quoque lex appellata est. Verum Christus proprium nobis jugum imponit, nosque obnoxios sibi reddit, tametsi patri submittat omnia. Deus igitur est. Vnde ut omnia illi C subjecta sint, par est. — Matth. c. 11. v. 28.

An non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia major templo hic est. Si sacerdotes qui sabbatum profanant, ob id culpa vacant, quod divino cultui incumbant; quomodo cultus qui Christo impenditur, ministerio quod sacerdotes in templo obibant, præstantior censetur? atqui apertum est eos, qui sub lege vivebant, in umbra & figura supercælestium Deo ministrasse. Sed divini illi discipuli Christi sectatores, ipsique ministrantes, ampliori honore & gloria potiti sunt. Quod si ministerium quod Christo exhibetur, legali cultui multum antecellit, quo- D modo in sobrii cujusquam cogitationem cadere potest, Christum non esse verum Deum? — Matth. c. 12. v. 5.

Et si ego in Beelzebub ejicio dæmones, filii vestri in quo ejiciunt? ideo ipsi judices vestri erunt. Si in Christi nomine a dæmonio vexatos discipuli curabant; (invocabant enim nomen Iesu Nazareni) quomodo de vera illius divinitate ambigere fas est? Neque enim ulla omnino gloria aut potentia humana sat fuerit ad debellandum satanam. — Matth c. 12. v. 27.

Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur; sic erit in consummatione sæ- E *culi. Mittet Filius hominis angelos suos, & colligent de regno ejus omnia scandala; & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis.* De Deo legimus: *Benedicite domino omnes angeli ejus.* Neque enim angelus angeli est, sed Dei sunt omnia. Cum ergo de Filio hominis dicatur, quod missurus sit angelos suos; angelosque & spiritus illos supremos tamquam proprios ministros possideat; evidens fit, illum esse Deum. — Matth. c. 13. v. 40. Psalm. 102. v. 20.

I. PARTIS CAP. IV. ANNO CHRISTI 431.

Matth. c. 16. v. 13. *Interrogabat discipulos suos: Quem me dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alii Ioannem Baptistam; alii autem Eliam, alii vero Ieremiam, aut unum ex prophetis. Dixit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in cælis.* Si Christus communis vulgarisve tantum homo est, cur Petrus ob suam confessionem admirabilis declaratus & laudatus est? Quomodo divinitus perhibetur edoctus? Aut quanam superna opus erat illi illuminatione, ut illud Christi mysterium caperet? Verum quia Deum esse agnovit, viventisque Dei Filium esse prædicavit; ideo mirabilis & egregius habitus est. Neque tamen duos confessus est filios, sed unum dumtaxat. Impium itaque est Christum in duos dividere filios. Matth. c. 16. v. 27. *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis.* En iterum cælestes spiritus suos angelos vocat, etiamsi hominis filius dicatur.

Matth. c. 17. v. 23. *Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non solvit didrachma? ait: Etiam. & cum intrasset in domum, prævenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel censum, a filiis suis, an ab alienis? & ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filii.* Quomodo liberum, hoc est a legis vinculo tributique pensione immunem, necnon verum Filium se prædicat, si carnis & sanguinis secundum hypostaticam unionem particeps effectus, non est Deus? At dependit nihilominus didrachma tamquam legi obnoxius, cum tamen ut Filius lege major esset. Verum si sit homo, non est supra legem. Nemo enim naturalem libertatem illi tribuet, nisi ut Deum humana forma indutum animo eumdem concipiat.

Matt. c. 21. v. 16. Christo omnium nostrum salvatore Hierosolymam ascendente, pueri præeuntes, laudumque præconia depromentes, *Hosanna filio David*, clamabant. At hæc acclamatio in solum Deum quadrat. *Indignati autem Pharisæi in medium prorumpunt: Audis*, inquiunt, *quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Utique. nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* Sed beatum David hoc loco audire operæ precium est; ait autem: Psalm. 8. v. 9. *Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Quoniam elevata est magnificentia tua super cælos. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Pueri namque magna exultatione acclamantes, aiebant: *Hosanna filio David.* Is porro cujus elogium decantabant, ejusmodi laudem & acclamationem neutiquam repudiabat. Atqui beatus David eam acclamationem non communi alicui homini tribuebat, sed omnium domino: illius enim solius nomen universa terra demiratur, ejusdemque magnificentia super omnes cælos tollitur. Quomodo ergo Christus Davidis secundum carnem filius non est Deus?

A Ἠρώτησεν ὁ Χριστός. τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; οἱ δὲ εἶπον· οἱ μὲν Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν· ἄλλοι δὲ, Ἡλίαν· ἄλλοι δὲ, Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. λέγει αὐτοῖς· ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; ἀποκριθεὶς δὲ, φησὶν, ὁ Πέτρος, εἶπε· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῷ· μακάριος εἶ Σίμων Βαρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.] εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, διὰ τί τεθαύμασαι Πέτρος ὁμολογῶν αὐτόν; πῶς δὲ ἐστι καὶ θεοδίδακτος; ἢ ποίας ἐδεήθη B φωταγωγίας ἄνωθεν, ἵνα μάθη τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον; ἀλλ' ἔγνω Θεὸν ὄντα, καὶ υἱὸν Θεοῦ ζῶντος διωμολόγησεν αὐτόν· ταύτῃ τοι τεθαύμασαι. πλὴν ἕνα υἱὸν, καὶ οὐχὶ δύο υἱούς φησι. δυσσεβὲς οὖν ἄρα τὸ διορίζειν εἰς δύο. Μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. ἰδοὺ πάλιν ἀγγέλους αὐτοῦ φησι τὰ ἄνω πνεύματα, καίτοι λεγομένου υἱοῦ ἀνθρώπου.

Ἐλθόντων δὴ οὖν εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθον οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες, τῷ Πέτρῳ, καὶ εἶπον· ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα; καὶ λέγει, ναί. καὶ εἰσελθόντα εἰς τὴν οἰκίαν, προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων· τί σοι C δοκεῖ Σίμων; οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη, ἢ κῆνσον; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; εἶπε δὲ αὐτῷ· ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί.] πῶς ἐλεύθερον ἑαυτὸν εἶναί φησι, καὶ ἔξω νόμου, καὶ ἀσυντελῆ, καὶ υἱὸν ἀληθῶς, εἰ μὴ Θεός ἐστιν, ἑνώσει τῇ καθ' ὑπόστασιν σαρκὸς καὶ αἵματος κεκοινωνηκώς; συντετέλεκε δὲ τὸ δίδραχμον, ὡς γεγονὼς ὑπὸ νόμον ὁ ὑπὲρ νόμον υἱός. ἄνθρωπος δὲ ὢν, οὐχ ὑπὲρ νόμον νοεῖται. D πῶς γάρ; οὐδὲ ἂν ἔχοι κατὰ φύσιν τὸ ἐλεύθερον, εἰ μὴ νοεῖται Θεὸς ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ.

Ἀναβαίνοντος ἐν Ἱεροσολύμοις τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, παῖδες προεβάδιζον, εὐφημοῦντές τε καὶ λέγοντες· ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαυίδ. θεοπρεπὴς δὲ πάντως ἐστὶν ἡ δοξολογία. ἠγανάκτησαν οἱ Φαρισαῖοι, καὶ δὴ καὶ προσῄεσαν, λέγοντες· ἀκούεις, τί οὗτοι λέγουσιν; ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· ναί. οὐδέποτε ἀνέγνωτε, ὅτι ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον;] ἀναγκαῖον ἐν τούτοις διαμνημονεῦσαι τοῦ μακαρίου Δαυὶδ λέγοντος· κύριε, ὁ κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν E οὐρανῶν. ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. οἱ μὲν γὰρ παῖδες εὐφημοῦντες ἔλεγον· ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαυίδ. καταδέχεται δὲ τὴν δοξολογίαν εὐφημούμενος. ὁ δέ γε μακάριος Δαυὶδ οὐκ ἀνθρώπῳ ταύτην ἀνατέθεικε κοινῷ, κυρίῳ δὲ μᾶλλον, οὗ καὶ θαυμαστὸν τὸ ὄνομα ἐν πάσῃ τῇ γῇ. ἐπήρθη γὰρ ἡ μεγαλοπρέπεια ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. εἶτα, πῶς οὐ Θεὸς ὁ υἱὸς Δαυὶδ ὁ κατὰ σάρκα Χριστός;

[margin: δὲ αὐτῷ]

A Ὅταν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ.] ἆρα ὡς ἄνθρωπος εἷς τῶν καθ' ἡμᾶς καθεδεῖται Χριστὸς, παρεστηκότων αὐτῷ πάντων τῶν ἀγγέλων, οὕτω τε κρινεῖ τὸν κόσμον; εἰπὲ, ποῖον ἔχει τοῦτο λόγον; γέγραπται γὰρ, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης καὶ κριτής. Θεὸς οὖν ἄρα Χριστὸς, ὁ ἐν δόξῃ Θεοῦ, καὶ θρόνον ἔχων, καὶ παρεστῶτας ἀγγέλους, καὶ κρίνων τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ.

B Καὶ ὁ ἀρχιερεὺς, φησὶν, εἶπεν αὐτῷ· ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. λέγει αὐτῷ· σὺ εἶπας. πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.] πῶς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου κάθηται ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως; ἀλλ' ἔστι δῆλον, ὅτι κἂν εἰ γέγονεν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, οὐ πέπαυται τοῦ εἶναι Θεὸς, ἀλλ' ἔστιν ὃ ἦν. ταύτῃ τοι καὶ συνεδρεύει τῷ φύσαντι, καὶ ἐν τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασιν ἐμπρέπων ὁρᾶται, κἂν εἰ γέγονε σάρξ.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς κράξας φωνῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. καὶ ἰδοὺ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη C εἰς δύο, ἄνωθεν ἕως κάτω· καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀνέστησαν.] εἰ κοινὸς ἄνθρωπος ἦν ὁ Χριστὸς, πῶς τεθνεῶτος αὐτοῦ, τοσοῦτος ἦν ἐν τοῖς στοιχείοις ὁ θόρυβος; ὁ μὲν γὰρ ἥλιος τὴν ἀκτῖνα συνέστειλε, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σκότος εἰργάσατο· ἡ δὲ γῆ τὸν ἑαυτῆς δεσπότην ὁρῶσα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐμπαροινούμενον, ἐσχίζετο· ἀφῆκε δὲ ὁ ᾅδης τὰς τῶν ἁγίων ψυχάς. τίνος ταῦτα ποιοῦντος; ἆρα οὐχὶ Θεοῦ; Θεὸς γὰρ ἦν ἐν σαρκὶ, ᾧ καὶ ἡ κτίσις ὑβριζομένῳ τρόπον τινὰ συνωργίζετο. D

Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου.

ΑΥΤΟΣ δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν αὑτὸν αὐτοῖς, διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας· καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν, ἵνα τις μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε, τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.] περὶ Θεοῦ γέγραπται· ὅτι ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν. καὶ αὐτὸς δέ που φησί. μὴ ἀπ' ἐμοῦ κρυβήσεταί τι. εἰ δὲ πάντα Χριστὸς ἐπίσταται, καὶ οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, πῶς οὐκ ἂν εἴη Θεὸς, ὡς καρδίας ἐτάζων καὶ νεφρούς;

E Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν.] ἀκούεις, ὅτι τὴν σωτηρίαν ἐκ τῶν Ἰουδαίων εἶναι φησί; καίτοι σωτῆρα Θεὸν ἐπεγραψάμεθα. σέσωκε γὰρ ἡμᾶς οὐ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος, κατὰ τὰς γραφάς. ὠνόμασται γὰρ Χριστὸς Ἰησοῦς, γεγονὼς ἐξ Ἰουδαίων κατὰ τὴν σάρκα. Ἰησοῦς γε μὴν ἑρμηνεύεται σωτηρία. αὐτὸς οὖν ἄρα ἐστὶν ἡ ἐκ τῶν Ἰουδαίων σωτηρία. ὥστε κἂν εἰ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, καὶ ἐπελάβετο σπέρματος Ἀβραὰμ, Θεός ἐστι καὶ μετὰ σαρκός.

Cum autem venerit Filius hominis in majestate sua, & omnes angeli cum eo; tunc sedebit super sedem majestatis suæ. Numquid Christus ut homo quispiam nostri similis pro tribunali sedebit, astantibusque omnibus undiquaque ipsi angelis, orbem judicabit? Qui istuc, obsecro, rationi est consentaneum? An non scriptum est, *Unus est legislator, & judex?* Deus igitur est Christus, qui pari cum Deo gloria pollens, thronumque judiciarium obtinens, ac angelos circumquaque astantes habens, in justitia terrarum orbem judicabit.

Matth. c. 25. v. 31.

Iacob. c. 4. v. 14.

Et princeps sacerdotum ait illi: Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei vivi. Dicit illi Iesus: Tu dixisti. verumtamen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Quomodo Filius hominis a dextris virtutis Dei sedet? Planum est, Dei Verbum ita factum esse hominis filium, ut tamen Deus esse non desierit: mansit enim quod erat. Hac igitur ratione generanti assidet, & in divinitatis gloria & majestate conspicuum cernitur, etiam si factum sit caro.

Matt. c. 26. v. 63.

Iesus autem clamans voce magna, emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes, a summo usque deorsum: & terra mota est, & petræ scissæ sunt; & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Si Christus communis erat homo, cur illo animam expirante, in ipsis elementis tanta accidit conturbatio? Sol enim retractis radiis, diei tenebras offudit: terra ad hæc dominum suum Iudæorum contumeliis indignissime affectum conspicata, disrupta est; & ipse tandem infernus sanctorum animas dimisit. Et cujusnam nutu omnia hæc fiebant? nonne Dei? Deus enim erat in carne, quo tam contumeliose tractato, ipsa quoque creatura quodammodo ira & indignatione efferebatur.

Matt. c. 27. v. 50.

Ex evangelio secundum Ioannem.

IESUS *autem non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat, quid esset in homine.* De Deo scriptum extat: *Qui finxit sigillatim corda eorum.* Et ipse alibi ait: *Non celabitur a me omnino quidquam.* Si ergo Christus omnia intelligit, & omnia quæ sunt in homine exacte novit, utpote scrutans eorum corda & renes; quomodo non est Deus?

Ioan. c. 2. v. 24.

Psalm. 34. v. 15.

Ierem. c. 17. v. 10.

Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: quoniam salus ex Iudæis est. Audis salutem ex Iudæis esse asserentem. Atqui Deum salvatorem nobis adscripsimus, eique nomina dedimus. Salvavit enim nos non legatus, non angelus, sed dominus ipse, secundum scripturas. At Christus qui secundum carnem ex Iudæis natus est, Iesu nomenclaturam sortitus est. Iesu autem nomen interpretatum salutem sonat. Ipse itaque Christus est salus illa, quæ ex Iudæis profecta est. Quamobrem licet Verbum caro factum sit, & semen Abrahæ apprehenderit; Deus nihilominus cum assumpta carne permansit.

Ioan. c. 4. v. 22.

Isai. c. 63. juxta LXX.

Ioan. c. 14 v. 12. *Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet: quia ego vado ad Patrem. & quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam.* Ad Patrem se abire denuntiat, cum tamen Deus natura Filius sit, ipseque omnia impleat. Abscedit enim secundum humanam naturam. At vero licet ut homo in cælum assumptus sit; ut Deus tamen supplicum vota se auditurum promittit, si in nomine illius supplicaverint. Iam cui quæso verius convenit sanctorum postulatis satisfacere, eorumque votis ac desideriis respondere, quam soli ac nativo Deo?

Ioan. c. 15. v. 16. *Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat; ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.* En pari se cum Deo & Patre potestate pollere, pariaque eidem præstare posse nusquam non inculcat. Dixerat enim; Quodcumque petieritis in nomine meo, faciam. nunc autem ait; Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Numquid ergo seorsum aliqua dilargitur Pater absque Filio, aut Filius rursum seorsum sigillatimque impertitur nonnulla absque Patre, ita ut a duobus diis præstentur, quæ sancti efflagitant? Absit, absit: unus enim est Deus Pater, & unus item dominus Iesus Christus. Distribuit namque Pater dona per Filium in Spiritu sancto; verumtamen postulatio in precibus fit per Iesum Christum. Porro domini Iesu nomine accipimus & designamus Verbum hominem factum.

Ioan. c. 16. v. 23. *In illo die me non rogabitis quidquam. Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.* Hæc eamdem sententiam cum superioribus habent; sicut illa quoque, quæ mox consequuntur. Ait namque: *In illo die, in nomine meo* (Ibid. v. 27.) *petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia ego a Patre exivi.*

Ioan. c. 17. v. 3. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Si cum solius verique Dei cognitione Iesu Christi cognitionem necessario conjunctam consociatamque esse oportet, & hoc ipsum æternam vitam conciliat; cui obscurum esse potest, Christum verum esse Deum; Verbum sane caro factum est; sed mansit interim Verbum.

Ibid. v. 21. *Ut credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis; ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me; ut sint consummati in unum.* Perspicaci mentis oculo in rem propositam intendentes, quænam in ipsa abstrusa lateant, diligenter exploremus. Qualem itaque gloriam Filius a Patre accepisse se narrat, quam nobis deinde communem fecerit? Sane ipse ab hac quæstione nos liberat dum ait: Ut unum sint, sicut & nos unum sumus. Nam etsi Dei Patris Verbum secundum propriam hypostasin alius a Patre esse dignoscatur, naturali tamen identitate unum plane & idem est cum illo. At quo pacto Verbum illud unum quoque nobiscum factum est?

A Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει· ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύομαι. καὶ ὅ, τι ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω.] *πορεύεται, φησὶ, πρὸς τὸν πατέρα, καίτοι φύσει Θεὸς ὑπάρχων ὁ υἱὸς, καὶ αὐτὸς ὢν ὁ πάντα πληρῶν. πορεύεται γὰρ ἀνθρωπίνως· ἀνελήφθη γὰρ εἰς τὸν οὐρανόν. ἀλλ' ὡς Θεὸς ἐπαγγέλλεται πληρώσειν τὰ αἰτήματα τῶν προσευχομένων, εἰ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ποιοῖντο τὰς λιτάς. εἶτα τίνι ἂν πρέποι μᾶλλον τὸ πληρώσειν εὐχὰς ἁγίων, καὶ χαρίζεσθαι τὰ αἰτήματα, πλὴν ὅτι μόνῳ τῷ κατὰ B φύσιν καὶ ἀληθῶς ὄντι Θεῷ;

* ἴσ. πορεύεσθαί φησι π. τ. π.

Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε· ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς, καὶ ἔθηκα ὑμᾶς, ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε, καὶ καρπὸν φέρητε, καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μένῃ. ἵνα ὅ, τι ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δῷ ὑμῖν.] ἰδοὺ πανταχοῦ δείκνυσιν ὅτι τὰ ἴσα μετ' ἐξουσίας ἐνεργεῖ' τῷ πατρί. ἔφασκε γάρ. ὅτι ὃ ἐὰν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, ποιήσω. νυνὶ δέ φησιν· ὅ, τι ἐὰν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν. ἆρα οὖν ἰδίᾳ μὲν δίδωσιν ὁ πατὴρ δίχα τοῦ υἱοῦ, ἰδίᾳ δὲ καὶ ἀνὰ μέρος ὁ υἱὸς δίχα τοῦ πατρός; οὐκοῦν παρὰ δύο Θεῶν τοῖς ἁγίοις τὰ ἐν εὐχαῖς αἰτήματα; ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει ταῦτα, μὴ C γένοιτο· εἷς γὰρ Θεὸς ὁ πατὴρ, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός. διανέμει γὰρ ὁ πατὴρ δι' υἱοῦ τὰ ἀγαθὰ ἐν πνεύματι. πλὴν ἡ αἴτησις ἡ ἐν προσευχαῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· καὶ κύριος Ἰησοῦς ὁ ἐνανθρωπήσας νοεῖται καὶ ὀνομάζεται λόγος.

' τῷ Θεῷ ἢ πατρί

Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν. ἄν τι αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν. αἰτεῖτε, καὶ λήψεσθε, ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη.] ἐν ἴσῃ καὶ τοῦτο τοῖς ἀνωτέρω βραχὺ διανοίᾳ κείσεται, καὶ τὸ ἐφεξῆς ὁμοίως. ἔχει δὲ οὕτως. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν τῷ ὀνόματί μου αἰτήσεσθε· καὶ οὐ λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα. αὐτὸς γὰρ ὁ D πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς, ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ πεπιστεύκατε ὅτι ἐγὼ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον.

Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν.] εἰ τῇ ἐπιγνώσει τοῦ μόνου καὶ ἀληθινοῦ Θεοῦ συνεζεῦχθαί τε καὶ συνεισβαίνειν ἀνάγκη τὴν ἐπίγνωσιν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ζωὴν τοῦτο τὴν αἰώνιον προξενεῖ· πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὅτι Θεός ἐστιν ἀληθὴς ὁ Χριστός; γέγονε γὰρ σὰρξ ὁ λόγος, καὶ μεμένηκε λόγος.

Ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ ὅτι σύ με ἀπέστειλας. κἀγὼ τὴν δόξαν, ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς· ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἕν. ἐγὼ ἐν E αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοί. ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν.] ἀκριβῆ τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν ἐπιστήσαντες τῇ τοῦ προκειμένου δυνάμει, θεωρήσωμεν τὰ ἐν αὐτῷ. ποίαν δόξαν εἰληφέναι φησὶ παρὰ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, καὶ ταύτην ὑμῖν ἐπιδοῦναι; αὐτὸς δὲ ἡμᾶς τῆς ἐπὶ τούτοις ἐρεύνης ἀπαλλάξει, λέγων· ἵνα ὦσι, καθὼς ἡμεῖς, ἕν. ἓν μὲν γὰρ τῇ φυσικῇ ταυτότητι ἕν ἐστιν ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, εἰ καὶ νοεῖται καθ' ὑπόστασιν ἑκάτερος ἰδικήν. πῶς δὲ καὶ ἐν ἡμῖν γέγονε;

κατὰ τὸν

ANNO CHRISTI 431.

A κατὰ τὸν ἴσον τρόπον, οὐσιωδῶς δὴ λέγω, καὶ φυσικῶς· καί τοι Θεοῦ φύσις ἀσύμβατος παντελῶς εἴη ἂν πρὸς τὴν κτίσιν, ὡς ἐν ταυτότητι λέγω τῇ κατ' οὐσίαν. πῶς οὖν ἐν ἡμῖν γέγονε φυσικῶς ὁ ὑπὲρ τὴν κτίσιν; γέγονε γὰρ ἄνθρωπος, ἵνα ὥσπερ ἐστὶν * ἐν τῇ τῆς θεότητος φύσει πρὸς τὸν πατέρα, οὕτω καὶ πρὸς ἡμᾶς ἓν γένηται σχέσει τῇ κατὰ ἀνθρωπότητα· τετελειώμεθα γὰρ οὕτω, καὶ ἡμεῖς εἰς ἕν.

* ἴσ. ἓν

Ad eumdem omnino modum, puta ſecundum eſſentialem & naturalem identitatem. At cum divina natura tanto a creatura diſtet intervallo, ut ſecundum eſſentiam cum ea coire nequaquam valeat; ecquo, inquis, modo ſecundum naturam unum ille factus eſt nobiſcum, qui omnem omnino creaturam excellit? Verbum factum eſt homo, ut quemadmodum, quod quidem ad deitatis naturam ſpectat, unum & idem eſt cum Patre, ita ſecundum naturæ humanæ habitudinem ſit unum quoque nobiſcum. Hac enim ratione nos quoque in unitatem conſummati ſumus.

I. PARTIS CAP. IV.

Οὔσης οὖν ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς· εἰρήνη ὑμῖν.] ἐπαπορήσαι τις ἂν κατὰ τὸ εἰκὸς, λέγων· εἰ ἐν σώματι καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἦν ὁ λόγος, καθὰ καὶ πρὸ τοῦ τιμίου σταυροῦ, πῶς κεκλεισμένων τῶν θυρῶν ἀδοκήτως εἰς μέσον ὤφθη τῶν μαθητῶν; πρὸς τοῦτό φαμεν, ὅτι δυνάμει τῇ θεϊκῇ. μεμνῆσθαι δεῖ Παύλου λέγοντος. ὅτι ὥστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα· εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. μετὰ γάρ τοι τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, ὡς τετελεσμένης ἤδη τῆς οἰκονομίας, ἐφ' ᾗ καὶ ἡ τῆς σαρκὸς ἀνάληψις 'ἐπράχθη χρειωδῶς, ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει κέχρηται τῇ θεοπρεπεῖ, διὰ τούτων μᾶλλον, ἢ διὰ τῶν τῆς κενώσεως 'μέτρων ἐπιγινώσκεσθαι θέλων, ὡς ἐν καιρῷ καθήκοντι.

' ἐτελέσθη

' τρόπων

Cum ergo ſero eſſet die illo, una ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, ubi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum; venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Non immerito dubitaverit hic quiſpiam, ac dixerit: Si Verbum poſt reſurrectionem perinde ac ante venerandam crucem in corpore erat, quomodo concluſis foribus in medio diſcipulorum ex inſperato apparuit? Ad hoc reſpondemus, divina virtute factum id eſſe. Par eſt autem, ut Pauli dictum hoc loco in mentem revocemus; ait is vero: *Itaque nos ex hoc neminem novimus ſecundum carnem: & ſi cognovimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc non novimus.* Sane poſt reſurrectionem ex mortuis, diſpenſationis myſterio, propter quod carnem ſalubriter aſſumpſerat, jam perfecto, divina virtute & poteſtate utebatur; ut qui veluti opportuno tempore per ea potius, quam per exinanitionis conditiones, agnoſci voluerit.

Ioan. c. 20. v. 19.

2. Cor. c. 5. v. 16.

Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς· λάβετε πνεῦμα ἅγιον. ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, 'ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται.] ὅλον ἐστὶ θεοπρεπὲς τὸ γεγενημένον, καὶ τοῦ παντὸς ἄξιον λόγου. πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἀνθρώπινον τὸ ἐμφυσῆσαι τοῖς ἀποστόλοις, καὶ δοῦναι τὸ πνεῦμα. εἶτα μέγα, καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν, τὸ τοιαύτην ἐξουσίαν παρασχεῖν, ὥστε κρατεῖν, ὧν ἂν ἕλοιντο, τὰς ἁμαρτίας· ἀφιέναι δὲ καὶ οἷς ἂν βούλοιντο τυχόν. διὰ τί δὲ καὶ διὰ σαρκικοῦ φυσήματος τὸ πνεῦμα δίδωσιν; ὅτι μὴ ἀλλοτρία τοῦ λόγου γέγονεν αὐτοῦ ἡ σάρξ, ἀλλὰ ἰδικῶς αὐτοῦ. καὶ ἀνθρώπινον μὲν τὸ διὰ σαρκὸς ἐμφύσημα· θεϊκῆς δὲ δυνάμεως ἔργον, τὸ μετόχους ἀποφῆναι τοῦ πνεύματος τοὺς ἠξιωμένους.

' ἀφέωνται

Et cum hoc dixiſſet, inſufflavit, & dixit: Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt. Quidquid hic factum memoratur, hoc totum divinum, magnaque conſideratione dignum eſt. Primo namque non erat humanæ naturæ opus, per exſufflationem apoſtolis Spiritum ſanctum infundere. Deinde majus quiddam, ſublimiuſque eſt, quam quod in creaturam cadat, tantam illis poteſtatem impertiri, ut quorum vellent peccata retinere, & quorum rurſus viſum eſſet relaxare, poſſent. At cur corporeo flatu impertit Spiritum ſanctum? ideo nimirum, ut carnem a Verbo non alienam, ſed propriam illius extitiſſe intelligamus. Adde externam illam per carnis miniſterium exſufflationem humanam fuiſſe; ſed Spiritus ſancti participes dignatione ſua efficere, divinæ virtutis opus extitiſſe.

Ioan. c. 20. v. 22.

Ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου.

ΑΓΓΕΛΟΣ Θεοῦ τῷ Ζαχαρίᾳ φησὶ περὶ τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ. καὶ ἔσται χαρά σοι, καὶ ἀγαλλίασις· καὶ πολλοὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ χαρήσονται. ἔσται γὰρ μέγας ἐνώπιον κυρίου, καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ, καὶ πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ. καὶ πολλοὺς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπιστρέψει ἐπὶ κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν.] ὁ μακάριος Ἰωάννης, ἐρομένων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων, σὺ τίς εἶ; φησίν· ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. προφητεύων δὲ αὐτὸς ὁ Ζαχαρίας ἐπὶ τῷ ἰδίῳ παιδὶ, φησί. καὶ σὺ παιδίον, προφή-

Ex evangelio ſecundum Lucam.

ANGELUS Dei Zachariæ de ſancto Baptiſta hæc exponit: *Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, & vinum & ſiceram non bibet, & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ: & multos filiorum Iſrael convertet ad dominum Deum ipſorum.* Rurſum cum Iudæi ex ipſo eodem Ioanne ſciſcitarentur: *Tu quis es?* Reſpondit ille: *Ego vox clamantis in deſerto, parate viam domini, rectas facite ſemitas ejus.* Tandem ipſemet Zacharias de proprio filio vaticinans, ita fatur: *Et tu puer, Prophe- ta al-*

Luc. c. 1. v. 14.

Ioan. c. 1. v. 19.

Luc. c. 1. v. 76.

I PARTIS CAP. IV.

ta Altißimi vocaberis: præibis enim ante faciem domini parare vias ejus: ad dandam scientiam salutis plebi ejus, in remißionem peccatorum eorum. Ille namque Christum antelibat, ejusdemque factus præcursor, ut viam illi prepararent, annuntiabat, & propheticum oraculum de illo edens, ad eum, ut qui iustificare potest peccatis obnoxios uti Deus, convertebat. Et adhuc dubitamus, fueritne Deus Christus?

Luc. c. 1. v. 32. *Hic erit magnus, & Filius Altißimi vocabitur: & dabit ei dominus Deus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni ejus non erit finis.* Numquid hominis nostri similis imperio perpetuo citra ullam interruptionem prememur? an imperatori potius Deo in Christo & per Christum subditi erimus, non assumptum ad hoc tamquam extraneum quempiam mediatorem, sed verum Filium, per quem & in quo Deus Pater in omnia regnum obtinet? Quod si ita res habet, Deus ergo est Christus.

Luc. c. 1. v. 34. *Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit illi: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Numquid is, qui arcana inexplicabilique Spiritus sancti operatione ex sacra virgine formatus & natus est, sola appellatione filius erat? an verus potius naturalisque Dei Filius, & Deus creditus est? Sed hoc procul dubio verum est. Verbum proinde secundum hypostasin caro factum, hoc est, carnem per Spiritum sanctum ex sacra virgine sumpsisse, eamque propriam sibi fecisse, intelligatur. Hac namque ratione quod verus Deus sit, deprehendetur.

Luc. c. 1. v. 41. *Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero ejus: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamavit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater domini mei ad me?* Interna Dei energia & vi, prophetiæ donum obtingere alicui potest; secus nequaquam. Cum igitur salutatio sacræ virginis Mariæ Iesum per id temporis in utero adhuc gestantis, Ioannem maternis visceribus adhuc inclusum ad prophetiam promoverit, quomodo Christus non est Deus, qui intra virginea claustra etiamnum latitans, divina vi ad prophetiæ gratiam Baptistam evexit?

Luc. c. 2. v. 29. *Nunc dimittis servum tuum domine, secundum verbum tuum, in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum: Quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Simeon Iesum inter ulnas complexus, ejusmodi de ipso elogia depromebat. At quomodo salutare est? aut quomodo lumen ad revelationem gentium est, si unus & solus verus Filius & Deus non est? Qui quidem natura natus est ex Patre, ut Verbum; secundum carnem autem ortus est ex virgine. Quæ rursum revelatio facta est gentibus, si de ipso non cognoverunt quia Deus est; quodque divinum cultum illi impendentes, in ea,

A τῆς ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου κυρίου, ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ, ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν. προεβάδιζε γὰρ τοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτοῦ γέγονε πρόδρομος, καὶ αὐτῷ τὰς ὁδοὺς προετοιμάζεσθαι διεκήρυττε, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ προφητικὸν λόγον, ἐπιστρέφων ὡς ἐπὶ ' Θεῷ δικαιοῦν ἰσχύοντι τοὺς ἐν ἁμαρτίαις. εἶτα, πῶς οὐ Θεὸς ὁ Χριστός;

ANNO CHRISTI 431.

' Θεῷ δικαιοῦν ἰσχύοντι

Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον B Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.] ἆρ' οὖν ' ἐφ' ἑνὶ τῶν καθ' ἡμᾶς κεισόμεθα, βασιλευόμενοι διηνεκῶς καὶ ἀκαταλήκτως; ἢ ὑπὸ Θεῷ μᾶλλον ἐσόμεθα βασιλεύοντι ἡμῶν ἐν Χριστῷ; καὶ οὐχ ὡς ἔξωθεν μεσίτου τινὸς εἰς τοῦτο παραληφθέντος, ἀλλ' ὡς δι' υἱοῦ καὶ ἐν υἱῷ καταχρατοῦντος τῶν ὅλων τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, Θεὸς ἄρα ὁ Χριστός.

' ἐφ' ἑνὶ

Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον· πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. C ἄρα οὖν κέκληται μόνον υἱὸς, ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου διὰ τοῦ πνεύματος ἀπορρήτως γεγενημένος, ἤγουν ἐκτισμένος; ἢ φύσει τε καὶ ἀληθῶς υἱὸς εἶναι πεπίστευται, καὶ Θεός; ἀλλ' ἔστι τοῦτο ἀληθές. νοείσθω δὴ οὖν σὰρξ καθ' ὑπόστασιν γεγονὼς ὁ λόγος, τουτέστιν ἰδίαν ποιησάμενος σάρκα τὴν διὰ πνεύματος ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. οὕτω γὰρ ἔσται καὶ Θεὸς ἀληθῶς.

Καὶ ἐγένετο, ὡς ἤκουσε τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας ἡ Ἐλισάβετ, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς· καὶ ἐπλήσθη πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ, καὶ ἀνεφώνησε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος D ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου μου πρὸς μέ;] ἐνεργήσαντος Θεοῦ προφητείας χάριν, ἔσται τις προφήτης· καθ' ἕτερον δὲ τρόπον οὐδαμῶς. ὅτε τοίνυν ὁ ἀσπασμὸς τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας κυοφορούσης ἔτι τὸν Ἰησοῦν, κεκίνηκεν ἐν μήτρᾳ τὸν Ἰωάννην εἰς προφητείαν, πῶς οὐ Θεὸς ὁ Χριστὸς, καὶ ἐν τῇ τῆς παρθένου νηδύϊ κινήσας θεοπρεπῶς εἰς προφητείας δύναμιν τὸν Βαπτιστήν;

Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ. ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου· ὃ ἡτοίμασας κατὰ E πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν· φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ.] ὁ Συμεὼν τὸν Ἰησοῦν εἰς ἀγκάλας λαβὼν, τὰ τοιάδε περὶ αὐτοῦ φησί. πῶς οὖν ἐστι σωτήριον; πῶς δὲ φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, εἰ μὴ Θεός ἐστιν ἀληθῶς, εἷς, καὶ μόνος υἱὸς, ὁ φύσει μὲν ἐκ πατρὸς ὡς λόγος, ἐκ παρθένου δὲ ὁ αὐτὸς κατὰ σάρκα; ποία γὰρ γέγονεν ἀποκάλυψις τοῖς ἔθνεσιν; ἢ ἐπ' αὐτῷ ἔγνωσαν ὅτι Θεός ἐστι, καὶ αὐτῷ λατρεύ-

ANNO CHRISTI 431.

I. PARTIS CAP. IV.

λατρεύσαντες ἔφυγον τὰ ἐγκλήματα τῶν Θεῷ λατρεύειν ἑτέρῳ παρὰ τὸν ἕνα, καὶ φύσει, καὶ ἀληθῶς;

Ἐπιγνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς· τί διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; τί ἐστιν εὐκοπώτερον εἰπεῖν, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου· ἢ εἰπεῖν· ἔγειραι καὶ περιπάτει; ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐξουσίαν ἔχει ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἶπε τῷ παραλυτικῷ· σοὶ λέγω, ἔγειραι, καὶ ἄρας τὸ κλινάριόν σου, πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου.] εἰ μόνος ἡμᾶς ἀπαλλάττει ὁ τῶν ὅλων Θεὸς πλημμελημάτων, ἑτέρῳ πρέποντος τούτου μηδενί· χαρίζεται δὲ καὶ τοῦτο Χριστὸς μετ' ἐξουσίας θεοπρεποῦς, πῶς οὐκ ἂν εἴη Θεός; κέκληται γὰρ υἱὸς ἀνθρώπου, γεννηθεὶς ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα, καίτοι Θεὸς ὢν ὁ λόγος.

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἐθεράπευσε πολλοὺς ἀπὸ νόσων, καὶ μαστίγων, καὶ πνευμάτων πονηρῶν· καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν. καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ εἴδετε καὶ ἠκούσατε· ὅτι τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, πτωχοὶ εὐαγγελίζονται· καὶ μακάριός ἐστιν, ὃς ἂν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.] ἔργοις αὐτοῖς ἐπιδείξας ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς τῶν θεοπρεπῶν μεγαλουργημάτων ἀποτελεστὴν, εἰς ἀνάμνησιν ἀναφέρει τῶν εἰρημένων διὰ φωνῆς προφητῶν περὶ αὐτοῦ. ἔφη τοίνυν ὁ μακάριος Ἡσαΐας· ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα. εἶτα μονονουχὶ καὶ χεῖρα προτείνων καταδείκνυσι τὸν Ἐμμανουὴλ, οὕτω λέγων· ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἰδοὺ κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρείας. ἔφη δὲ καὶ ἐν ἑτέροις, ὅτι τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται. τότε ἁλεῖται χωλὸς ὡς ἔλαφος, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι· ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις· ἡ γὰρ δρόσος ἡ παρὰ σοῦ, ἴαμα αὐτοῖς ἐστιν. ἔφη δὲ πάλιν καὶ ἐκ προσώπου Χριστοῦ· πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. ὅτε τοίνυν τῆς ἐφ' ἑαυτῷ πίστεως τὰς τῶν προφητῶν φωνὰς ποιεῖται σημεῖον, ἤγουν ἀπόδειξιν, Θεὸν δὲ αὐτὸν οἱ προφῆται κηρύττουσι, τίς ὁ τούτοις τὰ ἐναντία φάναι τολμῶν;

Ἐχειμάζοντο, φησὶ, κατὰ τὴν λίμνην οἱ μαθηταί· εἶτα προσελθόντες, διήγειραν αὐτὸν, λέγοντες· ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα. ὁ δὲ διεγερθεὶς, ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος· καὶ ἐπαύσατο, καὶ ἐγένετο γαλήνη.] εἴρηται περὶ Χριστοῦ διὰ φωνῆς τοῦ μακαρίου Δαυίδ· σὺ δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης, καὶ τὸν σάλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ καταπραΰνεις. σοί εἰσιν οἱ οὐρανοὶ, καὶ σή ἐστιν ἡ γῆ, τὴν οἰκουμένην καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς σὺ

A crimina non incidant, in quæ illi incidere solent, qui alteri deo quam uni illi, qui natura & veritate Deus est, serviunt?

Vt cognovit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge & ambula? Vt autem sciatis, quia Filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domam tuam. Si solus universorum dominus a delictis nos expiat, ne in ullum alium istuc convenit, & Christus absque divina auctoritate hoc ipsum præstat; qui fieri potest, ut Deus non existat? Nam etsi Verbum, quod secundum carnem ex muliere natum est, Filii hominis appellatione designetur, nihilominus tamen Deus est. Luc. c. 5. v. 22.

B

In ipsa hora autem multos curavit a languoribus & plagis & spiritibus malis, & cæcis multis donavit visum. Et respondens dixit illis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis: quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur: & beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me. Factis divinorum planeque admirabilium operum patratorem Christus se esse demonstrans, quæ per Prophetæ vocem quondam de se prædicta fuerant, in memoriam reducit. Dixerat enim Isaias: *Confortamini manus remissa, & genua soluta.* Mox vero quasi digito protensave manu Emmanuelem ostendens, ita ait: *Ecce Deus noster, ecce dominus cum fortitudine venit, & brachium cum dominatione.* Dicit idem & alio quoque loco: *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. tunc saliet sicut cervus claudus, & expedita erit lingua balbutientium.* Addit præterea: *Surgent mortui, & resurgent qui in monumentis sunt: nam ros qui a te, ipsis sanitas est.* Rursum idem in persona Christi ita ait: *Spiritus domini super me, cujus causa unxit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem, & cæcis visus apertionem.* Cum ergo prophetarum oracula fidei quæ ipsi debetur, argumentum probationemque adducat, ipsique prophetæ Deum illum esse prædicent, quis his contraria asserere audeat? Luc. c. 7. v. 21. Isai. c. 35. v. 3. Isai. c. 40. v. 10. Isai. c. 35. v. 5. Isai. c. 26. v. 19. Isai. c. 61. v. 1.

C

D

Cum discipuli tempestate in stagno jactarentur, *accedentes suscitarunt eum, dicentes: Præceptor perimus. At ille surgens increpavit ventum & tempestatem aquæ: & cessavit, & facta est tranquillitas.* Davidica voce ejusmodi oraculum de Christo editum erat: *Tu dominaris potestati maris, & motum fluctuum ejus tu mitigas. Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem terrarum & plenitudinem ejus tu fundasti.* Cum in illum igitur, qui maria sedat, omnium rerum dominum esse, proprios cælos possidere, orbem terrarum, ejusdemque plenitudinem posse fundare, proprie conveniat; quis Christum, qui cum auctoritate mari & ventis imperat, verum Deum esse ambigere queat? Luc. c. 8. v. 24. Psalm. 88. v. 10.

E

Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid fe- E cisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse? En quomodo cælestem Patrem, suum ipsius proprium patrem nominat. At siquidem nudus homo erat, cujusmodi nos sumus, & aliud nihil; cur non hac potius oratione usus est: Nescitis quod in his quæ communis omnium Patris sunt, oportet me esse? Verum illum ut proprium sibi vindicat; quia solus secundum divinam naturam ex ipso natus est. Eumdem nihilominus & homo jam factus proprium adhuc naturalemque retinet. — Luc. c. 2. v. 48.

I. PART. CAP. IV. · ANNO CHRISTI 431.

Luc. c. 5. v. 12. *Et factum est, dum esset in una civitatum, & ecce vir plenus lepra: & videns Iesum, & procidens in faciem, rogavit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare.* Miraberis hic Christum divina simul ac corporea virtute operantem: siquidem velle erat divinum, ipsa vero manus protensio, humanum. Vnus itaque ex utroque Filius. Nam etsi Verbum fuerit incarnatum, nihilo tamen secius cum propria carne, virtutem & ipsa propter illud habente, tamquam Deus operabatur.

A Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν μιᾷ τῶν πόλεων, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ πλήρης λέπρας· καὶ ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν, πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ἐδεήθη αὐτοῦ, λέγων· κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, λέγων· θέλω, καθαρίσθητι.] θαυμάσεις ἐν τούτοις θεϊκῶς τε ἅμα καὶ σωματικῶς ἐνεργοῦντα Χριστόν. θεϊκὸν μὲν οὖν τὸ θέλειν, ἀνθρώπινον δὲ τὸ ἐκτεῖναι τὴν χεῖρα. εἷς οὖν ἐξ ἀμφοῖν υἱός. εἰ γὰρ καὶ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, ἀλλ᾽ ὡς Θεὸς ἐνεργεῖ μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἐχούσης αὐτῆς δι᾽ αὐτὸν δύναμιν.

Luc. c. 20. v. 41. Psalm. 109. *Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum esse filium David? & ipse David dicit in libro psalmorum: Dixit dominus domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. David ergo dominum illum vocat, & quomodo filius ejus est?* Audis quo pacto ipsemet Christus (tametsi ex semine David secundum carnem originem trahat) hoc loco Deum, & Filium, & dominum secundum naturam se esse ostendat? Dicit enim: Si Davidis filius est, cur David dominum illum appellat? Sed neque ortum secundum carnem hic ex Davidis semine refutat; neque seipsum rursum secundum naturam dominum esse negat. Verum licet unum ex utroque constare significatum velit, utrumque tamen adesse demonstrat. Vnus itaque est Christus, & verus Filius.

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· πῶς λέγουσι τὸν Χριστὸν
B εἶναι υἱὸν Δαυίδ; αὐτὸς γὰρ ὁ Δαυὶδ λέγει ἐν βιβλίῳ ψαλμῶν· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου· κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Δαυὶδ αὐτὸν κύριον καλεῖ, καὶ πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν;] ἀκούεις ὅπως ἐν τούτοις πειρᾶται δεικνύειν αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ὅτι κἂν εἰ γέγονεν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ὁ λόγος κατὰ τὴν σάρκα, ἀλλ᾽ οὖν ἐστι καὶ οὕτω κατὰ φύσιν κύριος, ὡς υἱὸς καὶ Θεός. εἰ γὰρ δὴ, φησὶν, υἱὸς τοῦ Δαυὶδ, πῶς αὐτὸν ὁ Δαυὶδ κύριον ὀνομάζει; ἀλλ᾽ οὔτε τὴν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ γέννησιν κατὰ σάρκα ἐν τούτοις ἀρνεῖται, οὔτε μὴν ἀποπέμπει τοῦ εἶναι κατὰ φύσιν κύριον ἑαυτόν· προσεῖναι δέ φησιν
C ἀμφότερον, εἰ καὶ ἐξ ἀμφοῖν βούλεται τὸν ἕνα δηλοῦσθαι. εἷς οὖν ἄρα Χριστὸς, καὶ υἱὸς ἀληθῶς.

Quod fides in Christum sit tamquam in Deum.

Ex epistola ad Romanos.

Ὅτι εἰς Χριστὸν ἡ πίστις ὡς εἰς Θεόν.

Ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους.

Rom. c. 1. v. 5. PER *quem accepimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ipsius; in quibus estis & vos vocati Iesu Christi.* Vocatæ sunt gentes per fidem. Qui autem per sanctos apostolos illis annuntiabatur, Christus erat. Ab iis vero qui fidei mysteriis initiabantur, fides exigebatur in Christum, non tamquam in hominem, sed tamquam in Deum. Neque enim dicere fas est, gentes quæ fidem in Christum complectebantur, ex uno errore in alterum transiisse: verum a falsi nominis diis abductas, ad Deum vivum conversas esse. Cum illi ergo ad obediendum fidei pro Christi nomine apostolatum se accepisse profiteantur, quomodo Christus non est Deus, cum fides habeatur in illum tamquam in Deum?

ΔΙ᾽ οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. ἐν οἷς ἐστὲ καὶ ὑμεῖς κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ.] κέκληνται τὰ ἔθνη διὰ τῆς πίστεως· καὶ ἦν ὁ Χριστὸς διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὁ παρ᾽ αὐτοῖς κηρυττόμενος· ἐπράττετο δὲ
D παρὰ τῶν μυσταγωγουμένων ἡ πίστις οὐχ ὡς εἰς ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ ὡς εἰς Θεόν. οὐ γάρ που φαμὲν ἐκ πλάνης εἰς πλάνην κεκλῆσθαι τὰ ἔθνη, τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν παραδεξάμενα· καταλελοιπότα δὲ μᾶλλον τοὺς ψευδωνύμους Θεοὺς, ἐπιστρέψαι λοιπὸν ἐπὶ Θεὸν ζῶντα. ὅτε τοίνυν ἀποστολὴν εἰληφέναι φασὶν οἱ μυσταγωγοὶ εἰς ὑπακοὴν πίστεως ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, πῶς οὐκ ἂν εἴη Θεὸς, εἴπερ εἰς αὐτὸν ἡ πίστις, ὡς εἰς Θεόν;

Ibid. v. 9. *Testis est mihi Deus, cui servio in spiritu meo, in evangelio Filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.* Qui Deo serviunt, non serviunt Christo tamquam alteri Deo. Vnde & illius quoque evangelium esse perhibetur. Annuntiatur enim mundo ut Deus, cum pater sit Deus natura, principatumque in omnes obtineat. Deus igitur est Christus, per quem & in quo ipse quoque Pater ut Deus annuntiatur; cultuque & veneratione ab omnibus afficitur.

Μάρτυρ γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν
E τῷ πνεύματί μου, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου.] οἱ Θεῷ λατρεύοντες, οὐχ ὡς Θεῷ παρ᾽ αὐτὸν ἑτέρῳ λατρεύουσι τῷ Χριστῷ. αὐτοῦ δέ φησι καὶ τὸ εὐαγγέλιον. κηρύττεται γὰρ αὐτὸς ὡς Θεὸς τῷ κόσμῳ, καίτοι Θεοῦ κατὰ φύσιν ὄντος τοῦ πατρὸς, καὶ κατάρχοντος τῶν ὅλων. Θεὸς οὖν ἄρα Χριστὸς, ὁ δι᾽ οὗ καὶ ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ ὡς Θεὸς καταγγέλλεται, καὶ τῇ παρὰ πάντων τιμᾶται λατρείᾳ.

ANNO CHRISTI 431.

A Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς Θεὸν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, δι' οὗ νῦν καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ.] ὡς εἰς Θεὸν πιστεύοντες δικαιούμεθα. εἰ δὲ εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἡ πίστις, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν. συνήφθημεν γὰρ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, συνεγείραντος ὥσπερ ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ· πῶς οὐ Θεός ἐστι, εἰ γέγονεν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ τὸ κατὰ σάρκα κατὰ τὰς γραφάς;

Καθὼς γέγραπται, φησίν· ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου· καὶ πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται.] B Συμεὼν ὁ δίκαιος ὅτε τὸ θεῖον εἰς ἀγκάλας ἐδέξατο βρέφος, ἔφη πρὸς τὸν Θεόν· Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν. καὶ τὰ ἑξῆς. προσετίθη δὲ τούτοις· ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. ὁ αὐτὸς ἄρα ἐστὶν ὁ τοῦ προσκόμματος λίθος, καὶ ἡ πέτρα τοῦ σκανδάλου. καὶ προσπταίοντες μὲν αὐτῷ διὰ τῆς ἀπειθείας, συνετρίβησάν τινες· C διέφυγον δὲ τὸ καταισχυνθῆναι οἱ τὴν πρὸς αὐτὸν πίστιν προσηκάμενοι. ἆρ' οὖν ὡς εἰς ἄνθρωπον πεπιστεύκαμεν, ἢ ὡς εἰς Θεόν; ὡς εἰς Θεὸν δηλονότι· Θεὸς οὖν ἄρα Χριστός· ἐπ' αὐτῷ γὰρ ὁ δίκαιος Συμεὼν τὰς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένας ἔφη φωνάς.

Περὶ τῶν Ἰουδαίων φησίν· ἀγνοοῦντες γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν καὶ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν ζητοῦντες στῆσαι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν. τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς, εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι.] εἰ τέλος νόμου Χριστὸς, καὶ αὐτός ἐστιν ἡ δικαιοσύνη, δικαιῶν διὰ πίστεως τῆς εἰς αὐτόν· μόνῳ δὲ ὡς ἴδιον ἀνακείσεται τὸ δικαιοῦν δύνασθαι τῷ Θεῷ· πῶς οὐ D Θεὸς ὁ Χριστός;

Ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη οὕτω λέγει· μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τουτέστι Χριστὸν καταγαγεῖν. ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. ἀλλὰ τί λέγει; ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου. τουτέστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν· ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ τῶν νεκρῶν, σωθήσῃ. καρδίᾳ μὲν γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. E λέγει γὰρ ἡ γραφή· πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ καταισχυνθήσεται.] εἰ σύμπασιν ἡμῖν ὁ τῆς πίστεως ὅρος, καὶ τῆς ὁμολογίας ἡ δύναμις εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ περιΐσταται πρόσωπον, καὶ ὁμολογοῦντες αὐτοῦ τὸν θάνατον καὶ τὴν ἀνάστασιν, ὡς εἰς Θεὸν πεπιστευκότες δικαιούμεθα, τίς ὁ φάναι Θεὸν οὐκ εἶναι τολμῶν αὐτόν; εἴπερ ἐστὶ κεφάλαιον τῆς ἁπάντων σωτηρίας, θύρα τε καὶ ὁδὸς, τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ἡ ὁμολογία. δι' αὐτοῦ γὰρ καὶ ἐν αὐτῷ καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ ἐπιγινώσκεται πρὸς ἡμῶν.

I. PARTIS CAP. IV.

Iustificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ Dei. (Rom. c. 5. v. 1.) Si in Deum credentes, vere justificamur, fideque in Christum Iesum tendimus, ac per illum ad Patrem tandem pervenimus (Christo namque nos simul excitante, Deo & Patri conjungimur,) quomodo Deus non est, etiam si juxta Scripturas ex semine David secundum carnem factus est? (Rom. 1.)

Sicut scriptum est: Ecce, inquit, *pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis qui credit in eum, non confundetur.* (Rom. c. 9. v. 32.) Iustus Simeon cum divinum illum puerum inter ulnas suscepisset, ita Deum affatus est: *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum.* & quæ sequuntur. (Luc. c. 2. v. 29.) Subjungit deinde: *Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.* (Ibid. v. 34.) Idem ergo est lapis offensionis, & petra scandali. Et quidem nonnulli propter infidelitatem in ipsum impegerunt, & contriti sunt; reliqui vero, qui nimirum fidem in illum complexi sunt, confusionem evaserunt. Numquid ergo in illum tamquam in hominem credimus, an vero tamquam in Deum? Vtique tamquam in Deum. Deus itaque est Christus. de ipso enim justus Simeon adductas paulo antè voces depromebat.

De Iudæis dicit: *Ignorantes enim potentiam & justitiam Dei, & suam statuere quærentes, justitiæ Dei non sunt subjecti. Finis enim legis Christus, ad justitiam omni credenti.* (Rom. c. 10. v. 3.) Si Christus finis legis est, idemque est justitia, qui justificat per fidem in ipsum, justificandique facultas in solum Deum conveniat tamquam quiddam ipsi peculiare, quonam modo Christus non est Deus?

Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in cælum? id est Christum deducere. aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum a mortuis revocare. Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod prædicamus: quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod Deus suscitavit illum a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Dicit enim Scriptura: Omnis qui credit in illum, non confundetur. (Ibid. v. 6. Deut. 30. Isai. 28. v. 16.) Si Christi persona universæ fidei nostræ terminus, & confessionis virtus præfigitur, mortemque illius & resurrectionem confitentes, veluti in Deum credentes, justificamur; quis dicere audeat, ipsum deitatis exortem esse? siquidem est summa & caput salutis omnium, ostiumque & via, fidei in ipsum confessio. Per ipsum namque & in ipso ipse quoque Pater a nobis cognoscitur.

I. PARTIS CAP. IV.

Rom. c. 16. v. 25. *Ei autem qui potens est confirmare vos juxta* A *evangelium meum, & prædicationem Iesu Christi, secundum revelationem mysterii temporibus æternis taciti (quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum, secundum præceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei) in cunctis gentibus cogniti, soli sapienti Deo, per Iesum Christum; cui honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.* En hic diserte affirmat evangelium, ejusdemque prædicationem ad ipsum Christum pertinuisse: tum occultum illud de ipso eodem mysterium æternis temporibus tacitum, nunc demum ad fidei obeditionem in omnibus gentibus patefactum B prædicat. Nam gentes falsorum deorum cultu liberatæ, veramque veri naturalisque Dei notitiam adeptæ, ad Christum sunt conversæ. Quod si per Iesum Christum Deus palam est agnitus, quomodo Christi mysterium non est magnum? Quod si is animo concipiatur ut homo quispiam nulla ex parte nostri dissimilis, & non ut Deus homo factus; haud magnæ sane sapientiæ sacramentum illud fuerit.

Rom. c. 15. v. 8. *Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia honorare Deum. Scriptum est* Genes. 15. Rom. 4. *enim: Credidit Abraham Deo, & reputatum* C *est illi ad justitiam.* Dictum est rursum ad illum: Genes. 12. v. 3. *In te benedicentur omnes tribus terræ.* id quod Paulus hac nobis sententia exponit: Rom c 4. v. 13. *Non enim per legem, ait, promissio Abrahæ, ut ipse heres esset mundi, sed per justitiam fidei.* & rursum: Galat. c. 3. v. 9. *Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.* Si Dei ergo promissiones per fidem patribus obvenerunt, Christus vero minister factus est, hoc est mediator, ad firmandas promissiones patribus a Deo factas, nempe justificationem, quæ per fidem obtinetur; (factus est autem Christus minister, hoc est mediator, non ut al- D teri fidem conciliaret, sed ut sibiipsi & Patri per seipsum) cui dubium esse potest, quin verus secundum naturam Deus existat? Nam ut beatus Abraham justificatus est in Deum credens; ita gentes quoque justificabuntur in ipso, si vestigiis illius innixæ, in Deum, hoc est in Christum crediderint.

Ex priori ad Corinthios.

1. Cor. c. 6. v. 11. ET *hæc quidam fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.* Cum in nomine Christi justificemur, eumque fide ut Deum veneremur, ejusdemque Spiritu locuple- E temur, quomodo non erit Deus Christus?

Ex posteriori ad Corinthios.

2. Cor. c. 11. v. 4. NAM *si is qui venit, alium Iesum prædicat, quem non prædicavimus; aut alium spiritum accipitis; quem non accepistis; aut aliud evangelium, quod non recepistis, recte pateremini.* Ante Dei Verbum incarnatum nullus compertus est, qui aut Iesum, aut Christum illud nominaret; nisi quispiam forsan futurorum præscius olim, cum nimirum caro factum esset, hoc nomine appellatum iri prædixerit.

Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου. φανερωθέντος δὲ νῦν διά τε γραφῶν προφητικῶν κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ, εἰς *ὑπακοὴν πίστεως, εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος· μόνῳ σοφῷ Θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.] ἰδοὺ δὴ σαφῶς τὸ εὐαγγέλιον καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ φησιν εἶναι· καὶ κεκρύφθαι μὲν τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον, καὶ σεσιγῆσθαι χρόνοις αἰωνίοις, ἀποκαλυφθῆναι δὲ νῦν εἰς ὑπακοὴν πίστεως εἰς πάντα τὰ ἔθνη. ἐστράφη γὰρ εἰς Χριστὸν τὰ ἔθνη τῆς ψευδωνύμου λατρείας ἐξῃρημένα, καὶ ὡς Θεὸν αὐτὸν ἐπεγνωκότα τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς. καὶ εἰ σαφῶς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγνώσθη Θεὸς, πῶς οὐ μέγα τὸ Χριστοῦ μυστήριον; εἰ δὲ νοεῖται καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος ἁπλῶς, καὶ οὐχὶ δὲ μᾶλλον Θεὸς ἐνανθρωπηκὼς, οὐκέτι σοφὸν τὸ μυστήριον.

* ἐπιταγήν

Λέγω γὰρ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων· τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν Θεόν. γέγραπται γάρ· ὅτι ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην· εἴρηται δὲ πρὸς αὐτόν· ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. ὃ δὴ καὶ σαφὲς ἡμῖν ἐποίει λέγων ὁ Παῦλος· οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ, εἰς τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης καὶ πίστεως. καὶ πάλιν· ὥστε οἱ ἐκ πίστεως εὐλογοῦνται σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ.] οὐκοῦν εἰ ἐκ πίστεως αἱ ἐπαγγελίαι δίδονται τοῖς πατράσι παρὰ Θεοῦ, γέγονε τοίνυν διάκονος ὁ Χριστὸς, τουτέστι μεσίτης, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τὰς τοῖς πατράσι δοθείσας παρὰ Θεοῦ, τουτέστι τὴν διὰ πίστεως δικαίωσιν. γέγονε τοίνυν διάκονος ὁ Χριστὸς, τουτέστι μεσίτης, οὐχ ὡς ἑτέρῳ τὴν πίστιν πραγματευόμενος, ἀλλ' ὡς ἑαυτῷ μᾶλλον καὶ δι' ἑαυτοῦ τῷ πατρί· Θεὸς ἄρα κατὰ φύσιν ἐστί. δεδικαίωται γὰρ ὁ μακάριος Ἀβραὰμ πεπιστευκὼς εἰς Θεόν. οὕτω δὲ καὶ τὰ ἔθνη δικαιωθεῖεν ἂν ἐν αὐτῷ, τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ κατακολουθήσαντα, καὶ ἐν Θεῷ πιστεύοντα, τουτέστι Χριστῷ.

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους προτέρας.

ΚΑΙ ταῦτά τινες ἦτε· ἀλλ' ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.] εἰ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ δικαιούμεθα, ὡς Θεὸν τῇ πίστει τιμήσαντες, καὶ τὸ αὐτοῦ πνεῦμα δεχόμενοι, πῶς οὐ Θεὸς ὁ Χριστός;

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους β'.

ΕΙ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἕτερον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν· ἢ πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, παρ' ὃ ἐλάβετε· ἢ εὐαγγέλιον ἕτερον, παρ' ὃ ἐδέξασθε, καλῶς ἠνείχεσθε.] πρὸ τῶν τῆς ἐνανθρωπήσεως καιρῶν οὐδεὶς ὀνομάσας εὑρίσκεται τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, Ἰησοῦν ἢ Χριστόν· εἰ μὴ ἄρα κατὰ πρόγνωσιν ὀνομασθησόμενον τοῦτο κατὰ καιροὺς, ὅτε καὶ γέγονε σάρξ.

ὄνομα

ANNO CHRISTI 431.

I. PARTIS CAP. IV.

ὄνομα τοίνυν καινὸν αὐτῷ τὸ, Ἰησοῦς, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ὡς Θεὸς κηρύσσεται, καὶ εἷς ἄν. οὐ γὰρ ἕτερός τις παρ᾽ αὐτὸν, ὃν δύναιντο κηρύξαι τινές· εὖ ἂν ἔχοι, καὶ Θεῷ λατρεύομεν. εἰ δὲ μεῖζον αὐτῷ τὸ τῆς ἀνθρωπότητός ἐστι μόνον, καὶ ψιλῇ προσώπων ἑνώσει τετίμηται· κεκένωται τῆς πίστεως ἡμῶν ὁ λόγος, ἀνθρώπῳ προσάγων ἡμᾶς καὶ οὐ Θεῷ. ἀλλὰ τοῦτο δυσσεβές. Θεὸς ἄρα Χριστὸς, καὶ υἱὸς, ὡς τοῦ Θεοῦ λόγου σαρκὸς γεγονότος.

A Nomen hoc itaque Iesus, simulatque factum est homo, novum impositum est illi. At vero si ut Deus orbi annuntiatur, & unus nihilominus est (neque enim est alius præter illum, qui annuntiari possit) bene res habet. Deo enim servire invenimur. Quod si vero solæ humanæ naturæ conditiones in illum conveniunt, nec aliam ob causam, quam propter nudam illam simplicemque personarum societatem colitur; inanis profecto est fidei nostræ ratio, ut quæ non Deo nos conjungat, sed homini. Atqui hæc doctrina est plane impia. Deus itaque Christus, & Filius; cum Verbum sit caro factum.

Ἐκ τῆς πρὸς Γαλάτας.

ΘΑΥΜΑΖΩ, ὅτι οὕτω ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ, εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον· ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο· εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, καὶ θέλοντες μεταστρέψαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμῖν παρ᾽ ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.] εἰ ἓν ἐστιν εὐαγγέλιον τὸ λαληθὲν ἁπάσῃ τῇ ὑπ᾽ οὐρανὸν διὰ τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν, τοῦτο δέ ἐστιν ἡ πίστις ἡ εἰς Χριστόν. πῶς οὐ Θεὸς εἴη ἂν ἀληθὴς, εἴπερ ἐστὶν ἀναγκαῖον ὁμολογεῖν, ὡς ἐκ τῆς ἀρχαίας πλάνης κεκλήμεθα πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος Θεοῦ; θαρσεῖ δὲ τοσοῦτον ὁ μακάριος Παῦλος, ὡς καὶ ἀγγέλοις ἀναθεματίζειν, εἰ δὴ μεταστρέψαιεν τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.

Galat. c.1. v.6.

B MIROR, *quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud evangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos perturbant, & convertere volunt evangelium Christi. Sed licet nos, aut angelus de cælo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Si unum tantum est evangelium, in universo terrarum orbe per sacros mysteriorum doctores deprædicatum, hoc autem est fides in Christum; quomodo hoc non est verus Deus? Negari enim nullo modo potest, ab antiquo errore ad veri naturalisque Dei agnitionem translatos nos esse. Tanta autem est C beati Pauli fiducia, ut ipsos etiam angelos anathemati subjicere non dubitet, si forte Christi evangelium pervertere tentaverint.

Ὅτε δὲ ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοὶ, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, οὐδὲ ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποστόλους.] τῷ γὰρ ἅπαξ τὴν ἐκ Θεοῦ λαχόντι μυσταγωγίαν καὶ ἀποκάλυψιν, οὐκ ἔδει τῆς ἐξ ἀνθρώπων παιδαγωγίας. πλὴν ἐκεῖνό φαμεν. τίνα ἀπεκάλυψεν ὁ πατὴρ τῷ μακαρίῳ Παύλῳ; ἢ τίνα προστέταχεν ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι; ἆρα Θεὸν λόγον, καὶ υἱὸν μονογενῆ οὐχ ἑνωθέντα σαρκὶ, καὶ γενόμενον ἄνθρωπον οἰκονομικῶς; εἶτα πῶς τοῦτό ἐστιν ἀληθές; διεκήρυξε γὰρ ἄνθρωπόν τε ὁμοῦ καὶ Θεὸν τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα, λέγων υἱὸν καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.

Ibid. v. 15.

Cum autem placuit illi, qui me segregavit ex utero matris meæ, ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus, continuo non acquievi carni & sanguini; neque veni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos. Sane qui a Deo divinorum mysteriorum doctrinam & revelationem hauserat, is humana institutione neutiquam indigebat. Verum istud interim adversarios interrogaverim, qualemnam cælestis Pater beato D Paulo patefecerit, qualemve, gentibus annuntiandum mandaverit. Numquid Dei Verbum carni non unitum? aut unigenitum, hominem secundum divinam dispensationem non factum? Absit ut hæc ita se habeant. Annuntiavit enim eumdem Deum simul & hominem, vocans Filium & dominum Iesum Christum.

Εἰδότες δὲ ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Χριστοῦ· καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίστεως Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου.] εἰ τὸ πιστεῦσαι Θεῷ μισθὸν ἔχει τὴν δικαίωσιν· δεδικαίωνται γὰρ οὕτω καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν· γέγραπται γὰρ, ὅτι ἐπίστευσεν Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην ἡ πίστις· πῶς οὐ Θεὸς ὁ Ἐμμανουὴλ, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς εἰς αὐτὸν πιστεύοντες δικαιούμεθα;

Galat. c. 2. v.16.

Scientes autem quod non justificatur homo ex operibus legis; nisi per fidem Iesu Christi; & nos in Christo Iesu credidimus, ut justificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Si in Deum credere, justificationis mercede pensatur, (hac enim via majores no E stri justificati sunt. scriptum est namque: *Credidit Abraham Deo, & reputata est ei fides ad justitiam*) quomodo Emmanuel non est Deus, si quidem verum est, quod in ipsum credentes justificamur?

Rom. c. 4. v.3.

Ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους.

ΕΝ ᾧ ἀκούσαντες καὶ ὑμεῖς τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν, ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ, ὅς ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν, εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς ἔπαινον

Ex epistola ad Ephesios.

Ephes. c.1. v.13.

I*N quo & vos, cum audissetis verbum veritatis (evangelium salutis vestræ) in quo & credentes signa estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem glo-*

I. PARTIS CAP. IV. — ANNO CHRISTI 431.

riæ ipsius. Plura simul hic proponuntur, ex A quibus colligere licet Christum verum esse Deum; atque adeo omnium fidem in ipsum non ferri tamquam in hominem nostri similem, sed tamquam in unum dominum, & Filium, & Deum. Primo namque ipse salutis nostræ evangelium existit, in quem proinde fides nostra tendat tamquam in Deum. subjungitur mox fidei quoque præmium, puta promissionis Spiritus, qui nostræ hereditatis arrhabo est. denique ad laudem gloriæ Christi redempti perhibemur. Redemit autem nos non ut vulgaris homo, sed ut Deus nostri causa incarnatus. Ad hunc enim modum in laudem gloriæ illius ce- B dimus.

δόξης αὐτοῦ.] πολλὰ κατὰ ταυτὸ ἐν ταῖς τῶν προκειμένων ἐννοίαις κατίδοι τις ἄν, δι' ὧν ἔνεστι μαθεῖν ὅτι Θεὸς ἀληθὴς ὁ Χριστὸς, ἡ καὶ παρὰ πάντων πίστις εἰς αὐτὸν οὐχ ὡς εἰς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς εἰς ἕνα κύριον, καὶ υἱὸν, καὶ Θεόν. πρῶτον μὲν γὰρ αὐτός ἐστι τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ἐν ᾧ καὶ ἡ πίστις, ὡς εἰς Θεὸν δηλονότι. ἀκολουθεῖ δὲ τὸ τῆς πίστεως γέρας, τουτέστι τὸ πνεῦμα τῆς ἐπαγγελίας, ὅ τῆς κληρονομίας ἡμῶν ἀῤῥαβών. ἐκλελυτρώμεθα γὰρ εἰς ἔπαινον δόξης Χριστοῦ. σέσωκε γὰρ ἡμᾶς οὐχ ὡς ἄνθρωπος κοινὸς, ἀλλ' ὡς Θεὸς ἐν σαρκὶ γεγονὼς δι' ἡμᾶς. οὕτω γὰρ εἰς ἔπαινον ἐσόμεθα τῆς δόξης αὐτοῦ.

Ephes. c. 3. v. 1. *Hujus rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu pro vobis gentibus, si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis: quoniam secundum revelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in brevi; prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi.* Qua prudentia, quave divina opus erat patefactione ad mysterium hoc Christi perspiciendum, si quidem per se homo tantum est, a Dei Verbo omnino sejunctus, nuda personarum unione cohonestatus? Quid enim abstrusum C habet, aut quæ difficultas est de vulgari quopiam, nostrique simili homine intelligere quod sit homo? At vere profundum, planeque magnum est hoc sacramentum, si Deus Verbum nobis simile factum ponatur. Cum igitur eximia mentis intelligentia ornati, divinaque revelatione illustrati, mysterium Christi veluti divinum quoddam secretum nobis tradiderint, fidesque in illum tamquam in Deum tendat, quomodo Christus non est Deus?

Τούτου χάριν ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν, εἴ γε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς, ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνωρίσθη μοι τὸ μυστήριον, καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ. πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ.] ποία συνέσεως χρεία, καὶ ἀποκαλύψεως τῆς παρὰ Θεοῦ πρὸς τὸ γνωρισθῆναι τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, εἴπερ ἐστὶν ἄνθρωπος ἰδικῶς, καὶ ὁλοτρόπως κεχωρισμένος τοῦ Θεοῦ λόγου, ψιλῇ προσώπων ἑνώσει τετιμημένος; τί γὰρ ἔχει τὸ κεκρυμμένον, ἢ ποῖον ὅλως τὸ δυσχερὲς, τὸ νοῆσαι τυχὸν περὶ ἑνὸς τοῦ καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπου, ὅτι ἄνθρωπός ἐστι; βαθὺ δὲ καὶ μέγα τὸ μυστήριον, εἰ καθ' ἡμᾶς γενέσθαι λέγοιτο Θεὸς ὑπάρχων ὁ λόγος. ὅτε τοίνυν οἱ βαθεῖς εἰς σύνεσιν, καὶ τὴν θείαν ἀποκάλυψιν ἐσχηκότες, ὡς θεῖον ἡμῖν μυστήριον παραδεδώκασι τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ εἰς αὐτὸν ἡ πίστις, ὡς Θεὸν δηλονότι, πῶς οὐκ ἂν εἴη Θεός;

Ibid. v. 8. Aliud huic simile, & eamdem habens sententiam. *Mihi omnium sanctorum minimo* D *data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo, qui omnia creavit.*

Ἄλλο τούτῳ προσεοικὸς, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχον διάνοιαν. ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων τῶν ἁγίων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ, καὶ φωτίσαι πάντας τίς ἡ οἰκονομία μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ Θεῷ, τῷ τὰ πάντα κτίσαντι.

Ephes. c. 5. v. 25. *Viri*, inquit, *diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ.* Ecquid aliud, obsecro, verbum est, per quod corpore aqua munda abluto purgamur, quam illud ipsum, de quo beatus Paulus alio loco ita scribit:

Rom. c. 10. v. 8. *Hoc est verbum fidei quod prædicamus: quia si* E *confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod Deum illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem.* Si itaque Christum profitentes per fidem salvamur, verbumque fidei de illo prædicatum complexi purgamur & sanctificamur; quomodo is verus Deus non est?

Οἱ ἄνδρες, φησὶν, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς, ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ, καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι.] ποῖον ἄρα ἐστὶ τὸ ῥῆμα ἐν ᾧ κεκαθάρμεθα, ἀπολουσάμενοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ; ἢ πάντως ἐκεῖνο, περὶ οὗ φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν· ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.] οὐκοῦν εἰ Χριστὸν ὁμολογοῦντες ἐν πίστει σωζόμεθα, πῶς οὐ Θεὸς ἀληθής ἐστιν, εἰς ὃν τὸ τῆς πίστεως εἰ γένοιτο ῥῆμα, κεκαθάρμεθά τε καὶ ἡγιάσμεθα;

Ex epistola ad Philippenses.

Philipp. c. 1. v. 18. QUID *enim?* (inquit.) *Dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur.* Numquid ut homo divina gratia ornatus mundo annuntietur? Atqui

Ἐκ τῆς πρὸς Φιλιππησίους.

ΤΙ γάρ; φησί. πλὴν ὅτι παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, Χριστὸς καταγγέλλεται.] ἆρ' οὖν ὡς ἄνθρωπος τετιμημένος χάριτι, τῷ κόσμῳ κηρύσσεται; καίτοι

Θεὸ

Θεὸν ὁ κόσμος ἐπέγνω Χριστὸν, τῇ πίστει τετιμηκώς. πῶς οὖν οὐ Θεὸς, ὁ ἐν δόξῃ θεότητος τῷ κόσμῳ καταγγελλόμενος;

A mundus Christum per fidem colens, ad Dei agnitionem adductus est. Quomodo is ergo Deus non est, qui in divinæ majestatis gloria mundo prædicatus est?

Συναθλοῦντες, φησὶ, τῇ πίστει τοῦ εὐαγγελίου, καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων· ἥτις αὐτοῖς μέν ἐστιν ἔνδειξις ἀπωλείας, ὑμῖν δὲ σωτηρίας, καὶ τοῦτο ἀπὸ Θεοῦ. ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν.] εἰ ἐν χάριτος μέρει δεχόμεθα παρὰ Θεοῦ τὸ πιστεύειν ἐν Χριστῷ, οὐ πεπλανήμεθα δὲ διὰ τοῦτο μᾶλλον, ἀλλ' ἐγνώκαμεν τὸν φύσει τε καὶ ἀ- B ληθῶς ὄντα Θεὸν, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις, ὅτι Θεὸς ὁ Χριστός;

Collaborantes fidei evangelii: & in nullo terreamini ab adversariis: quæ illis causa perditionis est, vobis autem salutis; & hoc a Deo: quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini. Si hoc a Deo in gratiæ loco accipimus, quod in Christum credimus, neque per hoc in errorem abducimur, sed in ejus potius cognitionem adducimur, qui verus secundum naturam Deus est; quomodo Christum Deum esse, ambigere quis queat? Ibid. v. 28.

Ἐκ τῆς πρὸς Τιμόθεον ά.

ΠΙΣΤΟΣ ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξῃ Χριστὸς Ἰησοῦς τὴν ἅπασαν μακροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον.] εἰ ἁμαρτωλοὺς σώζει Χριστὸς, καὶ μακροθυμεῖ τοῖς πλημμελήμασι, δεχόμενος αὐτῶν τὴν μετάγνωσιν· καὶ πᾶσα ἡμῶν ἡ πίστις ἐπ' αὐτῷ, καὶ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως τὴν C ζωὴν τὴν αἰώνιον κεκερδήκαμεν· πῶς οὐ Θεὸς εἴη ἄν; ὅτι καὶ μόνῳ Θεῷ πρέποι ἂν εἰκότως τὸ καὶ σώζειν δύνασθαι τὸν κόσμον, ἤτοι τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ μακροθυμεῖν τοῖς ἁμαρτάνουσι, καὶ ζωοποιεῖν διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς ἑαυτόν.

Ex priori ad Timotheum.

FIDELIS *sermo, & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere; quorum primus ego sum: sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam.* Si Christus Iesus peccatores salvat, patienterque delicta tolerat, illorum pœnitentiam expectans; si tota fides nostra in ipsum fertur, & per fidem denique, quæ est in ipsum, vitam æternam adipiscimur; quomodo non est Deus? quandoquidem mundum, hoc est, eos qui in mundo hoc degunt, posse salvare, longanimiter adhæc peccatores ferre, vitam postremo per fidem in illum impertiri; id merito in solum Deum convenire oportet. 1. Tim. c. 1. v. 15.

Καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ.] τίς ὁ ἐν σαρκὶ φανερωθείς; ἢ δῆλον ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος; οὕτω γὰρ ἔσται μέγα τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Θεὸς ἐφανερώ- D θη ἐν σαρκὶ, ὤφθη δὲ ἀγγέλοις ἀναβαίνων εἰς οὐρανούς· ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσι διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐπιστεύθη δὲ ἐν κόσμῳ· καὶ ἔτι που φαμὲν, ὅτι καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς Θεὸς ἐν σαρκὶ καὶ καθ' ἡμᾶς γεγονώς. ἀνελήφθη δὲ καὶ ἐν δόξῃ, ἵνα λέγοντος ἀκούσῃ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός· κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Quis is, quæso, est, qui in carne manifestatus est? An non modis omnibus perspicuum est, non alium esse, quam ipsummet Dei Patris Verbum? Hinc namque magnum illud pietatis mysterium perspicitur. Hic autem ab angelis visus est, cum in cælum susceptus est: prædicatus porro gentibus est per sanctos apostolos: creditus autem est in mundo. Sed numquid istud velut homo absolute ut nos? Nequaquam, verum ut Deus in carne, nobisq; similis effectus. Assumptus tandem est in gloria, quo Deum & Patrem dicentem audiat: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* 1. Tim. c. 3. v. 16. Psalm. 106.

Ἐκ τῆς πρὸς Τίτον.

ΠΙΣΤΟΣ ὁ λόγος· καὶ περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι, ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι οἱ πεπιστευκότες τῷ Θεῷ.] ἆρ' οὖν οἱ Θεῷ πιστεύοντες, οὐκ εἰς Χριστὸν πεπιστεύκασι; καίτοι λέγων ὁρᾶται σαφῶς ὁ μακάριος Ἰωάννης περὶ αὐτοῦ· ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ μακάριος Παῦλος· εἰδότες δὲ ὅτι δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐν αὐτῷ. ὅτε τοίνυν Θεῷ πιστεύουσιν οἱ Χριστῷ τὴν πίστιν προσάγοντες, πῶς οὐκ ἂν εἴη Θεὸς ἀληθής;

E Ex epistola ad Titum.

FIDELIS *sermo est: & de his volo te confirmare; ut curent bonis operibus præesse qui credunt Deo.* Numquid qui in Deum credunt, in Christum non credunt? Atqui beatus Ioannes hæc de illo diserte exponit: *Quotquot*, inquit, *receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus.* Subscribit his & ipse beatus Paulus quoque. ait enim: *Scientes quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi; & nos in Christo Iesu credidimus, ut justificemur in ipso.* Cum igitur qui Christo fidem offerunt, in Deum credant; quomodo Christus non est verus Deus? Tit. 3. v. 8. Ioan. c. 1. v. 12. Galat. 2. v. 16.

I PARTIS CAP. IV. — A — ANNO CHRISTI 431.

Quod fides sit in Christum.

Ex evangelio secundum Ioannem.

Ioan. c. 1. v. 12. QUOTQUOT *autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus.* Duo quæ in Deum quadrant, conjunctim hic ponit: non enim alia ratione Christum complectimur, quam quod fide in illum tendimus, hoc vero declarat, dum ait: his qui credunt in nomine ejus. credimus autem in nomine ejus, non vulgarem, nostrique similem hominem rati, sed Deum incarnatum. Rursum quod potestatem dat filios Dei fieri, non humanarum B virium est, sed divinæ naturæ opus, quiddamque universa creatura sublimius. Cum fides ergo in ipsum Christum tendat, idemque det gratiam ut filii Dei efficiamur, quomodo non est Deus?

Ioan. c. 2. v. 11. *Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestavit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli ejus.* Signo peracto, Christique gloria manifestata, in quem, quæso, beati illi discipuli crediderunt? numquid in hominem simpliciter sanctum? Atqui ante signum editum illum sequebantur tamquam virum sanctum admirati. Ex signo itaque potestatem humana majorem illi adesse C animadverterunt: quare in illum tamquam in Deum crediderunt. Constat per multos sanctos multa stupenda edidisse, propter quæ etiam in magna admiratione erant: at nullus interim repertus est, qui in illos crederet. Ejusdem pene sententiæ est & illud quoque: Ibid. v. 23. *Cum autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa ejus quæ faciebat.*

Ioan. c. 3. v. 17. *Non enim misit Deus Filium suum in mundum ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non judicatur: qui autem non credit, jam judicatus est;* D *quia non credidit in nomine unigeniti Filii Dei.* Si via ad salutem est fides in Filium, quomodo in ipsum credimus? aut quomodo in ipsum credentes condemnationis sententiam evademus? Numquid illum fide ut hominem complectimur? nec quidquam omnino nisi humanum de illo concipimus? At quo pacto si hoc fecerimus, divinum cultum homini impendisse non arguemur? Fidene ergo in illum ferimur tamquam in Deum? Sane. Quis illum ergo, cujus fides terrarum orbem justificat, verum Deum esse inficiari audeat?

Ioan. c. 4. v. 53. *Cognovit ergo pater quia illa hora erat, in qua dixit illi Iesus, Filius tuus vivit: & credidit ipse, & domus ejus tota.* Revocat reguli E filium a mortis vestibulo Christus, affatusque patrem: Vade, inquit, filius tuus vivit, Credidit mox ille, & tota familia cum illo. Sed numquid ob insignem hanc, adeoque divinam potentiam regulus in illum credidit tamquam in hominem? an vero verum naturalemque Deum esse agnovit, qui uti dominus quoscumque sibi visum esset, vel solo verbo vitæ restituere posset? Sed obscurum non est, haud aliter in eum credidisse, quam in verum Deum.

Ioan. 5. v. 24. *Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam.* Deus Pater Filium suum

Ὅτι εἰς Χριστὸν ἡ πίστις.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου.

ΟΣΟΙ δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ.] δύο κατὰ ταυτὸν τίθησι θεοπρεπῆ· παραλαμβάνεται γὰρ οὐχ ἑτέρως παρ' ἡμῶν ὁ Χριστός. πλὴν ὅτι δὲ εἰς αὐτὸν πίστις, σαφηνιεῖ τὸ προκείμενον· τοῖς γὰρ πιστεύουσι, φησὶν, εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. πιστεύομεν δὲ εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, οὐκ ἄνθρωπον εἶναι κοινὸν καὶ ἕνα τῶν B καθ' ἡμᾶς πιστεύοντες, ἀλλὰ Θεὸν ἐνηνθρωπηκότα. οὐκ ἀνθρώπινον δὲ τὸ ἐξουσίαν διδόναι τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, θεοπρεπὲς δὲ μᾶλλον καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν. ὅτε τοίνυν εἰς αὐτὸν ἡ πίστις, καὶ αὐτὸς δίδωσι τῆς υἱοθεσίας τὴν χάριν, πῶς οὐ Θεὸς ὁ Χριστός;

Ταύτην ἐποίησεν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ· καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.] γεγονότος ἄρα τοῦ σημείου, καὶ φανερώσαντος τοῦ Χριστοῦ τὴν δόξαν αὐτοῦ, ὡς εἰς τίνα πεπιστεύκασιν οἱ μακάριοι μαθηταί; ἄρα εἰς ἄνθρωπον ἅγιον ἁπλῶς; καίτοι πρὸ τοῦ C σημείου ἠκολούθησαν αὐτῷ, τεθαυμακότες ὡς ἅγιον. ἀλλὰ τεθέανται διὰ τοῦ σημείου τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον δύναμίν τε καὶ ἐξουσίαν ἔχοντα. οὐκοῦν πεπιστεύκασιν ὡς εἰς Θεόν. ἰστέον δὲ, ὅτι πολλοὶ τῶν ἁγίων πολλὰ πεποιήκασι καὶ παράδοξα· καὶ ἐθαυμάσθησαν μὲν, ἐπίστευσε δὲ εἰς αὐτοὺς οὐδείς. ἔχοι δ' ἂν τὴν ἴσην διάνοιαν· ὡς δὲ ἦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα, ἃ ἐποίει.

Οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν D κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ. ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται· ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.] εἰ σωτηρίας ὁδός ἐστιν ἡ πίστις ἡ εἰς τὸν υἱὸν, πῶς ἄρα πιστεύομεν εἰς αὐτόν; ἢ πῶς τὴν ἐκ τοῦ κρίνεσθαι διαφευξόμεθα δίκην; ἄρα γὰρ ὡς ἄνθρωπον καταδεξάμενοι, καὶ ἕτερον παρὰ τοῦτο οὐδέν; εἶτα πῶς οὐκ ἀνθρώπῳ λατρεύσομεν; ἀλλ' ὡς εἰς Θεόν; τοῦτο γὰρ ἀληθές. τίς οὖν ὁ φάναι τολμῶν οὐκ εἶναι κατὰ ἀλήθειαν Θεὸν, οὗ δεδικαίωκεν ἡ πίστις τὴν ὑπ' οὐρανόν;

Ἔγνω οὖν ὁ πατὴρ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ἐν ᾗ E εἶπεν αὐτῷ ὁ υἱός σου ζῇ· καὶ ἐπίστευσεν εἰς αὐτὸν αὐτὸς, καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη.] ἀνέστησεν ἐκ νεκρῶν τοῦ βασιλικοῦ τὸν υἱὸν ὁ Χριστὸς, εἰρηκὼς αὐτῷ· πορεύου, ὁ υἱός σου ζῇ. εἶτα πεπίστευκε πανοικί. ἆρ' οὖν διὰ τῆς οὕτω μεγάλης καὶ θεοπρεποῦς ἐξουσίας ὡς εἰς ἄνθρωπον πεπίστευκεν ὁ βασιλικός; ἢ Θεὸν ἔγνω κατὰ φύσιν ὄντα αὐτὸν, καὶ ζωοποιοῦντα μετ' ἐξουσίας οὓς ἂν ἕλοιτο καὶ μόνῳ ῥήματι; ἀλλ' ἔστι δῆλον ὅτι πεπίστευκεν ὡς Θεῷ.

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.] πέπομφεν ἡμῖν ἐξ οὐρανῶν ὁ Θεὸς καὶ

πατὴρ

ANNO CHRISTI 431.

πατὴρ τὸν ἴδιον υἱὸν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. πῶς οὖν ἐν τούτοις φησὶ, ζωὴν αἰώνιον ἔχειν τὸν πιστεύοντα τῷ πέμψαντι αὐτόν; εἰς τίνα λοιπὸν ἡ πίστις; ἆρα ὡς εἰς δύο Θεοὺς, τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν; μὴ γένοιτο. ἀλλ' ὡς εἰς ἕνα Θεὸν καὶ ἀληθινόν. οὐκοῦν εἴ τις πιστεύσειεν εἰς Χριστὸν, πεπίστευκεν εἰς Θεόν· κἂν εἰ πιστεύσειεν εἰς Θεὸν πατέρα, πεπιστευκὼς ἔσται καὶ εἰς τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν τὸν Χριστόν.

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος.] εἰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἐπιτελοῦμεν πιστεύοντες εἰς Χριστόν· αὐτὸν γὰρ ἀληθῶς ἀπέστειλεν ὁ πατὴρ εἰς τὸν κόσμον, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς· πῶς οὐκ ἂν εἴη Θεὸς ἀληθινός; οὐ γὰρ ἂν ἦν ἔργον Θεοῦ τὸ πιστεύειν εἰς αὐτόν.

Ἰησοῦς δὲ ἔκραξε, καὶ εἶπεν· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλὰ εἰς τὸν πέμψαντά με. καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. εἶτα προσεπάγει τούτοις· ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, ἀλλ' ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν δέδωκε τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω.] ὅτε τοίνυν κατ' ἐντολὰς τοῦ πατρὸς, κἂν ὡς ἄνθρωπος λέγῃ, τὴν πίστιν τὴν εἰς αὐτὸν εἰς τὸν πέμψαντα αὐτὸν ἀναφέρει, καὶ ὁ θεωρῶν αὐτὸν, θεωρεῖ τὸν πέμψαντα αὐτόν· τίς ὁ φάναι τολμῶν οὐκ εἶναι Θεὸν αὐτὸν, καὶ τοῦτον ἀληθινόν; ὅμοιον δὲ τούτῳ· πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε.

Ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου.

ΠΛΗΝ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν, ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; [ὅταν ὁ Χριστὸς ἐξ οὐρανοῦ παραγένηται, ποίαν ἄρα ζητήσει πίστιν ἐν ἡμῖν; εἰ μὲν γὰρ ὡς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς βούλεται πιστεύεσθαι, τίς ὁ ἀπιστήσας αὐτῷ; ἐνεκάλουν γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι λέγοντες. διατί σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν; Ἕλληνες δὲ σταυρὸν ἀκούοντες καὶ θάνατον, ὡς περὶ ἀνθρώπου κοινοῦ διάκεινται, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἑνός. ποίαν οὖν ἄρα πίστιν ζητεῖ; ἢ δηλονότι τὴν ἐκκεκηρυγμένην διὰ τῶν θεηγόρων, οἳ καὶ αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γεγόνασι τοῦ λόγου; ἔφη τοίνυν Ἰωάννης, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. γέγονε δὲ σὰρξ μετὰ τοῦ μεῖναι Θεός. αὕτη τοίνυν ἡ πίστις ἐν ἡμῖν αὐτῷ ζητηθήσεται κατὰ καιρούς.

Τέλος τοῦ * πρώτου λόγου προσφωνητικοῦ παρὰ Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, πρὸς τὰς εὐσεβεστάτας δεσποίνας.

* deest in ms. Segueriano nomen illud numerale.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας λόγος δεύτερος προσφωνητικὸς ταῖς εὐσεβεστάταις βασιλίσσαις, περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως.

α'.

ΤΟΙΣ τὸ θεῖον καὶ οὐράνιον ἱερουργοῦσι κήρυγμα, διὰ φωνῆς Ἡσαΐου παρακελεύεται λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεός· ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών· ὕψωσον τῇ ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ· ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε.

misit nobis de cælis, *ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Ioan. 3. v. 16. Cur hic ergo æterna vita iis promittitur, qui credunt ei qui miserat illum? In quem tandem fertur fides? Numquid in Patrem & Christum tamquam in duos Deos? Absit. Credimus enim tamquam in unum verum Deum. Quamobrem si quis credit in Christum, credit idem in Deum Patrem quoque: & contra, si qui in Deum Patrem credunt, iidem & in unum Dominum nostrum Iesum Christum quoque credunt.

Respondit Iesus, & dixit illis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Ioan. 6. v. 29. Si Dei voluntatem perficimus cum in Christum credimus, (hunc enim Pater vere misit in mundum, quando nostri similis factus est homo) quomodo non est vere Deus? Neque enim opus Dei esset credere in eum.

Iesus autem clamavit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui videt me, videt eum qui misit me. Ioan. 12. v. 44. Et paucis interjectis: *Quia ego ex meipso non sum locutus; sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar.* Ibid. v. 49. Cum ergo mandato Patris, licet ut homo dicat, fidem quæ in illum est, referat ad Patrem mittentem; & qui illum videt, eum quoque videat, qui misit illum; quis illum verum Deum esse negare audeat? Cognatum huic est & illud quoque: *Creditis in Deum, & in me credite.* Ioan. 14.

Ex evangelio secundum Lucam.

VERUMTAMEN *Filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra?* Luc. 18. v. 8. Quando Christus e cælo olim est venturus, cujusmodi, quæso, fidem a nobis exiget? Si enim homo tantum nostri similis credi haberique vult, quis illi credere abnuat? Iudæi illi insultantes ajebant: *Cur tu homo cum sis, facis teipsum Deum?* Ioan. c. 10. v. 33. Ethnici quoque crucem mortemque ejusdem audientes, id quod dicitur, tamquam de communi quopiam nostræ conditionis homine dictum accipiunt. Equalem ergo fidem deposcit? Illam ipsam nimirum, quam divini illi præcones, qui & ministri & spectatores Verbi extiterunt, orbi annuntiarunt. Luc. 1. v. 2. Ioannes igitur ait: *Et Verbum caro factum est.* Ioan. 1. Factum est sane caro, sed hoc ita, ut Deus tamen esse non destiterit. Istiusmodi itaque est fides, quam ille suo tempore a nobis requiret.

Finis orationis primæ Cyrilli episcopi Alexandriæ, ad piissimas reginas missæ.

CAPUT V.

Cyrilli episcopi Alexandriæ oratio altera inscripta religiosissimis reginis, de recta fide.

I.

EIS qui divinum illud cælesteque prædicandi munus administrant, universorum Deus per Isaiæ prophetæ vocem ejusmodi oratione hæc præcipit. *Super montem excelsum ascende tu qui evangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam qui evangelizas Ierusalem: exaltate, nolite timere.* Is. 40. v. 9.

I. PARTIS CAP. V.

ANNO CHRISTI 431.

Etenim qui in sacerdotum ordinem adsciti, eam sortiti sunt provinciam, ut Christi omnium nostrum salvatoris mysteria edisserant, populoque proponant, illi sensum nequaquam abjectum, humive repentem, aut ignavia victum, aut metu fractum obtinere debent; sed sublime velut incedentem, & quasi in monte collocatum: quo nimirum ad eum modum comparati, eximiam illam verorum dogmatum venustatem rimari ac introspicere, verbaque intrepide facere valeant; quantumvis ex iis qui sacris informantur, nonnulli instar equorum insolentium, qui infrenari non possunt, duros & intractabiles se præbeant. de quibus beatus David summum illum rerum omnium opificem
Ps. 31. v. 9. interpellans, ita scribit: *In camo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Quod si tali animo præditis nihilominus vim inferre oportet; quomodo absurdum non fuerit apud vos silere, piisque vestris auribus sacrarum literarum notitiam, veluti dulcem quemdam vivificumque laticem nolle subinde instillare? Quod quidem Deus per Isaiæ prophetæ vocem quondam locutus, ejusmodi verbis nobis promittit:
Is. 12. v. 3. *Haurietis*, inquit, *cum gaudio aquas de fontibus salutaris.* Salutaris autem fontes appellamus sanctos prophetas, evangelistas, & apostolos. hi enim salutari cælitusque hausta doctrina mundum hunc irrigant, Spiritu sancto imbuti, totumque hunc orbem lætificant. In ejus proinde profunda sensa mentis oculos conjicientes, veritatis inventionem inde hauriamus. Quemadmodum ergo agricolæ fragrantissimos quosque flores opportuno tempore ex agris decerpunt, decerptosque ac scite in calathis compositos dominis suis offerunt; quos illi mox benevole, gratoque animo complectuntur, eorumdemque decore ac venustate mirifice afficiuntur: ita nos, qui docendi munus suscepimus, ex divina scriptura veluti ex agro quopiam non florum cito marcescentium decorem offerimus, sed sermonum doctrinæque, quæ per Spiritum sanctum pietatis in Christum immarcescibilem venustatem continet, magnaque suavitate & ubertate illius mysterium redolet, fragrantiam. Scriptum est enim quod
2. Cor. 2. vers. 15. *Christi bonus odor sumus Deo.*

II.

En ergo reginæ pietatis amantissimæ, librum quem de recta & inculpabili in Dominum nostrum Iesum Christum fide, qualis vestra esse debet, conscripsi, vobis offero. Decet enim vos sanctimoniæ & pietati apprime addictas, una cum summo regni fastigio, caritatis quoque quæ est in Christum, corona redimiri. Hæc enim venerandis vestris verticibus jam aptata est, & universorum Dominus gloria nunquam peritura vos condecorat. Attamen quo magis etiam condecoremini, Christi mysterium exacta & nequaquam adulterata notitia percipientes, oratiunculam composui, in qua illud usquequaque planum facio, quod sicut *unus est Pater, ex quo*
1. Cor. 6. v. 8. *omnia: ita unum quoque esse Dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnia:* unus omnino est Spiritus sanctus, in quo omnia.

A χρῆναι γὰρ ἔγωγέ φημι τοὺς τεταγμένους εἰς ἱερουργίαν, καὶ τὸ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ λαλοῦντας μυστήριον, οὐ κατερριμμένον ἔχειν καὶ χαμαιρριφὲς τὸ φρόνημα, καὶ ὄκνῳ νικώμενον, καὶ δειλίαις συνεσταλμένον· ἀλλ᾽ ὑψοῦ μὲν ὥσπερ εὖ βεβηκότα τὸν νοῦν, καὶ οἱονεί πως ἐν ὄρει κείμενον, οὕτω τε τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων τὸ ἐξαίρετον κάλλος περιαθρεῖν σπουδάζοντα, ποιεῖσθαι δὲ καὶ τοὺς λόγους ἐν παρρησίᾳ, κἂν εἴ τινες εἶεν οἱ μυσταγωγούμενοι σκληροὶ καὶ δυσάγωγοι, καὶ οἷον ἵπποι τινὲς ἀγέρωχοι καὶ ἐξήνιοι, περὶ ὧν που καὶ αὐτός φησιν ὁ μακάριος Δαυὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν· ἐν χαλινῷ καὶ κημῷ
B τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις, τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. εἰ δὲ καὶ τοῖς οὕτως ἔχουσι φρενὸς προσβάλλειν ἀναγκαῖον, πῶς οὐκ ἂν γένοιτο τῶν ἄγαν σφαλερωτάτων τὸ ἑλέσθαι σιγήν, καὶ μὴ ταῖς εὐσεβέσιν ὑμῶν ἀκοαῖς ἐνιέναι πλειστάκις καθάπερ τι νᾶμα γλυκὺ καὶ ζωοποιὸν τῶν ἱερῶν γραμμάτων τὴν γνῶσιν, ὅπερ ἡμῖν καὶ πάλαι Θεὸς ὑπισχνεῖτο, λέγων διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· καὶ ἀντλήσατε ὕδωρ μετ᾽ εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. σωτηρίου δὲ πηγὰς εἶναί φαμεν τοὺς ἁγίους προφήτας, εὐαγγελιστάς τε καὶ ἀποστόλους, οἳ τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καὶ σωτήριον τῷ κόσμῳ βρύουσι λόγον, χορηγοῦντος αὐτοῖς τοῦ ἁγίου
C πνεύματος, ἅπασάν τε οὕτω κατευφραίνουσι τὴν ὑπ᾽ οὐρανόν. φέρε τοίνυν εἰς τὰ βάθη τῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἐννοιῶν καθιέντες τὸν νοῦν, τῆς ἀληθείας τὴν εὕρεσιν ἐκεῖθεν ἀντλήσωμεν. γηπόνοι μὲν οὖν ἐξ ἀγρῶν τὰ εὐοσμότατα τῶν ἀνθέων κατὰ καιροὺς ἀποκείραντες, εἶτα ταῦτα ταλάροις ἐνθέντες ἀποφέρουσι τοῖς δεσπόταις· οἱ δὲ καὶ λίαν ἀσμένως προσίενταί τε, καὶ τοῖς ἐξ ὡρῶν ἐπιγάννυνται· ἡμεῖς δὲ, ὅσοι τὸ διδασκαλικὸν ἔχομεν ἐπιτήδευμα, καθάπερ ἐξ ἀγροῦ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, οὐκ εὐμάραντον θέαν προσκομίζομεν ἀνθέων, λόγους δὲ μᾶλλον καὶ μυσταγωγίαν τὴν διὰ τοῦ πνεύματος, ἀμάραντον ἔχουσαν τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας τὸ κάλλος, εὐωδιάζου-
D σάν τε καὶ μάλα πλουσίως τὸ αὐτοῦ μυστήριον. γέγραπται γὰρ, ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ.

β′.

Πρόσειμι δὴ οὖν ἀνατιθεὶς τὸν λόγον ὑμῖν ταῖς εὐσεβεστάταις βασιλίσσαις. πεποίηται δέ μοι περὶ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως, ἥπερ ἂν γένοιτο παρ᾽ ὑμῶν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. πρέπει γὰρ ὑμῖν δὴ μάλιστα ταῖς οὕτως ὁσίαις καὶ θεοφιλεστάταις, ὁμοῦ τοῖς τῆς βασιλείας ὑπερτάτοις αὐχήμασι, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὸν στέφανον ἀναδήσασθαι. ἤδη μὲν οὖν ταῖς ἀοιδίμοις ὑμῶν
Si omnes gentes quasi stilla de situla, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt, & quasi saliva reputabuntur: cui ergo similem fecistis Deum? aut cui imagini comparastis eum? Meminisse hoc loco oportet, Iudaicæ synagogæ administros cum militum cohorte, duce proditore, irruisse in Iesum: quibus ut eum comprehenderent, quærentibus, occurrit ille, dicens: *Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Et abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* Iam quomodo infirmus dici potest, qui vel sola voce insultantium infirmitatem ostendit? Ecquid ergo sibi vult, quod ait, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Dicimus igitur, cum primus parens noster Adam mandatum quod acceperat, proculcasset, divinamque legem neglectui habuisset, humanam naturam fuisse quodammodo derelictam, execrabilemque & morti obnoxiam effectam. at simulatque unigenitus Dei, id quod prolapsum erat, in incorruptionem instauraturus advenit, semineque Abrahæ apprehenso, fratribus suis assimilatus fuit; tunc una cum antiquo illo maledicto, inductaque corruptione, desertionem quam humana natura in suo principio perpessa fuerat, conquiescere oportuit. Itaque quasi derelictorum unus existens, quatenus & ipse similiter nobiscum particeps fuit carnis & sanguinis, dixit: Vt quid dereliquisti me? Quæ sane vox erat evertentis illam, quæ nobis acciderat, derelictionem, Patremque ob loquentis dignitatem in se flectentis, necnon ad benevolentiam erga nos tamquam erga seipsum & primum provocantis: quandoquidem Christus omnium bonorum largitor & auctor nobis extitit. Vnde etiam si quidpiam ut homo a Patre accepisse dicitur, hoc ipsum totum in nostram naturam erogavit; cum ipse ut Deus plenus, nullius omnino boni indigeat.

Marg.: I. PARTIS CAP. V. — Isai. 40. v. 15. — Ioan. c. 18. v. 5. — Gen. 3. — Hebr. 2.

XIX.

Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset; non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit; formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem; mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. En dilucide hoc loco exponitur; Deum Verbum, quod in forma & æqualitate Dei Patris erat; non rapinam arbitratum æquiparare se Deo; sed servili forma suscepta, ultro se exinanivisse hominumque similitudinem subjisse. Addit præterea seipsum humiliasse, obedientiamque ad mortem usque præstitisse, mortem autem crucis. Si unum ergo & solum Christum & dominum in duos Christos & filios, ut quibusdam placet, divelli oportet; atque Dei Verbum hominem ex muliere ortum propriæ majestatis æqualitate decoravit,

Marg.: Philipp. c. 2. v. 5.

I PARTIS CAP. V.

ANNO CHRISTI 431.

& juxta auctoritatis rationem, filiationisque communionem, sibi quasi alterum, hoc est a se diversum, Filius adjunxit; quis ille ergo est, qui semetipsum exinanivit? aut qua tandem ratione exinanitionem subiit? Nam si, ut illi statuunt, homo purus qui ex muliere prodiisse intelligitur, istud perpessus est; quomodo, aut qua ratione in exinanitionem dejectus est? Nam quomodo is in humilitatem descendit, qui tanta cum Dei Verbo societate & affinitate conjunctus est, ut paris cum illo dignitatis & auctoritatis esse censeatur? Quod si exinanitio illa de Dei Verbo ut seorsum & per se intellecto filio prædicetur, quomodo is exinanitus est, qui alterum, ut illi aiunt, honore affecit, propriisque titulis & dignitatibus exornavit? Quomodo ille humiliatus dici potest, qui propriæ suæ gloriæ fastigium alteri sibi associato impertitus est? Nam si eum humiliari vel exinaniri statuant, quod alterum gloria afficit, profecto absurdum non erit etiam intelligere injuriam inferentem exaltari. Quamobrem vera & necessaria ratio suadet, & tantum non compellit, ut ipsam plenitudinem exinanitionem passam, illud rursum non quod suapte natura servum est, imo vero omni servitutis conditione superius, servili forma se vestiisse; & in similitudinem hominum illum factum, qui natura talis non erat, priusquam homo fieret; ipsam denique altitudinem se humiliasse existimemus & prædicemus. Ipsum itaque Dei Verbum secundum naturam humanam sponte ad isthæc propter nos sese demisisse, & in propriæ nihilominus excellentiæ culmine secundum divinam naturam permansisse credimus. Hac ratione & superexaltatus esse dicitur, & accepisse nomen quod est super omne nomen, & ab omnibus adorari, atque in Dei Patris gloriam dominus nominari. Nam etsi in Patris eminentia & inexplicabili majestate constitutus esset; ubi tamen ad exinanitionem se demisit, servilique forma se humiliatus induit; & rursus naturæ sibi unitæ, hoc est humanæ, paupertatem transcendens, ad proprias divitias ascendit; hac ratione secundum naturam humanam id accepisse dicitur, quod perpetuo constanterque in seipso possidet, nempe Deum & universorum dominum esse. Denique si Patri honorificum est Filium habere qui in omnes & omnia dominium obtineat; cui dubium esse potest, quin illi etiam post servi formam acceptam, libertas, supernaturalisque potestatis & dominationis in omnes dignitas integra sit asservata?

καὶ συνῆψεν ἑαυτῷ κατὰ τὸν τῆς αὐθεντίας τρόπον, καὶ κατὰ τὴν τῆς υἱότητος ὁμωνυμίαν, ὡς ἕτερος ὢν ἰδικῶς παρ' αὐτὸν υἱός· τίς ἄρα ἐστὶν ὁ κενώσας ἑαυτόν; ἢ τίνα κεκένωται τρόπον; εἰ μὲν γὰρ, ὡς αὐτοί φασιν, ὁ ἐκ γυναικὸς ἰδικῶς νοούμενος ἄνθρωπος τοῦτο λέγεται παθεῖν, πῶς ἢ τίνα κεκένωται τρόπον; κατέβη δὲ ὅπως εἰς ταπείνωσιν ὁ ἐν ἰσότητι γεγονὼς τῇ πρὸς Θεὸν λόγον κατά γε τὸν τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας τρόπον, καὶ ταύτην ἔχων πρὸς αὐτὸν τὴν συνάφειαν; εἰ δὲ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου νοουμένου πάλιν ἰδικῶς καὶ ἀνὰ μέρος υἱοῦ τὸ κεκενῶσθαι λέγοιτο, πῶς κεκένωται τιμήσας ἕτερον, καθά φασιν ἐκεῖνοι, καὶ τοῖς ἰδίοις αὐτὸν ἀξιώμασι περιβαλών; τεταπείνωται δὲ τίνα τρόπον ὁ τῆς αὐτοῦ δόξης τὸ ὕψος τῷ συναφθέντι διδούς; εἰ γὰρ δὴ φαῖεν, ὅτι δοξάζων ἕτερον αὐτὸς ὑπομένει τὴν ταπείνωσιν, ἤγουν τὴν κένωσιν, οὐδὲν, ὡς ἔοικε, τῶν ἀτόπων ἐννοεῖν ὅτι καὶ ὑβρίζων ὑψοῦται. ἀναγκαίου τοιγαροῦν ἡμᾶς, καὶ μέν τοι καὶ ἀληθοῦς μονονουχὶ συνωθοῦντος λόγου πρός γε τὸ οἴεσθαι δεῖν ὅτι κενοῦται τὸ πλῆρες, καὶ ἐν δούλου μορφῇ γένοιτ' ἂν, οὐ τὸ τῇ φύσει δοῦλον, ἀλλὰ τὸ τῶν τῆς δουλείας ἐπέκεινα μέτρον. γίνεται δὲ καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων, τὸ μὴ οὕτως ἔχον κατὰ φύσιν, πρὶν γένηται. καὶ ὅτι ταπεινοῦται τὸ ὑψηλὸν, αὐτὸν πιστεύομεν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἀνθρωπίνως ἐν τούτοις γενέσθαι, κατ' ἰδίαν θέλησιν ὑπὲρ ἡμῶν· μεμενηκέναι δὲ θεϊκῶς ἐν τοῖς τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς ὑψώμασι. ταύτῃ τοι καὶ ὑπερυψῶσθαι λέγεται, καὶ λαβεῖν τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, προσκυνεῖσθαί τε παρὰ πάντων, καὶ εἰς δόξαν Θεοῦ πατρὸς ὀνομάζεσθαι κύριος. / ὀνομάζ καίτοι γὰρ ὑπάρχων ἐν τῇ τοῦ πατρὸς ὑπεροχῇ, καὶ ἐν ἀρρήτοις ὑψώμασιν· ἐπειδὴ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, καὶ τεταπεινῶσθαι λέγεται, μορφὴν δούλου λαβών· ἀνέβη δὲ πάλιν εἰς τὸν ἴδιον πλοῦτον, τῆς ἑνωθείσης αὐτῷ φύσεως, δῆλον δὲ ὅτι τῆς ἀνθρωπίνης, τὴν πτωχείαν ὑπερδραμὼν, ταύτῃ τοι λαβεῖν ἀνθρωπίνως λέγεται τὸ ἀεί τε καὶ ἀναποβλήτως ἐνυπάρχον αὐτῷ, τουτέστι τὸ εἶναι Θεὸς καὶ τῶν ὅλων κύριος. καὶ εἴπερ ἐστὶν εὐκλεὲς τῷ πατρὶ τὸ κύριον ἔχειν τῶν ὅλων τὸν ἴδιον υἱὸν, πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι τετήρηται πάλιν αὐτῷ, καὶ τὴν τοῦ δούλου λαβόντι μορφὴν, τὸ ἐλεύθερον καὶ τῆς κατὰ πάντων κυριότητός τε καὶ ἐξουσίας τὸ ὑπερφερὲς ἀξίωμα;

XX.

Coloss. c. 1. v. 12.

Gratias agentes Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ; in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum: qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipso condita sunt universa in cælis & in terra, visibilia & invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates; omnia per ipsum & in ipso creata sunt; & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis; ut

κ'.

Εὐχαριστοῦντες τῷ πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί· ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν· ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε. καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, ὅς ἐστιν ἀρχὴ, πρωτότοκος

ANNO CHRISTI 431.

τότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων· ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι, καὶ δι᾽ αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν· εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.] εἰκόνα φησὶ τοῦ ἀοράτου Θεοῦ τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα κατὰ φύσιν υἱὸν, τουτέστι τὸν Θεὸν λόγον. καὶ μὴν ὅτι δι᾽ αὐτοῦ τὰ πάντα παρήχθη πρὸς γένεσιν, εἴτε τὰ ὁρατὰ, εἴτε τὰ ἀόρατα, ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ὅτι πρὸ πάντων ἐστὶν αὐτός· ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος· καὶ αὐτός ἐστιν ὁ τῶν αἰώνων δημιουργὸς, καὶ χρόνου παντὸς πρεσβυτέραν ἔχων τὴν ὕπαρξιν, ἀλλὰ τὸν οὕτως ἔχοντα κατὰ φύσιν ἰδίαν δεδόσθαι φησὶ παρὰ τοῦ πατρὸς κεφαλὴν τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, αὐτόν τε εἶναι τὸν πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν. εἶτα πῶς ὑπάρχων ἀεὶ Θεὸς λόγος, ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέστηκε, πρωτότοκος τῶν νεκρῶν γενέσθαι λέγεται, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, εἰ μή ἐστιν αὐτοῦ κατὰ ἀλήθειαν ἴδιον σῶμα τὸ παρ᾽ αὐτοῦ ληφθέν· οὗ πεπονθότος τὸν θάνατον, αὐτὸς ἂν νοοῖτο παθεῖν; οὐκ ἀπίθανον ἔχοντος λόγον ἐν ἑαυτῷ τοῦ συμβεβηκότος· πέπονθε γὰρ τὸ ἴδιον αὐτοῦ. οὕτω νοεῖται πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καίτοι τὴν φύσιν ἀθάνατος ὢν, καὶ αὐτὸς χρηματίζων ζωή. ὅτε τοίνυν δέδοται κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, τότε λέγεται καὶ ἀποθανεῖν ἀνθρωπίνως ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ παθεῖν οὐκ εἰδὼς τὸν θάνατον ὡς Θεός.

κα᾽.

Λέγοντος δὲ τοῦ μακαρίου Παύλου, ὅτι ἐν αὐτῷ κατῴκησε πᾶν τὸ πλήρωμα, φαῖεν ἂν ἴσως τινές· ἰδοὺ Χριστὸν ἕτερον οἶδεν ἰδικῶς τὸν ἐκ γυναικὸς ἄνθρωπον, ἐν ᾧ κατῴκησεν ὡς ἕτερος παρ᾽ αὐτὸν Χριστὸς, καὶ ἰδικῶς ὁ λόγος, ἤτοι πνεῦμα τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. πρὸς δὴ τὰ τοιάδε φαμὲν, ὅτι δύο Χριστοὺς ὁ πνευματοφόρος οὐκ οἶδεν, ἀλλ᾽ ἕνα κηρύττει, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἕνα πατέρα. ἡμῖν γὰρ, φησὶν, εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν. καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτοῦ. ἐπεὶ φέρε διασκεψώμεθα παραπιθέντες εἰς βάσανον τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν· τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, τὸν δι᾽ οὗ καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, τὸν προαιώνιον υἱὸν, τὴν τῶν ὅλων σύστασιν, δεδόσθαι φησὶ τῇ ἐκκλησίᾳ κεφαλὴν, καὶ μὴν ὅτι γένοιτο πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν. ἐπειδὴ δέ ἐστι τὴν φύσιν ἀθάνατος, πάσα πως ἀνάγκη πρὸς ἕνωσιν οἰκονομικήν τε καὶ ἀληθῆ τῇ καθ᾽ ἡμᾶς ἀνθρωπότητι συνενεχθῆναι λέγειν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἕνα τε οὕτως ἡμῖν ἀναδειχθῆναι Χριστὸν, τὸν αὐτὸν ὁμοῦ Θεὸν ὄντα καὶ ἄνθρωπον. ἐν τίνι δὴ οὖν κατῴκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς; ἰδικῶς μὲν οὖν καὶ κατὰ μόνας ἐν τῇ τοῦ λόγου φύσει τοῦτο πεπρᾶχθαι νομίζειν, εὔηθες κομιδῇ· ἴσον γὰρ εἰπεῖν, ὡς αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ κατῴκησεν ὁ μονογενής. πιστεύοντας δὲ ὅτι γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, οὐ κατὰ μετάστασιν ἢ τροπὴν, ἀλλ᾽ ὅτι μᾶλλον ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ναὸν ἴδιον ἐποιήσατο τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ κατὰ ἀλήθειαν σῶμα, ψυχὴν ἔχον τὴν λογικὴν, δυσσεβὲς εἰπεῖν,

I. PARTIS CAP. V.

A *sit ipse in omnibus primatum tenens: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare; & per eum omnia reconciliare in ipsum: pacificans per sanguinem crucis ejus sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt.* Docetur hic, Dei Verbum, hoc est, Filium naturaliter ex illo natum, invisibilis Dei imaginem esse. Adhæc omnia visibilia & invisibilia, sive in cælis, sive in terris, per ipsum condita esse: ipsum præterea omnia antecedere, (In principio enim erat Verbum) sæculorumque conditorem esse: existentiam postremo omni tempore antiquiorem habere. Ejusmodi autem bonis secundum propriam naturam cumulatum, B primogenitum ex mortuis, & caput corporis ecclesiæ a Deo Patre datum esse affirmat. Iam quomodo qui Dei Patris Verbum est, semperque fuit, per quem omnia constant, primogenitus ex mortuis, dormientiumque primitiæ appellatur, si corpus quod assumpsit, vere illius proprium non erat, quo nimirum illo mortem subeunte, ipse mortem subjisse intelligatur? Neque enim citra justam causam id illi accidisse dicitur, quod corpori, quod passum est, & illius proprium erat, accidisse novimus. Ad hunc itaque modum etiam si secundum naturam immortalis, & vita per essentiam existat, mortuorum pri- C mogenitus esse cognoscitur. Quando igitur datus est caput corporis ecclesiæ semetipso ad exinanitionem demisso, nostri causa mortem secundum naturam humanam oppetiisse dicitur, qui ut Deus mortis omnino ignarus erat.

Ioan. 1.

XXI.

Ceterum quod beatus Paulus omnem plenitudinem in ipso inhabitasse asserat, non deerunt fortassis qui hic ita objiciant: En hominem ex muliere ortum, Christum alterum per se & secundum se extitisse indicat, in quo Verbum, hoc est Spiritus, divinitatisque plenitudo, tamquam alter quidam Christus seorsum ab altero illo, corporaliter inhabitarit. Ad hæc sane respondemus, Paulum Dei spiritu afflatum nequaquam duos D agnovisse Christos, sed unum annuntiasse; sicut & unum quoque Patrem: *Nobis* (inquit ille) *unus est Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipsum: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* Sed agedum verborum hic propositorum vim ad æquam trutinam expendamus. Filium æternum, in quo omnia, & per quem omnia, invisibilis Dei imaginem, universorumque conditorem, ac primogenitum inter mortuos, ecclesiæ caput datum prædicat. Quia ergo Dei Verbum suapte natura mortis expers est, non possumus illud vera perfectaque unione cum humana natura con- E junctum fuisse non asserere; adeoque unum Christum, qui idem Deus simul sit & homo, nobis non proponere. At in quo igitur omnis divinitatis plenitudo inhabitavit corporaliter? Sane arbitrari in Verbi seorsum per se considerati naturam hoc accidisse, omnino perabsurdum fuerit: perinde namque istud est, ac si unigenitum in semetipso habitasse diceremus. Credentes itaque Verbum carnem non per aliquam sui transmutationem aut versionem, sed per veram templi proprii, hoc est, corporis anima humana perfecti unionem, in nobis habitasse,

1. Cor. c. 8. v. 6.

Coloss. c. 2. v. 9.

pie recteque asseveramus, dum magnus ille A Paulus omnem divinitatis plenitudinem in ipso inhabitasse scribit, non quidem per participationem, aut habitudinem, aut gratiæ communicationem, sed corporaliter, hoc est essentialiter, per inhabitationem illam aliud nihil insinuare voluisse, quam veram naturalemque Verbi cum sacra carne unionem. Quemadmodum licet hominis spiritus in ipso habitare dicatur, non alius tamen aut diversus ab illo judicatur. Fit enim, ut orationis schemate de una persona duplicis quandoque personæ ratio nobis offeratur, neque ob id tamen veritas ulla ex parte læditur: ut cum, exempli caussa, di- B vina scriptura de Deo prædicat: *Qui fingit spiritum hominis in ipso.* (Zach. 12.) atqui spiritum hominis in ipso formatum, ab ipso homine aliud non esse, omnibus perspicuum est. Huc & illud quoque beati David tendit: *Nocte cum corde meo exercitabar, & mœrebat spiritus meus.* (Ps. 76. v. 7.) Ecquis, quæso, erat, qui cum suo corde exercebatur, propriumque spiritum mœrentem habebat? Oportet itaque locutionum formulas non usqueadeo anxie excutere, sed ipsas rerum naturas potius contemplari, earumque ductu ad ipsam veritatem contendere.

A ὅτι τὴν ἐν τῇ ἁγίᾳ σαρκὶ τοῦ λόγου κατοίκησιν, ἤγουν ἕνωσιν ἀληθῆ κατασημαίνων ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ἐν αὐτῷ φησι κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, οὐ μεθεκτῶς μᾶλλον, ἢ σχετικῶς, ἤγουν ὡς ἐν δόσει χάριτος, ἀλλὰ σωματικῶς, ὅ ἐστιν οὐσιωδῶς· ὡς ἂν εἰ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ λέγοιτο κατοικεῖν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, οὐχ ἕτερον ὂν παρ' αὐτόν. ἐφ' ἑνὸς δὲ προσώπου πολλάκις διπρόσωπον ἡμῖν εἰσφέρεται λόγου σχῆμα, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ἀδικεῖ τὴν ἀλήθειαν. οἷον φέρε εἰπεῖν, ὡς εἰ λέγοιτο περὶ Θεοῦ παρὰ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς· ὁ B πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ. καίτοι πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὡς οὐκ ἂν νοοῖτο περὶ τὸν ἄνθρωπον ἕτερον ἐν ἑαυτῷ πλαττόμενον αὐτοῦ πνεῦμα; (marg.: παρὰ) φησὶ δέ που καὶ ὁ μακάριος Δαυΐδ· νυκτὸς μετὰ τῆς καρδίας ἠδολέσχουν, καὶ ἤχαλλε τὸ πνεῦμά μου. εἶτα τίς ἦν ὁ μετὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἀδολεσχῶν, καὶ τὸ ἴδιον πνεῦμα ἀγάλλον ἔχων; χρὴ τοίνυν τὰ μὲν τῶν λόγων σχήματα μὴ σφόδρα φιλοκρινεῖν, ἀφορᾶν δὲ μᾶλλον εἰς αὐτὰς τῶν πραγμάτων τὰς φύσεις, καὶ ἐξ αὐτῶν δὴ μᾶλλον ποδηγουμένους ἐπ' αὐτὴν ἰέναι τὴν ἀλήθειαν.

De Christi obedientia.

C Περὶ τῆς ὑπακοῆς τοῦ Χριστοῦ.

IGITUR *sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi; ita & per unius obeditionem, justi constituentur multi.* (Rom. 5. v. 18.) Cum humana natura ob protoplasti inobedientiam maledicto mortisque sententiæ obstricta hæreret, oportuit ad antiquum statum illam denuo reduci per inculpatam obedientiæ demonstrationem. Atqui istud humanæ naturæ facultates multis partibus excedebat: neque enim ullus a peccato immunis erat. Nam cum ea semel D in noxam erroremque incidisset, intestinisque infirmitatibus victa prostrataque jaceret, & intra propriam carnem nequitiæ radicem haberet, ac infrenem peccati legem intra sua viscera perpetuo gestaret, quomodo omnem omnino lapsum evaderet? *Nam sapientia carnis*, inquit, *omnino inimicitia est in Deum: legi enim Dei non est subjecta; nec enim potest.* (Rom. 8. v. 7.) Itaque Deus Pater mira quadam dexteritate omnia per Christum instauraturus, humanæque naturæ regressum, hoc est redintegrationem ad id quod aliquando fuerat, maxima benigni- E tate conciliaturus, *misit Filium suum factum ex muliere*; (Gal. 4. v. 4.) quo nimirum corpus nostro simile, sibique proprium factum assumens, tamquam homo in terris appareret qui est omnis peccati ignarus; atque ita Deo Patri per omnia obsecutus, humanam naturam in semetipso justificaret, mortisque vinculis eximeret, innocentiæ stola a Deo Patre coronandam. Etenim perabsurdum fuerit, per inobedientiam prioris Adæ ad mortem & corruptionem præcipitantis, damnationis heredes constitutos nos esse; justitiæ vero posterioris per consummatam illam obedientiam in vitam reducentis, exor-

ΑΡ' οὖν ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήματος εἰς πάντας ἀνθρώπους, εἰς κατάκριμα· οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους, εἰς δικαίωμα ζωῆς, (marg.: δικαίωσιν) ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου δίκαιοι * κατασήσονται οἱ πολλοί.] (marg.: * κατασταθήσονται) τῆς ἀνθρώπου φύσεως ἀρᾷ καὶ δίκῃ θανάτου καταδεδικασμένης διὰ τὴν τοῦ πρωτοπλάστου παρακοὴν, ἔδει πάλιν ἀνασφῆλαι πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς αὐτὴν ἀνεπίπληκτον κομιδῇ τῆς ὑπακοῆς ποιουμένην τὴν D ἔνδειξιν. ἀλλ' ἦδε τοῦτο πολὺ καὶ λίαν ἐπέκεινα τῶν τῆς ἀνθρωπότητος μέτρων· καθαρὸς γὰρ οὐδεὶς ἀπὸ ἁμαρτιῶν. παθοῦσα δὲ ἅπαξ τὸ πλημμελὲς, καὶ ταῖς οἴκοθεν ἀσθενείαις κεκρατημένη, καὶ ἐν ἰδίᾳ σαρκὶ τὴν τῆς φαυλότητος νοσοῦσα γένεσιν, (marg.: σύνεσιν) ἀγριαίνοντά τε τὸν τῆς ἁμαρτίας ὠδίνουσα νόμον, πῶς ἂν διέδρα παντελῶς; τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς παντελῶς ἔχθρα, φησὶν, εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται. εὐμηχάνως τοιγαροῦν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἀνακεφαλαιούμενος τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ ἐκ πολλῆς ἄγαν ἡμερό- E τητος τῇ ἀνθρώπου πραγματευόμενος φύσει τὴν εἰς ὅπερ ἦν ἐπάνοδον, ἤγουν ἀνακομιδὴν, ἐξαπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, ἵνα τὸ ὅμοιον ἡμῖν σῶμα λαβὼν, καὶ ἴδιον αὐτοῦ ποιησάμενος, ὡς ἄνθρωπος ἐπὶ γῆς εὑρεθῇ ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν· οὕτω τε εἰς ἅπαν κατήκοος γεγονὼς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, δικαιώσῃ τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἐν ἑαυτῷ, καὶ τῶν τοῦ θανάτου δεσμῶν ἐξέληται, * φύλλοις ἀναμαρτησίας στεφανουμένην παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. (marg.: * ἄθλοις ἢ στολαῖς. στεφανουμένην) καὶ γάρ ἐστι τῶν ἀτόπων, κληρονόμους μὲν ἡμᾶς τῆς τοῦ πρώτου γενέσθαι δίκης, ἐνιέντος τῇ φθορᾷ διὰ τῆς παρακοῆς· τῆς δὲ τοῦ δευτέρου δικαιοσύνης μὴ μεταλαχεῖν, ἀνακομίζοντος εἰς ζωὴν διὰ

ANNO CHRISTI 431.

διὰ τῆς εἰς ἅπαν ὑπακοῆς. ὅταν οὖν λέγῃ τὸ A γράμμα τὸ ἱερὸν, δι᾽ ὑπακοῆς ἑνὸς δεδικαιῶσθαι πολλοὺς, οὐκ ἄνθρωπον ἁπλῶς ἕνα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς εἰς τοῦτο παραληφθῆναί φαμεν, ἐνηνθρωπηκότα δὲ μᾶλλον τὸν μονογενῆ, καὶ ὑπήκοον ὑπὲρ ἡμῶν γεγονότα τῷ πατρί. οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται.

κγ΄.

Λέγω γὰρ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων· τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν Θεόν.] Ἰουδαίων εἶναι τὰς ἐπαγγελίας B τὰς τοῖς πατράσι δεδωρημένας ὁ θεσπέσιος ἔφη Παῦλος. προανεκεκράγασιν δὲ καὶ οἱ μακάριοι προφῆται περὶ Χριστοῦ, ὅτι αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. οὐκοῦν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῖς τοῦ πατρὸς νεύμασι συναινῶν, γέγονε μὲν τῇ περιτομῇ, τουτέστι τοῖς Ἰουδαίοις διάκονος, εἰς βεβαίωσιν τῶν ἐν τοῖς πατράσιν ἐπηγγελμένων· εἴρητο γὰρ, ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται· τοῖς γε μὴν ἐξ ἐθνῶν εὐλογία πνευματικὴ καὶ ζωοποιὸς, ὥστε καὶ αὐτοὺς ἠλεημένους διὰ τῆς πίστεως, δοξολογῆσαι Θεόν. ἀλλ᾽ εἰ καὶ γέγονε διάκονος ἀνθρωπίνως, ἀλλ᾽ οὖν ὡς Θεὸς κηρύττεται C τοῖς τε ἐκ περιτομῆς, καὶ μέντοι τοῖς ἐξ ἐθνῶν· κέκληνται γὰρ εἰς ζωὴν, οὐχ ὡς εἰς ἕνα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἄνθρωπον ἁπλῶς, ἀλλ᾽ ὡς εἰς Θεὸν πιστεύσαντες εἰς Χριστόν· καὶ οὐκ ἔξω σαρκὸς, ἤγουν ἀνθρωπότητος τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον ὁμολογοῦντες ὑπάρχειν, σεσαρκωμένον δὲ καὶ ἐνανθρωπήσαντα προσκυνοῦντες αὐτόν.

κδ΄.

Τὸ γάρ τοι ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν, διατρανοῖ λέγων ὁ μακάριος Παῦλος· ὅτι ἐὰν εἴπῃς ἐν τῷ στόματί σου, κύριος Ἰησοῦς· καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ.] εἶτα πῶς ἂν ἐκ νε- D κρῶν ἐγερθῆναι λέγοιτο, καίτοι τὴν φύσιν ἀθάνατος ὢν ὡς Θεὸς, εἰ μὴ προσεισδέξαιτό τις τοὺς περὶ ἐνανθρωπήσεως λόγους, διατεθείη τε, ὅτι τὸ πεφυκὸς ἀποθνήσκειν ἴδιον ἐποιήσατο σῶμα; καὶ ὑπέμεινε μὲν ἐν αὐτῷ τὸν θάνατον ἀνθρωπίνως, ἀνεβίω δὲ θεϊκῶς ὡς ἀφθαρσία καὶ ζωή.

κε΄.

Τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, λογισμοὺς καθαιροῦντα, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντα πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν E τοῦ Χριστοῦ.] οὐ παχὺς καὶ σωματικὸς, ἰσχνὸς δὲ μᾶλλον καὶ νοητὸς τῶν ἁγίων ὁ πόλεμος. εἰώθασι γὰρ εὐδοκιμεῖν, οὐχ ὅπλα κινοῦντες σαρκικὰ, καὶ τῶν δοράτων ἀκμαῖς, ἢ γοῦν ταῖς τῶν βελῶν εὐστοχίαις χρώμενοι, ἀλλὰ τοῖς τῆς ἀληθείας ὅπλοις ἐνηρμοσμένοι, πνευματικῶς ἀντανιστάμενοί τε καὶ μάλα νεανικῶς τοῖς ἐθέλουσι παρασημαίνειν αὐτὴν, καὶ τῶν θείων δογμάτων τὴν ὀρθότητα παρατρέπουσιν ἐπί γε τὸ αὐτοῖς ἀπερισκέπτως δοκοῦν. οὐ γὰρ σαρκικὰ τοιγαροῦν τῶν ἁγίων τὰ ὅπλα, δυνατὰ δὲ μᾶλλον τῷ Θεῷ. καθαιροῦσι γὰρ λογισμοὺς τοὺς εἰς ἐκτόπους ἡμᾶς

tes nos manere. Cum itaque divina scriptura multos per unius obeditionem justificatos asserit, non simplicem aliquem, nostræque conditionis hominem ad hoc assumptum cogitare debemus; sed ipsummet Unigenitum hominem factum, qui obedientiam Patri pro omnibus præstitit. Is enim est, qui attestante Scriptura, *peccatum non fecit, neque dolus inventus est in ore ejus.* I PARTIS CAP. V. — 1. Petr. 2. v. 22.

XXIII.

Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia honorare Deum. Promissiones patribus factas, ad Iudæos pertinere prædicat divinus Paulus. At prophetæ Christum gentium expectationem fore, jam dudum ante prædixerant. Itaque Dominus noster Iesus Christus Patris nutui sese conformans, circumcisionis, hoc est, Iudæorum minister factus est, ad promissionum quæ patribus factæ fuerant, corroborationem. Dictum enim fuerat: *Iustus ex fide vivet*: Gentibus autem vivifica & spiritalis benedictio, ut & ipsæ quoque per fidem vocatæ, ac misericordiam consecutæ, Deum glorificent. Verum enimvero licet secundum humanam naturam factus sit minister, attamen tam iis qui ex circumcisione sunt, quam ceteris quoque qui ex gentibus, annuntiatur ut Deus: Utriq; enim in Christum non tamquam in purum, nostræque sortis hominem, sed tamquam in Deum credentes; neque Dei Verbum extra carnem, hoc est humanam naturam, positum profitentes, sed incarnatum, vereque hominem factum adorantes, vocati sunt ad vitam. Rom. 15. v. 8. — Gen. 49. v. 11. — Hab. 2. v. 4.

XXIV.

Verbum autem fidei, quod prædicamus (inquiebat Apostolus) *hoc est: Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris.* Iam cum Deus suapte natura sit immortalis, si incarnationis doctrinam non admittimus, corpusque quod mori posset, sibi proprium fecisse inficiamur; quomodo ex mortuis resurrexisse recte dicere poterimus? In humano itaque corpore, quod assumpserat, mortem sustinuit: divina autem virtute, tamquam vita & incorruptio existens, ex mortuis resurrexit. Rom. c. 10. v. 8.

XXV.

Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum; consilia evertentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus cognitionem Dei; & captivantes omnem intellectum in obedientiam Christi. Bellum quod sancti gerunt, non est crassum aut corporale, sed subtile & spiritale. Illi enim commendari solent ac celebrari, non quia corporalia vibrent arma, aut lancearum cuspidibus, vel telorum jactibus apte utantur; sed potius quia veritatis armis instructi, spiritaliter intrepideque iis sese objiciant, qui divinorum dogmatum rectitudinem adulterare, ac temerario ausu ad sua placita pervertere student. Non igitur carnalia sunt sanctorum arma, sed in Deo & pro Deo valida. Demoliuntur enim hominum commenta, 2. Cor. c. 10. v. 4.

commenta, quæ in absurdum aliquem sensum abstrahunt; neque minori studio ea e medio tollere nituntur, quam exitiales quosdam barbaros, qui regiæ majestati apertum bellum indicunt. Quod si quispiam ex illorum grege, qui iniquitatem contra Deum loqui solent, cornua in altum sustulerit, eum illi veluti cædentes rectæ fidei sententiis, retortum ad veritatis doctrinam mox traducunt. Opus itaque sanctorum industria vere dignum, Deoque cum primis gratum fuerit, ea ad dispensationis cum carne rationem transferre, quæ cum Christi gloria non satis convenire videntur. Nam cum Verbum Deus esset, & in paterna forma & æqualitate existeret, seipsum ad exinanitionem demisit, & ad mortem usque obedientiam præstitit. Omnem proinde contrarium intellectum commode evertere, & quasi captivum in Christi obedientiam trahere oportet. Quod si aliquid humanam infirmitatem sapiens de eo dicatur; id Verbi naturæ, si hominem nostri similem factum credamus, nullam omnino notam asperget. Etenim licet humanam naturam assumpserit, & ad mortem usque secundum carnem sit factus obediens; nullam tamen divinitatis suæ jacturam fecit. mansit enim Deus ut erat.

Psal. 74.

Phil. 2.

B

XXVI.

C

Hebr. 3. v. 1.

Vnde fratres sancti, vocationis supercælestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum: qui fidelis est ei, qui fecit illum; sicut & Moyses in omni domo ejus. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domo, qui fabricavit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creavit, Deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo ejus, tamquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: Christus vero tamquam filius in domo sua; quæ domus sumus nos. Confessionis nostræ apostolus & pontifex a Deo Patre institutus est Iesus, hoc est, Dei Verbum incarnatum. Tunc enim Iesu nomine per angelum appellatum est. Et quidem sacerdotii & apostolatus nomen & res, perexigua sunt, si Verbi naturæ attribuantur: verumtamen humanæ naturæ modulo non incongrue adaptantur. *Nam filius* (vt ipse alicubi testatur) *non venerat ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.* Quod igitur creaturarum omnium ministerio iure merito potiatur, hoc inde habet, quia Deus est Dominus est, totumque quod ortum quovis modo sortitum est, pedibus illius substratum est: quod autem ministrat, hoc naturæ humanæ est. Neque hoc, si dispensationis cum carne rationem spectes, illum dedecet, qui se semel ad humana demisit. Vide jam, quomodo secundum humanam naturam, sacerdotii munus obeat, mediatorque inter Deum & homines existat. omnis enim sacerdos mediatoris officio fungitur. verumtamen sacrificii ritum non obit serviliter sacerdotum nostri ordinis more, quasi ipse non sit cui etiam sacrificium offertur; sed sibiipsi quoque sacrificat, & per seipsum, & in seipso Deo Patri. Offert autem nostram confessionem, hoc est fidem; quam rite facere consuevimus, dicentes: Credimus in Deum Patrem omnipo-

Luc. 1. v. 31.

D

Matth. 20. v. 28.

E

ἐννοίας ἀποκομίζοντας, καὶ οἷά τινας τῶν ἀλιτηρίων βαρβάρων τῇ βασιλέως δόξῃ φιλονεικεῖν ἐγνωκότας ἐκ μέσου ποιῆσαι σπουδάζουσι· κἂν εἴ τις εἰς ὕψος ἐπαίρει τὸ κέρας τῶν εἰωθότων λαλεῖν ἀδικίαν κατὰ Θεοῦ, τοῦτον ἐννοίαις ταῖς εἰς ὀρθότητα μονονουχὶ καταπαίουσι, μετατιθέντες εἰς τὸ εὐθὺ, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας ἐμβιβάζοντες λόγοις. εὐτεχνίας οὖν ἄρα τῆς ἀληθῶς ἁγιοπρεποῦς ἔργον ἂν γένοιτο, καὶ ἀρεσκὸν Θεῷ, τὸ τοῖς τῆς οἰκονομίας λόγοις ὑποφέρειν ἀεὶ τὸ ἀντιτετάχθαι δοκοῦν τῇ δόξῃ Χριστοῦ. Θεὸς γὰρ ὢν ὁ λόγος, καὶ ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ πατρὸς, ἑαυτὸν καθῆκεν εἰς κένωσιν, καὶ γέγονεν, ὑπήκοος μέχρι θανάτου. δεῖ τοίνυν πᾶν νόημα περιτρέπειν ἀστείως, καὶ οἷον αἰχμαλωτίζειν εἰς τὴν ὑπακοὴν αὐτοῦ. εἰ γὰρ δή τι λέγοιτο καὶ τῶν ἀνθρωπίνων, κατ' οὐδένα τρόπον ἀδικήσειεν ἂν τὴν τοῦ λόγου φύσιν τὸ ἐν ἀνθρωπότητι συνκαταπρεπὲς, εἰ πιστεύοιτο καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος γεγονώς· καὶ οὔτοι που τὸ εἶναι Θεὸς ἀποβεβληκὼς, ἀλλὰ μετὰ τοῦ μεῖναι Θεὸς, προσλαβὼν τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ὑπήκοος γενόμενος μέχρι θανάτου κατὰ τὴν σάρκα.

κς'.

Ὅθεν, ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. πλείονος γὰρ οὗτος δόξης παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται, καθόσον πλείονα τοῦ οἴκου τιμὴν ἔχει ὁ κατασκευάσας αὐτόν. πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος· ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεός. καὶ Μωσῆς μὲν πιστὸς ὢν, ὡς θεράπων, ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων· Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ· οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς·] ἀπόστολος καὶ ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας ἡμῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς γέγονεν Ἰησοῦς, τουτέστιν ἄνθρωπος πεφηνὼς ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος· τότε γὰρ ὠνόμασται καὶ Ἰησοῦς διὰ τῆς τοῦ ἀγγέλου φωνῆς. καὶ μικρὸν μὲν κομιδῇ τῇ τοῦ λόγου φύσει τό, τε τῆς ἱερωσύνης, καὶ τὸ τῆς ἀποστολῆς ὄνομά τε καὶ χρῆμα· τοῖς γε μὴν τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις εἴη ἂν οὐκ ἀνάρμοστον. ὡς γὰρ αὐτός πού φησιν, ὁ υἱὸς οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀντίλυτρον ὑπὲρ πολλῶν. τὸ μὲν γὰρ διακονεῖσθαι παρὰ τῆς κτίσεως, πρέποι ἂν αὐτῷ καὶ μάλα εἰκότως, ὥσπερ Θεῷ καὶ δεσπότῃ, καὶ ὑπὸ πόδας ἔχοντι πᾶν ὅπερ ἐστὶ γενητόν. τὸ δέ γε διακονεῖν, ἀνθρώπινον μέν. πλὴν ὅσον ἧκεν εἰς τοὺς τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας λόγους, οὐκ ἀπεοικὸς τῷ γε ὅλως ἑαυτὸν καθέντι πρὸς τὰ ἀνθρώπινα. ἄθρει δὲ ὅπως ἱερατεύει μὲν ἀνθρωπίνως, καὶ μεσίτης τέθειται καὶ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· μεσιτεύει γὰρ πᾶς ἱερεύς. τὸν δὲ τῆς θυσίας τρόπον οὐκ ἔτι καθ' ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς ἱερέων προσκομίζει δουλοπρεπῶς, οὐδὲν αὐτὸς ἐπικοινωνῶν εἰς τὸ λαβεῖν αὐτήν. ἀλλ' ἑαυτῷ πραγματεύεται, καὶ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πατρί. ἱερουργεῖ γὰρ ἡμῶν τὴν ὁμολογίαν, τουτέστι τὴν πίστιν, ἣν καὶ ὀρθῶς κατειθίσμεθα ποιεῖσθαι, λέγοντες· πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα.

ANNO CHRISTI 431.

τρα· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. οὐκοῦν κἂν ἱερατεύειν ἀνθρωπίνως λέγηται, ἀλλὰ δέχεται τὴν θυσίαν αὐτὸς θεϊκῶς, ὁ αὐτὸς ὢν ὁμοῦ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. εἴρηται δὲ πιστὸς, διὰ τὸ ἀεὶ σώζειν δύνασθαι τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ. πιστὸς δὲ ὠνόμασται καὶ αὐτὸς ὁ πατήρ. συγκρινόμενος δέ πως τῇ Μωσέως διακονίᾳ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὅσην ἔχει τὴν ὑπεροχὴν κατά γε τὸ εἶναι Θεὸς, ἀναμάθοι τις ἂν, καὶ οὐ σὺν ἱδρῶτι μακρῷ, ἐννοῶν, ὅτι ὁ μὲν ὡς οἰκέτης ἐν τῷ οἴκῳ πιστὸς, ὁ δὲ ὡς δεσπότης ἐπὶ οἶκον αὐτοῦ. καὶ ὅτι τοῦ οἴκου κατασκευαστὴς καὶ δημιουργὸς ὁ Ἐμμανουήλ· οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς. ἀσύγκριτος δὲ ποιητοῦ πρὸς τὸ ποιηθὲν ἡ διαφορὰ, καὶ τοῦ κατὰ φύσιν δεσπότου πρὸς * τὸ δοῦλον ἀληθῶς, καὶ ἐν ὑφέσει νοούμενον.

* τὸ δοῦλον

A tentem; & in unum dominum Iesum Christum filium ejus, & in Spiritum sanctum. Itaque etsi sacerdotio fungi dicitur secundum naturam humanam, sacrificium tamen oblatum suscipit, secundum divinam. est enim idem Deus simul & homo. Appellatus est autem fidelis, propterea quod semper salvare queat eos, qui per ipsum ad Deum accedunt. Quin & ipse quoque Pater fidelis interdum vocatur. Quanto autem intervallo ministerium illius ut hominis cum Mosaico collatum excedat, quatenus hic si consideretur ut Deus, perfacili negotio id quivis intelliget, si secum reputet, illum quidem veluti fidelem famu-B lum in domo versatum esse; hunc vero, hoc est Emmanuelem, toti domui tamquam dominum præfuisse, imo ipsius domus architectum conditoremque extitisse; cujus quidem domus non sumus. Nulla vero comparatio intercedit inter res conditas & conditorem: inter eum rursum, qui suapte natura dominus est, & eum qui vere servus & subditus.

PARTIS I. CAP. V.

κζ'.

Ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.] καταβῆναί φησιν ἑαυτὸν ἐξ οὐρανοῦ, ἀπεστάλθαι τε παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καίτοι τὰ πάντα πληρῶν· ἐκεῖνο, οἶμαι, καταδεικνὺς, καὶ καθιστὰς ἅπασιν ἐναργὲς, ὅτι Θεὸς ὢν ὁ λόγος, καταπεφοίτηκεν οἰκονομικῶς εἰς ἀνθρωπότητα δι' ἡμᾶς. καὶ οὔτι που μεθεὶς τὸ εἶναι φύσει Θεὸς, προσλαβὼν δὲ μᾶλλον ὅπερ οὐκ ἦν, ἵνα καὶ δοὺς τῷ θανάτῳ πρὸς βραχὺ τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ σῶμα καὶ ἴδιον αὐτοῦ, ' μηδένα ἀπολέσῃ τῶν δοθέντων αὐτῷ, διασώσῃ δὲ μᾶλλον, καὶ ἀναστήσῃ ' αὐτοὺς ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. ποιεῖν μὲν οὖν λέγων τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως τὸ ἑαυτοῦ, τὰς τῶν Ἰουδαίων ἀπονοίας ἐλέγχει, καὶ ὑποπλήττει πλαγίως, ὡς ἀεὶ τὸ ἴδιον ἱστῶντας θέλημα, καὶ τῶν θείων ὑπερορῶντας νόμων, καὶ παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι μεμεληκότας τὸ τῷ δεσπότῃ δοκοῦν· ἑαυτῷ γὰρ ἐν τούτοις προσμαρτυρῶν τὸ εὐήνιον, τῆς ἐκείνων ἀπειθείας κατηγορεῖ. ἔφη γάρ που καὶ ἑτέρωθι πρὸς αὐτοὺς, ὡς διώκειν ἐθέλοντας, καὶ μισεῖν ἠρημένους, καὶ ἄδικον ἐπ' αὐτῷ τὴν ἐπὶ τούτῳ ψῆφον ἐκφέροντας· ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα· καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστίν· ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, οὐκοῦν οἰκονομικῶς τὰ τοιάδε φησί.

' μηδὲν ἀπολέσηται ' αὐτὸ

XXVII.

Quia descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Hæc est autem voluntas ejus qui misit me Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. Cæli-C tus se descendisse, atque a Deo Patre se missum asserit, etiam si impleat omnia: illud omnibus, ut puto, demonstrare, planumque facere volens, quod cum Verbum esset Deus, dispensatoria ratione in humanam naturam propter nos se demisit: non quod per hoc Deus natura esse desisteret, sed quod id assumpserit, quod non erat: ut corpore quod assumpserat, propriumque sibi fecerat, morti ad tempus contradito, nullum ex illis quos acceperat, deperderet, sed servaret, ac in novissimo die a mortuis resuscitaret. Cum autem non suam, sed sui Patris voluntatem se perficere addit, Iudæorum væsaniam ex obliquo perstringit; ut qui suam semper volunta-D tem constituere satagentes, divinasque leges parvifacientes, de domini sui placitis perficiendis nihil quidquam pensi haberent: dum enim suum hoc loco promptum obsequendi studium palam commendat, illorum rebellionem neutiquam obscure incusat. Quin & alibi quoque eo nomine illos insimulat, quod odio, insectatione, iniquoque judicio ex instituto contra se desævirent: *Vos*, inquit, *secundum carnem judicatis; ego non judico quemquam: & si judico ego, judicium meum verum est: quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* Loquitur ergo hæc secundum carnis dispensa-E tionem.

Ioan. 6. v. 38.

Ioan. 8. v. 15.

Ioan. 5. v. 30.

κη'.

Πλὴν ἐκεῖνο φέρε δὴ, φέρε καταθρήσωμεν. ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς ὡς Θεὸς, δεδόσθαι φησὶν ἑαυτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύσαντας, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ, σώσῃ δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, καὶ ἀναστήσῃ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. πῶς οὖν ἀνέστησεν; ἢ δηλονότι διὰ τῆς ἰδίας ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν· ζωοποιήσας γὰρ καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὸν ἑαυτοῦ ναὸν, καὶ τὸ τοῦ θανάτου καταστείσας κράτος διὰ τοῦ θανάτου τῆς ἰδίας σαρκὸς, ὁδὸς γέγονε τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει πρὸς

XXVIII.

Sed age nunc alterum illud quoque expendamus. Cum e cælo descendisset ut Deus, illos a Patre sibi datos affirmat, qui in illum crederent; non ut illos perdat, sed ut in novissimo die ad vitam exsuscitet. Sed quomodo exsuscitat? non alio sane, quam per suam ex mortuis resurrectionem. Proprio namque templo in vitam restituto, mortisque imperio per propriæ carnis mortem demolito, humanæ naturæ ad resurrectionem, necnon ad obtinendam contra corruptionem victoriam,

Ioan. 6. v. 39.

victoriam, viam munivit. Verbi itaque Dei, A quod e cælo descendit, id proprium est, per quod primogenitus ex mortuis factum est; (Coloss. 1. v. 18.) quo illud nimirum, quod ipsi donatum est, una cum illo exsuscitatum, propter protoplasti inobedientiam non amplius pereat, sed propter Christi obedientiam, salutem & vitam æternam obtineat. Ceterum ut homo factum est, eos sibi datos dicit, qui fidem in ipsum recipiunt. Nam omnia quæ Patris sunt, (Hebr. 2.) hereditario jure possidet. Postquam vero (ut dixi) carni & sanguini communicavit, & nos in ipsum ut in Deum credidimus, ob id factum est, ut donationis nomen ei tribuatur. Nam qui ante susceptam carnem imperabat, B is etiam carne indutus regnum in nos obtinuit. Ita ubi primum Verbum homo nostri similis factum est, ut principatum in nos gereret, inauguratum est: *Dominus* (inquit) *dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie genui te.* Quamvis ergo ut Deus omnibus dominetur; tamen secundum humanam naturam, quæ sua alioquin erant, accepisse dicitur.

De Christi sanctificatione, ejusdemque sacerdotio.

C

XXIX.

(Hebr. v. 10.) DECEBAT *enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passiones consummare. Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te.* (Ps. 21. v. 23.) Rudiores, qui Dominum nostrum Iesum Christum duos Christos totidemque filios suo more dividunt, arbitrantur fortassis hominem ex muliere natum, seorsum per se, hoc est, a Dei Patris Verbo sejunctum, per passiones hic D consummatum prædicari, eumdemque salutis nostræ auctorem hoc loco appellari; consummatum autem, & passioni veluti alterum quempiam a se, ab ipso Verbo objectum esse. Nam illud, propter quem & per quem omnia, proprie in illud convenire, hoc (inquiunt illi) ex beato Evangelista evidenter colligi potest. (Ioan. 1. v. 3.) Ait enim: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Decebat igitur*, sicut asserunt illi, *ut Dei Verbum, per quod omnia, & propter quod omnia, quod multos filios in gloriam adduxerat, salutis illorum auctorem*, hoc est, hominem purum ex sacra Virgine ortum, *per passiones perfectum consummatumque redderet.* E Quod autem hic eorum sermo amentia scateat, quanta fieri poterit perspicuitate nunc ostendere conabor.

XXX.

In primis itaque illud, Per quem, de ipso quoque Patre enuntiatum interdum comperitur. (1. Cor. 1. v. 9.) *Fidelis Deus* (scribit beatus Paulus) *per quem vocati estis in societatem Filii ejus.* Ad illos rursum, qui per fidem ad libertatis dignitatem evocati fuerant, ita ait: (Gal. 4. v. 7.) *Itaque jam non es servus, sed filius. quod si filius, & heres per Deum.* Cum ergo divina Scriptura promiscue hanc phrasim usurpet, atque illud, Per quem, tribuat ipsi quoque Patri; nihil est quod Filii tantum personæ illud nos admetiri necessario compellat.

ἀνάστασιν, καὶ πρὸς γε τὸ δύνασθαι λοιπὸν κατευμεγεθῆσαι φθορᾶς. ἴδιον ἦν ἄρα τοῦ καταφοιτήσαντος ἐξ οὐρανοῦ Θεοῦ λόγου τὸ δι' οὗ γέγονε πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν· ἵνα καὶ ἐγηγερμένῳ κατακολουθῇ πρὸς ζωὴν τὸ δοθὲν αὐτῷ, οὐκέτι διὰ τὴν τοῦ πρωτοπλάσου παράβασιν ἀπολλύμενον, σωζόμενον δὲ μᾶλλον διὰ τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. δεδόσθαι δέ φησιν ἑαυτῷ τοὺς τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν προσιεμένους πάλιν, ὡς ἄνθρωπος γεγονώς. κλῆρος μὲν γὰρ ἴδιος αὐτῷ πάντα τὰ τοῦ πατρός. ἐπειδὴ δὲ, ὡς ἔφην, μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκὸς, εἶτα πεπιστεύκαμεν ὡς Θεῷ, ταύτῃ τοι τὸ τῆς δόσεως ὄνομα παρεισκρίνεται· βεβασίλευκε γὰρ ἡμῶν καὶ μετὰ σαρκὸς, ὁ καὶ πρὸ αὐτῆς βασιλεύς. καὶ γοῦν ὡς εἰς τὴν τοῦ χειρῶσαι βασιλεύειν ἀρχὴν εἰσκεκομισμένος, ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς· κύριος, φησὶν, εἶπε πρός με· υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. δέχεται τοίνυν ἀνθρωπίνως τὰ ἑαυτοῦ, καίτοι κατεξουσιάζων τῶν ὅλων ὡς Θεός.

Περὶ τοῦ ἡγιάσθαι τὸν Χριστὸν, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν νοουμένης ἱερωσύνης.

κθ'.

ΕΠΡΕΠΕ γὰρ αὐτὸν (αὐτῷ), δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα (ἀγαγόντι), τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι. ὅ, τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες. δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν, λέγων· ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.] οἴονται τάχα που τῶν ἀμαθεστέρων τινὲς, καὶ διαιρεῖν εἰωθότων εἰς δύο Χριστοὺς καὶ εἰς δύο υἱοὺς τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τελειωθῆναι λέγεσθαι διὰ παθημάτων τὸν ἐκ γυναικὸς ἄνθρωπον ἰδίᾳ νοούμενον, καὶ δίχα τοῦ ἐκ Θεοῦ πατρὸς ὄντος λόγου, καὶ αὐτὸν λέγεσθαι τὸν σωτηρίας ἡμῶν τὸν ἀρχηγόν. τετελειῶσθαι δὲ παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου δοθέντα (καθέντα) πρὸς τὸ πάθος, ὡς ἕτερον ἰδικῶς. πρέπειν γὰρ αὐτῷ δὴ μάλιστά φασι τὸ δι' ὃν τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, διά τοι τὸ φάναι τὸν μακάριον εὐαγγελιστήν. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. ἔπρεπε τοίνυν, φασὶ, τῷ λόγῳ, δι' ὃν τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντι, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν, τουτέστιν ἄνθρωπον ἁπλῶς, τὸν διὰ τῆς ἁγίας παρθένου, τελειῶσαι διὰ παθημάτων. ὅτι δέ ἐστιν ἐμβροντησίας ἀνάπλεως ὁ λόγος αὐτοῖς, ὡς ἔνι καὶ νῦν καταδεῖξαι πειράσομαι.

λ'.

Πρῶτον μὲν γὰρ τὸ, δι' οὗ, καὶ ἐπ' αὐτοῦ τέθειται τοῦ πατρός. καὶ γοῦν ὁ μακάριος Παῦλος· πιστὸς, φησὶν, ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ πάλιν τοῖς διὰ πίστεως εἰς ἐλευθερον ἀξίωμα κεκλημένοις· ἄρα, φησὶν, οὐκέτι εἶ δοῦλος, ἀλλὰ υἱός· εἰ δὲ υἱὸς, καὶ κληρονόμος διὰ Θεοῦ. ἀδιαφορούσης τοίνυν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς περὶ τὴν τῆς λέξεως ἐκφώνησιν, δεχομένης δὲ αὐτὴν καὶ ἐπὶ τοῦ πατρὸς, οὐδὲν ἔτι τὸ συνωθοῦν ἡμᾶς εἰς τὸ τοῦ υἱοῦ περιτρέπειν πρόσωπον ὡς ἐξ ἀνάγκης τὸ, δι' οὗ.

ἐπειδὴ

ANNO CHRISTI 431.

ἐπειδὴ δὲ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, * τί μὴ μᾶλλον ἀφέντες εἰς τὸ παρὸν τὸ αὐτοῦ πρόσωπον, εἶτα τῷ σκοπῷ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἑπόμενοι, τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ τοῦ μονογενοῦς τὸν αὐτῇ πρέποντα τηροῦντες λόγον, τὸν πατέρα φαμὲν τελειῶσαι διὰ παθημάτων ἐνανθρωπήσαντα τὸν υἱόν; ὑπέμεινε γὰρ σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, ἐν εὐδοκίᾳ που πάντως τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός· ἵνα καὶ ἡμᾶς τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ κατακολουθεῖν ἠρημένους, νεανικοὺς ἀποφήνῃ, πειθομένους λέγοντι· μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων ὑμῶν τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλον θλῖψιν ἔχειν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ διώκεσθαι παρ' ἐχθρῶν, καὶ τοὺς τῶν ἀληθείας δογμάτων ὑπεραθλεῖν, ἱδρῶτί τε καὶ πόνοις κατορθοῦν εὖ μάλα τὴν ἀρετὴν, οὐκ ἐᾷ θρύπτεσθαι πρὸς δειλίας, ἀποφαίνει δὲ μᾶλλον εὐτολμοτάτους, ἐλάσας αὐτὸς διὰ παθημάτων, ἵνα καὶ ἡμᾶς ἐκδυσωπήσῃ, λέγων· οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ· καὶ τῷ δούλῳ, ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ. εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσι.

* τοῦτο

λα'.

Σκοπὸς οὖν ἄρα τῷ μονογενεῖ γέγονε, σαρκὶ τῇ ἰδίᾳ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ ποία τίς ἐστιν ἡ τοῦδε πρόφασις, διδάξει λέγων ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ἐπειδὴ γὰρ τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον· καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἀνέφικτον ἦν τῇ ἀνθρώπου φύσει τὸ καταργῆσαι θάνατον· ἐκεκράτητο γὰρ ὑπ' αὐτοῦ, κατακομιζούσης αὐτὴν εἰς τοῦτο τῆς ἀρχαίας ἐκείνης ἀρᾶς· ἀναγκαίως ὁ ζωοποιὸς τοῦ Θεοῦ λόγος τὴν * θανάτῳ κάτοχον ἠμπέσχετο φύσιν, τουτέστι τὴν καθ' ἡμᾶς, ἤγουν τὴν ἀνθρωπίνην, ἵνα καὶ τῇ αὐτοῦ σαρκὶ καθάπερ τι τῶν ἀτιθάσσων θηρίων ἐπιπηδήσας ὁ θάνατος, παύσηται τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος, ὡς παρὰ Θεοῦ καταργούμενος. αὐτὸς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ σαρκὶ τελειούμενος δι' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως, τελειῶν δὲ ἡμᾶς θεϊκῶς διὰ τοῦ καταργῆσαι τοῦ θανάτου τὸ κράτος. ἔλειπε γὰρ τῇ ἀνθρώπου φύσει τὸ ἄφθαρτον, οὕτω γενομένῃ καὶ ἐν ἀρχαῖς. ὁ γὰρ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων· ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν * αὐτοῖς φάρμακον ὀλέθρου, οὐδέ ἐστιν ᾅδου βασιλεία ἐπὶ τῆς γῆς· φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν. οὕτως ἡμᾶς τελειώσας ἔφασκε πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεόν· ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι, ἵνα ποιήσω αὐτό. δόξα γὰρ ἀληθῶς Θεῷ καὶ πατρὶ, τῷ διὰ τοῦ ἰδίου γεννήματος καταργήσαντι θάνατον. οὐκοῦν ἡ μὲν τελείωσις αὐτῷ διὰ παθημάτων, ἡμῖν δὲ προσθήκη τοῦ λείποντος τὸ γεγενημένον· καινὴ γὰρ κτίσις τὰ ἐν Χριστῷ.

* θανάτου

* αὐταῖς

' τὸ

' καταργῆσαι

λβ'.

Ὅτι δὲ οὐκ ἄνθρωπον ἁπλῶς ἐξῃρημένου τοῦ

Cum itaque hæc ita se habeant, cur potius minime hoc de filio intelligentes, sed scripturarum auctoritati innixi, sermonemque incarnati Unigeniti mysterio congruentem studiose consectati, non dicimus, Patrem Filium hominem factum per passiones consummasse? quandoquidem is, Deo Patre sic volente, *ignominia contempta crucem sustinuit*, quo & nos quoque vestigiis illius inhærentes, strenuos efficeret, confidentes in illo qui dicit: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Nam quod afflictionem in mundo, persecutionemque ab hostibus perpessuri essent, & gravia pro veritatis dogmate certamina subituri, & virtutis denique stadium non absque magno sudore & molestiis decursuri, noluit eos metu frangi, sed per ea quæ ipse perpessus est, animari: ut vero nos etiam ea detrectare non auderemus, ostendit dicens: *Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus; & servo, sicut dominus ejus. Si me persecuti sunt, & vos persequentur.*

PARTIS I. CAP. V.

Hebr. 12. v. 2.

Matth. 10. v. 28.

Matth. 10. v. 24.

Ioan. 15. v. 29.

XXXI.

Scopus itaque unigenito Dei Filio propositus fuit, in carne sua pro nobis pati. Cujus quidem propositi causam divinus Paulus his verbis explanat: *Quia (inquit) pueri communicaverunt carni & sanguini, & ipse similiter participavit eisdem: ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum; & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.* Cum ergo mortis destructio humanæ naturæ facultatem superaret (nam per vetus maledictum in eam adducta erat calamitatem, ut necessario mortis imperio obnoxia teneretur) oportuit ut vivificum Dei Verbum natura morti obstricta, hoc est nostra humana, sese indueret; quo mors efferatæ cujusdam belluæ instar propriam quoque illius carnem adorsa, a tyrannide quam in nos exercebat, velut a Deo iam debellata, in posterum desisteret. Ipse itaque est, qui quidem propter nos secundum carnem, hoc est humanam naturam, perficitur; secundum divinam vero virtutem (eo nimirum, quod mortis impetum perfregerit) nos perficit, consummatque. Deerat enim humanæ naturæ ea integritas & incorruptio, quam in ortus sui primordio obtinebat: *Deus enim mortem non fecit, neque lætatur in perditione vivorum. Creavit enim, ut essent, omnia;* spectantque ad salutem mundi primordia, nec est in illis venenum perditionis, nec inferorum regnum in terra: *Sed diaboli invidia mors intravit in mundum.* Ad hunc itaque modum nos perficiens, ad cælestem Patrem ajebat: *Ego te clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam.* Ea namque vera est Dei Patris gloria, quod per Filium suum demolitus est mortem. Per passiones proinde ipsi quidem consummatio, nobis vero ejus quod deerat, expletio obtigit. Per Christum enim & in Christo nova creatura effecti sumus.

Hebr. 2. v. 14.

Sap. 1. v. 13.

Sap. 2. v. 24.

Ioan. 17. v. 4.

XXXII.

Quod autem non nudum vulgaremque ho-

 minem a Verbo sejunctum, nostri causa consummatum dicat, sed ipsummet Unigenitum humana forma indutum, id divinus Paulus hac rursum oratione confirmat: *Qui* (inquit) *sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Annuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Hic operæ precium est cognoscere, ecquis nam ille sit qui sanctificat; tum quinam illi rursum qui sanctificantur; & quonam modo ex uno omnes, & ex quo tandem illo. Sanctificat igitur Filius, secundum naturam sanctus existens, utpote Deus; sanctificamur autem nos ab eo per Spiritum sanctum. At quomodo ex uno omnes? Ex uno utique omnes conditore & opifice. unde & mutuam quoque fraternitatem necessario hinc trahimus. Nam inter genitum & genitum, quatenus genita sunt, naturalis quædam germanitas intercedit. Ceterum cum Filius non sit natura factus, neque ullam omnino ut Deus fraternitatem cum creatura inire queat; qui fieri potest, ut omnes, tam illi qui sanctificantur, quam is quoque qui sanctificat, profluxerint ab uno? Sane ad dilucidam propositæ rei explanationem, incarnationis œconomiam spectare nos oportet. Cum enim nobis secundum carnem assimilatus est, tunc & ipse quoque perinde ac nos ex uno esse dictus est, creaturarumque frater jure appellatus, utpote cum humana natura cognationem sortitus. Hac igitur ratione satis congrue fratres nos appellare neutiquam veritus est. Nisi enim his qui per ipsum conditi sunt, similis evasisset (quamquam per hoc, id quod erat, non amiserit) nequaquam, ut mihi persuadeo, fratris nomine se compellari passus esset. Tunc enim & absque reprehensione etiam ipse nobiscum laudabit, quem laudant seraphim, & universa creatura adorat.

Hebr. 2. v. 11.

Ps. 21. v. 23.

XXXIII.

1. Tim. 3. v. 16. *Et manifeste magnum est pietatis sacramentum: Deus manifestatus est in carne, justificatus est in spiritu, visus est angelis, prædicatus est in gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria.* Si Deus verbum deitatem non amittens, sed in quibus erat bonis constanter persistens, homo factus prædicatur, magnum profecto pietatis mysterium hic se offert. Si vero Christus est homo tantum communis, sola dignitatis vel auctoritatis societate Deo conjunctus (hoc enim indocti quidam defendunt) quomodo manifestatus est in carne? An non omnibus perspicuum est, nullum non hominem carne esse indutum, nec alio modo a quoquam posse videri? Qua ergo ratione a sanctis quoque angelis visus dicitur? Nonne angeli nosipsos conspicantur? Quid igitur in Christo aut nouum, aut inusitatum, & admiratione dignum est, si solam naturæ nostræ similitudinem gerens, a quibusdam angelis visus est? Qualis rursum gentibus prædicatus? aut qualis tandem ab iis qui sunt in mundo, creditur? Nam si illum discipuli mundo prædicarunt ut purum aliquem nostræ conditionis hominem, & non ut Deum hominē factum, talisque ab iis qui in mundo degunt, creditur; ad unum omnes anthropolatriæ crimine rei tenebimur, creaturamque creatoris loco adorare aperte convincemur; idque illius impulsu, qui

ANNO CHRISTI 431.

A λόγου τετελειῶσθαί φησιν ὑπὲρ ἡμῶν, ἐν ἀνθρωπείᾳ δὲ μᾶλλον μορφῇ πεφηνότα τὸν μονογενῆ, πιστώσεται πάλιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος προσθείς· ὅ, τε γὰρ ἁγιάζων, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες· δι᾽ ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν, λέγων. ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. τίς ὁ ἁγιάζων, καὶ τίνες ἂν εἶεν οἱ ἁγιαζόμενοι· καὶ πῶς ἐξ ἑνὸς πάντες, ἢ ἐκ τίνος, ὅλως ἄξιον ἰδεῖν. οὐκοῦν ἁγιάζει μὲν ὁ υἱὸς, ἅγιος ὢν κατὰ φύσιν ὡς Θεός· ἡγιάσμεθα δὲ ἡμεῖς παρ᾽ αὐτοῦ διὰ τοῦ πνεύματος. πῶς οὖν οἱ πάντες ἐξ ἑνός; ὡς ποιητοῦ καὶ δημιουρ-B γοῦ· ὥστε καὶ ἀναγκαῖον ἐντεῦθεν ἡμᾶς πρὸς ἀλλήλους ἔχειν τὴν ἀδελφότητα. ′ γενητοῦ γὰρ πρὸς γενητὸν, καθὸ * γενητὰ, φυσική τις ἡ ἀδελφότης. καίτοι τὴν φύσιν ἀγένητός ἐστιν ὁ υἱὸς, καὶ οὐκ ἀδελφὸς τῇ κτίσει κατά γε τὸ εἶναι φύσει Θεός. πῶς οὖν οἱ πάντες ἐξ ἑνὸς, ὅ, τε ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι; οὐκοῦν ἀναγκαῖος εἰς τὴν τῶν προκειμένων διασάφησιν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ λόγος. ὅτε γὰρ γέγονε καθ᾽ ἡμᾶς, τότε καὶ αὐτὸς μεθ᾽ ἡμῶν ἐξ ἑνὸς λέγεται· καὶ κεχρημάτικε τοῖς κτίσμασιν ἀδελφὸς, ὡς συγγένειαν ἐσχηκὼς τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀνθρωπίνην. C ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως οὐκ αἰσχύνεται ἡμᾶς ἀδελφοὺς ὀνομάζειν, οὐκ ἀναιχόμενος, ὥς γε μοι φαίνεται, τοῖς δι᾽ αὐτοῦ γεγονόσιν ἀδελφὸς ὀνομάζεσθαι, εἰ μὴ γέγονε κατ᾽ αὐτοὺς πλὴν οὐ μεθεὶς ὅπερ ἦν. τότε γὰρ ἀνεπιπλήκτως καὶ ὑμνήσει μεθ᾽ ἡμῶν αὐτὸς, ὃν ὑμνοῦσι τὰ σεραφεὶμ, καὶ σύμπασα κτίσις προσκυνεῖ.

′ γεννητῶ
* γεννητά.

λγ′.

Καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη D ἐν δόξῃ.] εἰ Θεὸς ὢν ὁ λόγος ἐνανθρωπῆσαι λέγοιτο, καὶ οὐ δή που μεθεὶς τὸ εἶναι Θεὸς, ἀλλ᾽ ἐν οἷς ἦν ἀεὶ διαμένων· μέγα δὴ τότε, καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. εἰ δὲ ἄνθρωπος νοεῖται κοινὸς ὁ Χριστὸς, ὡς κατὰ μόνην τὴν ἰσότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας, Θεῷ συνημμένος· πεφρονήκασι γὰρ τὰ τοιάδε τινὲς τῶν ἀμαθεστέρων· πῶς ἐν σαρκὶ πεφανέρωται; καίτοι πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ἐν σαρκί τέ ἐστι, καὶ οὐκ ἂν ἑτέρως ὁρῷτο τισί; ′ τίνι δὲ τρόπῳ ὤφθαί φησιν αὐτὸν καὶ τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις; ἢ γὰρ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς οὐχ ὁρῶσιν ἄγγελοι; τί οὖν ἐν Χριστῷ τὸ ξένον, ἢ τί τὸ παράE δοξον, εἰ καὶ καθ᾽ ἡμᾶς ὄντα, καὶ ἕτερον οὐδὲν τεθέανταί τινες τῶν ἁγίων ἀγγέλων; πῶς δὲ καὶ ἔθνεσιν ἐκηρύχθη; καὶ * ὡς τίς ὑπάρχων παρὰ τῶν ἐν κόσμῳ πιστεύεται; εἰ μὲν γὰρ ὡς ἕνα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἄνθρωπον ἁπλῶς, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον Θεὸν ἐνηνθρωπηκότα διεκήρυξαν οἱ μαθηταὶ, καὶ ὡς τοῦτο ὑπάρχων παρὰ τῶν ἐν κόσμῳ πιστεύεται), ἀνθρωπολατρείᾳ κεκρατήμεθα, καὶ προσκεκυνήκαμεν τῇ κτίσει· καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς κατεδούνησεν αὐτὸς ὁ

′ τίνα δὲ τρόπον.
* ἴσ. δὲ ὅστις ὑπάρχων.

φύσει

ANNO CHRISTI 431.

I. PARTIS CAP. V.

φύσει τε καὶ ἀληθείᾳ καὶ τῶν ὅλων Θεός· αὐτὸς γὰρ ἡμῖν τῶν θεηγόρων ἀνέδειξε χορόν. εἰ δὲ Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν τοῖς ἁγίοις ἔφασκεν ἀποστόλοις· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· εἶτα πεπιστεύκαμεν εἰς αὐτὸν, βεβαπτίσμεθά τε, τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλοντες, καὶ ὁμολογοῦντες τὴν ἀνάστασιν· καὶ τοῦτο δρᾶν εἰωθότες, τοῖς ἀνθρωπολατρείας ἐγκλήμασι κατ' οὐδένα τρόπον ἐνισχήμεθα· οὐκ ἄρα ψιλῇ συναφείᾳ τῇ πρὸς Θεὸν λόγον τετιμημένος ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, συνόδῳ δὲ μᾶλλον τῇ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν υἱὸς εἷς καὶ κύριος. μέγα γὰρ τότε τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· πεφανέρωται γὰρ ἐν σαρκὶ Θεὸς ὢν ὁ λόγος, ἐδικαιώθη δὲ καὶ ἐν πνεύματι· οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ὤφθη δὲ καὶ ἀγγέλοις, οἳ τὴν ἀνθρωπίνην αὐτοῦ γέννησιν οὐκ ἠγνοηκότες ἔφασκον· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. ἐκηρύχθη δὲ καὶ ἐν ἔθνεσι· καὶ ὅτι κατὰ ἀλήθειάν ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ ἐν σαρκὶ πεφηνὼς, παρὰ τοῖς ἐν κόσμῳ πιστεύεται.

λδ΄.

Καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης λέγων· ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν. * ἐγὼ δὲ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, αὐτός μοι εἶπεν· ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι τῷ ἁγίῳ. κἀγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.] ἕνα λέγοντες τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ τῶν εἰς δύο Χριστοὺς ἀποδιαιρούντων οὐκ ἀνεχόμενοι, τί δὴ ἄρα φαμὲν καταπτάντος ἐπ' αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ μείναντος ἐπ' αὐτόν; ἆρα δεδεῆσθαι τοῦ μεταλαχεῖν ἁγίου πνεύματος τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον ὑποτοπάσομεν; καίτοι πῶς οὐκ ἂν αἰσχρὸν ἀληθῶς τὸ ὧδε φρονεῖν, ἢ λέγειν; ἴδιον γὰρ αὐτοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. καὶ γοῦν ὁ μακάριος Παῦλος· ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, οἷς ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, κρᾶζον· Ἀββᾶ, ὁ πατήρ. ἀσεβὲς οὖν ἄρα τὸ κἂν γοῦν ὑπονοῆσαι μόνον τῆς τοῦ πνεύματος μετουσίας δεδεῆσθαι καὶ αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον· καὶ τὸ οὕτω σαφῆ τὴν ἀπόδειξιν ἔχον περιεργίας ἀξιοῦν, εὔηθες καὶ κομιδῇ. πῶς οὖν ἐπ' αὐτὸν κατέπτη τὸ πνεῦμα; δέχεται γὰρ ἀνθρωπίνως, ἀκαταιτίατον αὐτῷ τὸ λαβεῖν ἀποφαινούσης εὖ μάλα τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας, μᾶλλον δὲ καὶ ἀναγκαίως εἰς τοῦτο φερούσης. δέχεται γὰρ οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλ' ἡμῖν· ἵνα ἐπείπερ ἀπέπτη τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, διὰ τὸ ἐπιμελῶς ἐγκεῖσθαι τὴν διάνοιαν τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος, καταφοιτῆσαν ἐπ' αὐτὸν, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους δευτέρᾳ, καταλύσῃ καὶ ἀναπαύσηται πάλιν ἐν ἡμῖν, ὡς κατορθωκόσιν ἤδη τὸ ἀναμάρτητον ἐν Χριστῷ, καὶ τὴν αἰτίας ἁπάσης ἀπηλλαγμένην ἔχουσι ζωήν. πλὴν εἰ καὶ ἀνθρωπίνως δέχεται δι' ἡμᾶς, ἀλλ' ὅρα διδόντα

κἀγὼ

ἢ πάναισχρον πᾶν χρεὼν

natura & veritate universorum Deus est. Constat enim, ipsum ad nos misisse magistros qui hæc docerent. Quod si Christus ex mortuis exsuscitatus, sanctos apostolos his verbis affatur: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*: nosque in illum credimus, ac mortem ejusdem annuntiantes, resurrectionemque confitentes, baptizati sumus; & istud de more factitantes, numquam hactenus quod hominem colamus, insimulati fuimus: quis dubium habere potest, Christum non esse purum hominem nuda tantum simplicique cum Dei Verbo connexione honoratum; verum naturali secundum dispensatoriam unionem cum humana natura conjunctione unum esse Filium & dominum, atque ideo magnum pietatis sacramentum eluxisse mundo? Nam Deus Verbum apparuit in carne, justificatus est in Spiritu (nullum enim peccatum dominus noster designavit) visus est & angelis, ut qui nativitatem ejus secundum carnem non ignorantes, *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas*, concinuerint. prædicatus est & in gentibus quoque: denique verum illum naturalemque Dei Patris Filium esse, qui manifestatus sit in carne, creditum est ab his qui mundum hunc incolunt.

Matth. c. 28. v. 19.

Luc. c. 2. v. 14.

XXXIV.

Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum. & ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei. Cum unum dumtaxat Emmanuelem assignemus, neque eos qui unicum Christum in duos divellunt, feramus; quid dicemus, cum Spiritum sanctum e cælo super illum descendisse, necnon super eumdem mansisse audimus? Suspicabimurne Dei Patris Verbum Spiritus sancti participatione indiguisse? At quid hoc aut excogitari, aut dici queat absurdius? Spiritus enim æque proprius est illius atque Dei Patris. *Quoniam estis Filii* (inquit beatus Paulus) *misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem: Abba, Pater.* Impium proinde fuerit vel solum cogitare, ipsum Dei Patris Verbum Spiritus sancti communicatione eguisse; fatuum vero, in rem usque adeo planam & evidentem curiosius velle inquirere. At quomodo ergo Spiritus sanctus super illum descendit? Accipit namque secundum humanam naturam, dispensatione cum carne efficiente, ut citra omnem reprehensionem Spiritum acciperet; imo necessario ad hoc ducente. Suscipit autem nobis verius quam sibi: quo nimirum, posteaquam ab hominibus, eo quod illorum mens a juuentute ad malitiam prona semper intentaque esset, semel avolarat, nunc in Christum veluti in alterum generis nostri principium descendens, sedemque capiens, iterum in nobis tamquam recte jam operantibus, & vitam a peccato, omnique crimine immunem in ipso ducentibus, conquiescat. Verum enimvero licet ut homo Spiritum sanctum propter nos susci-

Ioan. c. 1. v. 32.

Galat. c. 4. v. 6.

Genes. 8. v. 21.

I. PARTIS CAP. V.

piat; ut Deus tamen eumdem impertiri solet. A *Super quem* (inquit idem ille) *videris Spiritum descendentem, & manentem, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Baptizare autem in Spiritu sancto, opus divinum existit. Atqui dominus noster Iesus Christus his qui baptizantur, Spiritum Patris uti proprium infundit. Atque huc tendit divinus Paulus, dum inter cetera ita scribit: *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Hunc itaque Dei Filium esse, aperte testatum facit Ioannes.

Ioan. 1. v. 33.

Rom. 8. v. 8.

XXXV.

B At lubenter equidem hic illos percontarer, qui unum dominum nostrum Iesum Christum in duos filios divellunt, (nam unum tantum Pater demonstravit; & de uno solum, *Hic est Filius Dei*, beatus evangelista retulit) de utronam illorum, quod allegatum est, accipi debeat? Nam si sermo est de unigenito Dei Patris Verbo seorsum per se sumpto, quomodo Spiritum suscepit, cum sit natura Deus, & ipsum Spiritum proprium habeat? Quod si hominem ex muliere ortum seorsum ac per se positum Spiritu sancto eguisse dixerint, quomodo hic rursum in Spiritu sancto baptizat? quandoquidem Spiritus C sancti gratiam accedentibus posse dilargiri, id vere naturæ est omnium supremæ ac præstantissimæ. Quod si unus idemque simul dat & recipit, manifestum est id provenire ratione dispensationis secundum carnem, & quatenus natura & vere Deus existit. Accipit igitur ut homo, non tam sibi quam toti generi humano per seipsum, & in seipso primo: ex propria vero vi & natura ut Deus est, illis dat, qui ipsum accipere digni sunt. Poterant alia quoque in eandem sententiam non pauca afferri: sed supervacaneum judicavimus, idem sæpius inculcare: maxime vero D cum ingeniosioribus ad similium locorum cognitionem vel unius explanatio sat esse possit. Quamobrem quotiescumque Christus sanctificari, hoc est Spiritum sanctum accipere dicitur, semper istud ad hunc modum intelligendum est. Satius enim est pietatem amplecti, dum pie sacrarum literarum sensum ad rectam pertrahimus interpretationem, quam impie denegantes quæ recte de Christi gloria pronuntiata sunt, abire præcipites.

Ioan. c. 1. v. 34.

XXXVI.

Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est a Iordane: & agebatur in Spiritu in desertum diebus quadraginta, & tentabatur a diabolo, & nihil manducavit in diebus illis: & consummatis illis, postea esuriit. Decebat sa- E ne, ut ille nostri causa satanæ se objectaret, partamque jam olim palmam ipsi eriperet, qui ea de causa in voluntariam exinanitionem sese demiserat, ut suæ nos plenitudinis participes efficeret; fractosque & debilitatos quondam in Adamo, spiritale quoddam robur adeptos ostenderet: quandoquidem tam corporum, quam animorum ægritudines, protoplasti culpa in hominum naturam invectæ, per Christum e medio sunt sublatæ. Sicut enim hujus obeditione justi constituimur multi, etiam si propter illius

Luc. c. 4. v. 1.

A θεϊκῶς. ἐφ' ὃν γὰρ ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, φησὶ, καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι τῷ ἁγίῳ. τοῦτο δέ ἐστιν ἐνέργημα θεϊκόν· ἐνίησι γὰρ τοῖς βαπτιζομένοις ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὡς ἴδιον πνεῦμα τὸ τοῦ πατρός. καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς ἐμπεδοῖ γεγραφὼς ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ ἐνοικεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. μεμαρτύρηκεν οὖν Ἰωάννης, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱός τοῦ Θεοῦ.

λε'.

B Ἀναπυθέσθαι δὲ πάλιν ἐθέλοιμ' ἂν τῶν εἰς δύο διοριζόντων υἱοὺς τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· ἕνα δέδειχεν ὁ πατὴρ, καὶ περὶ ἑνός φησιν ὁ μακάριος εὐαγγελιστής· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός τοῦ Θεοῦ· ἆρ' οὖν εἰπέ μοι, περὶ τίνος ἔσται τὸ εἰρημένον; εἰ μὲν οὖν ἰδικῶς καὶ κατὰ μόνας τοῦ μονογενοῦς, τουτέστι τοῦ ἐκ πατρὸς ὄντος λόγου, πῶς τὸ πνεῦμα δέχεται, καίτοι Θεὸς ὢν φύσει, καὶ ἴδιον ἔχων αὐτό; εἰ δὲ ἀνὰ μέρος καὶ ἰδικῶς, ἤγουν κατὰ μόνας, τὸν ἐκ γυναικὸς ἄνθρωπον δεδεῆσθαί φασι τῆς τοῦ πνεύματος μετοχῆς, πῶς αὐτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν αὐτῷ; καίτοι μόνῃ C πρέποντος τῇ ἀνωτάτω φύσει τοῦ καὶ ἀποφαίνειν δύνασθαι μετεσχηκότας τοῦ πνεύματος τοὺς προσιόντας αὐτῇ. εἰ δὲ δέχεται, καὶ δίδωσιν ὁ αὐτὸς, πρόδηλον ὅτι κατά γε τοὺς τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας λόγους, καὶ καθὸ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστι Θεός. δέχεται μὲν ἀνθρωπίνως, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλὰ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει δι' ἑαυτοῦ καὶ ἐν ἑαυτῷ τῷ πρώτῳ προξενῶν αὐτό. δίδωσι δὲ θεϊκῶς ἐξ ἰδίας αὐτοῦ φύσεως, τοῖς ἀξίοις τοῦ λαβεῖν ἐνιείς. ἦν μὲν οὖν τῷ προκειμένῳ ῥητῷ προσεοικότα τε καὶ τὸν ἴσον ἔχοντα D νοῦν παραθεῖναι καὶ ἕτερα· τὸ δέ γε ταυτοεπεῖν φορτικὸν εἰδότες, ἐκεῖνό φαμεν, ὡς ἀπόχρη τοῖς νουνεχεστέροις ἡ ἑνὸς ἐξήγησις εἰς τὴν τῶν ὁμοίως ἐχόντων ἀκριβῆ διασάφησιν. οὐκοῦν ὁσάκις ἂν λέγοιτο Χριστὸς ἁγιάζεσθαι τυχὸν, ἤγουν τὸ πνεῦμα λαβεῖν, κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν τρόπον προσήκει νοεῖν. εὐσεβεῖν γὰρ ἄμεινον περιτρέποντας εὐσεβῶς εἰς τὸ ἀμωμήτως ἔχον τῶν ἱερῶν γραμμάτων τὸν νοῦν, ἤγουν ἰέναι κατὰ πετρῶν, ἀνοσίως ἐπιτειχίζοντας τῇ δόξῃ Χριστοῦ τὰ ὀρθῶς εἰρημένα.

λς'.

Ἰησοῦς δὲ πλήρης πνεύματος ἁγίου ὑπέστρεψεν ἀπὸ Ἰορδάνου. καὶ ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον τεσσαράκοντα ἡμέρας, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου· καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις E ἐκείναις· καὶ συντελεσθεισῶν αὐτῶν, ἐπείνασεν.] ἔδει δὲ πάλιν ὑπὲρ ἡμῶν ἀντιστῆναί τε, μονονουχὶ δὲ καὶ ἀντιποδύσασθαι τῷ πάλαι νικήσαντι σατανᾷ, τὸν διὰ τοῦτο καθιέμενον εἰς ἑκούσιον κένωσιν, ἵνα ἡμᾶς ἀποφήνῃ μετεσχηκότας τοῦ ἰδίου πληρώματος· καὶ ἀσθενήσαντας ἐν Ἀδὰμ, εὐρωστίαν ἔχοντας ἀποδείξῃ πνευματικήν. πέπαυται γὰρ ἐν Χριστῷ τὰ ἐν τῷ πρωτοπλάστῳ τῇ ἀνθρώπου φύσει συμβεβηκότα σωματικά τε καὶ ψυχικὰ τῶν ἀρρωστημάτων ἐνεργήματα. ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς ὑπακοῆς αὐτοῦ δίκαιοι κατέστημεν οἱ πολλοὶ,

ANNO CHRISTI 431.

I. PARTIS CAP. V.

A πολλοὶ, καίτοι πεπονθότες διὰ τῆς ἐκείνου παρακοῆς τὴν κατάκρισιν· οὕτω δὴ πάλιν διὰ τῆς ἐν Χριστῷ νοουμένης εὐσθενείας, δῆλον δὲ ὅτι πνευματικῆς, τὰ ἐπὶ ταῖς προτέραις ἀσθενείαις διεκρουσάμεθα βλάβη· καὶ οἱ πεπτωκότες ἐν Ἀδὰμ, νενικήκαμεν ἐν Χριστῷ. ἀντιπαρατάττεται τοίνυν ὑπὲρ ἡμῶν ὡς ἄνθρωπος, καὶ νικᾷ θεϊκῶς. καὶ πειράζεται μὲν, ὡς ἑνὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπιπηδῶντος τοῦ σατανᾶ, καὶ οἰηθέντος, ὅτι τὸ ἀκρατὲς τῆς σαρκὸς συνεκπολεμήσειν αὐτῷ τὸν ἐκπειραζόμενον· ἀναχωρεῖ δὲ κατῃσχυμμένος, καινοτομούσης αὐτὸν τῆς ἀνθρώπου φύσεως ἐν Χριστῷ, καὶ B νενεκρωμένον ἐχούσης τῆς ἁμαρτίας τὸν νόμον, τὸν ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἀγριαίνοντα· κατήργηται γὰρ ἐν Χριστῷ. νηστεύσας γε μὴν ἀποχρώντως, καὶ δυνάμει θεοπρεπεῖ ποτοῦ καὶ σιτίων δίχα τὴν σάρκα τηρήσας ἀδιάφθορον, ἐφίησι μόλις τὰ οἰκεῖα παθεῖν αὐτῇ. πεινῆσαι γὰρ λέγεται· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; ἵνα δι' ἀμφοῖν εὐτέχνως Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὑπάρχων ἐπιγινώσκηται εἷς καὶ ὁ αὐτὸς δηλονότι, καὶ θεϊκῶς ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως. ἄγεσθαι δὲ λέγεται τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος εἰς τὴν ἔρημον, τοῦ ἄγεσθαι δηλοῦντος οὐ τὸ ἀποφέρεσθαι μᾶλλον, ἀλλὰ τὸ διάγειν, ἤτοι διατελεῖν· καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐφ' ἡμῶν λέγεται πλειστάκις· ὁ δεῖνα τυχὸν ἑαυ- C τὸν ὀρθῶς ἄγει, τουτέστιν ἀμέμπτως ζῇ καὶ πολιτεύεται. ἀνεστρέφετο τοίνυν εἰς τὴν ἔρημον, ἤγουν ἐποιεῖτο τὰς διατριβὰς, οὐ σωματικῶς· ποτοῦ γὰρ δίχα καὶ τῆς τοῖς σώμασιν ἀναγκαίας τροφῆς ἐν δυνάμει πνεύματος ὑπὲρ φύσιν τὴν καθ' ἡμᾶς διεκαρτέρει πρὸς τὴν νηστείαν. πλὴν ἐκεῖνο ἄθρει· ἐπωφελεστάτη γὰρ τῆς ἐννοίας ἡ δύναμις. οὐ πρὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἐπειράζετο, ἀλλ' οὐδὲ ἤγετο τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον, τύπον ἡμῖν τὸ χρῆμα τιθείς. ἀμήχανον γὰρ τοὺς οὔπω βεβαπτισμένους τοῦ πειράζοντος σατανᾶ δύσοιστον οὖσαν τὴν προσβολὴν ὑπε- D νεγκεῖν δύνασθαι νεανικῶς, ἤγουν ἄγεσθαι πνευματικῶς. καιρὸς δὲ ὁ πρέπων τοῖς οὕτω λαμπροῖς καὶ ἀξιαγάστοις κατορθώμασιν, ὁ μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα. κραταιωθέντες γὰρ οὕτω τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος μετοχῇ, καὶ τῇ ἄνωθεν χάριτι κατεσφραγισμένοι, πρὸς εὐρωστίαν δὲ δηλονότι τὴν πνευματικὴν, ἀνάλωτοί τε ἐσόμεθα τῷ σατανᾷ, καὶ ὡς ἐν δυνάμει πνεύματος διαζήσομεν, ἔρημον ὥσπερ τινὰ καταλαμβάνοντες χῶρον τὸ ἔξω τύρβης γενέσθαι κοσμικῆς. σμικρὸν μὲν οὖν κομιδῇ τῷ πάντα ἰσχύοντι λόγῳ E τὸ νικῆσαι τὸν σατανᾶν, μέγα δὲ πάλιν ἡμῖν τὸ καὶ τούτου τυχεῖν διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ, καθὰ καὶ τὸ ἀνακαινισθῆναι πρὸς ἀφθαρσίαν. ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως αὐτοῦ κρείττους ἡμεῖς γεγόναμεν τῆς φθορᾶς, οὕτω διὰ τῆς ἐν τῷ πειράζεσθαι νίκης πάλιν ἡμεῖς κεκρατήκαμεν.

λϛʹ.

Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειραμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας.]

inobedientiam, in condemnationis sententiam inciderimus; ita rursum spiritali robore per Christum nobis allato, a veterum morborum detrimentis liberamur: & qui in Adam victi concideramus, in Christo victoriam obtinuimus. Objicitur itaque hosti pro nobis ut homo, vincit autem ut Deus. Tentatur rursum, satana perinde illi insultante ac uni ex nobis, certoque sibi pollicente fore, ut carnis petulantia ad illum prosternendum sociam sese adjungeret: verum is pudefactus abscessit, cum natura humana novo quodam modo in Christo legem peccati, quæ pridem in membris carnis ferociebat, extinctam mortificatamque sese habere ostenderet. abolita est enim lex hæc in Christo. Porro autem cum quantum sat erat, jam jejunasset, divinaque virtute absque cibo & potu incorruptam carnem conservasset, vix tandem, quæ propria illius sunt, pati eam sivit. Esuriisse enim dicitur: sed quam ob causam, quæso, esuriit? Ob eam nimirum, quo apte per utrumque Deum simul & hominem se esse declararet, unusque & idem, quatenus Deus, supra nos esse; & quatenus homo, nobis similis agnosceretur. Virtute porro Spiritus in desertū agi dicitur, non quod agi idem sit quod deferri, sed vitam traducere, seu morari: quemadmodum nos quoque dicere interdum consuevimus, hunc vel illum probe seipsum agere, hoc est, inculpatam vitam exigere. Versabatur igitur in deserto, hoc est, vitam illic agitabat, non quidem more corporeo: nam absque cibo & potu, rebus utique humano corpori necessariis, ibi degebat Spiritus virtute armatus, & supra humanæ naturæ conditionem in continuo jejunio ibidem persistebat. Ceterum accurrate observandum est quod hic traditur: est enim ejusmodi, in quo salubris quædam doctrinæ vis lateat. Non enim ante sanctum baptisma susceptum tentabatur; sed neque Spiritu quoque in desertum agebatur. Ecquid, quæso, res hæc nobis adumbrabat? Non aliud utique, quam fieri non posse, ut ii qui baptismi gratiam necdum assecuti sunt, gravissimis tentantis satanæ insultibus viriliter obsistant, aut spiritalis vitæ rationem inire queant. Tempus autem obtinendæ tam illustris victoriæ post sacrum baptisma opportunum est. Ita enim Spiritus sancti participatione roborati, & superna gratia ad spiritale robur confirmati, satanæ insidiis capi non poterimus; sed tamquam in virtute Spiritus vivemus, quasi in desertum quoddam secedentes, dum procul a mundi hujus tumultibus vitam placide transigimus. Quamobrem licet cunctipotentis Dei Verbo parum omnino sit satanā devicisse, nobis tamen permagnum quoddam est, quod per ejus incarnationem victoriā adversus illum obtinuerimus; sicut & illud quoque, quod per eamdem ad incorruptionē nos instauravit. Sicut enim per illius resurrectionem corruptione superiores evasimus; ita victoria contra tentantē satanam per illum obtenta, nos quoq; victores reddit.

Rom. c. 7. v. 23.

XXXVII.

Habentes ergo pontificem magnum, qui penetravit cælos, Iesum filium Dei, teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit cōpati infirmitatibus nostris: tētatum autem per omnia secundum similitudinem absque peccato.

Hebr. c. 4. v. 14.

Fita

I. PARTIS CAP. V.

Fit a nobis rectæ fidei confessio, nempe ut credamus in unum Deum Patrem omnipotétem, & in unum dominum Iesum Christum filium ejus, & in unum Spiritum sanctum. Hujus autem fidei confessioni inhærere nos oportere divinus Paulus admonet. Quoniam vero certo constat, unum dumtaxat esse Dei Patris filium, nempe Christum Iesum, qui & nostris infirmitatibus compati potest, & per omnia secundum similitudinem absque peccato tentatus est; quis tandem magnus ille pontifex noster est? An non est hic, qui sicut & nos vere factus est, & in carne propter nos etiam passus? Tunc enim pontificis nostri titulum assumpsit: non ita tamen, ut aliorum sacerdotum more, externum, hoc est, a se alienum B sacrificium obtulerit: sed ipse fuit agnus, ipse fragrantissima illa hostia & spiritale holocautoma, & ipse turtur ille gemebundus, & simplex columba; ipse panis vivus, & thuribulum aureum. *Christi enim bonus odor sumus Deo;* ut sacris literis proditum est. Porro apostolicæ sententiæ profunditatem hic diligenter observa. Non habemus, inquit, pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia secundum similitudinem absque peccato. Antequam, ait, Dei Verbum homo factum esset, humanæ tamen naturæ infirmitatem tamquam rerum conditor exacte exploratam habebat. *Ipse enim*, ut scriptum est, *figmentum nostrum cognovit*. Verum enimvero, ut maxime nosset, nondum tamen C (ut aliquid interim humanum nobis de eo depromere liceat) nondum, inquam, nostros morbos experientia cognoverat. at vero posteaquam carnem nostram induit, omnia expertus est. Neque tamen dicimus, antea quidquam omnino eorum omnium ignorasse, sed scientiæ divinæ quam obtinebat, eam quoque notitiam, quam affert experientia, accessisse. Itaque Dei Verbum factum est compatiens, non quod eam sympathiam ex ipsa demum tentatione vel experientia assumpserit (erat enim jam ante & est suapte natura misericors ut Deus) sed quia posteaquam hoc D ipsum quod erat, constanter manens, factum est etiam homo nostri similis, ea apte etiam de illo affirmantur, quæ in naturam humanam conveniunt. Dicitur vero cælos penetrasse & corporaliter simul & decenter Deo. Nam ut sapientissimus Paulus monet, ascendit *ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.* Quin & alio quoque sensu cælos trãscendisse dicitur, quod beatorum angelorum gloriam longo post se intervallo reliquisse certo dignoscatur: quandoquidem ut Deus *super omnem est principatum & potestatem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro.* Nam ut Filius eamdem cum Patre suo gloriã & potestatem obtinet, etiam E si dispensatorie nostri similis factus sit.

Ioan. 6.

2. Cor. c. 2. v. 14.

Psalm. 102. v. 14.

Hebr. c. 9. v. 24.

Ephes. c. 1. v. 21.

XXXVIII.

Hebr. c. 5. v. 4.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron. Sic & Christus non clarificavit semetipsum ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Qui seipsum ultro ad exinanitionem demiserat, is paternam vocationem ad usitatam apprimeque convenientem sacerdotii functionem ducentem opperitur; convenientem autem non

A ἡ τῆς ὀρθῆς πίστεως ὁμολογία πράττεται πρὸς ἡμῶν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ· καὶ εἰς ἓν ἅγιον πνεῦμα. ταύτης ἡμᾶς τῆς ὁμολογίας ἀντέχεσθαι δεῖν ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος. ἐπειδὴ δέ ἐστιν ὁμολογουμένως εἷς υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, δῆλον δὲ ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ συμπαθῆσαι δυνάμενος ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, καὶ κατὰ πάντα πεπειραμένος καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας· τίς ἂν εἴη λοιπὸν ὁ μέγας ἡμῶν ἀρχιερεύς; ἆρ' οὐχ ὁ γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, οὗτος καὶ σαρκὶ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν; τότε γὰρ ἡμῶν κεχρημάτικεν ἀρχιερεύς. οὐχ ὡς ἀλλογενὲς B ὀθνεῖόν τε προσάγων θῦμα κατά γε τὸ εἰωθὸς τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ὢν αὐτὸς ὁ ἀμνὸς, ἡ εὐοσμοτάτη θυσία, τὸ νοητὸν ὁλοκαύτωμα, ἡ λαλιστάτη τρυγὼν, ἡ ἀκέραιος περιστερὰ, ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, τὸ χρυσοῦν θυμιατήριον. Χριστοῦ γάρ ἐσμεν εὐωδία τῷ Θεῷ κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἄθρει δέ μοι τῶν ἀποστολικῶν ἐννοιῶν τὸ βάθος, οὐκ ἔχομεν, φησὶν, ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειραμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας. εἰ γὰρ μήπω γέγονε, φησὶν, ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ᾔδει μὲν, ᾔδει καὶ οὕτω τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ὡς δημιουργός. αὐτὸς γὰρ ἔγνω τὸ πλάσμα ἡμῶν κατὰ τὸ C γεγραμμένον. ἀλλ' εἴπερ τι τῶν ἀνθρωπίνων καὶ ἐπ' αὐτοῦ φάναι θέμις, οὔπω καὶ εἰς αὐτὴν ἐκέκλητο πεῖραν τῶν ἡμετέρων ἀσθενειῶν. ἐπειδὴ δὲ τὴν ἡμῶν ἠμπέσχετο σάρκα, πεπείραται κατὰ πάντα. καὶ οὐ δήπου φαμὲν ὡς ἠγνοηκὼς, ἀλλ' ὅτι τῇ γνώσει τῇ ' θεϊκῇ ['θεόπρεπεῖ] προϋποκειμένῃ καὶ τὸ διὰ πείρας αὐτῆς συνέβη μαθεῖν. γέγονε δὲ συμπαθὴς οὐκ ἀπό γε τοῦ πεπειρᾶσθαί ποθεν· ἦν γὰρ ἐλεήμων φύσει, καὶ ἔστιν, ὡς Θεός. ἐπειδὴ δὲ μετὰ τοῦ εἶναι ὅ ἐστι, γέγονε καὶ καθ' ἡμᾶς, ἀνθρωποπρεπῶς D καὶ ταῦτα λέγεται περὶ αὐτοῦ. διαβεβηκέναι δέ φησι τοὺς οὐρανοὺς αὐτὸν σωματικῶς τε ἅμα καὶ θεοπρεπῶς· ἀνέβη μὲν γὰρ, ὡς αὐτός που φησὶν ὁ σοφώτατος Παῦλος, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν· διεισί γε μὴν καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τοὺς οὐρανοὺς, ἡττωμένων δηλονότι, καὶ κατόπιν ἰόντων τῆς δόξης αὐτοῦ τῶν μακαρίων ἀγγέλων. ἔστι γὰρ, ἔστιν ὡς Θεὸς ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας τε καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου εἴτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, εἴτε ἐν τῷ μέλλοντι· συνεδρεύει γὰρ ὡς υἱὸς τῷ ἰδίῳ πατρὶ, καὶ εἰ γέγονε καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς.

ANNO CHRISTI 431.

λη'.

Καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ καὶ Ἀαρών. οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ' ἀρχιερεὺς ['ἀρχιερέα], ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτόν· υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.] ὁ καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, περιμένει κλῆσιν τὴν ἐκ πατρὸς * φέρουσαν [* ἀποφέρουσαν] εἰς ἱερωσύνην ὅτι δὴ μάλιστα συνήθη τε καὶ πρεπωδεστάτην,

οὐ τῇ

ANNO CHRISTI 431.

I. PARTIS CAP. V.

οὐ τῇ αὐτοῦ φύσει μᾶλλον, ἀλλὰ τῇ καθ' ἡμᾶς, τουτέστι τῇ ἀνθρωπίνῃ· ἧς ἐπείπερ ἴσος γέγονεν, ὑπομένει τὰ αὐτῆς, ἀδικούμενος ἐντεῦθεν τὸ σύμπαν οὐδὲν, εὐτέχνως δὲ μᾶλλον τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ χρώμενος. ὥσπερ γὰρ τὴν φύσιν κύριος ὢν μεμένηκεν ὅπερ ἦν, καὶ εἰ γέγονεν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ· οὕτω φαμὲν ὅτι καίτοι μυρίους ἔχων ἐν οὐρανῷ τοὺς ἱερουργοῦντας αὐτῷ, τὰς νοητὰς δηλονότι καὶ ἀναιμάκτους θυσίας, ὕμνους καὶ δοξολογίας, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἱερωσύνην ποιεῖται δεκτὴν, ἀποσώζων πανταχοῦ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις τὰ πρέποντά τε καὶ ἐοικότα αὐτῇ. κέκληται τοίνυν καθὰ καὶ Ἀαρὼν, πλὴν οὐκ ἐν ἴσῳ τρόπῳ. ὁ μὲν γὰρ ἐχρίετο πρὸς ἱερουργίαν, καὶ ἦν οἰκέτης· ὁ δὲ ὡς υἱὸς καλεῖται, καὶ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἱερουργεῖ τῷ πατρί. καὶ τόν γε τῆς ἱερουργίας ἐξηγεῖται τρόπον ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ὧδί γεγραφὼς περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ὃς οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκίνης γέγονεν, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου. οὐκοῦν ἀσυγκρίτως ἀμείνων ὁ τῆς ἱερουργίας τρόπος. καὶ ὁ μὲν, ὡς ἔφην, οἰκέτης ἦν, καίτοι κεκλημένος εἰς ἱερωσύνην· ὁ δὲ καὶ οὕτως υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὡς μὲν φύσει Θεὸς καὶ λόγος κατὰ τὴν προαιώνιον γέννησιν, ὡς δὲ ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς κατὰ τὴν νεωτάτην καὶ ἔνσαρκον, ἧς ἂν εἴη δεικτικὸν καὶ τὸ, σήμερον· καιρὸν γὰρ ἡμῖν σημαίνει τὸν ἐνεστηκότα. οἰκειοῦται δὴ οὖν καὶ τὴν σαρκικὴν αὐτοῦ γέννησιν ὁ πατήρ. οἶδε γὰρ, οἶδεν ἴδιον ὄντα υἱὸν τὸν ἐξ ἑαυτοῦ θεϊκῶς, καὶ ἐκ γυναικὸς ἀνθρωπίνως.

A suæ ipsius naturæ, sed nostræ, hoc est humanæ, quam ubi integram assumpsit, quæ illi conveniunt suscepit, nullum interim secundum naturam propriam detrimentum accipiens, sed dispensatione secundum carnem scite convenienterque utens. Ut id enim quod erat, hoc est dominus secundum naturam permansit, etiam si servilem formam subiisset: ita quantumvis innumeros in cælo haberet, qui hymnos laudesque, hoc est, spiritalia incruentaque sacrificia illi offerrent, nihilominus quæ humanæ naturæ conveniunt, eidemque consentanea sunt, nusquam non integre conservans, humanum quoque sacerdotium non B est aspernatus. Vocatus est itaque ut Aaron, modo tamen dissimili. Ille enim tamquam servus inunctus est ad ministerium; hic vero secundum ordinem Melchisedec assumptus, tamquam filius administrat Patri. Sacerdotalis porro ministerii modum divinus Paulus, de Christo omnium nostrum salvatore scribens, hunc in modum exponit: *Qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ indissolubilis.* Et itaque sacerdotii illius ritus ritu Aaronico sine ulla comparatione præstantior. Nam etsi ille ad sacerdotium vocatus est, attamen, ut modo aiebam, erat servus: hic vero in eo quo- C que statu Dei Patris filius erat; natura quidem, æternaque generatione ut Deus & Verbum; ut nostræ vero conditionis homo secundum novissimam in carne generationem, quæ per illud, Hodie, quod præsentis temporis nota existit, nobis adumbratur. Igitur Pater nativitatem in carne ad se quoque pertinere judicat, quatenus illum suum agnoscit Filium secundum divinam quidem naturam ex ipso, secundum humanam vero ex muliere.

Hebr. c. 7. v. 16.

λθ'.

Ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν υἱὸς, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν· καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο πᾶσι τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου· προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.] ὁ πάνσοφος Παῦλος ἐπιστέλλει, καί φησι τοῖς ἐν πίστει δεδικαιωμένοις· μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. καὶ μὴν καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος· ποῖον γὰρ κλέος, φησὶν, εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομένετε; ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες καὶ πάσχοντες ὑπομένετε, τοῦτο χάρις παρὰ Θεῷ· ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, ὑμῖν ἀπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ. γέγονεν ἄρα σκοπὸς τῷ μονογενεῖ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ἔχοντι, παθεῖν ἀνθρωπίνως, καὶ διδάξαι μὲν τοὺς αὐτοῦ γνωρίμους, τίνα δὴ τρόπον ταῖς τῶν πειρασμῶν ἐφόδοις προσέρχεσθαι χρὴ, καὶ ὁποίους εἶναι προσήκει τοὺς διωκομένους τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἕνεκα, καὶ κινδύνοις ' ἐμβεβηκότας τοῖς περὶ ψυχῆς καὶ σώματος· καὶ προσέτι τούτῳ καταδεῖξαι τῆς ὑπακοῆς εὐκλεὲς τὸ τέλος, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἄριστοί τε καὶ σοφοὶ τῶν αὐτῷ πεπραγμένων οἰκονομικῶς εὑρισκώμεθα μιμηταὶ, τοῖς τε ἴχνεσιν αὐτοῦ κατακολουθεῖν σπουδάζοντες, τὸν εὐδόκιμον ἀληθῶς διαζήσωμεν βίον.

' ἐκδεδωκότας ἑαυτοὺς

XXXIX.

Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad eum qui posset illum salvum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, D *exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cum esset Filius, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ: appellatus a Deo pontifex secundum ordinem Melchisedec.* Sapientissimus Paulus ad eos qui per fidem justificati fuerant, ita scribit: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Quin & divinus quoque Petrus, *Quæ*, inquit, *est gloria, si peccantes, & colaphizati suffertis? Sed si bene facientes, patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum: quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus.* Scopus ergo unigenito nostram similitudinem habenti fuit, se- E cundum humanam naturam pati, suosque familiares edocere, qua ratione tentationum insultibus obviam ire oporteat, qualesque illi esse debeant, qui divinæ pietatis causa persecutiones patiuntur, vel cum quibuscumque animi corporisque periculis conflictantur; tum præclarum quoque obedientiæ finem ob oculos ponere, quo & nos quoque strenui prudentesque eorum quæ secundum carnis dispensationem ille patravit, imitatores i iventi, vestigiisque ejusdem studiose insistentes, vitam vere probatam transigamus.

Hebr. c. 5. v. 7.

1. Cor. c. 11. v. 1.

1. Petr. 2. v. 20.

I PARTIS CAP. V.

ANNO CHRISTI 431.

Per ea igitur quæ ipſe ut homo propter nos fecit ac pertulit, oſtendere voluit, illos, quibus, propter ejus dilectionem quidpiam adverſum perferre propoſitum eſt, mentem obtinere debere firmam & inconcuſſam; ac pericula, quæ religionis cauſa ſuſcipiuntur, vitam æſtimare. Verumtamen non permittit virili robore præditos animas ſuas temere abjicere, aut quod agendum incumbit, per negligentiam omittendo, & per quæ ſalus obtingere poteſt; expectare ſolum præter ſpem quod libitum erit maligne agentibus: ſed hortando potius, ut impigre precibus incumbant, Deoque ſine intermiſſione ſupplicent, hæc docet, dum in diebus carnis ſuæ ad eum qui ſalvare a morte illum poterat, preces & ſupplicationes offerret.

XL.

Conſidera porro ut ſanctos condecente modeſtia documentum hoc ſcateat. Tentationibus enim audentius obviam ire, fortitudinis eſt argumentum; ſuperbiæ tamen ſuſpicione non omnino carere videtur: ſed pavere, & formidine contrahi videri, & preces ad eum fundere qui ſalvare poteſt, hoc religionis eſt opus. Alioqui enim cur ipſe ſanctis apoſtolis præcepit: *Cum vos perſequentur in una civitate: fugite in aliam?* cur item ſapientiſſimus Paulus, qui diſerte dicit: *Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?* Damaſcenorum præfectum fugiens, e muro per feneſtram paſſus eſt ſeſe demitti? Cum igitur neceſſarium eſſet, ut ipſemet Chriſtus ad quodvis bonum opus ducem ſe nobis præceptoremque exhiberet, valido clamore & ſupplicatione tamquam homo ad Deum acceſſit; a quo etiam tamquam verus naturaliſque Filius, qui repulſam pati non poſſet, exauditus eſt. *Ego enim*, inquit, *ſciebam quia ſemper me audis.* Vt enim noſtras preces Deo redderet acceptas, ipſe primus rem exorſus eſt, paternas aures hac ratione humanæ naturæ quodammodo aperiens dilatanſque, & eorum votis, qui illius cauſa aliquando periclitarentur, faciles promptaſque efficiens. Nos itaque ipſo veluti in altero generis noſtri principio eramus, qui valido cum clamore & lacrymis, ut mortis imperium in nobis aboleretur, & vita naturæ noſtræ quondam donata denuo firmaretur, enixe efflagitabamus.

Matt. c. 10. v. 23.
Rom. 8. v. 35.
Act. 9. v. 25. & 2. Cor. 11. v. 33.
Joan. c. 11. v. 42.

XLI.

Porro autem, quod obtemperandi Deo ſtudium præclara mercede penſetur, illuſtremque exitum ſortiatur, hoc ex ipſo eodem rurſum diſcere licet. *Ex his*, inquit, *quæ paſſus eſt, didicit obedientiam.* Quod perinde eſt, ac ſi dicat: *Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis.* Verumtamen in ea abjectione & humilitate non permanſit: nam ſuperexaltatus eſt, nomine, quod ſuper omne nomen, accepto. Humana quidem eſt hujus dictionis figura: verum illuſtre nobis exemplum hic proponitur. oſtenditur enim obedientiam & glorioſam & admiratione dignam, & bonorum omniũ conciliatricem eſſe. Quod

Hebr. c. 5. v. 8.
Philipp. c. 2. v. 8.

A ὅτι τοίνυν ἀθραυστον ἔχειν προσήκει τὸ φρόνημα τοὺς οἷς ἂν ὅλως προσήκοιτο παθεῖν ὑπέρ γε τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας κίνδυνον ἡγεῖσθαι ζωήν, ἐξ ὧν ὑπέμεινεν αὐτὸς, πέπραχέ τε δι' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως, διδάσκειν βούλεται. πλὴν οὐκ ἀφίησι τοὺς ἀνδρειζομένους εἰκῇ παραῤῥιπτεῖν τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, οὐδὲ οἷον μεθέντας ἀτημελῶς τὸ πρακτέον καὶ τὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς σώζεσθαι, παρ' ἐλπίδα μόνον ἐκδέχεσθαι τὸ τοῖς ἐθελοκακοῦσι δοκοῦν· ἀναπείθων δὲ μᾶλλον συντείνεσθαι προσευχαῖς, καὶ ἀκατάληκτον ποιεῖσθαι τὴν πρὸς ' Θεὸν ἱκετείαν, B ταῦτα διδάσκει, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ προσαγηοχὼς πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου.

' αὐτὸν ἱκεσίαν,

μ'.

Ὅρα δὲ ὅπως καὶ ἁγιοπρεποῦς ἐπιεικείας τὸ χρῆμα μεμέστωται. τὸ μὲν γὰρ καταθρασύνεσθαι τῶν πειρασμῶν, ἀνδρείας μὲν ἔχει δόξαν, δοκεῖ δέ πως ὑπεροψίας οὐκ εἰς ἅπαν ἠμοιρηκέναι· τό γε μὴν δεδιέναι μὲν καὶ ὑποστέλλεσθαι δοκεῖν, καὶ δεῖσθαι Θεοῦ τοῦ σώζειν ἰσχύοντος, εὐλαβείας ὑπόληψιν ἔχει. ἐπεὶ διὰ ποίαν αἰτίαν τοῖς ἁγίοις προσέταχε μαθηταῖς· ὅταν δὲ διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν; πῶς δὲ καὶ αὐ- C τὸς ὁ πάνσοφος Παῦλος, καίτοι λέγων ἡμῖν ἐναργῶς· τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψις; ἢ στενοχωρία; ἢ διωγμός; ἢ λιμός; ἢ γυμνότης; ἢ κίνδυνος; ἢ μάχαιρα; τὸν τῆς Δαμασκοῦ διαδιδράσκων ἡγούμενον, διὰ τῆς θυρίδος ἐχαλᾶτο διὰ τοῦ τείχους; ἔδει τοίνυν παντὸς ἀγαθοῦ καθηγητὴν καὶ διδάσκαλον αὐτὸν ἡμῖν ἀναφανεῖσθαι τὸν Χριστόν. προσοίσει μὲν γὰρ μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ ἱκετηρίας, ὡς καθ' ἡμᾶς γεγονώς· εἰσηκούσθη δὲ, ὡς φύσει καὶ ἀληθῶς υἱὸς οὐ παρακουόμενος· ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ᾔ- D δειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις. ἵνα γὰρ καὶ τὰς ἡμῶν προσευχὰς δεκτὰς γενέσθαι παρασκευάσῃ, πάλιν αὐτὸς ἀπάρχεται τοῦ πράγματος, μονονουχὶ κατευρύνων τῇ ἀνθρώπου φύσει τὴν τοῦ πατρὸς ἀκοὴν, καὶ οἷον ἑτοιμοτάτην παρατιθεὶς ταῖς τῶν δι' αὐτὸν κινδυνευόντων εὐχαῖς. οὐκοῦν ἡμεῖς ἦμεν ἐν αὐτῷ, καθάπερ ἐν ἀπαρχῇ δευτέρᾳ τοῦ γένους, οἱ μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ οὐκ ἀδακρυτὶ προσευχόμενοι, καὶ τὸ τοῦ θανάτου κράτος καταργηθῆναι παρακαλοῦντες, ἰσχύσαι δὲ τὴν ζωὴν, τὴν καὶ πάλαι τῇ φύσει δεδωρημένην.

μα'.

Ὅτι δὲ τὸ ὑπακοῦσαι Θεῷ λαμπρὸν καὶ ἀπόβλεπτον ἔχει τὸ πέρας, ὡς ἐν αὐ- E τῷ δὴ πάλιν ὀψόμεθα. ἀφ' ὧν γὰρ, φησὶν, ἔπαθεν, ἔμαθε τὴν ὑπακοήν. ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ λέγοι τυχόν· τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. ἀλλ' οὐ μεμένηκε ταπεινός. ὑπερυψώθη γὰρ λαβὼν ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. ἀνθρώπινον μὲν τῶν λόγου τὸ σχῆμα, ἄριστός γε μὴν εἰς ἡμᾶς ὁ τοῦ πράγματος τύπος, εὐκλεᾶ τε καὶ ἀξιάγαστον ἀποφαίνων τὴν ὑπακοὴν, καὶ τοῦ παντὸς ἡμῖν πρόξενον ἀγαθοῦ. τύπος οὖν ἄρα

ANNO CHRISTI 431.

A ἄρα καὶ ὑπογραμμὸς εἰς ἡμᾶς τὸ μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσεύχεσθαι πειραζόμενον τὸν Εμμανουὴλ, οὐ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἀλλ' ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ὅτε καὶ τοῦτο δρᾶν ἀνεγκλήτως ἐξῆν, οὐδὲν εἰς τὴν τῆς θεότητος ἀδικούμενον δόξαν, ἀφιείσης δὲ μᾶλλον αὐτὸ τοῦτο δρᾶν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας. ἐπεὶ τίνα τρόπον κατεπτόηθη θάνατον ἡ ζωή; ὁ δὲ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἀποφαίνων εὐτολμοτάτους, καὶ λέγων· μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα· πῶς ἂν ἥλω παθὼν τὴν δειλίαν; ἢ πῶς ἂν ἠτόνησε τῆς ἰδίας σαρκὸς ἀποσοβῆσαι τὸν θάνατον, ὁ πάντων αὐτὸν ἀφιστάς; ὁ μιᾷ φωνῇ τοὺς ἐν τοῖς μνημείοις ἐγείρειν ὑπισχνούμενος, καὶ οὐκ ἀνέφικτον αὐτοῦ τὸ B χρῆμα δεικνύων; προσεφώνει μὲν γὰρ Λαζάρῳ μέν· δεῦρο ἔξω· τῷ δὲ τῆς χήρας υἱῷ· νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι.

μβ'.

Εἰ δὲ δή τινες εἶεν οἱ τολμῶντες λέγειν, ὡς ἔστιν ἄνθρωπος ἰδικῶς ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μάλιστα μὲν τοῖς ἱεροῖς ἀπᾴδοντα γράμμασι φρονεῖν ᾑρημένοι, δικαίως ἀκούσονται λέγοντος αὐτοῖς ἑνὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων· οὗτοί οἱ ἀποδιορίζοντες ἑαυτούς, ψυχικοί, C πνεῦμα μὴ ἔχοντες. εἶτα πρὸς τούτῳ φραζόντων ἐκεῖνο· πότερόν ποτε ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναί φασιν αὐτόν, ἤγουν καθάπερ εἰπεῖν τεθαρρήκασιν, ἔχειν τὴν ἰσότητα τῆς ἀξίας καὶ τῆς αὐθεντίας, τῷ πρός γέ φημι τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν λόγον, ὡς αὐτῷ συνημμένον; εἰ μὲν οὖν ἄνθρωπον εἶναί φασι καθ' ἡμᾶς ψιλόν, ἀνθρωπολατροῦσιν ὁμολογουμένως, προσκυνοῦντες αὐτόν. γέγραπται γάρ· ὅτι κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. εἰ δὲ δὴ φαῖεν, ὅτι κέκληται πρὸς ἰσότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας τῆς πρὸς Θεὸν λόγον· εἶτα πρόσεισι τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ μετὰ κραυγῆς D ἰσχυρᾶς καὶ δεδακρυμένος, καὶ δεῖται τοῦ σώζοντος· οὐδέν ἐστι τὸ κωλύον καὶ αὐτοῦ τοῦ λόγου τὸ μέτρον τοσοῦτον ὑπάρχειν ὑπονοεῖν, ὅσονπερ ἂν εἶναι πιστεύοιτο καὶ τὸ τοῦ πρὸς αὐτὸν ἔχοντος τὴν ἰσότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν τῆς αὐθεντίας. οὐκοῦν πρέποι ἂν καὶ αὐτῷ τὸ δεδιέναι θάνατον, τὸ κίνδυνον ὑφορᾶσθαι, τὸ κλαίειν ἐν πειρασμοῖς, καθεστάναι δὲ καὶ ἐν ἐνδείᾳ τῆς παρ' ἑτέρου χειρός, ἵνα καὶ σώζηται· καὶ πρὸς τούτοις ἔτι καὶ μανθάνειν τὴν ὑπακοὴν δι' ὧν πέπονθε πειρασθείς. ἀλλ' οἶμαι, τοῦτό ἐστιν ἢ φρονεῖν ἢ λέγειν ἀσύφηλον παντελῶς· παναλκὴς γάρ ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ θανάτου κρείττων, καὶ παθῶν ἐπέκεινα, καὶ δειλίας ἀνθρωποπρεποῦς ἀμέτοχος παντελῶς· ἀλλὰ μὴν οὕτω μὲν φύ- E σεως ἔχων, πέπονθεν ὑπὲρ ἡμῶν. οὐκοῦν οὔτε ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστός, οὔτε ἄσαρκος λόγος· ἑνωθεὶς δὲ μᾶλλον τῇ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητι, πάθοι ἂν ἀπαθῶς σαρκὶ τῇ ἰδίᾳ τὰ ἀνθρώπινα. γέγονε τοίνυν εἰς ὑποτύπωσιν εἰς ἡμᾶς ἀνθρωπίνως ἐκεῖνα, καθάπερ ἔφην ἐν ἀρχαῖς, ἵνα τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ἐπακολουθήσωμεν. τοῦτο γὰρ ἐποίησεν, ἐφάπαξ ἑαυτὸν προσενέγκας. ὁ νόμος γὰρ καθίστησιν ἀρχιερεῖς ἔχοντας ἀσθένειαν.

I. PARTIS CAP. V.

A igitur Emmanuel non ante incarnationem sed in diebus carnis suæ (quando nimirum, citra ullam notam, citraque omnem omnino divinæ gloriæ suæ injuriam facere id licebat; imo vero quando dispensatio cum carne fieri istud permittebat: alioqui enim quomodo vita mortem timuisset?) tentatus impugnatusque, valido cum clamore & lacrymis oravit; id nobis ad exemplum quod imitemur, propositū esse existimare debemus. Nam cum ipse nos in periculis velit esse quam animosissimos, eorumque minas *qui corpus tantum occidunt*, contemnere jubeat; quomodo deprehensus esset affici timore? aut quomodo vires non habuisset mortem a propria carne depellendi, qui ab omnibus illam amolitur, qui sola B voce eos qui in monumentis sunt, se excitaturum promisit, & re ipsa id se posse declaravit? Acclamans enim Lazaro: *Veni foras*; & viduæ filio: *Adolescens, tibi dico, surge*; utrumque statim in vitam revocavit.

Matt. c. 10. v. 28.

Ioan. 5. v. 28.

Ioan. 11. v. 43.

Luc. c. 7. v. 14.

XLII.

Quod si qui sunt, qui contra scripturam temeritate quadam prave sentientes, illum per se vulgarem tantum hominem extitisse, dicere audeant, qui ex sacra virgine ortus, cum clamore valido & lacrymis preces & supplicationes obtulit illi, qui cum a morte liberare poterat; næ merito quemdam ex sanctis apostolis hæc sibi occinentem audive- C rint: *Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.* Quæro autem ex illis, qui hæc effutire non erubescunt, utrum Emmanuelem purum tantum hominem esse omnino sentiant, qui ob id unum parem cum Deo Verbi dignitatem & auctoritatem sortitus dicatur, quod familiari quodam necessitudinis vinculo illi conjunctus sit? Quod si purum, nobisque per omnia similem hominem tantum esse dixerint, certe aperto anthropolatriæ crimine tenebuntur, illum adorantes Scriptum est enim: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Quod si ipsum ad æqualitatem dignitatis & auctori- D tatis cum Dei Verbo evectum respondeant, nec ob id tamen prohiberi quo minus Patrem valido cum clamore & lacrymis adeat, illique qui salvare potest, supplex fiat; nihil omnino obstabit, quo minus ipsius quoque Verbi conditio tanta existimetur, quanta ejus qui cum Verbo æqualitatem dignitatis sive auctoritatis habet. Quare & illi quoque conveniet mortem exhorrescere, periculum timere, in tentationibus plorare, alterius ope ut servetur indigere, expressa denique tentatione obedientiam discere. Atqui extremæ væsaniæ fuerit hæc sentire vel dicere. est enim Dei Verbum omnipotens, morte superius, majus denique quam ut perpes- E sio, aut ulla omnino humana formido in ipsum cadere valeat. Verum licet sua natura ejusmodi sit, nostri tamē causa eas passiones sustinuit. Itaque neq; purus tantum homo est Christus, neque Verbū nostræ carnis expers, sed Verbū nostræ naturæ unitum, secundum se quidem impatibile, humana autem patiēs in sua carne. Quæ igitur ut homo pertulit, ea (ut paulo ante dicebamus) nobis in exemplum proponuntur, quo nimirum vestigiis illius insistamus; qui semel se offerens, rem totam confecit. Sane lex pontifices infirmitati obnoxios instituebat:

Iuda v. 19.

Matth. c. 4. v. 9. ex Deut. 6.

Hebr. 7. v. 28.

I. PARTIS CAP. V.

ANNO CHRISTI 431.

Verum iurisjurandi sermo post legem edi- A tus, Filium una oblatione in æternum consummatum pronuntiat; ea ipsa videlicet, qua *Dominus noster Iesus Christus sanctificatos per proprium corpus in sempiternum consummavit.* (Hebr. 10. v.14.) *Obtulit enim seipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo & Patri*, (Ephes. 5. v. 2.) perfecitque nos per fidem & spiritalem sanctificationem, cum legis antiquæ cultus nullum omnino ad perfectionem adduceret. (Hebr. 7. v. 19.) Vnde & figuræ quoque cessarunt, & umbratilis illa veteris testamenti imperfectio e medio sublata est. Successit autem, & quidem necessario, melioris spei introductio, per quam interveniente Christo, qui propter B naturæ similitudinem in pontificium ordinem evectus est, Deo appropinquamus.

XLIII.

(2. Cor. 13. v. 4. Hebr. 6. 7. v. 28.) Verum enimvero cum Paulus illum ex infirmitate crucifixum pronuntiet, quomodo (inquis) lex sacerdotes infirmitati obstrictos ordinat, jusjurandum vero post legem promulgatum, Filium, quasi nulla in illum infirmitas cadat, in æternum consummatum perfectumque affirmat? Illud enim, opinor, perfectum dicitur, quod omni bonorum genere cumulatum est. Quoniam non talis erat, quales veteris legis sacerdotes, quibus inusitatum non erat, in infirmitates quandoque incidere. Sed quomodo idem & infirmi- C tate major creditur, utpote filius numeris omnibus perfectus; & ex infirmitate rursum crucifixus docetur? Vt crucem secundum carnem sustinet, merito infirmus prædicatur: ut autem Deus est, quavis infirmitate superior recte asseritur: (Matth. 26. v. 41.) *Spiritus enim promptus est, caro autem infirma.* Quod si qui sunt, qui infirmitatis nomine id unum hic insinuari contendant, nempe quod legales ministri non sine peccatis vitam transigebant; non repugno (imo in hanc sententiam libenter concedo) recte hoc pacto sentire volentibus. Legis proinde ministri non uno, sed pluribus sacrifi- D ciis indigebant, (Hebr. 6. 7. v. 27.) ut quos quotidie tam pro suis, quam pro populi ignorantiis offerre oporteret, propterea nimirum quod subinde in alias & alias infirmitates prolaberentur, eoque languore tenerentur, qui in multiplex peccatum abducit: Ille autem major quam qui peccare possit, utpote Deus, pontifex noster effectus, ac secundum humanam naturam sacerdos appellatus, Patri suum proprium corpus obtulit & consecravit. Secundum naturam proinde divinam in peccatum prolabi non poterat, cum non esset naturæ creatæ, quæ per se non habet immutabilitatem, nec posse omnino vitare peccatum. Deus itaque est omni ex parte perfectus, & nullo præsidio E indiget, ut in sua sanctitate firmus persistat: cum sit naturæ ejus proprius fructus impeccabilitas.

XLIV.

(Hebr. 8.) *Capitulum autem super ea quæ dicuntur: Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis, Sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit dominus, & non homo.* Vetus illud tabernaculum per sapientissimum Moysen in deserto exædificatum est, idque ad formam in monte illi demonstratam. Et quidem veteris testamenti sacerdotibus erat illud aptissimum; at vero habitaculum

ἐκ ἄψυχόν τε καὶ ἄνουν σῶμα λαβών, ἐψυχωμένον δὲ μᾶλλον ψυχῇ καὶ λογικῇ, καὶ τελείως ἐχούσῃ κατά γε τὸν αὐτῇ πρέποντα λόγον. καὶ ὥσπερ οἰκειοῦται πάντα τὰ τοῦ ἰδίου σώματος, οὕτω καὶ τὰ τῆς ψυχῆς. ἔδει γὰρ αὐτὸν διὰ παντὸς ὁρᾶσθαι πράγματος σαρκικοῦ καὶ ψυχικοῦ δι' ἡμᾶς* γεγονότος. ἐσμὲν δὲ καὶ ἡμεῖς ἐκ ψυχῆς λογικῆς τε καὶ σώματος. ὥσπερ δὲ οἰκονομικῶς συγκεχώρηκε τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ καὶ παθεῖν ἔσθ' ὅτε τὰ ἴδια, οὕτω πάλιν καὶ τῇ ψυχῇ συνεχώρησε τὰ οἰκεῖα παθεῖν· καὶ τὸ τῆς κενώσεως μέτρον τετήρηκε πανταχοῦ, καίτοι Θεὸς ὢν φύσει, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν. παρατίθεται δὲ τὸ ἴδιον πνεῦμα τῷ Θεῷ καὶ πατρί, τουτέστι τὴν ἑνωθεῖσαν αὐτῷ ψυχήν, ἵνα ἡμᾶς καὶ διὰ τούτου πάλιν εὐεργετήσῃ. πάλαι μὲν γὰρ ἀπαλλαττόμεναι τῶν σωμάτων ἐν τοῖς ὑπὸ χθόνα μυχοῖς αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ κατεπέμποντο, πληροῦσαι τὰ τοῦ θανάτου ταμιεῖα. ἐπειδὴ δὲ Χριστὸς τὸ ἴδιον πνεῦμα παρέθετο τῷ πατρί, καὶ ταύτην ἡμῖν ἐνεκαίνισε τὴν ὁδόν. βαδιούμεθα γὰρ οὐκ εἰς ᾅδου ποθέν; ἑψόμεθα δὲ μᾶλλον· καὶ κατὰ τοῦτο αὐτῷ τῷ πιστῷ κτίστῃ τὰς ἑαυτῶν παρατιθέμενοι ψυχάς, ἐν ἐλπίσιν ἐσμὲν ἀγαθαῖς. ἐγερεῖ γὰρ ἅπαντας ὁ Χριστός.

καθ' ἡμᾶς
* γεγονότα

hoc est, omnia quæ ad illius rationem pertinent, sortita, vivificato & informato, hominem factum esse. Et quemadmodum omnia quæ sui corporis sunt sibi adscribit, ita & ea quæ ad animam spectant. Necesse enim fuit, ut in omnibus, sive ea ad animam, sive ad corpus pertinerent, nobis assimilaretur. Constamus autem & nos ex anima rationali & corpore. Quamobrem ut nonnunquam propriæ carni ea pati dispensatorie permittebat quæ carnis sunt propria, ita animam sua quoq; pati permisit. Deniq; licet natura Deus esset, omnique creatura superior; quæ tamen exinanitionis erant, ea semper accurate observavit. Porro autem spiritum suum, hoc est, animam sibi unitam, Deo & Patri commendat, ut novo rursum beneficio per hoc nos cumulet. Quondam namque humanæ animæ corporibus exutæ ad subterraneos carceres demittebantur, mortis receptacula illic impleturæ: at vero posteaquam Christus spiritum suum in manus Patris commendavit, etiam hanc viam nobis demutavit. Nec enim nunc descendimus ad inferos, sed ducem nostrum pone subsequimur, animisque nostris illi veluti fido conditori commissis, tantisper bona spe vivimus, quoad Christus universos tandem ad vitam revocabit.

νϛʹ.

Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα· καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος * ζήσει δι' ἐμέ.] ἡδέως ἂν ἐπυθόμην τῶν εἰς δύο Χριστοὺς διοριζόντων τὸν ἕνα· τίς δὴ ἄρα ἐστὶν ὁ ἀπεσταλμένος παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, καὶ ζῶν δι' αὐτόν, ὑπάρχων τε διὰ τοῦτο ζωοποιός; εἰ μὲν οὖν γυμνὸς καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ ἐξ αὐτοῦ λόγος, πῶς ἐσθίεται πρὸς ἡμῶν, ἵνα ζήσωμεν δι' αὐτόν; ἀσώματον γὰρ τῇ φύσει τὸ θεῖον. εἰ δὲ μόνον καὶ καθ' ἑαυτὸν ἄνθρωπον εἶναί φασι τὸν ἀπεσταλμένον, πῶς ἄρα ἐστὶ ζωοποιός, ὅτι ζῇ διὰ τὸν πατέρα; καίτοι πῶς οὐχ ἅπαντες οἱ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ζῶσιν ἐσμέν, ζωοποιοῦντος τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμᾶς, εἴπερ ἐστὶν ἀληθές, ὅτι ζῶμεν ἐν αὐτῷ, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν; ὅτε τοίνυν ζῶμεν ἅπαντες διὰ τὸν πατέρα, πῶς δὴ μόνον τὸ ἑνὸς ἀνθρώπου σῶμα τὸ ποιοῦν ἐστι τοῦτο, καὶ οὐχὶ μᾶλλον τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχει καὶ τὰ ἑτέρων, εἴπερ ἅπαντες, ὡς ἔφην, ἐσμέν τε καὶ ζῶμεν διὰ τὸν πατέρα; τί οὖν πρὸς ταῦτά φαμεν; ἀπόστολος κεχρημάτικεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ πεφηνώς· ἀπεστάλη γὰρ * κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. ζῇ δὲ διὰ τὸν πατέρα· γεγέννηται γὰρ ἐκ ζῶντος πατρός. ἔδει γάρ, ἔδει πάντη τε καὶ πάντως κατὰ φύσιν εἶναι ζωὴν τὸν ἐκ ζῶντός τε καὶ ζωῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἐκπεφυκότα υἱόν. ἐπειδὴ δὲ ἴδιον ἐποιήσατο τὸ σῶμα τὸ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ληφθέν, ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτὸ καὶ μάλα εἰκότως· σῶμα γάρ ἐστι τῆς τὰ πάντα ζωογονούσης ζωῆς. οὐκοῦν οὐ διαιρετέον εἰς υἱοὺς δύο τὸν ἕνα υἱὸν καὶ Χριστὸν καὶ κύριον. εἴπερ ἐστὶν ὁ αὐτὸς ζωὴ μὲν ὡς ἐκ ζωῆς καὶ ζῶντος πατρός, ζωοποιὸς δὲ καὶ διὰ τοῦ ἰδίου σώματος, ὡς καθ' ἡμᾶς γεγονὼς καὶ ἐνανθρωπήσας Θεός.

* ζήσεται
* κηρύξων

LVI.

Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse vivet propter me. Libenter hic eos interrogarem, qui unum Christum in duos dividunt, uternam ille sit qui a Deo Patre missus, propter Patrem vivit, & ob id vivificus existit? Nam si illius Verbum nudum per se positum esse dicunt, quomodo, quæso, illud a nobis, ut vivamus per illud, manducatur? nam divinitas suapte natura corpore penitus vacat. Si autem hominem tantum per se seorsum conceptum, missum asseverant; quomodo vivificandi vim ex eo habet, quia vitam ex Patre obtinet? An non omnes quotquot in terris degimus, Deo & Patre nos vivificante, vitam agimus? *An non in ipso vivimus, movemur & sumus?* Cum ergo omnes per Patrem vivamus, quomodo unius tantum hominis corpus ea de causa vivificum prædicatur? Cur nostra quoque corpora eamdem potestatem adepta minime sunt, siquidem omnes, ut dixi, per Patrem vivimus & sumus? Ecquid ergo ad hæc dicemus? Dei Verbum, cum in humana forma apparuit, apostolus fuit, hoc est missus. *Missum est enim ad prædicandum captivis remissionem, & cæcis visum.* Vivit autem propter Patrem, quia ex vivente Patre genitum est. Oportuit enim modis omnibus eum vitam esse secundum naturam, qui ex vivente & vita Deo Patre ortum ducebat. Quoniam vero corpus ex sacra virgine sumptum sibi adscivit, fecit illud vivificum, & id quidem admodum congrue: est enim corpus vitæ omnia vivificantis. Fas itaque non est, unum Filium & Christum & dominum in duos filios dispertire; siquidem idem ipse & vita est, quoniam ex vita viventeque Patre natus est; & per proprium corpus rursum vivificus est, utpote Deus homo similis nobis effectus.

Ioan. 6. v. 5.
Actor. 17. v. 28.
Luc. 4. ex Isai. 61.

I. PARTIS CAP. V.

ANNO CHRISTI 431.

LVII.

A

Ioan. c. 5. v. 28. *Sicut enim Pater vitam habet in semetipso; sic dedit & filio vitam habere in semetipso: & potestatem dedit ei & judicium facere, quia Filius hominis est.* At quomodo (quærat hic quispiam) Pater vitam habet in semetipso? Numquid aliunde acceptam, vel ab alio datam? Nequaquam. Istud namque docere vel opinari, quid esset aliud nisi apertum delirium? imo vero quid nisi manifesta adversus ineffabilem illam naturam blasphemia? Primo namque, si vita quam habet, ab ipso diversa foret, universorum Deus non esset natura quædam simplex, sed composita. Ad hæc, si vitam aliunde B accepisse statueretur, is utique qui vitam non habenti impertiret, citra omnem controversiam multis partibus illo major, bonisque omnibus cumulatior foret. Denique existimare, hæc ita habere, hoc est, imaginari Deum Patrem vitam aliunde, & quasi adventitiam obtinere; hoc nihil aliud esset, ut dixi, quam absurdissime delirare. Habet itaque Pater vitam in semetipso non adscititiam vel adventitiam, sed naturaliter potius quasi substantialem fructum in seipso existentem. Atque ad eumdem modum & Filio quoque vitam in semetipso habere dedit. Et quomodo Filius, cum vitam a Patre acceperit, substantialiter eam in se possit habere? Id namque, ut puto, aliquis dicere possit. Habet ergo & Filius, cum ab C ipso Patre secundum naturam sit, vitam in seipso, prout Deus est: at vero una cum judicandi potestate illam accepisse dicitur; esto ut Deus omnium judex existat. Porro autem quæ suscipiendi extiterit ratio, id ipse insinuat, dum addidit: Quia Filius hominis est. Non enim proprium est homini vitam a semetipso habere posse: sed quia corpus Verbo unitum viventis Verbi factum est proprium, propterea, & id quidem admodum convenienter, vitam accepisse dicitur, tamquam vivificam ipsius actionem habens. Rem vero ipse in se transfert, cujus proprium factum est illud, corpus, quod vitam accepit. D

νζ'.

Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ υἱῷ δέδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ· καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί.] τίνα δὴ τρόπον οἰηθείη τις ἂν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὴν ζωὴν τὸν πατέρα; ἆρα γὰρ ἔξωθεν καὶ εἰσκεκριμένην, καὶ παρ' ἑτέρου δοθεῖσαν; καίτοι πῶς οὐ λῆρος ἂν εἴη τοῦτό γε φρονεῖν, ἢ λέγειν; ἔχει γὰρ οὐ μετρίαν ὁ λόγος τῆς ἀπορρήτου φύσεως τὴν καταῤῥησιν. πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ἁπλοῦς ἔτι τὴν φύσιν ὁ τῶν ὅλων ἔσται Θεὸς, σύνθετος δὲ μᾶλλον, εἴπερ ἐστὶν ἑτέρα παρ' αὐτὸν ἡ ἐν αὐτῷ ζωή. εἴη δ' ἂν καὶ μείζων αὐτοῦ, καὶ ἐν ἀμείνοσιν ἀσυγκρίτως, ὁ ὡς οὐκ ἔχοντι δοὺς τὴν ζωὴν, εἴπερ ὅλως ἀλλοίη λαβών. ἀλλ' ἔστιν, ὡς ἔφην, τῶν ἄγαν ἀπηχεστάτων τὸ ὧδέ τε ἔχειν οἴεσθαι ταυτὶ, καὶ θύραθεν ἐννοεῖν εἰσκεκομισμένην ἑλεῖν τὴν ζωὴν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα. ἔχει τοίνυν ἐν ἑαυτῷ τὴν ζωὴν οὐκ ἐπίκτητον ἢ εἰσκεκριμένως, φυσικῶς δὲ μᾶλλον ἐνυπάρχουσάν τε αὐτῷ, καὶ οὐσιώδη καρπόν. οὕτω δέδωκεν ἔχειν καὶ τῷ υἱῷ τὴν ζωήν. εἶτα πῶς ἂν δύναιτο λαβὼν ὁ υἱὸς, οὐσιωδῶς ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὴν ζωήν; τουτὶ γὰρ, οἶμαι, φαίη τις ἄν. ἔχει τοίνυν ὡς ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ἐν ἑαυτῷ τὴν ζωὴν, καθὸ νοεῖται Θεός. δέχεται δὲ μᾶλλον μετὰ τοῦ καὶ κρίνειν αὐτὴν, καίτοι κριτὴς ὑπάρχων ὡς Θεός. καὶ τίς ἂν εἴη τοῦ λαβεῖν ὁ τρόπος, διδάξει λέγων αὐτὸς, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν. οὐ γὰρ ἴδιον ἀνθρώπου τὸ δύνασθαι οἴκοθεν ἔχειν τὴν ζωήν. ἐπειδὴ δὲ ἴδιον γέγονε τοῦ ζῶντος λόγου τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ σῶμα, ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως, ὡς ἔχων αὐτοῦ τὴν ζωοποιὸν ἐνέργειαν, λαβεῖν λέγεται τὴν ζωήν. οἰκειοῦται δὲ πάλιν τὸ χρῆμα αὐτὸς, οὗ καὶ ἴδιον γέγονε σῶμα τὸ εἰληφός.

Quod Christus verus sit Deus, etiam si Filius hominis appelletur.

Ὅτι κἂν υἱὸς ἀνθρώπου λέγηται ὁ Χριστὸς, ἀλλ' οὐδὲν ἧττόν ἐστι Θεὸς ἀληθινός.

LVIII.

Luc. c. 8. DOMINVS noster Iesus Christus alicubi ita ait: *Verumtamen Filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra?* Agedum horum verborum sensum ad libellam expendentes, videamus, cujusnam fidem dominus noster Iesus Christus olim e cælo reversurus exiget. Nam si homo tan- E tum nulla re ceteris præstans a Deo nobis vult credi, non etiam Deus, aut verus Dei Filius; neminem dubitare arbitror, tamen fidem, æstimationem, vel opinionem apud paganos & Iudæos potius compertum, quam apud nos: quandoquidem idololatræ, ceterique qui res conditas ipsius conditoris loco venerantur, crucem & mortem quam nostri causa pertulit, audientes, in insanum mox cachinnum solvuntur miseri: & si quispiam Deum illum nominaverit, indignabundi confestim resiliunt, & hoc anthropolatriam esse definiunt. Iudæi quoque in Christum insurgentes, palam objectare non dubitabunt: Ioan. c. 10 v. 33. *De bono opere non lapidamus te, sed de blas-*

νη'.

ΑΥΤΟΣ πού φησιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ἆρά γε ἐλθὼν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς;] φέρε δὴ πάλιν τὴν τῶν εἰρημένων βασανίζοντες νοῦν, ἐκεῖνο περιαθρήσωμεν, ποίαν ζητήσει πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς ὑπονοστήσας ἐξ οὐρανῶν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός; εἰ μὲν γὰρ πιστεύεσθαι πρὸς ἡμῶν ἐθέλει, ὅτι Θεὸς μὲν οὐκ ἐστὶν, οὐδὲ [1] Θεὸς ἀληθῶς, ἄνθρωπος δὲ μᾶλλον, οὐδὲν ἔχων τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπέκεινα· πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις, ὅτι τὴν τοιάνδε διάληψιν, ἤγουν πίστιν τε καὶ δόξαν, οὐ παρ' ἡμῖν εὑρήσει μᾶλλον, ἀλλὰ παρ' Ἕλλησί τε καὶ Ἰουδαίοις; εἰδωλολατρεῖν μὲν γὰρ καὶ οἱ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίστην λατρεύοντες, σταυρὸν ἀκούοντες, ὃν ὑπέμεινε δι' ἡμᾶς, καὶ προσέτι τὸν θάνατον, γελῶσιν οἱ δείλαιοι· κἂν εἴ τις αὐτὸν [2] ὀνομάζει Θεὸν, ἀναπηδῶσιν εὐθὺς, ἀνθρωπολατρείαν εἶναι τὸ * χρῆμα διορίζόμενοι. οἵ γε μὴν ἐκ περιτομῆς κατεφύοντο τοῦ σωτῆρος, λέγοντες ἐναργῶς· περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας.

[1] υἱὸς

[2] ὀνομάζοι

* πρᾶγμα

ANNO CHRISTI 431.

φημίας· ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς ἑαυτὸν A Θεόν. ὅτι τοίνυν οὐ τὴν παρά γε τοῖς πλανωμένοις πίστιν ἐπιζητεῖ, τὴν παρ' ἡμῖν δὲ μᾶλλον τοῖς ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθόσι, πᾶσά πως ἀνάγκη διανενευκότας εἰς ἀλήθειαν ὁμολογεῖν, ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ὁ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου δι' ἡμᾶς γεγονώς· ἵνα μὴ τοῖς τῶν πλανωμένων ἐγκλήμασιν ἑαυτοὺς ἐνιέντες, λάθωμεν τὰ ἴσα φρονεῖν ᾑρημένοι, καὶ μικρὰ δοξάζοντες περὶ Χριστοῦ, καθάπερ ἀμέλει κἀκεῖνοι.

νθ'.

Φησί που Χριστός. οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει B οὐδένα, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν ἔδωκε τῷ υἱῷ· ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα· καὶ πάλιν, ὅπερ ἐλέγομεν ἀρτίως· ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ· καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί. ψάλλει δέ που καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ, ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστι· γέγραφε δὲ καὶ ὁ αὐτοῦ μαθητής· εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης καὶ κριτής. οὐκοῦν πρέποι ἂν οὐχ ἑτέρῳ τινὶ τῶν ὄντων τὸ κρίνειν, πλὴν ὅτι μόνῳ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ. πῶς οὖν ἔδωκεν αὐτὸ τῷ υἱῷ ἀνθρώπου; εἰ μὲν οὖν ὡς ἑνὶ τῶν καθ' ἡμᾶς, πῶς ἀληθεύσει λέ- C γων· τὴν δόξαν μου οὐχ ἑτέρῳ δώσω; Θεοῦ γὰρ δόξα τὸ εἶναι κριτήν. εἰ δὲ δοὺς αὐτὸ τῷ υἱῷ, οὐκ ἔξω γέγονε τοῦ κρίνειν αὐτὸς διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας· ἔστι δὲ ὁ λαβὼν υἱὸς ἀνθρώπου· πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὅτι Θεὸς μέν ἐστιν ὁ λόγος διὰ τὴν ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἀπόρρητον γέννησιν; ὁ αὐτὸς δὲ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου διὰ τὸ ἡνῶσθαι σαρκὶ, καὶ καθ' ἡμᾶς ὑπομεῖναι γέννησιν ἐκ γυναικός; ὅταν οὖν λέγῃ πρὸς Ἰουδαίους· τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; καὶ πάλιν· καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ D καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. καὶ πάλιν· καὶ καθὼς Μωϋσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. ἢ ὅταν λέγῃ περὶ ἑαυτοῦ· μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. καὶ πάλιν· τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; ἢ καὶ ἅπαξ ἁπλῶς, ὁσάκις ἂν ἄνθρωπος ὀνομάζηται παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, οὐκ ἰδίᾳ καὶ ἀνὰ μέρος ἄνθρωπον εἶναί φαμεν, ἀποδιαιροῦντες αὐτοῦ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον· πιστεύομεν δὲ μᾶλλον ὅτι καὶ Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, γέγονε δὲ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου δι' ἡμᾶς οἰκονομικῶς μετὰ τοῦ * μεῖναι E Θεὸς, καὶ εἷς ἐστι κύριος Ἰησοῦς Χριστός. ἀσεβὲς δὲ λίαν τὸ διορίζειν εἰς δύο υἱοὺς καὶ δύο Χριστοὺς, μετὰ τὴν ἀδιάσπαστον ἕνωσιν, ἣ καὶ νοῦ καὶ λόγου παντὸς ἐπέκεινά τέ ἐστι καὶ ἀνωτάτω. καὶ ἦν μὲν ἴσως οὐ δυσχερὲς ἄγαν τοῖς ἐθέλουσι βασανίζειν ἅπαντα τὰ περὶ Χριστοῦ γεγραμμένα, καὶ πλειόνων ἐννοιῶν ποιήσασθαι τὴν παράθεσιν· ἀλλ' ἴσμεν τὸ γεγραμμένον· δίδου σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται. ποδηγήσει γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὰς θεοφιλεστάτας ὑμῶν ' ἀκοὰς εἴς γε τὸ δύνασθαι ὀρθῶς νοεῖν. εὗρον γὰρ οὕτω Χριστὸς ἐν ὑμῖν τὴν πίστιν

* εἶναι

' διανοίας

A phemia; quia tu homo cum sis, facis teipsum *Deum*. Cum ejusmodi ergo fidem exacturus non sit, qualem errantes habent, sed qualem nos tenemus, qui recte sapere consuevimus; veritatem sequentes necessario fateri oportet, eum qui nostri causa filius hominis factus est, Deum esse secundum naturam: ne videlicet in errantium crimina ultro nos abjicientes, per inscitiam illis similia sapere, atque adeo vilia quædam de Christo perinde ac illi imaginari deprehendamur.

I. PARTIS CAP. V.

LIX.

Neque enim Pater, ait rursum Christus, *judi-* B *cat quemquam, sed omne judicium dedit Filio; ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.* Et iterum, quod modo dicebamus: *Sicut enim Pater vitam habet in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso: & potestatem dedit ei & judicium facere, quia Filius hominis est.* Canit alicubi beatus David: *Quoniam Deus judex est.* Quin & quidam quoque ex Christi discipulis unum judicem, unumque legislatorem esse scribit. Ergo judicandi auctoritas in nullum alium convenire potest, nisi in eum solum qui est omnium dominus, hoc est, in Deum. Quomodo ergo Filio hominis judicium tradidit? Nam si eam illi potestatem fecit, tamquam uni nobis simili, quomodo ve- C rax erit dum ait: *Gloriam meam alteri non dabo?* Ad Dei enim gloriam pertinet, judicium exercere. Si autem judiciariam potestatem Filio ita communicavit, ut ipse tamen propter substantiæ identitatem judicandi jus non amiserit; & ille nihilominus qui accepit, Filius sit hominis: quomodo omnibus manifestum non sit, Verbum propter ineffabilem illam ex Deo Patre generationem, Deum esse; idemque rursum, propterea quod carni unitum, perindeque ac nos ex muliere natum est, hominis Filium esse? Cum ergo Iudæis dicit: *Cur me quæritis interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum?* D & rursū: *Nemo ascendit in cælū, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis.* & iterum: *Et sicut Moyses exaltavit serpētem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis.* aut cum de seipso ita ait: *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis.* & iterum: *Quem me dicunt homines esse Filium hominis?* denique ut unico verbo absolvam, quotiescumque in scriptura divinitus inspirata homo appellatur, non hominem seorsum per se, Verbo quod ex Deo est, secluso, mente concipimus; sed potius credimus, Dei Verbum dispensatorie propter nos filium hominis factum, divinitate interim nulla ex parte amissa aut labefactata; & unum esse dominum nostrum Iesum Christum. Et ideo E non potest summa cum impietate conjunctum non esse, post indivulsam illam inseparabilemq; unionem, quæ omnem omnino & mentis & rationis captum excedit plurimum, si quis unum in duos Christos aut filios dividat. Ceterum si cui animus esset, omnia quæ de Christo literis consignata extant, diligentius examinare, illi utique haud nimis difficile foret plures adhuc alias sententias hisce adjungere: sed scriptum novimus: *Da sapienti occasionem, & sapientior erit.* Vniversorum Deus mentes vestras, religiosissimæ imperatrices, per Spiritum sanctum diriget, ut rectum sensum assequi possitis. Etenim Christus dominus ita vos comparatas, hoc est, firma

Ioan. 5. v. 22.

Ibid. v. 26.

Psalm. 49. & 74.

Iacob. 4. v. 12.

Isai. 48. v. 11.

Ioan. c. 8. v. 40.

Ioan. 3. v. 16

Num. 21.

Matth. 16. v. 27.

Ibid. 13.

Prov. 9. v. 9.

firma ac stabili fide ornatas inveniens, cælestibus bonis affatim locupletabit, longeque beatissimas efficiet. Omnis namque spes nostra in Christo sita est: per quem & cum quo Patri cum Spiritu sancto sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT VI.

Cyrilli episcopi Alexandriæ ad Nestorium, cum rescivit eum male sentire.

Religiosissimo, Deique amantissimo episcopo & comministro Nestorio, Cyrillus episcopus in domino Sal.

ADVENERUNT Alexandriam viri aliquot veneratione ac fide digni, qui pietatem tuam graviter stomachari, nullumque mei lædendi causa lapidem non movere, mihi renuntiarunt. Cupienti autem mihi cognoscere, undenam pietas tua in hanc ægritudinem incidisset: Alexandrinos quosdam epistolam illam, quam ad sanctos monachos miseram, circumferre, eamque rem odii & offensionis causam esse responderunt. Ego vero miratus sum majorem in modum, pietatem tuam illud potius non perpendisse, secumque reputasse, eas in fide turbas non propter hanc quam scripsi epistolam, sed potius ex quibusdam pietatis tuæ, sive alterius sermonibus excitatas fuisse. Quinimo cum chartæ quædam, vel commentarii circumferantur, insignem molestiam perferimus, quorumdam hac de causa perversorum emendationi studentes. Eo namque malum hoc paulatim serpendo pervenit, ut Christum nonnulli Deum appellar fere non patiantur; sed potius divinitatis org num & instrumentum, hominemque deiferum, & alia his ineptiora. Nostrum proinde est ea moleste ferre, quæ pietas tua dixit, aut etiam non dixit: siquidem schedis quæ ea de re feruntur, parum fidei habeo. Cum igitur fides tam insigniter lædatur, totque passim sint infecti, qui tandem tacere hic licuit? An non ante tribunal Christi sistemur? An intempestivi silentii rationem reddituri non sumus, quos ille ad hoc constituit, ut quæ oportet prædicemus? Ecquid nunc, obsecro, consilii capiam? (namque a tua pietate consilium petere compellor) Cælestino religiosissimo Romanæ ecclesiæ episcopo, ceterisque piissimis episcopis qui ipsi adfuere, inquirentibus, chartulæne illæ & exegeses, quæ illuc ad se nescio quomodo perlatæ sunt, a tua pietate, an vero ab alio quopiam profectæ sint. Scribunt enim, ut qui gravissime sint offensi. Quomodo vero eos, qui ab omnibus totius orientis ecclesiis subinde huc ventitant, & contra hæc schedia gravissime murmurant, sedabimus? An exiguas forte turbas ex ejuscemodi homiliis in ecclesiis excitatas tua pietas existimat? Omnes enixe sudamus, atque ut eos qui nescio quo pacto perverse sapere persuasi sunt, ad rectum veritatis tramitem reducamus, impendio elaboramus. Cum ergo pietas tua hanc murmurandi necessitatem attulerit, quo quæso jure me incusat? cur odiis in me flagrat? cur temere me allatrat? cur potius emendata oratione sua, orbis offensionem non sanat? Nam etsi præterfluxit sermo,

ἀκλινῆ καὶ ἀβέβηλον, στεφανώσει πλουσίως τοῖς ἄνωθεν ἀγαθοῖς, καὶ παμμακαρίους ἀποφανεῖ. πᾶσα γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς ἐν Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ANNO CHRISTI 431.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς Νεστόριον, ἡνίκα ἔμαθεν αὐτὸν κακῶς φρονεῖν.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ, Κύριλλος ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΑΝΔΡΕΣ αἰδέσιμοι καὶ πίστεως ἄξιοι παραγεγόνασιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. εἶτα μετεδίδοσαν ὡσανεὶ καὶ τῆς σῆς θεοσεβείας ἀγανακτούσης σφόδρα, καὶ πάντα κάλων κινούσης εἰς τὸ λυπεῖν ἐμέ. βουλομένῳ δέ μοι τῆς σῆς θεοσεβείας τὴν λύπην ἀναμαθεῖν, ἔφασαν ὅτι τὴν πρὸς μοναστὰς ἁγίους γενομένην ἐπιστολὴν περιφέρουσί τινες τῶν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ ἡ τοῦ μίσους ἀφορμὴ καὶ τῆς ἀηδίας[1] αὕτη γέγονε. τεθαύμακα τοίνυν, εἰ μὴ ἐκεῖνο μᾶλλον ἡ σὴ θεοσέβεια καθ' ἑαυτὴν ἐλογίσατο· οὐ γὰρ πρότερον ἐμῆς γραφείσης ἐπιστολῆς ὁ ἐπὶ τῇ πίστει γέγονε θόρυβος, ἀλλ' ἢ εἰρημένων τινῶν παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας, ἢ καὶ μή· πλὴν χαρτίων, ἤγουν ἐξηγήσεων περιφερομένων, κάμνομεν, ἡμεῖς, ἐπανορθοῦν θέλοντες τοὺς διεστραμμένους. ἐγγὺς γὰρ γεγόνασί τινες τοῦ μὴ ἀνέχεσθαι λοιπὸν ὁμολογεῖν, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὄργανον δὲ μᾶλλον καὶ ἐργαλεῖον θεότητος, καὶ ἄνθρωπος θεοφόρος. καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιούτων ἐπέκεινα; ἦν οὖν ἄρα τὸ χαλεπαίνειν ἡμῶν ἐφ' οἷς εἴρηκεν, ἢ οὐκ εἴρηκεν ἡ σὴ θεοσέβεια· τοῖς γὰρ περιφερομένοις χαρτίοις οὐ σφόδρα πιστεύω. πῶς οὖν ἔνι[2] σιωπῆσαι, πίστεως ἀδικουμένης, καὶ τοσούτων διεστραμμένων; ἢ οὐ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ; οὐκ ἀπολογησόμεθα δὲ τῆς ἀκαίρου σιωπῆς ἕνεκα, καίτοι γε τεταγμένοι παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸ λέγειν ἃ δεῖ; τί δὲ ποιήσω νῦν; δεῖ γάρ με βουλεύσασθαι μετὰ τῆς σῆς θεοσεβείας· μηνύοντος τοῦ εὐλαβεστάτου καὶ θεοφιλεστάτου τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου Κελεστίνου,[3] καὶ τῶν σὺν αὐτῷ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, περὶ τῶν ἀπενεχθέντων, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐκεῖ χαρτίων, πότερόν ποτε τῆς σῆς θεοσεβείας, ἢ μή· γράφουσι γὰρ ὡς πάνυ σκανδαλισθέντες. πῶς δὲ τοὺς ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἐκ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἐρχομένους θεραπεύσομεν, καὶ τῶν χαρτίων καταγογγύζοντας; ἢ τάχα που νομίζει ἡ σὴ θεοσέβεια, ὅτι μικρὸς ταῖς ἐκκλησίαις ἀνέφυη θόρυβος ἐκ τῶν τοιούτων ὁμιλιῶν; πάντες ἐσμὲν ἐν ἀγῶσι καὶ πόνοις, τοὺς ἕτερα φρονεῖν οὐκ οἶδ' ὅπως ἀναπεπεισμένους μεθιστάντες εἰς τὸ ἀληθές. ὅτε τοίνυν τὴν ἀνάγκην ἅπασι τοῦ γογγύζειν ὑπενεγκοῦσα ἡ σὴ θεοσέβειά ἐστι, πῶς αἰτιᾶται δικαίως;[4] τί δέ μου καὶ μάτην καταβοᾷ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπανορθοῖ τὸν ἑαυτῆς λόγον, ἵνα παύσῃ σκάνδαλον οἰκουμενικόν; εἰ γὰρ καὶ παρεῤῥύη λόγος,

ὡς ἐπὶ

[1] ἀδικίας
[2] ἦν
[3] Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπου
[4] πῶς δὲ μισεῖ, καὶ

ANNO CHRISTI 431.

ὡς ἐπὶ λαοῦ τρέχων, ἀλλ᾽ ἐπανορθούσθω ταῖς ἐπισκέψεσι, καὶ λέξιν χαρίσασθαι τοῖς σκανδαλιζομένοις καταξίωσον, θεοτόκον ὀνομάζων τὴν ἁγίαν παρθένον. ἵνα θεραπεύσαντες τοὺς λελυπημένους, καὶ ὀρθὴν παρὰ πᾶσι δόξαν ἔχοντες, ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμοψυχίᾳ τῶν λαῶν τὰς συνάξεις ἐπιτελῶμεν. ὅτι δὲ ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως πάντα ἕτοιμοι παθεῖν ἐσμὲν, καὶ δεσμωτηρίων εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου, μὴ ἀμφιβαλλέτω ἡ σὴ θεοσέβεια. ἐπ᾽ ἀληθείας δὲ λέγω, ὅτι καὶ περιόντος ἔτι τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Ἀττικοῦ, συντέθειταί μοι βιβλίον περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος, ἐν ᾧ καὶ λόγος περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς, οἷς νῦν γέγραφα 'συνῳδός· καὶ 'ὑπανέγνωμεν * αὐτὸ καὶ ἐπισκόποις καὶ 'κληρικοῖς, καὶ τοῖς φιλακροάμοσι τῶν λαῶν· ἐκδέδωκα δὲ τέως οὐδενί. εἰκὸς οὖν ἐκδοθέντος τοῦ λόγου, πάλιν ἐγκαλεῖσθαί με, ὅτι καὶ πρὸ τῆς χειροτονίας τῆς σῆς θεοσεβείας 'συντέθειται τὸ λογίδιον.

' συνῳδά. ' ὑπανέγνωμεν. * αὐτὰ. ' κλήρῳ. ' συντέθεικα.

A utpote coram populo currens; tamen seria retractatione emendetur. Ne graveris, obsecro, iis qui non leviter offensi sunt, unam hanc Theotocos vocem largiri, sacramque virginem deiparam appellare; quo illis qui non levem hinc mœstitiam ceperunt, medentes, & nostræ quoque famæ & existimationi consulentes, in populorum pace, animorumque consensione ecclesiasticos conventus celebremus. Certo autem pietas tua persuasum habeat, nos & vincula & carceres & cetera omnia ejusmodi incommoda, quin & ipsum quoque vitæ discrimen propter Christi fidem adire paratos esse. Credas velim beatæ memoriæ Attico etiamnum superstite, quemdam B me de sacra & consubstantiali trinitate libellum composuisse; in quo & de unigeniti quoque incarnatione nonnulla iis quæ nunc conscripsi, concinentia attexui: quæ & episcopis & clericis, & studiosioribus quoque popularibus legi, nulli tamen adhuc illius copiam feci. Probabile fit ergo, edito jam hoc commentariolo, non defuturos qui me accusent: cum tamen ejusmodi oratiunculam concinnaverim priusquam Constantinopolitanæ ecclesiæ pontificatus pietati tuæ mandaretur.

I. PARTIS CAP. VII. ET VIII.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Ἐπιστολὴ Νεστορίου πρὸς Κύριλλον τῆς Ἀλεξανδρείας, διὰ Λάμπωνος πρεσβυτέρου καὶ μονάζοντος.

Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ μου συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ, Νεστόριος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΥΔΕΝ ἐπιεικείας χριστιανικῆς βιαιότερον. ὑπὸ ταύτης οὖν νῦν διὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου Λάμπωνος πρὸς τὸ παρὸν βεβιάσμεθα γράμμα, πολλὰ μὲν εἰπόντος ἡμῖν περὶ τῆς σῆς εὐλαβείας, πολλὰ δὲ καὶ ἀκούσαντος· τὸ τελευταῖον οὐκ ἐνδόντος ἡμῖν, ἕως τὸ παρ᾽ ἡμῶν εἰσεπράξατο γράμμα· καὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς νενικήμεθα βίᾳ. φόβον γὰρ ὁμολογῶ κεκτῆσθαι πολὺν περὶ πᾶσαν παντὸς ἀνδρὸς χριστιανικὴν ἐπιείκειαν, ὡς ἐγκαθήμενον ἑαυτῇ τὸν Θεὸν κεκτημένην. τὰ μὲν οὖν παρ᾽ ἡμῶν, καίτοι πολλῶν παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας οὐ κατὰ ἀδελφικὴν ἀγάπην· δεῖ γὰρ εἰπεῖν εὐφημότερον· γεγονότων, ἐν μακροθυμίᾳ τε καὶ ἀγάπῃ γραμμάτων προσρητικῇ. δείξει δὲ ἡ πεῖρα, ποταπὸς ἡμῖν ὁ τῆς παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου Λάμπωνος βίας καρπός. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύομεν.

CAPUT VII.

Epistola Nestorii ad Cyrillum Alexandriæ episcopum, per Lamponem presbyterum & monachum.

Religiosissimo & sanctissimo comministro Cyrillo, Nestorius in domino Sal.

NIHIL sane Christiana probitate potentius. Ea ut in præsentia per Lamponem presbyterum religiosissimum scriberemus, nos compulit. Cum enim ille de tua pietate multa referret, multaque vicissim audiret; postremo urgendi finem nullum fecit, donec hasce a nobis impetravit. Quapropter hominis importunitati manus dedimus. Nam, ut quod res est ingenue fatear, non mediocrem cujuscumque Christiani viri probitas (utpote in cujus pectore Deus inhabitet) timorem mihi afferre assolet. Proinde quod ad nosipsos attinet, etsi non pauca a pietate tua designata sint fraternæ caritati parum congruentia; (oportet enim modeste loqui) scribimus, æquitatem animi conservantes, & salutationis officium per literas cum caritate implentes. Quantum vero Lamponis religiosissimi presbyteri vehemens impulsus ille fructum nobis allaturus sit, experientia ipsa demonstrabit. Universam, quæ tecum est fraternitatem ego, quique mecum sunt salutatam cupimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΚΑΤΑΦΛΥΑΡΟΥΣΙ μὲν, ὡς 'ἀκούω, τινὲς τῆς ἐμῆς ὑπολήψεως ἐπὶ τῆς σῆς θεοσεβείας· καὶ τοῦτο συχνῶς, τὰς τῶν ἐν τέλει συνόδους καιροφυλακοῦντες μάλιστα, καὶ τάχα που καὶ τέρπειν οἰόμενοι τὴν σὴν ἀκοήν· καὶ ἀβουλήτους 'πέμπουσι φωνὰς, ἠδικημένοι μὲν οὐδὲν, ἐλεγχθέντες δὲ,

' μανθάνω. ' πέπομφασι.

CAPUT VIII.

Religiosissimo, Deique amantissimo comministro Nestorio, Cyrillus in domino Sal.

INTELLIGO quosdam meæ apud tuam pietatem existimationi detrahere, multaque temere effutire; idque crebro, ac tum maxime quando magistratus coguntur: fortasse etiam nonnullam hac ratione oblectationem auribus tuis afferre se opinantes; homines nulla unquam injuria a me affecti,

I. PARTIS CAP. VIII.

sed salubriter tantum convicti; hic quidem A quod cæcos egenosque per injuriam oppresserit; alius quod ferrum in matrem strinxerit; alius quod ancillæ præsidio aurum alienum abstulerit, & ejusmodi improbitatis suspicione semper laboraverit, cujusmodi ne infensissimos quidem hostes laborare optaverit quispiam. Verum istos, & si qui ejus farinæ sunt alii, non multum moror, ne supra magistrum & dominum, vel etiam supra majores nostros tenuitatis meæ mensuram extendere videar. Fieri enim nullo modo potest, quamcumque demum vitæ rationem inieris, ut pravorum maledicorumque B hominum dentes evadas. Sed illi quidem *maledicentiæ & acerbitatis os plenum habentes*, coram omnium judice causam dicturi sunt. Ego vero ad id denuo reversus, quod me potissimum decere existimo, te veluti fratrem in domino etiamnum admonere non gravabor, ut prædicationis sermonem, fideique doctrinam cum omni cautione populo proponas; cogitesque serio, si vehementer illi Deum irritant qui e pusillorum numero vel unum tantum in Christum credentem scandalizaverint; quanta diligentia, quantaque dexteritate opus sit, si tota quæpiam multitudo gravius offensa sit, ut scandalis prudenter præcisis, sanum fidei sensum sermonemque veritatis studiosis afferamus. Ad hoc autem præstandum illud contulerit, si sanctorum patrum scripta evolventes, quam maximi illa facere studeamus; nosque ipsos probantes, num simus in fide, ut scriptum est, ad rectas irreprehensibiles eorum sententias nostras cogitationes apte conformemus.

Psalm. 13.

Sacra itaque & magna illa synodus tradit ipsum unigenitum Dei Filium naturaliter ex Deo Patre natum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem Pater omnia condidit, descendisse, incarnatum & hominem factum, passum esse, tertia die resurrexisse, & ad cælos ascendisse. His verbis hisque dogmatis nos quoque insistere oportet, sedulo animo pertractantes, ecquidnam sit, Dei Verbum incarnatum ac hominem factum esse. Neque enim dicimus, Verbi naturam per sui mutationem carnem esse factam; sed neque in totum hominem transformatam ex anima & corpore constitutum: asserimus autem, Verbum unita sibi secundum hypostasim carne animata rationali anima, inexplicabili incomprehensibilique modo hominem factum, & hominis filium extitisse, non per solam voluntatem aut beneplacitum, sive per solam personæ assumptionem. Et quamvis naturæ sint diversæ, vera tamen unione coeuntes unum nobis Christum & Filium effecerunt: non quod naturarum differentia propter unionem sublata sit, verum quod divinitas & humanitas secreta quadam ineffabilique conjunctione, in una persona unum nobis Iesum Christum & Filium constituerint. Ad hunc modum, qui ante omne sæculum exstitit, & ex Patre genitus fuit, secundum carnem ex muliere natus dicitur: non quod divina illius natura existentiæ suæ initium in sacra virgine sumpserit, aut quod post primam ex Patre, altera propter seipsam generatione necessario indiguerit;

ANNO CHRISTI 431.

καὶ τοῦτο *χρησίμως· ὁ μὲν, ὅτι τυφλοὺς * ἠδίκει καὶ πένητας· ὁ δὲ, ὡς μητρὶ ξίφος ἐπανατείνας· ὁ δὲ, θεραπαίνῃ συγκεκλοφὼς χρυσίον ἀλλότριον, καὶ τοιαύτην ἐσχηκὼς ἀεὶ τὴν ὑπόληψιν, ἣν οὐκ ἂν εὔξαιτό τις συμβῆναί τισι καὶ τῶν λίαν ἐχθρῶν. πλὴν οὐ πολὺς τῶν τοιούτων ὁ λόγος ἐμοὶ, ἵνα μήτε ὑπὲρ τὸν δεσπότην καὶ διδάσκαλον, μήτε μὴν ὑπὲρ τοὺς πατέρας τὸ τῆς ἐνούσης μοι βραχύτητος * ἐκτείνοιμι μέτρον. οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὰς τῶν φαύλων διαδρᾶναι σκαιότητας, ὡς ἂν ἕλοιτό τις διαβιοῦν. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀρᾶς καὶ πικρίας μεστὸν ἔχοντες τὸ στόμα, τῷ πάντων ἀπολογήσονται κριτῇ. τρέψομαι δὲ πάλιν ἐγὼ πρὸς τὸ ὅτι μάλιστα πρέπον ἐμαυτῷ, καὶ ὑπομνήσω καὶ νῦν ὡς ἀδελφὸν ἐν * κυρίῳ, τῆς διδασκαλίας τὸν λόγον καὶ τὸ ἐπὶ τῇ πίστει φρόνημα μετὰ πάσης ἀσφαλείας ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς λαούς· ἐννοεῖν τε, ὅτι τὸ σκανδαλίσαι καὶ μόνον ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς Χριστὸν, ἀφόρητον ἔχει τὴν ἀγανάκτησιν· εἰ δὲ πλῆθος εἴη τοσοῦτο τῶν λελυπημένων, πῶς οὐχ ἁπάσης εὐτεχνίας ἐν χρείᾳ καθεστήκαμεν, πρός τε τὸ δεῖν ἐμφρόνως περιελεῖν τὰ σκάνδαλα, καὶ τὸν ὑγιᾶ τῆς πίστεως C κατευρῦναι λόγον τοῖς ζητοῦσι τὸ ἀληθές; ἔσται δὲ τοῦτο καὶ μάλα ὀρθῶς, εἰ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων περιτυγχάνοντες λόγοις, περὶ πολλοῦ τε αὐτοὺς ποιεῖσθαι σπουδάζοιμεν, καὶ δοκιμάζοντες ἑαυτοὺς, εἰ ἐσμὲν ἐν τῇ πίστει, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ταῖς ἐκείνων ὀρθαῖς καὶ * ἀνεπιλήπτοις δόξαις τὰς ἐν ἡμῖν ἐννοίας εὖ μάλα συμπλάττοιμεν.

Ἔφη τοίνυν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς κατὰ φύσιν γεννηθέντα υἱὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ Θεὸν ἀληθινὸν, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς, τὸν δι' οὗ τὰ D πάντα πεποίηκεν ὁ πατὴρ, κατελθεῖν, σαρκωθῆναί τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθεῖν εἰς οὐρανούς. τούτοις δὲ καὶ ἡμᾶς ἕπεσθαι δεῖ καὶ τοῖς λόγοις καὶ τοῖς δόγμασιν, ἐννοοῦντας τί τὸ σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι δηλοῖ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον. οὐ γάρ φαμεν, ὅτι ἡ τοῦ λόγου φύσις μεταποιηθεῖσα γέγονε σάρξ. ἀλλ' οὐδὲ ὅτι εἰς ὅλον ἄνθρωπον μετεβλήθη, τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὅτι σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ ἑνώσας ὁ λόγος ἑαυτῷ E καθ' ὑπόστασιν, ἀφράστως τε καὶ ἀπερινοήτως γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ κεχρημάτικεν υἱὸν ἀνθρώπου, οὐ κατὰ θέλησιν μόνην ἢ εὐδοκίαν, ἀλλ' οὐδὲ ὡς ἐν προσλήψει προσώπου μόνου· καὶ ὅτι διάφοροι μὲν αἱ πρὸς ἑνότητα τὴν ἀληθινὴν συναχθεῖσαι φύσεις, εἷς δὲ ἐξ ἀμφοτέρων Χριστὸς καὶ υἱός· οὐχ ὡς τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν, ἀποτελεσασῶν δὲ μᾶλλον ἡμῖν τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ υἱὸν, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, διὰ τῆς ἀφράστου καὶ ἀπορρήτου πρὸς ἑνότητα συνδρομῆς. οὕτω τε λέγεται, καίτοι πρὸ αἰώνων ἔχων τὴν ὕπαρξιν, καὶ γεννηθεὶς ἐκ πατρὸς, γεννηθῆναι καὶ κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός· οὐχ ὡς

* χρηστῶς * ἠδίκησε

* ἐκτείνοιτο

* Θεῷ Χριστῷ

* ἀνεπιπλήκτοις

ANNO CHRISTI 431.

οὐχ ὡς τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως ἀρχὴν τοῦ εἶναι ' λαβούσης ἐν τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ, οὔτε μὴν δεηθείσης ἀναγκαίως δι' ἑαυτὴν δευτέρας γεννήσεως μετὰ τὴν ἐκ πατρός. ἔστι γὰρ εἰκαῖόν τε ὁμοῦ καὶ ἀμαθὲς τὸν ὑπάρχοντα πρὸ παντὸς αἰῶνος, καὶ συναΐδιον τῷ πατρὶ, δεῖσθαι λέγειν ἀρχῆς τῆς εἰς τὸ εἶναι δευτέρας. ἐπειδὴ δὲ δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἑνώσας ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν τὸ ἀνθρώπινον, προῆλθεν ἐκ γυναικὸς, ταύτῃ τοι λέγεται γεννηθῆναι σαρκικῶς. οὐ γὰρ πρῶτον ἄνθρωπος ἐγεννήθη κοινὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, εἶθ' οὕτω καταπεφοίτηκεν ἐπ' αὐτὸν ὁ λόγος· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς μήτρας ἑνωθεὶς, ὑπομεῖναι λέγεται γέννησιν σαρκικὴν, ὡς τῆς ἰδίας σαρκὸς τὴν γέννησιν οἰκειούμενος. οὕτω φαμὲν αὐτὸν καὶ παθεῖν καὶ ἀναστῆναι· οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ λόγου παθόντος εἰς ἰδίαν φύσιν ἢ πληγὰς ἢ διατρήσεις ἥλων, ἢ γοῦν τὰ ἕτερα τῶν τραυμάτων· ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον, ὅτι καὶ ἀσώματον. ἐπειδὴ δὲ τὸ γεγονὸς αὐτοῦ ἴδιον σῶμα πέπονθε ταῦτα, πάλιν αὐτὸς λέγεται παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν. ἦν γὰρ ὁ ἀπαθὴς ἐν τῷ πάσχοντι σώματι. κατὰ τὸν ἴσον δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ τεθνάναι νοοῦμεν· ἀθάνατος γὰρ κατὰ φύσιν, καὶ ἄφθαρτος, καὶ ζωὴ καὶ ζωοποιός ἐστιν ὁ * τοῦ Θεοῦ λόγος. ἐπειδὴ δὲ πάλιν τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα χάριτι Θεοῦ, καθά φησιν ὁ Παῦλος, ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου, λέγεται παθεῖν αὐτὸς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον· οὐχ ὡς εἰς πεῖραν ἐλθὼν τοῦ θανάτου, τό γε ἧκον εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν· ἀποπληξία γὰρ τοῦτο λέγειν, ἢ φρονεῖν· ἀλλ' ὅτι, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἐγεύσατο θανάτου. οὕτω καὶ ἐγηγερμένης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς, πάλιν ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ λέγεται· οὐχ ὡς πεσόντος εἰς φθορὰν· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὅτι τὸ αὐτοῦ πάλιν ἐγήγερται σῶμα. οὕτω Χριστὸν ἕνα καὶ κύριον ὁμολογήσομεν, οὐχ ὡς ἄνθρωπον συμπροσκυνοῦντες τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ τομῆς φαντασία παρεισκρίνηται διὰ τοῦ λέγειν τὸ, σύν· ἀλλ' ὡς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν προσκυνοῦντες, ὅτι μὴ ἀλλότριον τοῦ λόγου τὸ σῶμα αὐτοῦ, μεθ' οὗ καὶ αὐτῷ συνεδρεύει τῷ πατρί· οὐχ ὡς δύο πάλιν συνεδρευόντων υἱῶν, ἀλλ' ὡς ἑνὸς καθ' ἕνωσιν, μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός. ἐὰν δὲ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, ἢ ὡς ἀνέφικτον, ἢ ὡς ἀκαλλῆ παραιτούμεθα, ἐμπίπτομεν εἰς τὸ δύο λέγειν υἱούς· ἀνάγκη γὰρ πᾶσα διορίσαι, καὶ εἰπεῖν τὸν μὲν, ἄνθρωπον ἰδικῶς, τῇ τοῦ υἱοῦ κλήσει τετιμημένον· ἰδικῶς δὲ πάλιν τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον υἱότητος ὄνομά τε καὶ χρῆμα ἔχοντα φυσικῶς. οὐ διαιρετέον τοιγαροῦν εἰς υἱοὺς δύο τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. ' ὠφέλησε κατ' οὐδένα τρόπον τὸν ὀρθὸν τῆς πίστεως λόγον εἰς τὸ οὕτως ἔχειν, κἂν εἰ προσώπων ἕνωσιν ἐπιφημίζωσί τινες· οὐ γὰρ εἴρηκεν ἡ γραφὴ, ὅτι ὁ λόγος ἀνθρώπου πρόσωπον ἥνωσεν ἑαυτῷ, ἀλλ' ὅτι γέγονε σάρξ. τὸ δὲ σάρκα γενέσθαι τὸν λόγον, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι παραπλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκός. ἴδιον δὲ σῶμα τὸ ἡμῶν ἐποιήσατο, καὶ προῆλθεν ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς, οὐκ ἀποβεβληκὼς τὸ εἶναι Θεὸς, καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ γεγεννῆσθαι πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐν προσλήψει σαρκὸς μεμενηκὼς ὅπερ ἦν. τοῦτο πρεσβεύει πανταχοῦ τῆς ἀκριβοῦς πίστεως ὁ λόγος.

'λαχούσης

* ἐκ Θεοῦ

' ὀνήσει δὲ καὶ οὐδὲν τὸν ὀρθὸν

I. PARTIS CAP. VIII.

A (stultum est enim, planeque ineptum asserere, eum qui ante omnia sæcula Patri coæternus existit, altera denuo, quo existere queat, generatione indiguisse) sed quia propter nos, & propter nostram salutem humana natura secundum hypostasim sibi unita, ex muliere natus est, hinc est quod secundum carnem natus prædicatur. Non enim primo vulgaris quispiam homo ex virgine ortus est, in quem Dei Verbum deinde sese demiserit: sed in ipso utero carni unitum, secundum carnem progenitum dicitur; utpote suæ carnis generationem sibi ut propriam vindicans. Ad eumdem modum illud passum & resuscitatum dicimus: B non quod Dei Verbum aut plagas, aut clavorum perforationes, aut alia id genus vulnera in propriam naturam acceperit: (nam ut divinum numen corporis expers est, ita perpeti quoque nihil potest) sed quia corpus quod sibi adsciverat, hæc fuit expertum, eam ob rem ipsum nostri causa illa perpessum asseritur. Impatibile enim Verbum in corpore patibili existebat. Idem & de ejusdem quoque morte sentimus: siquidem Dei Verbum suapte natura immortale, & a corruptione alienum, & vita rursum & vivificans est. Verum quia suum ipsius corpus gratuito Dei munere *mortem*, attestante Paulo, *omnium causa degustavit*, C fit ut ipsum mortem propter nos perpessum dicatur: non quod ipsum, quod quidem ad propriam naturam attinet, mortem experit (insania namque mera esset, istud vel dicere, vel cogitare) sed quia caro illius mortem, ut modo aiebam, degustavit. Pari modo, quia caro illius resurrexit, ipsi resurrectio tribuitur: non quod ipsum ceciderit in corruptionem; absit; sed quia rursus corpus illius exsuscitatum est. Ita unum Christum & dominum confitemur; non quod hominem una cum Verbo adoremus: ne illud, cum Verbo, aliquam divisionis imaginationem menti objiciat: D sed unum eumdemque adoramus, quandoquidem corpus suum non est alienum a Verbo, cum quo Patri assidet; non quod duo filii Patri assideant: assidet enim unus tantum per unionem cum propria carne. Quod si unionem secundum hypostasim tamquam incomprehensibilem indecentemque repudiaverimus, eo prolabimur, ut duos filios esse dicamus. Necesse est enim distinguere, & vocare; alterum quidem per se hominem filii appellatione cohonestatum; alterum vero per se ac seorsum Dei Verbum, quod & nomen & rem quoque filiationis naturaliter obtineat. Nulla itaque ratione unum dominum nostrum Iesum Christum in duos filios divellere fas est. E Porro autem ut integra sit hæc rectæ fidei ratio, nihil erit usui personarum unio quam quidam ponunt. Non enim scriptura dicit, Verbum hominis personam sibi associasse, sed carnem factum esse. Quod autem Verbum caro factum perhibetur, id aliud nihil est, quam quod perinde ac nos carni & sanguini communicavit. Suum ergo fecit nostrum corpus, proditque homo ex muliere, deitate interim, aut ex Patre nativitate non abjecta; mansit enim in ipsa quoque carnis assumptione quod erat. Hoc exactæ fidei doctrina ubique prædicat, hoc

Hebr. 2.

Ioan. 1.

Hebr. 2.

I PARTIS CAP. IX.

hoc sanctos patres sensisse reperiemus: ita A non dubitarunt sacram virginem deiparam appellare; non quod Verbi natura, ipsiusve divinitas ortus sui principium ex sancta virgine sumpserit; sed quod sacrum illud corpus anima intelligente perfectum ex ea traxerit, cui & Dei Verbum secundum hypostasim unitum, secundum carnem natum dicitur. Atque hæc quidem ex caritate quæ est in Christo, scribenda nunc quoque existimavi, obsecrans te ut fratrem, & coram Christo sanctisque angelis ejus obtestans, ut hæc nobiscum & sentias & doceas, quo ecclesiarum pax conservetur, dilectionisque & concordiæ vinculum inter Dei sacerdotes indissolubile permaneat. Saluta, quæ apud te est, fraternitatem. Te, quæ nobiscum est salutat in domino.

CAPUT IX.

Exemplum epistolæ Nestorii ad Cyrillum episcopum, quæ omnibus in sancta synodo displicuit.

Religiosissimo Deoque amabilissimo comministro Cyrillo, Nestorius in domino Sal.

ADMIRABILIUM literarum tuarum contumelias, quas in nos jacis, tamquam medica quadam mansuetudine dignas, quibusque re ipsa suo tempore responderi queat, missas facio. Quæ autem sine magno periculo silentio præteriri non possunt, ea, ne obscura indigestaque prolixitate decertans, fastidium generem, quanta fieri poterit orationis brevitate edisseram. A sapientissimis autem dilectionis tuæ vocibus principium sumam, quas ad verbum quoque in medium afferam. Ecquænam sunt igitur præclaræ illæ eruditarum literarum tuarum voces? Sacra (inquis) & magna illa synodus tradidit, ipsum unigenitum Filium ex Deo Patre naturaliter genitum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia Pater condidit, descendisse, & incarnatum, & hominem factum, passum esse, & resurrexisse. Hæc tuæ pietatis sunt verba; neque tua esse fortassis ignoras. Proinde & tu quoque a nobis fraternam pro pietate admonitionem audias; & eam quidem, qua eximius ille Paulus ad dilectum suum Timotheum non absque obtestatione utitur: *Attende lectioni & exhortationi & doctrinæ. Hoc enim faciens, & teipsum salvum facies, & eos qui te audiunt.* (1. Tim. 4. v. 16.) Quid obsecro illud, *attende*, sibi vult? Hoc nimirum, quod sanctorum illorum traditionem obiter legens, inscitiam venia dignam hauseris. Arbitratus es enim, Verbum Patri coæternum, patibile ab illis traditum esse. Penitius, si ita videtur, illorum dicta introspice, & divinum illum patrum chorum nusquam docuisse comperies, consubstantialem divinitatem patibilem esse; aut quæ Patri coæva est, recens natam esse, aut quæ templum solutum exsuscitavit, exsuscitatam esse. Quod si ad fraternam medicinam aures attuleris, sanctorum patrum verbis in medium allatis, ea calumnia, quæ & patribus & divinis quoque scripturis evidenter adversatur, te liberabo.

A οὕτως εὑρήσομεν τοὺς ἁγίους πεφρονηκότας πατέρας· οὕτω τεθαρσήκασι θεοτόκον εἰπεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον· οὐχ ὡς τῆς τοῦ λόγου φύσεως, ἤτοι τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ἀλλ' ὡς γεννηθέντος ἐξ αὐτῆς τοῦ ἁγίου σώματος, ψυχωθέντος τε λογικῶς· ᾧ καὶ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθεὶς ὁ λόγος, γεγεννῆσθαι λέγεται κατὰ σάρκα. ταῦτα καὶ νῦν ὡς ἐξ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ γράφω, παρακαλῶν ὡς ἀδελφὸν, καὶ διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, ταῦτα μεθ' ἡμῶν καὶ φρονεῖν καὶ διδάσκειν, ἵνα σώ- B ζηται τῶν ἐκκλησιῶν ἡ εἰρήνη, καὶ τῆς ὁμονοίας καὶ ἀγάπης ὁ σύνδεσμος ἄρραγὴς διαμένοι τοῖς ἱερεῦσι τοῦ Θεοῦ." προσειπὲ τὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα· σὲ ἡ σὺν ἡμῖν ἐν κυρίῳ προσαγορεύει.

ANNO CHRISTI 431.

" desunt in MS. Seguieriano.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θʹ.

" Ἴσον ἐπιστολῆς Νεστορίου πρὸς τὸν πάπαν Κύριλλον, ἥτις πᾶσιν ἀπήρεσεν ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

" ex c. Seguieriano: αὕτη ἡ πρώτη ἐπιστολὴ, ἀνεγνώσθη ἐν τῇ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ. ἀνελήφθη ἐν τοῖς ὑπομνήμασι καθὼς περιέχει.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ, Νεστόριος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

C ΤΑΣ μὲν καθ' ἡμῶν ὕβρεις τῶν θαυμαστῶν σου γραμμάτων ἀφίημι, ὡς μακροθυμίας ἀξίας ἰατρικῆς, καὶ τῆς διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν κατὰ καιρὸν πρὸς αὐτὰς ἀποκρίσεως· ὃ δέ γε σιωπῆς οὐκ ἀνέχεται, ὡς μέγαν φέρον, εἰ σιγηθείη, τὸν κίνδυνον, τούτου, καθὼς ἂν οἷός τε ὦ, οὐ πρὸς μακρολογίαν ἀποτεινόμενος, ποιήσασθαι πειράσομαι τὴν διήγησιν σύντομον, τὸν τῆς σκοτεινῆς καὶ δυσπέπτου μακρηγορίας ναυτιασμὸν φυλαττόμενος. ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν πανσόφων τῆς σῆς ἀγάπης φωνῶν, αὐτὰς αὐτολεξεὶ παραθείς. τίνες τοίνυν D αἱ τῆς θαυμαστῆς σου τῶν γραμμάτων διδασκαλίας φωναί; ἡ ἁγία φησὶ καὶ μεγάλη σύνοδος, αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς κατὰ φύσιν γεννηθέντα υἱὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ Θεὸν ἀληθινὸν, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατὴρ, κατελθεῖν, σαρκωθῆναι, ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι. ταῦτα τῆς σῆς θεοσεβείας τὰ ῥήματα· καὶ γνωρίζεις ἴσως τὰ σά. ἄκουε δὲ καὶ * τὰ παρ' ἡμῶν, ἀδελφικὴν ὑπὲρ εὐσεβείας παραίνεσιν, καὶ ἣν ὁ μέγας ἐκεῖνος Παῦλος τῷ φιλουμένῳ παρ' αὐτοῦ Τιμοθέῳ διεμαρτύρατο· πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδαχῇ. τοῦτο γὰρ ποιῶν, καὶ σεαυτὸν σώσεις, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου. τί E δέ μοι τὸ, πρόσεχε, βούλεται; ὅτι τὴν τῶν ἁγίων ἐκείνων ἐξ ἐπιπολῆς ἀναγινώσκων παράδοσιν, συγγνώμης ἀξίαν ἠγνόησας ἄγνοιαν, παθητὸν αὐτοὺς εἰρηκέναι νομίσας τὸν τῷ πατρὶ συναΐδιον λόγον. ἔγκυψον δὲ, εἰ δοκεῖ, τοῖς ῥητοῖς ἀκριβέστερον. καὶ τὸν θεῖον ἐκεῖνον τῶν πατέρων εὑρήσεις χορὸν, οὐ τὴν ὁμοούσιον θεότητα παθητὴν εἰρηκότα, οὐδὲ πρόσφατον γεννητὴν τῷ πατρὶ συναΐδιον, οὐδὲ ἀναστᾶσαν τὴν τὸν λελυμένον ναὸν ἀναστήσασαν. κἄν μοι τὰς ἀκοὰς εἰς ἀδελφικὴν ἰατρείαν παράσχῃς, αὐτάς σοι τὰς τῶν ἁγίων * ἐκείνων φωνὰς παραθέμενος, τῆς κατ' ἐκείνων ἀπαλλάξω συκοφαντίας, καὶ τῆς κατὰ τῶν θείων γραφῶν, δι' ἐκείνων.

* τὴν " deest articulus in MS. Seg.

* πατέρων ' neutrum legitur in MS. Seg.

Πιστεύομεν

ANNO CHRISTI 431.

I. PARTIS CAP. IX.

Πιστεύομεν τοίνυν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ. σκόπησον ὅπως, τὸ, κύριος, Ἰησοῦς, Χριστὸς, καὶ μονογενὴς, καὶ υἱὸς, πρότερον θέντες, τὰ κοινὰ τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ὡς θεμελίους, ὀνόματα, τότε τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐποικοδομοῦσι παράδοσιν· ἵνα τῶν ὀνομάτων * τῶν φύσεων ἑκατέρων κοινῶν τινων σημαντικῶν προκειμένων, μήτε τὰ τῆς υἱότητος καὶ κυριότητος τέμνηται, μήτε τὰ τῶν φύσεων ἐν τῷ τῆς υἱότητος μοναδικῷ συγχύσεως ἀφανισμῷ κινδυνεύῃ. τούτου γὰρ αὐτοῖς παιδευτὴς ὁ Παῦλος γεγένηται, ὃς τῆς ἐνανθρωπήσεως τῆς θείας τὴν μνήμην ποιούμενος, καὶ μέλλων τὰ τοῦ πάθους ἐπάγειν, πρότερον θεὶς τὸ, Χριστὸς, τὸ κοινὸν τῶν δύο, ὡς μικρῷ πρότερον ἔφην, τῶν φύσεων ὄνομα, προσάγει τὸν λόγον ἀμφοτέραις πρεπώδη ταῖς φύσεσι. τί γάρ φησι; τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον λέγω· ὑπήκοος ἐγένετο μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τοῦ θανάτου μεμνῆσθαι, ἵνα μὴ τὸν Θεὸν λόγον ἐντεῦθέν τις παθητὸν ὑπολάβῃ, τίθησι τὸ, Χριστὸς, ὡς τῆς ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας ἐν μοναδικῷ προσώπῳ προσηγορίαν σημαντικήν. ὅπως καὶ ἀπαθὴς ὁ Χριστὸς, καὶ παθητὸς ἀκινδύνως καλοῖτο· ἀπαθὴς μὲν θεότητι, παθητὸς δὲ τῇ τοῦ σώματος φύσει. πολλὰ λέγειν περὶ τούτου δυνάμενος, καὶ πρότερόν γε τὸ μηδὲ γεννήσεως ἐπὶ τῆς οἰκονομίας, ἀλλ' ἐνανθρωπήσεως τοὺς ἁγίους ἐκείνους μνημονεῦσαι πατέρας, τὴν τῆς βραχυλογίας ἐν προοιμίοις ὑπόσχεσιν χαλινοῦσαν τὸν λόγον αἰσθάνομαι, καὶ πρὸς τὸ δεύτερον τῆς σῆς ἀγάπης κινοῦσαν κεφάλαιον.

β'.

Ἐν ᾧ καὶ τὴν τῶν φύσεων ἐπῄνουν διαίρεσιν κατὰ τὸν τῆς ἀνθρωπότητος καὶ θεότητος λόγον, καὶ τὴν τούτων εἰς ἑνὸς προσώπου συνάφειαν. καὶ τὸ τὸν Θεὸν λόγον δευτέρας ἐκ γυναικὸς μὴ φάσκειν δεδεῆσθαι γεννήσεως· καὶ τὸ πάθους ἀνεπίδεκτον ὁμολογεῖν τὴν θεότητα. ὀρθόδοξα γὰρ ὡς ἀληθῶς τὰ τοιαῦτα, καὶ ταῖς τῶν αἱρέσεων πασῶν περὶ τὰς δεσποτικὰς φύσεις ἐναντία κακοδοξίαις. τὰ δὲ λοιπὰ, εἰ μέν τινα σοφίαν κεκρυμμένην ἐπήγετο ταῖς τῶν ἀναγινωσκόντων ἀκοαῖς ἀκατάληπτον, τῆς σῆς ἐστὶν ἀκριβείας εἰδέναι. ἐμοὶ γοῦν τὰ πρῶτα καταστρέφειν ἐδόκει. τὸν γὰρ ἐν τοῖς πρώτοις ἀπαθῆ κηρυχθέντα, καὶ δευτέρας γεννήσεως ἄδεκτον, πάλιν παθητὸν καὶ νεόκτιστον οὐκ οἶδ' ὅπως εἰσῆγεν, ὡς τῶν κατὰ φύσιν τῷ Θεῷ λόγῳ προσόντων, τῇ τοῦ ναοῦ συναφείᾳ διεφθαρμένων, ἢ μικροῦ τινος τοῖς ἀνθρώποις νομιζομένου, τὸ τὸν ἀναμάρτητον ναὸν, καὶ τῆς θείας ἀχώριστον φύσεως, τὴν ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν γέννησίν τε καὶ τελευτὴν ὑπομεῖναι, ἢ πιστεύεσθαι τῆς δεσποτικῆς οὐκ ὀφειλομένης φωνῆς πρὸς Ἰουδαίους βοώσης· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ

Margin: τῷ φύσεως ἑκατέρας, τῶν φύσεων ἑκατέρας · αὐτοῖς · νοοῖτο · ἀσφαλοῦς

Aiunt ergo: Credimus in dominum nostrum Iesum Christum filium ejus unigenitum. Observa hic, quomodo dominum, Iesum, Christum, unigenitum, & filium, nomina utique quæ humanæ divinæque naturæ ex æquo conveniunt, perinde ac fundamenta quædam substernentes, incarnationis, mortis & resurrectionis traditionem illico subjungant superstruantque; nempe quo nominibus utriusque naturæ quibusdam communibus signis propositis, neque ea quæ filiationis & dominationis sunt, scindantur, neque ea rursum quæ naturarum sunt, propter filiationis singularitatem in confusionis periculum adducantur. Qua quidem in re Pauli auctoritatem secuti sunt. Hic enim divinæ incarnationis facta mentione, eaque mox subjuncturus quæ passionis erant, primum illud nomen Christus, ut paulo ante dicebam, utrique naturæ commmune ponit; ac mox ita sermonem profert, ut naturæ utrique sit congruens. Ecquid ergo dicit? *Hoc*, inquit, *sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*: singula enim persequi non attinet, *factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*. Quia enim mortis facturus erat mentionem, ne quis hinc Deum Verbum patibile esse colligeret, subjungit nomen hoc, Christus, quod utramque naturam, patibilem inquam & impatibilem, in unica persona denotat: quo idem nimirum Christus patibilis simul & impatibilis citra periculum concipi queat; illud quidem secundum humanam naturam, hoc vero secundum divinam. Porro autem cum multa hac de re disserere valeam, & maxime quod sancti illi patres de Christi œconomia verba facientes, non generationis, sed incarnationis meminerint; ipsam orationis brevitatem, quam statim in exordio promiseram, sermonis cursum cohibere, & ad alterum dilectionis tuæ caput festinare sentio.

Phil. 2. v. 5.

II.

In eo autem laudo, quod distinctionem naturarum, secundum divinitatis & humanitatis rationem, harumque in una persona conjunctionem prædicas; quodque Deum Verbum altero ex muliere ortu minime indiguisse affirmas; & quod divinitatem pati non potuisse, diserte pronuntias. Hæc enim re vera & orthodoxa, & vanis omnium hæreticorum circa domini naturas opinationibus quam maxime adversa sunt. At vero utrum reliqua occultam aliquam & incomprehensibilem sapientiam legentium auribus inferant, id tuæ solertiæ fuerit dijudicare. Mihi sane cum antecedentibus adeo non cohærere videntur, ut ea omnino quoque evertere existimem. Etenim quem antea neque patibilem, neque secundæ generationis capacem prædicaveras, hunc ipsum rursum patibilem, nuperque nescio quomodo productum asseveras: quasi vero quæ in Dei Verbum naturaliter conveniunt, ea templi conjunctione abolita sint: aut parvi apud homines fieri debeat, templum illud nullo unquam peccato contaminatum, & a divina natura inseparabile, peccatorum nostrorum causa & natum & mortuum esse: aut denique domino Iudæos ejusmodi oratione compellanti: *Solvite templum hoc, & intribus diebus excitabo illud*; fidem habere non oporteat

Ioan. 2. v. 19.

PARTIS I. CAP. IX.

oporteat. Ecce non dicit, solvite divinitatem meam, & in tribus diebus excitabitur; sed, Solvite templum hoc. Rursum excurrere nonnihil hic cupiens, sponsionis meæ memoria impedior. Dicendū est nihilominus aliquid, ut tamen a constituta mihi brevitate non recedā.

III.

Vbicumque divinæ scripturæ dispensationis dominicæ mentionem faciunt, ortus ipse & mors non divinæ, sed humanæ Christi naturæ semper tribuitur. Quapropter si rem diligentius consideremus, sacra virgo non deipara, sed Christipara appellanda erit. Audi quomodo evangelia istud proclament: *Liber*, inquiunt, *generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham.* (Matth. 1.) Atqui perspicuum est, Deum Verbum non extitisse Davidis filium. Accipe, si placet, aliud hoc testimonium: *Iacob*, ait, *genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus* (Ibid. 16.) Perpende rursum aliam evangelii vocem, veritatem hanc diserte confirmantem: *Christi*, inquit, *generatio sic erat. Cum esset desponsata mater ejus Maria Ioseph, inventa est habens in utero de Spiritu sancto.* (Ibid. 18.) Quis autem unigeniti divinitatem, Spiritus sancti creaturam esse credat? Adde his illud quoque: *Erat mater Iesu ibi.* (Ioan. 2.) & rursum: *Cum Maria matre Iesu.* (Act. 1. v. 14) & illud: *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.* (Matth. 1. v. 20.) & illud: *Accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum.* (Matth. 2. v. 13.) & illud: *De Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem.* (Rom. 1 v. 3.) & illud rursum de ejusdem passione: *Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato condemnavit peccatum in carne.* (Rom. 8. v. 3.) & illud iterum: *Christus mortuus est pro peccatis nostris*: (1. Cor 15.) & rursum: *Christo in carne passo.* (1. Petr. 4.) denique: *Hoc est, non mea divinitas, sed corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum.* (Luc. 22. v. 19.) Sunt aliæ innumeræ sententiæ, quæ divinitatem neque nuper natam, neque corporeæ perpessionis capacem esse, mortalium generi testatum faciunt; sed ipsam carnem, quæ divinæ conjuncta est naturæ. Quare & ipse quoque Christus Davidis dominum & filium se nominat: *Quid*, inquit, *vobis videtur de Christo? cujus filius est? Dicunt ei: David. Respondit Iesus, & ait illis: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis?* (Matth. 22. v. 42.) Est enim plane filius David secundum carnem; secundum divinitatem vero, ejusdem dominus est. Rectum proinde, evangelicæque traditioni consentaneum est, ut Christi corpus divinitatis templum esse con[fit]eamur, illudque nexu usque adeo sublimi, divinoque & admirabili ipsi conjunctum, ut dicamus divinam naturam ea sibi vindicare, quæ corporis alioqui sunt propria. Ve[ru]m propter hanc appropriationem divino [Ve]rbo adscribere nativitatem, passionem, mortem, ceterasque carnis proprietates, id demum, mi frater, mentis est aut ethnicorum more vere errantis, aut certe insani Apollinarii, & Arii, aliorumque hæreticorum morbo, aut alio etiam graviori laborantis. Necesse est enim istos per appropriationis voca[b]ulum eo trahi, ut Deum Verbum lactatio[ni]s participem, & succedanei incrementi capacem, & ob formidinem passionis tempore declaratam, an-

A αὐτόν. οὐ, λύσατέ μου τὴν θεότητα, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερθήσεται. πάλιν πλατῦναι κἀνταῦθα βουλόμενος, τῇ τῆς ἐπαγγελίας ἀναστέλλομαι μνήμῃ. ῥητέον οὖν ὅμως βραχυλογίᾳ χρησάμενον.

γ′.

Πανταχοῦ τῆς θείας γραφῆς, ἡνίκα ἂν μνήμην τῆς δεσποτικῆς οἰκονομίας ποιῆται, γέννησις ἡμῖν καὶ πάθος οὐ τῆς θεότητος, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ παραδίδοται. ὡς καλεῖσθαι κατὰ ἀκριβεστέραν προσηγορίαν τὴν ἁγίαν παρθένον Χριστοτόκον, οὐ θεοτόκον. ἄκουε ταῦτά γε τῶν εὐαγγελίων βοώντων· βίβλος, φησὶ, γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. δῆλον δὲ ὅτι τοῦ Δαυὶδ υἱὸς ὁ Θεὸς λόγος οὐκ ἦν. δέχου καὶ ἄλλην, εἰ δοκεῖ, μαρτυρίαν· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ, τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς, ὁ λεγόμενος Χριστός. σκόπει πάλιν ἑτέραν ἡμῖν διαμαρτυρομένην φωνήν. τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν· μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. κτίσμα δὲ τοῦ πνεύματος τίς ἂν ὑπολάβοι τὴν τοῦ μονογενοῦς θεότητα; τί δεῖ λέγειν τό· ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ; καὶ πάλιν, τό· σὺν Μαρίᾳ τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ. καὶ τό· τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. καὶ τό· λάβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον. καὶ τό· περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα. καὶ τὸ περὶ τοῦ πάθους αὖθις. ὅτι ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ ′ ἀπέστειλεν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. καὶ πάλιν· Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. καὶ, Χριστοῦ παθόντος σαρκί. καὶ, τοῦτό ἐστιν, οὐχ ἡ θεότης μου, ἀλλὰ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. καὶ μυρίων ἄλλων φωνῶν διαμαρτυρομένων τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, μὴ τὴν τοῦ υἱοῦ νομίζειν θεότητα πρόσφατον, ἢ πάθους σωματικοῦ δεκτικὴν, ἀλλὰ τὴν συνημμένην τῇ φύσει τῆς θεότητος σάρκα. ὅθεν καὶ κύριον τοῦ Δαυὶδ ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς, καὶ υἱὸν ὀνομάζει. τί γὰρ ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; φησί· τίνος ἐστὶν υἱός; λέγουσιν αὐτῷ· τοῦ Δαυίδ. ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· πῶς οὖν Δαυίδ ἐν πνεύματι κύριον αὐτὸν καλεῖ, λέγων· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου; ὡς υἱὸς ὢν τοῦ Δαυὶδ πάντως κατὰ σάρκα, κατὰ δὲ τὴν θεότητα κύριος. ἐστὶ μὲν οὖν τῆς * υἱοῦ θεότητος τὸ σῶμα ναὸν, καὶ ναὸν κατ' ἄκραν τινὰ καὶ θείαν ἡνωμένον συνάφειαν· * ὡς οἰκειοῦσθαι τὰ τούτου τὴν τῆς θεότητος φύσιν ὁμολογεῖσθαι, καλὸν καὶ τῶν εὐαγγελικῶν παραδόσεων ἄξιον. τὸ δὲ δὴ τῷ τῆς οἰκειότητος προστρίβειν ὀνόματι καὶ τὰς τῆς συνημμένης σαρκὸς ἰδιότητας, γέννησιν λέγω, καὶ πάθος, καὶ νέκρωσιν, ἢ πλανωμένης ἐστὶν ἀληθῶς καθ' Ἕλληνας, ἀδελφὲ, διανοίας, ἢ τὰ τοῦ φρενοβλαβοῦς Ἀπολιναρίου, καὶ Ἀρείου, καὶ τῶν ἄλλων νοσούσης αἱρέσεων· μᾶλλον δὲ, ὅτι κἀκείνων βαρύτερον. ἀνάγκη γὰρ τῷ τῆς οἰκειότητος τοὺς τοιούτους παρασυρομένους ὀνόματι, καὶ γαλακτοτροφίας κοινὸν διὰ τὴν οἰκειότητα τὸν Θεὸν λόγον ποιεῖν, καὶ τῆς κατὰ μικρὸν αὐξήσεως μέτοχον, καὶ τῆς ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ δειλίας, καὶ βοηθείας ἀγγελικῆς

Margin: ANNO CHRISTI 431.
Margin notes (Greek): ′ πέμψας. * Χριστοῦ. * οἰκειοῦσθαι δὲ.

ANNO CHRISTI 431.

ἀγγελικῆς ἐπικουρίας. καὶ σιωπῶ περιτομὴν, καὶ θυσίαν, καὶ ἱδρῶτας, καὶ δίψαν, ἃ τῇ σαρκὶ μὲν ὡς δι' ἡμᾶς συμβάντα, * προσηκόντως συναπτόμενα. ἐπὶ δὲ τῆς θεότητος ταῦτα καὶ ψευδῆ λαμβανόμενα, καὶ ἡμῖν ὡς συκοφάνταις δικαίας καταχρίσεως αἴτια. αὗται τῶν ἁγίων πατέρων αἱ παραδόσεις· ταῦτα τῶν θείων γραφῶν τὰ παραγγέλματα. οὕτω τις καὶ τὰ τῆς φιλανθρωπίας τῆς θείας, καὶ τὰ τῆς αὐθεντίας θεολογεῖ· ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ πᾶσι, καὶ πρὸς πάντας, καθὰ ὁ Παῦλός φησι.

δ'.

Τῆς δέ γε τῶν σκανδαλιζομένων φροντίδος καλῶς μὲν ποιεῖς ἀντεχόμενος, καὶ χάριν τῇ τῶν θείων μεριμνητικῇ σου ψυχῇ, καὶ τῶν παρ' ἡμῖν φροντιζούσῃ. γίνωσκε δὲ πεπλανημένον σαυτὸν ὑπὸ τῶν τῆς σῆς ἴσως διαθέσεως κληρικῶν, ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα ἀπὸ τῆς ἁγίας συνόδου καθῃρημένων, ὡς τὰ Μανιχαίων φρονούντων. τὰ γὰρ τῆς ἐκκλησίας καθ' ἑκάστην προκόπτει, καὶ τὰ τῶν λαῶν ἐν ἐπιδόσει τοσαύτῃ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ὡς τὰ τοῦ προφήτου, βλέποντας τὰ πλήθη, βοᾶν· ἐνεπλήσθη ἡ γῆ τοῦ γνῶναι τὸν * κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσας. τά τε τῶν βασιλέων ἐν ὑπερβαλλούσῃ χαρᾷ, πεφωτισμένων τοῦ δόγματος. καὶ ἵνα συνελὼν ἐπιστείλω, ἐκείνην ἐπὶ ταῖς θεομάχοις ἁπάσαις αἱρέσεσι, καὶ τῇ τῆς ἐκκλησίας ὀρθοδοξίᾳ, καθ' ἑκάστην εὕροι τις ἂν παρ' ἡμῖν τὴν φωνὴν πληρουμένην. ὁ οἶκος Σαοὺλ ἐπορεύετο καὶ ἠσθένει, καὶ ὁ οἶκος Δαυὶδ ἐπορεύετο καὶ ἐκραταιοῦτο. ταῦτα παρ' ἡμῶν ὡς ἀδελφῶν πρὸς ἀδελφὸν συμβουλεύματα. εἰ δέ τις δοκεῖ φιλονεικεῖν, κεκράξεται καὶ δι' ἡμῶν πρὸς τὸν τοιοῦτον ὁ Παῦλος· ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πλεῖστα προσαγορεύομεν. ἐρρωμένος, καὶ ὑπερευχόμενος ἡμῶν διατελοίης, πάντα μοι τιμιώτατε καὶ θεοφιλέστατε.

Margin: * προσκεῖται προσαπτόμενα. * προσκυνητῶς προσαπτόμενα. * Χριστοῦ. * πληθήσεται Θεὸν, * πεφωτισμένου * ἀδελφοὺς * παρ' ἐμοῦ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι'.

Ἐπιστολὴ Κυρίλλου πρὸς τοὺς ἐγγράφως αὐτὸν αἰτιασαμένους, ὅτι περ οὐ σεσιώπηκεν, ἐξ ἀκοῆς μαθὼν ἕρπειν ἐπὶ τὸ χεῖρον τὴν δυσσεβῆ τοῦ Νεστορίου διδασκαλίαν.

ΕΠΕΙΔΗ μοι γέγραφεν ἡ εὐλάβεια ὑμῶν, ὡς λυπουμένου τοῦ θεοσεβεστάτου Νεστορίου, ὅτι τὴν πρὸς μονάζοντας ἐποίησα ἐπιστολὴν, ἀνασφάζειν βουλόμενος τοὺς ἐπὶ τῷ θρύλλῳ σκανδαλισθέντας· ἀναγκαίως τοῦτό φημι, ὅτι περ οὐ τοσοῦτον γέγονε παρ' ἡμῶν, ὅσον παρὰ τῆς αὐτοῦ θεοσεβείας. ἐγὼ μὲν σκανδαλισθεῖσιν ἀνθρώποις ἀπὸ τῶν ἐξηγήσεων αὐτοῦ, τὸν τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐξεθέμην λόγον· αὐτὸς δὲ ἠνέσχετο ἐν ἐκκλησίᾳ τῇ καθολικῇ καὶ τῇ τῶν ὀρθοδόξων, τοῦ καλοῦ Δωροθέου τοῦ ἐπισκόπου φανερῶς λέγοντος· ἀνάθεμα εἴτις εἴη λέγει τὴν ἁγίαν Μαρίαν θεοτόκον. καὶ οὐ μόνον ταῦτα ἀκούσας σεσίγηκεν, ἐκείνου λέγοντος, ἀλλὰ εἰς

A gelici præsidii indigum faciant. Missa hic facio cirumcisionem, sacrificium, sudorem, famem, sitim, quæ carni acciderunt, nostrique causa eamdem affecerunt. Quod si hæc eadem divinitati adscribere lubeat, & falsa erunt, & nobis veluti calumniatoribus justæ damnationis causam afferent. Hæ sunt sanctorum patrum traditiones; hæc sanctarum scripturarum mandata. Ad hunc modum & de divina clementia & de Dei majestate theologus disceptet: *Hæc meditare, in his esto; ut profectus tuus manifestus sit omnibus, & ad omnes;* ut inquit Paulus.

B

IV.

Quod vero eorum qui offensi sunt, curam amplecteris, recte facis, & gratias habeo animæ tuæ, sedulo quæ Dei sunt meditanti, anxiamque rerum nostrarum curam gerenti. Verum a clericis fortasse tuæ pietatis, qui quod Manichæorum hæresi infecti essent, a sacra synodo exauctorati hic sunt, delusum te scias. Nam res ecclesiasticæ quotidie crescunt & augentur; & aggregatio populorum eos sortitur Dei beneficio successus, ut qui multitudinem intuentur, non possint cum propheta non exclamare: *Repleta est terra cognitione domini, sicut aqua multa cooperit maria.* Isai.11.v.9.
C Imperatores quoque propter dogmatis illustrationem in summa lætitia vitam agunt. Et ut verbo concludam, illam de cunctis hæresibus Deum impugnantibus, rectaque ecclesiæ doctrina vocem apud nos quotidie ad effectum deduci comperias: *Domus Saul procedebat, & infirmabatur: & domus David procedebat, & confirmabatur.* Hæc fraterno affectu fratri a nobis dantur consilia. *Si quis autem voluerit esse contentiosus*, hic beatum Paulum per nos clamantem intelliget: *Nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesiæ Dei.* Vniversam quæ tecum est, fratrum socie-
D tatem ego, quique mecum sunt, plurimum salvere jubemus. Semper incolumis pro nobis Deo supplices, observandissime & piissime.

Margin: 2. Reg. 3. — 2. Cor. 11. v. 16.

CAPUT X.

Epistola Cyrilli ad eos perscripta, quorum literis notatus fuerat, quod vulgi rumore persuasus impiam Nestorii doctrinam in pejus serpere, non siluisset.

E QUANDOQUIDEM pietas vestra ad me scribit, religiosissimum Nestorium magnam ex iis literis cepisse molestiam, quas ad monasticam vitam agentes scripsi, illos revocare studens, qui ex disseminatis rumoribus offensi erant; fateri cogor, hoc quidquid est ægritudinis, non tam ex me, quam ejus religiositate ortum esse. Nam ego hominibus propter illius exegeses majorem in modum offensis, rectæ fidei doctrinam exposui: ille vero in catholica orthodoxorumque ecclesia, bonum episcopum Dorotheum aperte dicentem tulit: Si quis S. Mariam deiparam esse dixerit, anathema sit. Neque solum conticuit, cum hæc illum loquentem audiret, verum eumdem quoque

ipsum

I. PARTIS CAP. XI.

ANNO CHRISTI 431.

ipſum ad myſticam communionem mox admiſit, myſteriorumque participem effecit. En igitur ipſo præſidente, ne dicam interea ab ipſo ſententiam proferente, anathemate ferimur. neque enim Dorotheus præter ſententiam Neſtorii hæc in eccleſia dixiſſet. Itaque noſipſi, qui etiamnum in vita manemus, ceterique terrarum orbis epiſcopi, tum patres quoque noſtri, qui jam ad Deum profecti ſunt; anathemate perculſi ſumus. Quid vetabat & nos quoque vocibus illius contraria ſcribere, ac dicere: Anathema ſi quis Mariam deiparam eſſe negaverit? Verum id hactenus propter illum facere nolui, ne ſint qui epiſcopum Alexandrinum, Ægyptiamve ſynodum anathematis ſententiam in Neſtorium tuliſſe dicant. Quod ſi piiſſimi occidentis & orientis epiſcopi intellexerint, ſe omnes ab illo anathemate plexos eſſe; (omnes namque ſanctam Mariam deiparam eſſe profitentur) quo id tandem animo accepturi ſunt? An non omnes ægerrime iſtud patientur, non tam propter ſeipſos, quam propter ſanctos patres, in quorum monumentis ſacram virginem Mariam ſemper deiparam appellatam comperimus? Sane niſi videretur futurum oneroſum, non pauca diverſorum patrum volumina miſiſſem, in quibus non ſemel, ſed frequentiſſime vocem hanc poſitam invenias, qua ſacram virginem deiparam eſſe confitentur.

CAPUT XI.

Cyrilli epiſtola ad quemdam Neſtorii ſtudioſum.

NOVI dilectionis tuæ ſinceritatem, neque ſtudium ignoro. Et ſi quidem ad aliquem morum meorum ignarum ſubſcriberem, pluribus ſane verbis perſuadere conarer, me pacis quidem perſtudioſum, a litibus vero ac rixis alienum eſſe prorſus; denique talem, qui omnes amare, & ab omnibus viciſſim amari peroptem. Sed quia ad eum ſcribo, cui ſtudia mea comperta ſunt, breviter unum monebo; nempe, ſi rerum aut pecuniarum jactura fratris ægritudinem ſanare liceret, me eam jacturam ſubiturum eſſe promptiſſime, ne quid caritate prius habere viderer. At quia fidei negotium agitur, & offenſionem paſſæ ſunt, ut ſemel dicam, omnes quotquot per Romanum imperium ſunt eccleſiæ; (nemo enim eſt, ex quacumque demum civitate aut regione advenerit, qui non quærat: Ecquinam ſunt hi rumores? ecquæ nova hæc doctrina eccleſiis ingeritur?) quod nos remedium hiſce malis adhibebimus, quibus divinorum myſteriorum doctrina a Deo concredita eſt? quos ii qui a nobis initiantur & erudiuntur, jure accuſare poterunt, ac dicere, eam ſe fidem tenuiſſe, quam a nobis edocti fuerant. Quare ſi bona fide munus id obiverimus, dignam mercedem laudati aſſequemur: ſin autem aliter, hoc eſt perverſe; quæ nobis flammæ ad ſupplicium ſat eſſe poterunt? Audiemus enim illud:
Iſ. 14. v. 9. *Terram meam perdidiſti, & populum meum occidiſti*; ſicut ſcriptum eſt. Sane e laicis quilibet de ſua dumtaxat vita rationem redditurus eſt: nos vero, quorum humeris ſacerdotii onus incumbit, non pro nobis tantum rationem reddituri ſumus, ſed pro omnibus

A κοινωνίας αὐτὸν εὐθὺς τὴν μυστικὴν ἐδέξατο, καὶ κοινωνὸν ἐποίησεν. ἰδοὺ τοίνυν ἀναθεματίσθημεν ἐπ' αὐτοῦ, ἵνα τέως μὴ λέγοιμι παρ' αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἐπ' ἐκκλησίας ἐφθέγξατο τοιαῦτα παρὰ γνώμην αὐτοῦ. τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπίσκοποι, καὶ οἱ πρὸς Θεὸν ἀποδημήσαντες πατέρες ἡμῶν, ἀνεθεματίσθημεν. τί οὖν ἐκώλυε καὶ ἡμᾶς ταῖς ἐκείνου φωναῖς γράψαι τἀναντία, καὶ εἰπεῖν· εἴτις οὐ λέγει θεοτόκον εἶναι τὴν Μαρίαν, ἀνάθεμα; ἀλλ' οὐ πεποίηκα τοῦτο, δι' αὐτὸν τέως, ἵνα μὴ λέγωσί τινες, ὅτι ἀνεθεμάτισεν
B αὐτὸν ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, ἤτοι ἡ σύνοδος ἡ Αἰγυπτιακή. ἐὰν δὲ μάθωσιν οἵ τε κατὰ δύσιν καὶ ἀνατολὴν θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, ὅτι ἀνεθεματίσθησαν πάντες· πάντες γὰρ λέγουσι καὶ ὁμολογοῦσιν, ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία Μαρία. πῶς ἄρα διατεθήσονται; ἢ πῶς οὐχ ἅπαντες λυπηθήσονται, καὶ εἰ μὴ δι' ἑαυτούς, ἀλλ' (καὶ) οὖν διὰ τοὺς ἁγίους πατέρας, ὧν ἐν τοῖς συγγράμμασιν εὑρίσκομεν ἀεὶ θεοτόκον ὀνομαζομένην τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν; εἰ δὲ μὴ ἐδόκει
C φορτικὸν εἶναι τὸ ἐσόμενον, πολλὰς ἂν ἔπεμψα βίβλους πολλῶν ἁγίων πατέρων, ἐν αἷς ἐστιν εὑρεῖν οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πλειστάκις κειμένην τὴν φωνήν, ἐν ᾗ ὁμολογοῦσιν εἶναι θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια'.

Ἐπιστολὴ Κυρίλλου πρός τινα ζηλωτὴν, περὶ Νεστορίου.

ΟΙΔΑ μὲν τῆς σῆς ἀγάπης τὸ εἰλικρινὲς, καὶ οὐκ ἠγνόηκα τὴν σπουδήν. καὶ εἰ μὲν ἔγραφον πρός τινα τὸν ἐμὸν οὐκ εἰδότα τρό-
D πον, πολλοῖς ἂν ἐχρησάμην λόγοις, ἀναπείθων, ὅτι σφόδρα εἰμί τις εἰρηνικὸς, καὶ οὐ δύσερις, οὔτε φιλόμαχος, ἀλλ' εὐχόμενος καὶ φιλεῖν ἅπαντας, καὶ φιλεῖσθαι παρὰ πάντων. ἐπειδὴ δὲ πρὸς εἰδότα γράφω, βραχυλογήσας ἐκεῖνο διδάσκω· ὅτι εἰ πραγμάτων ἦν, ἢ χρημάτων ἀφαίρεσιν ὑπομεῖναι, καὶ παῦσαι λύπην ἀδελφοῦ, ἐποιησάμην ἂν ἡδέως, ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν τι τῆς ἀγάπης ἡγεῖσθαι προτιμότερον. ἐπειδὴ δὲ ὁ τῆς πίστεως λόγος ἐστὶ, καὶ ἐσκανδαλίσθησαν καὶ αἱ κατὰ πᾶσαν ὡς ἔπος εἰπεῖν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐκκλησίαι· οὐ γάρ ἐστί τις τῶν ἐξ οἱασ-
E δηποτοῦν πόλεως ἢ χώρας ἐρχομένων, καὶ μὴ λέγων, ὅτι ταῦτά ἐστι τὰ θρυλλούμενα; καὶ ποία καινὴ μάθησις ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιφέρεται; πρὸς ταῦτα τί δράσομεν οἱ πεπιστευμένοι παρὰ Θεοῦ τὸν τοῦ μυστηρίου λόγον; πρὸς οὓς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως δικάσονται οἱ μυσταγωγούμενοι πάντως· ἐροῦσι γὰρ οὕτω τηρῆσαι τὴν πίστιν, ὡς μεμυσταγώγηνται παρ' ἡμῶν. καὶ εἰ μὲν ὀρθῶς τοῦτο πεπράχαμεν, ἀποληψόμεθα καὶ μισθὸν, τευξόμεθα δὲ καὶ ἐπαίνων· εἰ δὲ ἑτέρως καὶ διεστραμμένως, ποῖαι φλόγες ἡμῖν ἀρκέσουσιν; ἀκουσόμεθα γάρ. ὅτι τὴν γῆν μου ἀπώλεσας, καὶ τὸν λαόν μου ἀπέκτεινας, κατὰ τὸ γεγραμμένον. καὶ ἕκαστος μὲν τῶν ἐν τάξει λαϊκῶν τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ὑπεραπολογήσεται· ἡμεῖς δὲ οἱ ταῖς τῆς ἱερωσύνης λειτουργίαις πεφορτισμένοι οὐχ ὑπὲρ μόνων ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ πάντων τῶν πιστευόντων εἰς

Χριστὸν

Χριστὸν ἀπολογησόμεθα. ἐμοὶ τοίνυν οὐδείς A ἐστι λόγος οὐ λύπης, οὐχ ὕβρεως, οὐ λοιδορείας τῆς οὕτω πολλῆς, ἧς πεποίηνται κατ' ἐμοῦ τῶν ἀνυπολήπτων τινές. ἀλλ' οἰχέσθω ταῦτα πάντα πρὸς λήθην· δικάσει δὲ καὶ τοῖς πεφλυαρηκόσι Θεός. μόνον σωζέσθω τὰ τῆς πίστεως. καὶ φίλος εἰμὶ καὶ ἀγαπητὸς, καὶ οὐδενὶ παραχωρῶν πρὸς τὸ χρῆναι μειζόνως φιλεῖν τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Νεστόριον· ὃν, ὡς ἐπὶ τοῦ Θεοῦ φημι, καὶ εὐδοκιμεῖν ἐν Χριστῷ βούλομαι, καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς ἤδη παρελθοῦσιν ἀφανίσαι μῶμον, καὶ δεῖξαι συκοφαντίαν, καὶ οὐ πάντως ἀλήθειαν, B τὰ παρά τινων ἐπὶ τῇ πίστει θρυλλούμενα. εἰ δὲ προστετάγμεθα παρὰ Χριστοῦ καὶ τοὺς μισοῦντας ἀγαπᾷν, πῶς οὐ μᾶλλον ἀκόλουθον ἀδελφοῖς τε καὶ συνιερεῦσι τοῦτο ποιεῖν; ὅτι γὰρ εἰ παραλύοιτο παρά τινων ἡ πίστις, τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς οὐ προδώσομεν, κἂν εἰ προσήκοιτο παθεῖν καὶ αὐτὸν τὸν θάνατον, οὐκ ἔστιν ἀμφίβολον. εἰ γὰρ δεδίαμεν ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, ἵνα μὴ περιπέσωμεν ἀηδίαις, ποίῳ λοιπὸν προσώπῳ τὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐγκώμια ποιησόμεθα πρὸς τοὺς λαούς; οὓς ἐπαινοῦμεν, ὅτιπερ τετηρήκασι τὸ εἰρημένον. ἕως θανάτου C ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς Κωνσταντινουπόλεως κληρικοὺς στασιάζοντας.

Ἀνέγνων τὸ ὑπομνηστικὸν τὸ ἀποσταλὲν παρ' ὑμῶν, δι' οὗ ἐμάνθανον, ὅτι Ἀναστάσιος ὁ πρεσβύτερος συντυχὼν ὑμῖν προσεποιεῖτο ζητεῖν καὶ φιλίαν καὶ εἰρήνην, καὶ ἔλεγεν· ὅτι ὡς ἔγραψε τοῖς μονάζουσιν, οὕτω φρονοῦμεν. εἶτα πρὸς ἴδιον σκοπὸν βλέπων ἔλεγε περὶ ἐμοῦ· ὅτι καὶ D αὐτὸς εἴρηκε τὴν ἁγίαν σύνοδον μὴ μεμνῆσθαι τῆς λέξεως, τῆς θεοτόκου φημί. ἐγὼ δὲ γέγραφα, ὅτι εἰ καὶ μὴ ἐμνήσθη ὁ σύνοδος τῆς λέξεως, καλῶς ἐποίησεν· οὔτε γὰρ ἐκινήθη τοιοῦτόν τι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ· διὸ οὔτε ἦν ἀνάγκη τὰ μὴ ζητούμενα φέρειν εἰς μέσον, εἰ καὶ τὰ μάλιστα τῇ δυνάμει τῶν ἐννοιῶν οἶδε θεοτόκον τὴν ἁγίαν Μαρίαν. αὐτὸν γὰρ λέγει τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, σαρκωθῆναι, ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, ἀνελθεῖν εἰς οὐρανοὺς, E ἥξειν δὲ καὶ κριτὴν ζώντων καὶ νεκρῶν. καὶ οὐχ ὅτι πάντως αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν γεννηθεὶς λόγος ἀπέθανεν, ἢ ἐνύχθη τῇ λόγχῃ εἰς τὴν πλευράν. ποίαν γὰρ ἔχει, εἰπέ μοι, πλευρὰν τὸ ἀσώματον; ἢ πῶς ἂν ἀπέθανεν ἡ ζωή; ἀλλ' ὅτι ἑνωθεὶς τῇ σαρκὶ, εἶτα πασχούσης αὐτῆς, ὡς τοῦ ἰδίου πάσχοντος σώματος, αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν οἰκειοῦται τὸ πάθος. σοφιζόμενοι τοίνυν, καὶ ἀπατῶντες ἑαυτοὺς, ταῦτα λέγουσιν.

ἢ παρθένον

Christi fidelibus. Me igitur nulla neque injuria, neque contumelia, neque convicia movent, etiam si quamplurima per quosdam petulantiores illata mihi sint. Sed hæc omnia oblivione conterantur. Deus enim istiusmodi nugatores judicaturus est. Tantum fides integra & salva sit. Ego vero & amo & diligo; neque ulli concedam, ut religiosissimum episcopum Nestorium ardentius amet, quam ego: quem etiam (Deum testor,) in Christo peropto apud omnes bene audire, notamque ob ea quæ pridem acta sunt, contractam eluere; ac palam facere, calumniam esse meram, non veritatem, quæ de fide a nonnullis invulgata sunt. Nam si Christi mandato ad inimicorum dilectionem urgemur; quomodo consentaneum non est, ut amicos & consacerdotes omni benevolentiæ studio complectamur? Quod si exoriantur qui fidem demoliri satagant, nostras ipsorum animas non prodituros, licet ipsa quoque mors capiti nostro impendeat, nulli debet esse dubium. Nam si pro gloria Dei veritatem prædicare formidaverimus, ne videlicet in aliquam molestiam incidamus; qua, quæso, fronte sanctorum martyrum certamina & triumphos apud populum laudibus evehemus? quippe quos io hoc nomine præcipue decantamus, quod| restiterunt hoc quod dictum est: *Usque ad mortem certa pro veritate.* Eccl. 4. v. 33.

CAPUT XII.

Ejusdem Cyrilli epistola ad clericos Constantinopolitanos, mutuis dissidiis inter se conflictantes.

Commentario, quem misistis, perlecto, comperi Anastasium presbyterum, sermone vobiscum habito, pacis & amicitiæ studium simulasse, ac inter cetera dixisse: Hoc ipsum quod is (*nempe Cyrillus*) ad solitariam vitam agentes scripsit, & nos quoque sentimus. mox ad proprium suum scopum respectantem, hæc de me subdidisse: Nam ille quoque sacram synodum vocis hujus, deiparæ, nullam usquam mentionem fecisse fatetur. Ego vero ad hunc modum scripsi: Quamvis synodus voculæ hujus, deiparæ, non meminerit, non ideo tamen officio recte functa non fuit: per id enim tempus nihil ejusmodi in controversiam adducebatur. Quare quæ tum ambigua non habebantur, ea in medium proferre nullum operæ precium erat. Quamquam si sententiarum vim expendere lubeat, sacram virginem deiparam esse nequaquam dissimulavit: quandoquidem illum ipsum, qui ex Deo patre natus est, per quem facta sunt omnia, incarnatum & hominem factum, mortem item perpessum, & ex mortuis resuscitatum ad cælos ascendisse, vivorum deníque ac mortuorum judicem olim venturum esse asserit. Non quod naturale Dei Verbum secundum se aut mortuum, aut lancea in latere omnino percussum sit. Nam quale, dic mihi, latus habere id potest, quod corporis expers est? aut quomodo vita ipsa mortua est? At quia Verbum carni se univit, factum est, ut carne patiente, tamquam proprio corpore cruciatum subeunte, ipsum Verbum corporis perpessionem uti propriam in se transferret. Fallunt proinde ac decipiunt semetipsos, qui hæc dicunt.

I. Partis Cap. XII.

A Porro autem quod imposturam faciant, virusque in pectore suo reconditum gerant, vel hinc colligere licet, quod ad Bupham Martyrium diaconum qui ecclesiasticorum negotiorum administrationi præfectus est, duas chartulas miserunt, alteram a Photio, aut alio ejus farinæ homine, contra commentarium quem ad monachos scripseram, compositam; alteram forma quaternionis cum nova plane & absurda inscriptione ad hunc modum: Adversus eos qui propter unionem, aut Unigeniti deitatem imminuunt, aut humanitatem deificant. At vero procemium hæreticorum convicia tamquam petulantius facta insectatur. Deinde conatur ostendere corpus hoc ipsum esse quod passum est, non autem Dei Verbum: quasi vero non sint B qui impatibile Dei Verbum pati, posse unquam dixerint. Verum nemo eo insaniæ prolapsus est. Ceterum ut sæpe jam monuimus, sacra synodus ipsum Dei Verbum, per quod omnia condita sunt, passum affirmat; passum autem carne, secundum scripturas. Corpore namque illius patiente, ipsum pati dicitur: quemadmodum & hominis cujusvis anima, etsi nulla (quod quidem ad propriam naturam attinet) passione affecta, tamen corpore quod informat, patiente, pati asseritur. Sed quia scopus illis præfixus est, duos Christos, totidemque filios constituere; alterum quidem per se hominem, alterum ve- C ro per se Deum, solamque personarum inter se conjunctionem admittere; hinc est quod versutiis agant, *& excusationes in peccatis*, ut scriptum est, *fingant*. Proinde si quando in illos incideritis, ita dicite: Perperam quidem agitis, dum nonnullos, ut episcopo vestro obloquantur, subornatis, illosque fovetis & patrocinium illorum suscipitis, ac vestræ improbitatis instrumenta illos facitis. Verum non est hæc ægritudinis causa: imo episcopus vester nihil quidquam offensus est illi qui istic agit. Sed turbat universos cum orientis tum occidentis quoque episcopos, quod doctrina de Christo nequaquam sincera tradatur, sed perversa. Ad cujus demonstrationem, publicamque redargutionem unum hoc D sat est, quod ejusmodi in illius exegesibus legantur, cujusmodi a nemine unquam in ecclesiis dicta comperiuntur. Sic autem habent. Nestorius. Populi erga me studium non vulgi acclamationibus, sed dogmatum desiderio metior, ac etiam si deitatis simul atque humanitatis domini sint memores. Et paucis interjectis. Animadverto plebem nostram præclaro religionis & pietatis studio fervere; sed magna interim divinæ notitiæ ignoratione teneri video: neque tamen id ipsi populo vitio vertendum existimo, sed (ut modeste loquar) quia doctoribus non tantum suppetit otii, ut quidpiam accura- E tius de dogmatibus vobis proponant. Quod hoc supercilium? Numquid qui illum antecesserunt, doctrinæ fidei operam non dederunt? Numquid eloquentior est Ioanne? Numquid æqualis, vel sapientior est beato Attico? Imo vero cur ingenue non agnoscit, doctrinam se invexisse peregrinam, planeque inusitatam, talem denique quæ præ sua absurditate majoribus, in nullis unquam ecclesiis, aut fidelium cœtibus, cognita fuit?

Anno Christi 431.

Ὅτι δὲ ψεύδονται, καὶ τὸν ἴδιον ἔχουσιν ἰὸν 'εἰς τὴν καρδίαν, ἔστι δὴ καὶ διὰ τούτου ἰδεῖν. ἀπεστάλησαν γὰρ τῷ Βουφᾷ Μαρτυρίῳ τῷ διακόνῳ, τῷ φροντίζοντι τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, δύο χαρτία· ἓν μὲν συνταχθὲν παρὰ Φωτίου, ἢ παρ' ἑτέρου τινὸς, κατὰ τοῦ τόμου τοῦ πρὸς τοὺς μονάζοντας· ἓν δὲ ὡς ἐν σχήματι τετράδος, ἀλλόκοτον ἔχον τὴν ἐπιγραφήν. ἔχει δὲ οὕτως· πρὸς τοὺς διὰ τὴν συνάφειαν ἢ τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς 'σμικρυνοῦντας, ἢ ἀποθεοῦντας τὴν ἀνθρωπότητα. τὸ δὲ προοίμιον εἰς τὰς παρὰ τῶν αἱρετικῶν λοιδορίας, ὡς ἐπὶ σκληρῶν γινομένας, ἐπαποτείνεται. καὶ δῆθεν πειρᾶται δεικνύειν, ὅτι τὸ σῶμά ἐστι τὸ πεπονθὸς, καὶ οὐχ ὁ Θεὸς λόγος· ὥς τινων λεγόντων, ὅτι ὁ ἀπαθὴς τοῦ Θεοῦ λόγος παθητός ἐστιν. ἀλλ' οὐδεὶς οὕτω μαίνεται. ὡς δὲ πολλάκις εἴπομεν, ἡ ἁγία σύνοδος αὐτὸν ἔφη παθεῖν τὸν λόγον, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. παθεῖν δὲ σαρκὶ κατὰ τὰς γραφάς. παθόντος γὰρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, αὐτὸς λέγεται παθεῖν· ὅτι καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, καίτοι πάσχουσα μηδὲν εἰς ἰδίαν φύσιν, πάσχειν λέγεται, τοῦ αὐτῆς παθόντος σώματος. ἀλλ' ἐπειδὴ σκοπὸς ἐκείνοις δύο λέγειν Χριστοὺς, καὶ δύο υἱοὺς, καὶ τὸν μὲν ἄνθρωπον ἰδικῶς, τὸν δὲ Θεὸν ἰδικῶς, εἶτα μόνων τῶν προσώπων ποιοῦσι τὴν ἕνωσιν, διὰ τοῦτο ποικίλλονται, καὶ προφάσεις πλάττονται ἐν ἁμαρτίαις, καθὰ γέγραπται. συντυχόντες τοίνυν αὐτοῖς ἐκεῖνα λέγετε· ὅτι ποιεῖτε μὲν κακῶς, εἰσβάλλοντές τινας καταφλυαρεῖν τοῦ ἐπισκόπου ὑμῶν, καὶ τούτους θάλποντες καὶ συγκροτοῦντες, καὶ ὄργανα τῆς ἑαυτῶν μοχθηρίας ποιούμενοι. πλὴν οὐχ αὕτη τῆς λύπης ἐστὶν ἡ πρόφασις, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ἐχθρός ἐστιν ὁ ἐπίσκοπος ὑμῶν τοῦ ἐνταῦθα· λυπεῖ δὲ πάντας τοὺς κατὰ τὴν ἀνατολὴν καὶ δύσιν ἐπισκόπους τὸ μὴ γίνεσθαι ὀρθῶς τὸν περὶ Χριστοῦ λόγον, ἀλλὰ διεστραμμένως. ἀρκεῖ δὲ πρὸς ἀπόδειξιν καὶ ἔλεγχον αὐτῶν, τὸ μηδεπώποτε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ταῦτα παρά τινος εἰρῆσθαι, οἷον δὴ τὸ κείμενον ἐν ταῖς αὐτοῦ ἐξηγήσεσιν. ἔχει δὲ οὕτως. (Νεστόριος· οὐ ταῖς κραυγαῖς κρίνω τὴν εἰς ἐμὲ φιλοστοργίαν, ἀλλὰ τῷ περὶ τὰ δόγματα πόθῳ, καὶ τῷ μεμνῆσθαι τῆς τοῦ δεσπότου καὶ θεότητος ἅμα καὶ ἀνθρωπότητος. καὶ μετ' ὀλίγα· καὶ προσέχω τοῖς *ἡμετέροις δήμοις, εὐλάβειαν μὲν πολλὴν κεκτημένοις, καὶ θερμοτάτην εὐσέβειαν, ἐπὶ δὲ τῆς περὶ τὸ δόγμα θεογνωσίας πεπληρωμένοις. τοῦτο δὲ οὐκ ἔγκλημα τῶν λαῶν· ἀλλὰ πῶς ἂν εὐπρεπῶς εἴποιμι, τὸ μὴ ἔχειν τοὺς διδασκάλους καιρὸν καί τι τῶν ἀκριβεστέρων 'ὑμῖν παραθέσθαι δογμάτων;) πῶς γὰρ οὐκ ἐσχόλασαν οἱ πρὸ αὐτοῦ; ἆρά γε εὐστομώτερός ἐστιν Ἰωάννου; ἴσος δὲ τοῦ μακαρίου Ἀττικοῦ, ἢ συνετώτερος; τίς ἡ ὀφρὺς αὕτη; μᾶλλον δὲ πῶς οὐχ ὡμολόγησεν ἐναργῶς, ὅτι ξένην καὶ ἀσυνήθη διδασκαλίαν εἰσήγαγε, καὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ μὴ ἐγνωσμένην διὰ τὴν ἀτοπίαν μήτε ἐν συλλόγῳ πιστῶν, μήτε ἐν ἁγίαις ἐκκλησίαις;

' ἐν τῇ καρδίᾳ.
' μικρυνοῦντας,
* ὑμετέροις
' ἡμῖν

ἐμοὶ

ANNO CHRISTI 431.

I. PARTIS CAP. XII.

ἐμοὶ τοίνυν πρὸς αὐτὸν περὶ πραγμάτων τέως λόγος οὐδὲ εἷς. γένοιτο δὲ μᾶλλον μετανοῆσαι αὐτὸν, καὶ τὴν ὀρθὴν ὁμολογῆσαι πίστιν· καὶ ὑπὲρ ὧν εἰς ἐμὲ πεποίηκεν ἐρεθίζων, καὶ ἐπαλείφων κατ' ἐμοῦ τοὺς ἐχθροὺς, ἀπολογήσεται τῷ Θεῷ. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ κακῶς ἡμᾶς λέγουσιν αἱ κοπρίαι τῆς πόλεως, Χαιρήμων, Οὐΐκτωρ, Σωφρονᾶς, καὶ τὸ τοῦ φυρατοῦ Φλαβιανοῦ παιδαρύλλιον· ἀεὶ γὰρ γεγόνασι καὶ περὶ ἑαυτοὺς, καὶ περὶ πάντας κακοί. ἴστω δὲ ὁ εἰσβαλὼν αὐτοὺς, ὅτι οὔτε ἀποδημίαν φοβούμεθα, οὔτε ἀπολογίαν τὴν πρὸς ἐκείνους, καὶ εἰ γένοιτο τούτου καιρός. συμβαίνει γὰρ, ὅτι ἡ τοῦ σωτῆρος οἰκονομία διὰ μικρῶν καὶ εὐτελεστάτων πραγμάτων συνάγει σύνοδον, ἵνα καθαρίσῃ τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν, ἄσπιλον καὶ ἀσύγχυτον ἔχουσαν* τὴν εὐαγῆ πίστιν. μὴ προσδοκάτω δὲ ὁ δείλαιος, ὅτι εἰ καὶ πλείους καὶ ἀξιόλογοι εἶεν οἱ διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς κατηγορεῖν ἡμῶν μέλλοντες, δικαστὴς ἔσται τῶν καθ' ἡμᾶς, κἂν τοῦτο προσαχθῇ ἐξ * Ἀμφιτίωνος. παραιτησόμεθα γὰρ ἐκεῖσε ἐλθόντες· καὶ, σὺν Θεῷ φάναι, ταῖς αὐτοῦ δυσφημίαις ἀπολογήσεται. ὅθεν φεύγομεν τὴν εἰρήνην οὐδαμῶς, ἀλλὰ μᾶλλον ἁρπάζομεν, ἐὰν ὁμολογηθῇ ἡ πίστις ὀρθὴ, καὶ παύσωνται τοῦ λέγειν τοιαῦτα, ἅπερ ξενοτροποῦντες, ἐπικαλοῦνται θάνατον. τοσαύτην γὰρ διαστροφὴν ἔχει τὸ ἀποσταλὲν τετράδιον τῶν αὐτοῦ δυσφημιῶν, ὡς μολύνεσθαι καὶ τὸν ἀναγινώσκοντα.

* ἐξ ὑψοῦ

* ἴσως, Ἀμφικτύονος. Ἀμφιτίονος

Mihi itaque cum eo nihil negotii est. Id potius eveniat, ut ad sanam mentem redeat, rectamque fidem agnoscat. De his vero quæ in me commisit, irritando, & hostes adversum me instigando, apud Deum causam dicet. Nihil autem mirum est, si civitatis fæces, Chæremon, Victor, Sophronas, & facinorosi Flaviani puerulus, suis nos maledictis insectentur. semper enim cum in seipsos, tum in ceteros quoque omnes improbi extiterunt. Norit autem qui hosce adversum nos armavit, nos neque longam peregrinationem formidare, neque publicum judicium, si qua opportunitas tulerit, detrectare. Usu namque interdum venire solet, ut vel exiguarum planeque levium rerum occasione Salvatoris nostri providentia concilium cogat, quo nimirum ecclesiam suam, quæ illibatam semper inconfusamque ac illustrem fidem colit, à sordibus repurget. Neque tamen miser ille, licet complures & graves viri ejus opera nos accusaturi essent, rerum nostrarum judicem fore se speret, quamvis jure Amphictyonum hoc sibi demandari faciat. nos enim istuc venientes, ab ejus judicio provocabimus: &, si Deo placuerit, ipse de suis blasphemiis in judicio respondere cogetur. Non igitur pacem detrectamus, sed potius eam captamus, modo tamen rectæ fidei edatur confessio, desinantque talia in medium proferre, quæ veluti peregrina lethiferum malum nobis adsciscunt. Nam blasphemus ac maledicus quaternio qui missus est, tantum in se continet perversitatis, ut ipsum quoque lectorem lue inficiat.

Ἐπειδὴ δὲ αἰτιᾶται, ὡς λέξιν ἀσυνήθη* εἴρηκεν ἡ γραφὴ, ἤγουν ἡ ἁγία σύνοδος, θεοτόκον ὀνομάσασα τὴν ἁγίαν παρθένον, ἐρωτάσθωσαν αὐτοὶ, ποῦ Χριστοτόκον, ἢ θεοδόχον εὗρον γεγραμμένον. πρὸς τούτῳ κἀκεῖνο ἐνέθηκεν αὐταῖς λέξεσιν οὕτω. τὴν θεοδόχον τῷ Θεῷ μὴ συνθεολογῶμεν παρθένον· οὐκ εἰδὼς ὃ λέγει. εἰ γὰρ μὴ τέτοκε Θεὸν, μηδὲ ἔσχεν ἐν τῇ κοιλίᾳ Θεὸν ὄντα Χριστὸν, πῶς ἔτι θεοδόχος ἐστί; καὶ αὐτὸν δὲ τὸν πατέρα εἶπε θεοτόκον. ποῦ τοίνυν ἀνέγνω τὰς λέξεις ταύτας, ἀγνοῶ. πλὴν ἐπειδὴ καὶ ἄλλα πολλὰ ἐπισύρονται ἐγκλήματα ἐκ τῶν ἐξηγήσεων αὐτοῦ, φυλαχθήσονται ἕως καιροῦ, εἰ μή τις γένηται μετάγνωσις. τὸ δέ γε χαρτίον τῆς δεήσεως τὸ παρ' ὑμῶν ἀποσταλὲν, ὡς ὀφεῖλον ἐπιδοθῆναι μὲν βασιλεῖ, οὐκ ἄνευ δὲ γνώμης* ὑμῶν, λαβὼν ἀνέγνων. ἐπειδὴ δὲ πολλὴν εἶχε καταδρομὴν κατὰ τοῦ ἐκεῖσε ἢ ἀδελφοῦ, ἢ πῶς ἂν εἴποιμι, τέως ἐπέσχον, ἵνα μὴ ἐπέρχοιτο ἡμῖν λέγων· κατηγορήσατέ μου ἐπὶ τοῦ βασιλέως, ὡς αἱρετικοῦ. ὑπηγορεύσαμεν δὲ ἕτερον, μετὰ τοῦ καὶ παραιτεῖσθαι τὴν αὐτοῦ κρίσιν, εἰπόντες καὶ τῆς ἔχθρας τὸν τρόπον, καὶ τὴν δίκην μεταστῆσαι, εἰ ἐνίστανται ὅλως ἐκεῖνοι, εἰς ἑτέρους ἄρχοντας. ἀναγνόντες τοίνυν τὸ χαρτίον, ἐπίδοτε, εἰ καλέσοι χρεία· κἂν ἴδοιτε ὅτι ἐπιβουλεύων ἐμμένει, καὶ ἀληθῶς πάντα κινεῖ τρόπον τὸν καθ' ἡμῶν ὁρῶντα, σπουδαίως γράψατε. καὶ ἐπιλεξάμενος ἄνδρας εὐλαβεῖς καὶ φρονίμους, ἐπισκόπους

* εἴρηκε τῇ γραφῇ.

* ἡμῶν

Quoniam vero cavillatur, scripturam, hoc est sacram synodum vocem inusitatam deprompsisse, dum sanctam virginem Theotocon nominavit; interrogetur & ipse vicissim cum suis, ubinam Christotocon, aut Theodochon, id est Dei susceptricem, usquam scriptum compererint. Inter alia namque & hoc quoque ad verbum interserit: De virgine Theodocha non disputemus, quasi ipsi aliquid cum Deo commune fuerit: prorsus quid dicat, aut quid affirmet, non intelligens. Si enim Deum non peperit, neque Christum Deum in utero habuit, quo pacto Theodochos est? Quin & ipsum quoque Patrem alicubi Theotocon appellat. Ubi autem hasce voces legerit, ignoro. Reliquæ porro maculæ, quæ non paucæ numero ex illius enarrationibus colliguntur, nisi resipiscentia aliqua consecuta fuerit, in suum tempus asservabuntur. Libellum supplicem a vobis ad me missum, qui imperatori porrigendus est, non tamen sine nostra sententia, accepi & legi: verum quod prolixe in eum invehatur qui istic agit, sive fratris, sive alio quocumque nomine censeatur, hactenus suppressi, ne adversum nos insurgens, se per nos hæreseos apud imperatorem delatum cavilletur. Itaque aliis verbis illum dictavimus, eum quoque nobis judicem detrectantes, expresso inimicitiarum modo; & præsentem controversiam, si omnino importuni esse perrexerint, ad aliud forum transferri rogantes. Cum itaque libellum perlegeritis, si qua necessitas poposcerit, tradite: & si eum in hisce insidiis perseverantem, & nihil non adversum nos molientem animadverteritis, diligenter perscribite. Eligam enim viros pios ac prudentes, cum episcopos, tum monachos

I. PARTIS CAP. XIII. monachos quoque, quos etiam primo quoque tempore ad vos mittam. *Neque enim oculis meis*, ut scriptum est, *somnum dabo, neque palpebris meis dormitationem, neque requiem temporibus meis*, donec certamine pro omnium salute perfunctus fuero. Quare cum meam nunc sententiam didiceritis, viriliter agite. quamprimum enim parabuntur a me literæ & quales oportet, & ad quos oportet. Statui enim propter Christi fidem quemvis laborem subire, quævis quoque perferre tormenta, etiam ea quæ inter supplicia censentur gravissima, donec tandem mortem, hac de causa susceptam, mihi jucundum pertulero.

Ps. 131. v. 4.

CAPUT XIII.

Contestatio publice proposita a cleris Constantinopolitanis, & publicata in ecclesia, quod Nestorius ejusdem sit sententiæ cum Paulo Samosateno, ante CLX. *annos ab orthodoxis episcopis anathemate condemnato.*

QUICUMQUE schedam hanc accepturi sunt, eos per sacrosanctam trinitatem adjuro, obtestorque, ut eamdem episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus, necnon & laicis quoque Constantinopoli habitantibus ostendant, ejusdemque exemplum ad evidentem hæretici Nestorii confusionem iisdem impertiantur; ut qui eadem prorsus sentiat, quæ Paulus Samosatenus ante centum sexaginta annos a catholicis episcopis anathemate condemnatus. Quæ autem ab utroque dicta comperiuntur, ea ad hunc modum se habent. Paulus Samosatenus ait: Maria Verbum non peperit. Nestorius ab hujus sensu non recedens: Heu tu (inquit) bone vir, Maria divinitatem non edidit. Addit Paulus: Neque enim erat ante sæcula. Nestorius ait: Divinitati, quæ tempora condidit, matrem temporaneam assignant. Rursum Paulus: Maria Verbum suscepit; neque est antiquior Verbo Nestorius ait: Qui fieri queat, ut Maria ex se genuerit antiquiorem se? Paulus ait: Maria edidit hominem nobis assimilem. Nestorius dicit: Qui ex virgine natus est, homo est. Paulus ait: Atqui per omnia nobis præstantior est. nam *de Spiritu sancto est*, divinisque editus promissis, & juxta scripturam gratia illi data est. Nestorius ait: *Vidi Spiritum descendentem quasi columbam, & manentem super illum, necnon ascensionis vim illi impertientem: quandoquidem præcipiens apostolis, quos elegerat, per Spiritum sanctum assumptus est*. Hic igitur ille est, qui hanc tantam gloriam Christo impertitus est. Paulus ait: Ut neque is qui genere ex David ducto inunctus est, a sapientia alienus sit; neque tantam sapientiam in alio quopiam, quanta in ipso, extitisse putemus. Sane fuit illa in prophetis, sed amplior in Moyse: fuit in multis sanctis; at vero in Christo, tamquam in Dei templo, amplissima extitit. Idem in alio loco alium docet esse Iesum Christum, alium rursus Deum Verbum. Nestorius ait: Fieri nequit, eum qui ante omnia sæcula natus est, denuo nasci, idque secundum divinitatem. En manifestus legis transgressor deprehenditur Nestorius, ut qui eum qui ex patre genitus est, natum ex sacra virgine neget. En

Matth. 1. v. 20. Ioan. 1. v. 32. Act. 1. v. 2.

A τε καὶ μονάζοντας, ἐξαποστελῶ προσφόρῳ καιρῷ. οὐ γὰρ μὴ δώσω ὕπνον, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου, ἕως οὗ ἀγωνίσωμαι τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας ἀγῶνα. ' τοιγάρτοι μεμαθηκότες τὴν ἡμῶν γνώμην, ἀνδρίσασθε. ἤδη γὰρ καὶ γενήσονται παρ' ἡμῶν γράμματα, ἃ δεῖ, καὶ πρὸς οὓς δεῖ. σκοπὸς γάρ μοι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν καὶ καμεῖν, καὶ ὑποστῆναι πᾶν ὁποιοῦν τῶν νομιζομένων εἶναι δεινῶν ἐν βασάνοις, ἕως οὗ καὶ τὸν ἡδύν μοι διὰ τοῦτο B ὑπομείνω θάνατον. ANNO CHRISTI 431. ' τοιγαροῦν

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Διαμαρτυρία προτεθεῖσα ἐν δημοσίῳ * παρὰ τῶν κληρικῶν Κωνσταντινουπόλεως, καὶ κατ' ἐκκλησίαν ἐμφανισθεῖσα, ὡς ὅτι ὁμόφρων ἐστὶ Νεστόριος Παύλου τοῦ Σαμοσατέως τοῦ ἀναθεματισθέντος πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων. * κατὰ

ΟΡΚΙΖΩ τὸν λαμβάνοντα τόδε τὸ χαρτίον κατὰ τῆς ἁγίας τριάδος, ὥστε φανερὸν αὐτὸ ποιῆσαι ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, ἀναγνώσταις, λαϊκοῖς οἰκοῦσι Κωνσταντινούπολιν. ἔτι τε καὶ τὸ ἴσον αὐτοῖς ἐκδοῦναι C πρὸς ἔλεγχον τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου, ὅτι ὁμόφρων ἐστὶ τοῦ ἀναθεματισθέντος Παύλου τοῦ Σαμοσατέως πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων. ἔστι δὲ τὰ εἰρημένα οὕτως. Παῦλος εἶπε. Μαρία τὸν λόγον οὐκ ἔτεκε. Νεστόριος συμφώνως εἶπεν· οὐκ ἔτεκεν, ὦ βέλτιστε, Μαρία τὴν θεότητα. Παῦλος· οὐδὲ γὰρ ἦν πρὸ αἰώνων. Νεστόριος· καὶ μητέρα χρονικὴν τῇ δημιουργῷ τῶν χρόνων ἐφιστῶσι θεότητι. Παῦλος· Μαρία τὸν λόγον ὑπεδέξατο, καὶ οὐκ ἔστι πρεσβυτέρα τοῦ λόγου. Νεστόριος· πῶς οὖν Μαρία τὸν ἑαυτῆς ἀρχαιότερον ἔτεκεν; Παῦλος· Μαρία ἔτεκεν ἄνθρωπον ἡμῖν ἴσον. Νεστόριος· ἄνθρω- D πος ὁ τεχθεὶς ἐκ παρθένου. Παῦλος· κρείττονα δὲ κατὰ πάντα. ἐπειδὴ ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐξ ἐπαγγελιῶν, καὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἡ ἐπ' αὐτῷ χάρις. Νεστόριος εἶπε· τεθέαμαι, φησὶ, τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, τὸ τὴν ἀνάληψιν αὐτῷ χαρισάμενον. ἐντειλάμενος, φησὶ, τοῖς ἀποστόλοις, οὓς ἐξελέξατο, διὰ πνεύματος ἁγίου ἀνελήφθη. τοῦτο δὴ τὸ τηλικαύτην Χριστῷ χαρισάμενον δόξαν. Παῦλος εἶπε· ἵνα μήτε ὁ ἐκ Δαυὶδ χρισθεὶς ἀλλότριος ᾖ τῆς σοφίας, μήτε ἡ σοφία ἐν ἄλλῳ οὕτως οἰκῇ. καὶ γὰρ ἐν E τοῖς προφήταις ἦν, μᾶλλον δὲ ἐν Μωσεῖ· καὶ ἐν πολλοῖς * κυρίοις, μᾶλλον δὲ ἐν Χριστῷ, ὡς ἐν ναῷ Θεοῦ· καὶ ἀλλαχοῦ λέγει, ἄλλον εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἄλλον τὸν λόγον. Νεστόριος εἶπε, μὴ ἐγχωρεῖν τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων γεννηθέντα, ἄλλο ἅπαξ γεννηθῆναι, καὶ * ταῦτα τῇ θεότητι. Ἰδοὺ δέδεικται σαφῶς λέγων ὁ παραβάτης, οὐκ ἐτέχθη ἀπὸ Μαρίας ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ πατρός. ἰδοὺ

* ἴσως, ἁγίοις

* τοῦτο θεότητι. ' ταῦτα θεότητος

συνωνεῖ

ANNO CHRISTI 431.

συναινεῖ τῷ αἱρετικῷ Παύλῳ τῷ Σαμοσατέων, τῷ λέγοντι ἄλλον εἶναι τὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ οὐκ ἔστιν εἷς, ὡς ἡ ὀρθοδοξία κηρύττει.

Διὰ τοῦτο ἐσημειωσάμην σοι, ὦ ζηλωτὰ (ζηλωτά) τῆς ἁγίας πίστεως, καὶ μέρος τοῦ μαθήματος τῆς ἐκκλησίας Ἀντιοχέων, ἐξ ἧς καὶ τὴν τῶν χριστιανῶν * (* πίστιν) ἐπίκλησιν ἐν πρώτοις ἔχομεν, ὅτι οὐκ οἶδεν ἄλλον καὶ ἄλλον Θεοῦ υἱὸν, ἀλλ' ἕνα τὸν πρὸ πάντων αἰώνων γεννηθέντα Θεὸν ἐκ Θεοῦ * (* al. καὶ πατρὸς,) ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ὁμοούσιον τῷ πατρί· καὶ τὸν αὐτὸν ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου τεχθέντα. ἔχει γὰρ ῥητῶς Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ καὶ οἱ αἰῶνες κατηρτίσθησαν, καὶ τὰ πάντα ἐγένετο· τὸν δι' ἡμᾶς κατελθόντα, καὶ γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς ἁγίας τῆς ἀειπαρθένου, καὶ σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ συμβόλου. συνᾴδει δὲ τούτοις καὶ ὁ μακάριος ἐπίσκοπος Εὐστάθιος, ὁ τῆς αὐτῆς Ἀντιοχείας, εἷς ὢν * (* ἐκ τῶν * εἷς ὢν τῶν, &c.) αὐτῶν τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἐπισκόπων ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου, λέγων οὕτω· τὸ μὴ μόνον ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ Θεὸν, καθὼς καὶ Ἱερεμίας ὁ προφήτης λέγει· οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. πότε δὲ συνανεστράφη ἀνθρώποις, εἰ μὴ ὅτε συνεγεννήθη μετ' αὐτῶν ἐκ παρθένου, καὶ συνενηπίασε, καὶ συνηυξήθη, καὶ συνέπιε, καὶ συνέφαγε, καὶ τὰ ἄλλα; εἴ τις οὖν τολμήσειε λέγειν ἄλλον εἶναι υἱὸν τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, καὶ ἄλλον τὸν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου τεχθέντα, καὶ οὐ τὸν αὐτὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἔστω ἀνάθεμα.

A Paulo Samosateno hæretico, qui alium asserit esse Verbum, & alium Iesum Christum, neque unum esse, ut orthodoxa profitetur ecclesia, planissime adstipulatur. I. PARTIS CAP. XIV.

Accipe proinde, o sanctæ fidei zelator, partem quoque sacræ institutionis ecclesiæ Antiochenæ, quam hic tibi assignamus: ex ea enim Christianum nomen ad nos primum defluxit. (Actor. 11. v. 26.) Illa ergo non alium & alium Dei Filium agnoscit, sed unum eumdemque, qui ante omnia sæcula ex Deo & Patre, Patri consubstantialis genitus est; imperante vero Augusto Cæsare ex Maria virgine natus est. B Nam his ipsis verbis utitur: Deum verum de Deo vero, consubstantialem Patri, per quem sæcula constituta, & omnia facta sunt. Qui propter nos descendit, & natus est ex Maria sancta semper virgine, & sub Pontio Pilato crucifixus est. & reliqua, quæ in symbolo consequuntur. Subscribit his B. Eustathius quoque Antiochenæ ecclesiæ quondam episcopus, qui fuit e numero trecentorum decem & octo episcoporum, qui in magna illa & sancta synodo convenerunt. Scribit is autem in hunc mundum: Non solum homo est, sed Deus quoque; quemadmodum propheta Ieremias testatum facit. *Hic*, inquit, *Deus noster est, nec æstimabitur alius adversus eum. Hic ad-* C *invenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.* (Baruch. 3. v. 36.) Et quando, quæso, cum hominibus conversatus est, nisi tum demum, cum ex sacra virgine ut homo natus, simul cum ipsis adolevit, simul incrementa, simul cibum, simul potum sumpsit, simul denique reliqua omnia humana exercuit? Si quis ergo dicere ausus fuerit, alium esse Filium unigenitum, ante omnia sæcula ex Deo & Patre natum: & alium qui genitus est ex virgine Maria, & non unum eumdemque dominum Iesum D Christum, anathema sit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς Κελεστῖνον ἐπίσκοπον Ῥώμης.

Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ πατρὶ Κελεστίνῳ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Εἰ μὲν ἦν σιωπῆσαι, καὶ μὴ πάντα τῇ σῇ θεοσεβείᾳ γράφοντα τὰ κινούμενα, καὶ μέμψεως ἔξω γενέσθαι, καὶ διαφυγεῖν δυνάμεως τὸ δοκοῦν λυπηρὸν, καὶ μάλιστα ἐν ἀναγκαίοις οὕτω πράγμασιν, ὅπου καὶ ἡ τῆς πίστεως ὀρθότης παρασαλεύεται παρά τινων, ἔφην ἂν ἐμαυτῷ· καλὴ καὶ ἀκίνδυνος ἡ σιωπή· καὶ τὸ ἠρεμεῖν τοῦ ταράττεσθαι κρεῖττον. ἐπειδὴ δὲ καὶ Θεὸς ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν τὸ νηφάλιον ἐν τούτοις, καὶ τὰ μακρὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἔθη πείθουσιν ἀνακοινοῦσθαι τῇ σῇ ὁσιότητι, γράφω πάλιν ἀναγκαίως, ἐκεῖνο δηλῶν, ὅτι διακυκᾷ τὰ πάντα καὶ νῦν ὁ σατανᾶς, καὶ μετὰ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ μαίνεται, καὶ ὀρθοποδοῦντας ἐν πίστει τοὺς ἁπανταχόσε λαοὺς πειρᾶται διαστρέφειν. οὐ γὰρ ἠρεμεῖ τὸ παμπόνηρον ἐκεῖνο θηρίον, καὶ ἀφόρητον (* ἀφόρητον) εἰς ἀσέβειαν. ἐσίγων

CAPVT XIV.

Epistola Cyrilli episcopi Alexandrini ad Cælestinum episcopum Romanum.

Beatissimo, Deoque dilectissimo patri Cælestino Cyrillus in domino Sal.

Si in rebus usque adeo necessariis, ubi recta fides male a quibusdam depravata distortaque periclitatur, citra notam silere, & cuncta quæ hactenus mota agitataque sunt, citra morositatis vitium, pietatem tuam celare liceret, dixissem utique mihi: Bona ac E periculi expers res est silentium. & illud rursum: Præstat quietam vitam agere, quam turbis operam dare. Quoniam vero Deus hisce in rebus vigilantiam a nobis exigit, & vetus ecclesiarum consuetudo suadet, ut ejusmodi res sanctitati tuæ communicentur; scribo plane necessitate adactus illud significans; nempe satanam, pessimam illam infrenemque bestiam, quæ ab impietatis studio nunquam desistit, in præsentia quoque omnia miscere, contraque Dei ecclesias insanire, necnon in omnium ubique populorum, qui in rectæ fidei semita ambulabant, subversionem studiose eniti. Sane hacte-

I. PARTIS CAP. XIV.

nus altum tacui: neque enim quidquam omnino de illo qui Constantinopolitanam ecclesiam hoc tempore administrat, vel ad religionem tuam, vel ad ullum alium consacerdotum scripsi; non ignorans, præcipitem celeritatem in ejusmodi rebus cum vitio conjunctam esse solere. At quia nunc ad extremum propemodum malorum devenimus, existimavi rupto silentio ordine omnia quæ acciderunt, exponere.

Is igitur, cujus paulo ante mentionem feci, ubi primum episcopus creatus est, cum piis exhortationibus domesticos æque ac peregrinos, quorum magna multitudo ex omnibus civitatibus & regionibus ad id loci confluere solet, instituere debuisset, ea studuit effutire quæ absurda, & rationi dissentanea, & ab apostolica & evangelica fide, quam majores nostri magna semper constantia retinuerunt, nobisq; perinde ac pretiosam quamdam margaritam tradiderunt, omnino discrepantia sunt. Porro autem homilias, quas pro concione non infrequenter habuit, & hucusque habere non desinit, tamquam evidens quoddam doctrinæ illius argumentum, ad tuam pietatem misi. Fateor autem, in animo fuisse synodicis literis illum commonefacere, nos cum eo communionem retinere non posse, qui talia doceret ac saperet: verum hæc quidem non feci, sed ratus lapsis manum porrigendam, prostratosque tamquam fratres erigendos esse, hortatus sum illum per literas, ut a perversa illa doctrina resipisceret: sed hactenus nihil quidquam promovimus. Imo vero posteaquam animadvertit, tantum abesse ut cum eo consentiamus, ut ipsum quoque objurgemus, & ut a suis commentis (dogmata enim non facile vocaverim) abscedat admoneamus; nullam insidiarum struendarum viam non tentavit, & hucusque tentare non cessat. Cum vero fore sperabamus, ut medicinam admitteret, atque ab iis quæ contra Christum docuerat, abstineret; comperimus hac nos spe frustratos esse, cum tale quid contigisset. Erat episcopus quidam, Dorotheus nomine, Constantinopoli, eadem quæ Nestorius, sapiens & sentiens, vir quæstus causa adulationi impense deditus, linguaque ad temeritatem usque, ut scriptum est, promptus. Hic dum frequens esset in ecclesia populus, reverendissimo Nestorio in cathedra Constantinopolitanæ ecclesiæ sedente, surrexit, & magna elataque voce inclamare ausus est: Si quis Mariam deiparam dixerit, anathema sit. Mox ingens universi populi clamor & discessio consecuta est. Nolebant enim diutius cum eis communionem habere, qui tali mente talique sensu præditi essent. Quin & hoc ipso quoque tempore plebs Constantinopolitana (levibus quibusdam vanisque hominibus, & iis qui ipsi adulantur, dumtaxat exceptis) a synaxi abstinet. Abstinent ab eadem omnia pene monasteria, eorumque Archimandritæ: abstinet & magna quoque pars senatus, verentes ne ipsomet, & illis quoque, quos Antiochia discedens, inde secum abduxerat, quidvis perversum evomentibus, aliquod in fide detrimentum accipiant. Quoniam vero homiliis illius in Ægyptum perlatis, leves quosdam homines in errorem abductos, rectene ille sentiret & loqueretur, an secus, anxie

ANNO CHRISTI 431.

ΕΥΧΟΜΕΘΑ μὲν, ὥσπερ μία ἐστὶ τῆς θεότητος οὐσία, οὕτω καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ὁπουδήποτε οὖσιν ἀνθρώποις, μίαν τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀλήθειαν ἔχειν. ἐλάττων δὲ ὅμως ὁ στεναγμός ἐστιν, ἐάν τινες ἑαυτοὺς ἐκτὸς τῆς ἀγέλης τῆς δεσποτικῆς ἀποχωρίζοντες, καὶ διὰ γωνιῶν καὶ συσκίων B τόπων λανθάνοντες ἑαυτοὺς, εἰκαίοις λόγοις πεισὶ συμβουλεύωσιν ὁμονοεῖν ἑαυτοῖς ἐν τῇ λανθανούσῃ πλάνῃ. ὅτε δὲ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἱερᾷ ἐκκλησίᾳ ὁ προβεβλημένος * ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ ἱερέως αὐτοῦ τὸν τοῦ Χριστοῦ δῆμον ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας κατὰ κρημνῶν ἀποστρέφει τῇ οὐκ ὀρθῇ συμβουλῇ, καὶ τοῦτο ἐν τῇ μεγίστῃ πόλει, εἰς ἣν διὰ τὴν τιμὴν τοῦ ἐνοικοῦντος βασιλέως ἀπὸ παντὸς τοῦ κόσμου συντρέχει τὸ πλῆθος, τότε δηλαδὴ διπλασιαστέος ἐστὶν ὁ θρῆνος, καὶ μείζων ἡ φροντὶς, ἵνα μή τι ἡ ἁρπαγὴ τοῦ λύκου παραγινομένου κατισχύσῃ. C ἐλάττων γάρ ἐστιν ἡ φροντὶς πολιορκοῦντος τοῦ ἐχθροῦ, ἢ ἐντὸς τειχῶν ἐκβακχεύοντος· καὶ κουφότερον παρενοχλεῖ ὁ λύκος ἐκτὸς τῶν ποιμνίων ἀποπλανώμενος, ἤπερ ἐν αὐτῇ τῇ ἀγέλῃ τόπον ποιμένος ἐπιλαβόμενος. ἐπειδήπερ πλέον τοῦ ἐμφυλίου πολέμου ἐστὶν, ὅταν ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας, τουτέστιν ἐντὸς αὐτοῦ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, δόρατα ἀκοντίζηται τῆς ἀσεβοῦς θρησκείας. ὅθεν πάνυ συντετάρακται ἡμῶν τὰ σπλάγχνα, ὅτι οὗτος, ὅστις δοκεῖ κατέχειν τὴν ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως, τοῖς καθωσιωμένοις τοῦ Χριστοῦ δήμοις διεστραμμένα τινὰ ἐκχέει, ὑπεναντία τῆς τιμῆς καὶ αἰδοῦς τοῦ τοκετοῦ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ ὑπεναντία D τῆς ἐλπίδος τῆς ἡμετέρας σωτηρίας. ταῦτα εἰσῆλθεν ὑποβαλλούσης τῆς ἀλγηδόνος τῶν πιστῶν, ἃ ἐγνωρίσθη διὰ τῶν βιβλίων, ἅπερ αὐτὸς ἔπεμψε· καὶ, ὅπερ μείζονος ἀποδείξεως ἦν, πεμφθεισῶν ἐπιστολῶν πρὸς ἡμᾶς, ὑπογραφῇ αὐτοῦ τοῦ αὐθέντου ὠχυρωμένων, ὡς ἀμφιβληθῆναι παρ' ἑτέρων μὴ ἐξὸν εἶναι. ὅθεν ἐπειδὴ ὑπὲρ τοιούτων αἰτιῶν οὐκ ἔστιν ἀσφαλὴς ἡ μακροτέρα παρενθύμησις· τοιοῦτον γάρ ἐστι σχεδὸν ἔγκλημα παρενθυμεῖσθαι τὰ τοιαῦτα, ὁποῖόν ἐστι μύσος, τοιαῦτα ἱερόσυλα * συλλέγειν· καὶ τὸν ἐπίσκοπον E Νεστόριον, καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτῷ ἀκολουθήσας τοιαῦτα λέγει, ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀποχωρίζομεν, ἕως οὗ δι' ἐγγράφου ὁμολογίας πεμφθείσης τὴν διαστροφὴν, ἣν ἤρξατο διδάσκειν, καταγνοίη, καὶ ταύτην ἑαυτὸν περὶ τοῦ παρθενικοῦ τόκου, τουτέστι περὶ τῆς σωτηρίας τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, τὴν πίστιν ὁμολογήσῃ κατέχειν, ἥν τινα κατὰ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν ἡ Ῥωμαίων, καὶ ἡ Ἀλεξανδρέων, καὶ ἡ καθολικὴ πανταχοῦ ἐκκλησία κατέχει, * προσκυνήσῃ τε καὶ ὁμολογήσῃ. εἴ τις δὲ ἢ ἀπὸ Νεστορίου, ἢ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν αὐτῷ ἐξακολουθησάντων, ἀφ' οὗ τὰ τοιαῦτα ἤρξατο λαλεῖν, ἢ ἀκοινώνητος ἐγένετο, ἐγυμνώθη τῆς τοῦ ἱερέως ἀξίας, ἢ τῆς τοῦ κληρικοῦ, τοῦτον ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κοινωνίᾳ καὶ μεμενηκέναι, καὶ μένειν εἰς τὸ ἑξῆς ὡμολόγηται. καὶ οὐδὲ λέγομεν αὐτὸν ἀποκεκινῆσθαι· ἐπειδήπερ οὐδὲ ἠδύνατό τινα ἡ τούτου ἀπόφασις ἀποκινεῖν, ὅστις ἑαυτὸν παρέχειν ἤδη ἀποκινητέον. ταῦτα, ἀδελφὲ τιμιώτατε, πρὸς

[Margin notes:] ἑαυτοῖς ... λόγοις πεισὶ συμβουλεύσιν — ἐπὶ τῷ ... ὑπὸ τῷ — ... εἰς ἡμᾶς ... ἦλθεν ὑποβαλλούσης — ... ἱερ. κηρύττειν ... λέγειν — ... ἱερ. προσκυνεῖ τε καὶ ὁμολογεῖ. ... προσκυνήσῃ, καὶ ὁμολογήσῃ.

I. PARTIS CAP. XX.

CAPUT XX.

Ejusdem Cælestini epistola ad Ioannem episcopum Antiochenum.

Dilecto fratri Ioanni Cælestinus.

OPTAREMUS quidem, ficuti est una deitatis essentia, ita inter omnes qui ubique sunt homines, unam recte fidei veritatem teneri. Minor tamen gemitus est, si qui se extra gregem dominicum segregantes, & per angulos latebrasque latitantes, alios sibi vel paucos, qui secum sentiunt, occulto errore persuadeant. Cum vero aliquis sacrosanctæ ecclesiæ Dei sub nomine præpositus sacerdotis ipsum Christi populum a tramite veritatis in præceps deviæ persuasionis avertit, & hoc in amplissima urbe, ad quam propter inhabitantis imperatoris reverentiam de universo orbe confluit multitudo, tunc plane est geminanda lamentatio, & major sollicitudo, ne quid lupi rapacitas prævaleat, adhibenda. Minor enim cura est obsidentis inimici, quam intra mœnia debacchantis; leviusque sollicitat lupus extra ovilia pererrans, quam intra gregem locum pastorum invadens: quia bellum plus quam civile est: cum intra ecclesiam, id est intra ipsum Christi thalamum tela sectæ impiæ jaciuntur. Unde vehementer conturbata sunt nostra viscera, quod is qui Constantinopolitanam obtinere videtur ecclesiam, devotissimis Christi populis perversa quædam contra reverentiam virginei partus, & contra spem nostræ salutis infundit. Hæc ad nos ingerente dolore fidelium pervenerunt; hæc libris, quos ipse miserat, publicata sunt; &, quod majoris probationis est, hæc ad nos missis epistolis ipsa auctoris subscriptione munitis, ita insinuata sunt, ut dubitari ultra non liceat. Unde quoniam in talibus causis non est tuta longior conniventia, quia tantumdem pene criminis est connivere a talibus, quanti sceleris est tam sacrilega prædicare; & episcopum Nestorium, & si quis alius eum secutus hæc prædicat, a nostra communione secrevimus, quamdiu scriptura professionis emissa, perversitatem, quam cœperat docere, condemnet, & hanc de virgineo partu, id est, de humani generis salute fidem asserat se tenere, quam secundum apostolicam doctrinam Romana, & Alexandrina, & catholica ubique ecclesia tenet, & veneratur, & prædicat. Si quis vero aut ab episcopo Nestorio, aut ab aliis qui eum sequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excommunicatus, vel exutus est seu antistitis, seu clerici dignitate, hunc in nostra communione & durasse & durare manifestum est. Nec judicamus remotum, quia non poterat quemquam ejus removere sententia, qui se jam præbuerat ipse removendum. Hæc, frater carissime, ad sancti-

tatem

I. PARTIS CAP. XXI.

ANNO CHRISTI 431.

tatem tuam scribenda duximus, ut in domino A roboratus, & familiarem pectori tuo loricam Christi cum scuto catholicæ prædicationis indutus, greges domini nostri Iesu Christi, qui pro nobis natus & passus est, & qui reseratis inferis, & morte devicta pro nobis die tertio resurrexit; a persuasionis pessimæ pravitate revoces. Sicut autem ad sanctum fratrem & coepiscopum nostrum Cyrillum, strenuum catholicæ ecclesiæ & fidei defensorem scripsimus, hanc de eodem Nestorio sciat sanctitas tua a nobis, imo a Christo Deo latam esse sententiam, ut aut intra decem dies, ex quo primum monitus fuerit, numerandos, sacrilegas de Christi nativitate prædicationes suas scripta confessione condemnet, & hanc B se profiteatur fidem sequi, quam Romana, & Alexandrina, & universalis servat ecclesia; aut ab episcoporum cœtu remotus; intelligat suam obfuisse perniciem. Sed ut hæc, quæ a nobis decreta sunt, studiosius perficiantur, per filium nostrum Posidonium Alexandrinæ ecclesiæ diaconum nostras ad dilectionem tuam voluimus fidelius epistolas commendare. Deus te servet incolumem, honorandissime frater. Data III. Idus Augusti, Theodosio XIII. & Valentiniano III. coss.

Hæc eadem epistola scripta etiam fuit Iuvenali Hierosolymitano, Rufo Thessalonicensi, & Flaviano Philippensi, episcopis per orientem, a pari.

τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἐγράψαμεν, ἵνα ἐνδυναμωθῇς ἐν τῷ δεσπότῃ, καὶ τὸν οἰκεῖον ' τῷ στήθει θώρακα, καὶ τὴν * ἐλπίδα τῆς καθολικῆς ' ὁμολογίας ἐνδυσάμενος, τὴν ἀγέλην τοῦ ἡμετέρου δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅστις ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ἐγεννήθη καὶ ἔπαθεν· ὅστις καὶ ἀνοιγομένων τῶν καταχθονίων, καὶ τοῦ θανάτου ἡττηθέντος, ὑπὲρ ἡμῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη· ἀπὸ τῆς πονηρᾶς καὶ αἰσχίστης διδασκαλίας ἑλκύσῃς. ὥσπερ δὲ καὶ πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἀδελφὸν καὶ συνεπίσκοπον ἡμῶν Κύριλλον, τὸν ἀκριβῆ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ πίστεως ἔκδικον, ἐγράψαμεν περὶ τοῦ αὐτοῦ Νεστορίου· γινωσκέτω ἡ σὴ ἁγιωσύνη παρ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἐξενηνεγμένην εἶναι τὴν ἀπόφασιν, ἵνα ἢ ἐντὸς δέκα ἡμερῶν, ἀριθμουμένων ἀφ' ἧς ἡμέρας ὑπομνησθείη, τὰς ἱεροσύλους αὐτοῦ διδασκαλίας περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως ἐγγράφῳ ὁμολογίᾳ καταδικάσῃ, καὶ ταύτῃ ἑαυτὸν ὁμολογήσῃ τῇ πίστει ἀκολουθεῖν, ἥν τινα καὶ ἡ Ῥωμαίων, καὶ ἡ Ἀλεξανδρέων, καὶ ἡ καθολικὴ φυλάττει ἐκκλησία· ἢ ἀπὸ τῆς συνόδου τῶν ἐπισκόπων ἀποκινηθεὶς, γινωσκέτω οἰκείῳ ἑαυτὸν βεβλάφθαι ὀλέθρῳ· ἵνα δὲ ταῦτα τὰ παρ' ἡμῶν ἀποφανθέντα σπουδαιότερον ἐξανυσθείη, διὰ τοῦ ἡμετέρου υἱοῦ Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας, τὰς ἡμετέρας ἐπιστολὰς πρὸς τὴν σὴν διάθεσιν ἠβουλήθημεν πιστότερον διακομισθῆναι. ὁ Θεὸς ὑγιαίνοντά σε διαφυλάττοι, ἀδελφὲ τιμιώτατε.

' τῷ σῷ στήθει τοῦ Χριστοῦ θώρακα, * ἴσως, λαπίδα ' ἐκκλησίας

CAPUT XXI.

Cyrilli episcopi Alexandrini ad Ioannem Antiochenum epistola.

Domino meo, dilectoque fratri & comministro Ioanni, Cyrillus in domino Sal.

PERTURBATISSIMUM sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ statum, quaque ratione non pauci magna alioqui honestate & probitate conspicui, gravem admodum propter nonnulla quæ reverendissimus episcopus Nestorius publice pro concione proposuit, in ipsa fide perturbationem perpessi sint, atque adeo a consuetis conventibus prorsus se abstineant, ex multis haud dubie pietas tua cognovit. Consulueram illi per literas, ut pravis illis perversisque quæstionibus dimissis, sanctorum patrum fidem sectaretur. Verum ratus hæc me ex odio scripsisse, tantum abfuit ut ullam omnino illius rationem haberet qui hæc ex caritate ad ejus pietatem perscripserat, ut ita sentiens & ita dicens, in Romanorum quoque aures insinuare se posse, easdemque præoccupare speravit. Etenim prolixa epistola, absurda quædam dogmata complexus, eaque ad dominum meum Cælestinum, piissimum ecclesiæ Romanæ episcopum missa, inter cetera adversus illos qui ab ipso dissentiunt, hæc quoque adjecit: Citra horrorem sacram virginem Dei genitricem appellant. Misit præter hæc & quosdam quoque suarum exegeseon quaterniones: quos

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κα'.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς Ἰωάννην Ἀντιοχείας ἐπιστολή.

Τῷ κυρίῳ μου ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Ἰωάννῃ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΓΝΩ που πάντως καὶ διὰ πολλῶν ἡ σὴ θεοσέβεια τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας τὴν νῦν οὖσαν κατάστασιν, ὅτι τεθορύβηται λίαν, καὶ ἀποσυνάκτοι μεμενήκασι πολλοὶ καὶ τῶν ἄγαν σπουδαίων καὶ ἐπιεικῶν, οὐ τὸν τυχόντα θόρυβον εἰς αὐτὴν ὑπομένοντες τὴν πίστιν, ἐκ τῶν λεγομένων ἐπ' ἐκκλησίας αὐτῆς παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου ἐπισκόπου Νεστορίου, ᾧ καὶ συνεβούλευσα διὰ γραμμάτων ἀποσχέσθαι τῶν οὕτω σκαιῶν καὶ διεστραμμένων ζητημάτων, καὶ τῇ τῶν πατέρων ἀκολουθῆσαι πίστει. ἀλλ' ἐμὲ μὲν ᾤηθη ταῦτα γράφοντα, δυσμενῆ· καὶ τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ προσέχειν τῷ ἐξ ἀγάπης ἐκεῖνα γεγραφότι πρὸς τὴν αὐτοῦ εὐλάβειαν, ὥστε ᾤηθη τὰ τοιαῦτα φρονῶν καὶ λέγων καὶ τὰς Ῥωμαίων ἀκοὰς συναρπάσαι δύνασθαι. γέγραφε γὰρ ἔκτοπά τινα συνθεὶς ἐν ἐπιστολῇ μακρᾷ τῷ κυρίῳ μου καὶ θεοσεβεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Κελεστίνῳ· καὶ δὴ καὶ τοῖς ἰδίοις ἐνέθηκε γράμμασι κατὰ τῶν ἐναντία δοξαζόντων αὐτῷ, ὅτι τὴν ἁγίαν παρθένον θεοτόκον λέγοντες οὐ φρίττουσιν. εἶτα καὶ τετράδας ἰδίων ἐξηγήσεων ἀπέστειλεν. ἃς

καὶ

ANNO CHRISTI 431. I. PARTIS CAP. XXII.

καὶ ἀναγνόντες οἱ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν Ῥώμην A εὑρεθέντες θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ συνεδρείων πολλῶν γινομένων, κατεβόησαν αὐτοῦ, φάσκοντες ἐναργῶς, αἵρεσιν αὐτὸν καινοτομῆσαι παγχάλεπον, τὴν οὐδενὶ τῶν πάλαι γεγονότων ἐξευρημένην.

Ἐπειδὴ δὲ ἀνάγκη με, γραψάσης τῆς αὐτοῦ εὐλαβείας ἐκεῖσε ταῦτα, τὰ γεγονότα εἰπεῖν ἅπαντα, πέμψαι δὲ καὶ τὰ ἴσα τῶν παρ' ἐμοῦ γραφέντων πρὸς αὐτὸν γραμμάτων, ἐκδεδήμηκεν ἀναγκαίως κληρικὸς τῆς Ἀλεξανδρέων ὁ ἀγαπητὸς διάκονος Ποσειδώνιος. ἀναγνωσθεισῶν τοίνυν ἐν συνεδρίῳ τῶν ἐπιστολῶν μάλιστα, ἐν οἷς οὐκ ἔστι συκοφαντίας τόπος· ἔχουσι B γὰρ αὐτοῦ τὴν ὑπογραφήν· ἡ ἁγία Ῥωμαίων σύνοδος φανερὰ τετύπωκε, καὶ δὴ καὶ γεγράφηκε πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν, οἷς καὶ ἀνάγκη πείθεσθαι τοὺς ἀντεχομένους τῆς πρὸς ἅπασαν τὴν δύσιν κοινωνίας. γεγράφασι γὰρ καὶ τὰ ἴσα καὶ πρὸς τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Θεσσαλονίκης Ῥοῦφον, καὶ πρὸς ἑτέρους τινὰς τῶν κατὰ τὴν Μακεδονίαν θεοσεβεῖς ἐπισκόπους, οἳ καὶ ἀεὶ συντρέχουσι ταῖς παρ' αὐτοῦ ψήφοις. γεγράφασι δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ πρὸς τὸν τῆς Αἰλιέων θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον Ἰουβενάλιον. τῆς σῆς τοίνυν θεοσεβείας ἐστὶ σκοπῆσαι τὸ συμφέρον. ἡμεῖς γὰρ τοῖς παρ' αὐτοῦ ἀκολουθήσομεν κρίμασι, δεδιότες ἀπολισθαίνειν τῆς τοσούτων C κοινωνίας, οὐχ' ὑφ' ἑτέροις τισὶν ἠγανακτηκότων πράγμασιν, οὐδὲ ἐπὶ μικροῖς πεποιημένων τὴν κρίσιν καὶ κίνησιν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῆς τῆς πίστεως, καὶ τῶν πανταχοῦ κεκινημένων ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς οἰκοδομῆς τῶν λαῶν. πρόσειπε τὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα· σὲ ἡ σὺν ἐμοὶ ἐν κυρίῳ προσαγορεύει.

ἐφ' ἑτέροις

cum piissimi episcopi, qui in magna Romanorum urbe comperti sunt, legissent, multisque consessibus consultationibusque habitis examinassent, illorum auctorem non absque indignatione exsibilarunt; palam asserentes, novam illum, eamque perniciosissimam, & a nullo veterum hæreticorum antea unquam excogitatam hæresim esse molitum.

Quia ergo Nestorius hæc illuc perscripserat, compulsus sum & ego quoque ea omnia quæ inter me & illum intercesserant, aperire, earumque literarum, quas ad illum dederam, exempla per Posidonium dilectum ecclesiæ Alexandrinæ diaconum mittere. Porro autem lectis in Concilio expositionibus illius, epistolisque lectis, & iis præcipue, in quibus quod apertam ipsius subscriptionem præ se ferrent, nullus tergiversandi locus reliquus erat, sancta Romana synodus disertam statim in illum sententiam tulit: qua de re & ad tuam quoque pietatem perscripsit. Horum proinde decreto modis omnibus parendum est illis, qui a totius occidentis communione excidere noluerint. Scripserunt namque expositæ sententiæ exempla cum ad Rufum piissimum Thessalonicę episcopum, tum ad alios quoque nonnullos religiosissimos Macedoniæ episcopos, qui ab illius sententia nunquam decedere solent. Scripserunt nihilo secius & ad Iuvenalem quoque piissimum Hierosolymorum episcopum. Iam tuæ pietatis fuerit, quid in rem futurum sit, diligenter expendere. Nos enim sequemur quæ illi judicaverunt. Veremur namque, ne a tantorum communione excidamus, qui non ob aliud indignantur; neq; ob parvi momenti res cōmoti sunt, eamque sententiam tulerunt; sed propter ipsam fidem, universasq; orbis terrarum turbatas ecclesias, & cōmunem populi ædificationem. Saluta quæ apud te est, fraternitatē: quæ mecum est, in dño te salutat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ'.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς Ἀκάκιον ἐπίσκοπον Βεῤῥοίας περὶ τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου.

Τῷ κυρίῳ μου ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Ἀκακίῳ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Οἱ σφόδρα λυπούμενοι, καὶ φροντίσι τετρωμένην ἔχοντες τὴν καρδίαν, οὐ μικρὰν ἔχουσι παραψυχὴν, ὅταν τισὶ τῶν ὁμογνωμόνων τὰ ἐφ' οἷς λελύπηνται, λέγωσι. τοιοῦτός τις γέγονα κἀγώ· διά τοι τοῦτο τῇ σῇ τελειότητι γράψαι δεῖν ᾠήθην τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷς εἰκότως, ὥς γε οἶμαι, λελύπημαι, μᾶλ- E λον δὲ καὶ ἔτι λυποῦμαι. οὐ γὰρ ἤρκεσε τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Νεστορίῳ τὸ ἐπ' ἐκκλησίας εἰπεῖν, ἃ ἐπ' ἐκκλησίας ἐσκανδάλισε, καὶ παρέλυσε πίστιν τὴν ἐπὶ τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ· ἀλλ' γὰρ καὶ ἠνέσχετο Δωροθέου τινὸς ἐπισκόπου, τολμήσαντος ἐπ' ἐκκλησίας καὶ συνάξεως εἰπεῖν ἀναφανδόν· εἴ τις λέγει θεοτόκον τὴν Μαρίαν, ἀνάθεμα ἔστω. τί τοίνυν δεξόμεθα ἐν ἐκκλησίᾳ ὀρθοδόξῳ ἀναθεμα-

τὰς

ὀρθοδόξαι

CAPUT XXII.

Cyrilli episcopi Alexandrini ad Acacium Berrœensem de hæretico Nestorio.

Domino meo, fratrique dilecto & commi-stro Acacio, Cyrillus in domino Sal.

Qui gravi cum tristitia conflictantur, curisque consauciatum pectus habent, ii non parvæ consolationis loco ducere solent, si quibusdam pari animi sensu præditis ea exponere queant, propter quæ animo discruciantur. Quia ergo & mihi quoque hoc tempore tale quiddam usu venit, arbitratus sum causas, ob quas non injusto, ut equidem existimo, dolore affectus sum, imo vero afficior, integritati tuæ patefaciendas esse. Non enim sat fuit reverendissimo Nestorio ea publice pro concione proponere, quæ ecclesiam gravissime offenderent, fidemque in Christum omnium nostrum salvatorem everterent; sed ulterius progressus, episcopum quemdam Dorotheum palam in ecclesia, dū sacra peragerentur, temerario ausu effutire passus est: Si quis Mariam deiparam esse dixerit, anathema sit. Ecquid ergo in orthodoxorum ecclesia cum

sanctis patribus anathema facti adoriemur? Comperio namque æternæ memoriæ episcopum Athanasium sæpius illam deiparam appellare; atque etiam beatos patres nostros Theophilum, Basilium, Gregorium, Atticum, & alios præterea non paucos, qui pro tempore vixerunt, sanctos episcopos. Denique nemo, opinor, ex orthodoxorum numero illam deiparam nominare dubitavit; quandoquidem verum est, Emmanuelem Deum esse. Erunt itaque anathemate constricti sancti patres, qui jamdudum ante ad Deum evolarunt, ceterique omnes, quotquot Christum Deum esse confessi, recta veritatis dogmata consectantur. Neque vero iis finibus malum constitit, sed populorum mentes jam pervertit. Intelligo enim, & quidem non sine lacrymis, alios quidem eo perfidiæ & inscitiæ prolapsos jam esse, ut Christum Deum esse diserte inficientur: alios vero ita Dei appellationem illi largiri, ut nihil tamen recte de illo sentiant. Opinantur enim illum benigna Dei voluntate & gratia, perinde ac unum ex nobis, ad id dignitatis evectum esse. An non hæc lacrymis & gemitu iure sunt prosequenda? Quorsum, quæso, attinebat subtilia illa & arcana in medium adducere? Cur potius moralibus expositionibus populos non erudimus, si ad exactam dogmatum tractationem non sumus valde idonei? Ceterum quod iis qui solitariam vitam per Ægyptum & Alexandriam agunt, & hujusmodi expositionum lectione conturbati fuerant, rectæ fidei sententiam exposuissem; in hostem infensum versus, quosdam præstigiatores desperatæque sortis homines in unum colligere, eosque ut mendacia in vulgus de me spargant, subornare non desinit. Et forte non injuria id nobis incommodi accidit. Nam si zelum Dei habuissemus, seduliqué patrum pietatis imitatores fuissemus, justam jamdudum sanctamque condemnationis sententiam in eos tulissemus, qui contra Christum obloqui, & tam nosipsos qui in vivis adhuc degimus, quam sanctos patres qui jam olim ad Deum commigrarunt, anathemate ferire ausi sunt. Qua quidem sententia & iis quoque, ut probabile fit, poteramus mederi, qui ex plebe fidei scandalum passi fuerant. Saluta quæ tecum est fraternitatem: te, quæ mecum est, in domino salutat.

A πιθέντες μετὰ τῶν ἁγίων πατέρων; εὑρίσκω γὰρ ἐν συγγραφαῖς καὶ τὸν τῆς ἀοιδίμου μνήμης ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον πλειστάκις αὐτὴν ὀνομάσαντα θεοτόκον· καὶ τὸν μακάριον δὲ πατέρα ἡμῶν Θεόφιλον, καὶ ἑτέρους πολλοὺς τῶν ἁγίων καὶ κατὰ καιροὺς ἐπισκόπων· τοῦτο μὲν Βασίλειον, τοῦτο δὲ Γρηγόριον, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν μακάριον Ἀττικόν. οὐδεὶς δὲ, οἶμαι, τῶν ὀρθοδόξων θεοτόκον αὐτὴν δέδιεν εἰπεῖν, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὅτι Θεός ἐστιν ὁ Ἐμμανουήλ. γεγόνασι τοίνυν ἀνάθεμα πρὸς Θεὸν ὄντες ἅγιοι πατέρες, B καὶ πάντες ὅσοι τοῖς ὀρθοῖς τῆς ἀληθείας ἑπόμενοι δόγμασι Θεὸν ὁμολογοῦσι τὸν Χριστόν. καὶ οὐ μέχρι τούτων ἡ ἐκ τοῦ πράγματος ζημία, ἀλλὰ γὰρ καὶ διεστράφησαν αἱ τῶν λαῶν γνῶμαι. τεθρήνηκα γὰρ ἀκούων, τοὺς μὲν εἰς τοῦτο πεσόντας ἀπιστίας ἤδη καὶ ἀμαθίας, ὡς μηδὲ Θεὸν ὁμολογεῖν τὸν Χριστόν· τοὺς δὲ, κἂν εἰ ἕλοιντο ὁμολογεῖν ὅλως αὐτὸν Θεὸν, μηδὲν ὑγιὲς ἐπ᾽ αὐτοῦ δοξάζειν, ἀλλ᾽ εὐδοκίᾳ καὶ χάριτι μεθ᾽ ἡμῶν κεκλῆσθαι πρὸς τοῦτο λέγοντας. ταῦτα θρήνου καὶ οἰμωγῆς ἄξια. ποία γὰρ ὅλως ἡ χρεία καὶ εἰς μέσον ἄγεσθαι τὰ οὕτω λεπτὰ καὶ κεκρυμμένα; διὰ τί δὲ μὴ μᾶλλον ἠθικαῖς ἐξηγήσεσιν ὠφελοῦμεν τοὺς λαοὺς, εἰ μὴ σφόδρα ἔ- C χομεν ἱκανῶς εἰς ἀκρίβειαν τὴν δογματικήν; ἐπειδὴ δὲ μονάζουσι τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ Ἀλεξάνδρειαν τεθορυβημένοις ἐκ τοιούτων ἀναγνωσμάτων, ἤγουν ἐξηγήσεων, τὸν ὀρθὸν τῆς πίστεως ἐξηγησάμεθα λόγον, ἐκπεπολέμωται, καὶ γέγονεν ἐχθρός· καὶ συλλέγει τινὰς ἀγύρτας καὶ κατεγνωσμένους, καὶ παρασκευάζει ψεύδεσθαι κατ᾽ ἐμοῦ τινα ἐπὶ πολλῶν, καὶ τάχα δικαίως. εἰ γὰρ εἴχομεν ζῆλον Θεοῦ, καὶ τῆς τῶν πατέρων φιλοθεΐας ἐγινόμεθα μιμηταὶ, πάλαι ἂν ἦμεν κατὰ τῶν τετολμηκότων φλυαρῆσαι κατὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀναθε- D ματισάντων ἡμᾶς τοὺς ζῶντας, καὶ τοὺς πρὸς Θεὸν ὄντας ἤδη πατέρας ἁγίους, ψῆφον ὁσίαν ἐξενέγκαντες, δι᾽ ἧς ἦν εἰκὸς θεραπεύεσθαι καὶ τοὺς εἰς πίστιν ἠδικημένους τῶν λαῶν· πρόσειπε τὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα· σὲ ἡ σὺν ἐμοὶ ἐν κυρίῳ προσαγορεύει.

CAPUT XXIII.

Acacii Beroeæ episcopi ad Cyrillum epistola.

Domino meo per omnia sanctissimo, Deoque dilectissimo episcopo Cyrillo, Acacius in Domino Sal.

PIETATIS tuæ literas nuper ad nos perlatas, propter rumores & turbas in urbe Constantinopolitana excitatas, infaustis lacrymis lamentisque plenas legi; in quibus elucet Christianæ fidei profunditas, dū hoc etiam inter alia continent, principio quoque hæc in medium afferre fuisse supervacaneum. Quam enim utilitatem insignis ille disputator Apollinaris Laodicenus in ecclesiā attulit, dum veluti unus e principibus de recta fide adversus

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κγ´.

E Ἀκακίου Βερροίας ἐπισκόπου πρὸς Κύριλλον ἐπιστολή.

Τῷ δεσπότῃ μου τῷ πάντα ἁγιωτάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Κυρίλλῳ, Ἀκάκιος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΝΕΤΥΧΟΝ γράμμασι τῆς σῆς θεοσεβείας, ἐκ τοῦ συνέγγυς ἡμῖν ἀποδοθεῖσιν ἀπευκτέοις, δακρύων καὶ θρήνων μεστοῖς, τῶν κατὰ Κωνσταντινούπολιν θρυλλουμένων ἕνεκεν· ἐν οἷς καὶ κρατεῖ τὸ * βάθος τῆς κατὰ Χριστὸν πίστεως, καθὸ δὲ μετέχουσιν, ὡς περιττὸν ἦν τοῦτο καὶ τὴν ἀρχὴν εἰς μέσον ἀχθῆναι. τί γὰρ ὤνησεν Ἀπολινάριος ὁ Λαοδικεὺς, εἷς ὢν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὁ μέγας ἀγωνιστὴς, ὁ ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς πίστεως κραταιῶς πρὸς τοὺς ἐχθροὺς

* πάθος

ANNO CHRISTI 431.

I. PARTIS CAPVT XXIV.

ἐχθροὺς μαχεσάμενος, θαρσήσας ἑαυτοῦ τῇ σοφίᾳ, καὶ ἐθελήσας παρεισαγαγεῖν ἐξ ἀπόρων πόρους τινὰς τῇ καθαρᾷ καὶ ἀδόλῳ τοῦ Χριστοῦ πίστει; οὐ παρεσκεύασεν ἐν τοῖς σχισματικοῖς ἑαυτὸν παρὰ τῇ καθόλου ἐκκλησίᾳ λογισθῆναι; οὐκ εἴρηταί τινι τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων, * ἀναστεῖλαι βουλομένῳ τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον μὴ περιεργάζεσθαι τοὺς εὖ διακειμένους, ἐρρωμένῃ τῇ διανοίᾳ καὶ ἐντελεῖ συνέσει ταύτην ῥήξαντι τὴν φωνήν. πῶς ὁ πατὴρ τὸν μονογενῆ ἐγέννησε, σιωπῇ τιμάσθω; καὶ προϊόντος τοῦ λόγου ἀπηριθμήσατο, ὡς διαλανθάνει ἤδε ἡ ἔρευνα κατὰ μικρὸν πάσας ὁμοῦ τὰς κατ' οὐρανὸν δυνάμεις, μήτοι γε ἀνθρώπους, καὶ ἔννοιαν ἀνθρώπων. πῶς δὲ οὐκ ἀναγκαία καὶ πρέπουσα ἡ παραίνεσις τῶν θείων γραφῶν ἐκδιδάσκουσα· βαθύτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ' ἐξέταζε. ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ· οὐ γὰρ χρεία σοι τῶν κρυπτῶν. οἱ δὲ ὑπεραπολογεῖσθαι ζητοῦντες τῶν ταῦτα ἐννοῆσαι καὶ φράσαι ἐπιχειρησάντων, παρόμοιόν τι λέγουσι πεπονθέναι, ὧν ὑπέμεινεν ὁ μακάριος Παυλῖνος ὁ ἐπίσκοπος, ὃς παρῃτεῖτο τρεῖς ὑποστάσεις λέγειν ῥητῶς, δυνάμει καὶ ἀληθῶς ' ταῦτα φρονῶν, ' ταῦτα μετιών. ἠκολούθησε δὲ τοῖς δυτικοῖς θεοφιλέσιν ἐπισκόποις, τῷ στενοῦσθαι τὴν Ῥωμαϊκὴν φωνήν, καὶ μὴ δύνασθαι πρὸς τὴν ἡμετέραν τῶν Γραικῶν φράσιν τρεῖς ὑποστάσεις λέγειν.

* ἀναγγεῖλαι

' περιεργάζου

' τὰ αὐτὰ

' τὰ αὐτὰ

Πλὴν ὅτι χρὴ πάντας ἡμᾶς τοὺς δυναμένους συναλγεῖν καὶ συμπάσχειν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ περὶ πολλοῦ ποιῆσαι, καταστεῖλαι τὴν ἐξαγγελθεῖσαν φωνήν, ὅπως μὴ πρόφασις δοθῇ τοῖς διασχίζειν καὶ διατέμνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ ἑτοίμως ἔχουσι. διὸ χρὴ τὴν σὴν ἐντελῆ καὶ ἀπηρτισμένην σύνεσιν, εἰ καί τι τοιοῦτον τὴν ἀρχὴν ἐλέχθη τὸ * λυπεῖν, καὶ διαταράττειν πολλοὺς τῶν εὐλαβῶν καὶ φιλοχρίστων δυνάμενον, καταστεῖλαι τὸ κινηθέν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα, ὡς φθάσας ἔφην, πολλοὶ τῶν ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως ἀφικνουμένων εἰς Ἀντιόχειαν καὶ πρὸς ἡμᾶς, τοῦτο μὲν κληρικῶν, τοῦτο δὲ λαϊκῶν, συνηγορεῖν δοκοῦσι τῷ ῥηθέντι ῥητῷ, οὐκ ἐναντίως ἔχοντι κατὰ διάνοιαν τῇ ἀποστολικῇ πίστει, προσέτι δὲ καὶ τῇ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων περὶ τοῦ ὁμοουσίου θεσπισθείσῃ καὶ διαδοθείσῃ εἰς πᾶσαν τὴν καθόλου ἐκκλησίαν. τὸ τοίνυν συνετὸν καὶ συμπαθητικὸν καὶ ἐντελὲς τῆς σῆς ἱερωσύνης, καιροῦ καλοῦντος, ἐπιδείξασθαι καταξίωσον, μεσιτευούσης σου τῆς ἁγιωσύνης τῷ ῥηθέντι ῥητῷ πρὸς τοὺς ἀκούσαντας καὶ διαρραγέντας· ὥστε σου τὴν ἁγιωσύνην ἐκεῖνα φρονῆσαί τε καὶ ἐπιτελέσαι, ἃ δυνήσεται, χειμαζομένης ἐπὶ τοῦ παρόντος τῆς καθόλου ἐκκλησίας, ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον εἰς ὕψος ἀναπεμφθῆναι, δεσποτικῇ τινι φωνῇ χρώμενον, καὶ ἐπιτιμῶντα τῇ νοητῇ θαλάττῃ, ἐπὶ τοῦ παρόντος δοκούσῃ διαταράττεσθαι, καὶ ἐπάγοντα τό· σιώπα, πεφίμωσο.

* λυποῦν

Ἐποίησα δὲ ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν τῆς σῆς θεοσεβείας τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ τῷ τῆς Ἀντιοχείας· καὶ κατα-

A fidei hostes depugnat? An non, dum suæ sapientiæ nimium fidit, dumque ex inviis planeque impermeabilibus, quosdam meatus & quasi vias in incontaminatam simplicemque Christi fidem introducere nititur, id conatu suo consecutus est, ut ab universa catholica ecclesia inter schismaticos haberetur? An non a quodam veterum episcoporum, integro sensu & perfecta mentis intelligentia dictum est, dum bene affectos, ne curiosius quæ humanum captum excedunt, pervestigarent, reprimere vellet; Quo modo, inquit, pater unigenitum genuerit, silentio honoretur? Et in sermonis progressu addit: Hujusce B rei investigatio omnes propemodum cælestes virtutes, nedum homines, hominumve cogitationes excedit. Quomodo vero necessaria conveniensque non est illa sacrarum scripturarum admonitio: *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne perscrutatus fueris. Quæ tibi præcepta sunt, ea cogita: non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis.* Illi autem qui inquirunt, qua ratione eos excusent qui hæc cognoscere effarivè laborant, ejusmodi quid passos aiunt, quale beato Paulino episcopo accidisse traditur. Hic enim etsi tres hypostases palam dicere recusaret, re tamen & virtute ab illorum sententia & fide, C qui hoc profitebantur, non recedebat. Sectabatur hic autem piissimos occidentis episcopos, propterea quod Romanæ linguæ angustia, sicuti nostra Græca phrasis, tres hypostases dicere commode non ferat.

Basilius in oratione de nativitate Christi.

Eccl. 3, v. 22.

Vide Hieron. ep. 57 & 58 ad Damasum.

Verum enimvero oportet nos omnes, qui ecclesiæ Dei vicem dolere, eidemque compati possumus, nullum non conatum ac studium adhibere, quo vocem male elapsam reprimamus, ne quam hinc occasionem aucupentur illi qui Dei ecclesiam divellere discindereque parati sunt. Quamobrem si quid tale initio effluxit, quod multos merito religiosos piosque homines affligat & conturbet, tuam integri- D tatem, omnibusque numeris absolutam prudentiam summopere niti decet, ut motū hunc continuo sedet: quamquam, ut jam dixi multi tum clero adscripti, tum plebeii quoque ex urbe Constantinopolitana Antiochiam & ad nos usque venientes, defendere videntur quod dictum est. Aiunt enim, in sensu nihil continere, quod vel apostolicæ doctrinæ adversetur, vel fidei a sanctis patribus in Nicæa, ad Homousion constituendum congregatis, definitæ, & universæ ecclesiæ traditæ repugnet. Cum præsens itaque tempus ad hoc provocet, elabores quæso, quantum prudentia & compassione valeas, ostendere: neque graveris, elapsum verbum, in eorum gratiam qui hauserunt, & ob id divulsi sunt, per E tuam sanctitatem, tuique sacerdotii auctoritatem, ad eum modum comprimere, ut ea nunc præcipue meditari molirique videaris, quæ poteris, ecclesia catholica graviter hoc tempore agitata, & fluctibus pene mersa, magis magisque intumescentibus. Voce proinde Dominica utens, spiritaleque mare, quod modo turbatum cernitur, increpans, illud depromas: *Tace, obmutesce.*

Pietatis tuæ epistolam sanctissimo Ioanni ecclesiæ Antiochenæ episcopo legi curavi; quam ille quoque sum-

I PARTIS CAPVT XXIV.

ANNO CHRISTI 431.

ma attentione, nec parvo doloris sensu audivit. Nam licet recens admodum ad episcopatum venerit, eadem tamen vult & sentit, quæ nos senes: qui etiam Dei gratia munitus, in muneribus certaminibusque episcopo dignis adeo se gerit egregie, ut sese de illo jactent, magnificeque loquantur orientis episcopi omnes. Hic tuam quoque, ut relatum est, pietatem obnixe rogat, ut sanctitas tua ea qua pollet prudentia usa, verbum illud quod excidit, & tolerari non debet, ad eum modum tractet, ut tam per ea quæ dictura est, quam per ea rursum quæ factura est, occasione ad hoc nunc provocante, illud apostolicum eluceat: *Si ea, inquit, potestate voluero uti, quam dedit nobis Deus in ædificationem, & non in destructionem, non erubescam.* Ceterum desideratissimum hunc nostrum tabellarium, qui jam inde a majoribus suis fidelis & Christianus est, pro ea quæ tibi plane insita est, benignitate suscipere digneris; & si qua in re operam tuam desiderabit, tua quæso providentia illi non desis. Totam quæ tecum est fraternitatem & ego, & qui mecum sunt, plurimum salutamus.

A κούσας μετὰ πολλῆς τῆς συμπαθήσεως καὶ συμπαθείας, τὰ αὐτὰ ἡμῖν βούλεται πρεσβυτικὴν ἄγουσιν ἡλικίαν, νεωστὶ εἰς ἐπισκοπὴν ἐληλυθώς· ὃς τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἀκμάζει ἐν τοῖς τῇ ἐπισκοπῇ προσεῖναι ὀφείλουσιν ἐπάθλοις, ὡς μέγα ἐπ' αὐτῷ φρονεῖν καὶ σεμνύνεσθαι πάντας τοὺς τῆς 'ἀνατολῆς ἐπισκόπους· παρακαλῶν σου τὴν θεοσέβειαν, ὡς παραλαμβάνεται, ὥστε σου τὴν ἁγιωσύνην τῇ * πρεπούσῃ αὐτῇ συνέσει χρησαμένην μεταχειρίσασθαι τὸ ἐπισυμβὰν οὐκ ἀνεκτὸν ῥῆμα, ὡς δι' ὧν λαλεῖς, δι' ὧν πράττεις, τὸ ἀποστολικὸν, καιροῦ καλοῦντος, ἐπιδείξῃ τὸ φάσκον· ἐὰν θέλω χρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ, ἣ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς B καθαίρεσιν, οὐκ αἰσχυνθήσομαι. τὸν δὲ ποθεινότατον τὸν τὰ γράμματα ἡμῶν ἐπαγόμενον πιστὸν ὄντα καὶ χριστιανὸν ἐκ προγόνων, καταξίωσον τῇ ἐνούσῃ καὶ ἐνυπαρχούσῃ σοι φιλαγαθίᾳ * προσήσεσθαι, καὶ ἐν οἷς ἂν δεηθείη, προνοίας αὐτὸν ἀξιῶσαι τῆς σοι πρεπούσης. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύομεν.

'ἀνατολικῆς διοικήσεως θεοφιλεστάτους

* πρεπούσῃ

* ἴσως, προσέσθαι.

CAPVT XXIV.

Cyrilli ad Iuvenalem Hierosolymorum episcopum epistola.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κδ'.

Κυρίλλου πρὸς Ἰουβενάλιον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων ἐπιστολή.

Desideratissimo fratri ac comministro domino meo Iuvenali, Cyrillus episcopus in domino Sal.

C Τῷ κυρίῳ μου ποθεινοτάτῳ καὶ συλλειτουργῷ Ἰουβεναλίῳ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

OPTASSEM sane, reverendissimum episcopum Nestorium proborum virorum vestigiis innixum, rectæ fidei doctrinam consectari. Nam quis sanæ mentis illos, qui Salvatoris gregi præfecti sunt, probatissimos esse non exoptet? Quoniam vero præter omnem spem rerum natura interversa est (siquidem quem sincerum pastorem fore sperabamus, hunc rectæ fidei persecutorem evasisse comperimus) reliquum est, ut illud Christi omnium nostrum Salvatoris in mentem revocemus: *Non veni, ait, pacem mittere in terram, sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum.* Quod si absque omni crimine & noxa, imo vero summa cum laude bellum in parentes suscipitur, quando id ad Christi gloriam facere dignoscitur; quo pacto modis omnibus necessarium non est, ut (licet ob fratris jacturam lacrymis perfundamur) divino zelo accingamur, illudque tantum non omnibus qui terram incolunt, occinamus: *Si quis est domini, jungatur mihi?* Equidem amice unis jam aut alteris illum admonui literis, ne proprii judicii sensum sequi malit, quam rectam apostolicamque, & ecclesiis jam olim traditam fidem, ratus fore, ut hac ratione ab expositionum suarum pravitate recederet. Verum pharmacum benevolentiæ nihil hactenus profuit, suggestumque consilium vi caruit. Imo vero tantum abfuit ut veritatis dogma complecti instituerit, ut literas quoque sua ipsius subscriptione munitas ad me dederit; in quibus haud secus ac gravi injuria a me affectus, stomachatur, apertèque sacram virginem Dei genitricem esse inficiatur. Quod, quæso, quid aliud est, quam manifeste dicere, Emmanuelem, ex quo totius salutis nostræ fiducia pendet, non esse verum Deum?

Matth. 10. v. 34.

Exod. 32. v. 26.

ΗΥΧΟΜΗΝ μὲν τοῖς τῶν εὐδοκιμησάντων ἴχνεσι, καὶ τῇ ὀρθῇ πίστει κατακολουθεῖν τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Νεστόριον. τίς γὰρ τῶν εὖ φρονούντων οὐκ ἂν εὔξαιτο, δοκιμωτάτους εἶναι τοὺς καθηγεῖσθαι λαχόντας τῶν τοῦ σωτῆρος ποιμνίων; ἐπειδὴ δὲ παρ' ἐλπίδας ἡ τῶν πραγμάτων ἡμῖν ἐκβέβηκε φύσις· ὃν γὰρ ἔσεσθαι προσεδοκῶμεν ποιμένα γνήσιον, τοῦτο τῆς ὀρθῆς πίστεως διώκτην εὑρήκαμεν· δεῖ λοιπὸν μνημονεῦσαι τοῦ πάντων ἡμῶν D σωτῆρος Χριστοῦ λέγοντος· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ μάχαιραν· ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. εἰ δὲ δὴ καὶ πρὸς γονέας ἡμῖν ὁ πόλεμος ἀνέγκλητός τε καὶ ἀνεπίληπτος, μᾶλλον δὲ καὶ παντὸς ἐπαίνου μεστὸς, ὅτε τῇ τοῦ Χριστοῦ δόξῃ συναθλεῖν ἐγνώκαμεν· πῶς οὐκ ἀνάγκη πᾶσα, καίτοι δακρύοντας, ὡς ἀδελφὸν ἀπολέσαντας, τὸν θεοφιλῆ περιζώσασθαι ζῆλον, καὶ μονονουχὶ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ἐκεῖνο εἰπεῖν· εἴ τις πρὸς κύριον, ἴτω πρὸς μέ; ἐγὼ μὲν γὰρ δι' ἑνὸς καὶ δευτέρου γράμματος ὡς ἀδελφὸν παρεκάλεσα, μὴ ταῖς ἰδίαις ἀκολουθεῖν ἐννοίαις· ἀλλὰ τῇ ὀρθῇ καὶ ἀποστολικῇ πίστει τῇ παραδοθείσῃ ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις, οἰηθεὶς ἀπαλλάξειν αὐτὸν E τῆς τῶν αὐτοῦ γραμμάτων σκαιότητος. ἀλλ' οὐδὲν ὤνησε τὸ τῆς διαθέσεως φάρμακον, ἄπρακτος γέγονεν ἡ συμβουλή. καὶ τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ θέλειν τοῖς τῆς ἀληθείας ἕπεσθαι δόγμασιν, ὥστε καὶ ἐπιστολὴν ἀποστεῖλαι πρὸς μὲ μεθ' ὑπογραφῆς ἰδίας· ἐν ᾗ καὶ ἐπιπλήττει μὲν ὡς λυπούμενος, διωμολόγηκε δὲ σαφῶς, θεοτόκον εἰπεῖν μὴ εἶναι τὴν ἁγίαν παρθένον. ὅπερ ἐστὶν ἐναργῶς εἰπεῖν, μὴ εἶναι Θεὸν ἀληθῶς τὸν Ἐμμανουὴλ, ἐφ' ᾧ ' τὰς σωτηρίας ἔχομεν ἐλπίδας.

' ταύτης σωτηρίας

Οἰηθεὶς

ANNO CHRISTI 431.

PARTIS I. CAPUT XXV.

Οἰηθεὶς δὲ ὅτι καὶ τὴν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν συναρπάσαι δυνήσεται, ἔγραψε πρὸς τὸν κύριόν μου, τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοσεβέστατον ἀδελφὸν καὶ συλλειτουργὸν Κελεστῖνον τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον, ἐνθεὶς ταῖς ἐπιστολαῖς τῶν αὐτοῦ δογμάτων τὴν διαστροφήν. πέπομφε δὲ καὶ ἐξηγήσεις πολλὰς ἐξ ὧν ἐλήλεγκται φρονῶν τὰ διεστραμμένα· καὶ κατεγνώσθη λοιπὸν ἀραρότως ὡς αἱρετικός. ἐπειδὴ τοίνυν ὁ μνημονευθεὶς εὐλαβέστατος καὶ θεοσεβέστατος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος Κελεστῖνος φανερὰ γέγραφε περὶ αὐτοῦ, καὶ πέπομφε πρὸς με τὰς ἐπιστολάς· δεῖν ᾠήθην ἀποστεῖλαι ταύτας, καὶ ἀκονηθεῖσαν οἴκοθεν εἰς εὐσεβῆ ζῆλον τὴν σὴν θεοσέβειαν διαναστῆσαι διὰ τοῦ γράμματος· ὅπως ἂν ἐκ μιᾶς ψυχῆς, καὶ συντόνου προθυμίας, τὴν εἰς Χριστὸν ἀγάπην ζωσώμεθα, καὶ σώσωμεν λαοὺς κινδυνεύοντας, καὶ στήσωμεν ἐκκλησίαν τὴν οὕτω διαφανῆ· σύμφρονες γεγονότες δηλονότι ἑκάστοις ἅπαντες, καὶ κατὰ τὸν ὁρισθέντα τύπον ἐπιστέλλοντες αὐτῷ καὶ τοῖς λαοῖς. ἂν μὲν ὠφελήσωμεν, καὶ μεταστήσωμεν κατὰ τὸ ἀληθὲς αὐτὸν, ὧν πεφρόνηκε, κεκερδήκαμεν τὸν ἀδελφὸν, καὶ σεσώκαμεν ποιμένα· ἐὰν δὲ ἄπρακτος ἡ συμβουλὴ ἡμῶν γένηται, αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπιγράψας τὸ συμβὰν, αὐτὸς τῶν οἰκείων πόνων ἔδεται τοὺς καρπούς. δεῖ δὲ ἡμᾶς ἀναγκαίως καὶ τῷ φιλοχρίστῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ, καὶ ἅπασι δὲ τοῖς ἐν τέλει γράψαι, καὶ συμβουλεῦσαι, μὴ προτιμῆσαι τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας ἄνθρωπον, ἀλλὰ χαρίσασθαι τῇ οἰκουμένῃ τὸ βέβαιον εἰς πίστιν ὀρθὴν, καὶ ποιμένος ἀπαλλάξαι πονηροῦ τὰ θρέμματα, εἰ μὴ ταῖς ἁπάντων εἴκει συμβουλαῖς· πρόσειπε τὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα. σὲ ἡ σὺν ἡμῖν ἐν κυρίῳ προσαγορεύει.

Caeterum Romanam ecclesiam in suam sententiam pertrahere se posse arbitratus, scripsit ad ejusdem ecclesiae episcopum Caelestinum; dominum, fratrem & comministrum meum longe piissimum, Deoque dilectissimum; iisque literis dogmatum suorum perversitatem inseruit. Misit eidem & multas quoque exegeses, ex quibus perversa sentire aperte deprehensus, jure merito ab illo haereseos est condemnatus. Cum igitur reverendissimus piissimusque Romanae ecclesiae episcopus Caelestinus comperta de illo scripserit, ipsasque literas ad me dederit, equidem illas vicissim ad te mittendas existimavi; quo nimirum pium quemdam zelum, ad quem alioqui pietas tua suapte natura incensa est, literis illis exsuscitem: quatenus unanimi consensu, alacrique contentione, caritatem quae est in Christo, accingamur, populoque non parvis periculis objecto salutem procuremus; ac ecclesiam denique adeo conspicuam illustremque stabiliamus. Hoc autem consequemur, si singuli cum singulis congruentes, secundum praefinitam formulam, cum ad ipsum, tum ad populum quoque scribamus. Nam si in rem id fecerimus, hoc est, si illum ab iis quae hactenus sentit, ad veritatem transtulerimus, lucrifaciemus fratem, servabimus & ecclesiae quoque pastorem: sin vero consilium hoc nostrum frustra susceptum fuerit, sibiipsi quodcumque tandem evenerit, adscribens, laborum suorum fructum ipse manducabit. Oportebit autem literis ad Christianissimum, piissimumque imperatorem, ceterosque in magistratu constitutos missis, iisdem persuadere, hinc quidem, ne pietati, quae est in Christum, ulla ratione hominem anteferant; inde vero, ut terrarum orbi rectae fidei stabilitatem concilient, ovesque a malo pastore liberent: nisi is tamen ita comparatus sit, ut omnium consiliis obsequi velit. Saluta quae apud te est, fraternitatem: quae apud nos est, te in domino salutat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κε'.

Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς γραφείσης παρὰ Ἰωάννου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας πρὸς Νεστόριον.

Τῷ δεσπότῃ μου θεοφιλεστάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ Νεστορίῳ, Ἰωάννης ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

α'.

ΤΟΝ ἐμαυτοῦ σκοπὸν περὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν μετὰ πάσης ἀληθείας διὰ τοῦ κυρίου μου τοῦ τὰ πάντα μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Εἰρηναίου ἐδήλωσα τῇ σῇ διαθέσει. καὶ ἐπειδὴ ὡς νομίζω, πάσης εἰμὶ ὑποψίας λοιπὸν παρ' ὑμῖν ἐκτὸς, ἀληθέσιν ἀπολογίαις χρησάμενος, πεπαῤῥησιασμένῃ λοιπὸν χρῶμαι πρὸς τὴν σὴν γνησιότητα συμβουλίᾳ. ἔξεστι δέ σοι ἐξ αὐτῶν ὧν συμβουλεύω, ἐνέχυρα ἡμῶν λαβεῖν τῆς περὶ σὲ γνησιότητος, καὶ ὡς φροντὶς ἡμῖν ἐστιν οὐ μικρὰ τῆς κατὰ Θεὸν ἀγάπης· ἣν οἱ τηροῦντες, τοὺς θείους ἐκπληροῦσι νόμους· οἱ δὲ ἀμελοῦντες, καὶ πανούργως προσφερόμενοι τοῖς οἰκείοις μέλεσιν, ἑαυτοὺς πρότερον βλάπτουσιν, ἢ καθ' ὧν ἐγχειροῦσιν. ἐπεὶ οὖν ταῦτά μοι καλῶς πεπροσοικίασαι, ὡς ἔγωγε οἰ-

CAPUT XXV.

Exemplum epistolae scriptae a Ioanne episcopo Antiocheno ad Nestorium.

Domino meo piissimo sanctissimoque episcopo Nestorio, Ioannes in domino Sal.

I.

MEAM de tua pietate sententiam per dominum meum, magnificumque per omnia Comitem Irenaeum sincere absque ullo prorsus fuco dilectioni tuae patefeci: & quoniam vera expurgatione usus, omni, ut arbitror, suspicione apud te vaco, libere candideque sinceritati tuae in posterum consilium dare institui. Poteris autem ex iis quae suasurus sum, nostri erga te candoris non leve argumentum sumere, simulque quantae ea caritas quae secundum Deum est, curae nobis sit, perspicere. Quam sane caritatem qui consectantur, illi divinis legibus obtemperant: qui vero ea neglecta, imposturis student, ii suis se telis prius conficiunt, quam eos quos adoriuntur. Haec itaque opportune, ut existimo, praefatus,

PARTIS I. CAP. XXV.

ANNO CHRISTI 431.

A te etiam atque etiam rogo, ut me consultorem haud malum tibi futurum benevole admittas, neque si quid utile, aut divinæ caritati cognatum in dictis meis occurrerit, idipsum respuas.

II.

Et quidem oportebat, ut de rebus bonis atque utilibus inter nos conferremus. Verum quia peccata nostra perturbationibus ecclesiasticis ingens ostium patefacerunt, ideo ea caritati tuæ explanare cogor, quæ nuperrime ex Romana & Alexandrina urbe ad me perscripta sunt. Etenim clerici Alexandrini diversas de tua pietate literas magno ad nos studio pertulerunt; unas quidem piissimi episcopi Cælestini, reliquas omnes sanctissimi epi- B scopi Cyrilli. Harum autem exempla mittens, caritatem tuam obnixe rogatam cupio, ut ita eas legat, ne qua hinc animi perturbatio consurgat, ex qua contentiones, seditionesque admodum noxiæ sæpenumero exoriuntur. Sed neque rem hanc tantam parui quoque ducas, aut contemnas. Diabolus namque res initio minus recte habentes, per superbiam novit amplificare, in eamque magnitudinem paulatim evehere, ut postea omnem curam, omnemque medicinam respuant. Quare benevolum ac studiosum affectum ad literarum lectionem afferas: viros quoque C nonnullos cordatos, ac tibi benevolos, ad propositarum rerum considerationem socios tibi adjungas; illisque non quæ grata, sed quæ utilia sunt, effandi potestatem facias. Omnino enim si arbitri plures, minimeque fucati, ac liberam quod sentiunt dicendi facultatem nacti, præsentis negotii disquisitioni adhibeantur, facillime illud ea deliberatione consequemur, ut id quod nunc perplexum, durum ac triste censetur, mox leve & lætum sit.

III.

Enimvero licet dominus meus Cælestinus Deo devotissimus episcopus, decem tantum dierum intervallum, terminum usque responsioni D præfinitum valde angustum, literis suis interposuerit; tamen res ea ejusmodi est, ut, non dico decem diebus, sed uno, imo vero paucis horis confici posse videatur. Nam quid facilius est, quam nomine commodo, multisque sanctis patribus usitato, & vero nihilominus, salutarique ex virgine ortui percongruo, in Christi omnium regis dispensatione uti? Cum hoc ergo periculosum non sit, æquum non est ut sanctitas tua illud refutet. Neque id nunc apud se cogitet, turpe esse sibi pugnantia docere. Si enim mens tua eadem sapit & sentit, quæ sancti patres, ecclesiæque doctores sentiunt & sapiunt, (nam hoc, domine mi, & ex multis, & ex communibus amicis de E te accepimus) quorsum vereris pium sensum convenienti voce publicare? præsertim cum tot tantique tumultus ac disceptationes ex te natæ ob oculos jam versentur. Eas namq; (mihi crede, Deo dilecte) cum apud finitimos, tum apud longe quoque positos turbas concitasti, quæ ingentem ex insperato ecclesiis tempestatem peperere. Constat enim fideles circumquaq; degentes, hujus quæstionis & controversiæ causa inter se conflictari, quotidieque a se invicem divelli. Verum autem esse quod dicimus, ex ipsismet rebus haud difficile

A μαι, δέξαι με, παρακαλῶ, ἀγαθόν σοι ἐσόμενον σύμβουλον, μὴ παρωθούμενος τὸ ἐν τοῖς παρ' ἐμοῦ λεγομένοις χρήσιμον, καὶ μετὰ πάσης τῆς κατὰ Θεὸν διαθέσεως λεγόμενον.

β'.

Ἔδει μὲν οὖν ἡμᾶς περὶ χρηστῶν πραγμάτων τὰ σκέμματα πρὸς ἀλλήλους ποιεῖσθαι. ἐπειδὴ δὲ αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν πολλὴν ἐξουσίαν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ταραχαῖς ἐποιήσαντο, τούτου ἕνεκεν ἠπείχθην τὰ πρόσφατον ἡμῖν γραφέντα ἀπό τε Ῥώμης καὶ Ἀλεξανδρείας, τῇ σῇ γνωρίσαι ὁσιότητι. ἀθρόον γὰρ Ἀλεξανδρέων κληρικοὶ ἐπιστάντες, ἐπιστολὰς ἡμῖν δεδώκασι B διαφόρους, περὶ τῆς θεοσεβείας ἐκπεμφθείσας· τὴν μὲν τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Κελεστίνου, τὰς δὲ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Κυρίλλου. ὧν τὰ ἀντίγραφα ἀποστείλας, παρακαλῶ σου τὴν διάθεσιν, οὕτως αὐτοῖς ἐντυχεῖν, ὥστε μήτε ταραχήν τινα κατὰ διάνοιαν ὑποστῆναι, ἀφ' ἧς πολλάκις φιλονεικίαι καὶ ἐνστάσεις ἐπιβλαβεῖς συμβαίνουσι· μήτε μὴν καταφρονῆσαι τοῦ πράγματος· εἰδότος τοῦ διαβόλου δι' ὑπερηφανίαν πολλὰ τῶν οὐ χρηστῶν πραγμάτων κορυφοῦν; καὶ εἰς ὕψος αἴρειν· ὥστε ἀδιόρθωτα αὐτὰ ποιῆσαι γενέσθαι· ἀλλ' ἐμμελῶς αὐ- C τοῖς ἐντυχεῖν· παραλαβεῖν δέ τινας τῶν ὁμοψύχων σοι πρὸς τὴν τῶν προκειμένων διάσκεψιν. δοῦναι δὲ αὐτοῖς καὶ ἐξουσίαν τὸ συμφέρον, ἀλλὰ μὴ τερπνὸν εἰσηγήσασθαι. πάντως γὰρ εἰ ἔχοιεν ἄδειαν, πολλοί τε ὄντες καὶ γνήσιοι οἱ τοῦ ' σκέμματος κοινωνοῦντες, ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν συμβουλίαν ἥξουσι, καὶ τὸ νομιζόμενον ὑπάρχειν σκυθρωπὸν παραχρῆμα εἴη φαιδρόν.

' πράγματος

γ'.

Καὶ γὰρ εἰ καὶ προθεσμίαν στενοτάτην τοῖς γράμμασιν ἐνέθηκεν ὁ κύριός μου ὁ θεοφιλέστατος Κελεστῖνος ὁ ἐπίσκοπος, δέκα μόναις ἡμέ- D ραις, ὡς τὰ γράμματα αὐτοῦ περιέχει, περιορίσας τὴν ἀπόκρισιν. ἀλλ' ἔξεστιν ἔργον αὐτὸ ποιῆσαι καὶ ἡμέρας μόνης μιᾶς, τάχα δὲ καὶ ὡρῶν ὀλίγων. τὸ γὰρ χρήσασθαι προσφόρῳ ὀνόματι ἐν τῇ κατὰ τὸν παμβασιλέα Χριστὸν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίᾳ, τετριμμένῳ μὲν πολλοῖς τῶν πατέρων, ἐπαληθεύοντι δὲ * καὶ τῇ σωτηρίῳ ἐκ παρθένου γεννήσει, τοῦτο ῥᾴδιον· ὅπερ οὔτε ὡς ἐπικίνδυνον χρὴ παραιτήσασθαι τὴν σὴν ὁσιότητα, οὔτε ἐκεῖνο ὑπολογίσασθαι, ὡς οὐ χρὴ σεαυτῷ τἀναντία ἐκθέσθαι. εἰ γὰρ ἡ διάνοιά σου τοῦ αὐτοῦ τοῖς πατράσι καὶ τῆς ἐκκλησίας διδασκάλοις φρονήματος ἔχεται· τοῦτο γὰρ διὰ πολλῶν καὶ κοινῶν φίλων E περὶ σοῦ δέσποτα μεμαθήκαμεν· τί λυπεῖ τὸ εὐσεβὲς φρόνημα καταλλήλῳ ὀνόματι δημοσιεῦσαι;* καὶ τότε τοσαύτης περικειμένης ταραχῆς, ' καὶ τοσαύτης ζητήσεως ἐκ σοῦ. τοῦτο γὰρ ἴσθι, θεοφιλέστατε, κεκίνηται τὸ κεφάλαιον, καὶ οἷς τε μακρὰν, καὶ οἷς ἐγγὺς, σφόδρα περιτεθρύλληται. καὶ πλείστη ὅση περὶ τούτου ζάλη ἀδοκήτως τὰς ἐκκλησίας διέλαβε, τῶν πανταχοῦ πιστῶν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀλλήλοις καθ' ἑκάστην συῤῥηγνυμένων τὴν ἡμέραν. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἀπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων

εἴη

* ἴσ. ἐπὶ τῇ

* ἴσ. καὶ τοῦτο

' τοῦτο τοσαύτης

ANNO CHRISTI 431.

'εἴη σαφές. ἡ γὰρ δύσις καὶ Αἴγυπτος, τάχα δὲ καὶ Μακεδονία, ἐκείνων ἀπορραγῆναι τῆς ἑνώσεως, ἣν ἱδρῶσι πολλοῖς καὶ πόνοις ἁγίων καὶ ἐπισήμων ἐπισκόπων, καὶ μάλιστα τοῦ τὰ πάντα ἁγίου καὶ κοινοῦ ἡμῶν πατρὸς τοῦ μεγάλου Ἀκακίου, ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις τῷ κοινῷ τῶν ἐκκλησιῶν κεχάρισται. τίς γὰρ μέμψαιτο, εἰ δόξεις λέγειν, ἃ φρονεῖς; μᾶλλον δὲ τίς οὐκ ἂν ἀποδέξαιτο, εἰ δέξεται προσηγορίαν, ἧς τὴν διάνοιαν, ὡς ἔγνωμεν, ἡ σὴ εὐλάβεια κέκτηται, καὶ τοῦτο ὑπὲρ εὐσταθείας καὶ εἰρήνης οἰκουμενικῆς; εἰ δοκεῖ δὲ, καλοῦ παραδείγματος εἰς καιρὸν ὑπομνήσω σε, οὗ βούλομαί σε καὶ μεμνῆσθαι. οὐδὲ γὰρ χρόνος πολύς ἐστιν, ἐξ οὗ παρ' ἡμῖν συμβέβηκεν, ὥστε αὐτὸ τῇ λήθῃ παραδοθῆναι. μέμνησαί που πάντως τοῦ μακαρίου ' Παύλου τοῦ ἐπισκόπου, ἐν ἐξηγήσει εἰπόντος τι τῶν οὐ δοξάντων καλῶς εἰρῆσθαι πρώτῳ τέ σοι, τῷ καὶ παρρησιασαμένῳ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἔπειτα καὶ πᾶσι τοῖς ἀκούσασι· καὶ ὅπως ἐκεῖνος αἰσθόμενος τῆς βλάβης καὶ τῆς ταραχῆς, ἣν ὁ μικρὸς ἐνεποίησε θόρυβος, ἐννοήσας ὡς ἡ ταραχὴ ποιήσει διάστασιν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀντίστασιν, φιλούντων τῶν ἀνθρώπων, εἰ τοιαύτης δράξοιντο ἀφορμῆς, τῇδε κἀκεῖσε διαιρεῖσθαι, καὶ τὴν ἀντίστασιν αὔξειν, τὸν δοκοῦντα βραχὺν εἶναι τοῦ σκανδάλου σπινθῆρα· ὃ δὴ καὶ παρ' ἡμῖν νῦν γεγένηται. ὅπως ὁ γενναῖος ἐκεῖνος ἀναστὰς οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας, τὸ παρ' αὐτοῦ ' πραχθὲν ἀνερυθριάστως ἐπὶ χρησίμῳ τῆς ἐκκλησίας διωρθώσατο· καὶ διορθωσάμενος, παραυτίκα ἀπετρίψατο τὴν καθ' αὐτοῦ γεγονυῖαν διαβολὴν, οὐ λογισάμενος εἶναί τι σαθρὸν τὴν διόρθωσιν. καί τοι πάντων εἰδότων μὲν, ὡς σαθρῶς παρ' αὐτοῦ ἐλέχθη τὸ λεχθὲν, ἀποδεξαμένων δὲ αὐτὸν τῆς παραυτίκα * μεταστάσεως.

' ἀσηστα- φῶς. ' Θεοδώρου ' λεχθὲν * μεταβο- λῆς.

δ'.

Ἐγὼ δέ σου τὴν θεοσέβειαν οὐκ ἐπὶ διαβεβλημένῃ μεταστάσει τοῦ λόγου προτρέπω, οὔτε μὴν ἐναντιότητι μειρακιώδει, ὡς ἄν τις εἴποι· ἀλλ' ἐπειδή σοι πολλάκις ' περὶ πολλοῦ εἴρηται, ὡς μεμαθήκαμεν, ὡς οὐκ ἐκτρεπόμενος τὴν εὐσεβῆ ταύτην διάνοιαν, μόνον τὸ ὄνομα παραιτῇ· εἰ δέ σοί τινες τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπισήμων καὶ τοῦτο ὑπόθοιντο, οὐκ ἂν παραιτήσαιο ἀνενδοιάστως καὶ θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον εἰπεῖν. τούτου ἕνεκα ἐπὶ ' τόσον σε προτρέπω ' προσενεγκεῖν, ἐγκαλούμενος ὅπερ μεμαθήκαμεν μὴ διασφάλλεσθαί τε φρονοῦντα, προστιθέντα δὲ ῥῆμα πράγματι καὶ ὄνομα πολλοῖς τῶν πατέρων καὶ συντεθὲν, καὶ γραφὲν, καὶ ῥηθέν· καὶ μὴ παραιτήσασθαι ῥῆμα ὅλως τὴν κατὰ ψυχὴν ἔλεγχον εὐσεβῆ διάνοιαν. τοῦτο γὰρ τὸ ὄνομα οὐδεὶς τῶν ἐκκλησιαστικῶν διδασκάλων παρῄτηται. οἵ τε γὰρ χρησάμενοι αὐτῷ πολλοὶ καὶ ἐπίσημοι, οἵ τε μὴ χρησάμενοι οὐκ ἐπελάβοντο τῶν χρησαμένων. καὶ μάτην ἡμεῖς, ὡς ἔοικε, δῆθεν ἀκριβείας περιττῆς ἕνεκα πρὸς αἱρετικὴν κακο-

' περὶ πολ- λοῖς ' ...σὸν τῷ ' προσενεγ- κεῖν.

PARTIS I. CAP. XXV.

A perspicere licet. Nam & occidens, & Ægyptus, & ipsa fortasse Macedonia, ab ea unione sese abrumpere decreverunt, quam singularis Dei beneficentia per multos sanctorum patrum, celebriumque episcoporum, & præcipue, per sanctissimi magnique illius patris nostri Acacii sudores molestiasque communi ecclesiæ utilitati impertivit. Quis, quæso, reprehendat, si ea quæ sentis, libere exponas? Imo vero quis laudibus non efferat, si nomen cujus sensum pietas tua, ut cognovimus, possidet, propter publicam quietem, communemque orbis pacem admittat? Quod si videtur, perpulcrum, & ad præsentem controversiam peropportunum exemplum ti- B bi hoc loco in mentem reducam, cujus te quoque meminisse velim. temporis enim, ex quo illud apud nos accidit, adeo multum non intercessit, ut jam animo excidere potuerit. Memoria haud dubie tenes, cum beato ' Paulo in expositione quadam excidisset quiddam, quod tibi in primis, qui per id tempus ceteris liberius egisti, tum aliis quoque omnibus qui audierant, non recte dictum videbatur; quo pacto ille, posteaquam damnum turbamque quæ exiguus motus pepererat, considerasset, expendissetque, ejus- C modi tumultuationes, sectas, dissidiaque generare posse; (solent namque homines hujusmodi arrepta occasione ultro citroque tumultuari, atque a se mutuo sejungi) cogitasset præterea, paruam offensionis scintillam magnum sæpe fomitem discordiis subministrare, (quod etiam nunc apud nos usu venisse cernimus) non post multos dies generose in medium progressus, id quod a se dictũ fuerat, in gratiam ecclesiæ, nihil quidquam veritus correxerit; factaque emendatione, omnem mox calumniam adversum se excitatam penitus extinxerit. Et quamvis nemo nesciret, quod D ab illo dictum erat, minus recte sincereque dictum fuisse; attamen quod prompte id retractaret quod dixerat, hominem statim complexi sunt omnes.

' Theodoro ex mss. Segueriano.

IV.

Ego vero non ad probrosam aliquam orationis correctionem, neque ad puerilem palinodiam, ut sic loquar, pietatem tuam invito: sed quia multi, ut intelligo, non infrequenter ex te audierunt, quod ipsam solam vocem, non piam quoque ipsius [illegible]cis notionem averseris: si qui vero celebri[illegible] is famæ ecclesiastici auctores tibi fuerint, ut ipso quoque nomine admisso, sacram virginem Mariam deiparam appelles, te [illegible]tud neutiquam E recusaturum esse. Hanc ob [illegible] em te moneo, hortorque, ut libera id voce depromas, quod citra errorem sapere certo dignosceris. Age inquam, rei quam recte tenes, nomen quod a multis sæpe patribus u[illegible] rpatum, scriptum, ac pronuntiatum est, adj[illegible] ngere ne graveris: neque vocabulum, quod piam rectamque notionem animi exprimit refutare pergas. Etenim nomen hoc, Th[illegible] tocos, nullus unquam ecclesiasticorum doctorum repudiavit. Qui enim illo usi sunt, & multi reperiuntur, & apprime celebres: qui vero illud non usurparunt, nunquam erroris alicujus eos insimularunt, qui illo usi sunt. Sane dum supervacanea quadam ad vanas hæreticorum opiniones solum spectante curiositate incitati, nomen cujus

sententiam

I PARTIS CAP. XXV.

ANNO CHRISTI 431.

XII. Si quis nor confitetur, Dei V rbum secundum carnem assum, secundum carnem crucifixum, mortemque secundum carnem gustasse, & primogenitum tandem ex mortuis factum esse, quatenus videlicet vita est, & vivificum ut Deus; anathema sit.

ιβʹ. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν, καθὸ ζωή τέ ἐστι καὶ ζωοποιὸς E ὡς Θεός. ἀνάθεμα ἔστω.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S.I.

Præcedentem epistolam a Dionysio Exiguo ante annos mille ac ducentos Latine redditã transtulit in suam canonum collectionem Isidorus Mercator hac præmissa monitione: *Incipit synodus Ephesina prima ducentorum episcoporum habita adversus Nestorium CP. episcopum, qui purum hominem ex sancta virgine Marianatum asseruit: ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis; nec unum Christum in Verbo Dei & carne sentiret, sed separatum atque sejunctum alterum filium Dei, alterum hominis prædicaret. Convenit autem hæc synodus Theodosio juniore XIII. & Valentiniano III consulibus era CCCCLXVIII. Cui synodo præsedit beatissimus quondam Cyrillus Alexandriæ episcopus qui cum omni concilio ad eumdem Nestorium hæc synodalia decreta transmisit.* Religioso a Deo amabili consacerdoti Nestorio: Cyrillus vel quicumque sunt apud Ephesi synodum: Cum salvator noster aperte pronunciet, &c. Hæc ille Ephesino universali concilio tribuens epistolam, quæ fuit scripta dumtaxat ab Alexandrina synodo. Quem errorem postea secuti sunt Iacobus Merlinus, Ioannes Vvendelstinus, Petrus Crabbus, aliique, quos

Laurentius

ANNO CHRISTI 431.

Laurentius Surius, & eruditi postea viri merito reprehenduntur. Quis vero fuerit antiquus illius epistolæ interpres discimus ex sequenti præfatione ad Petrum episcopum missa, quam primus ex suo vetustissimo codice uncialibus literis exarato excudendum formis dedit Christophorus Iustellus, ejusque filius V.C. Henricus Iustellus ipsum illud antiquum exemplar cum aliis pluribus humanissime commodavit.

EADEM S. CYRILLI ET CONCILII ALEXANDRINI SYNODICA EPISTOLA.

A Dionysio Exiguo in Latinum serm. translata, cum ejusdem Præfat. ad Petrum ep.

INCIPIT PRÆFATIO EPISTOLÆ S. Cyrilli Alexandrini episcopi.

Domino beatissimo patri Petro episcopo Dionysius Exiguus in domino salutem.

Beneficiorum vestrorum memor, venerabilis pater, & antistitum Christi decus egregium, semperque ante oculos mentis adponens sancta nutrimentorum vestrorum studia parvulo mihi depensa, quæ nulla spatia locorum poterunt obliterare, vel temporum: quæro vicem referre gratiæ, quam me scio reperire non posse. Sed quia plerumque perficitur voto quod deesse videtur officio, desiderium quod erga vestram paternitatem jugiter gero, quo possum studio pandere non desisto, atque ideo vobis epistolam synodicam sancti Cyrilli Alexandrini pontificis Nestorio quondam Constantinopolitanæ urbis episcopo destinatam, cui duodecim sunt admixta capitula blasphemiæ ejusdem Nestorij sub anathematis obsecratione damnantia: quam nuper de Græco in Latinum eloquium transtuli, per veneratorem vestrum fratrem Sanctulum destinavi: opportunum prorsus hoc tempore existimans quo tanti doctoris apostolica fides Græcis jam dudum bene comperta, sed ignorata Latinis hactenus innotescat: ut Nestoriana labes evidenter agnoscatur ab hominibus, & pro sua malignitate merito respuatur, quæ sub prætextu fidei perfidiam insinuare non desinit, & furore Iudaïco pariter & errore tranquillitatem catholicæ ecclesiæ toto terrarum orbe diffusæ turbare contendit. Et licet optime noverim quod præcepta salubria nequissimi homines hostiliter audeant, suaque dependere consilia parva persistant; tamen omittenda non est quantalibet instructio, propter eos qui non contentionis amore, sed quadam simplicitate falluntur, quia sæpe contigit ut adspirante Deo veritati commodent studium qui mendacio præbuere consensum. Memorati ergo beati Cyrilli scripta præsentia eumdem Nestorium commonent, ut unigenitum Dei Filium de Patre natum ante omnia sæcula, ejusdemque cujus est Pater essentiæ, qui propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine, non audeat in duos dividere, nec solita calliditate conjunctionem quandam, & societatem Dei & hominis adseverare nitatur: quæ vocabula nulla utriusque naturæ inseparabilem unitatem, nec singularitatem personæ, vel certe subsistentiæ Filii Dei ab eo prolata significant, sed duo quædam vel plura potius sub hac istorum hominum occasione demonstrant, sceleratamque divisionem tam nefarii dogmatis conditor, qua ejus impiissimi sectatores dignitate quadam & auctoritate, necnon & relatione sic ut ipsi desipiunt connectere moliuntur. Sed jam melius ista sæpe dicti patris adsertione pandantur, beatitudinis vestræ catholicæ pacem redintegrare propitius, nosque in membris ejus vestris precibus custodire dignetur.

Explicit.

I PARTIS CAPUT XXVI.

INCIPIT EPISTOLA SANCTI Cyrilli Alexandrini episcopi directa Nestorio quondam Constantinopolitanæ urbis episcopo, duodecim continens, anathematismi capitula.

Domino sancto fratri Nestorio episcopo Cyrillus episcopus, & quæ convenit apud Alexandriam synodus ex Ægyptia diœcesi in domino salutem.

Cum salvator noster aperte pronuntiet dicens, qui diligit patrem, aut matrem super me, non est me dignus: & qui diligit filium, aut filiam super me non est me dignus, quid nos patiemur qui " deposcimus a tua religione ut te super Christum salvatorem omnium diligamus? Quis enim nobis in die judicii subvenire poterit, aut quam satisfactionem reperire poterimus, ita diuturnum silentium de prolatis a te contra eum blasphemiis continentes? etiam siquidem te tantummodo læderes, docens ita vel sentiens, sollicitudo nobis minor existeret: cum vero totam scandalizaveris ecclesiam, & fermentum insolitæ pravitatis & novæ hæresis miscueris in populis, non tantum ibidem positis, sed ubique consistentibus. Nam tuarum expositionum libri per cuncta vulgati sunt quæ super nostro silentio ultra vel excusationis sermo sufficiat, aut quomodo non necesse sit meminisse Christi domini sic dicentis: non putetis quod venerim pacem mittere in terra, sed gladium; veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam adversus matrem suam. Nam cum læditur fides, parentum reverentia velut inutilis & periculosa despicitur, & amor erga filios, fratresque vitatur: ad postremum super ipsam vitam mors potius a piis viris eligitur, ut meliorem resurrectionem, sicut scriptum est, consequantur. Ecce itaque te simul cum sancta synodus, quæ apud amplam urbem Romam congregata est, præsidente sanctissimo fratre & consacerdote nostro Cælestino episcopo, his scriptis jam tertio convenimus, consilium dantes ut te a tam pravis abstineas distortisque dogmatibus, quæ & sentire cognosceris, & docere. Recipias vero fidem rectam ecclesiis per beatissimos apostolos, & evangelistas ab initio traditam, qui & oculis inspexerunt, & ministri verbi fuisse monstrantur. Quod si hoc religio tua facere distulerit, juxta dilationem literis præfinitam sanctissimi & venerandissimi consacerdotis nostri Romanæ præsulis ecclesiæ Cælestini: scias te nullam sortem habere nobiscum, nec locum aut conloquium meum de sacerdotibus & episcopis obtinere: non enim fas est contemnere nos ecclesias ita turbatas, & scandalizatos populos, fidemque rectissimam violatam, dissipatum quin etiam gregem quem custodire debueras: & juxta nos amatores

" deposcimus.

I. PARTIS CAPUT XXVI.

tores recti dogmatis extitisses, & sanctorum A patrum vestigia pia consectans. Omnes itaque quos, propter fidem, tua religio a communione removit, aut a suo ordine deposuit, laicos & clericos, in nostra communione recepimus, non justum est eos tuis decretis opprimi, qui noverunt recta sentire, qui etiam bene facientes tibi prudentissime restiterunt: hoc idem namque in epistola quam misisti ad præsulem amplæ Romæ sanctum & coepiscopum nostrum Cælestinum significare curasti: non autem sufficit tuæ religioni solummodo fidei symbolum confiteri, quod expositum est per idem tempus, sancti spiritus largitate, a B venerando & magno concilio apud Nicæam congregato; hoc enim nec intellexisti, nec recte interpretatus es, quinimo perversæ licet sono vocis eadem verba protuleris, sed consequens est & jurejurando fateri te quod anathematizes fidem tuam pollutam, & profana documenta qua sentis & doceas quæ nos universi sive per orientem, seu per occidentem episcopi & magistri præsulesque populorum, credimus & docemus. Epistolis autem ab Alexandria tuæ religioni directis, ecclesiæ consensum præbuit, tam ea quæ apud urbem Romam convenit sancta synodus, quam etiam nos omnes velut recte interpretabiliter conscriptis. Subdidimus autem his nostris literis quæ C te sentire oportet & docere, & a quibus abstinere conveniat. Hæc est enim fides catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, cui cuncti consentiunt orthodoxi per orientem, occidentemque pontifices. Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, & cætera. Sequentes itaque per omnia sanctorum martyrum confessiones, quas, loquente in eis sancto spiritu, protulerunt, & intentioni quæ est in eorum intellectibus, æquis vestigiis inhærentes, atque iter ambulantes regium, profitemur quod ipsum unigenitum Dei verbum, dominum natum ex ipsa patris essentia, de Deo vero D Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt sive in cœlis, sive in terra, salutis nostræ causa descendens ad exinanitionem esse dignatus est inclinare: incarnatus autem & homo factus, id est carnem de virgine sancta suscipiens, eamque propriam faciens, nativitatem nostram ex vulva sustinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abjiciens. Nam licet factus sit in adsumptione carnis & sanguinis; tamen etiam sic quod erat Deus, natura scilicet & veritate persistens. Nec carnem itaque dicimus in naturam deitatis esse conversam, nec in su[b]stantiam commutatam: inconvertibilis etenim est & incommutabilis, idemque ipse juxta scripturas jugiter perma- E nens. Visus est autem & parvulus, sed positus adhuc in cunabulis & in sinibus genitricis virginis constitutus, universam creaturam replebat, ut Deus genitori suo indivisus existens, quod divinum est enim sine quantitate, & sine mole cognoscitur; nec ullis terminis continetur. Unitum ergo carne verbum Dei secundum substantiam confitentes, unum adoramus Filium & dominum Iesum Christum, non seorsum ponentes & determinantes hominem & Deum velut invicem sibi dignitatis, & auctoritatis unitate conjunctos: hoc enim novitas vocis est, & aliud nihil. Nec item Christum specialiter nominantes Deum verbum, quod ex Deo, &c. nec alterum similiter Christum specialiter qui de muliere natus, &c. sed unum solummodo Christum Dei Patris verbum cum propria carne cognoscimus: tunc enim etiam juxta nos unctus est, quamvis spiritum dignis ipse contulerit & non ad mensuram, sic ut beatus evangelista Ioannes adseruit. Sed nec illud dicimus quod Dei verbum velut in homine communi, qui de sancta virgine natus est, habitarit, ne Deum homo Christus habitatorem possidere credatur. Quamvis enim verbum habitaverit in nobis, & dictum sit in Christum habitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter, attamen intelligimus eum, quod caro factus, non sicut in sanctis habitare dicatur, nec talem in ipso habitationem factam definire tentavimus: sed unitus juxta naturam, nec carnem penitus commutatus talem sibi fecit habitationem qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus. Unus igitur est Christus Filius dominus noste[r] non velut conjunctione qualibet, ut in un[a] [vi]te dignitatis & auctoritatis hominis habentis ad Deum: non enim potest unire naturas sola dignitatis æqualitas. Denique Petrus & Ioannes æqualis sunt alteruter dignitatis, propter quod & apostoli sancti discipuli esse monstrantur: verumtamen, uterque non unus est, nec juxta conlationem, vel connexionem, modum conjunctionis advertimus: hoc enim, ad unitatem non sufficit naturalem, nec secundum participationis affectum, sicut nos etiam adhærentes domino, unus cum eo spiritus sumus, imo potius conjunctionis nomen evitamus, tamquam non existens idoneum quod significet unitatis arcanum: sed neque Deum aut dominum Christi verbum Dei patris adserimus, ne iterum manifestius in duo dividamus unum Christum Filium & dominum, & in crimen sacrilegii recidamus, Deum illi seipsum facientes & dominum. Unitus quippe sicut superius diximus Deus verbum carni secundum subsistentiam, Deus quidem est omnium & dominatur universitati. Verumtamen nec servus & sibi ipse, nec dominus, quia ineptum est vel potius impium hoc sentire vel dicere. Quamvis enim Deum suum patrem dixerit, cum Deus sit etiam ipse natura, & de illius essentia, tamen nullatenus ignoramus quod manens Deus, homo quoque factus sit, qui sub Deo juxta debitam legem natura humanitatis existeret, ipse vero sibi vel Deus poterat esse vel dominus: ergo sicut homo quanto decenter exinanitionis mensuræ congruit, sub Deo se nobiscum esse disseruit; hoc etiam modo sub lege factus est quamvis ipse promulgaverit legem, & legislator ut Deus extiterit. Cavemus autem de Christo dicere, propter adsumentem veneror adsumptum, & propter invisibilem [ad]oro visibilem. Horrendum vero super hoc eti[am] illud adjicere, is qui susceptus est cum eo q[u]i suscepit quod nuncupatur Deus: qui enim hæc dicit dividit iterum in duos Christos, [eu]m qui unus est, hominem seorsum in partem, & Deum similiter in parte constituens. Evidenter enim dividit unitatem, quam non alter cum altero coadoratur, aut quod nuncupatur Deus, sed unus intelligitur Christus Iesus Dei Filius, unigenitus, una servitute cum propria carne venerandus.

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

I. PARTIS CAPUT XXVI.

randus. Confitemur etiam quod idem ipse qui ex Deo patre natus est Filius, unigenitus Deus, licet juxta naturam suam expers passionis extiterit pro nobis, tamen secundum scripturas perpessus sit, & erat in cruce fixo corpore propriæ carnis impassibiliter ad se referens passiones: gratia vero Dei, pro omnibus gustavit mortem, tradens ei proprium corpus, quamvis naturaliter ipse vita sit & resurrectio mortuorum. Nam ut mortem ineffabili potentia proculcaret, ac primus in sua carne primogenitus ex mortuis fieret, & primitiæ dormientium, viamque faceret humanæ naturæ ad incorruptionis recursum, gratia Dei, sicut supra dictum est, pro omnibus gustavit mortem, & tertio die resurgens spoliavit infernum. Idcirco quamvis dicatur quod per hominem facta sit resurrectio mortuorum; tamen intelligimus hominem factum verbum quod ex Deo est, & per ipsum mortis imperium fuisse destructum: veniet autem temporibus præfinitis, sicut unus est Filius & dominus, in gloria patris, ut judicet orbem terrarum in æquitate, sicut scriptura testatur. Necessario igitur & hoc adjicimus, adnunciantes enim secundum carnem mortem unigeniti Filii Dei, id est Iesu Christi, & resurrectionem ejus, & in cælis ascensionem pariter confitentes, incruentam celebramus in ecclesiis sacrificii servitutem, sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur, participes sancti corporis & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti, sicut communem carnem percipientes, quod absit: nec ut viri sanctificati & verbo conjuncti secundum dignitatis unitatem, aut sicut divinam possidentis habitationem, sed ut vere vivificatricem, & ipsius verbi propriam factam, vita enim naturaliter ut Deus existens, quia propriæ carni unitus est, vivificatricem eam esse professus est. Et ideo quamvis dicat ad nos, amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non tamen eam ut hominis unius ex nobis existimare debemus, quomodo enim juxta naturam suam vivificatrix esse caro hominis poterit: sed ut vere propriam ejus factam, qui propter nos filius hominis & factus est & vocatus. Eas autem voces quas salvator noster in evangelio protulit, non in duabus subsistentiis aut personis omnino partimur. Non enim duplex est unus Christus & solus, quamvis ex duabus, diversisque rebus ad unitatem cognoscatur individuam convenisse: sicut homo quoque ex anima constans & corpore non duplex, potius, sed unus est ex utroque. Humanas ergo & divinas insuper voces ab uno Christo dictas animadvertentes recte sentimus. Cum enim Deo dignissime loquitur de seipso: qui me vidit, vidit & Patrem: & ego & Pater unum sumus, divinam ejus intelligimus, ineffabilemque naturam, secundum quam unum est cum Patre suo, propter unam eamdemque substantiam, imago & character, splendorque gloriæ ejus existens. Cum vero humanæ naturæ mensuram nullatenus inhonorans Iudæos alloquitur, nunc me quæritis occidere hominem qui veritatem vobis locutus sum. Item non minus eum, qui in similitudine & æqualitate Patris est, Deum verbum etiam in mensuris humanitatis ejus agnoscimus. Si autem necessario creditur quod natura Deus existens factus sit caro, imo potius homo animatus anima rationali, quæ causa est ut in ejus quilibet vocibus erubescat, si eas homine dignas effatus est: quod si sermones homini congruentes abjicit juxta nos hominem fieri quis coegit? cum vero se propter nos ad exinanitionem spontaneam misericorditer inclinaret; quam ob causam dignos exinanitione sermones effugerit? Uni igitur personæ cunctas ejus in evangelio voces adscribimus, uni subsistentiæ, verbi scilicet & incarnati, quia unus est dominus Iesus Christus, ut scriptum est. Appellatum vero apostolum & pontificem confessionis nostræ tamquam sacrificante Deo & Patri fidei nostræ confessionem, & quam a nobis ipsi & per ipsum Deo & Patri incessanter offertur. Iterum cum dicimus, qui ex Deo est secundum naturam Filius unigenitus, nec homini præter eum alteri sacerdotii nomen & officium deputamus. Factus est enim mediator Dei & hominum, & reconciliator ad pacem semetipsum Deo & Patri pro nobis offerens in odorem suavitatis: ideoque sacrificium & oblationem noluisti, holocausta pro peccato non tibi placuerunt, corpus autem perfecisti mihi, tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam. Obtulit enim primum corpus non pro se, sed pro nobis in odorem suavitatis. Nam qua pro se oblatione vel sacrificiis indigeret ab omni peccato liber ut Deus existens? Quod si omnes peccaverunt, & egent gloria Dei secundum hoc quod sumus ad mutabilitatis excessum promptiores effecti, & peccatis ægrotavit humana natura, ipse vero non ita: ideoque nos gloria ejus evincimur, cur erit ultra jam dubium quod agnus verus propter nos & pro nobis sit immolatus? qui dicit autem quia semetipsum tam pro se quam pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiet: cum nihil prorsus iste deliquerit, nec ullum fecerit omnino peccatum: qua igitur egeret oblatione nullo suo excitante facinore, pro quo si esset satis admodum convenienter offerret? De spiritu quoque cum dicit, ille me glorificavit, hoc rectissime sentientes quam Christum & Filium, non velut alterius egentem gloria, confitemur a spiritu sancto gloriam consecutum, quia spiritus ejus nec melior nec superior illo est: sed quia mira opera faciens ad demonstrationem suæ deitatis virtute proprii spiritus utebatur, ab ipsa glorificari dicitur. Quemadmodum si quis de hominibus adseveret quod virtus sua seu disciplina quemlibet unumquemque clarificet, quamvis enim in sua sit subsistentia spiritus & ejus intelligatur in persona proprietas juxta id quod spiritus est & non Filius, attamen alienus non est, ab illo enim spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est, unde & ab isto similiter sicut ex Deo Patre procedit. Denique hic ipse Spiritus etiam per sanctorum manus apostolorum miracula gloriosa perficiens dominum glorificavit Iesum Christum postquam ascendit in cælum. Nam creditus est Christus natura Deus existens, per suum spiri-

I. PARTIS CAPUT XXVI.

ANNO CHRISTI 431.

tum virtutes efficiens, ideoque dicebat, de meo A accipiet & adnuntiabit vobis. Nequaquam vero participatione alterius idem spiritus sapiens aut potens dicitur, quia per omnia perfectus est, & nullo prorsus indigens bono. Nam paternæ virtutis & sapientiæ, id est filii spiritus creditur, & ideo ipsa re & subsistentia virtus & sapientia comprobatur. Igitur quia Deum carni unitum juxta subsistentiam sancta virgo corporaliter peperit, idcirco eam Dei genitricem esse profitemur, non quod verbi natura existendi principium de carne sortita sit; erat enim in principio verbum, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum, & B ipse est conditor sæculorum, Patri coæternus, & universitatis creator. Sed quod superius diximus juxta subsistentiam sibimet veniens humanam naturam, nativitatem sustinuerit ex ipsa vulva corporea, non quod eguerit necessario aut propter suam naturam, nativitate ista, quæ est in extremis sæculi facta temporibus: sed ut ipsas benediceret substantiæ nostræ primitias. Et dum eum carni unitum mulier edidisset, illa quæ adversus omne genus humanum maledictio fuerat prolata, desineret, nec jam morti nostra corpora destinaret. Illud quoque quod dictum est, in tristitia paries filios, ipse dissolvens, verum esse monstraret quod prophetæ voce prædixerat: C Absorpta est mors in victoria: & iterum, abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie, propter hanc etenim causam dicimus eum dispensatorie & ipsis benedixisse tunc nuptiis, cum in Canan Galileæ cum sanctis vocatus apostolis adesse dignatus est. Hæc sapere sumus edocti a sanctis apostolis & evangelistis, & ab omni scriptura divinitus inspirata, nec non & a beatis patrum confessionibus veritate subnixis. His omnibus etiam tuam religionem concordare, & præter aliquem dolum vel fictionem consentire convenit: quæ vero religio tua anathematizare necesse est, D huic epistolæ nostræ subjecta sunt: quod si minime, eisdem subjectis sententiam consequeris

I. Si Quis non confitetur Deum esse veraciter Emmanuel, & propter hoc ipsum Dei genitricem sanctam virginem, peperit enim carnaliter verbum, quod ex Deo est, secundum quod scriptum est, & verbum caro factum est: anathema sit.

II. Si quis non confitetur carne substantialiter unum esse verbum Patris, unum quoque esse Christum cum propria carne, & eumdem ipsum sine dubio Deum simul & hominem: anathema sit.

III. Si quis in uno Christo dividit substan- E tias post unitionem sola eas societate conjungens ea quæ secundum dignitatem est, vel etiam authoritatem, aut potestatem, & non magis conventu ad unitatem naturalem: anathema sit.

IV. Si quis duabus personis vel subsistentiis decernat eas voces quæ tam in evangelicis, quam apostolicis literis continentur, vel etiam eas quæ de Christo a sanctis dicuntur, vel ab ipso Christo de se ipso, & aliquas quidem ex his tamquam homini præter Dei verbum specialiter intelligat, applicandas crediderit, aliquas vero tanquam Deo dignas soli verbo Dei Patris deputaverit; anathema sit.

V. Si quis audet dicere Christum hominem ἄνθρωπον θεοφόρον, id est, hominem Deo utentem, se asportantem, & non Deum esse veraciter dixerit, tamquam unicum Filium per naturam, secundum quod verbum caro factum, participaverit nobis similiter carne & sanguine; anathema sit.

VI. Si quis dicit Deum vel dominum esse Christi Dei patris verbum, & non magis eumdem ipsum confitetur Deum & hominem simul, propter quod verbum caro factum est, secundum scripturas; anathema sit.

VII. Si quis dicit tamquam in hominem Iesum Deum verbum fuisse operatum, & unigeniti dignitatem, tamquam alteri præter ipsum existenti, tribuit; anathema sit.

VIII. Si quis audet dicere adsumptum hominem coadorari cum Deo verbo oportere, & communem pari Deum, tamquam alterum cum altero, adjectio enim unius syllabæ hoc cogit intelligi, & non magis una reverentia veneratur Emmanuel, unamque ei glorificationem dependit, juxta quod verbum caro factum est; anathema sit.

IX. Si quis unum dominum Iesum Christum glorificatum dicit a Spiritu sancto, tamquam ab aliena virtute, qua per eum uteretur, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus, & per eum implesse divina signa, & non magis ejus proprium esse spiritum dicat sicut & patris, per quem signa operatus est; anathema sit.

X. Pontificem & apostolum confessionis nostræ factum esse Christum divina scriptura commemorat. Obtulit enim semetipsum pro nobis Deo patri in odorem suavitatis: si quis ergo pontificem & apostolum nostrum alium dixerit esse factum, præter quam ipsum Deum Dei verbum, quando factum est caro, & secundum nos homo, sed quasi alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere; & si quis dicit, quia pro se obtulit seipsum oblationem, & non magis pro nobis solis, non enim indiguit oblatione qui peccatum nescivit; anathema sit.

XI. Si quis non confitetur carnem domini vivificatricem esse tamquam propriam ipsius Dei verbi, sed quasi alterius cujuspiam præter ipsum, conjuncti quidem secundum dignitatem, aut secundum quod solam divinam inhabitationem habuerit: & non potius ut diximus vivificatricem esse, quia facta est propria verbi Dei, cui omnia vivificare possibile est; anathema sit.

XII. Si quis non confitetur Deum verbum carne passum esse, & carne crucifixum, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod est & vita, & vivificator ut Deus; anathema sit.

Explicit epistola S. Cyrilli.

ΚΕΦΑ-

ANNO CHRISTI 431.

abest a d. Seg. ... proœmium.

I. PARTIS CAPVT XXVII.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κζ'.

Τοῦ αὐτοῦ Κυρίλλου ἐπιστολὴ γραφεῖσα πρὸς τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν Κωνσταντινουπόλεως· ἐν ᾗ γράφει, ὥστε μὴ προσέχειν αὐτοὺς τῇ δυσσεβεῖ διδασκαλίᾳ τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου, μήτε μὴν κοινωνεῖν αὐτῷ, εἰ μένει λύκος ἀντὶ ποιμένος· ἀλλὰ μᾶλλον ἀνδρίζεσθαι ἐν κυρίῳ, καὶ τὴν ἑαυτῶν πίστιν τηρεῖν ἀπαρακόμιστον. ἔτι τε γράφει καὶ κοινωνοὺς εἶναι τοὺς ἐκβληθέντας παρὰ Νεστορίου, ἀντειπόντας αὐτοῦ τῇ διδασκαλίᾳ.

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς πρεσβυτέροις, διακόνοις, καὶ λαῷ Κωνσταντινουπόλεως, Κύριλλος ἐπίσκοπος, καὶ ἡ συνελθοῦσα σύνοδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΨΕ μὲν καὶ μόλις ἤλθομεν ἐφ' ὅπερ ἦν ἄμεινον ἐν ἀρχαῖς ἐλθεῖν, τὸ φροντίδα θέσθαι φαμὲν τῆς ἁπάντων ὑμῶν σωτηρίας, καὶ τοῦ μὴ χρῆναι παθεῖν τὸν ἐπὶ τῇ πίστει θόρυβον. ἀπολογούμεθα δὲ ταῖς ἁπάντων ὑμῶν διὰ τοῦτο λύπαις. διετελέσαμεν γὰρ οὐκ ἀδακρυτὶ τὸν παρῳχηκότα καιρόν· προσεδοκῶμεν δὲ, ὅτι συμβουλαῖς καὶ παραινέσεσιν ἐκκλησιαστικαῖς, καὶ τοῖς παρὰ πάντων ὑμῶν ἐλέγχοις μεταστήσεται μὲν τῶν ἀπηχεστάτων ἑαυτοῦ δογμάτων ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Νεστόριος, τιμήσει δὲ μεθ' ἡμῶν τὴν πίστιν, τὴν παραδοθεῖσαν ταῖς ἐκκλησίαις παρά τε τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ παρὰ παντὸς ἱερατικοῦ τάγματος, καὶ ταῖς διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν φωναῖς εἰς τὸ ἔχειν ὀρθῶς κατεσφραγισμένην. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐξ ὧν παρ' ὑμῖν ἐπ' ἐκκλησίας λαλῶν οὐ παύεται, καὶ ἐκ τῶν ἐγγράφως ἐξηγήσεων αὐτοῦ πεπλανημένον εὑρίσκομεν, καὶ οὐ μετρίως δυσσεβοῦντα περὶ τὴν πίστιν· λοιπὸν ἀναγκαίως ἤλθομεν ἐπὶ τὸ χρῆναι διὰ συνοδικοῦ γράμματος αὐτῷ διαμαρτύρεσθαι, ὡς εἰ μὴ ἀπόσχοιτο τὴν ταχίστην τῶν ἑαυτοῦ καινοτομιῶν, καὶ κατὰ τὴν ὁρισθεῖσαν προθεσμίαν παρὰ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπου Κελεστίνου, ἀναθεματίσει μὲν ἐγγράφως ἐκεῖνα, ἅπερ εἴρηκέ τε παρ' ὑμῖν, καὶ βίβλοις ἐνέθηκεν, ἢ γοῦν ἐντεθῆναι παρεσκεύασεν, αἳ καὶ παρ' ἡμῖν εἰσιν, οὐδένα κοινωνίας ἔχει τόπον πρὸς τοὺς ἱερέας τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἔσται πάντων ἀλλότριος.

Αἰτιάσθω δὲ μηδεὶς τὴν μέλλησιν· οὐ γὰρ ἐνυστάξαμεν θορυβουμένης οὕτω μεγάλης ἀγέλης, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἁπανταχόσε λαῶν καὶ ἐκκλησιῶν· ἐμιμησάμεθα δὲ τοὺς ἰατρικὴν ἔχοντας ἐμπειρίαν, οἳ τὰ ἐν τοῖς σώμασι γινόμενα τῶν παθῶν οὐκ εὐθὺς ταῖς διὰ σιδήρου καὶ πυρὸς ὑποφέρουσιν ἀνάγκαις, ἀλλ' ἠπίοις ἐν ἀρχαῖς φαρμάκοις καταμαλάσσουσι, περιμένοντες τὸν ταῖς τομαῖς πρέποντα καιρόν. ἀνδρίζεσθε τοίνυν ἐν κυρίῳ, καὶ τὴν ἑαυτῶν πίστιν τηροῦντες ἀπαρακόμιστον, εὐαρεστεῖν σπουδάζετε τῷ Χριστῷ, τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ καὶ ἀληθῶς υἱῷ τοῦ Θεοῦ· μεμνημένοι καὶ τῶν ἁγίων ἡμῶν πα-

CAPVT XXVII.

Ejusdem Cyrilli epistola ad clerum populumque Constantinopolitanum: in qua scribit, ne attendant impiæ doctrinæ Nestorii hæretici, neve ipsi communicent, si pro pastore manet lupus: sed magis viriliter agant in domino, & suam fidem constantem servent. præterea scribit, se communicare cum iis, qui a Nestorio ejecti sunt, quod ejus doctrinæ contradixerint.

Dilectissimis ac desideratissimis fratribus, presbyteris, diaconis, populoque Constantinopolitano, Cyrillus episcopus, & synodus quæ ex Ægyptiaca diœcesi Alexandriam convenit, in domino Sal.

SERIUS & vix tandem eo devenimus, quo initio venire oportebat, nempe ut communis omnium vestrum salutis curam susciperemus, nec vos in re fidei tumultu quassari permitteremus. Ceterum vestris hisce querelis respondemus, nos præteritum tempus non absque luctu & lacrymis exegisse, expectantes ut venerabilis episcopus Nestorius cum consiliis & admonitionibus ecclesiasticis, tum vestrum quoque omnium increpationibus permotus, a perversis illis absurdisque suis dogmatibus recederet, fidemque a sanctis apostolis, & evangelicis scriptoribus, nec non ab universo sacerdotum ordine ecclesiis traditam, sanctorumque prophetarum vocibus & oraculis, ne quid detrimenti capiat, obsignatam una nobiscum veneratus complecteretur. Quia vero partim ex his quæ publice apud vos pro concione proponere non cessat, partim rursus ex editis ab illo exegesibus, graviter eum seductum, nec vulgari quoque perfidia & impietate irretitum comperimus; ad eam necessitatem adacti sumus, ut synodicis literis testatum illi faceremus, quod nisi quam celerrime, hoc est, intra præfinitum a Cælestino sanctissimo Romanæ ecclesiæ episcopo dierum spatium, a doctrinæ suæ novitatibus abstinuerit, eaque quæ apud vos docuit, suisque libris qui apud nos etiam reperiuntur, inseruit, vel inseri sane curavit, suo chirographo anathematizet; nullum consortium, neque ullum in posterum inter sacerdotes Dei locum habiturum esse, sed ab omnium societate prorsus alienum fore.

Nemo autem hanc qualemcumque cunctationem vitio nobis vertat. Neque enim grege tam numeroso, imo vero omnibus, quotquot ubivis gentium versantur, populis & ecclesiis perturbatis dormitavimus, sed peritorum medicorum industriam hac in parte imitati sumus. Hi enim morbos & vulnera in humano corpore nascentia non statim igne aut ferro atrociter curant, sed vulnere levioribus primo medicamentis delinito, tempus præstolantur ustioni & sectioni opportunum. Quamobrem viri estote in Christo, fideque quam semel accepistis, constanter servata, Christo uni & soli & vero Dei Filio placere satagite; memores sanctorum patrum

patrum nostrorum, qui sancte inculpateque A sacerdotio apud vos functi sunt, quique dum viverent, sacram virginem deiparam nominabant. Peperit enim illa Emmanuelem, qui verus est Deus. Verbum namque caro factum est; & quo ejus nos fratres evaderemus, qui est super omnem creaturam, ex muliere secundum carnem natus est. Prædicabant autem illi apud vos non duos Christos, sed unum tantum; eumdem nimirum Deum verum, & hominem rursus secundum carnem ex muliere ortum: non hominem nudum, illa tantum copula Deo conjunctum, quæ in sola dignitatis, vel auctoritatis æqualitate cernitur; (hæc enim frigida, & inutilia, & anilia Nestorii sunt dogmata.) Addebant his, illum B ipsum mortem nostri causa secundum carnem perpessum, mortisque imperio divina virtute proculcato, ex mortuis denuo resurrexisse, universorum tamdem judicem olim venturum esse. Hanc in vobis fidem identidem exsuscitantes, immaculatos & inculpatos vos conservate, nullum prorsus commercium cum memorato Nestorio habentes, nec aures illi accommodantes, si pro pastore lupus esse perrexerit, & post hanc nostram admonitionem ad illum destinatam, perversa sapere non destiterit. Denique cum iis C clericis & popularibus quoque, qui propter rectam fidem ab illo excommunicati, vel gradu moti sunt, nos libere communicamus, injustam illius sententiam minime approbantes, sed eos potius qui ista perpessi sunt, commendantes, illudque eis dicentes: Beati estis, si propter Dominum exprobramini; quoniam virtutis & Dei spiritus super vos requiescit.

Ioan. 1.

Galat. 4.

CAPUT XXVIII.

Ejusdem Cyrilli, synodique cum eo collectæ, ad monachos Constantinopolitanos epistola.

D *Religiosissimis piissimisque monasteriorum patribus, qui sunt Constantinopoli, Cyrillus & sancta synodus Alexandriæ congregata, in domino Sal.*

PIETATIS vestræ zelum, quem pro Christo publice in orthodoxorum ecclesia blasphemiis appetito declarastis, plene didicimus, summisque laudibus, ut æquum erat, dilectionem vestram in Christum & ejus nomen extulimus. At nos interim in lacrymis luctuque jacentes, Christum universorum salvatorem obtestamur, ut vel nunc tandem dissipatis diaboli laqueis, ecclesiarum scandala præscindat, maledictisque gloriam illius E insectantes compescat. Quia vero longanimis est, pœnitentiæ tempus abunde satis Nestorio hucusque concessit, omnibus interea conticentibus, magnoque desiderio expectantibus, ut profana illa vocum novitate relicta, quæ recta ac decentia, divinisque scripturis consentanea sunt, nobiscum saperet; fidemque per sanctos apostolos & evangelistas, qui germani mysteriorum Christi dispensatores extiterunt, mandatumque ut euangelium illius vniverso terrarum orbi annuntiarent, habuerunt, jam inde ab initio traditam susciperet. At quia in iisdem erroribus perseverat, blasphemiasque blasphe-

A τέρων, τῶν ἱερατευσάντων, ὀρθῶς καὶ ἁγίως παρ' ὑμῖν, οἳ καὶ ἔτι περιόντες θεοτόκον ὠνόμαζον τὴν ἁγίαν παρθένον. τέτοκε γὰρ τὸν Ἐμμανουὴλ, ὅς ἐστι Θεὸς ἀληθῶς. γέγονε δὲ σὰρξ ὁ λόγος, καὶ γεγέννηται σαρκικῶς ἐκ γυναικὸς, ἵν' ἡμεῖς εὑρεθῶμεν ἀδελφοὶ τοῦ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν. ἐκήρυσσον δὲ οὐ δύο παρ' ὑμῖν Χριστοὺς, ἀλλ' ἕνα, τὸν αὐτὸν Θεὸν λόγον καὶ ἄνθρωπον κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός· οὐ συναφείᾳ ψιλῇ, καὶ ὡς ἐν ἰσότητι μόνῃ τῶν ἀξιωμάτων συνημμένον ἄνθρωπον Θεῷ. ταῦτα γὰρ ἐκείνου τὰ ψυχρὰ καὶ ἀνωφελῆ καὶ γραώδη δόγματα. τὸν αὐτὸν δὲ καὶ παθεῖν ἔφασκον σαρκικῶς ὑπὲρ ἡμῶν B τὸν θάνατον, καὶ ἀναστῆναι θεϊκῶς πατήσαντα τὸ τοῦ θανάτου κράτος, ἥξειν τε ἔφασκον τῶν ὅλων κριτήν. ταύτην ἐν ἑαυτοῖς ἀναζωπυροῦντες ἀεὶ τὴν πίστιν, ἀσπίλους καὶ ἀμώμους ἑαυτοὺς τηρήσατε, μήτε κοινωνοῦντες τῷ μνημονευθέντι, μήτε μὴν ὡς διδασκάλῳ προσέχοντες, εἰ μένει λύκος ἀντὶ ποιμένος, καὶ μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν ὑπόμνησιν τὴν πρὸς αὐτὸν γενομένην, φρονεῖν ἕλοιτο τὰ διεστραμμένα. τοῖς δέ γε τῶν κληρικῶν, ἤτοι λαϊκῶν C διὰ τὴν ὀρθὴν πίστιν κεχωρισμένοις, ἢ καθαιρεθεῖσι παρ' αὐτοῦ, κοινωνοῦμεν ἡμεῖς, οὐ τὴν ἐκείνου κυροῦντες ἄδικον ψῆφον, ἐπαινοῦντες δὲ μᾶλλον τοὺς πεπονθότας, κἀκεῖνο λέγοντες αὐτοῖς· εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν κυρίῳ, μακάριοι· ὅτι τὸ τῆς δυνάμεως καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα εἰς ὑμᾶς ἀναπέπαυται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κη'.

Τοῦ αὐτοῦ καὶ τῆς αὐτῆς συνόδου, πρὸς τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει μοναχούς.

D Τοῖς εὐλαβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις πατράσι μοναστηρίων, τοῖς κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν, Κύριλλος καὶ ἡ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν συναχθεῖσα ἁγία σύνοδος, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΤΗΣ θεοσεβείας ὑμῶν τὸν ζῆλον, ὃν ἐν Χριστῷ πεποίηκε βλασφημουμένῳ, καὶ τοῦτο ἐν ἐκκλησίᾳ τῇ τῶν ὀρθοδόξων, μεμαθήκαμεν ἀκριβῶς. καὶ σφόδρα μὲν ἐπῃνέσαμεν τῆς εὐνοίας ὑμᾶς τῆς εἰς Χριστὸν, καὶ ἀγάπης τῆς εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. κλαίοντες δὲ διατελοῦμεν, καὶ παρακαλοῦντες τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστὸν, νῦν θραῦσαι τὴν τοῦ διαβόλου παγίδα, καὶ περιελεῖν τῶν ἐκκλησιῶν τὸ σκάνδαλον, E καὶ παῦσαι τὰς κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ δυσφημίας. ἐπεὶ δέ ἐστι μακρόθυμος, καιρὸν μεταγνώσεως ἐπεδαψιλεύσατο τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Νεστορίῳ, σιωπώντων πάντων τέως ἐπ' αὐτῷ, καὶ περιμενόντων, ὅπερ ἦν ἅπασι δι' εὐχῆς, τὸ μεταστῆναι μὲν αὐτὸν τῆς βεβήλου καινοφωνίας, φρονῆσαι δὲ μεθ' ἡμῶν τὰ ὀρθὰ καὶ εἰκότα, καὶ ταῖς θεοπνεύστοις συμβαίνοντα γραφαῖς, ἑλέσθαι τε τὴν πίστιν τὴν παραδοθεῖσαν ἄνωθεν ταῖς ἐκκλησίαις παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, οἳ καὶ γεγόνασιν οἰκονόμοι γνήσιοι τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, καὶ ἱερουργεῖν ἐτάχθησαν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανόν. ἐπειδὴ δὲ μεμένηκεν ἐν τοῖς αὐτοῖς, τάχα δήπου καὶ ἐν χείροσι γέγονε, προστιθεὶς ἀεὶ δυσφημίας ἐπὶ δυσφημίαις,

ANNO CHRISTI 431. | I. PARTIS CAPUT XXIX.

δυσφημίαις, καὶ ξένα καὶ ἀλλότρια παντελῶς ἐξηγούμενος δόγματα, ἃ μὴ οἶδεν ὅλως ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία· ἐδικαιώσαμεν ὑπομνησθέντα τρίτῳ γράμματι, τούτῳ δὴ τῷ πεμφθέντι παρά τε ἡμῶν, καὶ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ Κελεστίνου, τοῦ τῆς μεγάλης Ῥώμης ἐπισκόπου. (ὑπομνηθέντος)

Εἰ μὲν ἕλοιτο μετανοῆσαι, καὶ ἐφ' οἷς εἴρηκε δακρύσας, ἀναθεματίσαι μὲν ἐγγράφως τὰ διεστραμμένα ἑαυτοῦ δόγματα, ὁμολογῆσαι δὲ ὀρθῶς καὶ ἀνεπιλήπτως τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τὴν πίστιν, μένειν αὐτὸν, συγγνώμην αἰτοῦντα, καὶ ἃ δεῖ μανθάνοντα. εἰ δὲ μὴ ἕλοιτο ταῦτα πρᾶξαι, ἀλλότριον αὐτὸν εἶναι καὶ ξένον τοῦ χοροῦ τῶν ἐπισκόπων, καὶ τοῦ διδασκαλικοῦ ἀξιώματος. οὐ γάρ ἐστιν ἀκίνδυνον ἐν εἴδει ποιμένος λύκον ἐπαφεῖναι δεινὸν τοῖς τοῦ σωτῆρος ποιμνίοις. ἀνδρίζεσθε τοίνυν ὡς δοῦλοι Χριστοῦ, καὶ φροντίσατε τῶν ἰδίων ψυχῶν, πάντα πράττοντες ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅπως ἂν ἡ εἰς αὐτὸν πίστις ὀρθὴ καὶ ἀκατάγνωστος κηρύττηται πανταχοῦ. τοῦτο γὰρ ὑμᾶς καὶ τῶν μετὰ ταῦτα κινδύνων ἀπαλλάξει, καὶ ἐπὶ τοῦ θείου βήματος στεφάνων ἀξιωθῆναι παρασκευάσει, τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης ἕνεκα σύμπαντας ἀποδεχομένου τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοί. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι. (Θεοῦ,)

A miis cumulans, ad deteriora subinde gradum facit, & peregrina alienaque dogmata, quæ sancta Dei ecclesia nunquam agnovit, proponere non desinit; æquum esse existimavimus vel ternis literis illum commonefacere: quibus illæ quoque accedunt, quæ jam una cum nostris postremis, à sanctissimo piissimoque fratre & comministro nostro Cælestino magnæ urbis Romæ episcopo missæ sunt.

Summa autem admonitionis hæc est; si quidem resipiscere, & ea quæ dixit, lacrymis diluere, ac dogmata quæ falsa proposuit, scripto anathemate condemnare; & rectam tamdem inculpatamque catholicæ ecclesiæ fidem voluerit agnoscere; fore ut veniam, si tamen eam petat, & quæ oportet doceri se sinat, promereatur. Sin vero ea facere recusarit, ab episcoporum cœtu, nec non a magisterii dignitate se prorsus alienum extorremque esse intelligat. Neque enim tutum est, lupum Christi gregibus infestum, sub pastoris specie admittere. Viri itaque estote, &, ut servos Dei decet, animarum vestrarum curam suscipite; tum pro Christi gloria, & ut fides quæ in ipsum est, recta & sincera ubique locorum annuntietur, nihil non tentate. Hoc enim vos & a futuris periculis liberabit, & coram divino tribunali corona dignos efficiet, Christo omnium nostrum salvatore propter vestram erga illum dilectionem laudante omnes & remunerante. *Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos fratres qui mecum sunt.* Opto vos in Christo valere, dilecti & desideratissimi fratres. Rom. 16. v. 16.

CAPUT XXIX.

Insani Nestorii anathematismi, Cyrilli anathematismis oppositi.

I. Si quis eum qui est Emmanuel, Deum verum esse dixerit, & non potius nobiscum Deum; hoc est, inhabitasse eam quæ secundum nos est, naturam, per id quod unitus est nostræ, quam de Maria virgine suscepit: matrem etiam Dei Verbi, & non potius ejus, qui Emmanuel est, nuncupaverit; ipsumque Dei Verbum in carnem versum esse, quam accepit ad ostentationem deitatis suæ, ut habitu inveniretur ut homo; anathema sit.

II. Si quis in Verbi Dei conjunctione, quæ ad carnem facta est, de loco in locum mutationem divina sententia dixerit esse factam; ejusque divinæ naturæ carnem capacem dixerit, ac partialiter unitam carni; aut iterum in infinitum incircumscriptæ naturæ, cum extenderent carnem, accipiendum Deum; eumdemque ipsum natura & Deum dicat & hominem; anathema sit.

III. Si quis non secundum conjunctionem unum dixerit Christum, qui etiam Emmanuel secundum naturam; ex utraque etiam substantia, tam Dei Verbi, quam etiam ab eo hominis suscepti, in una Filii connexione, quam etiam nunc inconfuse servamus, minime confitetur; anathema sit.

IV. Si quis eas voces, quæ tam in euangelicis, quam in epistolis apostolicis de Christo, qui est ex utraque, scripta sunt accipiat tamquam de una natura; ipsique Dei Verbo tentat passiones tribuere, tam secundum carnem, quam etiam deitatem; anathema sit.

V. Si quis unum esse post assumptionem hominis naturaliter Dei Filium audet dicere, cum sit Emmanuel; anathema sit.

VI. Si quis post incarnationem Deum Verbum alterum quempiam præter Christum nominaverit; servi sane formam initium non habere cum Deo Verbo, & increatam, ut ipse est, dicere tentaverit, & non magis ab ipso creatam confiteatur, quam natura dominum & creatorem & Deum, quam & suscitare propria virtute promisit, *Solvite*, dicens, *templum hoc, & in triduo suscitabo illud*, Ioan. 2. anathema sit.

VII. Si quis hominem, qui in virgine creatus est, hunc esse unigenitum dixerit, qui ex utero Patris ante Luciferum natus est, & non Psal. 109. magis propter unitionem eum, qui est naturaliter unigenitus, Patris unigeniti appellatione confitetur participem factum; Iesum quoque alterum quempiam præter Emmanuelem dicat; anathema sit.

VIII. Si quis servi formam pro seipso, hoc E est, secundum propriæ naturæ rationem, colendam esse dixerit, & non omnium dominam; & non potius per societatem, qua beatæ, & ex se naturaliter domini unigeniti naturæ conjuncta est, veneratur; anathema sit.

IX. Si quis formam servi consubstantialem esse dixerit Spiritui sancto, & non potius per illius mediationem, quæ est ad Deum Verbum, & ex ipsa conceptione habuisse dixerit conjunctionem, per quas communes nonnunquam in homines miranda curatione exercuit, & ex hoc curandorum spirituum eveniebat esse potestatem; anathema sit.

X. Si quis illum in principio Verbum, pontificem

I. PARTIS CAPUT XXX.

ANNO CHRISTI 431.

Hebr. 3. tificem & apostolum confessionis nostræ factum esse, seque ipsum obtulisse pro nobis dicat, & non Emmanuelis esse apostolum dixerit, oblationemque secundum eamdem rationem ei tribuat, qui univit; si quis unitus ad unam communitatem filii, hoc est, Deo quæ Dei, & homini quæ sunt hominis deputans anathema sit.

XI. Si quis unitam carnem, ex naturæ propriæ possibilitate vivificatricem esse dixerit, ipso domino & Deo pronuntiante: *Spiritus est qui vivificat, caro nihil prodest*: anathema sit. *Spiritus est Deus*, at non pronuntiatum est. Si quis ergo Deum Verbum carnaliter secundum substantiam carnem factum esse dicat, hoc autem modo & specialiter custodit, & maxime in domino Christo post resurrectionem suam discipulis suis dicente: *Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere*: anathema sit.

Ioan. 6. v. 63. Ioan. 4. v. 24. Luc. 24. v. 39.

XII. Si quis confitens passiones carnis, eas quoque tamquam Verbo Dei tribuit, quas etiam carni, in qua factus est, adhibuerit, non discernens dignitatem naturarum; anathema sit.

CAPUT XXX.

Basilii diaconii, relinquorum monachorum supplicatio.

Piissimis & honoratissimis, Deoque & hominibus dilectis, Christianis imperatoribus, Flaviis Theodosio & Valentiniano, Basilii diaconi & archimandritæ, & Thalassii lectoris & monachi, reliquorumque Christianorum monachorum supplicatio, seu exhortatio.

I.

IMMENSA Dei benignitas & clementia, quæ mortalium genus suis donis & bonis nunquam cumulare desinit, in omnibus & super omnia conspicua est. Porro autem inter alia Dei beneficia non immerito censenda est veritatis cognitio, & odium falsæ cognitionis: quo nimirum explorata perspectaque habeamus fidei mysteria, jam inde ab initio a sanctis apostolis, martyribus, confessoribus & episcopis, conspirantibus ad id quoque religiosissimis principibus, catholicæ ecclesiæ tradita: & primo quidem ab apostolorum principe Petro, secundum cognitionem quam divinitus perceperat, hanc palam confitente, posteritatique tradente: *Tu es Christus filius Dei vivi*: a Iacobo apostolo & archiepiscopo, Ioanne apostolo & evangelista, reliquisque evangelistis, martyribus, confessoribus, episcopis, atque ab omnibus, qui consubstantiali trinitati crediderunt, & credunt; ab Irenæo, Gregorio magno Neocæsareæ episcopo; a sancta synodo Antiochiæ contra Paulum Samosatenum congregata, quæ centum octoginta numero patres complexa, illum propter suam impietatem (negabat enim Christum natura esse Deum, & Dei Patris filium) exauctoravit; a magna & sancta trecentorum decem & octo episcoporum synodo apud Nicæam habita, quæ sententiam eorum qui Antiochiæ contra Paulum Samosatenum convenerant, confirmavit & approbavit; a Basilio & Gregorio episcopis & fratribus, Athanasio ecclesiæ Alexandrinæ episcopo, Ephræm Syro, Gregorio episcopo, Ammone episcopo, Vitalio episcopo, Amphilochio, Paulo, Antiocho, Eustathio, Methodio, Optimo, Leporio, Ambrosio Mediolanensium episcopo; ab universa synodo Africana, Ioanne, Severiano, Attico episcopo, Cyrillo Alexandriæ episcopo, qui etiamnum superstes nostræ pietatis legem observat. Denique nullus hominum facile enumeraverit omnes fideles, qui

Matth. 16. v. 16.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λ'.

Δέησις Βασιλείου διακόνου καὶ λοιπῶν μοναχῶν.

Τοῖς εὐσεβεστάτοις, καὶ τιμηθεῖσι, καὶ τιμωμένοις παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, χριστιανοῖς βασιλεῦσι, * Φλαυίοις Θεοδοσίῳ καὶ Οὐαλεντινιανῷ, δέησις, εἴτουν παράκλησις παρὰ Βασιλείου διακόνου καὶ ἀρχιμανδρίτου, καὶ Θαλασσίου ἀναγνώστου καὶ μονάζοντος, καὶ λοιπῶν χριστιανῶν μοναχῶν.

* Φλαυίῳ, Φλαυΐοις

α'.

Η ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΑ τοῦ Θεοῦ, ἡ * ἀναριθμήτων παρὰ ἀνθρώποις καλῶν μετουσίαν δωρησαμένη τε καὶ δωρουμένη τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, ἐν πᾶσι, καὶ ἐπὶ πᾶσίν ἐστιν. ἐν τούτοις δὲ τοῖς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δώροις ἔνεστιν ἡ ἀληθινὴ γνῶσις, καὶ τὸ μῖσος τῆς ψευδωνύμου γνώσεως· ὥστε εἰδέναι ἡμᾶς τὴν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, καὶ μαρτύρων, καὶ ὁμολογητῶν, καὶ ἐπισκόπων ἁγίων, συνεργούντων καὶ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, παραδοθεῖσαν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ πίστιν· πρῶτον ὑπὸ Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, τοῦ πρωτοστάτου, εἰπόντος, κατὰ ἀποκάλυψιν καὶ γνῶσιν καὶ ὁμολογίαν καὶ παράδοσιν τοῖς μετ' αὐτόν· ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· Ἰακώβου ἀποστόλου καὶ ἀρχιεπισκόπου, Ἰωάννου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ, καὶ λοιπῶν εὐαγγελιστῶν, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, ἐπισκόπων, καὶ πάντων τῶν πιστευσάντων καὶ πιστευόντων τῇ ὁμοουσίῳ τριάδι· Εἰρηναίου, Γρηγορίου τοῦ μεγάλου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας· τῆς ἁγίας συνόδου τῶν ρπ'. ἐπισκόπων, ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθείσης κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ἥτις καθεῖλεν αὐτὸν διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὸν Χριστὸν φύσει Θεὸν, καὶ υἱὸν Θεοῦ πατρός· τῆς ἐν Νικαίᾳ μεγάλης καὶ ἁγίας συνόδου τῶν τιη'. ἐπισκόπων, τῆς βεβαιωσάσης τὸν ὅρον τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ· Βασιλείου καὶ Γρηγορίου ἀδελφῶν ἐπισκόπων, Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Ἐφραὶμ τοῦ Σύρου, Γρηγορίου ἐπισκόπου, Ἀμμωνος ἐπισκόπου, Οὐιταλίου ἐπισκόπου, Ἀμφιλοχίου, Παύλου, Ἀντιόχου, Εὐσταθίου, Μεθοδίου, Ὀπτίμου, Λεπορίου, Ἀμβροσίου Μεδιολάνων· ὅλης τῆς ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνόδου· Ἰωάννου, Σευηριανοῦ, Ἀττικοῦ ἐπισκόπου, Κυρίλλου, τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, τοῦ νῦν ζῶντος, καὶ τῷ νόμῳ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐξακολουθοῦντος. οὐδεὶς μὲν οὖν ἀνθρώπων δύναται πάντας τοὺς πιστοὺς ἐξαριθμήσασθαι, τοὺς

* ἀναρίθμητος

πιστεύσαντας

NNO HRISTI 431.

πιστεύσαντας καὶ πιστεύοντας εἰς Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ὅτι ὄντως ἀληθινὸς Θεός ἐστιν. οὐ γάρ, ἐπειδὴ δι' ἡμᾶς ἐγένετο ἄνθρωπος, μείνας ὃ ἦν Θεὸς, ὡς καὶ ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια δίεμαθεν, ἤδη καὶ τὸ, ἦν, ἀρνησόμεθα· ἀλλὰ ἡμεῖς πιστεύομεν, καὶ ὁμολογοῦμεν, καὶ κηρύττομεν, ὅτι ὁ πρὸ τῶν αἰώνων Θεὸς λόγος, ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὑπάρχων, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν τὴν πρὸς ἡμᾶς οὖσαν, γέγονεν ἄνθρωπος τέλειος, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας, μείνας ὃ ἦν, Θεὸς, διὰ τὴν τοῦ γένους ἡμῶν σωτηρίαν γεννηθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, ὡς αὐτὸς οἶδε.

β'.

Τούτου ἕνεκα τοῦ ἀληθοῦς δόγματος, τοῦ ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἀκριβῶς κηρυττομένου, καὶ τοῦ αἱρετικοῦ Παύλου δικαίως ἐξωσθέντος, ἐγένοντο σχίσματα λαῶν, ἀκαταστασίαι ἱερέων, ταραχὴ ποιμένων. ὅθεν καὶ νῦν κατὰ πρόσωπον τοῦ ἐγχειρισθέντος τὸν τῆς ἐπισκοπῆς θρόνον Νεστορίου. εἰ δεῖ εἰπεῖν ἐπίσκοπον· ἐν τῷ συνεδρίῳ, πολλάκις τινὲς τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων ἤλεγξαν αὐτὸν καὶ διὰ τὴν ἀπείθειαν αὐτοῦ, τὸ μὴ λέγειν θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον, καὶ Θεὸν ὄντα φύσει ἀληθινὸν τὸν Χριστὸν, τῆς αὐτοῦ κοινωνίας ἑαυτοὺς ἐξέβαλον, καὶ κατέχουσιν ἕως ἄρτι· τινὲς δὲ λάθρα ὁμοίως τῆς αὐτοῦ κοινωνίας στέλλονται. ἄλλοι δὲ τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων, διὰ τὸ λέγειν ἐν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ ἐκκλησίᾳ, Εἰρήνῃ τῇ παραθαλασσίᾳ, κατὰ τοῦ ἀνανεωθέντος κακῶς δόγματος, τοῦ λέγειν ἐκωλύθησαν. ὅθεν ἐπεβόα ὁ λαὸς, ζητῶν τῆς ὀρθοδοξίας συνήθη διδασκαλίαν, λέγων· βασιλέα ἔχομεν, ἐπίσκοπον οὐκ ἔχομεν. καὶ τέως μὲν * ἀνεκδίκητον ἔμεινε τὸ τοῦ λαοῦ πειρατήριον, τοῦ συλληφθέντος ἐκ μέρους παρὰ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ ἐν τῷ δικανικῷ τυπτηθέντος διαφόρως ἐν πόλει βασιλευούσῃ· ἃ οὔτε ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς βαρβαρικοῖς ἐγένετο. τινὲς κατὰ πρόσωπον ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἐπὶ λαοῦ ἤλεγξαν, καὶ θλίψιν οὐ μικρὰν ὑπέμειναν. τῶν δὲ ἀφελεστέρων τις μοναζόντων ἐναικάθη κατὰ ζῆλον, ἀνὰ μέσον τῆς ἐκκλησίας, τὸν κήρυκα τῆς ἀνομίας ἐπισχεῖν τοῦ μὴ εἰσελθεῖν, συνάξεως οὔσης, αἱρετικοῦ αὐτοῦ ὄντος. τοῦτον δὲ τυπτήσας, τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις ἐπάρχοις παρέδωκεν. ἔτι δὲ τυπτηθέντα, καὶ πομπευθέντα δημοσίᾳ, τοῦ κήρυκος βοῶντος ἔμπροσθεν αὐτοῦ, τῇ ἐξορίᾳ παρέπεμψεν. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, μετὰ τὴν ἀθέμιτον αὐτοῦ ὁμιλίαν, οἱ τῆς φατρίας αὐτοῦ τοῦ κατέχοντος, φόνον ἔμελλον ποιεῖν, εἰ μὴ ἡ τοῦ Θεοῦ βοήθεια κατέλαβε.

γ'.

Τὰ περὶ ἡμῶν δύσπιστά ἐστι τάχα πολλοῖς τοῖς ἀκούουσι. κατὰ γὰρ κέλευσιν αὐτοῦ καὶ προτροπὴν ἀνήλθομεν ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ πληροφορηθῆναι, εἰ καθὼς ἐνοήσαμεν, ἃ περὶ αὐτοῦ ἠκούσαμεν, ἐστὶν, ἢ οὔ. καὶ εἰς ὑπέρθεσιν δεύτερον καὶ τρίτον ἡμᾶς ἔβαλε. καὶ τότε μόλις ἐκέλευσεν ἡμῖν εἰπεῖν, τί ἐστιν ὃ βουλόμεθα. ὡς δὲ ἤκουσε παρ'

A credíderunt & credunt in Christum Dei Filium, quod verus sit Deus. Neque enim, posteaquam nostri causa homo factus est, id quod erat, hoc est, Deus esse non desinens (quemadmodum & vestra quoque pietas non ignorat) idcirco negabimus quod erat. Sed nos credimus, & profitemur, & prædicamus, Deum Verbum, unigenitumque Dei Filium; qui sæcula omnia antecedebat, propter suam erga nos benignitatem, immensamque bonitatem, hominem perfectum, nobisque per omnia similem (peccato tantum excepto) effectum esse; idipsum quod erat non amittens, modo quem solus ipse novit, ex sancta virgine B Maria pro salute humani generis natum esse.

I. PARTIS CAPUT XXX.

II.

Ob hoc verum dogma in sanctissima Dei ecclesia sincere prædicatum, Paulumque hæreticum jure optimo ejectum, facta sunt schismata populorum, perturbatio sacerdotum, & pastorum tumultuatio. Quin & hoc ipso quoque tempore quidam e reverendissimorum sacerdotum numero Nestorium, qui obtinet episcopatus hujus sedem (si tamen episcopum vocare fas est) eo quod Christum natura verum Deum, sanctam vero virginem deiparam esse obstinata animi contentione negare pergat, in publico consessu co- C ram non infrequenter corripuerunt, & ab ejusdem communione desciverunt, & in hodiernum usque diem desciscunt; nonnulli clanculum ab illius consortio se subduxerunt: alii ex religiosissimis presbyteris, quoniam in hac sancta ecclesia Irene maritima contra repullulans pravum dogma invehebantur, dicendi facultate privati sunt. Unde accidit, ut populus usitatam fidei prædicationem requirens, publ e inclamaret: Imperatorem habemus, epi opum non habemus. Verum hic populi conatus non mansit impunis. Pars namque a ministris comprehen- D sa, atque ad tribunal abstracta, tali immanitate diverberata exce iquè est in regia civitate, qualis ne apud barbaras quidem nationes quandoque usitata fuit. Non defuerunt qui populo præsente & audiente in sanctissima ecclesia coram illi reclamarent; sed non citra gravissima incommoda, quæ ea de causa pertulerunt. Denique simplex quidam monachus, zelo vehementi instigatus, in medium ecclesiæ progressus, cum synaxis celebraretur, impietatis præconem, quod hæreticus esset, ab ingressu prohibere conatus est. Sed hunc ille cæsum magnificis præsidibus tradidit; flagrisque denuo dissectum, & publice cæsum, præcone non absque clamore E præeunte, in exilium expulit. Neque tragœdia hæc hisce finibus constitit. Etenim qui partes sequuntur omnia per vim agentis, post impiam illius concionem, nisi Deus prohibuisset, in ipsamet sacrosancta Dei ecclesia cædem edituri erant.

/nomen ecclesiæ quæ ex situ maritima dicta est, cũ aliæ essent ejusdem nominis. Ex Procopio de ædificiis Justiniani edit. Rom. in emendat.

III.

Porrò autem iis quæ ab illo perpessi sumus, multi fortasse fidem non habebunt. Etenim quo perfecte edoceremur, verane ea essent, an falsa, quæ de eo acceperamus, in episcopale palatium illius jussu hortatuque conscendimus. Semel autem atq; iterum in aliud tempus rejecti, vix tandem prodiens: Quæ, inquit, vultis, ea paucis exponite. Posteaquam vero ex

I. PARTIS CAPUT XXX.

ANNO CHRISTI 431.

nobis audivit, quæ docuerat; scilicet, Mariam nihil aliud peperisse quam hominem sibi coessentialem, nihil rursum e carne nasci posse, nisi carnem; ea rectæ fidei consentanea non esse, statim nos capi jussit: inde cædente nos turba satellitum, ad tribunal abducimur, ibidemque veluti nequam scelerati, denudamur, denudatique & vincti indignis modis ad palum, & strati vapulamus, calcibusque impetimur. Denique eiusmodi nos in ecclesia iniuste ab injusto illo perpessi sumus, quæ ne infimæ quidem sortis homines experiuntur in foro civili, non dico clerici, & monachi, & archimandritæ. Ceterum diu multumque ibi divexati, fameque tabescentes, sub custodia non modico tempore fuimus asseruati. Neque illius furiæ his contentæ conquieverunt; verum per quamdam imposturam magnificentissimo celeberrimæ civitatis hujus præfecto traditi sumus. Ferroque onusti ad carcerem abstrahimur: hinc iterum extracti, catenisque ut ante impediti, prætorio sistimur. Cumque ibidem nullus plane qui nos accusaret, præsto foret, rursum ad reorum locum a satellitibus reducimur; hucque reducti, denuo ab illo in faciem cædimur. Denique composita oratione per fraudem assensus est, ut postea patuit, de naturali Dei Filio, quod natus sit de sancta Maria deipara: addens quoniam est etiam alius filius. atque in hunc modum tandem nos dimisit.

IV.

Quamobrem iterum atque iterum immortalem piissimamque fidem vestram obtestamur, ne orthodoxam ecclesiam orthodoxi piissimique regni vestri temporibus ab hæreticis adulterari ultra permittatis. Non expetimus contumelias indigne nobis illatas vindicari; Deus novit: desideramus autem Christianæ fidei fundamentum inconcussum immotumque persistere. Vestra proinde majestas efficiet ut sacra & œcumenica synodus primo quoque tempore huc coeat; quo hac præsente Christus sanctissimam ecclesiam uniat, populumque in unum reducat, ac sacerdotes sinceræ fidei prædicatores, priusquam impia illa doctrina latius serpat, loco suo restituat. Illud etiam obnixe precamur ac petimus, quandoquidem Nestorius comminationibus, insectationibus, exiliis, callidis pravisque machinationibus perterrefacere molitur; & quo suam insaniam, suamque impietatem confirmatiorem reddat, quæcumque excogitari possunt, sine discrimine aggreditur; non Deum timet, nullum hominem veretur, nullum episcopum veneratur, nullum sacerdotem aut clericum, aut sanctum monachum, aut religiosum laicum honorat; nullam pœnam iniquis decretam formidat, nullam denique legem ministrorum iræ divinæ in ejus provocatores: sed superbia qua omnes parvipendit, elatus, pecuniisque & corruptorum quorumdam hominum potentia fretus; &, ut libere quod res est, dicamus, vestra quoque dominatione fretus hæc facit: Petimus, inquam, ne quidquam deinceps in quempiam illi liceat, nisi primum orthodoxæ fidei veritas enucleetur: ne, quod obnixe studet, hac penitus dissipata eversaque, suam paulatim introducat. Animadvertit enim,

ἡμῶν, ὅτι ταῦτα τὰ παρ' αὐτοῦ λεχθέντα, τὸ, οὐκ ἔτεκε, φησὶ, Μαρία, εἰ μὴ ἄνθρωπον ὁμοούσιον ἑαυτῆς· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστιν, οὐκ ἔστιν ὀρθοδόξων· παραχρῆμα ἐκέλευσε συλληφθῆναι ἡμᾶς· κἀκεῖθεν τυπτόμενοι παρὰ τοῦ ὄχλου τῶν δικανῶν, ἀπηγόμεθα ἐν τῷ δικανικῷ· κἀκεῖ γυμνοὺς ἡμᾶς δεσμίους, ὡς καὶ ὑπευθύνους τῇ τιμωρίᾳ ἐστύλισαν, ἐκρεβάτισαν, καὶ ἐπτέρνισαν. ὅπερ οὐ πάσχουσιν ἐν τοῖς ἔξω δικαστηρίοις, οὐ λέγομεν ὅτι κληρικοὶ καὶ ἀρχιμανδρῖται, ἢ μονάζοντες, ἀλλ' οὔτε οἱ τυχόντες κοσμικοὶ, ὃ ἡμεῖς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρὰ τοῦ παρανόμου παρανόμως πεπόνθαμεν. θλιβόμενοι ἐν τῷ δικανικῷ, λιμώττοντες, ἐν οἰκετίᾳ φυλαττόμενοι ἐπὶ χρόνον πολὺν διετελέσαμεν. καὶ οὐκ ἠρκέσθη τούτοις ἡ αὐτοῦ μανία· ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἐπάρχῳ τῆσδε τῆς μεγαλωνύμου πόλεως κατ' ἀπάτην τινὰ παρεδόθημεν, καὶ σιδηρωθέντες ἀπήχθημεν ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ μετὰ ταῦτα ἀνήχθημεν ἐν τῷ πραιτωρίῳ τῷ αὐτῷ τρόπῳ μετὰ τῶν δεσμῶν. καὶ ἐπειδὴ οὐδεὶς ἦν ὁ κατηγορῶν, ἐν τῷ δικανικῷ πάλιν διὰ τῆς τάξεως ἤχθημεν. καὶ οὕτω πάλιν * ἐκόλασεν ἡμᾶς κατὰ πρόσωπον τυπτήσας. καὶ διαλεχθεὶς, καὶ συνθέμενος κατ' ἀπάτην, ὡς τὰ μετὰ ταῦτα ἔδειξε, περὶ τοῦ φυσικοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐτέχθη ἀπὸ τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς θεοτόκου λέγων· ἐπεὶ ἔνι ἄλλος υἱός· οὕτως ἀπέλυσεν ἡμᾶς.

δʹ.

Παρακαλοῦμεν οὖν τὴν ἀθάνατον ὑμῶν καὶ εὐσεβεστάτην πίστιν, ὥστε μὴ παριδεῖν ἐκ τοῦ λοιποῦ τὴν ὀρθόδοξον ἐκκλησίαν μοιχευομένην παρὰ αἱρετικῶν ἐν τοῖς καιροῖς ὑμῶν τῶν ὀρθοδόξων καὶ εὐσεβεστάτων βασιλέων· οὐχ ὡς διὰ τοῦτο τὰς ἡμετέρας ὕβρεις βουλόμενοι ἐκδικεῖν· ὁ Θεὸς οἶδεν· ἀλλ' ὡς θέλοντες τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἀσάλευτον μένειν· καὶ κελεύσῃ τὸ ὑμέτερον κράτος, τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον παραγενέσθαι ἐνταῦθα ἤδη. ἵνα τῆς συνόδου παραγινομένης, τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ὁ * Θεὸς ἑνώσῃ, καὶ τὸν λαὸν συνάξῃ, καὶ τοὺς ἱερέας ἀπολαβεῖν ἐν τῷ τῆς ἀληθινῆς πίστεως κηρύγματι ποιήσῃ, πρὸ τοῦ εἰς πλάτος τὴν ἄδικον διδασκαλίαν ἐλθεῖν. κἀκεῖνο δὴ παρακαλοῦμεν, ἀξιοῦντες, ἐπειδὴ πειρᾶται πτοεῖν, ἀπειλῶν, ἐλαύνων, ἐξωθῶν, κακουργῶν, ῥαδιουργῶν, καὶ κακῶν, καὶ ἵνα τὴν αὐτοῦ μανίαν καὶ ἀσέβειαν κρατύνῃ, πάντα ποιῶν ἀφειδῶς, οὐ Θεὸν φοβούμενος, οὐκ ἀνθρώπους αἰσχυνόμενος, οὐκ ἐπισκόπους εὐλαβούμενος, οὔτε ἱερέα τινὰ, οὐ κλῆρόν τινων, οὐχ ἁγίοις μοναχοῖς, οὐκ εὐλάβειαν λαϊκῶν, οὐ τὸν κατὰ τῶν ἀδικούντων ἐπηρτημένον φόβον, οὐ τὸν νόμον τῶν ἐκτελούντων διακονίαν τινὰ Θεοῦ εἰς ὀργὴν κατὰ τῶν ἀξίων, ἀλλ' ἐνδυσάμενος τὴν ὑπεροψίαν κατὰ πάντων, θαῤῥῶν τοῖς χρήμασι, καί τινων διεφθαρμένων τῇ ἰσχύϊ, ἢ ἵνα ἀφόβως εἴπωμεν, καὶ τῷ ὑμετέρῳ κράτει, ταῦτα ποιεῖ· ἀξιοῦμεν μηδὲν αὐτῷ κατά τινων ἐξεῖναι ποιεῖν, ἐὰν μὴ πρότερον διόρθωσιν λάβῃ τὰ κατὰ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ἵνα μὴ ταύτην διασκεδάσῃ, καὶ τὴν αὐτοῦ παρεισαγάγῃ ταῦτα ποιῶν. οἶδε γὰρ ὡς

in ms. Seg. ἡμᾶς παρὰ τοῦ ὄχλου τῶν δικανῶν κἀκεῖθεν πατούμενοι ἀπηγόμεθα ἐν τῷ δικανικῷ. ὡς δημίοις καὶ ὑπευθύνοις τιμωρίᾳ ἐστύλισαν ἐκρεβάτισαν, ἱκετείᾳ

* ἐκάλεσεν

* Χριστὸς

ANNO CHRISTI 431.

I. PARTIS CAPVT XXX.

ὡς οἴεται, ὅτι κἂν τῷ φόβῳ πολλοὺς ἀμβλύνας ἀποστήσῃ τῆς πίστεως· καὶ λοιπὸν εὑρὼν ὁμογνώμονας αὐτοῦ, παράσχῃ αὐτοῖς θάρσος, ὥστε καὶ ἕως πληγῶν δημοσίᾳ ἐπιχειρεῖν, καὶ διωγμὸν ποιεῖν. οὐ μόνον δὲ τοὺς αὐτοῦ δῆθεν κληρικοὺς, ἢ συγκέλλους, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν παροικιῶν προσελάβετό τινας, οἷς μάλιστα οὐκ ἔξεστιν εἶναι κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας εἰς ἕτερον ἐπισκοπεῖον, ἢ εἰς ἄλλην ἐκκλησίαν, ἀλλ' ἀνάγκη αὐτοὺς εἰς τὰς ἰδίας παροικίας, ἢ πόλεις, ὅπου ἐχειροτονήθησαν, κἀκεῖ ἡσυχῇ διάγειν· ἵνα μὴ τῷ μακρῷ χρόνῳ διὰ τῆς προσκαίρου δυναστείας, ἔργῳ πλατυτέρως ἡ παρανομία, καὶ ἐπιγραφῇ τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ. εἰς τοῦτο γὰρ ὑμᾶς ἔθετο ὁ Θεὸς διακόνους, ὑπὲρ τῆς δόξης αὐτοῦ τοῦ δοξάσαντος ὑμᾶς, καὶ δοξάζοντος, καὶ ἀποδιδόντος ὑμῖν τὸν μισθὸν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων, τῶν καλῶς φυλαξάντων τὰς ἐγχειρισθείσας αὐτοῖς διακονίας. πρὸς οὓς εἶπεν. εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. οἱ ὄντως χριστιανοὶ τούτοις τοῖς λόγοις διὰ τῶν ἔργων πιστεύουσιν· οἱ δὲ ἄπιστοι καὶ ἀπεῤῥιμμένοι, καὶ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ ζῶντες, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες, ἐὰν ἀκούσωσιν ὁμολογοῦντά τινα, τὸν Χριστὸν εἶναι Θεὸν, διαπρίονται, ὡς οἱ τότε Ἰουδαῖοι συνέχον τὰ ὦτα αὐτῶν, τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος διηγουμένου· ὅτι θεωρῶ, φησὶ, τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ ἀοράτου Θεοῦ. οὕτω καὶ οὗτοι διαπρίονται κατὰ τῶν χριστιανῶν, καὶ πάντα θυμὸν σπουδάζουσιν ἐκτελεῖν.

ϛʹ.

Ἀξιοῦμεν οὖν προνοίᾳ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἐπάρχου τῆς νέας Ῥώμης κωλύεσθαι τοὺς κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπανισταμένους, καὶ προφάσει δικαιολογιῶν, ὥς φασιν, ἐπιχειροῦντας κατά τινος, ἕως ὅτε τὰ τῆς πίστεως διόρθωσιν λάβοι· εἰ δὲ παρακούσετε, ἡμῶν ἀμελήσαντες, διαμαρτυρόμεθα ὑμῖν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως τῶν αἰώνων, ἀφθάρτου, ἀοράτου, μόνου σοφοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐλθόντος καὶ ἐπιφανέντος, ὡς ἠθέλησε, διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, καὶ πάλιν ἐρχομένου κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ᾧ κάμπτει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ, ὅτι ἀθῷοι ἐσμέν. ἡμεῖς γὰρ ὑμᾶς παρεκαλέσαμεν περὶ συνόδου οἰκουμενικῆς, τῆς δυναμένης ἀκριβῶς κρατῦναι καὶ ἀνορθῶσαι τὰ σαλευόμενα, εἴπου καταῤῥαγέντα. οὐ κατισχύσουσι δὲ αὐτῆς διὰ τῆς χάριτος καὶ ἀντιλήψεως τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐνεργούσης ἐν ὑμῖν, κακῶσαι πύλαι ᾅδου, ἅ τινά ἐστι τὰ στόματα τῶν αἱρετικῶν· ἵνα τούτου τυχόντες, τὰς συνήθεις εὐχὰς ἐν ὁμονοίᾳ ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας καὶ τῆς βασιλείας ὑμῶν, εὐαρέστως καὶ ὀρθοδόξως τῷ Θεῷ ἀναπέμπωμεν. Ἀμήν.

A quos alia ratione non potest, eos timore a fide auertere se posse: ut suæ sententiæ semel adjunctos ita inflammet, ut verbera quoque quibus libitum fuerit publice inferre audeant, & persecutionem excitare non dubitent. Neque vero suorum tantum, aut domesticorum opera clericorum eam ad rem utitur, verum quorumdam quoque ab exteris parœciis & diœcesibus adscitorum; quibus tamen secundum ecclesiasticos canones in alieno episcopatu vel ecclesia degere non licet, sed necessario in iis locis & civitatibus, idque quiete, in quibus ordinati sunt: ne moræ diuturnitate, temporaneaque potentia nequitiam suam la- B tius propaget, vobisque id adscribatur; quos ob id in ministros Deus assumpsit, ut illius gloriam strenue propugnetis, qui illustri honore vos cumulavit, & cumulat; vobisque cum omnibus sanctis, qui munus suum præclare obierunt, mercedem tempore suo reddet. Quibus & illud quoque dicturus est: *Euge serue bone & fidelis; super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.* Matth. 25. v. 23. Qui veri Christiani sunt, ii per opera, quantum Christianæ doctrinæ tribuant, ostendunt. At vero infideles & abjecti, qui ventri suo vivunt, & ad hunc scopum omnia C sua studia referunt, illi si quem Christum Deum esse profiteri audierint, illico dissecantur. Et quemadmodum Iudæi, sancto Stephano protomartyre narrante: *Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem a dextris inuisibilis Dei*, aures suas continebant: ita & isti quoque in Christianos dentibus frendent, omnemque furorem suum in illos explere laborant. Act. 5. v. 56.

VI.

Rogamus proinde, ut magnificentissimi præfecti novæ Romæ providentia, compescantur ii qui adversus orthodoxos insurgunt, & sub prætextu quod se defendunt, ut aiunt, non paucis insultant; donec ea omnia quæ ad fidem pertinent, componantur. Quod D si nostram supplicationem pro nihilo habueritis, vos coram immortali sæculorum rege, invisibili, solo sapiente Deo, qui nostræ salutis causa descendit, & ut voluit inter homines apparuit, & ad judicandum vivos & mortuos iterum venturus est; cui omne genu incurvatur, cælestium, terrestrium, & infernorum; & omnis lingua confitetur; innocentiæ nostræ testes appellamus. Nos enim vos de œcumenica synodo cogenda rogavimus, quæ aptissime posset constabilire & erigere titubantia, sive etiam confracta: quamquam per Dei gratiam, ejusdemque tutelam, quæ in vo- E bis operatur, inferorum portæ, quæ sunt hæreticorum ora, adversus fidem nunquam prævalebunt, aut evertere illam poterunt. Quo pace ecclesiæ redintegrata, preces consuetas pro communi omnium salute, vestrique regni incolumitate placide & catholice & concordi animorum consensione ad Deum transmittere liceat. Amen.

1. Tim. 1. v. 17. Actor. 10. v. 42. Phil. 2. v. 10. Matth. 16. v. 18.

PARTIS I, CAPVT XXXI.

ANNO CHRISTI 431.

CAPVT XXXI.

Exemplum ſacræ, quam religioſiſſimus princeps Theodoſius ad Cyrillum Alexandriæ epiſcopum miſit.

Imperatores Cæſares, Theodoſius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, ſemper Auguſti, Cyrillo epiſcopo.

PIETATE quidem nihil nobis eſt antiquius, propter quam delinquentes veniam conſequuntur. At parum interim laudabile eſt, illos ea indigere, qui a nobis commendari, & propter venerandam religionem maximis honoribus cumulari debuerant. Oportet autem ſacerdotes cum morum probitate, fideique integritate ſpectabiles eſſe, tum maximum animi candorem ac ſinceritatem per omnem vitæ curſum præ ſe ferre; ac certo denique ſecum ſtatuere, uniuſcujuſque rei naturam, præſertim vero incorruptæ pietatis doctrinam, diſquiſitione potius, quam pertinaci animorum contentione inveniri. Etenim jam inde a primis uſque temporibus non imperantis cujuſpiam, aut certe imperium uſurpantis interminationes aut proterviæ, ſed ſanctorum patrum, & ſacræ ſynodi decreta eam nobis conſtituerunt. Nam religionem intelligentia magis quam juſſione firmari, nulli opinor dubium eſſe poteſt. Nunc igitur tua pietas exponat, quid ita nobis, quibus religionem tantopere curæ eſſe non ignorabas; ſacerdotibuſque quotquot circumquaque degunt (quos utique in unum locum congregatos, natam de religione controverſiam diſcutere dirimereque par erat) deſpectis, haſce turbas diſcordiaſque inter eccleſias, quantum in te eſt, concitaris. Quaſi vero impetus temerarii pietatis doctrinam magis, quam ſedula diligenſque veritatis inquiſitio decere videantur; pluſque apud nos valeat audacia, quam adhibita induſtria; aut perplexa nos magis hujuſmodi rerum tractatio, quam ſimplicitas oblectet. Certe ſummum honorem in quo apud nos erat, non ita accepturam pietatem tuam exiſtimabamus, aut omnia turbatum iri, cum nos indignari etiam ſciamus. Verũ curæ nobis erit eccleſiæ tranquillitas. Scito interim, magnam abs te rerum perturbationem excitatam eſſe. Neque mirum eſt ſane, eum qui modum exceſſit, iis conatus ſuos non definiviſſe, quæ ad eccleſias & ſacerdotes ſpectant; ſed de nobiſipſis quoque quiddã pietate noſtra indignum crediſſe. Nam niſi aliquod inter nos diffidium eſſe putaſſes, aut certe aliquid ejuſmodi ex literis tuis oriturum ſperaſſes; cur obſecro, alia privatim ad nos, & ad Eudociam religioſiſſimam conjugem meam, alia vero ad Pulcheriam ſororem meam Auguſtam, eamdemque pietatis ſtudioſiſſimam perſcripſiſſes? Quod profecto diffidium ſi inter nos forte natum fuiſſet, noſque ad eum modum affectos eſſe contigiſſet; omnino tamen vituperationem effugere non poteſt, eum, qui tanto locorum intervallo a nobis disjungitur, curioſius in res noſtras inquirere: ſi id autem inter nos non exiſtit, conari ut exiſtat, cujuſvis potius, quam ſacerdotis fuerit. Ejuſdem porro eſt animi ejuſdemque ſtudii, eccleſiaſtica & regia omnia velle confundere ac a ſe invicem divellere. Quaſi vero alia omnis deſit occaſio, ex qua laudem & gloriam aucuperis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λα΄.

Ἴσον σάκρας ἀποσταλείσης παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου πρὸς Κύριλλον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας.

Αὐτοκράτορες Καίσαρες, Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι, ἀεισέβαστοι Αὔγουστοι, Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ.

ΜΕΛΕΙ πλεῖστον θεοσεβείας ἡμῖν, δι' ἣν οἱ πλημμελοῦντες ἀξιοῦνται συγγνώμης. οὐ μὴν εὐδόκιμον τὸ δεῖσθαι συγγνώμης τοῖς ἐπαινεῖσθαι παρ' ἡμῶν ὀφείλουσι, καὶ διὰ τὴν σεπτὴν μάλιστα τιμᾶσθαι θρησκείαν. τοὺς δὲ ἱερέας χρὴ καὶ ἀπὸ τῆς τῶν ἠθῶν χρηστότητος, καὶ ἀπὸ τῆς περὶ τὴν πίστιν ἀκριβείας θαυμάζεσθαι, καὶ τὴν ἁπλότητα τοῦ βίου διὰ παντὸς ἐπιδείκνυσθαι· γινώσκειν τε ὡς τὴν ἑκάστου πράγματος φύσιν, καὶ τοὺς περὶ * τὴν εὐσέβειαν μάλιστα λόγους, μᾶλλον ἂν εὕροι ζήτησις, ἤπερ αὐθάδεια. καὶ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν ' αὐτοῖς οὐκ ἀπειλή τινος δυναστεύοντος ἢ δυναστεύειν νομίζοντος, ἀλλ' ἡ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ τῆς ἱερᾶς συνόδου βουλὴ κατεστήσατο. ' καίτοι παντὶ δῆλον, ὡς θρησκεία τὸ βέβαιον οὐκ ἂν ἐκ κελεύσεως ' ἔχοι μᾶλλον ἢ συνέσεως. νῦν οὖν ἡμᾶς ἡ σὴ θεοσέβεια διδαξάτω, τί δή ποτε ἡμῶν, οἷς τοσοῦτον οἶσθα μέλειν εὐσεβείας, ὑπεριδὼν, καὶ τῶν ἁπανταχοῦ ἱερέων, οὓς συλλεχθέντας ἦν ἄμεινον λῦσαι τὴν ἀμφισβήτησιν, ταραχὴν, τό γε ἐπὶ σαυτῷ, καὶ χωρισμὸν ταῖς ἐκκλησίαις ἐμβέβληκας· ὡς δὴ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας λόγοις θρασυτέρας ὁρμῆς πρεπούσης μᾶλλον, ἢ ἀκριβείας· καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς οὐκ ἐμμελείας πλέον ἰσχυούσης, ἢ θράσους· καὶ ποικιλίας μᾶλλον τούτων ἡμῖν ' ἀρκούσης, ἤπερ ἁπλότητος· καὶ μὴν οὐχ οὕτως ἡμῶν τὴν πολλὴν ᾠόμεθα τιμὴν παρὰ τῆς σῆς εὐσεβείας δεχθήσεσθαι, οὐδὲ ὥσπερ καὶ ἀγανακτεῖν εἰδότων ἡμῶν, πάντα συνταραχθήσεσθαι. νῦν δὲ μελήσει ἡμῖν τῆς ἱερᾶς γαλήνης. πάντα δὲ ἴσθι συγκινήσας, ὡς οὐκ ἐχρῆν. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, ἐν τούτοις τὸ μέτρον ἐκβεβηκότα, μὴ μέχρι ' τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ἱερέων στῆσαι τὴν ἐπιχείρησιν, ἀλλὰ καὶ περὶ ἡμῶν αὐτῶν πιστεῦσαί τι τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἀνάξιον. ἢ τίνα εἶχε λόγον, ἕτερα μὲν πρὸς ἡμᾶς καὶ τὴν εὐσεβεστάτην Αὔγουσταν Εὐδοκίαν τὴν ἐμὴν σύμβιον ἐπιστέλλειν, ἕτερα δὲ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν τὴν εὐσεβεστάτην Αὔγουσταν Πουλχερίαν, εἰ μὴ διχονοεῖν ἡμᾶς ᾠήθης, ἢ διχονοήσειν ἤλπισας ἐκ τῶν τῆς σῆς θεοσεβείας γραμμάτων; τοῦτο δὲ καὶ γεγονὸς, εἴπερ οὕτως εἶχεν, ἐκ περιεργίας εἰδέναι τὸν οὕτω πόρρωθεν ὄντα, παντελῶς ἐστὶν ἐπίψογον· καὶ μὴ γεγονὸς ποιῆσαι βούλεσθαι, παντὸς μᾶλλον, ἢ ἱερέως. ὁρμῆς μέντοι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς προθέσεως, τά τε τῶν ἐκκλησιῶν, τά τε τῶν βασιλέων μέλλειν χωρίζειν βούλεσθαι, ὡς οὐκ οὔσης ἀφορμῆς ἑτέρας εὐδοκιμήσεως.

* τῆς εὐσεβείας
' αὐτοὺς
' καίτοι
' χρείη
' ἀρεσκούσης,
' τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν συνιερέων

Ὡς ἂν οὖν εἰδείης, ὁποῖον τὸ ἡμέτερον, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἴσθι καὶ τὴν βασιλείαν ἡνῶσθαι, καὶ ἔτι μᾶλλον κελευόντων ἡμῶν ἑνωθήσεσθαι σὺν τῇ προνοίᾳ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν * Θεοῦ· καὶ δεδόσθαι τῇ σῇ θεοσεβείᾳ συγγνώμην, ὡς ἂν μὴ πρόφασις εἴη, μηδὲ λέγειν δύναιο, διὰ τοὺς ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ἐγκεκλῆσθαι λόγους· γυμνασθῆναι γὰρ τούτους ἐπὶ τῆς ἱερᾶς συνόδου βουλόμεθα, καὶ κρατεῖν, ὡς ἂν καλῶς ἔχειν * δόξειεν· εἴτε μεταλαμβάνοιεν συγγνώμης, εἴτε καὶ μὴ, παρὰ τῶν πατέρων οἱ νικηθέντες. ἡμεῖς μέντοι γε συνταράττεσθαι τὰς πόλεις καὶ τὰς ἐκκλησίας οὐκ ἀνεξόμεθα, οὔτε μὴν ἀνεξέταστους εἶναι τοὺς λόγους, ὧν κριτὰς προκαθίσαι δεῖ τοὺς τῆς ἁπανταχοῦ προεστῶτας ἱερωσύνης, καὶ δι' ὧν ἡμεῖς ἐγκρατέστεροι τῆς ἀληθινῆς δόξης ἐσμέν τε καὶ ἐσόμεθα. πάντως δὲ οὐδεὶς, ὅτῳ κἂν μικρὸν μέτεστι πολιτείας, ἄξιος παρρησιάζεσθαι, εἴ τις κατὰ τὴν πεποίθησιν τὴν τοιαύτην ἀποφυγεῖν αἱρήσεται κρίσιν· ἐπεὶ μηδὲ βουληθέντι τοῦτο ἐξέσαι· τῆς ἡμετέρας θειότητος ἐπαινούσης μὲν ἀναγκαίως τοὺς ἐπὶ προθυμίᾳ θαῤῥοῦντας ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν τοιαύτην ἐξέτασιν, οὐκ ἀνεξομένης δὲ, εἴ τις κελεύειν μᾶλλον, ἢ συμβουλεύειν, ἢ συμβουλεύεσθαι περὶ τῶν τοιούτων ἐθέλοι. ὥστε καὶ ἥκειν δεῖ σου τὴν εὐλάβειαν κατὰ τὸν χρόνον, ὃν τὰ ἕτερα δηλοῖ γράμματα, πρὸς ἅπαντας ἀπεσταλμένα τοὺς τῶν μητροπόλεων ἐπισκόπους· καὶ τὴν παρ' ἡμῶν χάριν μὴ ἄλλως ἀνακτήσασθαι προσδοκᾶν, εἰ μὴ πᾶν μὲν λυπηρὸν καὶ ταραχῶδες παύσειας, ἐπὶ δὲ τὴν τῶν ζητουμένων ἔρευναν ἔλθοις ἐθέλοντι. καὶ γὰρ ἂν οὕτω δόξειας οὔτε οἰκείᾳ * πεπληγμένος λύπῃ, οὔτέ τινι δυσμεναίνων παρὰ τὸ πρέπον, τά τε ἤδη γεγονότα σκληρῶς μὲν καὶ παραλόγως, ὅμως δὲ ὑπὲρ δόξης πεποιηκέναι, καὶ τὰ ἑξῆς ἐθέλειν ἐνδίκως. οὐ γὰρ ἂν ἑτέρως * ἐθέλοντες ἀνεξόμεθα.

Ne igitur clam te ſit, quonam in ſtatu res noſtræ verſentur, noris & eccleſias & imperium conjuncta eſſe, noſtraque accedente auctoritate, & Chriſti ſalvatoris noſtri aſpirante providentia, magis ſubinde inter ſe coitura eſſe: tum tibi quoque a nobis condonatum eſſe, ne hinc capta occaſione jure conqueri ac dicere queas, te ob pietatis doctrinam in reprehenſionem incidere. Quam quidem pietatis doctrinam in ſacra ſynodo diſcuti examinarique volumus, & ratum eſſe quod rectæ fidei conſonum videbitur; ſive illi qui victi diſcedent, veniam impetraturi ſint a patribus, ſive non. Ceterum nos civitates & eccleſias conturbari nequaquam ſinemus; ſed nec eam quoque doctrinam indiſcuſſam manere patiemur, cujus oportet eos eſſe judices, qui ſacerdotiis ubique præſident, & per quos ipſi in veritatis ſententia ſumus & erimus. Omnino autem nemo, qui vel parum ſit in republica verſatus, dignus cenſendus eſt qui in iis quæ agit & loquitur, libertate utatur, ſi præ ſe ferendo fiduciam, hujuſmodi judicium declinare velit: neque enim licebit hoc illi, etiam ſi velit: quandoquidem noſtra majeſtas eos qui prompte alacriterque ad hujuſmodi inquiſitionem advolare non cunctabuntur, merita laude neceſſario proſequetur; ceteros vero, ſi qui imperare forte malint, quam in medium conſulere, aut aliorum de ejuſmodi rebus conſilium audire, nequaquam patietur. Quamobrem & tuam quoque reverentiam ad tempus, quod aliis literis ad univerſos metropolitanos epiſcopos miſſis ſignificatur, præſto adeſſe oportebit: neque prius noſtram amicitiam te recuperaturum confidas, quam omni turbatione & animorum ægritudine ſedata, ad propoſitarum quæſtionum diſcuſſionem ultro accurreris. Etenim hac ratione, quæ pro tuenda opinione acerbe quidem inconſulteq; abs te jam geſta ſunt, nullo tamen privato dolore perculſus, neq; alicui præter decorum infeſtus admiſiſſe, & quæ adhuc reliqua ſunt, legitime tranſigere velle cenſeberis. Neq; enim nos, ſi ſecus facere volueris, ſuſtinebimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λβ'.

Θεῖον γράμμα ἀποσταλὲν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς κατὰ χώραν τῶν μητροπόλεων ἐπισκόποις.

Αὐτοκράτορες Καίσαρες, Θεοδόσιος, καὶ Οὐαλεντινιανὸς, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι, ἀεισέβαστοι Αὔγουστοι, Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ.

Ἤρτηται τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἡ τῆς ἡμετέρας πολιτείας κατάστασις, καὶ πολὺ ταύτης ἔνεστι τὸ συγγενές τε καὶ προσφυές. ἔχεται γὰρ ἀλλήλων, καὶ ἑκατέρα τῇ τῆς ἑκατέρας συναύξεται προκοπῇ· ὥστε τὴν μὲν ἀληθῆ θρησκείαν τῇ δικαιοπραγίᾳ, τὴν δὲ πολιτείαν ὑπ' ἀμφοτέρων συγκροτουμένην ἐκλάμπειν. βασιλεύειν οὖν τεταγμένοι παρὰ Θεοῦ, σύνδεσμοί τε τῆς τῶν ὑπηκόων εὐσεβείας τε καὶ εὐπραγίας τυγχάνοντες, ἄῤῥαγὲς ἀεὶ τὸ προσφυὲς τούτων φυλάττομεν, τῇ τε προνοίᾳ καὶ ἀνθρώποις μεσιτεύοντες. κἀκείνῃ μὲν ὑπουργοῦμεν εἰς τὴν τῆς πολιτείας αὔξησιν·

CAPVT XXXII.

Sacra imperatoria miſſa Alexandriam ad Cyrillum epiſcopum, & epiſcopos metropolitanos provinciarum.

Imperatores Cæſares, Theodoſius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, ſemper Auguſti, Cyrillo epiſcopo.

PENDET a religione qua Deus colitur, noſtræ reipublicæ ſtatus, multaque inter hunc & illam cognatio ac familiaritas intercedit. Nam & connexa inter ſe ſunt, & utrumque proſperis alterius ſucceſſibus incrementa ſumit: ut vera quidem religio per vitam inculpate actam, ipſa vero reſpublica conſtans ex utriſque floreſcat. Cum itaque Deus imperii habenas nobis tradiderit, iiſque qui imperio noſtro parent, pietatis, & vitæ recte inſtituendæ vinculum nos eſſe voluerit; harum inter ſe ſocietatem indivulſam conſervamus, Dei providentiæ hominumque ſequeſtres. & illius quidem miniſtri ſumus ad propagandam rempublicam:

I. PARTIS CAPUT XXXII.

subditos vero omnes, ut ita dicam, lustrantes, illud curamus ut pie credant, vitamque ut pie credentes decet, instituant: denique utrique, quam par est, curam impendere non desistentes. Fieri enim non potest, ut qui alteri serio invigilant, alterius curam negligant. Ante omnia operã damus, ut ecclesiasticus status ejusmodi sit, qui & Deum deceat, & temporibus nostris quam maxime congruat; idemque ex omnium cõcordia & consensione suam tranquillitatem obtineat; tum per ecclesiasticarum controversiarũ pacem, a turbis & seditionibus liber existat: tum demũ ut pia religio ab omni omnino nota & reprehensione immunis perseveret; eorumque vita, qui vel inter clericos censentur, vel magno quoque sacerdotio funguntur, omni prorsus nævo & culpa vacet.

Hæc porro considerantes per Dei amorem & piorum animos mutua caritate conjunctos obtineri posse, sæpenumero jam ante ob ea quæ acciderant, religiosam sanctissimorum episcoporum undequaque in unum coactorum synodum necessariam judicavimus. Hactenus tamen ne eorum pietati molestiam exhiberemus, cunctatiores hac in re fuimus. At nunc vero tam ecclesiasticarum, quam quæ hisce cohærent, publicarum rerum controversia eam usque adeo necessariam declarat, ut omitti nullo modo queat. Quamobrem ne illa, quæ ad præsentem rerum tantopere utilium inquisitionem spectant, si negligentius curentur, in pejus incrementa sumant (id quod a temporum nostrorum pietate alienum est) tua pietas, Deo bene propitio, operam dabit, ut sacrosancto proximo paschate elapso, ad ipsum sacræ pentecostes diem ad Ephesiorum Asiæ civitatem accurrat, nonnullosque, quos nimirum idoneos judicabit, sanctissimos provinciæ suæ episcopos simul eodem secum adducat: ita ut neque qui satis sint sanctissimis ejusdem provinciæ ecclesiis, desint, neque ii rursum qui ad eam rem apti censebuntur, in sacra synodo desiderentur.

De hac autem sanctissima synodo nostra serenitas ad omnes omnino Deo dilectos episcopos metropolitanos literas scripsit; quo nimirum hac tandem ratione turbæ, quæ ex multis dissidiis & concertationibus hinc inde enatæ sunt, secundum ecclesiasticos canones consopiantur; & illa præterea quæ parum decenter hactenus admissa sunt, corrigantur; & pietatis denique, quæ in Deum est, publicæque utilitatis firmitati consulatur. Nulla interim ante sanctissimam coactam synodum, communemque ejusdem, quæ de omnibus dabitur, sententiam, facta privatim a quibuscumque innovatione. Omnino autem persuasum habemus, neminem ex Deo devotissimis episcopis fore, qui simulatque rerum ecclesiasticarum, atque adeo negotiorum totius orbis gratia, nostra hac sanctione sanctissimam synodum vehementer solicitari intellexerit, non propere studioseque occursurus, rebusque tantopere necessariis, ac Deo usque adeo gratis pro virili consulturus sit. Nos quoque harum rerum curæ sedulo incumbentes, nullum æquo animo abesse sinemus, nec ullam ille vel apud Deum, vel apud nos habiturus est excusationem, qui statim impigre secundum significatum tempus ad destinatum locum præsto non fuerit. Enimvero qui-

A διὰ πάντων δὲ, ὡς εἰπεῖν, τῶν ὑπηκόων γινόμενοι, τοῦτ' ἔστιν εὐσεβεῖν τε καὶ πολιτεύεσθαι κατὰ τὸ εὐσεβέσι πρέπον παρασκευάζομεν· ἑκατέρου τε δεόντως ἐπιμελούμενοι· οὐδὲ γὰρ ἔνεστι τὸν θατέρου μεταποιούμενον, μὴ ὁμοίως καὶ τοῦ ἑτέρου φροντίσαι· σπουδὴν τιθέμεθα πρὸ τῶν ἄλλων, τὸ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν Θεῷ πρέπουσαν, καὶ τοῖς ἡμετέροις πρόσφορον διαμένειν καιροῖς. ἔχειν τε ἐκ τῆς τῶν πάντων ὁμονοίας τὸ ἀτάραχον, καὶ διὰ τὸ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασιν εἰρήνης τὸ ἀστασίαστον· προσεῖναί τε τῇ εὐσεβεῖ θρησκείᾳ τὸ ἀνεπίληπτον, καὶ τοὺς B εἰς τὸν κλῆρον, τήν τε μεγάλην ἱερωσύνην τελοῦντας, πάσης τῆς κατὰ τὸν βίον μέμψεως ἀπηλλάχθαι.

ANNO CHRISTI 431.

'τούτοις εὐσεβεῖν

Ταῦτά τε συνορῶντες διὰ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης, καὶ τῆς 'φιλαλλήλου γνώμης τῶν εὐσεβούντων κρατύνεσθαι, πολλάκις μὲν ἤδη διὰ τὰ κατὰ καιρὸν συμπεσόντα ἀναγκαίαν τὴν τῶν ἁπανταχόθεν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων θεοφιλῆ σύνοδον ἡγησάμεθα. ὀκνηρότεροι δ' ὅμως περὶ τὸν σκυλμὸν τῆς αὐτῶν θεοσεβείας γεγόναμεν. ἀλλ' ἡ τῶν νῦν ἀναγκαίων ἐκκλησιαστικῶν τε καὶ τῶν ταύταις συνημμένων δημοσίων χρειῶν ζήτησις χρειωδεστάτην καὶ ἀπαραίτητον ταύτην ἀπέδειξεν. ὅθεν ὡς ἂν C μὴ τὰ τῆς προκειμένης τῶν οὕτω χρησίμων ἐξετάσεως ἀμελούμενα τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον λάβοι ῥοπήν· ὅπερ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων καιρῶν εὐσεβείας ἀλλότριον· φροντίσει ἡ σὴ θεοσέβεια μετὰ τὸ ἐπιὸν σὺν Θεῷ δὲ εἰρήσθω ἅγιον πάσχα εἰς τὴν Ἐφεσίων τῆς Ἀσίας παραγενέσθαι, κατ' αὐτὴν τὴν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς ἡμέραν, ὀλίγους, ὅσους ἂν δοκιμάσειεν, ἐκ τῆς ὑπ' αὐτὴν τεταγμένης ἐπαρχίας ἁγιωτάτους ἐπισκόπους εἰς τὴν αὐτὴν συνδραμεῖν παρασκευάσασα· ὥστε καὶ τοὺς ἀρκοῦντας ταῖς κατὰ τὴν αὐτὴν ἐπαρχίαν ἁγιωτάταις ἐκ- D κλησίαις, καὶ τοὺς τῇ συνόδῳ ἐπιτηδείους, μηδαμῶς ἐλλεῖψαι.

'φιλαλλήλοις

Γέγραπται γὰρ τὰ ἴσα παρὰ τῆς ἡμετέρας γαληνότητος περὶ τῆς 'προτέρον λεχθείσης ἁγιωτάτης συνόδου τοῖς θεοφιλέσιν ἐπισκόποις τῶν ἁπανταχοῦ μητροπόλεων· ὥστε τούτου γινομένου τήν τε ἐκ τῶν ἀμφισβητουμένων συμβαίνουσαν ταραχὴν κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας διαλυθῆναι, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς οὐ δεόντως γινομένοις δοθῆναι διόρθωσιν· τῇ τε περὶ Θεὸν εὐσεβείᾳ, καὶ τῇ τῶν δημοσίων λυσιτελείᾳ ὑπάρξαι τὸ βέβαιον. δηλαδὴ μηδεμιᾶς πρὸ τῆς ἁγιωτάτης συνόδου, καὶ τοῦ μέλλοντος παρ' αὐτῆς κοινῇ ψήφῳ ἐφ' ἅπασι δίδοσθαι τύπου, καινοτομίας ἰδίᾳ παρά τινων γινομένης. καὶ πεπείσμεθα μὲν ἕκαστον τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων, γνόντας ἐκκλησιαστικῶν τε καὶ οἰκουμενικῶν πραγμάτων χάριν τὴν ἁγιωτάτην σύνοδον τούτῳ ἡμῶν τῷ θεσπίσματι κατεπείγεσθαι, συνδραμεῖν σπουδαίως, τοῖς οὕτως ἀναγκαίοις καὶ εἰς Θεοῦ ἀρέσκειαν φθάνουσι τὰ δυνατὰ συμβαλούμενον. καὶ ἡμεῖς δὲ τούτων πολλὴν ποιούμενοι φροντίδα, ἀπολιμπάνεσθαι οὐδένα φορητῶς ἀνεξόμεθα· οὐδεμίαν τε ἕξει πρὸς Θεόν, οὐδὲ πρὸς ἡμᾶς ἀπολογίαν, ὁ μὴ παραχρῆμα κατὰ τὸν προειρημένον καιρὸν εἰς τὸν ἀφορισθέντα τόπον σπουδαίως παραγινόμενος. καὶ γὰρ ὁ καλούμενος

'θεσπισθείσης προλεχθείσης

E

ANNO CHRISTI 431.

I. PARTIS CAPUT XXXIII. ET XXXIV.

λουμένος εἰς ἱερατικὴν σύνοδον, καὶ μὴ προθύμως συντρέχων, οὐκ ὀρθῆς εἶναι δείκνυται συνειδήσεως. ὁ Θεός σε διαφυλάττοι χρόνοις πολλοῖς, πάτερ ὁσιώτατε καὶ εὐσεβέστατε. Ἐδόθη τῇ πρὸ δεκατριῶν καλανδῶν Δεκεμβρίων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὑπατείᾳ τῶν δεσποτῶν ἡμῶν Θεοδοσίου τὸ τρισκαιδέκατον, καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων.

A quicumque ad sacerdotalem synodum accitus alacriter non accurrit, is sane conscientiæ minus sinceræ se esse ostendit. Deus in multa tempora incolumem te conservet, sanctissime piissimeque pater. Datæ Constantinopoli XIII. Kalend. Decembris, consulatu dominorum nostrorum semper Augustorum, Theodosii quidem XIII. Valentiniani vero III.

Καὶ ἀναγνωσθείσης, προστίθεται τὰ ὑπομνήματα, πραχθέντα ἐν Ἐφέσῳ παρὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου ἕνεκεν τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου."

Lectis hisce literis, acta sunt quæ habentur in commentariis, gesta Ephesi a sancta & generali synodo propter impium Nestorium congregata.

in ms. Seguier. subjiciuntur acta concilii ... & sequens epistolam ... subjicit ... homiliæ Procli.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λγʹ.

B

Πρὸ τῆς συνόδου ἐπιστολὴ Κυρίλλου ἀπὸ Ῥόδου πεμφθεῖσα.

Κύριλλος πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ λαῷ Ἀλεξανδρείας, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΧΑΡΙΤΙ καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ τὸ πλατὺ καὶ μέγα διενηξάμενοι πέλαγος ἁπαλοῖς τε καὶ ἡμερωτάτοις πνεύμασιν, ὥστε δίχα φόβου καὶ κινδύνου παντὸς τὸν πλοῦν ἐξανύσαντας ἀφικέσθαι εἰς τὴν Ῥοδίων, δοξολογοῦντας Θεὸν, καὶ λέγοντας μετὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς· σὺ C δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης· καὶ τὸν σάλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ καταπραΰνεις· ἐπειδὴ δὲ ἦν ἀναγκαῖον ἀπόντας τῷ σώματι, παρόντας δὲ τῷ πνεύματι, περιπτύξασθαι διὰ τοῦ γράμματος ὡς τέκνα, δεῖν ᾠήθην ἐπιστεῖλαι τέως ταῦτα ὑμῖν, καὶ ἐναργῆ καταστῆσαι. πιστεύω γὰρ, ὅτι προσθήσει ὁ Θεὸς τὰ λοιπὰ, καὶ διὰ τῆς ἁπάντων ὑμῶν προσευχῆς παρακεκλημένος, δείξατε τοίνυν εἰς τὸν παρόντα μάλιστα καιρὸν, ὡς καρπὸν ἀγάπης, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν προσευχάς. κἀγὼ γὰρ τοῦτο ποιῶν οὐ διαλιμπάνω· ἵνα πάλιν ὁ πάντας συντρίβων πολέμους Θεὸς, ὁ τῶν δυνάμεων κύριος, καταστήσας τὰ μεταξὺ, καὶ πάντα ῥαΐσας πόλεμον, χαίροντας ἡμᾶς χαίρουσιν ὡς τέκνοις ἀποδῷ. πάντα γὰρ δύναται, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἀδυνατεῖ δὲ αὐτῷ παντελῶς οὐδέν. τῆς δὲ ὑμῖν συντρόφου καὶ πρεπούσης ἐπιεικείας ἀντέχεσθε. τοῦτο γὰρ ἀποφανεῖ ὑμᾶς μάλιστα δοκιμωτάτους, οἳ καὶ ἀπόντος καὶ παρόντος τοῦ κατὰ πνεῦμα πατρὸς, τὸν εὐγενῆ καὶ ἀξιόληπτον τιμᾶτε βίον. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι.

CAPUT XXXIII.

Cyrilli epistola prima; e Rhodo ante synodum scripta.

Presbyteris, diaconis, populoque Alexandrino, dilectis desideratissimisque, Cyrillus in domino Sal.

GRATIA & benignitate Christi salvatoris nostri magnum latumque pelagus emensi, incolumes Rhodum pervenimus, ea ventorum lenitate prosperitateque usi, ut totam illam navigationem citra omnem timorem, omneque vitæ discrimen peregerimus. Quare Deum glorificantes, debitasque gratiarum actiones eidem persolventes, cum propheta hasce voces prorupimus: *Tu dominaris potestati maris; motum autem fluctuum ejus tu mitigas.* Quia vero par erat, ut corpore absens, spiritu autem præsens, literis vos tamquam filios complecterer; non potui intermittere, quin hæc interea ad vos perscriberem, præsentemque rerum mearum statum vobis patefacerem. Fore enim confido, ut Deus vestrum omnium precibus provocatus, cetera quoque, quæ etiamnum reliqua sunt, adjiciat. Exhibete proinde hoc præsertim tẽpore veluti certum quemdam dilectionis fructum, vestras D pro nobis preces, (nam & ego quoque id facere non desino) quo virtutum dominus, qui omne bellum potenter conterit, omnia quæ huic causæ intervenerint, suaviter componens, omnemque tempestatem & turbam mitigans, nos gaudentes vobis gaudentibus tamquam filiis denuo restituat. Omnia enim, ut scriptum est, potest, & nihil est illi impossibile. Honestati vobis ingenitæ, vestræque professioni consentaneæ, sedulo incumbite. Hoc enim apud omnes apprime commendatos vos reddet; nẽpe si patre vestro spirituali tum absente, tum præsente, laudabilem vitæ rationem sectemini. *Salutate vos invicem in osculo sancto.* Qui mecũ sunt fratres, vos salutant. Valere vos E cupio in dño, dilectissimi & desideratissimi.

Psal. 88. v. 10.

Judith. 16. v. 3.

Luc. 1. v. 37.

Rom. 16. v. 16.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λδʹ.

Τοῦ αὐτοῦ δευτέρα ἐπιστολή.

Κύριλλος πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ λαῷ Ἀλεξανδρείας, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΔΙΨΩΝΤΙ μοι πάλιν τῆς ὑμῶν ἐπιεικείας τὴν προσρησιν, δέδοται τοῦ γράφειν καιρὸς καὶ τόπος. ἐσμὲν τοιγαροῦν

CAPUT XXXIV.

Ejusdem epistola secunda.

Cyrillus presbyteris, diaconis, populoque Alexandrino, dilectis desideratissimisque in domino Sal.

DESIDERANTI mihi vestram moderationem denuo consalutare, tempus & locus commodam scribendi occasionem attulerunt.

I. PARTIS CAPVT XXXV.

ANNO CHRISTI 431.

tulerunt. Per omnium itaque vestrum preces in Ephesiorum metropoli agimus, commoda utentes valetudine, inchoandæque synodi tempus in horas expectantes. Confidimus autem, omnium salvatorem Christum ecclesias suas ab omnibus perversis doctrinis repurgaturum, rectamque fidem omnibus palam facturum; quo omnes ubique locorum agentes, mundi, inculpati, sinceraque fide ornati, puras manus ad preces leuare, illudque beati Davidis dicere valeant: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum.* Circumcursat enim perversa illa pervigilque bestia, Christi gloriæ insidians: at nihil omnino potest, inani prorsus cassaque illius pravitate & malitia permanente. Insidiatur quippe non homini cuipiam vulgari, nobisve simili, sicut isti novorum dogmatum inventores arbitrantur; sed Deo omnipotenti. Audiat igitur a quovis Christum amante: *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Ferit enim miser seipsum, unaque cum filiis suis ad interitum ruet. Nam qui recta ecclesiarum dogmata pervertunt, de sorte illius sunt; neque Dei judicium evadere possunt. Orate igitur pro nobis, ut Dei omnium salvatoris munere gaudentes gaudentibus iterum restituamur. Omnia enim potest; & nihil omnino est quod ipse non queat. *Salutate vos invicem in osculo sancto.* Salutant vos, qui mecum sunt fratres. Valere vos in domino exopto, dilecti & desideratissimi fratres.

1. Tim. 2. v. 8. Psalm. 140. v. 2. Act. 9. v. 5.

A ἐν τῇ Ἐφεσίων, διὰ τὰς πάντων ὑμῶν εὐχὰς ἐν εὐεξίᾳ διατελοῦντες, καὶ λοιπὸν ἐγγὺς ἔχοντες τὸν τῆς συνόδου καιρόν. πιστεύομεν δὲ, ὅτι Χριστὸς ὁ πάντων σωτὴρ καθαρὰς ἀποφανεῖ διεστραμμένων ἐννοιῶν τὰς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας, καὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν ' ἀποκαταστήσει φανοτάτην· ὥστε πάντας πανταχῇ καθαροὺς καὶ ἀμώμους, ἀκαπήλευτον ἔχοντας αὐτὴν, ὁσίας αἴρειν χεῖρας εἰς προσευχὰς, ἐκεῖνο λέγοντας τὸ διὰ φωνῆς τοῦ μακαρίου Δαυίδ· κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου· ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου, θυσία ἑσπερινή. περιέρχεται γὰρ ὁ πονηρὸς, τὸ ἀκοίμητον θηρίον, ἐπιβουλεῦον τῇ δόξῃ τοῦ Χριστοῦ· ἰσχύει δὲ ὅλως οὐδὲν, ἀργούσης αὐτοῦ τῆς σκαιότητος, B καὶ ἀπρακτούσης τῆς πονηρίας. ἐπιβουλεύει οὐκ ἀνθρώπῳ κοινῷ, οὐδὲ ἑνὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἁπλῶς, κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς νέοις δογματισταῖς, ἀλλὰ Θεῷ τῷ πάντα ἰσχύοντι. οὐκοῦν ἀκουέτω παρὰ παντὸς ἀγαπῶντος Χριστόν· σκληρόν σοι τὸ πρὸς κέντρα λακτίζειν. πλήττει γὰρ ἑαυτὸν ὁ δείλαιος, καὶ ὁμοῦ τοῖς ἰδίοις τέκνοις πεσεῖται πρὸς ὄλεθρον. οἱ γὰρ τὰ ὀρθὰ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν διαστρέφοντες δόγματα, τῆς ἐκείνου μερίδος εἰσίν· οὐ φεύξονται δὲ κρίμα τοῦ Θεοῦ. προσεύχεσθε τοίνυν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ὁ Θεὸς ὁ πάντων σωτὴρ δοίη πάλιν χαίρουσι χαίροντας ἀποδοθῆναι· πάντα γὰρ δύναται, C καὶ ἀδυνατεῖ παντελῶς οὐδὲν αὐτῷ. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ἀδελφοὶ ποθεινότατοι.

' φανοτάτην ἅπασι καταστήσει

CAPUT XXXV.

Sacra ad sanctam synodum missa per Candidianum comitem domesticorum, cui servandi in synodo ordinis cura demandata erat.

Imperatores Cæsares, Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper Augusti, sanctæ synodo.

CUM magnam omnium quæ e republica sunt, curam habeamus, tum vero maximam illorum, quæ pertinent ad pietatem: per ea namque cetera quoque bona hominibus adjiciuntur. Scripsimus proinde non ita multo ante de pietatis vestræ synodo apud Ephesiorum metropolim congreganda, quæ opus erat. Quia vero debiti ordinis quietisque, quam sacræ vestræ synodi consultationes deposcunt, curam adhibere jure oportet; hanc quoque partem, quo undique tranquillitas adesset, non prætermisimus. Non arbitramur autem, pietatem vestram ut aliis pacem conciliet, alterius cujuspiam extrinsecæ opis egere. nihilominus ad nostrum erga religionem studium, singularemque providentiam pertinebat & hanc quoque non negligere.

Igitur Candidianum præclarissimum sacrorum domesticorum comitem ad sacram vestram synodum abire jussimus; sed ea lege & conditione, ut cum quæstionibus & controversiis quæ circa fidei do mata inciduut, nihil quidquam commune | abeat: (nefas est enim qui sanctissimorum episcoporum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λε'.

Θεῖον γράμμα ᵃ ἀποσταλὲν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ διὰ Κανδιδιανοῦ κόμητος δομεστίκων, τοῦ καὶ τὴν εὐταξίαν τῆς συνόδου ἐγχειρισθέντος.

Αὐτοκράτορες Καίσαρες, Θεοδόσιος, καὶ Οὐαλεντινιανὸς, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι, D ἀεισέβαστοι Αὔγουστοι, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

ΠΑΝΤΩΝ μὲν τῶν κοινῇ ' συντελούντων πολλὴν φροντίδα ποιούμεθα, διαφερόντως δὲ τῶν εἰς εὐσέβειαν ἡκόντων· δι' ὧν καὶ τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν ἡ χορηγία τοῖς ἀνθρώποις προσγίνεται. διά τοι τοῦτο πρῴην μὲν περὶ τοῦ συνελθεῖν τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν εἰς τὴν τῶν Ἐφεσίων μητρόπολιν, τὰ εἰκότα γεγραφήκαμεν. ἐπειδὴ δὲ χρὴ καὶ τῆς πρεπούσης εὐταξίας τε καὶ ' ἡσυχίας τῇ διασκέψει τῆς ἁγιωτάτης ὑμῶν συνόδου δεόντως φροντίσαι, οὐδὲ τοῦτο παρήκαμεν· ὥστε αὐτῇ πανταχόθεν ' περιφυλαχθῆναι τὸ ἀτάραχον. καὶ πε- E πείσμεθα μὲν, ὡς οὐδεμιᾶς τῆς ἔξωθεν βοηθείας εἰς τὸ καὶ ἑτέροις εἰρήνην παρασχεῖν δεῖται ὑμῶν ἡ θεοσέβεια. ἦν δὲ καὶ τοῦτο τῆς ' ἐμμελείας ἡμῶν περὶ τὴν εὐσέβειαν προνοίας μὴ παριδεῖν.

Ἐντέταλται τοίνυν Κανδιδιανὸς, ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων, ἄχρι τῆς ' ἁγίας ὑμῶν διαβῆναι συνόδου· καὶ μηδὲν μὲν ταῖς περὶ τῶν δογμάτων γινομέναις ζητήσεσι κοινωνῆσαι· ἀθέμιτον γὰρ, τὸν ' μὴ τοῦ καταλόγου τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων τυγχάνοντα

ᵃ Ex cod. ms. Seg. οὐκ ἐκφανίσθη αὕτη τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν, ἀλλ' ὑπεκρύβη διὰ Κανδιδιανοῦ κόμητος Νεστορίῳ χαριζομένου. μετὰ τὴν ἀπόφασιν ἀνεγνώσθη ὡς τὰ κεκριμένα ἀργῆσαι.

' λυσιτελούντων

' εὐκοσμίας

' ὑπάρξαι

' ἐντελεῖς

' ἁγιωτάτης

' ἔξω τῆς

ANNO CHRISTI 431.

τυγχάνοντα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς σκέμμασιν ἐπιμίγνυσθαι· τοὺς κοσμικοὺς δὲ καὶ μονάζοντας, τούς τε ἤδη διὰ τοῦτο συνειλεγμένους, καὶ τοὺς συνάγεσθαι μέλλοντας, τῆς αὐτῆς παντὶ τρόπῳ χωρίσαι πόλεως. ἐπειδήπερ οὐ χρὴ τοὺς κατ' οὐδὲν ἀναγκαίους ὄντας τῇ μελλούσῃ τοῦ δόγματος διασκέψει, κινεῖν θορύβους, καὶ διὰ τοῦτο ἐμποδίζειν τοῖς εἰρηνικῶς τυπωθῆναι παρὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης ὀφείλουσι· καὶ φροντίσαι τοῦ μή τινα διχόνοιαν ἐξ ἀντιπαθείας ἐπὶ πλέον παραταθῆναι· ὡς ἂν μὴ ἐκ τούτου ἡ τῆς ἁγιωτάτης ὑμῶν συνόδου παρεμποδίζοιτο διάσκεψις, καὶ ἡ ἀκριβὴς τῆς ἀληθείας ζήτησις ἐκ τῆς ἐγγινομένης τυχὸν ἀτάκτου περιηχήσεως διακρούηται· ἀνεξικάκως δὲ τῶν λεγομένων ἕκαστον ἀκροώμενον προστιθέναι τὸ δοκοῦν, ἢ ἀντιτιθέναι· καὶ οὕτως κατὰ πρότασίν τε καὶ λύσιν, τὴν περὶ τοῦ ἀληθοῦς δόγματος ἔρευναν δίχα τινὸς ταραχῆς * διαλυθῆναι, καὶ κοινῇ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ψήφῳ ἀστασίαστόν τε καὶ τὸν πᾶσιν ἀρέσκοντα τύπον λαβεῖν. προηγουμένως δὲ παρὰ τῆς ἡμετέρας θειότητος ὁ αὐτὸς μεγαλοπρεπέστατος ἀνὴρ Κανδιδιανὸς ἐντέταλται, παντὶ τρόπῳ παραφυλάττειν, μηδένα τῶν τῆς ἁγιωτάτης ὑμῶν συνόδου ὡς οἴκαδε ἐπανιόντα, ἢ καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν στρατόπεδον καταλαβεῖν βουλόμενον, ἢ καὶ ἀλλαχοῦ που ἀφικνεῖσθαι προῃρημένον, ἀπολιπεῖν τὸν ὁρισθέντα τῇ διασκέψει * τόπον· μήτε μὴν ἑτέραν τὸ παράπαν * προτεθῆναι ἐκκλησιαστικὴν ζήτησιν, ἥτινων δήποτε οὖν, ἢ ὁπωσοῦν ἔκ τινος ἀνακύπτουσαν ὑπόθεσιν, μὴ συντείνουσαν εἰς τὴν προκειμένην τοῦ ἁγίου δόγματος διάσκεψιν, πρὶν ἂν πᾶσα ἡ * τοῦ ζητουμένου λυθείη ἀμφισβήτησις, καὶ τὰ εἰς τὴν ἀληθῆ ἔρευναν λυσιτελοῦντα, πρὸς ἀκρίβειαν ζητηθέντα τέλους τύχῃ τοῦ τῇ ὀρθοδόξῳ θρησκείᾳ συμβαίνοντος. γινωσκέτω δὲ ὑμῶν ἡ θεοσέβεια, δεδόχθαι τῇ ἡμετέρᾳ γαληνότητι, μηδεμίαν ἢ ἐπὶ τῆς ἁγίας ὑμῶν συνόδου, ἢ καὶ ἐν δημοσίῳ αὐτόθι δικαστηρίῳ χρηματικὴν ἢ ἐγκληματικὴν κατά τινος κινηθῆναι αἰτίασιν, εἴ τινι τυχὸν ταύτην εἶναι συμβαίνοι· πᾶσαν δὲ τὴν περὶ τούτων διάγνωσιν συγκροτηθῆναι κατὰ τὴν * μεγαλώνυμον πόλιν. Εἰρηναῖον δὲ τὸν μεγαλοπρεπέστατον ἄνδρα φιλίας * μόνον χάριν συνεκδεδημηκέναι τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆσδε τῆς μεγαλωνύμου πόλεως Νεστορίῳ, μήτε τοῖς σκέμμασι τῆς ἁγιωτάτης ὑμῶν συνόδου, μήτε μὴν τοῖς ἐγχειρισθεῖσι τῷ παρ' ἡμῶν ἀποσταλέντι τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἀνδρὶ Κανδιδιανῷ κατά τινα λόγον κοινωνήσοντα.

Marginalia: * διακριθῆναι. * τόποι. * προταθῆναι. * περὶ. * μεγαλόπολιν. * μόνης.

A catalogo adscriptu non est, illum ecclesiasticis negotiis & consultationibus sese immiscere) verum ut monachos, & sæculares, qui hujus spectaculi causa vel eo nunc confluxerunt, vel in posterum confluent, ab eadem illa civitate modis omnibus submoveat: (quandoquidem non licet, illos qui omnino necessarii non sunt ad sacrorum dogmatum examen, tumultus excitare, & iis quæ cum tranquillitate a vestra sanctitate constitui definirique debent, obstaculum aliquod afferre) tum rursum, ut diligenter prospiciat, ne qua dissensio ex mutuo repugnandi studio coorta increbrescat, & sævæ tempestatis instar debacchata, sanctissimæ synodi vestræ consultationem, exactioremque veritatis indagationem forte obturbet: sed ut iis quæ dicuntur, rite perceptis, singuli inoffense quod visum fuerit in medium proponere, vel ab aliis propositum refutare queant: ut ea tandem ratione, ubi per singulas propositiones exceptionesque inquisitio citra ullam omnino turbam contentionemque habita fuerit, quod omnibus placitum probatumque erit, communi vestræ sanctitatis sententia constituatur decernaturque. Ante omnia autem eidem magnificentissimo Candidiano mandatum est, ut quam studiosissime observet, ne quem ex sanctissima vestra synodo aut reditum molientem, aut iter ad curiam nostram affectantem, aut ad alium quemcumque locum abscedere cupientem, a constituto disquisitionis loco abire permittat. Hinc, ne aliam omnino ecclesiasticam quamcumque controversiam, undecumque natam vel motam, quæ ad propositam sancti dogmatis considerationem non pertineat, ante moveri sinat, quam eorum omnium quæ nunc in quæstionem vocata sunt, ambiguitate soluta, ea quę ad veritatis investigationem faciunt, exactissimo judicio discutiantur, finemque orthodoxæ religioni congruum sortiantur. Quin & hujus quoque admonita sit vestra pietas, nempe, serenitati nostræ visum esse, ut nulla omnino in sacra vestra synodo, aut etiam in publico Ephesiorum judicio, pecuniaria aut criminalis causa adversus aliquem agitetur. Quod si quid ejusmodi extiterit, cuipiamve usu venerit, hujus integram cognitionem magnæ huic nostræ civitati reservatam volumus. Denique nec id quoque vobis clam sit, videlicet, magnificentissimum comitem Irenæum neque sanctissimæ vestræ synodi consiliis, neque his quæ eximio legato nostro Candidiano a nobis demandata sunt, ullatenus communicare debere: ut qui solius amicitiæ causa cum piissimo celeberrimæ civitatis hujus episcopo Nestorio Ephesum profectus sit.

I. PARTIS CAPUT XXXVI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λϛ'.

Ἐπιστολὴ Ἰωάννου Ἀντιοχείας πρὸς Κύριλλον.

Τῷ δεσπότῃ μου τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ, Ἰωάννης ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΥΔΕ ἐμὲ μετρίως δάκνει τὸ ὅλως τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος εἰς Ἔφεσον παραγινομένης,

CAPUT XXXVI.

Epistola Ioan. episcopi Antiochiæ ad Cyrillu.

Domino meo religiosissimo, sanctissimoque comministro Cyrillo, Ioannes in domino Sal.

NON mediocriter me cruciat, posteaquam sanctitas tua Ephesi præsto esse cœpit,

I. PARTIS CAPVT XXXVI. paucos hosce dies me abfuisse. Etenim sanctitatis tuæ desiderium magis quam res ipsa, ut iter hoc quam citissime absolvere cupiam, me stimulat. Tandem ergo post multas exantlatas itineris molestias; sanctitatis tuæ precibus adjutus, præ foribus sum. Nam triginta totos dies (tot enim spatii intercapedo postulat) iter usque facio, nihil quidquam quietis prorsus mihi indulgens: multis interim religiosissimis episcopis ob itineris difficultatem graviter afflictis; neque paucis quoque jumentis ob continuum profectionis laborem extinctis. Tu igitur, domine, Deum preceris obsecro, ut hosce quinque aut sex itineris dies sine molestia percurrere, sacrumque ac sanctum tuum caput cum gaudio nobis complecti & exosculari liceat. Dominus meus Ioannes, Paulus, Macarius, Deo carissimi episcopi sanctitatem tuam salutant. Ego quoq; cum meis domesticis, universam quæ tecum est, fraternitatem plurimum saluto. Incolumis vale, & pro nobis orare perge, domine, piissime ac sanctissime.

A τὰς μικρὰς ταύτας ὑστερῆσαι ἡμέρας. τῆς γὰρ χρείας ὁ περὶ τὴν σὴν ἁγιωσύνην πόθος πλέον μοι ἔγκειται συντόνως τὴν ὁδὸν ἐξανύσαι. εἰμὶ γοῦν ἐπὶ θύραις λοιπὸν, τῆς σῆς ἁγιότητος εὐχαῖς, πολλὴν ὑποστὰς τὸν τῆς ὁδοιπορείας πόνον. ἡμέρας γὰρ ἔχω τριάκοντα· τοσοῦτος γὰρ ὁ κύκλος τῆς ὁδοῦ ἔχει ὁδεύων, οὐδόλως ἐνδιδοὺς ἐαυτῷ· ἐνίων τῶν κυρίων τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἀνωμαλίᾳ κὴ τὴν ὁδὸν χρησαμένων, ζώων δὲ πολλῶν πεπλωκότων ἀπὸ τῆς συντόνου ὁδοιπορείας. εὔχου οὖν δέσποτα καὶ ταύτας τὰς πέντε ἢ ἓξ * μονὰς καὶ ἀλύπως ἡμᾶς ὁδεῦσαι, καὶ ἀλύπως περιπτύξασθαι τὴν ἱερὰν ἡμῖν κὴ B ὁσίαν κεφαλήν. οἱ περὶ τὸν κύριόν μου τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην, Παῦλον, Μακάριον, προσφθέγγονται σου τὴν ὁσιότητα· κὴ πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα ἐγώ τε κὴ οἱ σὺν ἐμοὶ πλεῖστα προσαγορεύομεν. ἐῤῥωμένως, ὑπερευχόμενος ἡμῶν διατελοίης δέσποτα θεοφιλέστατε κὴ ὁσιώτατε.

ANNO CHRISTI 431.

*ἡμέρας

ACTIO I. CONCILII.

ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ

Ο ΠΕΡΙΕΧΩΝ ΤΑ ΠΡΑΚΤΙΚΑ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ.

PARS SECVNDA.

CONTINENS EA QVÆ IN CONCILIO ACTA SVNT.

PRINCIPIVM SYNODI.

Actio prima.

POST consulatum dominorum nostrorum, Flavii quidem Theodosii XIII. Valentiniani vero III. semper Augustorum, x. Kalend. Iulii, synodo congregata in Ephesiorum metropoli ex decreto religiosissimorum & Christianissimorum imperatorum; & consedentibus in sanctissima ecclesia, quæ appellatur Maria, religiosissimis & sanctissimis episcopis,

Cyrillo Alexandriæ, qui & Cælestini quoque sanctissimi sacratissimique Romanæ ecclesiæ archiepiscopi locum obtinebat; &

Iuvenali Hierosolymorum, &

Memnone Ephesiorum, &

Flaviano Philippensium, qui Rufi quoque reverendissimi Thessalonicensium episcopi locum gerebat, &

Theodoto Ancyræ Galatiæ primæ, &

Firmo Cæsareæ Cappadociæ primæ, &

Acacio Melitenæ Armeniæ, &

Iconio Gortynæ Cretæ, &

* Perigene Corinthi Helladis, &

Cyro Aphrodisiadis Cariæ, &

Valeriano Iconii, &

Hesychio Parii, &

*Peregrino

ΑΡΧΗ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ.

Πρᾶξις α'.

ΜΕΤΑ τὴν ὑπατείαν τῶν δεσποτῶν ἡμῶν, Φλαυίου Θεοδοσίου τὸ τρισκαιδέκατον, κὴ Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, πρὸ δέκα καλανδῶν Ἰουλίων, συνόδου συγκροτηθείσης ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει ἐκ θεσπίσματος τῶν θεοφιλεστάτων κὴ φιλοχρίστων βασιλέων· κὴ καθεσθέντων ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ καλουμένῃ Μαρίᾳ, τῶν θεοφιλεστάτων καὶ ὁσιωτάτων ἐπισκόπων·

Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, διέποντος κὴ τὸν τόπον τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Κελεστίνου· καὶ

Ἰουβεναλίου Ἱεροσολύμων· καὶ

Μέμνονος τῆς Ἐφεσίων· καὶ

Φλαυιανοῦ Φιλίππων, ἐπέχοντος καὶ τὸν τόπον Ῥούφου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς Θεσσαλονικέων· καὶ

Θεοδότου Ἀγκύρας Γαλατίας πρώτης· καὶ

Φίρμου Καισαρείας, Καππαδοκίας πρώτης· καὶ

Ἀκακίου Μελιτινῆς Ἀρμενίας· καὶ

Ἰκονίου Γορτυνῆς τῆς Κρήτης· καὶ

Περιγένους Κορίνθου τῆς Ἑλλάδος· καὶ

Κύρου Ἀφροδισιάδος τῆς Καρίας· καὶ

Οὐαλεριανοῦ Ἰκονίου· καὶ

Ἡσυχίου Παρίου· καὶ

θεοσεβεστάτων

Ἑλλανίκου

ANNO CHRISTI 431.

Ἑλλανίκου Ῥόδου· καὶ
'Δονάτου Νικοπόλεως, Ἠπείρου παλαιᾶς· καὶ
Θεόπεμπτος ἐπίσκοπος Καβάσων εἶπε· Δεξάμενος τὰ προειρημένα χαρτία, συνετάξατο ἡμῖν τῇ ἑξῆς συντυχεῖν αὐτῷ. ἀπήλθομεν. εἶτα ἀπελθόντας οὐκ ἐδέξατο, οὔτε μὴν τὸ ἱκανὸν τοῖς γράμμασι πεποίηκεν· ὥστε ἐπ' ἐκκλησίας τὰ αὐτὰ, καὶ χείρονα δογματίζειν. οὐ μόνον δὲ πρὸ τοῦ λαβεῖν τοὺς χάρτας ταῦτα ἐδίδασκεν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ χείρονα μετὰ τὸ λαβεῖν ἐδίδαξεν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.

* Ei

Φεῖδος ἐπίσκοπος Ἰόππης εἶπεν· * Ὅτι καὶ ἐπιμένει ἕως σήμερον τῇ αὐτῇ διδασκαλίᾳ, δύνανται λέγειν καὶ οἱ παρόντες θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, Ἀκάκιος καὶ ὁ κύριος Θεόδοτος, οἳ καὶ διαλέξεις πρὸς αὐτὸν ἐποιήσαντο, ὥστε καὶ κινδυνεῦσαί τινα ἀπ' αὐτῶν. οὓς καὶ παρακαλοῦμεν, καὶ ὁρκίζομεν κατὰ τῶν προκειμένων ἁγίων εὐαγγελίων, ἐπὶ τῆς πίστεως τῶν ὑπομνημάτων εἰπεῖν, τί ἤκουσαν πρὸ τριῶν τούτων ἡμερῶν παρ' αὐτοῦ Νεστορίου.

Non sunt verba ... Seg.

" Διαλαλιὰ Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας περὶ τῶν αὐτοῦ δυσφημιῶν.

Κύριλλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· Ἐπειδὴ οὐ περὶ τῶν τυχόντων ἡμῖν ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τοῦ πάντων κεφαλαιωδεστέρου πράγματος, φημὶ δὴ τῆς ὀρθῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, ἀκόλουθόν ἐστι τοὺς ἐπισκόπους Θεόδοτον καὶ Ἀκάκιον, κατὰ τὰς παρακλήσεις τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Φείδου, καὶ τοὺς ὁρκισμοὺς τοὺς ἐπενεχθέντας, φιλαλήθεις ὄντας καὶ ἁγίους, εἰπεῖν ἅπερ ἀκηκόασι λέγοντος αὐτοῦ ἐν τῇ Ἐφεσίων πόλει, διάλεξιν πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς πίστεως κινήσαντες.

Θεόδοτος ἐπίσκοπος Ἀγκύρων εἶπεν. Οὐ-

ACTIO I. CONCILII.

A Petrus presbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius dixit: Non ea solum, quæ Cælestinus sanctissimus sacratissimusque Romanæ ecclesiæ episcopus ad reverendissimum Nestorium scripserat, missa & reddita sunt eidem; verum ea etiam quæ sanctissimus piissimusque Alexandrinæ ecclesiæ episcopus Cyrillus & universa Ægypti synodus per Theopemptum & Danielem & Potamonem & * Comarium religiosissimos episcopos ad eumdem destinaverant. Quamobrem rogo, ut Theopemptus & Daniel religiosissimi episcopi hic præsentes, ea de re interrogentur.

* Macarium

B Flavianus Philippensium episcopus dixit: Theopemptus & Daniel religiosissimi comministri nostri qui præsentes adsunt, exponant, an ejusmodi epistolas reddiderint.

Theopemptus Cabasorum episcopus dixit: Die dominico, cum synaxis ageretur, ad episcopale palatium ascendimus, ibidemque toto præsente clero cunctisque fere illustribus adstantibus, literas, de quibus hic sermo est, Nestorio tradidimus.

Similiter & Daniel Darnensium episcopus eadem confirmavit.

C Flavianus Philippensium episcopus dixit: Fuitne ergo literis ab eo satisfactum?

Daniel Darnensium episcopus dixit: Tunc nobis respondit, ut postero die veniremus, & privatim illum conveniremus. Porro nobis redeuntibus aditum interclusit, & responsum nobis dare non est dignatus.

Theopemptus Cabasorum episcopus dixit: Literis, de quibus proxime dictum est, acceptis, constituit nobis, ut sequenti die sermonem cum eo haberemus. Abivimus ergo: at postero die reversos non admisit, neque etiam satisfecit literis; sed publice pro concione eadem quæ ante, & his quoque deteriora dogmata proposuit. Neque vero solum ante redditas literas hæc docebat, sed D multo pejora, postquam accepit, docuit, & usque hodie docere non desinit.

Fidus Ioppes episcopus dixit: In suane doctrina etiamnum ad præsens usque tempus persistat Nestorius, id piissimi episcopi Acacius & dominus Theodotus, qui coram adsunt, & non absque alicujus ex ipsis periculo cum eo disseruerunt, explicare poterunt. Hos proinde rogamus, & per sancta euangelia coram hic proposita obtestamur & adjuramus, ut in præsentium actorum fidem & confirmationem nobis exponant, quidnam ante hoc proximum triduum ex ipso Nestorio audiverint.

E Cyrilli episcopi Alexandrini de blasphemiis Nestorii admonitio.

Cyrillus Alexandriæ episcopus dixit: Quandoquidem non de vulgari, sed de re omnium maxima hic agitur, puta de recta in Christum fide, consentaneum est ut reverendissimi episcopi Theodotus & Acacius juxta obtestationem, oblatique jurisjurandi religionem piissimi Fidi episcopi, cum sancti sint & amatores veritatis, ea nobis aperiant, quæ cum Nestorio in hac Ephesiorum civitate de orthodoxa fide disputantes, ex illius ore audierunt.

Theodotus Ancyræ episcopus dixit: Equidem

ACTIO I. CONCILII.

dem amici causa graviter affligor; nihilominus omni amicitiæ præpono pietatem. Adigor proinde, idque non magna absque animi mei tristitia, ut eorum de quibus interrogor, veritatem exponam; etsi interim nostrum hoc testimonium non opus esse existimem. Nam cujus ille sententiæ sit, ex literis quas ad pietatem tuam dedit, satis apertum est: siquidem humana, quæ ibi de Verbo, hoc est Unigenito, tamquam illo indigna prædicari posse negavit, eadem & hic quoque inficiari non erubuit. Etenim ut lactationem, ex virgine generationem, in epistola; ita hoc in loco differens, Deum bimestrem aut trimestrem appellare, nefas esse repetivit. Atque hæc non solum nos ex eo intelleximus, cum paucis ante diebus in hac Ephesiorum civitate contra nos disceptaret, sed alii præterea non pauci.

Acacius Melitenæ episcopus dixit: Fide & pietate erga Deum in medium propositis, omnis privata affectio facessat necesse est. Quamobrem licet dominum Nestorium præ ceteris ardenti quodam amore prosecutus sim, eumque omnino servare studuerim; nunc tamen necessitas hortatur, ut quæ ab ipso prolata mihi constant, ea vera narratione hic explanem: ne, si forte veritatem celavero, meritam damnationis sententiam animæ meæ afferam. Igitur ubi primum in hanc Ephesiorũ civitatem ingressus sum, cum prædicto viro in colloquium veni. Cumque illum minus recte sapere animadverterem, ab erronea opinione, qua tenebatur, eum abducere, & ad veritatis tramitem transferre conatus sum: eoque hominem induxisse videbar, ut se verbis ab ea sententia recessisse fateretur. Ceterum decem aut duodecim dierum intervallo interjecto, intermissam disceptationem denuo redintegramus. Cumque ego veritatis patrocinium suscepissem, deprehendi illum & veritati serio obniti, & in duas graves absurditates simul prolabi. Primo namque ex illius interrogatione, quæ absurda erat, eo responsurum adigere contendebat, ut vel unigeniti deitatem incarnatam inficiaretur; vel certe (quod impium erat) Patris & Filii & Spiritus sancti deitatem una cum Verbo carnem sumpsisse profiteretur. Quæ mentis erant perversissimæ, & piam fidem modis omnibus evertere paratæ. Mota deinde altera concertatione, episcopus quidam qui cum ipso erat, sermonem excipiens, alium asserebat Filium esse qui mortem subierat, & alium item Dei Verbum. Quam blasphemiam amplius ferre non valens, omnibus consalutatis abivi. Aderat & alius quidam ipsi, qui Iudæis patrocinatus, eos non in Deum, sed in hominem impios extitisse affirmabat.

Flavianus Philippensium episcopus dixit: Cum piissimorum & religiosissimorum consacerdotum nostrorum Acacii & Theodoti narratio manifesta existat; consequens est ut beatorum patrum nostrorum [a] sententiæ ad præsens institutum facientes in medium proferantur, prolatæque & lectæ in acta referantur.

Petrus presbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius dixit: Quandoquidem sanctissimorum sacratissimorumque patrum ac episcoporum, & diversorum præterea mar-

[a] Vincẽtius Lirinensis apud Ephesũm sacrato decalogi numero magistros, cõsiliarios, testes, judicesque productos fuisse docet, multoque ampliorẽ majorum numerum adhiberi potuisse, sed necesse non fuisse, &c.

ANNO CHRISTI 431.

νῶμαι μὲν ὑπὲρ φίλου. πλὴν πάσης φιλίας προτιμῶ τὴν εὐσέβειαν. διὸ ἀνάγκην ἔχω καὶ μετὰ πολλῆς ἀθυμίας, περὶ ὧν ἐρωτῶμαι, τὴν ἀλήθειαν ' ἐκφᾶναι. οὐκ οἶμαι χρείαν εἶναι τῆς ἡμῶν μαρτυρίας, τοῦ φρονήματος αὐτοῦ δήλου γεγενημένου ἐκ τοῦ γράμματος τοῦ πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν. ἃ γὰρ ἐκεῖ ἀπηγόρευσε περὶ τοῦ Θεοῦ λόγου λέγεσθαι, τουτέστι τοῦ μονογενοῦς, ὀνειδίζων αὐτῷ τὰ ἀνθρώπινα, ταῦτα καὶ ἐνταῦθα διαλεγόμενος ἔφη· μὴ δεῖν περὶ Θεοῦ λέγειν γαλακτοτροφίαν, μηδὲ γέννησιν τὴν ἐκ παρθένου· οὕτω καὶ ἐνταῦθα πολλάκις ἔφη, διμηναῖον ἢ τριμηναῖον μὴ δεῖν λέγεσθαι Θεόν. καὶ ταῦτα οὐχ ἡμεῖς μόνοι, ἀλλὰ καὶ ἕτεροι πλείονες ἀκηκόαμεν, οὐ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ ἐν Ἐφέσῳ διαλεγομένου.

Ἀκάκιος ἐπίσκοπος Μελιτινῆς εἶπε· Πίστεως προκειμένης, καὶ τῆς εἰς τὸν Θεὸν εὐσεβείας, ἀνάγκη πᾶσαν σχολάζειν διάθεσιν. ὅθεν εἰ καὶ σφόδρα ὑπὲρ τοὺς ἄλλους τὸν κύριον Νεστόριον ἠγάπησα, καὶ παντοίως αὐτὸν περισῶσαι ἐσπούδασα, ἀνάγκη νῦν φιλαλήθως τὰ παρ' αὐτοῦ εἰρημένα εἰπεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ κατακριθῆναί μου τὴν ψυχὴν ἀποκρύψαντος ' τἀληθές. παραχρῆμα ἐπιστὰς τῇ Ἐφεσίων πόλει ἐποιησάμην πρὸς τὸν εἰρημένον ἄνδρα διάλεξιν. καὶ γνοὺς αὐτὸν οὐκ ὀρθῶς ' φρονοῦντα, παντοίως αὐτὸν ἐσπούδασα διορθώσασθαι, καὶ ἀποστῆσαι τοῦ πονηροῦ φρονήματος. αὐτόν τε ἐκεῖνον ἑώρων τοῖς χείλεσι συνομολογοῦντα, ὅτι δὴ μετατίθεται τῆς τοιαύτης ἐννοίας. ἡμέρας δὲ δέκα ἢ δώδεκα διαλιπὼν, πάλιν λόγου τινὸς κινηθέντος, ἀντελαβόμην τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου· καὶ ἀντιπίπτοντα αὐτὸν τούτῳ ἑώρων, καὶ δύο ἀτόποις κατὰ τὸ αὐτὸ ἐγίνωσκον περιπίπτειν. πρότερον μὲν γὰρ ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐπερωτήσεως ἀτόπου οὔσης ἀνάγκην ἐπετίθει τοῖς ἀποκρινομένοις, ἢ πάντῃ ἀρνήσασθαι τὴν τοῦ μονογενοῦς θεότητα ἐνηνθρωπηκέναι, ἢ ὁμολογεῖν, ὅπερ ἦν ἀσεβὲς, ὅτιπερ καὶ ἡ τοῦ πατρὸς, καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἡ τοῦ πνεύματος θεότης συνεσαρκώθη τῷ Θεῷ λόγῳ· ἅπερ ἦν παντὶ τρόπῳ κακοτέχνου διανοίας, καὶ ἐκβαλλούσης τὴν εὐσεβῆ πίστιν. ἔπειτα δευτέρου κινηθέντος λόγου, ἀντελάβετό τις συνὼν αὐτῷ ἐπίσκοπος τοῦ λόγου· καὶ ἄλλον μὲν ἔφη εἶναι τὸν υἱὸν τὸν τὸ πάθος ἀναδεξάμενον, ἄλλον δὲ τὸν Θεὸν λόγον. πρὸς ἣν βλασφημίαν ' οὐχ ὑπενεγκεῖν δυνηθεὶς, συνταξάμενος πᾶσιν ἐξῆλθον. καὶ ἕτερος δὲ τῶν σὺν αὐτῷ συνηγόρει τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς οὐκ εἰς Θεὸν, ἀλλ' εἰς ἄνθρωπον ἠσεβηκόσι.

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων εἶπε· Φανερᾶς οὔσης καταθέσεως τῶν εὐλαβεστάτων καὶ θεοσεβεστάτων συλλειτουργῶν ἡμῶν Θεοδότου καὶ Ἀκακίου, ἀκόλουθόν ἐστιν, ἣν ' εἶπον περὶ τῶν προκειμένων δόξαν οἱ μακάριοι πατέρες ἡμῶν καὶ οἱ ἐπίσκοποι, ἀναγνωσθῆναι, καὶ ἐμφέρεσθαι τοῖς πραττομένοις.

Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ πριμικήριος νοταρίων εἶπεν· Ἐπειδὴ μετὰ χεῖρας ἔχομεν καὶ βιβλία τῶν ἁγιωτάτων καὶ ὁσιωτάτων πατέρων, καὶ ἐπισκόπων, καὶ διαφόρων μαρτύρων

' ἐκφράσαι
' τὰ ἀληθῆ
' ὀρθὰ
' οὐκέτι ἀνέσχον
' ἔχον

ANNO CHRISTI 431.

τύρων. ἐπελεξάμεθα δὲ ἐκ * πάντων ὀλίγα κεφάλαια· εἰ παρίσταται ὑμῖν, ἀναγνωσόμεθα.

* τούτων

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων εἶπε· Καὶ ταῦτα ἀναγνωσθέντα ἐμφερέσθω. Καὶ ἀνεγνώσθη οὕτω.

Πέτρου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ περὶ θεότητος βιβλίου.

ΕΠΕΙΔΗ καὶ ἀληθῶς ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο· ὅθεν καὶ χάριτί ἐσμεν σεσωσμένοι, κατὰ τὸ ἀποστολικὸν ῥητόν· καὶ τοῦτο, φησὶν, οὐκ ἐξ ὑμῶν· Θεοῦ τὸ δῶρον· οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται. θελήματι Θεοῦ ὁ λόγος σὰρξ γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ' οὐ κατελείφθη τῆς θεότητος. οὐδὲ γὰρ ἵνα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἢ δόξης τελέως ἀποστῇ, πτωχεύσας πλούσιος ὢν, τοῦτο ἐγένετο· ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν θάνατον ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν ἀναδέξηται, δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων, ὅπως ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ, θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. Καὶ μεθ' ἕτερα· Ὅθεν καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἀληθεύει λέγων· ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· τότε ' δὴ τότε, ἀφ' οὗ ὁ ἄγγελος ἠσπάσατο τὴν παρθένον ' εἰπών· χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ. τὸ γὰρ ὁ κύριος μετὰ σοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἀκοῦσαι τοῦ Γαβριὴλ, ἀντὶ τοῦ ὁ Θεὸς λόγος μετὰ σοῦ. σημαίνει γὰρ αὐτὸν ' γενόμενον ἐν μήτρᾳ, καὶ σάρκα γενόμενον, καθὼς γέγραπται· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. Καὶ πάλιν μεθ' ἕτερα. Ὁ δὲ Θεὸς λόγος παρὰ τὴν ἀνδρὸς ἀπουσίαν, κατὰ βούλησιν τοῦ πάντα δυναμένου κατεργάσασθαι Θεοῦ, γέγονεν ἐν μήτρᾳ τῆς παρθένου σὰρξ, μήτε δεηθεὶς τῆς ἀνδρὸς ἐνεργείας, ἢ παρουσίας. ἐνεργέστερον γὰρ τοῦ ἀνδρὸς ἐνεποίησεν ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ἐπισκιάσασα τῇ παρθένῳ σὺν τῷ ἐπεληλυθότι ἁγίῳ πνεύματι.

' οὐκ ἀπελείφθη in mſ. Seguieriano.

' δηλονότι καὶ εἶπε.

' γεννώμενον

Ἀθανασίου τοῦ ἁγιωτάτου, γενομένου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν βιβλίου.

ΠΟΛΛΟΙ γοῦν ἅγιοι γεγόνασι, καὶ καθαροὶ πάσης ἁμαρτίας· Ἱερεμίας δὲ καὶ ἐκ κοιλίας μητρὸς ἡγιάσθη· καὶ Ἰωάννης ἔτι κυοφορούμενος ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει ἐπὶ τῇ φωνῇ τῆς θεοτόκου Μαρίας. καὶ ὅμως ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας, ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ. καὶ οὕτως ἔμενον οὐδὲν ἧττον οἱ ἄνθρωποι θνητοὶ καὶ φθαρτοὶ, δεκτικοὶ τῶν ἰδίων τῆς φύσεως παθῶν. νῦν δὲ τοῦ λόγου γενομένου ἀνθρώπου, καὶ ἰδιοποιουμένου τὰ τῆς σαρκὸς, οὐκέτι ταῦτα τοῦ σώματος ἅπτεται διὰ τὸν ἐν αὐτῷ γενόμενον Θεὸν λόγον· ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ μὲν ἀνήλωται. λοιπὸν δὲ οἱ ἄνθρωποι οὐκέτι κατὰ τὰ ἴδια πάθη μένουσιν ἁμαρτωλοὶ καὶ νεκροὶ, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ λόγου δύναμιν ἀναστάντες, ἀθάνατοι καὶ ἄφθαρτοι ἀεὶ διαμένουσιν. ὅθεν καὶ γεννωμένης τῆς σαρκὸς ἐκ τῆς θεοτόκου Μαρίας,

A tyrum codices in promptu habemus, nonnullaque capita ex illis ſelegimus: ea, ſi vobis ita viſum fuerit, prælegemus.

ACTIO I. CONCILII.

Flavianus epiſcopus Philippenſium dixit: Legantur, & in actorum monumenta referantur. Et lecta ſunt in hunc modum.

" *Petri ſanctiſſimi epiſcopi & martyris ex libro de deitate.*

" in mſ. Iuſtelli vetus occurrit harum ſententiarum verſio, & ab hac & à Peltanica & Contiana omninò diverſa.

CVM vere gratia & v[...]tas per Ieſum Chriſtum facta ſit; hi[...] ſecundum Apoſtoli doctrinam gratia ſalvati ſumus. Ait enim: *Et hoc non ex nobis; Dei enim donum* B *eſt: non ex operibus, ut ne quis glorietur.* Dei voluntate Verbum factum eſt caro, habituque inventum ut homo, non receſſit a deitate. Neque enim ea de cauſa egenus factus eſt cum eſſet dives, ut virtutis aut majeſtatis ſuæ perfectione exueretur; ſed ut & mortem pro nobis peccatoribus ſuſciperet, *juſtus pro injuſtis; ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem ſpiritu.* Et poſt pauca rurſum: Quare & evangeliſta quoque vera prædicat, dum ait: *Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Tum videlicet, cum angelus virginem ſalutavit dicens: *Ave gratia plena, dominus* C *tecum.* hoc eſt, Dei Verbum tecum eſt. nam illa Gabrielis ſalutatio, Deum Verbum in utero virgineo natum, & carnem factum inſinuat. hinc & ſcriptum eſt: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: ideòque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* Et paucis interjectis rurſum: De[...] autem Verbum citra viri commercium, [...]i, qui quidvis efficere poteſt, voluntate, in virginis utero incarnatum eſt, viri operatione aut præſentia ad hoc minime requiſita. Dei namque virtus vir[...]nem per Spiritus ſancti adventum obumbrans viro efficacius o- D perata eſt.

Ioan. 1. v. 17.
Eph. 2. v. 8.
Ioan. 1.
Philip. 2.
2. Cor. 8. v. 9.
1. Petr. 3. v. 18.
Ioan. 1. v. 14.
Luc. 1. v. 28.
Ibid. v. 35.

Athanaſii ſanctiſſimi epiſcopi Alexandriæ, ex libro contra Arianos.

MVLTI ſane & ſancti extitere, & ab omni peccato immunes. Quin Ieremias ex utero ſanctificatus eſt: & Ioannes adhuc intra materna viſcera deliteſcens, deiparæ virginis Mariæ voce percepta, præ gaudio exſultavit. *Verumtamen regnavit mors ab Adam uſque ad Moyſen, etiam in eos qui non peccaverunt, ob ſimilitudinem prævarica-* E *tionis Adæ.* Atque ita homines morti & corruptioni, ceteriſque miſeriis quæ in ipſorum naturam conveniunt, obnoxii manebant. Nunc autem poſteaquam Verbum incarnatum eſt, & ea quæ carnis ſunt propria, ſibi adſcivit, ejuſmodi paſſiones in corpus non amplius deſæviunt, propter Deum Verbum quod in eo factum eſt, ſed ab ipſo quidem conſumptæ ſunt: homines autem non amplius ſecundum propriæ naturæ paſſiones peccato & morte conſtricti tenentur; ſed Verbi virtute exſuſcitati, perpetuæ immortalitatis & incorruptionis beneficio potiuntur. Carne proinde ex deipara Maria nata, ipſe natus

Orat. 4. contra Arian. ante med.
Ierem. 1.
Luc. 1. v. 44.
Rom. 5. v. 14.

ACTIO I. CONCILII. porhibetur, qui aliis rebus ut sint largitur: A quo videlicet nostra nativitate in seipsum translata, non amplius tamquam terra tantum, in terram abeamus; sed tanquam cælesti Verbo conjuncti, ab ipso in cælum evehamur. Ad hunc modum alias quoque corporis passiones haud incongrue in seipsum transtulit, ne in posterum sicut homines moriamur, sed tamquam Verbi Dei proprii effecti, sempiternæ vitæ participes existamus. (Psal. 81.) Neque enim ultra, juxta priorem generationem, omnes in Adam morimur; (1. Cor. 15. v. 22.) sed tam nativitate nostra, quam reliquis omnibus carnis infirmitatibus in Verbum translatis, so- B luta maledictione per peccatum nobis inflicta, (Galat. 3. v. 13.) propter eum qui in nobis nostri causa factus est maledictio, e terra resurgimus.

Ejusdem ex epistola ad Epictetum.

(Paulo post princip.) QUOMODO autem quidam qui inter Christianos censentur, in quæstionem vocare audent; dominusne, quem Maria in lucem edidit, natura quidem & essentia Dei filius existat, secundum carnem vero ex semine David & sanctæ Mariæ carne ortum ducat? (Rom. 1.) Quinam vero in eam temeritatem prolapsi sunt, ut dicere audeant, Christum qui carne passus & crucifixus est, nec Deum C esse, nec dominum, nec salvatorem, nec Patris Filium? Quomodo rursum Christiani hominis appellationem usurpare non verentur, qui Verbum in hominem sanctum perinde atque in aliquem prophetarum descendisse asserunt, & non ipsum sumpto ex Maria corpore hominem factum; sed alium Christum, alium rursum esse Dei Verbum, quod ante Mariam & sæcula erat Filius Patris? Aut quomodo Christiani nomen merentur, qui alium dicunt esse Filium, & alium Dei Verbum?

Et post alia rursum:

Hæc autem (ut quidam existimarunt) non D agebantur per extrinsecam Verbi præsentiam; absit; sed realiter & vere salvatore homine facto, toti homini salus obvenit. Nam si juxta illorum opinionem extrinseca præsentia Verbum in corpore erat; hoc autem ad apparentiam spectat; consequens est (quod impiissimus docebat Manichæus) hominum salutem & resurrectionem esse rem quampiam commentitiam & imaginariam. Atqui salus nostra non est inane commentum: neque salus tantum corpori comparata est, sed toti vere homini, hoc est, animæ & corpori: siquidem salvatoris corpus, quod secundum scripturas ex Maria sumptum est, natura humanum erat & verum.

E

Iulii sanctissimi episcopi Romæ, ex epistola ad Docimum.

AD fidei plenitudinem incarnatus quoque Dei Filius ex Maria virgine prædicatur, atque inter homines moratus, non potenti quadam vi in homine operatus: hoc enim in prophetis & apostolis locum habet: perfectus Deus in carne, & homo perfectus in spiritu: non duo filii, unus quidem germanus filius, qui suscepit hominem; alter vero homo mortalis a Deo assumptus: sed unus unigenitus in cælo, unigenitus in terra Deus.

A αὐτὸς λέγεται γεγεννῆσθαι, ὁ τοῖς ἄλλοις τὴν γένεσιν εἰς τὸ εἶναι παρέχων· ἵνα τὴν ἡμῶν εἰς ἑαυτὸν μεταθῇ γένησιν, καὶ μηκέτι ὡς γῆ μόνη ὄντες εἰς γῆν ἀπέλθωμεν· ἀλλ' ὡς τῷ ἐξ οὐρανοῦ λόγῳ συναφθέντες, εἰς οὐρανὸν ἀναχθῶμεν ¹δι' αὐτοῦ. (¹παρ' αὐτοῦ) ἐκ τοῦ οὕτω καὶ τὰ ἄλλα πάθη τοῦ σώματος οὐκ ἀπεικότως εἰς ἑαυτὸν μετέθηκεν, ἵνα μηκέτι ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκωμεν, ἀλλ' ὡς ἴδιοι τοῦ λόγου, τῆς αἰωνίου ζωῆς μετάσχωμεν. οὐκέτι γὰρ κατὰ τὴν προτέραν γένεσιν ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν, ἀλλὰ λοιπὸν τῆς γενέσεως ἡμῶν, καὶ πάσης τῆς σαρκικῆς ἀσθενείας μετατεθέντων εἰς τὸν B λόγον, ἐγειρόμεθα ἀπὸ τῆς γῆς, λυθείσης τῆς δι' ἁμαρτίαν κατάρας διὰ τὸν ἐν ἡμῖν ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενον κατάραν.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Ἐπίκτητον ἐπιστολῆς.

ΠΩΣ δὲ καὶ ἀμφιβάλλειν ἐτόλμησαν οἱ λεγόμενοι χριστιανοὶ, εἰ ὁ ἐκ Μαρίας προελθὼν κύριος, υἱὸς μὲν τῇ οὐσίᾳ καὶ φύσει τοῦ Θεοῦ ἐστι· τὸ δὲ κατὰ σάρκα, ἐκ σπέρματός ἐστι τοῦ Δαυὶδ, σαρκὸς δὲ τῆς ἁγίας Μαρίας; τίνες δὲ ἄρα οὕτω τολμηροὶ γεγόνασιν, ὥστε εἰπεῖν τὸν Χριστὸν τὸν σαρκὶ παθόντα καὶ ἐσταυ- C ρωμένον μὴ εἶναι κύριον, καὶ σωτῆρα, καὶ Θεὸν, καὶ υἱὸν τοῦ πατρός; ἢ πῶς χριστιανοὶ θέλουσιν ὀνομάζεσθαι οἱ λέγοντες εἰς ἄνθρωπον ἅγιον, ὡς ἐπὶ ἕνα τῶν προφητῶν ἐληλυθέναι τὸν λόγον, καὶ μὴ αὐτὸν ἄνθρωπον γεγονέναι, λαβόντα ἐκ Μαρίας τὸ σῶμα· ἀλλ' ἕτερον εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ ἕτερον τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, τὸν πρὸ Μαρίας καὶ πρὸ αἰώνων υἱὸν ὄντα τοῦ πατρός; ἢ πῶς εἶναι χριστιανοὶ δύνανται οἱ λέγοντες, ἄλλον εἶναι τὸν υἱὸν, καὶ ἄλλον τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον; Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· Οὐ θέσει δὲ ταῦτα ἐγίνετο, μὴ γένοιτο, ὥς τινες πάλιν ὑπ- D έλαβον· ἀλλ' ὄντως ἀληθείᾳ γενομένου ἀνθρώπου τοῦ σωτῆρος, ὅλου τοῦ ἀνθρώπου σωτηρία ἐγίνετο. εἰ γὰρ θέσει ἦν ἐν τῷ σώματι ὁ λόγος κατ' ἐκείνους· τὸ δὲ θέσει λεγόμενον φαντασίας ἐστί· δοκήσει εὑρίσκεται καὶ ἡ σωτηρία καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν ἀνθρώπων λεγομένη, κατὰ τὸν ἀσεβέστατον Μανιχαῖον. ἀλλὰ μὴν οὐ φαντασία ἡ σωτηρία ἡμῶν, οὐδὲ σώματος μόνου, ἀλλ' ὅλου ἀνθρώπου, ψυχῆς καὶ σώματος· ἀληθῶς ἡ σωτηρία ἡμῶν γέγονεν· ἀνθρώπινον γὰρ φύσει τὸ ἐκ Μαρίας, κατὰ τὰς θείας γραφὰς, καὶ ἀληθινὸν ἦν τοῦ σωτῆρος.

Ἰουλίου τοῦ ἁγιωτάτου γενομένου ἐπισκόπου Ῥώμης, ἐκ τῆς πρὸς * Δόκιον ἐπιστολῆς. (* Δόκιμον)

ΚΗΡΥΣΣΕΤΑΙ δὲ εἰς συμπλήρωσιν τῆς πίστεως καὶ σαρκωθεὶς ἐκ παρθένου Μαρίας ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, καὶ σκηνώσας ἐν ἀνθρώποις, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ ἐνεργήσας· τοῦτο γὰρ ἐπὶ προφητῶν ἐστι καὶ ἀποστόλων· τέλειος Θεὸς ἐν σαρκὶ, καὶ ἄνθρωπος τέλειος ἐν πνεύματι· οὐ δύο υἱοὶ, εἷς μὲν γνήσιος υἱὸς ἀναλαβὼν ἄνθρωπον· ἕτερος δὲ θνητὸς ἄνθρωπος, ἀναληφθεὶς ὑπὸ Θεοῦ· ἀλλ' εἷς μονογενὴς ἐν οὐρανῷ, μονογενὴς ἐπὶ γῆς, Θεός.

Φήλικος

ACTIO I. CONCILII.

Φήλικος τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Ῥώμης καὶ μάρτυρος, ἐκ τῆς πρὸς Μάξιμον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ τὸν κλῆρον Ἀλεξανδρείας, ἐπιστολῆς.

A

ΠΕΡΙ δὲ τῆς σαρκώσεως τοῦ λόγου καὶ τῆς πίστεως, πιστεύομεν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας γεννηθέντα, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ ἀΐδιος υἱὸς καὶ λόγος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος ὑπὸ Θεοῦ ἀναληφθεὶς, ἵν' ἕτερος ᾖ παρ' ἐκεῖνον. οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ἵνα ᾖ ἕτερος παρ' αὐτόν· ἀλλὰ Θεὸς ὢν τέλειος, γέγονεν ἅμα καὶ τέλειος B ἄνθρωπος, σαρκωθεὶς ἐκ παρθένου.

Felicis sanctissimi episcopi Romæ & martyris, ex epistola ad Maximum episcopum & clerum Alexandrinum.

De Verbi autem incarnatione & fide, credimus in dominum nostrum Iesum Christum ex virgine Maria natum, quod ipse est sempiternus Dei Filius & Verbum, non autem homo a Deo assumptus, ut alius sit ab illo. Neque enim hominem assumpsit Dei Filius, ut alius ab ipso existat: sed cum perfectus Deus esset, factus est simul homo perfectus, ex virgine incarnatus.

Θεοφίλου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῆς πέμπτης ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς.

ΕΣΤΙ γὰρ καὶ νῦν τῶν τότε θαυμάτων τὰ λείψανα. μὴ ἀπιστείτωσαν, ὅτι δύναμις Θεοῦ ἰσχύει ποιεῖν παρθένον ἀποτίκτειν, ἐν ᾗ γενόμενος ὁ ζῶν τοῦ Θεοῦ λόγος διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν· ἄλλως γὰρ συνομιλεῖν ἡμῖν αὐτὸν ἐγγύτερον οὐχ οἷόν τε ἦν· ἵνα μὴ ἐξ ἡδονῆς καὶ ὕπνου, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἔχει, δέξηται σῶμα, τὸ ἐν ὁμοιώματι τούτου λαμβάνει ἐκ παρθένου τικτόμενος· ἄνθρωπος μὲν φαινόμενος, ὡς ἡμεῖς, καὶ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν. ἐκ δὲ τῶν ἔργων C ἀποδεικνύμενος, ὅτι τῶν ἁπάντων δημιουργὸς καὶ κύριός ἐστι, τεράστιων ἔργα Θεοῦ.

Theophili sanctissimi episcopi Alexandriæ, ex quinta paschali epistola.

Extant & nunc quoque veterum miraculorum reliquiæ. Nemo dubitet quin Dei virtus efficere id queat, ut virgo pariat: in qua utique, nobis ut assimilaretur, vivum Dei Verbum, (alia namque ratione familiariter inter nos versari non poterat) ne e voluptate & somno, ut in aliis hominibus contingere solet, corpus sumeret, nostra similitudine accepta, ex virgine prodiit: hominem quidem secundum servilem formam nobis haud dissimilem videndum se præbens, ex operibus tamen (opera enim divina patrabat) omnium & dominum & opificem se esse ostendens. *Sap. 7. v. 3.*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ἑξῆς ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς.

ΟΙΑ γὰρ τῶν τεχνιτῶν οἱ ἄριστοι οὐκ ἐν τιμίαις μόνον ὕλαις τὴν τέχνην ἐκφαίνουσι θαυμαζόμενοι, ἀλλ' εὐτελεῖ κηρῷ καὶ πηλοῦ διαλυομένου πολλάκις, ἐπειλημμένοι, τῆς ἐπιστήμης ἑαυτῶν ἐπιδεικνύουσι τὴν δύναμιν, πολλῷ μᾶλλον ἐπαινούμενοι· οὕτως ὁ πάντων ἀριστοτέχνης, ὁ ζῶν καὶ ἐνεργὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, τάξεως D ἁρμονίᾳ διακοσμήσας τὰ σύμπαντα, οὐχ οἷά τινος τιμίας ὕλης, οὐρανίου λαβόμενος σώματος, πρὸς ἡμᾶς ἀφῖκται· ἀλλ' ἐν πηλῷ τὸ μέγα τῆς ἑαυτοῦ δείκνυσι τέχνης, τὸν ἐκ πηλοῦ πλασθέντα διορθούμενος ἄνθρωπον, αὐτὸς ἐκ παρθένου καινοπρεπῶς προϊὼν ἄνθρωπος· τῷ μὲν τρόπῳ τῆς γενέσεως διαλλάττων, τὴν δὲ κατὰ πάντα πρὸς ἡμᾶς χωρὶς ἁμαρτίας οὐκ ἐκφυγεῖν κρίνας ὁμοίωσιν· τικτόμενος, σπαργανούμενος, τιθηνούμενος, βρέφος, ἐν φάτνῃ κείμενος, τῆς φύσεως ἡμῶν τὴν ἀσθένειαν ἐνδεχόμενος διὰ τὰς προλαβούσας ἁμαρτίας καὶ αἰτίας. ἀλλ' ἔτι βρέφος E ὢν, ὁμοῦ καὶ τὸν ἐχθρὸν, καὶ τὴν τούτου θορυβεῖ φάλαγγα, μάγους ἕλκων ἐπὶ μετάνοιαν, καὶ παρασκευάζων τοῦ ἀποστείλαντος αὐτοὺς καταφρονεῖν βασιλέως.

Ejusdem, ex sexta paschali epistola.

Etenim ut præstantissimi quique artifices non solum in nobili quapiam materia artem suam ostendentes, magnam sui admirationem excitare solent; verumetiam vilem ceram, & lutum quod dissolvitur, sæpe sumentes, artis suæ vim in ea explicant, & cumulatiorem laudem promerentur: ita sane omnium optimus artifex, vivum illud & efficax Dei Verbum, quod universam hanc rerum molem mira ordinis concinnitate exornavit, non tamquam preciosa aliqua materia, hoc est, cælesti corpore sumpto ad nos descendit; sed in luto artis suæ magnitudinem declaravit, dum ipse hominem ex limo formatum instauraturus, nova quadam ratione homo ex virgine processit. Et quamvis nativitatis modo a nobis differret, similitudinem tamen nostram (peccato dumtaxat excepto) per omnia amplectendam existimavit. Nam & nascitur, & fasciis involvitur, & lactatur, & infans in præsepio ponitur; & omnes denique propter jam dictas causas naturæ nostræ infirmitates experitur. Interim tamen cum infans adhuc esset, inimicum ipsiusque cohortem exterruit, magos ad pœnitentiam adducens, & ut regem a quo missi fuerant, contemnerent, efficiens. *Heb. 4. v. 12.* *Ibid. 15.* *Luc. 2.* *Matth. 2.*

Κυπριανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ περὶ ἐλεημοσύνης λόγου.

ΠΟΛΛΑΙ καὶ μέγισται τυγχάνουσιν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, αἱ θεῖαι εὐεργεσίαι, ἀφ' ὧν τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἡ τοῦ Θεοῦ πατρὸς δαψιλὴς καὶ πλουσία φιλανθρωπία εἰργάσατο, καὶ ἀεὶ ἐργάζεται. ὅτι φυλάξαι καὶ ζωοποιῆσαι ἡμᾶς ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν

Cypriani sanctissimi episcopi & martyris, ex tractatu de eleemosyna.

Multa & magna sunt, fratres carissimi, beneficia divina, quibus in salutem nostram Dei Patris & Christi larga & copiosa clementia & operata sit, & semper operetur; quod conservandis ac vivificandis nobis Pater Filium suum misit, ut re-

ACTIO I. CONCILII. parare nos posset; quodque Filius missus, esse & hominis filius voluit, ut nos Dei filios faceret. Humiliavit se, ut populum qui prius jacebat, erigeret: vulneratus est, ut vulnera nostra curaret: servivit, ut ad libertatem servientes extraheret: mori sustinuit, ut immortalitatem mortalibus exhiberet. ANNO CHRISTI 431.

A ἔπεμψεν, ἵνα ἡμᾶς ἀνακαινίσῃ· καὶ πεμφθεὶς ὁ υἱὸς ἠθέλησεν υἱὸς ἀνθρώπου γενέσθαι, ὅπως ἡμᾶς υἱοὺς Θεοῦ καταστήσῃ. ἐταπείνωσε τοίνυν ἑαυτὸν, ἵνα τὸν λαὸν τὸν ἀπερριμμένον ἀνακτήσηται· τετραυμάτισται, ἵνα τὰ ἡμέτερα τραύματα θεραπεύσῃ· ἐδούλευσεν, ἵνα ἐκ δουλείας εἰς ἐλευθερίαν τοὺς αὐτῷ δουλεύοντας ἀγάγῃ· θάνατον ὑπέστη, ἵνα τὴν ἀθανασίαν τοῖς θνητοῖς ἀποδῷ.

Ambrosii sanctissimi episcopi Mediolanensium expositio de fide.

Lib. 1. de fide, c. 16. Gal. 4. v. 4. SI mihi non credunt, credant apostolo dicenti: *Postquam vero venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege.* Filium, inquit, suum non unum de multis; non communem, sed suum. Suum cum dicit, generationis æternæ proprietatem significavit. Hunc postea factum ex muliere asseruit, ut factura non divinitati, sed assumptioni corporis adscriberetur. Factum ex muliere, per carnis susceptionem: factum sub lege, per observantiam legis. Generatio autem illa cœlestis ante legem, ista post legem.

Ἀμβροσίου τοῦ ἁγιωτάτου γενομένου ἐπισκόπου τῶν ' Μεδιολανέων ἑρμηνεία περὶ πίστεως. ' Μεδιολαν

ΕΙ ἐμοὶ οὐ πιστεύουσι, πιστεύσωσι τῷ ἀποστόλῳ λέγοντι· ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον· τὸν υἱὸν αὐτοῦ φησιν, οὐχ ἕνα ἐκ πολλῶν· οὐ κοινὸν, ἀλλ᾽ αὐτοῦ· τῆς ἀϊδίου γεννήσεως τὴν ἰδιότητα ἐσήμανε. τοῦτον μετὰ ταῦτα γενόμενον ἐκ γυναικὸς κατασκευάζει, ὅπως τὸ γενέσθαι οὐ τῇ θεότητι, ἀλλὰ τῷ προσληφθέντι σώματι περιγράφῃ. γενόμενον ἐκ γυναικὸς, διὰ τῆς προσληφθείσης σαρκὸς· γενόμενον ὑπὸ νόμον, διὰ τῆς τοῦ νόμου φυλακῆς· ἡ γὰρ θειοτάτη αὐτοῦ γέννησις πρὸ τοῦ νόμου, αὕτη δὲ μετὰ τὸν νόμον.

Ejusdem ex libro secundo de fide.

Cap. 4. 1. Cor. 2. v. 4. SILEANT igitur inanes de sermonibus quæstiones, quia regnum Dei, sicut scriptum est, non in persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis. Servemus distinctionem divinitatis & carnis. Unus in utraque loquitur Dei Filius, quia in eodem utraque natura est. Etsi idem loquitur, non uno semper loquitur modo. Intende in eo nunc hominis passiones. Quasi Deus loquitur quæ sunt divina, quia Verbum est: quasi homo dixit quæ sunt humana, quia in mea substantia loquebatur: *Hic est panis vivus qui de cælo descendit.* Panis hic caro est, sicut ipse dixit: *Hic panis quem ego dabo, caro mea est.* Hic est qui descendit; hic est *quem Pater sanctificavit, & misit in hunc mundum.* Hæc ipsa litera nos docet, sanctificatione non divinitatem eguisse, sed carnem.

Joan 6. Ibid. 35. Joan 10. v. 36.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ δευτέρου βιβλίου περὶ πίστεως.

ΣΙΩΠΗΣΩΣΙ τοίνυν αἱ ἀπὸ τῶν λόγων μάταιαι ζητήσεις, ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ βασιλεία, καθὼς γέγραπται, οὐκ ἐν πειθοῖ λόγων ἀνθρωπίνων ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἐν ἀποδείξει δυνάμεως. φυλάξωμεν τὴν διαφορὰν τῆς θεότητος καὶ τῆς σαρκός. εἷς ἐν ἑκατέρῳ λαλεῖ ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ὅτι ἐν αὐτῷ ἡ ἑκατέρα φύσις ἐστίν. ὁ αὐτὸς λαλεῖ, καὶ οὐκ ἐν ἑνὶ πάντοτε διαλέγεται τρόπῳ. πρόσεχες ἐν αὐτῷ νυνὶ μὲν δόξαν Θεοῦ, νυνὶ δὲ ἀνθρώπου πάθη. ὅτι ὡς Θεὸς διδάσκει τὰ θεῖα, ἐπεὶ λόγος ἐστίν· ὡς δὲ ἄνθρωπος, λέγει τὰ ἀνθρώπινα, ἐπεὶ ἐν τῇ ἐμῇ οὐσίᾳ διελέγετο. οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὃς κατέβη ἐξ οὐρανοῦ. οὗτος ὁ ἄρτος ἡ σάρξ ἐστι, καθὼς καὶ αὐτὸς ἔφη· οὗτος ὁ ἄρτος, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μου ἐστίν. οὗτός ἐστιν ὁ καταβάς. οὗτός ἐστιν, ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἔπεμψεν εἰς τὸν κόσμον. οὐδὲ αὐτὸ τὸ γράμμα ἡμᾶς διδάσκει τοῦ ἁγιασμοῦ τὴν θεότητα χρείαν ἐσχηκέναι, ἀλλὰ τὴν σάρκα.

Gregorii magni sanctissimi episcopi Nazianzeni.

Epist. 1. ad Cledoniū. NON fallant, neque fallantur homines, hominem dominicum (ut ipsi loquuntur) mentisque exortem eum esse rati, qui potius Deus ac dominus noster est. Neque enim hominem a divinitate separamus, sed utrumque unum eumdemque esse profitemur: primo quidem non hominem, sed Deum & Filium unicum, ac sæculis omnibus antiquiorem, omnisque corporis, & eorum quæ corpori conveniunt, expertem: in fine autem etiam hominem propter salutem nostram assumptum, carne passibilem, corpore loco definitum, incircumscriptum spiritu: eumdem cælestem & terrenum, visibilem & invisibilem, comprehensibilem & incomprehensibilem; ut toto homine, eodemque Deo, totus homo qui sub peccato jacebat, reformaretur.

Γρηγορίου τοῦ μεγάλου ἁγιωτάτου ἐπισκόπου γενομένου Ναζιανζοῦ.

ΜΗ ἀπατάτωσαν οἱ ἄνθρωποι, μηδὲ ἀπατάσθωσαν, ἄνθρωπον ἄνουν δεχόμενοι τὸν κυριακὸν, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, μᾶλλον δὲ τὸν κύριον ἡμῶν καὶ Θεόν. οὐδὲ γὰρ τὸν ἄνθρωπον χωρίζομεν τῆς θεότητος, ἀλλ᾽ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν δογματίζομεν· πρότερον μὲν οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεὸν καὶ υἱὸν μόνον καὶ προαιώνιον, ἀμιγῆ σώματος καὶ τῶν ὅσα σώματος· ἐπὶ τέλει δὲ καὶ ἄνθρωπον προσληφθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας· παθητὸν σαρκὶ, ἀπαθῆ θεότητι· περιγραπτὸν σώματι, ἀπερίγραπτον πνεύματι· τὸν αὐτὸν ἐπίγειον καὶ οὐράνιον, ὁρώμενον καὶ ' ἀόρατον, χωρητὸν καὶ ἀχώρητον· ἵν᾽ ὅλῳ ἀνθρώπῳ τῷ αὐτῷ καὶ Θεῷ, ὅλος ἄνθρωπος ἀναπλασθῇ πεσὼν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. ' νοούμενον,

Εἴ τις

NNO RISTI 431.

Εἴ τις οὐ θεοτόκον τὴν Μαρίαν ὑπολαμβάνει, ἐκτός ἐστι τῆς θεότητος.

Εἴ τις ὡς διὰ σωλῆνος τῆς παρθένου δραμεῖν, ἀλλὰ μὴ ἐν αὐτῇ διαπεπλάσθαι λέγει θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνθρωπικῶς· θεϊκῶς μὲν, ὅτι χωρὶς ἀνδρός. ἀνθρωπικῶς δὲ, ὅτι νόμῳ κυήσεως· ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις διαπεπλάσθαι λέγει τὸν ἄνθρωπον, εἶθ' ὑποδεδυκέναι Θεὸν, κατάκριτος· οὐ γὰρ γέννησις Θεοῦ τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ φυγὴ γεννήσεως.

Εἴ τις εἰσάγει δύο υἱοὺς, ἕνα μὲν τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, δεύτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς μητρὸς, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, καὶ τῆς υἱοθεσίας ἐκπέσοι τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι. φύσεις μὲν γὰρ δύο, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα· υἱοὶ δὲ οὐ δύο, οὐδὲ θεοί· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δύο ἄνθρωποι, εἰ καὶ οὕτως ὁ Παῦλος τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ ἐκτὸς προσηγόρευσε· καὶ εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν ὁ σωτὴρ, εἴπερ μὴ ταὐτὸν τὸ ἀόρατον τῷ ὁρατῷ, καὶ τὸ ἄχρονον τῷ ὑπὸ χρόνον· οὐκ ἄλλος δὲ καὶ ἄλλος, μὴ γένοιτο· τὰ γὰρ ἀμφότερα, ἓν τῇ συγκράσει, Θεοῦ μὲν ἐνανθρωπήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάσειε. λέγω δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο ἔμπαλιν, ἢ ἐπὶ τῆς τριάδος ἔχει. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν, οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο. ἓν γὰρ τὰ τρία καὶ ταὐτὸν τῇ θεότητι.

Εἴ τις ὡς ἐν προφήταις λέγει κατὰ χάριν ἐνηργηκέναι, ἀλλὰ μὴ κατ' οὐσίαν συνῆφθαι, καὶ συναναπεπλάσθαι, εἴη κενὸς τῆς κρείττονος ἐνεργείας, μᾶλλον δὲ πλήρης τῆς ἐναντίας.

Εἴ τις οὐ προσκυνεῖ τὸν ἐσταυρωμένον, ἀνάθεμα ἔστω, καὶ τετάχθω μετὰ τῶν θεοκτόνων.

Εἴ τις ἐξ ἔργων τετελειωμένον, ἢ μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν υἱοθεσίας ἠξιῶσθαι λέγει, καθάπερ οὓς Ἕλληνες παρεγγράπτους εἰσάγουσιν, ἀνάθεμα ἔστω. τὸ γὰρ ἠργμένον, ἢ προκόπτον, ἢ τελειούμενον, οὐ Θεὸς, κἂν διὰ τὴν κατὰ μικρὸν αὔξησιν οὕτω λέγηται.

Βασιλείου τοῦ ἁγιωτάτου γενομένου ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς πρώτης Καππαδοκίας.

ΟΥ γὰρ τοσοῦτον οὐρανὸς καὶ γῆ, καὶ τὰ μυρία τῶν πελάγων, καὶ τὰ ἐν ὕδασι διαιτώμενα, καὶ τὰ χερσαῖα τῶν ζώων, καὶ φυτὰ, καὶ ἀστέρες, καὶ ἀὴρ, καὶ ὧραι, καὶ ἡ ποικίλη τοῦ παντὸς διακόσμησις τὸ ὑπερέχον τῆς ἰσχύος συνίστησιν, ὅσον τὸ δυνηθῆναι τὸν Θεὸν τὸν ἀχώρητον ἀπαθῶς διὰ σαρκὸς συμπλακῆναι τῷ θανάτῳ, ἵνα ἡμῖν τῷ ἰδίῳ πάθει τὴν ἀπάθειαν χαρίσηται.

Γρηγορίου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Νύσσης.

ΤΟΥΤΟ γὰρ φρονείσθω, φησὶν, ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. τί πτωχότερον ἐπὶ Θεοῦ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς; τί ταπεινότερον ἐπὶ τοῦ βασιλέως

A Si quis Mariam deiparam esse inficiatur, à Deo alienus est. ACTIO I. CONCILII

Si quis per virginem perinde ac per fistulam measse, nec in ea divino humanoque modo simul formatum esse dixerit: divino quidem, quia citra viri commercium: humano vero, quia communi prægnantiũ lege: anathema sit.

Si quis formatum dicit hominem, deinde induisse Deum, damnationis ille reus. Hoc enim dicere, non est Dei nativitatem statuere, sed evertere.

Si quis duos introducit filios, unum quidem ex Deo & Patre, alterum vero ex Maria, non autem unum atque eumdem; is quoque ab ea adoptione excidat, quæ rectam fidem servantibus promissa est. B Duæ namque naturæ sunt, Deus & homo, quemadmodũ & anima & corpus; non tamen duo sunt filii, neque duo dii: quemadmodum in humanis non duo ob id constituendi sunt homines, licet beatus Paulus interiorem & exteriorem hominis partem sic appellaverit. (1. Cor. 15. 2. Cor. 4. v. 16. Eph. 3. v. 16.) Atque ut paucis rem complectar, aliud & aliud est ex quibus Salvator constat; siquidem non unum & idem sunt visibile & invisibile, æternum & temporaneum: at non est tamen alius & alius; absit hoc. utraque enim hæc conjunctione unum sunt, Deo nimirum homine facto, atque homine deificato, C sive alio quocumque nomine rem hanc explanare quis velit. Dico autem aliud & aliud, contra quam in trinitate reperitur. Ibi enim est alius & alius, ne hypostases confundantur; non tamen aliud & aliud, quoniam tria divinitate unum & idem sunt.

Si quis Deum in Christo per gratiam non secus atque in aliquo prophetarum operatum dixerit, & non secundum substantiam eidem conjunctum coadunatumque esse; is melioris operationis virtute frustratus sit, vel potius contraria repleatur.

Si quis crucifixum non adorat, sit anathema, & inter Dei interfectores censeatur.

Si quis eum ex operibus perfectum, aut post D baptismum, aut resurrectionem ex mortuis, in Filium adoptatum dixerit, quemadmodum ethnici adscriptitios inducunt, anathema sit: siquidem quod initium habet, quod proficit, quod consummatur, hoc non est Deus, etiamsi ob successivum incrementum tale quidpiam de eo dicatur.

Basilii sanctissimi Cæsareæ primæ Cappadociæ episcopi.

NON cælum, non terra, non marium spatia, non quæ in terris & in aquis degunt animantes, non plantæ, non stellæ, non aer, non anni tempora, non varius denique totius universitatis ornatus tantum potentiæ excel- E lentiam ostendit, quantum potuisse immensum illum infinitumque Deum impassibiliter per carnem assumptam confligere cum morte, quo nimirum per propriam passionem suam nobis impassibilitatem impertiretur. (Lib. de Spiritu S.)

Gregorii sanctissimi episcopi Nysseni.

HOC *enim sentite, inquit, in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* (Phil. 2. v. 5.) Quid servi forma de Deo dici potest abjectius? Quid de omnium rege humilius,

ACTIO I. CONCILII.

milius, quam quod sponte ad abjectæ naturæ nostræ commercium sese dejecit? Rex regum, dominus dominantium servili forma induitur: omnium judex dynastis vectigalis efficitur: creaturæ dominus in antro diversatur: qui omnia palmo concludit, locum in diversorio nullum invenit, sed in brutorum animantium præsepi reclinatur: mundus & immortalis humanę naturæ sordes non aversatur, & omnem mendicitatem nostram expertus, ipsam demum mortem perpetitur. Voluntariæ hujus paupertatis mensuram perpendite. Vita degustat mortem, judex in prætorium adducitur, omnium vitæ dominus judicis sententiæ subjicitur; omnium cælestium virtutum rex, carnificum manus experiri non gravatur. Ad hoc, inquit, exemplum mensura tuæ humilitatis respiciat.

Isai. 40. Luc. 2. Ioan. 19.

A τῶν * ὅλων, ἢ τὸ εἰς κοινωνίαν τῆς πτωχῆς ἡμῶν φύσεως ἑκουσίως ἐλθεῖν; ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ ὁ κύριος τῶν κυριευόντων τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ὑποδύεται· ὁ κριτὴς τοῦ παντὸς ὑποφόρος τοῖς δυναστεύουσι γίνεται· ὁ τῆς κτίσεως κύριος ἐν σπηλαίῳ κατάγεται· ὁ τοῦ παντὸς περιδεδραγμένος οὐχ εὑρίσκει τόπον ἐν τῷ καταλύματι, ἀλλ' ἐν φάτνῃ τῶν ἀλόγων παραῤῥίπτεται· ὁ καθαρὸς καὶ ἀκήρατος τὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως καταδέχεται ῥύπον· καὶ διὰ πάσης τῆς πτωχείας ἡμῶν διεξελθὼν, μέχρι τῆς τοῦ θανάτου πρόεισι πείρας. ὁρᾶτε τῆς ἑκουσίου πτωχείας τὸ μέτρον. ἡ ζωὴ θανάτου γεύεται, ὁ κριτὴς εἰς κριτήριον ἄγεται· B ὁ τῆς ζωῆς τῶν ὄντων κύριος ἐπὶ τῇ ψήφῳ τοῦ δικάζοντος ἄγεται· ὁ πάσης τῆς ὑπερκοσμίου δυνάμεως βασιλεὺς τὰς τῶν δημίων οὐκ ἀπωθεῖται χεῖρας· πρὸς τοῦτό σοι, φησὶ, τὸ ὑπόδειγμα τῆς ταπεινοφροσύνης βλεπέτω τὸ μέτρον.

ANNO CHRISTI 431.

* εἴτων

Attici " *episcopi Constantinopolitani.*

HODIE Christus dominus benignitatis nativitatem suscepit: nam divinæ dignitatis nativitate præexistebat. Deinde rursus his addit: Benignitatis Verbum exinanitur, cum tamen natura non sit exinanibile. Seipsum enim exinanivit, formam servi accipiens. Qui carnis expers est, propter te incarnatur: *Verbum caro factum.* qui sub tactum non cedebat ob incorporeitatem, palpatur: qui sine principio est, sub initio fit corporeo: qui perfectus est, crescit: qui immutabilis est, proficit: qui dives est, in diversorio gignitur: *qui operit cælum in nubibus*, pannis involvitur: qui rex est, in præsepi deponitur.

" Hujus & Amphilochii testimonia habētur quoque in ms. Seguieriano, sed alio dumtaxat loco: neque vero eorum meminit Vincentius Lirinensis, sed decem tantū quos & ipse sigillatim recenset.

Phil. 2. Ioan. 1. Psal. 146.

Ἀττικοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως.

ΣΗΜΕΡΟΝ ὁ Χριστὸς, ὁ καὶ δεσπότης τῆς φιλανθρωπίας, γέννησιν ἀνεδέξατο· τὴν γὰρ τῆς θεϊκῆς ἀξίας προϋπῆρχεν· εἶτα τούτοις ἐπιφέρει πάλιν· ὁ τῆς φιλανθρωπίας λόγος κενοῦται, C ἀκένωτος τὴν φύσιν τυγχάνων· ἑαυτὸν γὰρ ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. ὁ ἄσαρκος διὰ σὲ σαρκοῦται. ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· ὁ ἁφῇ μὴ ὑποπίπτων διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀσώματον, ψηλαφᾶται· ὁ ἄναρχος ὑπὸ ἀρχὴν γίνεται σωματικήν. ὁ τέλειος αὔξεται· ὁ ἄτρεπτος προκόπτει· ὁ πλούσιος ἐν καταλύματι * τίκτεται. ὁ περιβάλλων τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις, σπαργανοῦται· ὁ βασιλεὺς ἐν φάτνῃ κατατίθεται.

* γεννᾶται

Item ex eodem.

SI quem secernit a nobis unigeniti inhumanatio, & virginis partus, & passionum communicatio, & crux, & mors, & resurrectio, discens agnoscat hæc mundo salutem parere; ac non indigna benignitate " præstantioris existimari debent. Si enim turpe est Deo in virgine habitare, turpius fuerit & eam condere. Quod si eam condens nullam incurrit ignominiam; nec habitare in creatura dignum opprobrio judicavit. Si vero pati malum est, liberare passionibus quantum est? Quare & mortuus est, immortalis existens, ut morti mortem inferret; & resurrexit, nostram constituens resurrectionem. Et hæc omnia suscepit non natura deitatis, sed assumptione carnis: illa quidem in asylis suæ habitans impassibilitatis, hac autem omnia passus, & tolerans, ut fieret optimi instituti dux & legislator.

" numinis

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ.

ΕΙ τινα διακρίνει ἡ τοῦ μονογενοῦς ἐνανθρώπησις, καὶ παρθένου κύησις, καὶ παθῶν κοινωνία, D καὶ σταυρὸς, καὶ θάνατος, καὶ ἀνάστασις· μανθάνων γινωσκέτω, πρόξενα ταῦτα εἶναι τῆς οἰκουμενικῆς σωτηρίας· καὶ μὴ ἀνάξια τῆς φιλανθρωπίας τοῦ κρείττονος λογιζέσθω. εἰ γὰρ αἰσχρὸν Θεῷ τὸ παρθένον οἰκῆσαι, αἰσχρότερον * πρὸ πάντων καὶ τὸ ποιῆσαι. εἰ δὲ δημιουργῶν οὐχ ὑβρίσθη, οὐδὲ οἰκῆσαι πως τὸ δημιούργημα αἰσχύνης ἄξιον ἔκρινε· καὶ εἰ τὸ παθεῖν κακὸν, τὸ παθῶν ἀπαλλάξαι ἡλίκον; ὥστε καὶ τέθνηκεν ἀθάνατος ὤν, ἵνα θανατώσῃ τὸν θάνατον· καὶ ἀνέστη, τὴν ἡμετέραν πρυτανεύων ἀνάστασιν. καὶ ταῦτα πάντα δέχεται οὐ φύσει θεότητος, ἀλλὰ προσλήψει σαρκός· τῇ μὲν ἐν ἀσύλοις τῆς οἰκείας E ἀπαθείας οἰκῶν. τῇ δὲ τὰ πάντα παθὼν καὶ ὑπομείνας, ὡς ἂν γένοιτο πολιτείας τῆς ἀρίστης ἡγεμών τε καὶ νομοθέτης.

* τοῦ παντὸς

Amphilochii episcopi Iconii.

QUONIAM enim idem rex & Deus est, & mortem ob passionis dispensationem gustavit, munera mysteriorum sunt indicia. Offerunt magi aurum, cognoscentes ipsum esse regem: offerunt thus; norunt enim se Deo offerre: offerunt myrrham propter mortem in mysterio passionis.

Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου.

ΕΠΕΙΔΗ γὰρ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς καὶ Θεὸς, καὶ νεκρώσεως διὰ τὴν τοῦ πάθους οἰκονομίαν γευσάμενος, τὰ δῶρα τῶν μυστηρίων ἐστὶν αἰνίγματα. προσφέρουσιν οἱ μάγοι χρυσίον, γνωρίζοντες αὐτὸν εἶναι βασιλέα. προσφέρουσι λίβανον· Θεῷ γὰρ ἴσασι προσφέροντες. προσφέρουσι σμύρναν διὰ τὴν ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ πάθους νέκρωσιν.

Item ex eodem.

NISI enim ille natus fuisset secundum carnem, non renascereris tu spiritualiter.

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ.

ΕΙ μὴ γὰρ ἐκεῖνος ἐγεννήθη σαρκικῶς, οὐκ ἂν σὺ ἀνεγεννήθης πνευματικῶς.

εἰ δὲ μὴ ἐκεῖνος ὑπέσχετο τῆς δούλου μορφῆς, οὐκ ἂν σὺ τὴν δόξαν τῆς υἱοθεσίας ἐκέρδανας. διὰ τοῦτο γὰρ ἐπὶ γῆς ὁ ἐπουράνιος, ἵνα σὺ ὁ ἐπὶ γῆς εἰς οὐρανὸν ἀναχθῇς. διὰ τοῦτο Χριστὸς ἑαυτὸν ἐκένωσεν, ἵνα ἡμεῖς πάντες ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ λάβωμεν. *ἐκείνου θανόντος γέγονέ σοι ἀθανασία· τὸ τοῦ δεσπότου πάθος γέγονε τοῦ δούλου ὕψωμα. σὺ δὲ τὴν εὐεργεσίαν λαμβάνεις βλασφημίας ἐφόδιον.

Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ πριμικήριος νοταρίων εἶπεν. Ἔχομεν δὲ μετὰ χεῖρας καὶ βιβλία τῶν βλασφημιῶν τοῦ εὐλαβεστάτου Νεστορίου, ἀφ᾽ ὧν ἑνὸς βιβλίου ἐξελεξάμεθα κεφάλαια· ἅπερ, εἰ παρίσταται τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ, ἀναγνωσόμεθα.

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων εἶπεν· Ἀναγνωσκέσθωσαν, καὶ ἐμφερέσθωσαν τῇ πίστει τῶν χριστιανῶν πεπραγμένων· ὁμοίως καὶ πάντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· πάντες τὰ αὐτὰ λέγομεν.

Ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ Νεστορίου, τετράδιον ιζ΄. εἰς δόγμα. καὶ ἀνεγνώσθη οὕτως.

ΟΤΑΝ οὖν ἡ θεία γραφὴ μέλλῃ λέγειν ἢ γέννησιν τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, ἢ θάνατον, οὐδαμοῦ φαίνεται τιθεῖσα τὸ Θεὸς, ἀλλ᾽ ἢ Χριστὸς, ἢ υἱὸς, ἢ κύριος. ἐπειδὴ ταῦτα τὰ τρία τῶν φύσεών εἰσι τῶν δύο σημαντικὰ, ποτὲ μὲν ταύτης, ποτὲ δὲ ἐκείνης, ποτὲ δὲ ταύτης κἀκείνης. οἷόν τι λέγω. ὅταν τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν ἡμῖν ἡ γραφὴ διηγῆται, λέγει· ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ· οὐκ εἶπεν· ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Θεὸν λόγον, ἀλλὰ λαμβάνει τὸ ὄνομα τὸ μηνύον τὰς δύο φύσεις. ἐπειδὴ γὰρ ὁ υἱὸς ἄνθρωπός ἐστι καὶ Θεὸς, λέγει· ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός· ἵνα ὅταν ἀκούσῃς τὸ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, εἶτα ἴδῃς τὸ ὄνομα τὸ προκείμενον, τὸ μηνύον τὰς φύσεις τὰς δύο, τὴν γέννησιν τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, υἱοῦ μὲν καλῇς· υἱὸν γὰρ ἐγέννησε Θεοῦ καὶ ἡ χριστοτόκος παρθένος. ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ διπλοῦς ἐστι κατὰ τὰς φύσεις, οὐκ ἐγέννησε μὲν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀλλ᾽ ἐγέννησε τὴν ἀνθρωπότητα, ἥτις ἐστὶν υἱὸς διὰ τὸν συνημμένον υἱόν.

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον κα΄.

Βλέπε τὸ συμβαῖνον, αἱρετικέ. οὐ φθονῶ τῆς φωνῆς τῇ χριστοτόκῳ παρθένῳ· ἀλλ᾽ οἶδα σεβασμίαν τὴν δεξαμένην Θεὸν, δι᾽ ἧς προῆλθεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, δι᾽ ἧς ἀνέλαμψε τῆς δικαιοσύνης ὁ ἥλιος. πάλιν ὑποπτεύω τὸν κρότον· πῶς τὸ προῆλθεν ἐνοήσατε; οὐκ εἴρηταί μοι τὸ προῆλθεν ἀντὶ τοῦ ἐγεννήθη, οὐ γὰρ οὕτω ταχέως ἐπιλανθάνομαι τῶν ἰδίων· τὸ προελθεῖν τὸν Θεὸν λόγον ἐκ τῆς χριστοτόκου παρθένου, παρὰ τῆς θείας ἐδιδάχθην γραφῆς· τὸ δὲ γεννηθῆναι Θεὸν ἐξ αὐτῆς, οὐδαμοῦ ἐδιδάχθην.

Καὶ μεθ᾽ ἕτερα.

Οὐδαμοῦ τοίνυν ἡ θεία γραφὴ Θεὸν ἐκ τῆς χριστοτόκου παρθένου λέγει γεγεννῆσθαι, ἀλλὰ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ υἱὸν, καὶ κύριον. ταῦτα πάντες ὁμολογοῦμεν· ἃ γὰρ ἐδίδαξεν ἡ θεία γραφὴ,

A Nisi ille sustinuisset servi formam, nequaquam tu gloriam adoptionis lucratus esses. Actio I. concilii. Propterea enim celestis in terram descendit, ut tu, qui in terra es, in cælum extollaris. Ideo Christus semetipsum exinanivit, ut nos omnes de plenitudine ejus acciperemus. Ioan. 1. Illius mors facta est tibi immortalitas: passio domini facta est servo exaltatio. Tu autem beneficium vertis in occasionem blasphemiæ.

Petrus presbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius dixit: Habemus etiam præ manibus reverendissimi Nestorii blasphemiarum commentarios, e quorum uno capita selegimus; quæ si sanctæ huic synodo placet, B prælegemus.

Flavianus Philippensium episcopus dixit: Legantur, & in acta referantur. Similiter ceteri episcopi dixerunt: Omnes eadem dicimus.

Ex libro Nestorii, quaternione XVII. in dogmate. Lecta autem hæc sunt hunc in modum.

CUM igitur divina scriptura de Christi ortu ex Maria virgine, aut de ejusdem morte aliquid dictura est, nusquam Dei, sed Christi, aut Filii, aut domini nomen C ponere deprehenditur: quandoquidem tria hæc duarum naturarum notionem complectuntur: & modo quidem hanc, modo vero illam, nonnumquam autem utramque simul insinuant. exempli causa. Cum scriptura generationem ex virgine nobis exponit, non dicit: Misit Deus Verbum Deum; sed ait: *Misit Deus Filiu. suum.* Galat. 4. Illud enim nomen accipit, quod utriusque naturæ significativum est. Quia enim Filius simul Deus & homo est, ideo dicit: Misit Deus Filium suum factum ex muliere: ut cum audieris illud, factum ex muliere; deinde videris nomen quod utramque naturam denotat, & præmittitur, nativitatem quæ ex sancta virgine est, Filii quidem voces (siquidem & Christipara virgo Filium Dei genuit) attaD men quia Filius Dei duplicis naturæ existit, non Dei Filium, sed humanitatem genuit, quæ propter filium adjunctum filius est.

Ex eodem, quaternione XXI.

Quid contingat, adverte hæretice. Non invideo Christiparæ virgini vocem. agnosco enim illam venerandam esse, quæ Deum suscepit, per quam universorum Dominus processit, per quam justitiæ sol emicuit. At rursus plausum suspectum habeo: quomodo intellexistis illud, processit? Non idem ego interpretor illud, processit, &, genitus E est. neque enim tam cito nostri obliviscimur: siquidem Deum Verbum ex Christipara virgine processisse, id per divinam scripturam edoctus sum: quod autem Deus ex ipsa natus sit, id nusquam scriptum comperi.

Et post alia.

Divina proinde scriptura Deum ex Christipara virgine genitum esse nusquam affirmat, sed Iesum Christum, & Filium, & dominum. Hæc fatemur omnes. Neque enim miser

ACTIO I. CONCILII. miser esse non potest, qui, quæ divina scri- A ptura prodit, non statim recipit. Angelorum Matth. 2. vox est: *Surge, & accipe puerum, & matrem ejus.* Atqui certum est, archangelos nativitatis mysterium te longe exactius cognovisse, neque tamen dicunt: Surge, & accipe Deum, & matrem ejus; sed Surge, & accipe puerum, & matrem ejus.

Ejusdem, ex quaternione XXIV.

Matth. 1. Quod ergo dicebamus, ejusmodi est: *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam. quod enim in ea natum*, vel factum est, (nihil enim obest sensui utrum dixeris) *de Spiritu sancto est.* neque etiam obest, si dixeri- B mus quod Deus Verbum natus sit in carne. Aliud enim est simul esse cum nato, & aliud nasci. Dicit itaque: Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est; hoc est: Spiritus sanctus quod in ea est, condidit. Animadverterunt ergo patres, ut divinarum scripturarum peritissimi, si pro eo quod incarnatum dicimus, genitum diceremus, necessario consecuturum, Deum Verbum vel filium esse Spiritus sancti, vel duos habere patres: si vero factum assereremus, hinc rursum inferri, Deum Verbum Spiritus sancti creaturam esse. Quare generationis vocem fugientes exposuerunt: Qui descendit propter nos C homines, & propter nostram salutem, & incarnatus est. At quid est, inquis, hoc: Et incarnatus est? Non conversus ex divinitate in carnem. Quod dixerunt: Et incarnatus est de Spiritu sancto; in hoc evangelistam secuti sunt. Evangelista enim inhumanationis mysterium explicans, fugit generationis vocabulum Verbo tribuere, & incarnationis vo-Ioan. 1. cem posuit. Ubi? Audi: *Et Verbum caro factum est.* Non dixit, Verbum per carnem natum est: nam ubicumque apostoli, aut evan- D gelistæ Filii meminerunt, semper ponunt quod ex muliere natus sit. Attende obsecro quid dicam. Ubi, inquam, Filii nomen recolunt, ibi nativitatis vocabulum usurpant, vel quod ex muliere ortus sit affirmant. At vero ubi in Verbi mentionem inciderunt, ibi nullus eorum quod per humanam naturam natum sit, asserere audet. Audi quid beatus Ioannes evangelista, cum in Verbum illiusque inhumanationem incidisset, dicat, *Et* Ibid. *Verbum*, inquit, *caro factum est*, (hoc est, carnem sumpsit) *& habitavit in nobis:* hoc est, nostram naturam induit, & habitavit in nobis; & vidimus gloriam ejus, (nempe Filii.) non dixit autem: Vidimus nativitatem Verbi.

Ejusdem, ex quaternione XV. *in dogmate.* E

Τούτου οὖν ἕνεκεν, αὐτὸν μὲν τῆς ἱερωσύνης, καὶ διεφθαρμένης ἐπαυσάμεθα διδασκαλίας, καθαίρεσιν αὐτοῦ κανονικὴν ποιησάμενοι· καὶ ἐπαινέσαντες τὸν θεοφιλέστατον καὶ ἁγιώτατον ἐπίσκοπον τῆς μεγάλης Ῥώμης Κελεστῖνον, πρὸ τῆς ἡμῶν ψήφου καταγνόντα τῶν αἱρετικῶν δογμάτων Νεστορίου, καὶ πρὸ ἡμῶν ἐξενεγκόντα τὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον, διὰ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἀσφάλειαν, καὶ τῆς παραδοθείσης ἡμῖν εὐσεβοῦς καὶ σωτηριώδους πίστεως παρά τε τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων. ἣν διαστρέφειν ἐπεχείρησε τῷ διεφθαρμένῳ λόγῳ· * καὶ πολὺ τὸ πλῆθος, ὃ καταγνωσθεὶς ἐξέχεε· τοῦ δὲ ὑμετέρου δεόμεθα κράτους, κελεῦσαι πᾶσαν αὐτοῦ διδασκαλίαν ἀναιρεθῆναι ἐκ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, καὶ τὰ εὑρισκόμενα ὁπουδηποτοῦν βιβλία πυρὶ παραδίδοσθαι, δι' ὧν ἀθετεῖν πειρᾶται τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ἀνθρώπου γενομένου διὰ φιλανθρωπίαν· ἣν αὐτὸς οὐ φιλανθρωπίαν, ἀλλ' ὕβριν ὡς * ἐνόμισε τῆς θεότητος· εἰ δέ τις καταφρονήσει τῶν θεσπιζομένων, δεδιέναι τοῦ ὑμετέρου κράτους τὴν ἀγανάκτησιν. οὕτω γὰρ καὶ ἡ ἀποστολικὴ πίστις ἄτρεπτος διαμενεῖ, τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ κρατυνομένη· ἅπαντές τε ἡμεῖς ἐκτενεῖς τὰς εὐχὰς ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου κράτους ποιησόμεθα, δι' οὗ Χριστὸς δοξάζεται, καὶ ἡ πίστις κρατύνεται, καὶ ἡ χάρις Θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις γνώριμος γίνεται. πρὸς δὲ σαφεστέραν καὶ ἐντελεστέραν εἴδησιν τῶν πεπραγμένων, συνέζευκται καὶ τὰ ὑπομνήματα· καὶ ' ὑπέγραψαν πάντες οἱ προταχθέντες ἐν τοῖς ὑπομνήμασι θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι.

* ἴσ. ὃ πολὺ πλῆθος ὃ καταγνωσθεὶς

* ἴσ. παρέλκει τὸ, ὡς " abest a codice Seguieriano.

' ὑπεγράψαντο

Synodi epistola ad clerum, populumque Constantinopolitanum.

Sancta synodus religiosissimo clero, populoque Constantinopolitano.

NEMO unquam creatori suo obsistere ausus, divinam vindictam evasit; sed, quantum quidem humanus aspectus consequi potuit, statim aliquam suppliciorum partem (siquidem plenior retributio contra ipsum in futuro sæculo reservatur) dependit.

Επιστολὴ τῆς συνόδου πρὸς τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν Κωνσταντινουπόλεως.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ κλήρῳ, καὶ τῷ λαῷ Κωνσταντινουπόλεως, παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου.

ΟΥΔΕΙΣ τολμήσας τῷ ἰδίῳ κτίστῃ ἐναντιωθῆναι, ἔμεινεν ἐκτὸς θείας δίκης, ἀλλ' εὐθὺς, ὅσον ἧκε καὶ εἰς ἀνθρωπίνην ὄψιν, ἠμείφθη μερικῶς, διὰ τὸ τὴν τελειοτέραν ἀμοιβὴν τῷ μέλλοντι καιρῷ κατ' αὐτοῦ φυλάττεσθαι.

ὅθεν

ὅθεν καὶ Νεστόριος, ὁ τῆς δυσσεβοῦς αἱρέσεως A ἀνακαινιστής, φθάσας ἐν τῇ Ἐφεσίων, ἔνθα ὁ θεολόγος Ἰωάννης, καὶ ἡ θεοτόκος παρθένος ἡ ἁγία Μαρία, τοῦ συλλόγου τῶν ἁγίων πατέρων καὶ ἐπισκόπων ξενώσας ἑαυτὸν, καὶ κακῷ τῷ συνειδότι ἀπαντῆσαι μὴ τολμήσας, μετὰ τρίτην κλῆσιν, ψήφῳ δικαίᾳ τῆς ἁγίας τριάδος, καὶ τῆς αὐτῶν θεοπνεύστου κρίσεως κατακέκριται, καὶ ἐκβέβληται ἐγγράφως ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων, πάσης ἱερατικῆς ἀξίας. χαίρετε τοίνυν ἐν κυρίῳ πάντοτε, καὶ πάλιν ἐρῶ, χαίρετε· κατήργηται γὰρ τὸ σκάνδαλον, καὶ ἐξερριζώθη τὸ ζιζάνιον ἐκ τοῦ χωρίου τοῦ πνευματικοῦ γεωργίου. ὑμεῖς δὲ ἀναζωπυρήσατε, καὶ λαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐκποδὼν ἐλάσατε τοὺς τῆς μιαρᾶς καὶ βεβήλου καινοφωνίας ἐργάτας· ἔσται γὰρ ὑμῖν ὁ μισθὸς οὐκ ἐλάττων τῶν ἐνταῦθα κεκμηκότων. B πάντας ὑμᾶς ἀσπάζονται οἱ ἐνταῦθα σὺν ἡμῖν γνήσιοι ἀδελφοί.

Quare & Nestorius impiæ hæreseos instaurator, cum in Ephesiorum civitatem pervenisset, in qua Ioannes Theologus, & deipara Virgo sancta Maria *, a sanctorum patrum & episcoporum cœtu ultro seipsum abalienans, malæque conscientiæ reatu impeditus accedere non audens, post trinam citationem, justa sanctæ trinitatis sententia, divinoque patrum judicio condemnatus, & omni sacerdotali dignitate privatus est: atque illius condemnatio & exauctoratio scriptis mandata, & in actorum commentarios relata est. Gaudete itaque in domino semper, & iterum dico, gaudete: nam offendiculum jam est sublatum, zizaniaque e spiritalis culturæ agro sunt eradicata. Confortamini, scutoque fidei sumpto, sceleratæ profanæque vocem novitatis operarios confestim expellite. Neque enim minorem mercedem recipietis, quam illi qui hic desudarunt. Sinceri fratres qui nobiscum hoc loco sunt, in domino vos omnes salutant.

ACTIO I. CONCILII.

* *Aliqui subintelligunt*, aliquando habitarunt, *alii* ædes habent.

Philip. 4. v. 4.

Ἐπιστολὴ Κυρίλλου ἐπισκόπου πρὸς τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν Ἀλεξανδρείας.

Epistola Cyrilli episcopi ad clerum populumque Alexandrinum.

Κύριλλος πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ λαῷ Ἀλεξανδρείας, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Cyrillus presbyteris, & diaconis, populoque Alexandriæ, dilectis desiderantissimisque in domino Sal.

Εἰ καὶ πλατύτερον ἔδει τὰ γεγενημένα τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ γνωρίσαι, ἀλλὰ διὰ τὸ C κατεπείγεσθαι τοὺς τοῦ γράμματος ἀποκομιστὰς, συντόμως ἐπέστειλα. ἴστε τοίνυν, ὅτι κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ εἰκάδα τοῦ Παυνὶ μηνὸς ἡ ἁγία σύνοδος γέγονεν ἐν τῇ Ἐφέσῳ, ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς πόλεως, ἥτις καλεῖται Μαρία θεοτόκος. διατελέσαντες δὲ πᾶσαν τὴν ἡμέραν, τελευταῖον καταγνωσθέντα, καὶ οὐδὲ τολμήσαντα παραβαλεῖν ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν δύσφημον Νεστόριον καθαιρέσει ὑποβεβλήκαμεν, καὶ ἐξεβάλομεν τῆς ἐπισκοπῆς. ἦμεν δὲ οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι ὡσεὶ διακόσιοι, ἥττους ἢ πλείους. προσέμεινε δὲ πᾶς ὁ λαὸς D τῆς πόλεως ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας περιμένων τὸ κρίμα τῆς ἁγίας συνόδου. ὡς δὲ ἤκουσαν, ὅτι καθῃρέθη * ὁ δύστηνος, πάντες φωνῇ μιᾷ ἤρξαντο εὐφημεῖν τὴν ἁγίαν σύνοδον, καὶ δοξάζειν τὸν Θεὸν, ὅτι πέπτωκεν ὁ τῆς πίστεως ἐχθρός. ἐξελθόντας δὲ ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐκκλησίας προέπεμψαν μετὰ λαμπάδων ἕως τοῦ καταγωγίου· λοιπὸν γὰρ ἦν ἑσπέρα· καὶ γέγονε πολλὴ θυμηδία, καὶ λυχναψία ἐν τῇ πόλει· ὥστε καὶ γυναῖκας θυμιατήρια κατεχούσας προηγεῖσθαι ἡμῶν. καὶ ἔδειξεν ὁ σωτὴρ τοῖς δυσφημοῦσι τὴν δόξαν αὐτοῦ, ὅτι πάντα δύναται. μέλλομεν οὖν τοὺς χάρτας τελειώσαντες, τοὺς γενομένους ἐν τῇ καθαιρέσει E αὐτοῦ, λοιπὸν ἐπισπεύδειν πρὸς ὑμᾶς. σὺν Θεῷ πάντες ἐσμὲν ἐν εὐθυμίᾳ καὶ ὑγείᾳ διὰ τὴν τοῦ σωτῆρος χάριν. ἐρρῶσθαι ἐν κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι.

Etsi quæ acta sunt, vestræ pietati latius explicari debebant; attamen quod tabellarii festinarent, brevitate in scribendo usus sum. Scitote itaque, sanctam synodum in magna civitatis Ephesi ecclesia, quæ appellatur deipara Maria, vigesima octava mensis Pauni fuisse factam. Cum autem totus dies insumptus ibidem esset, tandem damnatum blasphemum Nestorium, nec audentem ad sanctam synodum accedere, depositionis sententiæ subjecimus, & ab episcopatus gradu amovimus. episcopi autem qui convenimus, ducenti circiter eramus, plus, minus. Vniversus vere civitatis populus a primo diei ortu usque ad vesperam sanctæ synodi judicium præstolabatur. Vt autem auditum est, illum blasphemiarum auctorem sua dignitate privatum esse, omnes una voce sanctam synodum laudare, Deumque glorificare cœperunt, quoniam fidei hostis concidisset: nos quoque, ubi primum ex ecclesia egressi fuimus, cum facibus & tædis usque ad diversorium deduxerunt: erat enim vespera: multaque passim lætitia, multa etiam luminaria accensa, ita ut mulieres quoque thuribula gestantes antecederent nos. Atque ita salvator his qui gloriam illius infamare studebant, omnia se posse ostendit. Nos igitur, cum primum commentarios rerum gestarum in depositione ipsius absolverimus, ad vos Deo dante festinabimus. Omnes per Salvatoris nostri gratiam læti degimus, bonaque valetudine utimur. Vos in domino dilecti & desideratissimi, valere opto.

Ejusdem Cyrilli ad eumdem clerum populumque epistola altera.

Cyrillus presbyteris, diaconis, populoque Alexandriæ dilectis ac desideratissimis in domino Sal.

PRÆCLARA & magna virtutis opera non absque labore confici solent. Etenim omnino res ita comparata est, ut unicuique commodo suus necessario antecedat sudor. Nec mirum est sane, si in rebus magnis usu venire videamus, cum etiam vulgaria & inferiora non sine labore cuipiam, nec citra molestias & curas obtingere deprehendantur. Verum inter hos labores dicere didicimus:
Psal. 26. v. 14. *Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum.* Certo namque persuasum habemus, conatus ad virtutem spectantes gloriosum fructum sortituros; nosque spiritalis fortitudinis munus, mercedem quæ a Deo redditur, reperturos. Proinde impurissimam illam hæresim, quæ contra totum terrarum orbem sese jam extollere tentaverat, cornuque in altum erecto iniquitatem contra Deum
Psal. 74. loquebatur, ipse Deus demolitus est, & velut flammam quampiam recta ecclesiæ dogmata depascere volentem, unigenitum Dei Verbum extinxit; ipsum illius inventorem & auctorem prostratum, enervatumque, per sanctæ synodi sententiam a sacerdotio semovens. Itaque læti jam dicere possumus:
Psal. 25. v. 3. *Magnificavit dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes.* Gaudeant enim merito doctores, ac populi duces, fidem rectam esse confirmatam, & ubiq; celebrari omnium salvatorem & Deum, satana jam compresso, ac scandalis, quæ concitaverat, sublatis, veritatisque dogmatibus adversus mendacium victoria potitis, ita ut jam omnes uno ore & una voce dicamus:
Ephes. 4. v. 5. *Unus dominus, una fides, unum baptisma.* Hæc quidem etiam nunc tamquam filiis perscribo, admirabilia salvatoris nostri opera recensens, ut prolixiores ad Deum preces fundatis, quo illo tandem aspirante, incolumes gaudentesque vobis gaudentibus restitui possimus. Valere vos in domino exopto.

Cyrilli epistola ab Epheso ad patres monachorum scripta.

Religiosissimis piissimisque monachorum patribus, ceterisque qui monasticam vitam una vobiscum exercent, & in fide Dei constanter perseverant, dilectis ac desideratissimis, Cyrillus in domino salutem.

DOMINUS noster Iesus Christus a scelestis Iudæis contumeliis affectus, illusus, colaphis ac flagellis cæsus, ac postremo propter nos & pro nobis cruci affixus, cum omnes in ipsum delinquentes, & impia adversum se capita moventes cerneret ajebat:
Psal. 68. v. 21. Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit; & consolantes, & non inveni. Ejusmodi quidpiam nunc quoque accidisse videmus. Imo vero, ne sincere fidelium zelum injuria afficiam, plurimos habuit, qui propter Nestorii blasphemias simul contristati fuerunt; quamquam non omnium hic sensus fuit. Nam inter eos quoque, qui sacerdotio funguntur,

Τοῦ αὐτοῦ Κυρίλλου πρὸς τὸν αὐτὸν κλῆρον καὶ λαὸν ἐπιστολὴ δευτέρα.

Κύριλλος πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ λαῷ Ἀλεξανδρείας, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΤΑ λαμπρὰ καὶ μεγάλα τῶν κατορθωμάτων οὐ δίχα πόνων εἰς πέρας ἄγεται. δεῖ δὲ δὴ πάντως ἀγαθοῦ παντὸς ἱδρῶτα προανατεῖλαι. καὶ οὐ θαυμαστὸν, εἰ ἐν τοῖς μεγάλοις ἀκολουθοῦν ὁρῶμεν τὸ τοιοῦτον, ὅτε καὶ τὰ κοινὰ καὶ τὰ κάτωθεν καὶ μερίμνης γέμει, καὶ διὰ πόνων ἔρχεται. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πονεῖν δεδιδάγμεθα λέγειν· ἀνδρίζου, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου, καὶ ὑπόμεινον τὸν κύριον. τεθαρσήκαμεν γὰρ, ὅτι καρπὸς εὐκλεὴς τοῖς εἰς ἀρετὴν σπουδάσμασιν ἕπεται, καὶ πνευματικῆς ἀνδρείας ξένιον εὑρίσκομεν τὸν παρὰ Θεοῦ μισθόν. αἵρεσιν τοίνυν μιαρωτάτην, ἐπιχειρήσασαν ἤδη κατὰ πάσης αἴρεσθαι τῆς ὑπ' οὐρανὸν, καὶ ' ἀνυψώσασαν εἰς ὕψος τὸ κέρας, καὶ λαλοῦσαν ἀδικίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ, καθεῖλεν αὐτὸς, καὶ οἷάπερ φλόγα, κατεμπρῆσαι θέλουσαν τὰ ὀρθὰ τῆς ἐκκλησίας δόγματα, κατέσβεσεν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, τὸν ταύτης εὑρετὴν καὶ πατέρα καταργήσας τε ὁμοῦ καὶ παύσας τῆς ἱερωσύνης ψήφῳ τῆς ἁγίας συνόδου. ὥστε καὶ χαίροντας ἡμᾶς λέγειν· ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι μεθ' ἡμῶν, ἐγενήθημεν εὐφραινόμενοι. εὐθυμία γὰρ καὶ διδασκάλοις, καὶ τοῖς λαῶν ἡγουμένοις, τὸ τὴν ὀρθὴν κρατύνεσθαι πίστιν, καὶ δοξάζεσθαι πανταχοῦ τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα καὶ Θεὸν, καταργουμένου τοῦ σατανᾶ, καὶ ἀνῃρημένων τῶν παρ' αὐτοῦ σκανδάλων, καὶ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων κατισχυόντων τοῦ ψεύδους· ἵνα πάντες * ἐξ ἑνὸς στόματος ὁμοφώνως λέγωμεν· εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. ταῦτα καὶ νῦν ὡς τέκνοις γράφω, τὰ παράδοξα τοῦ σωτῆρος διηγούμενος, ἵνα ἐκτενεστέρας ποιῆτε τὰς προσευχάς. ὥστε ἰσχῦσαι μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ βουλῆς χαίροντας χαίρουσιν ἀποδοθῆναι * μετ' εὐφρασίας. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι.

' ἀνεστῶσαν * ὡς ἐξ * μετ' εὐχαριστίας.

Κυρίλλου ἐπιστολὴ γραφεῖσα ἀπὸ Ἐφέσου πρὸς τοὺς πατέρας τῶν μοναζόντων.

Κύριλλος τοῖς εὐλαβεστάτοις καὶ θεοσεβεστάτοις πατράσι * μοναχοῖς, καὶ τοῖς σὺν ὑμῖν τὸν μονήρη βίον ἀσκοῦσι, καὶ ἐν πίστει Θεοῦ ἱδρυμένοις, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἐν κυρίῳ χαίρειν.

* τῶν μοναχῶν.

Ο ΚΥΡΙΟΣ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὅτε τὰς παρὰ τῶν ἀνοσίων Ἰουδαίων ὑπέμεινε παροινίας, λοιδορούμενος καὶ ῥαπιζόμενος, καὶ μαστιζόμενος, καὶ τὸ τελευταῖον τῷ δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν σταυρῷ προσηλωμένος, ὁρῶν ἅπαντας τοὺς πλημμελοῦντας εἰς αὐτὸν, καὶ τὰς ἀνοσίους ἐπ' αὐτῷ ' σείοντας κεφαλὰς, ἔφασκε· καὶ ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξε, καὶ παρακαλοῦντας, καὶ οὐχ εὗρον. τοιοῦτόν τι καὶ νῦν γεγενημένον ὁρῶμεν· μᾶλλον δὲ, ἵνα μὴ τὸν τῶν πιστῶν καὶ γνησίων ὑβρίζω ζῆλον, ἐπὶ ταῖς δυσφημίαις Νεστορίου πολλοὺς ἔσχε συλλυπουμένους· εἰ καὶ ἠθέτησαν τινες αὐτὸν τῶν συντεταγμένων εἰς ἱερωσύνην,

' κινοῦντας

σιν, συμπεριφέροντες τῷ αἱρετικῷ, καὶ τοῖς αὐτῷ πολεμοῦσιν ἀντιπαρατιθέμενοι. ἀλλὰ καταργήσει Χριστὸς τὰς τούτων ἀπαιδευσίας. μᾶλλον δὲ ἤδη κατήργηκε. πέπαυται γὰρ τὸ δύσφημον στόμα, καὶ σεσίγηκεν ἡ μιαρωτάτη γλῶττα, οὐκέτι τὰς κατὰ Χριστοῦ προφέρουσα βλασφημίας ἐν ἐξουσίᾳ διδασκαλικῇ τε καὶ ἀρχιερατικῇ· καὶ οἱ τὴν φιλίαν αὐτοῦ δυσωπηθέντες μᾶλλον, καὶ οὐχὶ τῆς πρὸς Χριστὸν ἀγάπης προφερηκότες, ἀτιμίας ἔχουσι τὰ πρόσωπα μεστά. τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ὠφείλετο. ἀλλ' εἰ καὶ νενίκηται λοιπὸν ὁ ἐχθρὸς, καί ἐσμεν ἐν λειψάνοις τῆς φροντίδος, χρῄζομεν καὶ οὕτω τῶν ὑμετέρων ἱκετειῶν πρὸς τὸν Θεόν. καὶ ἔστιν ἀναγκαῖον ὑμᾶς, ὡς ἀναθέντας τῷ Θεῷ τὴν ἑαυτῶν ζωὴν, ὁσίας ἐπαίρειν χεῖρας, καὶ συχνῶς τοῦτο πράττειν ὑπὲρ ἡμῶν. ἐννοήσατε γὰρ ὅτι Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ μετὰ τῶν ἐπιλέκτων τοῦ Ἰσραὴλ ἀντεπαρετάττετο τῷ Ἀμαλὴκ, ὁ δέ γε μακάριος Μωσῆς τὰς χεῖρας ἐπαίρων ἐζήτει παρὰ Θεοῦ τὸ νικᾷν δύνασθαι τοὺς ἐν πολέμῳ καὶ μάχῃ. ἀνδριζέσθω τοίνυν ἡ θεοσέβεια ὑμῶν ἐν προσευχαῖς, καὶ ὡς τέκνα γνήσια πατράσι συμπράττετε, νόσον ὥσπερ τινὰ λοιμικὴν, τὴν Νεστορίου κακοδοξίαν ἐκκόψαντες· ἵνα καὶ ἄσπιλον, καὶ ἀμώμητον, καὶ οὐδαμόθεν διαβεβλημένην ἔχοντες πίστιν, διαρέσκειν ἰσχύσωμεν τῷ τὰ πάντα δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομεμενηκότι Χριστῷ. εὐφράνατε δὲ καὶ διὰ γραμμάτων ἡμᾶς· δεξόμεθα γὰρ ὡς ἱκανωτάτην τὸ πρᾶγμα παράκλησιν. ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι ἀδελφοί.

A comperti sunt nonnulli, qui causam ipsius desererent, utpote cum homine hæretico conspirantes, iisque qui illum impugnant, sese objectantes. Sed horum inscitiam Christus destruet, aut (ut verius dicam) jam destruxit. Compressum est enim os blasphemum, & conticuit lingua impurissima, nec amplius blasphemas contra Christum voces in pontificali & doctorali auctoritate in posterum depromet. Et qui ipsius amicitiam caritate quæ est in Christum, potiorem ducebant, ii vultus jam nunc gerunt dedecore plenos, hoc enim debebatur ipsis. Sed licet inimicus jam debellatus sit, & curarum nunc supersint reliquiæ, attamen ad hoc etiam B vestris ad Deum precibus egemus. Et necessarium est vos, qui vestram vitam Deo consecrastis, puras ad illum manus levetis, atque hoc ipsum pro nobis sæpe faciatis. (1. Tim. 2. v. 8.) Considerate, Iesu Nave cum selectis Israelitis contra Amalec dimicante, beatum Moysen sublatis in cælum manibus victoriam his a Deo postulasse adversus eos, quibuscum pugnabant. (Exod. 17.) Viriliter itaque agat vestra pietas in precando, vestrisque, ut germani filii, adeste patribus, qui falsam Nestorii doctrinam veluti morbum quempiam pestiferum exciderunt; ut fidem immaculatam, inculpatamque, ac nulli prorsus reprehensioni C obnoxiam tenentes, Christo omnia propter nos, nostrique causa perpesso, placere possimus. Exhilarate vero etiam nos per literas: Illæ enim nobis maximæ erunt consolationi. Bene valere vos opto, dilecti & desideratissimi fratres.

Ῥηγίνου ἐπισκόπου Κωνσταντίας Κύπρου ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἐφέσῳ μετὰ τὴν καθαίρεσιν Νεστορίου.

Homilia Rhegini Constantiæ Cypri episcopi, habita Ephesi post Nestorii depositionem.

ΕΜΟΙ μὲν ἐδόκει σιγᾷν, καὶ ταύτῃ τοὺς πατέρας τιμᾷν, καὶ μὴ στήλην ἀπαιδευσίας καταλιμπάνειν τὸν λόγον. ἐπειδὴ δὲ σιγᾷν ἐθέλοντα οὐκ ἐᾷς, ὦ σοφὲ, καὶ μοι τῶν λόγων ἀρκτέον. εἴρηται γάρ που· ὑπακούει συμβουλίας σοφός. οὐκοῦν ἐπειδήπερ σε διαγράφειν ἔδωκεν ὁ μυσταγωγὸς, λέγων· πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος, ὁ πρωῒ ἀνατέλλων; καί· πῶς ἔπεσε Βαβυλών; ἀναγκαίως ἑτέρῳ τινὶ οὐκ ἔχω συγκρῖναι, ἢ Ἰουδαίοις τοῖς κυριοκτόνοις, ὧν τὴν ἀσέβειαν ἐξῆψας. οὗτοι γάρ ποτε Θεοῦ μερὶς ἐγένοντο, καὶ τὸν νόμον ἐδέξαντο, καὶ υἱοθεσίας ἠξιώθησαν· καὶ μυρίων ἀγαθῶν ἀπήλαυσαν· καὶ ταῖς εὐεργεσίαις ἐμπαροινήσαντες, ἤκουσαν Θεοῦ λέγοντος· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. τί δ' ἄν σέ τις προσειπὼν, ὀρθῶς προσείποι; τὸν ἄθλιον Κάϊν; ἀλλὰ τὰ ἐκείνου μετριώτερα τῶν σῶν. τὸν ἐλεεινὸν Χὰμ, τὸν τῇ τοῦ πατρὸς ἐπιγελάσαντα γυμνώσει; ἀλλὰ τὰ Σοδομιτῶν ταῖς σαῖς δυσφημίαις ἀντιμετρήσας, εἴπω· δεδικαίωται Σόδομα ἐκ σοῦ. σὺ γὰρ ἐν βραχεῖ χρόνῳ τὴν οἰκουμένην ἐσάλευσας, καὶ τὴν πίστιν ἀνατρέψαι ἠθέλησας, καὶ τὴν ἄῤῥητον οἰκονομίαν τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ μονογενοῦς πορθῆσαι ἐσπούδασας

DECREVERAM equidem silere, eaque ratione patres honorare, nec oraD tionem inscitiæ meæ monimentum relinquere. Sed quoniam, o sapiens, silentium expetentem silere non pateris, orationis exordium mihi faciendum est. Dictum est enim alicubi: Sapiens audit consilium. (Prov. 12. v. 15.) Quia ergo magnus ille sacrorum mysteriorum doctor te dedit depingere, dum ait: Quomodo cecidit de cælo Lucifer, qui mane oriebatur? (Isai. 14. v. 12.) &: Quomodo Babylon cecidit? (Apoc. 18.) alteri te conferre non valeo, quam Iudæis, qui dominum occiderunt: horum namque impietatem tu exsuscitasti. Illi enim aliquando Dei portio extiterunt, (Deut. 32. v. 9.) legemque acceperunt, & filiorum adoptione dignati sunt, (Rom. 9. v. 4.) & innumeris bonis E potiti fuerunt. Verum cum in beneficiorum magnitudine ebriorum more insaniret, Deum dicentem audierunt: *Filios genui & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* (Isai. 1.) Sed quo te nomine quispiam recte appellet? An infelicis illius Cain vocabulo te nuncupabimus? (Genes. 4.) Atqui Caini commissa tuis minora extiterunt. An miserabilem illum Cham te vocem, qui paternam nuditatem derisit? (Genes. 9.) Sed Sodomitarum facta cum tuis collata blasphemiis, ejusmodi sunt, ut dicere nobis liceat: (Genes. 19.) Sodoma justificata est ex te. (Ezech. 16. v. 52.) Tu enim brevi temporis spatio terrarum orbem commovisti, fidemque evertere voluisti, & ineffabilem illam adventus in carne unigeniti dispensationem, quantum

ACTIO I. CONCILII.

quantum in te fuit, penitus demoliri ſtu- A duiſti, ita ſane, ut recte illud dici de te quoque poſſit: Vulnera tua malagma non
Iſai. 1. v. 6. admittunt, oleum & colligationem faſciæ reſpuerunt. Enimvero ad manifeſtam impietatis tuæ redargutionem jam pridem exiguum aliquod audaciæ tuæ precium tibi & tuis caſtris, conflagratione, terræve hiatu conſumptis, reddi oportuerat, quo ſimplicioribus pœnas dediſſe videreris. nam apud nos jam dediſti: quandoquidem Deum Verbum quod deipara virgine Maria incarnatum prodiit, abs te diviſum, in die judicii inevitabile cruciatus ſupplicium tibi decreturum eſt. Ecquid, o tu & mari & morte inſipientior dicere poteris? Etenim mare B dominum agnoſcens, dorſa illi ſubſtravit:
Matth. v. 4. mors vero inſueta lege Lazarum conſan-
Ioan. 11. guineis ſuis reſtituit. Prætereo ſolem ob domini paſſionem præ horrore celatum, pe-
Matth. 27. tras ſciſſas, monumenta aperta. Quod ſi hæc parva tibi videntur, reverere reſuſcitatorum mortuorum teſtimonium, janitorum inferni tremorem, veli ſciſſionem, lucis mutationem, diei tenebras. In his autem omnibus infelix, inemendabilem pravitatis conſuetudinem retinens, immobilis perſtitit. Ac illius quidem talis eſt ſtatus. Nos autem divinis nutibus obſequentes, adoremus Deum Verbum, quod in carne nobiſcum verſari non eſt dedignatum, quamvis per hoc a paterna ſubſtantia minime re- C ceſſerit, exiſtens ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus, portanſque omnia verbo oris ſui.

τό γε ἧκον ἐπὶ σοί. ὥστε καὶ περὶ σοῦ λέγεσθαι· οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι τοῖς σοῖς τραύμασιν, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους. καὶ ἔδει μὲν ἔκπαλαι πρὸς ἔλεγχον τῆς σῆς δυσσεβείας, μικρὰ ὧν τετόλμηκας ἀπόνασθαί σέ τε καὶ τὴν σὴν παρεμβολὴν, ἢ πυρίφλεκτον, ἢ χασματιαίαν γενομένην, ἵνα τοῖς ἁπλουστέροις φαίνοιο δίκας δεδωκώς. παρ᾽ ἡμῖν γὰρ ἤδη δέδωκας· ὁ γὰρ παρὰ σοῦ μεριζόμενος Θεὸς λόγος, ὁ προκύψας ἔνσαρκος ἐκ τῆς θεοτόκου Μαρίας, ἄφυκτόν σοι τὸ τῆς βασάνου κολαστήριον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ὁρίζει. ἀλλὰ τί φαίης, ὦ θαλάσσης καὶ θανάτου ἀνοητότερε; θάλασσα μὲν γὰρ τὸν δεσπότην ἰδοῦσα τὰ νῶτα ὑπέστρωσε, θάνατος δὲ Λάζαρον ἐδίδου τοῖς ἐξ αἵματος, ἀσυνήθει νόμῳ. καὶ σιγῶ ἥλιον ὑπὸ δέους κρυπτόμενον διὰ τὸ δεσποτικὸν πάθος, πέτρας ῥηγνυμένας, μνήματα ἀνοιγόμενα. καὶ εἰ μικρά σοι ταῦτα, αἰσχύνθητι τῶν ἐγερθέντων νεκρῶν τὴν μαρτυρίαν, τῶν τοῦ ᾅδου πυλωρῶν τὸν τρόμον, τὸ τοῦ καταπετάσματος σχίσμα, τοῦ φωτὸς τὴν μεταβολὴν, τῆς ἡμέρας τὸ σκότος. καὶ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ἔμεινεν ἀκαμπὴς ὁ δείλαιος, ἀνουθέτητον ἔχων τῆς κακίας τὸν τρόπον. καὶ οὗτος μὲν ἐν τούτοις. ἡμεῖς δὲ τοῖς θείοις νεύμασιν εἴκοντες, προσκυνήσωμεν τὸν Θεὸν λόγον, τὸν καταξιώσαντα μετὰ σαρκὸς πολιτεύσασθαι μεθ᾽ ἡμῶν, οὐκ ἐκστάντα τῆς πατρικῆς οὐσίας, ὄντα ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως, φέροντά τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τοῦ στόματος αὐτοῦ.

Cyrilli epiſcopi Alexandrini homilia Epheſi dicta, cum ſynaxes peragerentur, depoſito Neſtorio.

OPORTEBAT ſane doctorum eorum, qui ante nos dixerunt, inſtitutione contentos, ſacriſque fluentis jam repletos, D ſatietatem hanc honorare. At vero quia animadverto vos inſatiabili audiendi ſtudio incenſos; agedum & nos quoque pauca iis quæ ante jam dicta ſunt, conſentanea in medium afferamus. Nullum itaque dubium eſt, quin illuſtris ſanctorum chorus ex Chriſti laudibus decus & ornamentum capiat, glorioſeque exultet eo nomine, quod ſincere illum diligat. Beatus itaque propheta
Iſai. 25. Iſaias alicubi ad ipſum ait: *Domine Deus meus glorificabo te, hymnum dicam nomini tuo, quoniam feciſti res admirabiles.* Et bea-
Pſal. 34. v. 28. tus propheta David: *Lingua mea*, inquit, *meditabitur juſtitiam tuam, tota die laudem tuam.* Et hic quidem ſanctorum eſt ſcopus. At vero mali & ſcelerati, magnum illud, E venerandumque ac profundum incarnati unigeniti myſterium ignorantes, temere blaſphemant, incontinenſque ac effrenatum os aperiunt. Quamobrem audiant hi prophetam Iſaiam hac oratione ipſos com-
Iſai. 57. v. 3. pellantem: *Vos autem accedite huc, filii iniqui, ſemen adulterorum & fornicariæ; quo oblectati eſtis, & ſuper quem aperuiſtis os veſtrum? Numquid non eſtis vos filii perditionis, ſemen iniquum?* Sunt enim vere per-

Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ὁμιλία λεχθεῖσα * Ἐφεσίοις, συνάξεων ἐπιτελουμένων, καθαιρεθέντος Νεστορίου. *ἐν Ἐφέσῳ

ΕΔΕΙ μὲν ἀρκεῖσθαι ταῖς τῶν προλαβόντων διδασκάλων μυσταγωγίαις, καὶ τοῖς ἱεροῖς ἐμπιπλαμένους νάμασι τιμῆσαι τὸν κόρον. ἐπειδὴ δὲ βλέπω πρὸς φιληκοΐαν ἀπλήστως διακειμένους, φέρε καὶ ἡμεῖς ὀλίγα λέγωμεν τοῖς προλαβοῦσιν ἀκόλουθα. ἔστι τοίνυν οὐδαμόθεν ἀμφίβολον, ὅτι ταῖς εἰς Χριστὸν εὐφημίαις ὁ λαμπρὸς τῶν ἁγίων ἐπισεμνύνεται χορὸς, καύχημα ποιεῖται τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον. καὶ γοῦν ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας πρὸς αὐτόν που φησί· κύριε ὁ Θεός μου δοξάσω σε, ὑμνήσω τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμαστὰ πράγματα. ὁ δέ γε μακάριος προφήτης Δαυίδ. ἡ γλῶσσά μου, φησὶ, μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου. ἀλλ᾽ οὗτος μὲν τοῖς ἁγίοις ὁ σκοπός. οἱ δὲ πονηροὶ καὶ ἀλιτήριοι, οἱ τὸ μέγα, καὶ σεπτὸν, καὶ βαθὺ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς οὐκ εἰδότες μυστήριον, δυσφημοῦσιν ἀφυλάκτως, ἀκρατὲς καὶ ἀπύλωτον ἀνοίγοντες στόμα. οὐκοῦν ἀκουέτωσαν λέγοντος πρὸς αὐτοὺς τοῦ προφήτου Ἡσαΐου· ὑμεῖς δὲ προσαγάγετε ὧδε, υἱοὶ ἄνομοι, σπέρμα μοιχῶν καὶ πόρνης. ἐν τίνι * ἐτρυφήσατε, καὶ ἐπὶ τίνα ἠνοίξατε τὸ στόμα ὑμῶν; οὐχ ὑμεῖς ἐστε τέκνα ἀπωλείας, σπέρμα ἄνομον; τέκνα γὰρ ἀπωλείας κατὰ ἀλήθειαν, *ἐνετρυφήσατε

ANNO CHRISTI 431.

ACTIO I. CONCILII.

θειαν, καὶ ἄνομον σπέρμα, οἱ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην * ἀρνησάμενοι· ἠγοράσθημεν γὰρ τιμῆς, καὶ οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ, ἢ χρυσίῳ, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ. αἷμα δὲ ἀνθρώπου κοινοῦ, καὶ ἑνὸς τῶν καθ' ἡμᾶς, πῶς ἂν ἐγένετο τῆς οἰκουμένης ἀντάξιον; πῶς δὲ καὶ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα πάντας * σώσῃ; πῶς αὐτοῦ γεγόναμεν, οἱ τὸν ἀληθῆ καὶ φύσει Θεὸν ἐπιγραφόμενοι; πῶς αὐτὸν λατρεύομεν, οἱ τὸ προσκυνεῖν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα παραιτούμενοι; ἀλλὰ γὰρ, ὡς ἔφην ἀρτίως, * ἀχαριστοῦσί τινες τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡμερότητι, ἀρνοῦνται τὸν δεσπότην, ἀποσείονται τῆς δουλείας τὸν ζυγόν· ἵνα καὶ περὶ αὐτῶν λέγῃ B Χριστὸς διὰ φωνῆς * προφήτου· οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι * ἀπεδήμησαν ἀπ' ἐμοῦ. δείλαιοί εἰσιν, ὅτι ἠσέβησαν εἰς ἐμέ. ἐγὼ δὲ ἐλυτρωσάμην αὐτοὺς, αὐτοὶ δὲ κατελάλησαν κατ' ἐμοῦ ψευδῆ· καταψεύδονται γὰρ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εὐκλείας καὶ ὑπεροχῆς οἱ τῆς τῶν Φαρισαίων σκαιότητος καὶ ἀνοσιότητος μιμηταί· οἱ χριστιανοῦ μὲν πρόσωπον περιθέντες ἑαυτοῖς, ἰουδαΐζουσαν δὲ τὴν διάνοιαν ἔχοντες· οἱ γλῶσσαν ἐπησκηκότες πικρὰν καὶ ἰοβόλον, ἵνα καὶ πρὸς αὐτὴν λέγῃ Χριστὸς τὸ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· ἰδοὺ ἐγὼ πρὸς σὲ, τὴν ὑβρίστριαν, λέγει κύριος. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν οἱ πάλαι κατετεθύοντο τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ἐπεπήδων, ὡς θῆρες· ὡς λίθοις * ἔβαλον εὐεργετοῦντα, C καὶ σώζοντα· εἶτα πρὸς αὐτοὺς ἔφασκεν ὁ σωτήρ· πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ πατρός μου, διὰ ποῖον αὐτῶν ἔργον λιθάζετέ με; οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔλεγον· περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ, ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. ταῦτα τῶν ἀρχαίων Ἰουδαίων τὰ κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐγκλήματα· οἱ δὲ τῆς ἐκείνων ἀπονοίας καὶ ἀνοσιότητος ζηλωταὶ πάλιν ἐγκαλοῦσι, λέγοντες· διὰ τί σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν; ὦ ἀνόητε καὶ βδελυρώτατε, οὐ D συνῆκας τὸ μυστήριον. οὐ γὰρ ἄνθρωπος ὢν ἐποίησεν ἑαυτὸν Θεόν· ἀλλὰ Θεὸς ὢν φύσει, γέγονεν ἄνθρωπος ἀτρέπτως καὶ ἀσυγχύτως· ὁ τὴν ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἔχων ἀπόρρητον γέννησιν, ὑπέμεινε γέννησιν κατὰ σάρκα τὴν ἐκ γυναικὸς, καὶ κεχρημάτικεν υἱὸς ἀνθρώπου, ἵνα ἡμᾶς σώσῃ· γέγονε κατὰ σὲ διὰ σὲ, καὶ ἔμεινε δι' ἑαυτὸν ὅπερ ἦν. ἐπίγνωθι τοίνυν ἐν σαρκὶ γεγονότα τὸν μονογενῆ· ὁμολόγησαι εἶναι Θεὸν τὸν δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπηκότα. ἑαυτὸν παρίστησί σοι, λέγων· αὐτὸς ὁ λαλῶν πάρειμι· λελάληκε γὰρ τοῖς ἀρ- E χαιοτέροις τὸν νόμον διὰ Μωϋσέως, παραγέγονε δὲ μετὰ σαρκός. δέχου μάρτυρας τοὺς ἁγίους προφήτας. τί φησιν ὁ Βαροὺχ, μονονουχὶ καὶ δεικνύων χειρὶ τὸν Ἐμμανουήλ; οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. ψάλλει δὲ καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ περὶ αὐτοῦ· ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐμφανῶς ἥξει. βούλει μαρτυρῆσαί σοι καὶ τοὺς τῆς νέας διαθήκης κήρυκας; ἄκουε λέγοντος Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ· ἑτοιμάσατε τὰς ὁδοὺς κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

A ditionis filii, & semen iniquum, qui dominum qui illos redemit abnegarunt. *Empti enim sumus precio; & non corruptibilibus argento vel auro, sed precioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Christi.* (1. Cor. 6. v. 20. 1. Pet. 1. v. 18.) At quomodo vulgaris, nobisque similis hominis sanguis orbis precium exæquare potuisset? Quomodo vero unus pro omnibus mortuus est, ut omnes salvaret? Quomodo illius facti sumus, qui veri, naturalisque Dei titulo insignimur? Quomodo eum colimus, qui creaturæ servire, & cultum adhibere potius quam creatori, detrectamus? (2. Cor. 5.) Verum, ut modo ajebam, quidam Salvatoris nostri mansuetudini ingrati, dominum negant, servitutisque jugum excutiunt; ut & de iis dicat Christus per prophetæ vocem: *Væ eis, quoniam recesserunt a me: infelices sunt, quoniam impie egerunt in me: & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia.* (Osee 7. v. 13.) Mentiuntur enim contra Salvatoris nostri gloriam & excellentiam, pharisæorum improbitatis & impietatis imitatores. Enimvero Christiani hominis personam induunt, sed mentem interim judaizantem obtinent, linguamque amaram & virulentam exercent; ut ad eam quoque Christus per Ieremiæ vocem dicat: *Ecce ego contra te, contumeliosam*, dicit dominus. (Ier. 50. v. 31.) Iudæi sane veteres Christum omnium nostrum salvatorem adoriebantur, perinde ac feræ in illum irruebant, lapidibusque beneficiorem ac salvantem appetebant. ad quos tum loquebatur salvator: *Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia; quia tu homo cum sis, fecis teipsum Deum.* (Ioan. 10. v. 32. Ibid. v. 33.) Et hæc quidem veteres Iudæi salvatori nostro crimina impingebant. At væsaniæ & impietatis illorum æmuli rursum incusant, ac dicunt: Cur tu, cum homo sis, facis teipsum Deum? O stolide, ac maxime detestande, non intelligis mysterium. Non enim, cum homo esset, fecit seipsum Deum; sed Deus suapte natura cum sit, sine ulla mutatione, ac sine confusione factus est homo: & qui ineffabili modo ex Deo patre generatus est, secundum carnem ex muliere nasci sustinuit, ac filius hominis appellatus est, ut nos salvaret. Factus est tibi similis propter te, & mansit propter seipsum hoc ipsum quod erat. Agnosce itaque unigenitum factum in carne, fatere Deum esse illum, qui propter nos homo factus est: seipsum tibi exhibet, dicens: *Ipse qui loquebar, adsum.* (Isai. 52. v. 6.) Etenim prisci sæculi hominibus legem proposuit per Moysen; at vero jam cum carne advenit. Testes accipe sanctos prophetas. Nonne Baruch, Emmanuelem tantum non digito demonstrans, *Hic est*, ait, *Deus noster: & non reputabitur alter ad eum: adinvenit omnem viam disciplinæ, & dedit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hac visus est in terra, & cum hominibus conversatus est.* (Baruch. 3. v. 36.) Canit de eo beatus quoque David, dicens: *Deus noster manifeste veniet.* (Ps. 49. v. 23) Placetne, ut novi quoque testamenti præcones veritati huic testimonium perhibeant? Audi Ioannem Baptistam dicentem: *Parate vias domini, rectas facite semitas Dei nostri.* (Matth. 3. v. 3.)

ACTIO I. CONCILII.

Placetne aliam quoque pleniorem testificationem præter has accipere? Promisit Deus beato Davidi se facturum, ut de fructu lumbi ejus olim sederet super solium ipsius. Is vero, etsi propterea multum lætaretur, attamen generationis hujus modum sedulo inquirebat. Licet itaque ipsum hæc dicentem audire: *Si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis mei, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis:* quoad comprehendas quid? *Donec inveniam locum domino, tabernaculum Deo Iacob.* Anxie locum inquiris, beate David: approbo animi promptitudinem, laudo patientiam: verum, si quid amplius didicisti, annuntia & hoc ipsum nobis. Vbi continget hujus nativitas? quo in loco nascetur? Audi clare dicentem: *Ecce audivimus eam in Ephratha; invenimus eam in campis silvæ.* Cum autem Ephratham nominat, Bethlehem significat. Et hoc Deus testatur per unum ex sanctis prophetis: *Et tu,* inquiens, *Bethlehem domus Ephratha, minima es ut sis in millibus Iuda: ex te enim mihi egredietur ut sit in principem in Israel & gressus ejus ab initio, a diebus * æternitatis.* Audis, quomodo Bethlehemitem hunc, quatenus homo factus est, a principio (a diebus) æternitatis egressus habere confirmet? *In principio* enim *erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Sed me pudet, inquis, Deum confiteri eum, qui ex muliere natus est. Tu ergo dic mihi, divina consilia reprehendis? tu dispensationem rejicis? tu domini voluntatem arguis? Ad hunc ille modum orbem salvum facere voluit. Tune sapientia ipsa es sapientior? O rem incredibilem! lucerna cum sole contendit. Vniversorum dominus operum rationem novit. Amplectere itaque dispensationem, honora mysterium in fide, ne curiose perscruteris quæ mentem nostram excedunt: ne nimis anxie ea indages, quæ ratione comprehendi non possunt: crede nobiscum. Quod si incredulus permanseris, *ille fidelis permanet: negare enim seipsum non potest.* Ipsi sit gloria & imperium cum sancto Spiritu in sæcula. Amen.

2 Reg. 7. v. 12. Psal. 131. v. 11. Ibid. v. 3. Ibid. v. 6. Michææ 5 v. 2. * sæculi. Ioan. 1. 2. Tim. 2. v. 13.

Ejusdem Cyrilli homilia Ephesi in Nestorium habita, quando septem ad sanctam Mariam descenderunt.

SANCTORVM cœtum, qui a sancta & deipara semperque virgine Maria invitati prompto animo huc confluxerunt, lætum, erectumque conspicio. Quare licet multa premeret mœstitia, attamen hic sanctorum patrum conspectus lætitiam mihi præbuit. Nunc dulce illud hymnographi Davidis verbum apud nos impletum est: *Ecce jam quid bonum, aut quid jucundum, nisi habitare fratres in unum?* Salve itaque a nobis sancta mystica trinitas, quæ nos omnes in hanc Mariæ deiparæ ecclesiam convocasti. Salve a nobis deipara Maria, venerandus totius orbis thesaurus, lampas inextinguibilis, corona virginitatis, sceptrum rectæ doctrinæ, templum indissolubile, locus ejus qui loco capi non potest, mater & virgo;

Psal. ...

A βουλῇ καὶ ἑτέραν πληροφορίαν ἐπὶ ταύταις δέξασθαι; ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καθίσαι ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ. ὁ δὲ, καίτοι χαίρων ἐπὶ τούτῳ λίαν, καὶ αὐτὸν τῆς γεννήσεως τὸν * τρόπον περιειργάζετο· ἔστιν οὖν ἀκοῦσαι λέγοντος αὐτοῦ· εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου, εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου· ἕως τί καταλάβῃς; ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. πολυπραγμονεῖς τὸν * τόπον ὦ μακάριε Δαυὶδ; ἀποδέχομαι τὴν B προθυμίαν, ἐπαινῶ τὴν ὑπομονήν. ἀλλὰ, εἴ τι μεμάθηκας πλεῖον, ἀπάγγελον καὶ ἡμῖν. ποῦ ἔσται ἡ γέννησις, καὶ εἰς ποίαν ἄρα γεννήσεται χώραν; ἄκουε σαφῶς λέγοντος· ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθᾶ, εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ. Ἐφραθᾶ δὲ λέγων, σημαίνει τὴν Βηθλεέμ. καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ Θεὸς δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· καὶ σὺ Βηθλεὲμ, οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς * ἀφ' ἡμερῶν αἰῶνος. ἀκούεις, ὅτι τὸν Βηθλεεμίτην, C καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος, ἀπ' ἀρχῆς αἰῶνος τὰς ἐξόδους ἔχειν διισχυρίζεται; ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. ἀλλὰ αἰσχύνομαι, φησὶ, Θεὸν ὁμολογῆσαι τὸν ἐκ γυναικὸς γεγεννημένον. ἐπιτιμᾷς οὖν, εἰπέ μοι, τοῖς θείοις σκέμμασιν; ἀθετεῖς τὴν οἰκονομίαν; ἐπιπλήττεις ταῖς τοῦ δεσπότου βουλαῖς; οὕτως ἠθέλησε διασῶσαι τὴν οἰκουμένην· μὴ σοφώτερος εἶ τῆς σοφίας; ὢ παραδόξου πράγματος! λύχνος ἡλίῳ φιλονεικεῖ. οἶδε τῶν οἰκείων ἔργων τὴν ὁδὸν ὁ τῶν ὅλων δεσπότης. παραδέχου τοίνυν τὴν οἰκονομίαν· τίμησον τῇ πίστει τὸ μυστήριον· D μὴ περιεργάζου τὰ ὑπὲρ νοῦν· μὴ πολυπραγμόνει τὰ ὑπὲρ λόγον· πίστευε μεθ' ἡμῶν· εἰ δὲ μένεις ἀπειθὴς, ἐκεῖνος πιστὸς μένει· ἀρνήσασθαι γὰρ ἑαυτὸν οὐ δύναται. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

* ἴσως, τόπον
* τόκον, ἢ τρόπον
* ἐφ' ἡμερῶν

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Νεστόριον, ἡνίκα κατῆλθον οἱ ἑπτὰ πρὸς τὴν ἁγίαν Μαρίαν.

ΦΑΙΔΡΟΝ ὁρῶ τὸ σύστημα τῶν ἁγίων πάντων συνεληλυθότων προθύμως, κεκλημένων ὑπὸ τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου Μαρίας E τῆς ἀειπαρθένου. ἀλλὰ γὰρ ἐν λύπῃ με διάγοντα πολλῇ εἰς χαρὰν μετέβαλεν ἡ τῶν ἁγίων πατέρων παρουσία. νῦν ἐπληρώθη πρὸς ἡμᾶς τὸ τοῦ ὑμνογράφου Δαυὶδ γλυκερὸν ῥῆμα· ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό; Χαίροις τοίνυν παρ' ἡμῶν ἁγία μυστικὴ τριὰς, ἡ τούτους ἡμᾶς πάντας συγκαλεσαμένη ἐπὶ τήνδε τὴν * ἐκκλησίαν τῆς θεοτόκου Μαρίας. χαίροις παρ' ἡμῶν Μαρία θεοτόκε, τὸ * σεμνὸν κειμήλιον ἁπάσης τῆς οἰκουμένης, ἡ λαμπὰς ἡ ἄσβεστος, ὁ στέφανος τῆς παρθενίας, τὸ σκῆπτρον τῆς ὀρθοδοξίας, ὁ ναὸς ὁ ἀκατάλυτος, τὸ χωρίον τοῦ ἀχωρήτου, ἡ μήτηρ καὶ παρθένος.

* κλῆσιν
* σεπτὸν

δι' ἧς

NNO RISTI 431.

δι' ἧς ὀνομάζεται ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. χαίροις ἡ τὸν ἀχώρητον χωρήσασα ἐν μήτρᾳ ἁγίᾳ παρθενικῇ· δι' ἧς τριὰς * ἁγιάζεται· δι' ἧς σταυρὸς τίμιος ὀνομάζεται, καὶ προσκυνεῖται εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· δι' ἧς ὁ οὐρανὸς ἀγάλλεται· δι' ἧς ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι εὐφραίνονται· δι' ἧς δαίμονες φυγαδεύονται· δι' ἧς διάβολος πειράζων ἔπεσεν ἐξ οὐρανοῦ· δι' ἧς τὸ ἐκπεσὸν πλάσμα εἰς οὐρανοὺς ἀναλαμβάνεται· δι' ἧς πᾶσα ἡ κτίσις εἰδωλομανίᾳ κατεχομένη εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλήλυθεν· δι' ἧς βάπτισμα ἅγιον γίνεται τοῖς πιστεύουσι· δι' ἧς ἔλαιον ἀγαλλιάσεως· δι' ἧς εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαι τεθεμελίωνται· δι' ἧς ἔθνη ἄγονται εἰς μετάνοιαν. καὶ τί πολλὰ λέγω; δι' ἧς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ φῶς ἔλαμψε τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις· * δι' ἣν προφῆται προεμήνυσαν· δι' ἧς ἀπόστολοι κηρύττουσι σωτηρίαν τοῖς ἔθνεσι· δι' ἧς νεκροὶ ἐγείρονται· δι' ἧς βασιλεῖς βασιλεύουσι, διὰ τριάδος ἁγίας. καὶ τίς δυνατὸς ἀνθρώπων λέγειν τὴν πολυύμνητον Μαρίαν; ἡ μήτρα ἡ παρθενική. ὢ τοῦ θαύματος. ἐκπλήττει με τὸ θαῦμα. τίς ἤκουσε πώποτε οἰκοδόμον, ναὸν ἴδιον οἰκοδομήσαντα, καὶ κωλυόμενον οἰκεῖν ἐν αὐτῷ; τίς ἰδίαν δούλην μητέρα προσκαλεσάμενος ἐνυβρίζεται; ἰδοὺ τοίνυν χαίρει τὰ σύμπαντα· θάλαττα δὲ ὑποτάγῃ, τοὺς ἰδίους συνδούλους ἐπιγνοῦσα, καὶ σκιρτώντων κυμάτων ἀγρίων ἡ τῶν ἁγίων ἐπίβασις εἰς γαλήνην μετέβαλεν. ἐμέμνητο γὰρ τῆς τοῦ σωτῆρος φωνῆς ἡ δούλη ἐπανισταμένη, λέγοντος· σιώπα, πεφίμωσο. γαῖαν δὲ, τὴν ποτὲ ὑπὸ λῃστῶν διοδευομένην, ἡ τῶν πατέρων ὁδοιπορία εἰς εἰρήνην μετέβαλεν. ὡς ὡραῖοι γὰρ οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην. ποίαν εἰρήνην; Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν, ὃν ἔτεκε Μαρία, ὡς αὐτὸς ἠθέλησε. τί μοι γὰρ πολυπραγμονεῖν, καὶ μὴ φιλοφρονεῖν περὶ τὴν γραφήν; ἀλλ' ἐρεῖς μοι Ἰουδαίων τὴν ἄρνησιν; οἱ προφῆται τούτους ἀπεκήρυξαν ἐξ ἀρχῆς, οἴκοθεν τὸ χριστοκτονεῖν ἐπιτηδεύσαντας, ἄρνησιν προσεκαλέσαντο. ἀλλὰ Ἀρείου τὸ πικρὸν * νόσημα; φιλοκαθεδρείας λοιμικῆς τὸ ἐπιθύμημα. ἀλλ' ἑλληνικῆς ἀσελγείας τὸ ἀνώνυμον καὶ ἄθεον φρόνημα; ἀγνωσίας τὸ ἐπιτήδευμα. καὶ τί δεῖ λέγειν; πᾶν ἔθνος πορνευόμενον ἀθεμίτοις κώμοις οὗτος τῇ κακίᾳ ὑπερῆρεν. ἔθνη γὰρ πολλάκις ἀγνοοῦντα τὴν γραφὴν, Θεὸν δυσφημοῦσιν οὐχ ἑκόντα· οὗτος δὲ γραφὴν ἅπασαν κεκτημένος, τολμῶ δὲ λέγειν, τάχα καὶ μαγικῆς ἐμπαίγματα μελετήσας, οὐκ ἐνέκυψε γνησίως πρὸς τὴν θεόπνευστον γραφὴν, ἀλλ' ἐνέκυψεν εἰς ἄργυρον καὶ χρυσόν. τυφλωθεὶς, καὶ κεκωφωθεὶς τῇ μανίᾳ περὶ πρᾶγμα δυσφημίας, σεαυτὸν βουλόμενος ἀλλοτριῶσαι τοῦ θρόνου, καὶ τοῦ καταλόγου τῶν ἀδελφῶν σεαυτὸν ἐξήλειψας, μὴ ἐπιγνοὺς τὸν σοὶ χαρισάμενον * ἀρχιερέως κλῆρον. ἆρα γὰρ οὐκ ἐπείσθης Παύλῳ λέγοντι.

A per quam is benedictus in sanctis euangeliis nominatur, qui venit in nomine domini. *Matth. 21 v. 9.* Salve, quæ immensum incomprehensumque in sancto virgineo utero comprehendisti; per quam sancta trinitas glorificatur & adoratur, per quam preciosa crux celebratur, & in universo orbe adoratur; per quam cælum exultat; per quam angeli & archangeli lætantur; per quam dæmones fugantur, per quam tentator diabolus cælo decidit, per quam prolapsa creatura in cælum assumitur; per quam universa creatura, idolorum væsania detenta, ad veritatis agnitionem pervenit: per quam sanctum baptisma obtingit B credentibus, per quam exultationis oleum, per quam toto terrarum orbe fundatæ sunt ecclesiæ, per quam gentes adducuntur ad pœnitentiam. Et quid plura dicam? per quam unigenitus Dei Filius iis qui in tenebris & in umbra mortis sedebant, lux resplenduit; per quam prophetæ prænuntiarunt; per quam apostoli salutem gentibus prædicarunt, per quam mortui exsuscitantur, per quam reges regnant, per sanctam trinitatem. *Luc. 1. v. 79.* Ecquis hominum laudabilissimam Mariam pro dignitate celebrare queat? Vterus virgineus. ô rem admirandam! Miraculum hoc me in stuporem rapit. Quis unquam audivit, ædificatorem prohiberi, ne proprium tem- C plum, quod ipse construxerit, inhabitaret? Quis ob id ignominiæ sit obnoxius, quod propriam famulam in matrem adsciscat? Ecce igitur omnia gaudent: mare conservos suos agnoscens, sese subdidit, sanctorumque transitus ferocium tripudia fluctuum in tranquillitatem convertit. *Psal. 113.* meminit enim serva maris aqua, quamvis tumidi & insurgentis, vocis salvatoris dicentis: *Tace, obmutesce.* *Marc. 4. v. 39.* Terram vero, quam latrones quondam infestabant, sanctorum iter pacatam reddidit. *Quam enim speciosi pedes evangelizantium pacem?* *Rom. 10. v. 15.* D Quam pacem? dominum nostrum Iesum Christum, quem peperit Maria, sicut ipse voluit. Quid enim me juvat circa scripturam curiosius inquirere, & nec potius eam humane suscipere, & amice sentire? At memorabis mihi Iudæorum negationem? Prophetæ ab initio illos abdicarunt, nempe quod ascitæ malitiæ stimulis acti, necem Christo molituri essent: inde illi abnegationem amplexi sunt. Aut certe terrum illum Arii morbum? Is pestilenti desiderio episcopalis cathedræ laborabat. Aut denique obscurum impiumque lasciviæ gentilium sensum? Ignorantiæ erat istud institutum. Ecquid hæc recensere attinet? Omnem gentem nefariis lasciviis & dissolutionibus indulgentem hic sua malitia excessit. Gentes enim plerumque, cum scripturas igno- E rent, Deum incaute imprudenterque blasphemant: hic autem qui universam scripturam tenet, & magicis quoque illusionibus fortasse (ausim dicere) operam navavit, divinam scripturam non sincere inspexit; inspexit autem argentum & aurum. Væsania circa blasphemiæ negotium excæcatus & infatuatus, teipsum abalienare volens ab episcopali sede, etiam e fratrum catalogo te delevisti, illum qui pontificatus sortem tibi impertitus fuerat, non agnoscens. An non tibi persuasit Paulus dicens:

Actio I. concilii. Gal. 1. v. 8. *Licet angelus de cælo evangelizaverit præter- quam quod evangelizavimus, anathema sit?* Paulus istam sententiæ tuæ vanitatem non sedavit? At sedet illam Isaias: *Ecce*, inquiens, Matth. 1. v. 23. ex Is. 4. *virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel; quod est interpretatum, Nobiscum Deus.* Quod si nec iste, (mens enim tua gravi malitia laborat,) audi vel dæmones clamantes: *Quid*, inquiunt, Matth. 8. v. 29. *nobis & tibi Fili Dei? venisti ante tempus torquere nos.* Qui quæso, auctor tibi extitit, ut cogitationem hanc vilem & inanem prædicares; Quis tecum in hoc inepto morbo laboravit? Non veritus es Deum Persico regno assimilare? te puduit velle patrum, evangelistarum, prophetarum traditiones evertere? Ratus te omnibus ecclesiis dominari, ejus qui te e stercore ad cælestem sublimitatem evexit, non meministi: rebusque procreatis intendens, opificem non agnovisti, terrarum orbem subvertere volens fraudulentis sermonibus, contumeliam Dei templo inferens, & eum qui ex Maria virgine genitus est, dividere volens, dogma pravum, & rabiem, quæ nec dissolvitur, nec manifestatur, mundo huic excitasti Sed nec requisitus, Belial ante tempus imitatus, arbitratus es iniquarum cogitationum tuarum catenis te persuasurum imperatori, rectæ doctrinæ studioso, & consubstantialis adoratori trinitatis, per quam constanter regnat, per quam hostiles gentes conterit, per quam semper virginum chorus imperat, per quam mundum in pace moderatur. Hunc te putasti deceptoriis sermonibus tuis apostatam redditurum: populum quoque Deo dilectum perdere voluisti: patrumque multitudinem, qui in respiratione degebant, tu dispoliasti. Non fuisti contentus teipsum, dum Deum blasphemas, perdidisse; sed blasphemias tuas per universum quoque orbem divulgasti. Sed ecce impletum in te etiam illud est: Psal. 9. v. 17. *In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* Sanctum presbyterorum ac diaconorum clerum quod importunam insaniam tuam redarguerent, & ne cum Ario sentires admonerent, extra ecclesiam ejecisti. Et nunc equidem te prolapsum non dejicio, neque fluctuantem demergo; sed væsanam iniquorum consiliorum sycophantiam frango. Quis navem in sereno ac tranquillo portu constitutam, naufragium vidit perpeti? Quis, quæso, athletam ad locum certaminis prolapsum, erigi non vidit? At cum circa fidem rueres, naufragiumque faceres, nonne manum tibi porreximus? Testem accipe honorandum & sanctum archiepiscopum magnæ Romæ Cælestinum, qui te per literas continenter admonuit, ut a vano hoc atque inutili, & nulla ratione nixo dogmate abstineres. Pari modo testem accipe nostram quoque tenuitatem, brevibus literis hortatam, ut nos de Deo loquentes audires. Tu vero duritiam quamdam, stultitiamque indutus, nullam nostri habuisti rationem, glorians in malitia, tamquam potens, & iniqua cogitans. Et factus es novacula contra teipsum acuta, dolum machinans. Quare Deus quoque, adversus quem cavillis es usus, te dejecit, tuamque radicem e terra viventium evulsit, propterea quod nullam Dei rationem habuisti.

A κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα, ἀνάθεμα ἔστω; Παῦλος οὐκ ἔπαυσέ σου τὸ κενὸν φρόνημα· ἀλλ' Ἡσαΐας εἰπών· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός; * οὐδ' αὐτὸς, διάνοιαν γὰρ ἐκτήσω δεινῆς κακοφροσύνης· ἄκουσον κἂν τῶν δαιμόνων λεγόντων· τί ἡμῖν καὶ σοι υἱὲ τοῦ Θεοῦ; ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς. τίς δέ σοι τοῦτον τὸν εὐτελῆ λογισμὸν συνεβούλευσε κηρύξαι; τίς ὁ συμπονήσας τῷ ἀκαίρῳ νοσήματι; οὐκ ᾐδέσθης Θεὸν * ἐξομοιῶν Περσικῇ βασιλείᾳ; οὐκ ἐνετράπης ἀθετεῖν βουλόμενος πατέρων, καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ προφητῶν παραδόσεις; καὶ νομίσας ἄρχειν πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, B οὐκ ἐμνήσθης τοῦ ἀπὸ κοπρίας εἰς ὕψος οὐράνιον ἀγαγόντος σε. καὶ τοῖς ἔργοις προσέχων, οὐκ ἐπέγνως τὸν δημιουργὸν, βουλόμενος ἀνάστατον καταστῆσαι τὴν οἰκουμένην ἀπατηλοῖς * λογισμοῖς, ἐνυβρίζων ναὸν Θεοῦ; καὶ τὸν κυηθέντα ἐκ παρθένου Μαρίας ἀπομερίζειν βουλόμενος, δόγμα πονηρὸν, καὶ λύσσαν τῷ κόσμῳ διεγείρων, μήτε λυομένην, μήτε φανερουμένην. ἀλλά γε μὴ ζητούμενος, πρὸ καιροῦ Βελίαλ μιμησάμενος, ἐνόμισας σειραῖς τῶν σῶν ἀνόμων ἐννοιῶν πείθειν C βασιλέα φίλον ὀρθοδοξίας, καὶ προσκυνητὴν ὁμοουσίου τριάδος, δι' ἧς διηνεκῶς βασιλεύει, δι' ἧς ἔθνη τὰ πολέμια συντρίβει, δι' ἧς χορὸς ἀειπαρθένων βασιλεύει, δι' ἧς κόσμον ἐν εἰρήνῃ καθίστησι· τοῦτον λόγοις σοῖς ἀπατηλοῖς ἐνόμισας ἀποστάτην γενέσθαι· καὶ λαὸν θεοφιλῆ πορθεῖν ἐβουλήθης· καὶ πατέρων πλῆθος, εἰς ἀνάπνοιαν τυγχάνοντας, * διέσκυλας. οὐκ ἠρκέσθης σαυτὸν ὀλέσαι, δυσφημήσας Θεὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν διεθρύλλησας. ἀλλ' ἰδοὺ ἐπληρώθη καὶ * ἐν σοί. ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ συνελήφθη ὁ ἁμαρτωλός. κλῆρον ἅγιον πρεσβυτέρων D καὶ διακόνων ἀποσυναγώγους ἐποίησας, ἐλέγχοντά σου τὴν ἄκαιρον μανίαν, μὴ τὰ Ἀρείου φρονεῖν. καὶ νῦν οὐ τὸν πεσόντα καταβάλλω, οὐδὲ τὸν κλυδωνιζόμενον καταποντίζω. ἀλλὰ τῶν ἀνόμων * συμβουλιῶν κόπτω τὴν ματαίαν συκοφαντίαν. τίς οἶδε πλοῖον, εἰς εὔδιον λιμένα ἐν γαλήνῃ διάγον, ναυάγιον ὑπομένον; τίς οἶδεν ἀθλητὴν ἐπὶ τὸ σκάμμα πεσόντα, καὶ μὴ ἀνορθούμενον; ἀλλὰ * ἄρα, σοῦ πεσόντος, ἢ ναυαγήσαντος περὶ τὴν πίστιν, ἡμεῖς E χεῖρα οὐκ ὠρέξαμεν; μάρτυρα δέχου τὸν τίμιον καὶ ἅγιον ἀρχιεπίσκοπον τῆς μεγάλης Ῥώμης Κελεστῖνον, συνεχῶς γράφοντά σοι, ἀποστῆναι τοῦ ματαίου, καὶ ἀνωφελοῦς, καὶ ἀσυστάτου δόγματος. ἔτι μὴν καὶ τὴν ἡμετέραν πτωχείαν, διὰ γραμμάτων βραχέων τὸν αὐτὸν τρόπον παρακαλοῦντας, δέξασθαι ἡμᾶς λέγοντας περὶ Θεοῦ. σὺ δὲ οὐκ ἐλογίσω ἡμᾶς ἀσπλαγχνίαν τινὰ, καὶ ἀπόνοιαν περιβεβλημένος, κακίᾳ ἐγκαυχώμενος, ὡς δυνατὸς, ἄνομα διαλογιζόμενος. καὶ ξυρὸν γέγονας κατὰ σεαυτοῦ ἐξηκονημένον, * μέλλον ἐργάζεσθαι δόλον. διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς, ὃν παρελογίσω, καθεῖλέ σε, καὶ ἐξέτιλε τὸ ῥίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων, διότι οὐκ ἐφρόνησας περὶ Θεοῦ. καὶ

Anno Christ. 431.

* ἴσως, εἰ δὲ οὐδ' αὐτὸς.
* ἐξομοιοῦν
* λόγοις ἐφυβρίζων
* διεσκύλευσας.
* ἐπὶ σοί.
* συμβουλῶν σκόπτω
* ἄρα
* μέλλοι

NNO RISTI 431.

καὶ ταῦτα μὲν παρ' ἡμῶν ἀρκείτω τὰ πρὸς τοῦτον. Θεός ἐστι κριτὴς καὶ ἀποδότης ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. γένοιτο δὲ ἡμᾶς τρέμειν καὶ προσκυνεῖν τὴν ἑνότητα, καὶ βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ ὑπηκόους γίνεσθαι, καὶ ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, καὶ τρέμειν καὶ σέβειν τὴν ἀδιάστατον τριάδα· ὑμνοῦντας τὴν ἀειπαρθένον Μαρίαν, δηλονότι, * τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν, καὶ τὸν ταύτης υἱὸν, καὶ νυμφίον ἄσπιλον· ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A Et hæc hactenus a nobis dicta contra istum sint satis. Iudex est Deus, & unicuique reddet juxta opera sua. Contingat autem nobis, ut unionem revereamur & adoremus, piissimoque imperatori obediamus, principibusque & potestatibus subjiciamur; ac indivisam trinitatem tremamus & colamus, Mariam semper virginem, * sanctum videlicet (Dei) templum, ejusdemque Filium, & sponsum immaculatum laudibus celebrantes. Quoniam ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ACTIO I. CONCILII. Rom. 2. v. 6.

ACTA ADVERSUS CYRILLUM.

ΤΑ

ΠΡΑΚΤΙΚΑ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΑΤΙΚΟΥ ΣΥΝΕΔΡΙΟΥ.

ACTA CONCILIABULI.

Ὑπομνήματα * παρὰ τοῖς ἀνατολικοῖς ἐπισκόποις, ἐν οἷς καθαιροῦσι Κύριλλον καὶ Μέμνονα τοὺς ἁγιωτάτους, καὶ ἀκοινωνήτους ποιοῦσι πάντας τοὺς τῆς ἁγίας συνόδου.

ΠΑΡΟΝΤΟΣ ἐν τῷ οἰκείῳ καταγωγίῳ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου Ἰωάννου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀντιοχέων μητροπόλεως τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ ἁγίας συνόδου, ὁ μεγαλοπρεπέστατος καὶ ἐνδοξότατος Κανδιδιανὸς, ὁ κόμης τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων, εἶπεν· Ἐμοὶ μὲν εὐχῆς ἔργον ἦν, καὶ τῆς σῆς θεοσεβείας παρούσης, καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς συνόδου συναχθείσης εἰς ἓν, τὰ γράμματα τῶν δεσποτῶν ἡμῶν καὶ εὐσεβεστάτων βασιλέων ἀποδοῦναι, ὥστε πάσης, ὡς προεῖπον, τῆς συνόδου συναχθείσης, τὸ τηνικαῦτα τὰ προστεταγμένα παρ' αὐτῶν γενέσθαι. ἀλλὰ πρὸ τούτων ἡμερῶν έ. ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Κύριλλος, καὶ Μέμνων ὁ τῆς δε τῆς πόλεως ἐπίσκοπος, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι, συναχθέντες ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, ἐκωλύοντο παρ' ἐμοῦ καθ' ἑαυτοὺς συνεδρεύειν παρὰ τὰ τεθεσπισμένα παρὰ τῶν δεσποτῶν ἡμῶν καὶ εὐσεβεστάτων βασιλέων, καὶ παρῃνοῦντο ἀναμεῖναι τὴν πάντων ὑμῶν παρουσίαν· οἱ δὲ ἀπῄτουν παρ' ἐμοῦ τὸ ἀναγνωσθῆναι τὴν σάκραν. μὴ βουλόμενος δὲ τοῦτο ποιῆσαι διὰ τὸ μὴ παρεῖναι τὴν σὴν ἁγιωσύνην, πολλούς τε ἑτέρους ἐπισκόπους καὶ μητροπολίτας μηδέπω ἐληλυθέναι, ἠναγκάσθην παρ' αὐτῶν, διὰ τὸ εἰρηκέναι αὐτοὺς, ὅπερ ἀγνοοῦσι, τί ἂν εἴη τὸ γραφὲν παρὰ τῶν δεσποτῶν ἡμῶν. τούτου ἕνεκεν, συναχθέντων αὐτῶν, ἀναγκασθεὶς ὑπὲρ τοῦ μὴ δοῦναι πρόφασιν ἀταξίας, ἀνέγνων αὐτοῖς τὴν σάκραν. καὶ παρὼν, καὶ μέλλων ἐξιέναι, διεμαρτυράμην αὐτοὺς, μηδὲν προπετὲς πρᾶξαι, καθὼς καὶ πολλοὶ τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων τῶν σὺν ἐμοὶ πρὸς αὐτοὺς εἰσελθόντων ἴσασιν· οἱ δὲ οὐδὲ οὕτως ἀναχόμενοι ἔπραξαν ἅπερ αὐτοῖς ἤρεσεν.

Ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Ἰωάννης εἶπεν· Εὐχῆς ἔργον ἐπακοῦσαι τῶν εὐσεβῶν συλλαβῶν· χρὴ καὶ μὴ καταστοχάζεσθαι τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἐπ' αὐτὴν βαίνειν τὴν ἀλήθειαν, καὶ μαθεῖν τὸν εὐσεβῆ σκοπὸν τῶν

Commentarii gestorum apud orientales episcopos, in quibus sanctissimos Cyrillum ac Memnonem deponunt, & omnes qui ad sanctam synodum convenerant, excommunicant.

IOANNE sanctissimo, Deoque amabilissimo episcopo metropolis Antiochiæ, orientis diœcesis, in suo diversorio manente, sanctaque illius synodo præsente, magnificentissimus illustrissimusque devotorum domesticorum comes Candidianus dixit: Optabam equidem, pietate tua coram constituta, totaque synodo in unum simul coacta, dominorum nostrorum ac piissimorum imperatorum literas exhibere, ut quæ ab ipsis mandata sunt, universa synodo simul, ut modo aiebam, congregata, executioni mandarentur. Ceterum, cum ante quinque proximos hosce dies reverendissimus episcopus Cyrillus, ac Memnon hujus civitatis episcopus, & qui cum ipsis sunt reverendissimi episcopi in sancta ecclesia convenissent, a me prohibiti sunt, ne contra dominorum nostrorum & piissimorum imperatorum decreta inter se consessum facerent, atque moniti ut omnium vestrum adventum expectarent: illi autem ut sacram prælegerem, efflagitarunt. Cum vero id recusarem propter sanctitatis tuæ absentiam, quodque multi præterea alii episcopi & metropolitani nondum advenissent, coegerunt me illi, se ignorare asserentes quid a dominis nostris perscriptum esset. Coactus ergo, ne turbæ cujuspiam aut seditionis occasionem præberem, ipsis congregatis sacram legi. Verumtamen etiam discessurus, & præsens ipsos contestatus sum, ne præceps aliquid agerent; quemadmodum multi sanctissimi episcopi, qui una mecum ad ipsos introierant, compertum habent. Illi vero contestationem eam nihil morati, omnia pro suo arbitratu egerunt.

Comitis Candidiani coram Ioanne Antiocheno, ejusdemque conciliabulo confecta narratio.

Ioannes episcopus Deo devotissimus dixit: Optamus piarum literarum tenorem audire. Oportet namque de rebus non conjecturam facere, sed recta ad veritatem ipsam contendere, piumque Deo dilectissimorum

ACTA ADVERSUS CYRILLUM.

ANNO CHRISTI 431.

ſſimorum imperatorum noſtrorum ſcopum intelligere, qui nullum ſtudium pro Chriſti eccleſiis detrectant, neque quidquam hoc antiquius habent. Veſtra proinde magnificentia nobis exponat, quænam, literis his piiſſimis apud illos, lectis conſecuta fuerint.

Magnificentiſſimus comes Candidianus dixit: Lecta ſacra omnes applauſerunt, ita ut non dubitarem, quin vere omnibus quæ a piiſſimis imperatoribus noſtris ſancita fuerant, morem eſſent geſturi; & eam ob rem gaudio perfundebar. Verum cum poſtea rogarem, ut literis parerent omnes, nullus audire me ſuſtinere voluit. Sed & religioſiſ- B ſimos epiſcopos, quos ſanctiſſimus Neſtorius miſerat, ceteroſque qui comites ipſis adjuncti fuerant, non abſque ignominia exegerunt: me quoque, cum precibus iterum obnixius inſtarem, veluti qui non deberem eorum eſſe particeps quæ ab illis gerebantur, e ſuo conſeſſu expulerunt. Sed neque admonitorium, quod religioſiſſimi epiſcopi ad illos deſtinaverant, legi permiſerunt: quemadmodum ſanctiſſimi epiſcopi norunt, qui mecum acceſſerunt, qui teſtantur etiam quæ a me convenienter geſta fuerunt. De his autem omnibus orbis C dominos certiores fecimus, ſignificantes ſanctitatis tuæ, ſanctiſſimorumque epiſcoporum, qui tecum ſunt, adventum nos expectare.

Tota hæc Candidiani narratio manifeſte falſitatis ſigna præ ſe fert.

Ioannes Deo dilectiſſimus archiepiſcopus dixit: Legantur & nobis quoque piæ literæ. Sanctiſſimis autem epiſcopis conſurgentibus, magnificentiſſimus comes Candidianus legit. Hoc autem facto, & poſtquam religioſiſſimi epiſcopi piæ ipſorum majeſtati bene precati eſſent, religioſiſſimus archiepiſcopus Ioannes dixit: Sufficiebat pia harum literarum ſerenitas ad inducendum illos in omnem modeſtiam, etiam ſi ſacerdotum catalogo adſcripti non eſſent: ſed quo- D niam, ut magnificentia tua retulit, poſt recitatas literas tumultu & perturbatione omnia compleverunt, & contumeliis tum religioſiſſimos epiſcopos, tum magnificentiam tuam affecerunt; nos ea, qua par fuit, attentione ac modeſtia literas excipientes, parati ſumus piiſſimorum imperatorum noſtrorum voluntatem, Deo nobis bene favente, rebus ipſis exequi. Rogo autem, ut ſi quid aliud ab ipſis actum eſt, ex tua magnificentia intelligamus.

Candidianus comes magnificentiſſimus dixit: Quandoquidem ſanctitas tua omnia ordine & exacte perquirit, æquum eſt, ut a me cetera quoque in medium afferantur. E Sequenti itaque die, cum penitus quid actum eſſet neſcirem, repente ſanctiſſimum epiſcopum Neſtorium ab ipſis eſſe depoſitum audivi. Refixi ſcripturam illam depoſitionis publice propoſitam, & legi, quam ad piiſſimos imperatores noſtros miſi. Paulo poſt & publicos quoque præcones forum obeuntes, memoratique ſanctiſſimi epiſcopi Neſtorii depoſitionem ſolenni pompa ebuccinantes audio. Cum igitur hæc reſciviſſem, inhibitiones ad illos miſi, ne quidquam omnino præter ea, quæ a religioſiſſimis imperatoribus noſtris decreta fuerant,

θεοφιλεστάτων ἡμῶν ['βασιλέων] δεσποτῶν. οἵ τινες πᾶσαν σπουδὴν ἔχουσιν ὑπὲρ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ προτιμῶσι τούτου οὐδέν. γνωρισάτω οὖν ἡμῖν ἡ ὑμετέρα μεγαλοπρέπεια, τίνα δεῖ τὰ παρακολουθήσαντα, ἀναγνωσθέντων αὐτοῖς τῶν θεοφιλεστάτων τούτων γραμμάτων.

Ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανὸς εἶπεν· Ἀναγινωσκομένης τῆς σάκρας, ἐπευφήμησαν πάντες· ὡς νομίσαι με, ὅτι ἀληθῶς εἴκουσι πᾶσι τοῖς παρὰ τῶν εὐσεβῶν ἡμῶν βασιλέων θεσπισθεῖσι. καὶ ἔχαιρον ἐγὼ τούτοις. μετὰ δὲ ταῦτα παρακαλοῦντός μου εἶξαι πάντας τοῖς B γράμμασιν, οὐδεὶς ἐμοῦ ἀνασχέσθαι ἐβούλετο, ἀλλὰ μεθ' ὕβρεως τοὺς εὐλαβεστάτους ἐπισκόπους, τοὺς παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Νεστορίου ἀποσταλέντας, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς, ἐξέωσαν· κἀμὲ δὲ πάλιν ἐπὶ πολὺ παρακαλοῦντα ἐξέωσαν τοῦ συνεδρίου, ὡσανεὶ οὐκ ὀφείλοντα κοινωνῆσαι τοῖς παρ' αὐτῶν τυπουμένοις. ἄλλως δὲ οὐδὲ τὸ ἀποσταλὲν αὐτοῖς παραναγνωστικὸν παρὰ τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων συνεχώρησαν ἀναγνωσθῆναι, ὡς οἱ σὺν ἐμοὶ γενόμενοι ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι ἴσασι, καὶ μαρτυροῦσι τοῖς παρ' ἐμοῦ ἀκολούθως γεγενημένοις. ταῦτα C δὲ πάντα καὶ εἰς γνῶσιν τῶν δεσποτῶν τῆς οἰκουμένης ἀνενήνοχα μὲν, δηλοῦντες, ὅτι τῆς σῆς ἁγιωσύνης τὴν παρουσίαν, καὶ τῶν σὺν αὐτῇ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων ἀναμένομεν.

Ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης εἶπεν· Ἀναγνωσθήτω καὶ ἡμῖν τὰ εὐσεβῆ γράμματα. τῶν δὲ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων ἀναστάντων, ἀνέγνω ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανός. Τούτου δὲ γενομένου, καὶ ἐπευξαμένων τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῷ εὐσεβεῖ αὐτῶν κράτει, ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης εἶπεν· ἤρκει μὲν 'αὐτοῖς ἡ τοῦ εὐσεβοῦς γράμματος γαληνότης πρὸς πᾶσαν αὐτοὺς ἀγαγεῖν εὐταξίαν, εἰ καὶ D * ἔξω ἦσαν τοῦ ἱερατικοῦ τάγματος. ἀλλ' ἐπειδὴ, ὡς εἶπεν ὑμῶν ἡ μεγαλοπρέπεια, καὶ ἀταξίας μεστὰ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν γραμμάτων τὰ πάντα * ἐπλήρωσαν, καὶ ὕβρεις ἐπήγαγον τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, καὶ τῇ σῇ μεγαλοπρεπείᾳ· ἐπιστάντες ἡμεῖς μετὰ τῆς 'προσηκούσης εὐταξίας καὶ τοῦ γράμματος ἐπηκούσαμεν, καὶ τὸν σκοπὸν τῶν θεοφιλεστάτων ἡμῶν βασιλέων εἰς ἔργον ἀγαγεῖν 'προθύμως ἔχομεν, Θεοῦ ἐπινεύοντος. παρακαλῶ δὲ, καὶ εἰ ἕτερον πέπρακται παρ' αὐτῶν, μαθεῖν παρὰ τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας.

Ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανὸς εἶπεν· Ἐπειδὴ πάντα ἀκριβῶς ζητεῖ ἡ σὴ ἁγιωσύνη E καὶ ἀκολούθως, δίκαιον καὶ τὰ λοιπὰ λεχθῆναι παρ' ἐμοῦ. τῇ γὰρ ἑξῆς ἡμέρᾳ, ἀγνοῶν πάντη τὰ πεπραγμένα, ἐξαίφνης ἤκουον, τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Νεστόριον καθῃρῆσθαι παρ' αὐτῶν, προτεθέν τε γράμμα τὸ καθαιρετικὸν ἀποσπάσας ἀνέγνων, ὅπερ ἀπέστειλα τοῖς εὐλαβεστάτοις ἡμῶν βασιλεῦσι. μετ' ὀλίγον δὲ καὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν ἤκουον καὶ δημοκήρυκας περιιόντας, τὴν καθαίρεσιν τοῦ μνημονευθέντος ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Νεστορίου ἐκπομπεύειν. ταῦτα τοίνυν γνοὺς, * ἐνοχὰς ἀπέστειλα αὐτοῖς πρὸς τὸ μηδὲν πρᾶξαι παρὰ τὰ προσταχθέντα παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων.

' αὐτοῖς
* ἐξῶσαι
* ἐποίησαν
' πρεπούσης
' ἑτοίμως ἔχομεν
* ἐν εὐχαῖς

βασιλέων. οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τοὺς ἁγιωτάτους A ἡμῶν ἐπισκόπους ἐμεθοδεύσατε, τοὺς μὴ συναθροισθέντας μετ᾽ αὐτῶν, ἀναμεῖναι τὴν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης παρουσίαν.

Ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης εἶπεν. Ἀκολούθως τοῖς κανόσι, καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς θεσπίσμασι, καὶ τῷ βασιλικῷ γράμματι, ἐπὶ παρουσίᾳ πάντων διαλεχθέντες, καὶ ἐπερωτήσαντες τὰ εἰκότα, καὶ τυχόντες ἀποκρίσεως, ἦλθον ἐπὶ τοῦτο, ἐλέγχων γενομένων, ἢ ἐρήμην κατεδίκασαν τὸν ἄνδρα;

Ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανὸς εἶπεν· ἴσασι πάντες οἱ συμπαρόντες μοι θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, ὡς χωρὶς τινος κρίσεως καὶ ζη- B τήσεως τὰ παρ᾽ αὐτῶν τετύπωται.

Ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης εἶπεν· μάλιστα μὲν οὖν δὴ τὰ ἐφ᾽ ἡμῶν αὐτοῖς πραχθέντα ἀκόλουθα ἦν. δέον γὰρ αὐτοὺς, τοὺς ἄρτι ἐξ ἀποδημίας οὕτω μακρὰν ἥκοντας ἀδελφικῶς ἀσπάσασθαι, καὶ κεκονιαμένους ἔτι φιλοφρονήσασθαι, καὶ ἀνακτήσασθαι ἀδελφικῇ διαθέσει, εὐθὺς ἦλθον ταράσσοντες ἡμᾶς, καὶ θορυβοῦντες, καὶ τὴν συνήθη ἀταξίαν ἐπιδεικνύμενοι. ἀλλ᾽ ὅμως τούτοις ἡ συνοῦσά μοι ἁγία σύνο- C δος οὐδὲ τὰς ἀκοὰς ὑπέσχε. δοκιμάσει δὲ ἡ ἁγία σύνοδος τὰ ὀφείλοντα κατὰ τῶν οὕτως ἀθέσμως καὶ τυραννικῶς ἅπαντα συνταραξάντων, ἀκολούθως τυπωθῆναι.

Τούτων οὕτως ἐχόντων, καὶ ἐξελθόντος τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου Κανδιδιανοῦ τοῦ κόμητος τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων, μετὰ τὴν τοῦ εὐσεβοῦς γράμματος ἀνάγνωσιν, καὶ τὴν κατάθεσιν τῆς προειρημένης διηγήσεως, ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης εἶπεν· ἀκήκοεν ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια τοῦ τε εὐσεβοῦς γράμματος τῶν θεοφιλεστάτων ἡμῶν βασιλέων, καὶ τῶν παρὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ κα- D τατεθέντων· καὶ ἔγνω τὸν σκοπὸν τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων· ὡς πᾶσαν πρόνοιαν ποιούμενοι τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, καὶ τῆς ὑγιοῦς καὶ ἀπαρεγχειρήτου πίστεως, καὶ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων, τὴν ἁγίαν ἐνταῦθα συνήθροισαν σύνοδον, ἀξίως τοῦ θεοφιλοῦς αὐτῶν κράτους τοῦτο γενέσθαι * προστάξαντος· ὥστε πάντας κατὰ ταυτὸ γενομένους, τά τε ζητούμενα ἀδελφικῶς, καὶ ὡς ἱερεῦσι πρέπει, βασανίσαι, κατά τε πρότασιν καὶ λύσιν, καὶ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν, ταραχῆς πάσης ἐκτὸς, καὶ θορύβου χωρίς· μηδενὸς ἑτέρου ζητουμένου, μήτε ἐγκληματικοῦ, μήτε χρημα- E τικοῦ κεφαλαίου, πρὸ τῆς ἀκριβοῦς ἐρεύνης καὶ βεβαιώσεως τῆς εὐσεβοῦς πίστεως τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνεληλυθότων. τί τοίνυν συνορᾷ ὑμῶν ἡ θεοσέβεια δεῖν γενέσθαι, ἐπὶ τοσαύτῃ τῶν εὐσεβῶν γραμμάτων καταφρονήσει;

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· δῆλός ἐστιν ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων, καὶ Μέμνων ὁ τῆς δὲ τῆς πόλεως εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, ὁ εἰς ἅπαντα συνεργήσας αὐτῷ, ὡς ἀκριβῶς ἔγνωμεν πρὸ τῆς ὑμετέρας παραγενόμενοι θεοσεβείας, καὶ πάντα, ὡς εἰπεῖν, θεασάμενοι τὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ τολμηθέντα· τάς τε γὰρ ἁγίας

A molirentur. Effeci quoque ut sanctissimi episcopi nostri, qui illorum congregationi non interfuerant, vestræ sanctitatis adventum præstolarentur. ACTA ADVERSUS CYRILLUM.

Religiosissimus archiepiscopus Ioannes dixit: Canonibusne, sanctionibusque ecclesiasticis, ac regiis literis in omnium præsentia consentanee disserentes, congruaque & ad rem facientia interrogantes, ac responsionibus auditis ad hoc devenerunt, ut convictum, an vero indicta causa virum condemnarent?

Magnificentissimus comes Candidianus dixit: Piissimi episcopi omnes qui mecum fuerunt, norunt quod sine ullo prorsus exami- B ne, & absque aliquo judicio hæc ab illis constituta sunt. *Impudentissime mentitur hic Candidianus.*

Religiosissimus archiepiscopus Ioannes dixit: Sane etiam illa, quæ in nostra præsentia gesserunt, his maxime consentanea fuerunt. Cum enim oportuisset, ut illos, qui e tam longa peregrinatione recens advenerant, fraterne complecterentur, pulvereque adhuc aspersos benigne & comiter exciperent, ac refocillarent affectu fraterno; tumultuario impetu statim ad nos perturbandos irruerunt, consuetamque insolentiam ac im- C modestiam apertis indiciis declararunt. Verumtamen sancta synodus, quæ mecum adest, nec aures his adhibuit. Sancta igitur synodus in illos statuet, quæ in eos decerni par erit, qui adeo illegitime tyranniceque omnia conturbarunt. *Falsaque quoque est hæc expostulatio.*

His ad eum modum transactis, & posteaquam magnificentissimus devotorum domesticorum comes Candidianus exivisset, piæque literæ recitatæ fuissent, & post depositionem prædictæ narrationis, religiosissimus archiepiscopus Ioannes dixit: Audivit vestra pietas tum piam religiosissimorum imperatorum nostrorum epistolam, tum magni- D ficentissimi quoque comitis Candidiani narrationem: agnovitque piissimorum imperatorum scopum; quomodo omnem ecclesiasticæ pacis curam, ac sanæ constantisque fidei, apostolicorumque dogmatum rationem habentes sanctam synodum hunc in locum convocarint: rem videlicet majestate sua dignam instituentes, id fieri mandarint, ut omnibus in unum congregatis, ea quæ in disceptationem veniunt, fraterne, sacerdotalique modestiæ convenienter, propositionibus & solutionibus, interrogationibus & responsionibus adhibitis, accurate discutiantur, citra omnem tumultuationem ac tur- E bam: ita ut de nulla controversia, aut criminatoria, aut alio quocumque civili ejusmodi capite prius tractare liceret, quam pia fides a sanctis beatisque patribus in Nicæa Bithyniæ congregatis exposita, diligenter perpensa confirmetur. Quid ergo vestra pietas in eos statuendum censet, qui pias literas tam indignis modis contempserunt?

Sancta synodus dixit: Cyrillus reverendissimus ecclesiæ Alexandrinæ episcopus, necnon Memnon religiosissimus hujus civitatis antistes, qui Cyrillo in omnibus administrum sese exhibuit, ut certo cognovimus, qui huc ante pietatis vestræ adventum accessimus, & omnia fere inspeximus quæ ille perpetrare ausus est: nam sanctas ecclesias,

Hæc omnia vel falsa sunt, vel propter manifestam illorum hæresim acciderunt.

ecclesias, sanctasque martyrum ædes, ac sanctam quoque apostoli basilicam præclusit, & ne sacrum quidem pentecostes diem religiosissimis episcopis celebrare permisit, & multitudine agrestium hominum coacta, civitatem turbis replevit, insuper clericos suos ad piissimorum episcoporum diversoria mittens, vel extrema quæque, nisi confuso eorum concilio sese adjungerent, illis comminatus est) malæ nimirum conscientiæ stimulis agitati, dignoscuntur omnia conturbasse ac commiscuisse, res ecclesiasticas tumultibus implevisse, pias literas parvipendisse, ecclesiæ ritus proculcasse, ne in hæreticam perversamque eorum doctrinam inquireretur. Quam quidem doctrinæ labem in capitibus quæ reverendissimus episcopus Cyrillus non ita pridem ad regiam civitatem misit, deprehendimus. Maxima enim illorum pars Arii, & Apollinarii, & Eunomii impietati est consentanea. Necesse est ergo, ut sanctitas tua, nosque omnes manibus pedibusque pro pietate decertemus, ne qui hæreticis religiosissimi episcopi Cyrilli capitibus decipiantur, neve sanctorum patrum fides corrumpatur: ut qui hæretici dogmatis auctores, excitatæque perturbationis, quæ major est quam ut verbis illis explicari possit, principes sunt, digna tanto scelere sententia condemnentur; reliqui vero religiosissimi episcopi, quos hi sibi per fraudem adjunxerunt, & in suam sententiam callide pellexerunt, ecclesiasticæ pœnæ subjiciantur.

Conciliabulum falso imponit Cyrillo impietatem Apollinarii, Eunomii, & Arii.

Nestoriani & orientales schismatici Cyrillum & Memnonem depositione dignos pronuntiant.

Ioannes Deo dilectissimus episcopus dixit: Ego quidem neminem ex iis qui ad Dei sacerdotium a Deo adsciti sunt, extra ecclesiasticum corpus ejici optabam. Sed quia, cum membra quæpiam immedicabili morbo corripiuntur, ob totius corporis incolumitatem quædam ipsorum resectiones adhibeantur necesse est; cum Cyrillus & Memnon perpetratæ illius iniquitatis auctores extiterint, atque occasionem præbuerint, ut ecclesiasticæ sanctiones, piaque religiosissimorum imperatorum nostrorum decreta conculcarentur, & in prædictis capitibus hæretice senserint; æquum est, ut ipsi quidem depositionis sententia plectantur; reliqui vero, qui in ipsorum errorem abducti sunt, excommunicationis vinculis innodentur, donec proprio delicto agnito, hæretica Cyrilli capita anathematizent, & in fide a sanctis patribus Nicææ quondam congregatis edita plane se acquiescere profiteantur: ita ut nihil prorsus diversum aut peregrinum, vel a pietate alienum superaddant, & juxta piissimorum imperatorum nostrorum literas cœtui nostro sese adjungant, & controversarum quæstionum examinatione fraterne agitata, piam fidem confirment.

Ioannes Antiochenus Cyrilli anathematismos ut hæreticos condemnat.

Sancta synodus dixit: Sanctitas tua legitime justeque sententiam pronuntiavit. Quamobrem necessarium censemus, ut communi scripto, & omnium nostrum subscriptionibus confirmato, Cyrilli quidem & Memnonis depositio, reliquorum vero excommunicatio dictetur.

Conciliabulum plenam Concilii auctoritatem sibi vindicat. Imo vero multis modis injustissima.

Ioannes Deo dilectissimus archiepiscopus dixit: Quæ communi suffragio inter nos decreta sunt, fient.

Ioannes Antiochiæ episcopus pronuntiavit.

A ἐκκλησίας, τά τε ἅγια μαρτύρια, καὶ τὸ ἅγιον ἀποστόλιον ἀπέκλεισε, μὴ συγχωρήσας μηδὲ τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐπιτελεσθῆναι· πλῆθος τὸ ἀγροικικὸν συναγαγὼν διετάραξε τὴν πόλιν, τοὺς οἰκείους κληρικοὺς εἰς τὰς οἰκίας τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων πέμπων, καὶ μυρία ἀνήκεστα ἀπειλῶν, εἰ μὴ συναθροισθεῖεν εἰς τὸ ἀτάκτως ὑπ' αὐτῶν γινόμενον συνέδριον· ἐπὶ κακῷ τῷ συνειδότι ἅπαντα συνταράξαντες, καὶ συγχέοντες, καὶ θορύβων τὰ ἐκκλησιαστικὰ πληρώσαντες πράγματα, καὶ τῶν εὐσεβῶν γραμμάτων καταφρονήσαντες, τούς τε ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς πατήσαντες, B ὥστε τὴν αἱρετικὴν κακοδοξίαν μὴ ζητηθῆναι, ἣν ἐν τοῖς κεφαλαίοις εὕρομεν, τοῖς ἀποσταλεῖσι πρώην εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν ὑπὸ τοῦ εὐλαβεστάτου Κυρίλλου τοῦ ἐπισκόπου· ὧν τὰ πλεῖστα συμβαίνει τῇ Ἀρείου, καὶ Ἀπολιναρίου, καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ. χρὴ τοίνυν τήν τε σὴν ἁγιωσύνην, καὶ πάντας ἡμᾶς * ἐκθύμως ὑπερμαχῆσαι τῆς εὐσεβείας, ὥστε μὴ ὑπαχθῆναί τινας τοῖς αἱρετικοῖς τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Κυρίλλου κεφαλαίοις, μηδὲ διαφθαρῆναι τῶν ἁγίων πατέρων τὴν πίστιν· καὶ τοὺς μὲν ἐξάρχους τοῦ αἱρετικοῦ φρονήματος, καὶ τῆς πάντα λόγον ὑπερ- C βαλλούσης ἀταξίας, τῇ ἀξίᾳ τῆς παρανομίας ψήφῳ καταδικάσαι· τοὺς δὲ ὑπαχθέντας αὐτοῖς, καὶ παρασυρέντας ὑπ' αὐτῶν εὐλαβεστάτους ἐπισκόπους ἐκκλησιαστικῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβαλεῖν.

*συγχέαντες. * εὐθύμως.*

Ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Ἰωάννης εἶπεν· Εὐχῆς μοι ἔργον ἦν, τὸ μηδένα τῶν τῷ Θεῷ ἱερατεύειν ἀφορισθέντων ἐκτὸς γίνεσθαι τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ σώματος. ἐπειδὴ δὲ ἀναγκαία τῶν ἀνιάτως ἐχόντων μελῶν ἡ τομὴ διὰ τὴν τοῦ παντὸς σώματος ὑγίειαν, Κύριλλον μὲν καὶ Μέμνονα, ὡς ἐξάρχους τῆς γεγενημένης παρανομίας, καὶ τοῦ πατηθῆναι τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς, καὶ τὰ εὐσεβῆ θεσπίσματα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων, καὶ διὰ τὸ αἱρετικὸν τῶν προειρημένων κεφαλαίων φρόνημα, καθαιρέσει ὑποβληθῆναι προσήκει, τοὺς δὲ ὑπαχθέντας, ἀκοινωνήτους γίνεσθαι· ὡς ἂν τὸ οἰκεῖον ἐπιγνόντες πλημμέλημα, τά τε αἱρετικὰ τοῦ Κυρίλλου κεφάλαια ἀναθεματίσωσι, καὶ τῇ ἐκτεθείσῃ πίστει παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων ἐμμένειν καθομολογήσωσι, μηδὲν ἕτερον αὐτῇ ἢ ξένον τῆς εὐσεβείας ἐπεισάγοντες, καὶ κατὰ τὰ εὐσεβῆ γράμματα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων σὺν ἡμῖν συνέλθωσι, καὶ τῶν τε ζητουμένων τὴν βάσανον ἀδελφικῶς ποιήσωνται, καὶ τὴν εὐσεβῆ βεβαιώσωσι πίστιν.

E Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· Ἐννόμως καὶ ἐνδίκως ἡ σὴ ἀπεφήνατο ἁγιότης. δεῖ τοίνυν γράμματι κοινῷ, Κυρίλλου μὲν καὶ Μέμνονος τὴν καθαίρεσιν, τῶν δὲ λοιπῶν τὴν ἀκοινωνησίαν ὑπαγορευθῆναι, καὶ ταῖς πάντων ὑπογραφαῖς ἡμῶν κυρωθῆναι.

Ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης εἶπε· Γενήσεται τὰ συνδόξαντα.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἀντιοχέων διελάλησε.

ΨΗΦΟΣ.

ANNO CHRISTI 431.

A

ΨΗΦΟΣ.

Η ΑΓΙΑ σύνοδος, ἡ χάριτι Θεοῦ συναχθεῖσα ἐν Ἐφέσῳ κατὰ τὸ γράμμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων, διελάλησε τὰ ὑποτεταγμένα.

Ηὐχόμεθα μὲν κατὰ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ κατὰ τὸ γράμμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων εἰρηνικῶς γενέσθαι τὴν σύνοδον. ἐπειδὴ δὲ θρασύτητι, καὶ ἀταξίᾳ, καὶ αἱρετικῷ φρονήματι κεχρημένοι καθ' ἑαυτοὺς συνηδρεύσατε, καίτοι ἡμῶν ἐπὶ θύραις ὄντων κατὰ τὸ γράμμα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων, καὶ πάσης ταραχῆς τὴν πόλιν καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον B ἀνεπλήσατε, ὑπὲρ τοῦ μὴ ζητηθῆναι τὰ κεφάλαια, ἃ συμβαίνει τῇ Ἀπολιναρίου, καὶ Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου κακοδοξίᾳ καὶ δυσσεβείᾳ, καὶ οὐκ ἀνεμείνατε τὴν τῶν ἁπανταχόθεν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων παρουσίαν, τῶν κληθέντων ὑπὸ τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων· καὶ ταῦτα τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως παραγγείλαντος ὑμῖν μηδὲν τοιοῦτο τολμῆσαι, ἀλλὰ ἀναμεῖναι τὸ κοινὸν ἁπάντων τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων συνέδριον· τούτου ἕνεκεν γινώσκετε, ὡς καθῃρημένοι ἐστὲ, καὶ ἀλλότριοι τῆς ἐπισκοπῆς, σύ τε Κύριλλε, ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Μέμνων C ὁ τῆσδε τῆς πόλεως, καὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς λειτουργίας ἀλλότριοι, ὡς πάσης τῆς * ἀταξίας καὶ παρανομίας ἔξαρχοι καὶ ἡγεμόνες, καὶ τοῦ πατηθῆναι τοὺς κανόνας τῶν πατέρων, καὶ τὰ βασιλικὰ θεσπίσματα, αἴτιοι γεγονότες· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες, οἱ συμφωνήσαντες τοῖς ἠτακτηκόσι καὶ παρανομήσασι κατὰ τῶν κανόνων, καὶ κατὰ τῶν βασιλικῶν θεσπισμάτων, ἀκοινώνητοί ἐστε, ἕως ἂν ἐπιγνόντες τὸ οἰκεῖον πλημμέλημα μετανοήσητε, καὶ τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων καταδέξησθε, μηδὲν ἕτερον αὐτῇ ξένον ἐπεισάγοντες, καὶ ἀναθεματίσητε τὰ αἱρετικὰ κεφάλαια τὰ ἐκτεθέντα παρὰ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, τὰ ἐναντιούμενα τῇ εὐαγ- D γελικῇ καὶ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ, καὶ τῷ γράμματι τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων ἐμμείνητε, τῷ κελεύοντι ἡσύχως καὶ ἀκριβῶς τὰ τῆς πίστεως ζητηθῆναι.

Εἰσὶ δὲ οἱ ὑπογράψαντες.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας,
Ἀλέξανδρος Ἀπαμείας μητροπολίτης,
Ἰωάννης Δαμασκοῦ μητροπολίτης,
Δωρόθεος Μαρκιανουπόλεως μητροπολίτης,
Ἀλέξανδρος Ἱεραπόλεως μητροπολίτης,
Δεξιανὸς Σελευκείας Ἰσαυρίας μητροπολίτης,
Βασίλειος Θεσσαλίας μητροπολίτης,
Ἀντίοχος Βόστρων μητροπολίτης,
"Παῦλος * Ἐμέσης,
Ἀπρίγγιος 'Χαλκίδος,
Πολυχρόνιος Ἡρακλείας,
Κύριλλος Ἀδάνων,
Αὐσόνιος Ἱμερίας,
Μουσαῖος 'Ἀργάδου, καὶ Ἀνταράδου,
Ἡσύχιος 'Κασταβάλων,
Σαλούστιος Κωρύκου,
Ἰάκωβος Δωροστόλου,

SENTENTIA.

SANCTA synodus per Dei gratiam, piissimorumque ac Christianissimorum imperatorum nostrorum decretum in Ephesiorum civitate congregata, quæ hic subjunguntur, promulgavit.

Acta adversus Cyrillum. Conciliabulum, sanctam synodum se vocat.

Optabamus quidem, juxta sanctorum patrum canones, piissimorumque ac Christi amantium imperatorum nostrorum literas, synodum pacate celebrari. Quoniam vero vos hæretico sensu menteque usi, ac temeritate & confusione, privatum inter vos consessum celebrastis (tametsi juxta literas piissimorum imperatorum nostrorum præ foribus jam versaremur) omnique turbarum genere civitatem & sanctam hanc synodum implevistis, ne videlicet in capita, quæ cum Apollinarii, & Eunomii, atque Arii impietate ac perversa doctrina congruunt, inquireretur; neque religiosissimorum episcoporum a piissimis imperatoribus nostris undecumque convocatorum adventum expectastis, cum tamen magnificentissimus comes Candidianus & scripto monuisset & verbis, ne quidquam tale auderetis, sed communem omnium sanctissimorum episcoporum consessum expectaretis: ideo tu Cyrille Alexandrine, & tu Memnon hujus civitatis episcope, scitote vos depositos, & ab episcopatu alienos, atque ab omni ecclesiastico ministerio & functione esse amotos; ut qui in causa fuistis, ut patrum canones conculcarentur, & imperatorum decreta contemnerentur, omniaque confusione & turbis miscerentur, ac totius sceleris auctores & duces extitistis. At vos reliqui omnes, qui seditiose & inique contra ecclesiasticas sanctiones, regiaque decreta agentibus consensistis, excommunicati estis, donec agnita culpa vestra resipiscatis, fidemque a sanctis patribus in Nicæna civitate congregatis expositam suscipiatis, nihil illi extraneum aut peregrinum attexentes: capita præterea hæretica a Cyrillo Alexandrino exposita, quæ & evangelicæ & apostolicæ doctrinæ aperte repugnant, anathematizetis, & literis denique piissimorum Christiq; amantium imperatorum nostrorum, quæ fidei quæstionem quiete agitari, accurateque discuti præcipiunt, per omnia pareatis.

Qui autem subscripserunt, hi sunt.

Episcoporum schismaticorum nomina.

Ioannes episcopus Antiochenus,
Alexander Apameæ metropolitanus,
Ioannes Damasci metropolitanus,
Dorotheus Marcianopolis' metropolitanus, ('Mysiæ II.)
Alexander Hierapolis metropolitanus,
Dexianus Seleuciæ Isauriæ metropolitanus,
Basilius Thessaliæ metropolitanus,
E Antiochus Bostrorum metropolitanus,
Paulus Emesæ,
Apringius Chalcidis,
Polychronius Heracleæ,
Cyrillus Adanorum,
Ausonius Himeriæ,
Musæus' Argadi, & Antaradi, (* Aradi)
Hesychius Castabalorum', (' Ciliciæ)
Salustius Coryci', (' Ciliciæ)
Iacobus Dorostoli,

ACTA ADVERSUS CYRILLUM.

'Zosys Isbuntis, (' Zosius)
'Eustathius Parnasi, (* Eustochius)
Diogenes Seleucobeli,
Placon Laodiceæ', (' Magnæ)
Polychronius Epiphaniæ,
Fritilas Heracleæ metropolitanus,
Himerius Nicomediæ metropolitanus,
Helladius Tarsi metropolitanus,
Eutherius Tyranensium metropolitanus,
Asterius Amidæ metropolitanus,
Theodoretus Cyri,
Macarius Laodiceæ', (' Magnæ)
Theosebius Cii Bithyniæ,
Maximianus metropolitanus Anazarbi,
Gerontius Claudiopolis,
Cyrus Marcopolitanus,
Aurelius Irenopolitanus,
Meletius Neocæsariensis,
Helladius Ptolemaidis,
' Tarianus Augustæ, (' Trajanus, alias Taurianus.)
Valentinus Malli,
Marcianus Abryti,
Daniel Faustinopolitanus,
Iulianus Larissæ,
Heliades Zeugmatis,
Marcellinus Arcæ.

Omnes simul quadragintatres.

A
Ζῶσος' Εσβουῦντος,
Εὐςάθιος Παρνασοῦ,
Διογένης Σελευκοβήλου,
Πλάκων Λαοδικείας,
Πολυχρόνιος Ἐπιφανείας,
* Φειτίλας Ἡρακλείας" μητροπολίτης,
Ἱμέριος Νικομηδείας μητροπολίτης,
Ἑλλάδιος Ταρσοῦ μητροπολίτης,
Εὐθήριος Τυάνων μητροπολίτης,
Ἀστέριος Ἀμίδης μητροπολίτης,
* Θεοδώρητος' Κύρου,
Μακάριος Λαοδικείας',
Θεοσέβιος Κίου Βιθυνίας,
B
* Μαξιμιανὸς" μητροπολίτης Ἀναζαρβοῦ,
Γερόντιος Κλαυδιουπόλεως,
Κῦρος Μαρκουπόλεως,
Αὐρήλιος Εἰρηνουπόλεως,
Μελέτιος Νεοκαισαρείας,
Ἑλλάδιος Πτολεμαΐδος,
Ταριανὸς Αὐγούςης,
Οὐαλεντῖνος' Μάλλου,
Μαρκιανὸς' Ἀβρύτου,
Δανιήλιος Φαυςινουπόλεως,
Ἰουλιανὸς Λαρίσσης,
'Ἡλιάδης Ζεύγματος,
Μαρκελλῖνος Ἀρκης.

Ὁμοῦ πάντες μγ'.

Literæ eorumdem, excommunicationem significantes, ad sanctam synodum missæ.

Γράμμα τῶν αὐτῶν τὸ τῆς ἀκοινωνησίας, ςαλὲν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

Episcopis a nobis excommunicatis, sancta synodus hæc significat & suadet.

Ἡ ἁγία σύνοδος τοῖς παρ' ἡμῶν γενομένοις ἀκοινωνήτοις ἐπισκόποις τάδε δηλοῖ καὶ συμβουλεύει.

GRAVE revera est peccare, & dominum Deum ad iram provocare: sed longe gravius & periculosius, peccatum pœnitentia non diluere. Hoc autem malum vos hactenus commisistis, iniquis seditiosisque Cyrilli Alexandrini & Memnonis Ephesii studiis & machinationibus astipulati, & hac de causa excommunicationem perpessi a nobis. qui benignitatis ostium per nostram sententiam patefactum vobis cernentes, non accurritis, orantes ut ab excommunicationis vinculis absolvamini: imo vero hominum hæresi contaminatorum, sanctorumque patrum canones, & imperatorum piissimorum decreta conculcantium, & sexcenta alia per iniquitatem perpetrantium, (propter quæ etiam gradu moti, ac episcopali dignitate exuti sunt) necessitudine & consuetudine usque hodie utimini. Scitote proinde, nisi mature, quod æquum est, provideritis, & a noxio illo commercio semoti, fidem sanctorum patrum Nicænorum vos tenere professi fueritis, & nobiscum consessum, juxta religiosissimorum imperatorum nostrorum præscriptum, placide ac citra ullum strepitum aut tumultum celebrare velitis, fore, ut non quidem de nobis conqueramini, sed vestram stultitiam accusaturi sitis.

Orientales schismatici synodum catholicorum excommunicant ob constantem cum Cyrillo communionem.

Conciliabulum ubique œcumenici concilii auctoritatem sibi arrogat.

ΔΕΙΝΟΝ μὲν ὡς ἀληθῶς τὸ πλημμελεῖν, καὶ τὸν δεσπότην παροργίζειν Θεόν· δεινότερον δὲ πολλῷ καὶ χαλεπώτερον τὸ μὴ λύειν μεταμελείᾳ τὴν πλημμέλειαν· ὅπερ ὑμεῖς μέχρι τοῦ παρόντος πεποιήκατε· συνεργήσαντες μὲν τοῖς ἀθέσμως καὶ ἀτάκτως γεγενημένοις ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίου, ἀκοινώνητοι δὲ παρ' ἡμῶν τούτου χάριν γεγενημένοι: καὶ τῆς' φιλανθρωπίας τὴν θύραν, ἀνεῳγμένην ὑμῖν διὰ τῆς ἡμετέρας ἀποφάσεως ὁρῶντες, καὶ μὴ προστρέχοντες, μηδὲ παρακαλοῦντες τῶν τῆς ἀκοινωνησίας ἀπαλλαγῆναι δεσμῶν, ἀλλ' ἔτι συνόντες ἀνδράσιν αἱρετικὸν φρόνημα κεκτημένοις, καὶ τούς τε θεσμοὺς τῶν ἁγίων πατέρων, τά τε θεσπίσματα τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων πατήσασι, καὶ μυρία παράνομα εἰργασμένοις, καὶ τούτου χάριν ὑφ' ἡμῶν καθαιρεθεῖσι, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀλλοτρίοις γενομένοις. γνώσκετε τοιγαροῦν, ὡς, εἰ μὴ ταχέως τὸ πρέπον συνίδοιτε, καὶ τῆς ἐπιβλαβοῦς ἐκείνης ἐπιμιξίας ἀπαλλαγέντες τήν τε πίστιν τῶν μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων κατέχειν ὁμολογήσητε, καὶ κατὰ τὰ γράμματα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων ἡσύχως καὶ θορύβου παντὸς χωρὶς τὸ συνέδριον σὺν ἡμῖν ποιῆσαι θελήσητε, ἡμᾶς μὲν οὐκ αἰτιάσεσθε, ἑαυτοὺς δὲ τῆς ἀβουλίας ἐπιμέμψεσθε.

' φιλίας

C D E

' Ἐπιςολὴ

ACTA ADVERSUS CYRILLUM.

A

Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν βασιλέα, δι' ἧς ἐμήνυσαν τὰ παρ' αὐτοῖς πραχθέντα, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς βραδύτητος τῆς ἀφίξεως τοῦ Ἀντιοχείας ἐπισκόπου.

ΤΟΙΣ εὐσεβέσιν ὑμῶν κελευσθέντες γράμμασι, κατελάβομεν τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν, καὶ εὕρομεν πάσης συγχύσεως καὶ ἐμφυλίου πολέμου γέμοντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας καὶ Μέμνονος συμφραξαμένων, καὶ πλῆθος ἀγροικικὸν συναθροισάντων, καὶ μήτε τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς τὴν πανήγυριν ἐπιτελέσαι συγχωρησάντων, μήτε τὰς ἑσπερινὰς ἢ τὰς ἑωθινὰς λειτουργίας· B πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὰς ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ τὰ ἅγια μαρτύρια ἀποκλεισάντων, καθ' ἑαυτοὺς δὲ σὺν τοῖς ἀπατηθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν συνεδρευσάντων, καὶ μυρία παράνομα ἐργασαμένων, καὶ τούς τε τῶν ἁγίων πατέρων κανόνας, τά τε ὑμέτερα πατησάντων θεσπίσματα· καὶ ταῦτα τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ, τοῦ παρὰ τῆς ὑμετέρας φιλοχρίστου κορυφῆς ἀποσταλέντος, παρεγγυήσαντος αὐτοῖς καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως, ἀναμεῖναι τοὺς πανταχόθεν ἀφικνουμένους ἁγιωτάτους ἐπισκόπους, καὶ τότε κοινῇ τὸ συνέδριον ποιῆσαι κατὰ τὰ C γράμματα τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας· καὶ αὐτοῦ δὲ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως ἐπιστείλαντός μοι τῷ τῆς Ἀντιοχέων, πρὸ δύο ἡμερῶν τῆς γινομένης ὑπ' αὐτῶν συνεδρίου, ὡς ἡ σύνοδος πᾶσα ἀναμένει μου τὴν παρουσίαν· διὸ ἀμφοτέρους τοὺς προειρημένους καθείλομεν, Κύριλλον καὶ Μέμνονα, καὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς λειτουργίας ἀλλοτρίους πεποιήκαμεν· τοὺς δὲ λοιπούς, τοὺς ταύτης τῆς παρανομίας αὐτοῖς κοινωνήσαντας, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν τὰ κεφάλαια τὰ παρὰ Κυρίλλου D ἐκπεμφθέντα, τῆς Ἀπολιναρίου, καὶ Εὐνομίου, καὶ Ἀρείου, κακοδοξίας γέμοντα, ἐκβάλωσι καὶ ἀναθεματίσωσι, καὶ κατὰ τὸ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας γράμμα κοινῇ σὺν ἡμῖν συνεδρεύσαντες, ἡσύχως καὶ ἀκριβῶς τά τε ζητήματα σὺν ὑμῖν ἴδωσι, καὶ τὸ εὐσεβὲς τῶν πατέρων βεβαιώσωσι δόγμα. περὶ δὲ τῆς ἐμῆς βραδύτητος ἴστω ὑμῶν ἡ εὐσέβεια, ὡς πρὸς τὸ χερσαῖον διάστημα τῆς ὁδοῦ· διὰ γῆς γὰρ ἡμῶν ἡ ὁδὸς γεγένηται· σφόδρα ἐπεταχύναμεν· τεσσαράκοντα γὰρ μονὰς ὡδεύσαμεν, μηδεμιᾶς ἀνακωχῆς κατὰ τὴν πορείαν ἀπολαύσαντες· ὡς ἔξεστιν ὑμῶν τῇ φιλοχρίστῳ βασιλείᾳ παρὰ τῶν τὰς κατὰ τὴν ὁδὸν πόλεις οἰκούντων μαθεῖν· πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὁ λιμὸς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν γινόμενος, καὶ αἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ταραχαὶ τοῦ δήμου, E καὶ ἡ * παρὰ τὸν καιρὸν σφοδροτάτη γινομένη ἐπομβρεία, ἣ καὶ κίνδυνον ἐκ τῶν χειμάρρων ἐπήγαγε τῇ πόλει, οὐκ ὀλίγας ἡμέρας ἡμᾶς εἰς τὴν προειρημένην ἐπέσχε πόλιν.

* περὶ

Eorumdem ad imperatorem epistola, qua illum de suis actis, deque causa quae Antiocheni episcopi adventum remorata fuerat, certiorem reddunt.

IUXTA piarum literarum vestrarum praescriptum ad Ephesiorum metropolim devenimus; & confusionibus, intestinoque bello res ecclesiasticas oppletas esse comperimus: quandoquidem Cyrillus Alexandrinus, & Memnon Ephesius, satellitio comparato, magnaque agrestium hominum multitudine coacta, ne sanctae quidem pentecostes festum celebrare, matutinave aut vespertina officia obire permiserunt. Ac praeter haec, sanctas etiam ecclesias, sanctasque martyrum aedes nobis praecludentes, ipsi cum quibusdam in errorem illorum abductis inter se consessum instituerunt; sanctorumque patrum canonibus, vestrisque decretis proculcatis, sexcenta scelerum exempla ediderunt: cum tamen magnificentissimus comes Candidianus a Christi amante celsitudine vestra missus, & scripto, & verbis quoque illis denuntiasset, ut sanctissimorum episcoporum undecumque advenientium praesentiam expectarent, ac tum demum juxta pietatis vestrae literas communiter synodum celebrarent. Sed & ipse quoque Cyrillus Alexandrinus biduo ante habitum ab ipsis consessum illum, scripserat ad me Antiochenum episcopum, quod universa synodus meum adventum praestolabatur. Propter haec ergo utrumque, Cyrillum inquam & Memnonem exauctoravimus, & ab omni ecclesiastica functione amovimus: reliquos vero hujus iniquitatis eorum socios excommunicationi subjecimus, donec capita, quae Cyrillus Apollinarii, & Eunomii, & Arii perversis dogmatibus plena evulgavit, abjiciant & anathematizent, ac juxta pietatis vestrae decretum communiter nobiscum consessum celebrent, controversiasque qua convenit diligentia & quiete una nobiscum discutiant, & pium sanctorum patrum dogma confirment. Quod vero tardius aliquanto advenerim, aliud causae fuit. Nam si terrestris itineris intervallum (terra enim venimus) pietas vestra spectaverit, magna profecto celeritate nos iter hoc confecisse comperiet: siquidem quadraginta mansiones peragravimus, nulla unquam a progrediendo relaxatione usi, quemadmodum Christo dilecta vestra majestas ex earum civitatum incolis, per quas iter fecimus, facile intelligere potest. Fames praeterea, quae Antiochenam civitatem vehementer afflixit, & quotidianae populi perturbationes, & ingens praeter tempus vis imbrium, quae torrentibus inundantibus in discrimen civitatem adduxerat, non paucos quoque dies in supradicta civitate nos detinuerunt.

Nullum impietatis, sed multa pietatis exempla ediderunt.

Et hoc commentum est merum.

Non tam longe distat Antiochia ab Epheso, quantum hic persuadere conatur.

Ἐπιστολὴ Ἰωάννου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως κλῆρον.

Epistola Ioannis Antiocheni, ceterorumque qui cum ipso erant, ad clerum Constantinopolitanum.

ΕΓΝΩ που πάντως ὑμῶν ἡ εὐλάβεια τὰ ἀθέσμως καὶ παρανόμως ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέας, καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίου, καὶ τῶν σὺν

INTELLEXIT haud dubie pietas vestra iniquas temerariasque Cyrilli Alexandrini, Memnonisque Ephesii, & ceterorum qui

qui cum ipsis sunt, machinationes contra omne fas & jus: qui contra piissimorum Christique amantium imperatorum nostrorum literas inter se consessum constituere non sunt veriti. Quapropter necessarium duximus, pietatem vestram certiorem facere, omnes illorum conatus & machinationes, juxta prophetæ dictum, araneæ telam esse. Illi autem qui hæc ausi sunt, ut temeritatis, iniquitatis, confusionisque auctores, Cyrillus & Memnon, a nobis exauctorati, atque episcopali dignitate exuti sunt: ceteros vero qui eorum consessui adesse voluerunt, excommunicationi subjecimus, donec proprio errore agnito, hæretica Cyrilli Alexandrini capita anathematizent, fidemque sanctorum patrum, qui in Nicæa Bithyniæ quondam convenerunt, sincero animo complectantur. Ne quis igitur ex eorum numero, qui seditiones excitare solent, vestram pietatem conturbet: nam temerarii & illegitimi illorum ausus, ut jam significavimus, nullam penitus vim habent. Hoc ipsum quoque pio Christique amanti imperatori nostro, ceterisque magnificentissimis celeberrimisque principibus indicavimus.

Non privatum, sed publicum & legitimum instituerunt.

Isai. 59.

Sed totum id frustra; nã schismatici in catholicos nullum jus obtinent.

Si nullã vim haberent, Nestorius in exilio non periisset.

Eorumdem ad senatum Constantinopolitanum epistola.

Pio Christoque dilecto senatui sancta synodus in domino salutem.

MAGNO sane animi dolore hoc ipso afficimur, quod membrorum nostrorum excisionem vestræ magnificentiæ indicare compellimur. Nam etsi putridorum membrorum separatio est necessaria, attamen acerbum dolorem reliquo corpori affert. *Si quid enim, ait beatus Paulus, patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.* Verumtamen inutilium noxiorumque membrorum resectio a medicis est adhibenda. Etenim prudens ac sapiens corporum curator, reliquorum membrorum sanitatem ob oculos ponens, illud quod putredine consumptum erat, negligit, ad totius corporis curam & conservationem omne consilium & studium conferens. Hoc ipsum in præsentia & nos quoque fecimus. Comperimus enim Cyrillum Alexandrinum episcopum, & Memnonem Ephesiorum, sexcenta gravissima & detrimentosa contra sanctam Dei ecclesiam gessisse, & civitatem, sanctamque synodum turbis tumultibusque complesse; atque ex nautis Ægyptiis, Asiaticisque rusticis satellitio collecto, tyrannidi suæ ministros quæsivisse; neque sanctissimos piissimosque episcopos convocatos expectasse, neque literarum piissimorum, Christique amantium imperatorum nostrorum ullam rationem duxisse; neque magnificentissimi ac celeberrimi comitis Candidiani admonitiones & præcepta quidquam omnino curasse: sed omnia religionis ornamenta late permiscuisse, omnia inique & illegitime perpetrasse, sacram sanctæ pentecostes solennitatem celebrari vetuisse; sacra templa, invictissimorumque martyrum ædes præclusisse, ita ut ne orare quidem volentibus licuerit; e locis usque adeo remotis venientibus, sanctorumque ac triumphatorum martyrum, maxi-

Schismatici semper sacræ synodi titulo se ornant.

1. Cor. 12. v. 16.

Atqui Cyrillus & Memnon, impu-trida, sed viva membra erant.

Omnia hæc impudentissima sunt mendacia.

A αὐτοῖς, παρὰ τὸ γράμμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων συνεδρευσάντων γεγενημένα. διὸ ἀναγκαῖον ᾠήθημεν γνωρίσαι ὑμῶν τῇ θεοσεβείᾳ, ὡς ἐκεῖνα μὲν ἅπαντα τὰ ὑπ' αὐτῶν τολμηθέντα, ἱστὸς ἀράχνης κατὰ τὸν προφήτην ὑπάρχει· αὐτοὶ δὲ οἱ ταῦτα τετολμηκότες, ὅ, τε Κύριλλος καὶ ὁ Μέμνων, ὡς ἔξαρχοι τῆς ἀταξίας καὶ παρανομίας γενόμενοι, ὑφ' ἡμῶν καθῃρέθησαν, καὶ ἀλλότριοι τῆς ἐπισκοπῆς ἐγένοντο· τοὺς δὲ σὺν αὐτοῖς συνεδρεῦσαι ἑλομένους, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν τὸ οἰκεῖον ἐπιγνόντες πλημμέλημα, τά τε αἱρετικὰ κεφάλαια Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως ἀναθεματίσωσι, καὶ τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων, τῶν ἐν B Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συναθροισθέντων, ἀδόλως καταδέξωνται. μὴ τοίνυν θορυβήσῃ τις τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν τῶν τὰ τοιαῦτα ποιεῖν εἰωθότων· οὐδεμίαν γὰρ ἰσχὺν, ὡς ἤδη ἐδηλώσαμεν, ἔχει τὰ παρανόμως ὑπ' αὐτῶν τολμηθέντα. τοῦτο δὲ καὶ τῷ εὐσεβεῖ καὶ φιλοχρίστῳ ἡμῶν βασιλεῖ ἐγνωρίσαμεν, καὶ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις καὶ ἐνδοξοτάτοις ἄρχουσι.

Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν, πρὸς τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει σύγκλητον.

Τῇ θεοφιλεῖ καὶ φιλοχρίστῳ συγκλήτῳ ἡ ἁγία σύνοδος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

C ΛΙΑΝ ἀλγοῦμεν, οἰκείων μελῶν ἐκτομὴν τῇ ὑμετέρᾳ μεγαλοπρεπείᾳ μηνύειν ἀναγκαζόμενοι. εἰ γὰρ καὶ ἀναγκαῖος ὁ χωρισμὸς τῶν σεσηπότων μελῶν, ἀλλ' ὅμως ὀδύνην πικρὰν τῷ λοιπῷ σώματι κατεργάζεται. εἰ πάσχει γὰρ, φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος, ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη. ἀλλ' ὅμως οὐ παραιτητέα τοῖς ἰατροῖς τῶν ἀχρήστων καὶ ἐπιβλαβῶν μελῶν ἡ τομή· ὁ γὰρ ἐχέφρων καὶ σοφὸς τῶν σωμάτων θεραπευτὴς εἰς τὴν τῶν λοιπῶν μελῶν ἀφορῶν ὑγείαν, καταφρονεῖ τοῦ σεσηπότος, παντὶ τῷ σώ- D ματι τὴν σωτηρίαν πραγματευόμενος. τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τοῦ παρόντος πεποιήκαμεν. εὕρομεν γὰρ Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον, καὶ Μέμνονα τὸν Ἐφέσου, μυρία ἄτοπα κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐργαζομένους δεινὰ, καὶ θορύβου καὶ ταραχῆς τήν τε πόλιν καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον ἐμπλήσαντας, ναύταις τε Αἰγυπτίοις, καὶ ἀγροίκοις Ἀσιανοῖς, ὑπουργοῖς τῆς τυραννίδος χρησαμένους, καὶ μήτε τοὺς συγκληθέντας ἁγιωτάτους καὶ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀναμείναντας, μήτε τῶν γραμμάτων τῶν θεοφιλεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων ἀνασχομένους, μήτε ταῖς εἰσηγήσεσι καὶ παραγγελίαις τοῦ μεγαλοπρεπεστά- E του καὶ ἐνδοξοτάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ πεισθέντας, ἀλλὰ πάντα φύρδην συγχέαντας τὰ τῆς εὐσεβείας σεμνὰ, ἀθέσμως τε καὶ παρανόμως πάντα ἐργαζομένους, καὶ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς τὴν πανήγυριν ἐπιτελέσαι κωλύσαντας, τούς τε θείους ναοὺς, καὶ τοὺς τῶν καλλινίκων μαρτύρων σηκοὺς ἀποκλείσαντας· ἵνα μηδὲ εὔξασθαι τοῖς βουλομένοις ἐξῇ, τοῖς μακρὰν μὲν πορείαν πεποιημένοις, ἐφιεμένοις δὲ πάσας τὰς τῶν ἁγίων καὶ καλλινίκων μαρτύρων περιπτύξασθαι λάρνακας, οὐχ ἥκιστα

ἥκιστα δὲ τὴν τοῦ ἀξιομακαρίστου Ἰωάννου τοῦ θεολόγου καὶ εὐαγγελιστοῦ, τοῦ πολλὴν πρὸς τὸν ἡμέτερον δεσπότην παῤῥησίαν κτησαμένου. διὸ τοὺς προειρημένους, Κύριλλον καὶ Μέμνονα, καθελεῖν ἠναγκάσθημεν· καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀλλοτρίους πεποιήκαμεν· τοὺς δὲ συνεργήσαντας αὐτῶν τῇ αὐθαδείᾳ καὶ τυραννίδι, ἢ δι' ἀπάτην, ἢ διὰ φόβον, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, συμμετρίσαντες τὴν παιδείαν τῇ τῆς προαιρέσεως μεταμελείᾳ. ἢν γὰρ αἰσθῶνται τῆς * πλημμελείας, καὶ τῆς αἱρετικῆς παύσωνται κακοδοξίας, τήν τε τῶν ἁγίων πατέρων πίστιν, τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων, ἀνακτήσωνται, καὶ σὺν ἡμῖν κατὰ τὰ γράμματα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων εἰς τὸ συνέδριον συνελθόντες, μεθ' ἡσυχίας ἱερεῦσι πρεπούσης τὰ ζητούμενα ἐρευνήσωσι, τοῦ τε δεσμοῦ τῆς ἀκοινωνησίας ἀπαλλαγήσονται, καὶ τὴν ἱερατικὴν ἀπολήψονται λειτουργίαν.

me vero beatissimi Ioannis theologi ac euangelistæ (quem summam apud dominum nostrum fiduciam familiaritatemque obtinuisse constat) monumenta omnia complectendi desiderio flagrantibus. Quapropter prædictos Cyrillum & Memnonem deponere, & episcopali munere exuere; compulsi sumus: reliquos vero tyrannidis ac temeritatis illorum fautores & administros, sive metu adacti, sive fraude quoque allecti fuerint, excommunicationi subjecimus, correctionis modum voluntaria illorum pœnitentia definientes. Nam si eos pœnituerit, & hæreticam doctrinam deseruerint, sanctorumque patrum qui Nicææ Bithyniæ convenerunt, fidem receperint, & nostro consessui juxta religiosissimorum, ac Christi amantium imperatorum nostrorum literas sese adjunxerint, eaque modestia, quæ sacerdotes decet, quæ disputantur perverstigarint; excommunicationis vinculo absoluentur, & in sacerdotalis ministerii locum restituentur.

Acta adversus Cyrillum.

Compulsi mera vestra malitia & vasania, nulla justa ratione vos urgente.

Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει λαόν.

Eorumdem ad populum Constantinopolitanum epistola.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ, καὶ πιστοτάτῳ, καὶ φιλοχρίστῳ λαῷ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἡ σύνοδος.

Synodus piissimo, fidelissimoque ac Christi amanti populo sanctæ Dei ecclesiæ Constantinopolitanæ.

ΝΟΜΟΣ ἐστὶν ἄγραφος τοῖς ποιμέσι, πολλὴν τῶν προβάτων ποιεῖσθαι κηδεμονίαν, ἵνα μήτε κλέπτης ταῦτα λῃστεύῃ, μήτε θηρία κατεσθίῃ, μήτε νόσος λυμαίνηται. εἰ δὲ οἱ τῶν ἀλόγων προβάτων τὴν κηδεμονίαν πεπιστευμένοι, τοσαύτην αὐτῶν ποιοῦνται προμήθειαν, ὡς βοᾷν τὸν μακάριον Ἰακὼβ πρὸς τὸν Λάβαν· ἤμην συγκαιόμενος τῷ καύματι τῆς ἡμέρας, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, καὶ ἀφίστατο ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ θηριάλωτον οὐκ ἐνήνοχά σοι· ὅσην χρὴ ποιήσασθαι πρόνοιαν τῶν λογικῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν προβάτων, ἃ τοὺς θείους περίκειται χαρακτῆρας, βαπτισθέντα μὲν εἰς Χριστὸν, ἐνδυσάμενα δὲ Χριστὸν, καὶ σημειωθέντα τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου κυρίου· τούτου χάριν ἀναγκαῖον ᾠήθημεν τὰς ὑμετέρας διὰ γραμμάτων προθεραπεῦσαι ψυχάς· ἵνα μὴ ταῖς ματαίαις φήμαις ὑπαχθέντες ἀθυμήσητε, καὶ ταραχὴν ταῖς διανοίαις εἰσδέξησθε. ἀφικόμεθα γὰρ εἰς τὴν Ἐφεσίων πόλιν, τοῦ κηδεμόνος τῶν ὅλων Θεοῦ τὴν τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων ἡμῶν διάνοιαν εἰς τοῦτο κινήσαντος· καὶ εὕρομεν τήν τε πόλιν θορύβου παντὸς πεπληρωμένην, καὶ τὴν ἅπασαν σύνοδον οὐ μετρίως ταραττομένην, καὶ κλύδωνα θαλάττιον τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν μιμουμένην, Κυρίλλου τοῦ πρὶν Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου, καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίων, δίκην καταιγίδων τὸν χαλεπὸν τοῦτον ἐγειράντων χειμῶνα. δείσαντες γὰρ, ὁ μὲν Αἰγύπτιος, ἵνα μὴ τὰ κεφάλαια τῆς αἱρετικῆς αὐτοῦ κακοδοξίας, τὰ τῇ Ἀπολιναρίου δυσσεβείᾳ συμβαίνοντα, ἐρευνήσαντες αἱρετικὸν αὐτὸν κατακρίνωμεν· ὁ δὲ τῆς ἄλλης αὐτοῦ ῥᾳθυμίας τὰ κατὰ τὴν πόλιν θρυλλούμενα· συμφρονήσαντες, καὶ μίαν τυραννικὴν ἀναδειξάμενοι γνώμην· καὶ ὁ μὲν πεντήκοντα Αἰγυπτίους ἐπισκό-

LEX est sine scripto tradita pastoribus, nempe ut sedulam operam navent, ne gregem aut fures rapiant, aut feræ devorent, aut morbi qualescumque lædant. Quod si illi qui pecudum curam susceperunt, tantam providentiam, tantamque solicitudinem illis impendunt, ut beatus Iacob ad Laban clamet: *Diei æstu urebar, & noctis gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis; captum a bestia tibi non attuli*: (Genes. 31. v. 39.) quantam ratione præditis salvatoris nostri gregibus curam impendere par erit, qui greges divinis characteribus insigniti sunt, in Christum quidem baptizati, & Christum induti, & dominici vultus lumine signati? (Galat. 3. v. 27. Psal. 4.) Quamobrem, ne vanis rumoribus seducti, mœrore tabescatis, turbarumve fluctibus exagitemini; operæ precium duximus, his nostris literis animas vestras præmunire. Nos enim, vniversorum curatore Deo mentes religiosissimorum, Christique amantium imperatorum nostrorum ad hoc instigante, Ephesum advenimus, ac civitatem quidem omni tumultuationis genere plenam, universam vero synodum non mediocriter turbis agitatam, sanctam autem ecclesiam velut mare sæva quadam tempestate jactatam reperimus, Cyrillo Alexandriæ antea episcopo, & Memnone Ephesino, instar procellæ tetram hanc tempestatem concitantibus. Ambo enim metuentes; Ægyptius quidem, ne in hæreticæ doctrinæ ipsius capita, cum Apollinarii impietate conuenientia, inquireremus, ipsumque hæreseos condemnaremus; alter vero præter alia ignavæ suæ administrationis, quæ tota civitate rumor jactaverat; inter se conspirantes, & unam tyrannicam mentem præ se ferentes; & ille quidem quinquaginta episcopos Ægyptios; alter vero plusquam

Aut nulla per id tempus erant turbæ, aut eæ solum, quas Nestoriani concitaverunt.

ACTA ADVERSVS CYRILLVM.

Omnia hæc vana commentitia, & calumniosa esse patet ex actis concilii.

triginta Asiaticos, & aliquos alios, hos quidem astu circumventos, illos vero metu inductos, congregans, noluerunt quidem commune sanctissimorum episcoporum undecumque adventantium expectare concilium; contemptis autem ecclesiasticis legibus, omniaque absurde & scelerate gerentes, tamquam ex arce omnes ad impietatem adhortabantur: nautas vero, clericosque Ægyptios, & agrestes Asianos ad episcoporum domos mittentes, extremaque interminantes, ac infirmiores perterrefacientes, & domos forinsecus inscribentes, quo nimirum oppugnandi conspicui essent, iniquis ipsorum actis assentiri compellebant. Hæc autem cum animadvertissemus, experientiaque tyrannidem illorum comperissemus, indignum judicavimus, si eos qui in tantum progressi sunt improbitatis, in divina & magna sacerdotali functione relinqueremus. Quare hos quidem tamquam malorum auctores deponere coacti fuimus, & ab episcopatu omnino amovimus; ceteros autem, qui horum adjutores & administri fuerunt, excommunicationis vinculo subjecimus, pœnitentiam non denegantes; quin potius clementiæ ostium subapertum eis reliquimus. Nam si capita a Cyrillo emissa, quæ ab apostolica & euangelica doctrina aliena sunt, quamprimum anathematizare voluerint, & ad sanctorum patrum, qui in Nicæa Bithyniæ convenerunt, fidem redire, & juxta pientissimorum ac Christi amantium imperatorum nostrorum literas, ea quæ proposita sunt, sine tumultu ac exacte nobiscum disquirere, piumque dogma confirmare; mox illos, veluti propria membra, suscipiemus, sedesque sacerdotales ipsis restituemus.

Quam impudentissime mentiuntur!

Sed hæc omnia occulte, inique, & temerarie.

Eorumdem ad reginas relatio.

CONTRARIA iis quæ sperabamus, vestræ pietati significare compulsi sumus, tyrannica Cyrilli Alexandrini, & Memnonis Ephesini petulantia ad eam necessitatem nos perurgente. Nam cum propter ecclesiasticarum sanctionnm ordinem, piaque Christi amantium imperatorum nostrorum decreta, religiosissimorum episcoporum adventantium præsentiam eos operiri, communiterque quæ sanctæ fidei sunt, expendere, & ortas controversias simul examinare, atque apostolicum dogma exacte discussum confirmare oporteret; nobis se nostrum adventum præstolari cum scripsissent, didicissentque tridui itinere nos abesse; tyrannico inter se consessu constituto, res flagitiosas, illegitimas, omnique absurditate plenas ausi sunt: cum tamen magnificentissimus comes Candidianus, ordinis servandi causa a religiosissimis Christique amantibus imperatoribus nostris missus, & verbo & scripto illis denuntiasset, ut piissimorum episcoporum qui convocati fuerant, adventum expectarent, neque quidquam circa piam fidem innovarent, sed illis quæ a piæ mentis imperatoribus nostris decreta essent, insisterent. Verum tum literis imperialibus, tum etiam magnificentissimi comitis Candidiani consiliis auditis,

Imo vestro in Cyrillum furore & odio vos excæcante & instigante.

Omnia manifeste falsa sunt.

A τοὺς, ὁ δὲ Ἀσιανοὺς πλείους ἢ τριάκοντα συναγαγὼν, καὶ ἄλλους τινὰς, τοὺς μὲν ἀπάτῃ, τοὺς δὲ φόβῳ προσλαβόμενοι, οὐκ ἠβουλήθησαν μὲν ἀναμεῖναι τὸ κοινὸν τῶν πανταχόθεν ἀφικνουμένων ἁγιωτάτων ἐπισκόπων συνέδριον· καταφρονήσαντες δὲ τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν, καὶ πάντα ἀτόπως καὶ παρανόμως διαπραξάμενοι, ὡς ἐξ ἀκροπόλεως μὲν δυσσεβεῖν ἅπασι παρακελεύονται, ναύτας δὲ καὶ κληρικοὺς Αἰγυπτίους, καὶ ἀγροίκους Ἀσιανοὺς εἰς τὰς τῶν ἐπισκόπων οἰκίας ἀποστέλλοντες, καὶ τὰ ἀνήκεστα ἀπειλοῦντες, καὶ φόβον τοῖς σαθροτέροις ἐπικρεμῶντες, καὶ τὰς οἰκίας ἔξωθεν ἐπι-
B γράφοντες, ὡς ἐπισήμους εἶναι τοὺς πολιορκηθῆναι ὀφείλοντας, ἠνάγκαζον συντίθεσθαι τοῖς ὑπ' αὐτῶν παρανόμως γεγενημένοις. ταῦτα καταλαβόντες, καὶ πείρᾳ τὴν τυραννικὴν αὐτῶν ἀταξίαν μεμαθηκότες, ἄτοπον ἡγησάμεθα, τοὺς εἰς τοσοῦτον κακίας ἐληλακότας ἐν τῇ θείᾳ καὶ μεγάλῃ ἱερωσύνῃ καταλιπεῖν. διὸ τούτους μὲν, ὡς τῶν κακῶν ἡγεμόνας, καθελεῖν ἠναγκάσθημεν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀλλοτρίους πεποιήκαμεν, τοὺς δὲ τούτοις συνεργήσαντας τῷ τῆς ἀκοινωνησίας ὑπεβάλομεν δεσμῷ· οὐκ ἀπαγορεύοντες τὴν μετάνοιαν, ἀλλὰ τὴν τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῖς ὑπανοίξαντες θύραν. ἢν γὰρ * ἐθέλωσιν ὡς τάχιστα ἀναθεματίσαι μὲν
C τὰ ὑπὸ Κυρίλλου ἀποσταλέντα κεφάλαια, τὰ τῆς ἀποστολικῆς καὶ εὐαγγελικῆς * διδασκαλίας ἀλλότρια· εἰς δὲ τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων ἐπανελθεῖν, τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων, καὶ κατὰ τὸ γράμμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων, ἀθορύβως καὶ ἀκριβῶς τά τε προκείμενα συζητῆσαι, καὶ τὸ εὐσεβὲς δόγμα κυρῶσαι, παραυτίκα αὐτοὺς ὡς οἰκεῖα μέλη δεξόμεθα, καὶ τοῖς ἱερατικοῖς αὐτοὺς ἀποδώσομεν θρόνοις.

*ἐθελήσωσιν.
*ἐκκλησίας.

Ἀναφορὰ τῶν αὐτῶν πρὸς τὰς βασιλίδας.

D ΕΤΕΡΑ γνωρίζειν τῇ ὑμετέρᾳ προσδοκήσαντες εὐσεβείᾳ, τὰ ἐναντία δηλῶσαι ἠναγκάσθημεν, τῆς τυραννικῆς ἀταξίας Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως, καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίου, τοῦτο ποιῆσαι βιαζομένης. δέον γὰρ διά τε τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν ἀκολουθίαν, καὶ διὰ τὰ εὐσεβῆ τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων θεσπίσματα, ἀναμεῖναι μὲν τὴν τῶν ἀφικνουμένων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τὴν παρουσίαν, κοινῇ * διασκέψασθαι τὰ περὶ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως, καὶ τὰ προκείμενα ζητήματα συνιδεῖν, καὶ ἀκριβῶς τὸ ἀποστολικὸν ἐρευνήσαντας βεβαιῶσαι δόγμα· γράψαντες ἡμῖν, ὡς τὴν ἡμετέραν ἀναμένουσι παρουσίαν, καὶ μαθόντες ὡς ἀπὸ τριῶν μονῶν τυγχάνομεν, καθ' ἑαυτοὺς τυραννικὸν συνέδριον συγκροτήσαντες, ἄθεσμα καὶ παράνομα καὶ
E πάσης ἀτοπίας γέμοντα ἐτόλμησαν πράγματα· καὶ ταῦτα τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ, τοῦ εὐταξίας χάριν ὑπὸ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων ἀποσταλέντος, καὶ ἀγράφως αὐτοῖς καὶ ἐγγράφως παρεγγυήσαντος ἀναμεῖναι τοὺς συγκληθέντας θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, καὶ μηδὲν νεωτερίσαι περὶ τὴν εὐσεβῆ πίστιν, ἀλλὰ στοιχῆσαι τοῖς θεσπισθεῖσι παρὰ τῶν τὰ θεῖα φρονούντων βασιλέων ἡμῶν. ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦ βασιλικοῦ γράμματος ἐπακούσαντες, καὶ τῶν συμβουλιῶν τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ,

*ἴσως, διασκέψασθαι.

σμικρὸν τῆς εὐταξίας φροντίσαντες, ὠὰ ἀσπίδων ἔῤῥηξαν, καὶ ἱστὸν ἀράχνης, κατὰ τὸν προφήτην, ὑφαίνουσιν· ἀλλ' ὁ μέλλων τῶν ὠῶν αὐτῶν φαγεῖν, συντρίψας οὔριον εὗρε, καὶ ἐν αὐτῷ βασιλίσκος. διὸ θαῤῥαλέως βοῶμεν· ὁ ἱστὸς αὐτῶν οὐκ ἔσται εἰς ἱμάτιον, οὐδὲ μὴ περιβάλλονται ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν. τούτου χάριν τὰς πολλὰς ἀτοπίας αὐτῶν θεασάμενοι· τάς τε γὰρ ἐκκλησίας καὶ τὰ ἅγια μαρτύρια ἀπέκλεισαν, τῆς τε ἁγίας πεντηκοστῆς τὴν πανήγυριν ἐπιτελέσαι οὐκ εἴασαν· καὶ πρὸς τούτοις τοὺς τῆς τυραννικῆς αὐτῶν ἀταξίας ὑπηρέτας εἰς τὰς τῶν ἐπισκόπων οἰκίας ἀποστέλλοντες, καὶ τὰ ἀνήκεστα ἀπειλοῦντες, ὑπογράψαι τοῖς ὑπ' αὐτῶν παρανόμως τολμηθεῖσιν ἠνάγκασαν· οὗ χάριν τοὺς προειρημένους Κύριλλον καὶ Μέμνονα καθῃρήκαμεν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀλλοτρίους πεποιήκαμεν· τοὺς δὲ συνεργήσαντας αὐτῶν τῇ ἀταξίᾳ, καὶ εἴτε κολακείᾳ, εἴτε φόβῳ ὑποσυρέντας, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν εἰς αἴσθησιν τῶν οἰκείων ἐλθόντες σφαλμάτων, καὶ μεταμεληθῶσι γνησίως, καὶ τὰ αἱρετικὰ Κυρίλλου κεφάλαια, τὰ τῇ Ἀπολιναρίου, καὶ Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ συμβαίνοντα, ἀναθεματίσαντες, τὴν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων ἀνακτήσωνται πίστιν, καὶ κατὰ τὰ εὐσεβῆ τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων θεσπίσματα ἡσύχως καὶ δίχα θορύβου τινὸς εἰς τὸ συνέδριον συνελθόντες, ἀκριβῶς τά τε ζητούμενα συνιδεῖν ἐθελήσωσι, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως τὸ εἰλικρινὲς ἀδόλως φυλάξωσι.

A ordinem & decorum parvipendentes, aspidum ova fregerunt, & telam, ficuti propheta loquitur, araneæ texunt. Sed qui de ovis eorum comedere voluerit, conterens inveniet putridum, & in ipso regulus. Proinde confidenter clamamus: Tela eorum non erit in veftimentum, neque operientur e manuum fuarum operibus. Cum ergo illorum temeritates & ineptias multas advertiffemus, (nam & fanctas ecclefias, & martyrum ædes occlufe:unt; & ne fanctæ pentecoftes folennitatem celebraremus, impedimento fuerunt; & tyrannicæ præterea infolentiæ fuæ miniftros ad epifcoporum domos mittentes, ac extrema quæque mi- B nantes, iniquis fuis ftudiis conatibufque illos fubfcribere compulerunt) prædictos Cyrillum & Memnonem depofuimus, & ab epifcopali munere amovimus: reliquos autem infolentiæ illorum focios, vel metu, vel adulatione adactos, excommunicationi fubdidimus, donec vulnera fua fentientes, ex animo refipifcant, & hæretica Cyrilli capita, Apollinarii, & Arii, & Eunomii impietati confentanea, anathematizent, & fanctorum patrum Nicænorum fidem recipiant, & juxta pia Chrifti amantium imperatorum noftrorum edicta, quiete & abfque omni tumultuatione in concilium conveniant propofitafque quæftiones accurate ftmul difpicere velint, & evangelicæ fidei finceritatem fine fuco cuftodiant.

ACTA ADVERSVS CYRILLVM.

Ifai. 59. v. 5.

Omnia hæc in illerũ capita convenientiffime retorqueri poffunt, ut poftea fraude comperta, re ipfa retorta funt.

Eamdem cantilenam impudenter ubique canũt, eademque mendacia femper ingeminant.

ΠΡΑΞΙΣ ΔΕΥΤΕΡΑ.

ACTIO SECVNDA.

ACTIO II. CONCILII.

Ἴσον ὑπομνήματος πραχθέντος ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τῶν ἀπὸ Ῥώμης ἐλθόντων ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων.

Exemplum commentarii rerum, quæ acta funt in præfentia epifcoporum & presbyterorum, qui ex urbe Roma venerant.

Τοῖς μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν δεσποτῶν ἡμῶν, Φλαυΐου Θεοδοσίου τὸ τρισκαιδέκατον, καὶ Φλαυΐου Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, πρὸ ἓξ εἰδῶν Ἰουλίων, ἥτις ἐστὶ κατ' Αἰγυπτίους Ἐπιφὶ ιϛ'. συνόδου συγκροτηθείσης ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, καὶ καθεσθέντων ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Μέμνονος τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, διέποντος καὶ τὸν τόπον τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Κελεστίνου, καὶ Ἰουβεναλίου Ἱεροσολύμων, καὶ Μέμνονος τῆς Ἐφεσίων, καὶ Φλαυιανοῦ Φιλίππων, ἐπέχοντος καὶ τὸν τόπον Ῥούφου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Θεσσαλονικέων, καὶ Θεοδότου Ἀγκύρας Γαλατίας πρώτης, καὶ Φίρμου Καισαρείας Καππαδοκίας πρώτης, καὶ πάντων τῶν * προστεταγμένων ἐπισκόπων ἐν τῇ τάξει τῶν ὑπομνημάτων, καὶ Βεσουλᾶ διακόνου Καρθαγένης· εἰσελθόντων τε καὶ συνεδρευσάντων ἀπὸ τῆς ἑσπέρας θεοφιλεστάτων καὶ θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων, Ἀρκαδίου, καὶ Προϊέκτου, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου Φιλίππου τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, καὶ ληγάτου.

λοιπῶν ἐπισκόπων, καὶ Βεσουλᾶ — *Befulæ mentio deeft in cod. V. Seguieriano.*

Post confulatum dominorum noftrorum femper Auguftorum, Flavii quidem Theodofii XIII. Valentini vero III. fexto Idus Iulii, qui dies juxta Ægyptios eft Epiphi fextufdecimus, fynodo congregata in Ephefiorum metropoli ex decreto religiofiffimorum Chriftianiffimorumque imperatorum, ac fedentibus in religiofiffimi epifcopi Memnonis epifcopali æde piiffimis epifcopis, Cyrillo Alexandrino, qui & Cæleftini quoque fanctiffimi ac beatiffimi Romanorum ecclefiæ archiepifcopi locum regebat; & Iuvenali Hierofolymorum, & Memnone Ephefiorum, & Flaviano Philippenfium, qui & Rufi quoque reverendiffimi Theffalonicenfium epifcopi locum tenebat; & Theodoto Ancyræ Galatiæ primæ, & Firmo Cæfareæ Cappadociæ primæ, ac omnibus qui in commentariorum ordine fupra recenfiti funt, & Befula diacono Carthaginis: ingreffifque ac confidentibus qui ex occidente venerant, Arcadio & Projecto piiffimis, Deo dilectiffimis epifcopis & legatis, necnon Dei amantiffimo Philippo, apoftolicæ fedis presbytero & legato.

Ἑρμηνεία

Interpretatio depositionis.

Philippus apostolicæ sedis presbyter & legatus dixit: Gratias agimus sanctæ & adorandæ trinitati, quod nos humiles sancto vestro conventu dignata est. Dudum quidem sanctissimus beatissimusque papa noster Cælestinus, sedis apostolicæ episcopus per suas epistolas ad Cyrillum sanctum virum ac piissimum ecclesiæ Alexandrinæ episcopum, de præsenti hac causa & negotio definivit; quæ literæ sacro vestro cœtui sunt exhibitæ. Et nunc alias rursum ad corroborationem fidei catholicæ, ad vestram omnium pietatem per nos misit literas quas a nobis exhibitas decenter sanctæ synodo jubete legi, ac inter ecclesiasticos commentarios referri.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Φίλιππος τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου πρεσβύτερος καὶ πρεσβευτὴς εἶπεν· Εὐχαριστοῦμεν τῇ ἁγίᾳ καὶ σεπτῇ τριάδι, ὅτι ἡμᾶς τοὺς εὐτελεῖς τοῦ ἁγίου ὑμῶν συλλόγου ἠξίωσε. πάλαι μὲν οὖν ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πάπας ἡμῶν Κελεστῖνος, ὁ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπίσκοπος, περὶ τῆς παρούσης ὑποθέσεως διὰ ἐπιστολῶν ἑαυτοῦ πρὸς τὸν ἅγιον καὶ εὐλαβέστατον ἄνδρα τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπον ἐκκλησίας Κύριλλον ὥρισεν· ἅτινα γράμματα τῷ ἁγίῳ ὑμῶν συλλόγῳ πεπόρισται· καὶ νῦν δὲ πρὸς βεβαίωσιν τῆς καθολικῆς πίστεως πρὸς τὴν πάντων ὑμῶν εὐλάβειαν δι' ἡμῶν γράμματα ἐξέπεμψεν· ἅτινα παρ' ἡμῶν ὑποδειχθέντα πρεπόντως τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἀναγνωσθῆναι κελεύσατε, καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὑπομνήμασιν ἐνταγῆναι.

Interpretatio depositionis.

Arcadius episcopus, & Romanæ ecclesiæ legatus dixit: Præcipiat vestra beatitudo, sancti, & omni cum veneratione nominandi, papæ Cælestini apostolicæ sedis episcopi literas vobis allatas recitari, ex quibus vestra beatitudo agnoscere poterit, qualem omnium ecclesiarum curam gerat.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Ἀρκάδιος [a] ἐπίσκοπος καὶ πρεσβευτὴς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας εἶπε. Κελευσάτω ἡ ὑμετέρα μακαριότης, τὰ προσενεχθέντα ὑμῖν γράμματα τοῦ ἁγίου, καὶ μετὰ πάσης προσκυνήσεως ὀνομαζομένου πάπα Κελεστίνου, τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπισκόπου, ἀναγνωσθῆναι· ἐξ ὧν γνῶναι δυνήσεται ἡ ὑμετέρα μακαριότης, ποίαν ἔχει φροντίδα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.

[a] in codice Seguieriano junguntur una Arcadius & Projectus episcopi & legati.

Interpretatio depositionis.

Projectus episcopus, & Romanæ ecclesiæ legatus dixit: Præcipiat vestra beatitudo, sancti, & omni cum veneratione nominandi, papæ Cælestini apostolicæ sedis episcopi literas vobis allatas recitari, ex quibus vestra beatitudo agnoscere poterit, qualem omnium ecclesiarum curam gerat.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Προϊέκτος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβευτὴς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας εἶπε· Κελευσάτω ἡ ὑμετέρα μακαριότης, τὰ προσενεχθέντα ὑμῖν γράμματα τοῦ ἁγίου, καὶ μετὰ πάσης προσκυνήσεως ὀνομαζομένου πάπα Κελεστίνου, τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπισκόπου, ἀναγνωσθῆναι· ἐξ ὧν γνῶναι δυνήσεται ἡ ὑμετέρα μακαριότης, ποίαν ἔχει φροντίδα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.

Et postquam sanctissimus, ac Deo amabilissimus ecclesiæ Alexandrinæ episcopus Cyrillus interlocutus est, sicut deinceps continetur; Siricius notarius sanctæ catholicæ ecclesiæ urbis Romæ recitavit.

[b] Καὶ μετὰ τὸ διαλαλῆσαι τὸν ἁγιώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας Κύριλλον, καθὼς ἑξῆς περιέχει, * Σιρίκιος νοτάριος τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας πόλεως Ῥωμαίων ἀνέγνω.

[b] absunt a cod. Seguieriano. * Συρίκιος

Cyrillus episcopus Alexandrinus dixit: Suscepta epistola sanctissimi, & per omnia beatissimi sanctæ apostolicæ sedis Romanæ episcopi Cælestini, sanctæ synodo cum congruo honore recitetur.

Κύριλλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν. Ὑποδεχθὲν τὸ γράμμα τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ * τὰ πάντα ὁσιωτάτου, τῆς ἁγίας ἀποστολικῆς [c] καθέδρας ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Κελεστίνου, μετὰ τῆς προσφόρου τιμῆς ἀναγινωσκέσθω τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

* κατὰ πάντα [c] ἐκκλησίας in c. Seg.

Siricius sanctæ catholicæ ecclesiæ urbis Romæ notarius recitavit.

* Σιρίκιος νοτάριος τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας πόλεως Ῥωμαίων ἀνέγνω. [d]

* Συρίκιος [d] Ῥωμαϊστί.

Et postquam Latine lecta est, Iuvenalis Hierosolymorum episcopus dixit: Literæ Cælestini sanctissimi, beatissimique magnæ Romæ episcopi jam lectæ, piam orthodoxamque sententiam complectentes, referantur in actorum commentarios.

Καὶ μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι Ῥωμαϊστὶ, Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων εἶπε. Τὰ ἀναγνωσθέντα τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου [e] ἐπισκόπου τῆς μεγάλης Ῥώμης Κελεστίνου γράμματα, εὐσεβῶς καὶ ὀρθοδόξως ἔχοντα, ἐμφερέσθω τοῖς * ὑπομνήμασι.

[e] ἀρχιεπισκόπου * πεπραγμένοις

Universi reverendissimi episcopi petiverunt, ut literæ Græce reddantur, & recitentur.

Πάντες οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ᾔτησαν ἑρμηνευθῆναι τὴν ἐπιστολὴν, καὶ ἀναγνωσθῆναι.

Interpretatio depositionis.

Philippus presbyter apostolicæ sedis & legatus dixit: Consuetudini satisfactum est, ut apostolicæ sedis literæ Latine in primis legantur. Nunc vero itidem, quoniam beatitudo vestra efflagitat ut Græce etiam legantur, necessarium est, ut sanctitatis vestræ desiderio satisfiat: id quod faciendum curavimus, ut Romana oratio in Græcam converteretur. Iubete igitur suscipi, & sanctis vestris auribus insinuari.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Φίλιππος πρεσβύτερος τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, καὶ πρεσβευτὴς εἶπε· Τὸ ἱκανὸν ἐγένετο τῇ συνηθείᾳ, ἵνα τὰ γράμματα τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐν πρώτοις Ῥωμαϊστὶ ἀναγνωσθῶσι· νῦν δὲ ὁμοίως, ἐπειδὴ ἡ ὑμετέρα ἀπαιτεῖ μακαριότης, ὅπως καὶ Ἑλληνιστὶ ἀναγνωσθῶσιν, ἀναγκαῖόν ἐστι τῷ πόθῳ τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος γενέσθαι τὸ ἱκανόν. ὅπερ πρᾶξαι ἐφροντίσαμεν, ἵνα ἡ Ῥωμαϊκὴ ὁμιλία Ἑλληνιστὶ μεταβληθείη. κελεύσατε οὖν ὑποδεχθῆναι, καὶ ταῖς ἁγίαις ὑμῶν ἀκοαῖς [f] ἐγκαταπίθεσθαι.

[f] ἐγκατατεθῆναι.

Ἑρμηνεία

NNO RISTI 431.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Ἀρκάδιος, καὶ Προΐεκτος, οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι καὶ πρεσβευταὶ εἶπον· Καθὼς ἐκέλευσεν ἡ ὑμετέρα μακαριότης, ἵνα εἰς τὴν πάντων γνῶσιν ἔλθῃ τὰ γράμματα τὰ προσενεχθέντα, ἐπειδὴ πολλοί εἰσι τῶν ἁγίων ἀδελφῶν καὶ ἐπισκόπων ἡμῶν, οἵτινες Ῥωμαϊστὶ ἀγνοοῦσι, διά τι τοῦτο καὶ Ἑλληνιστὶ ἡ * προσκομισθεῖσα ἐπιστολὴ μεταβέβληται· καὶ εἰ κελεύσοιτε, ἀναγνωσθήσεται.

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων εἶπεν· Ἡ * προσκομισθεῖσα ἑρμηνεία τῆς ἐπιστολῆς τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ὑποδεχθεῖσα, ἀναγινωσκέσθω.

Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ πριμικήριος νοταρίων ἀνέγνω.

Interpretatio depositionis.

Arcadius & Projectus episcopi & legati dixerunt: Sicut jussit beatitudo vestra, ut allatæ literæ in omnium notitiam veniant; quia sanctorum fratrum episcoporum nostrorum non pauci sunt, qui Latine nesciunt, propterea allata epistola Græce quoque reddita est, & si jusseritis, legetur. ACTIO II. CONCILII.

Flavianus Philippensium episcopus dixit: Allata interpretatio literarum sanctissimi, Deoque dilectissimi episcopi sanctissimæ ecclesiæ Romanæ suscepta legatur.

Petrus presbyter Alexandrinus, & notariorum primicerius legit.

Κελεστῖνος τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, τῇ ἐν Ἐφέσῳ συναχθείσῃ, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΤΟΥ ἁγίου πνεύματος ἐμφανίζει τὴν παρουσίαν τῶν ἱερέων ἡ σύνοδος. ἀληθὲς γάρ ἐστι τὸ γεγραμμένον, ἐπειδὴ καὶ οὐ δύναται ἡ ἀλήθεια ψεύσασθαι, ὅτι δὴ ἐν εὐαγγελίῳ τοιαύτη κεῖται φωνή· ὅπου δύο, ἢ τρεῖς εἰσι συνηγμένοι ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. τούτου οὕτως ἔχοντος, εἰ οὐδὲ τοῦ οὕτω βραχέος ἀριθμοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπολείπεται, πόσῳ μᾶλλον αὐτὸ νῦν μεσιτεύειν πιστεύομεν, ὅπου εἰς ἓν συνήχθη τοσοῦτο πλῆθος ἁγίων; καὶ γὰρ ἅγιόν ἐστι κατὰ τὸ οἰκεῖον σέβας συνέδριον· ἐν ᾧ, καθάπερ ἐκείνης τῆς μεγίστης τῶν ἀποστόλων συνόδου, ὡς ἀνέγνωμεν, ἐστὶν ὁρᾷν τὴν εὐλάβειαν. οὐδεπώποτε τούτων ἀπολείπεται ὁ παρ' αὐτῶν κηρυχθεὶς διδάσκαλος· παρῆν αὐτοῖς ἀεὶ ὁ κύριος καὶ διδάσκαλος. ἀλλ' οὐδὲ * διδασκόμενοι παρὰ τοῦ οἰκείου διδασκάλου πώποτε κατελείφθησαν. ὁ πέμψας ἐδίδασκεν· ὁ εἰπὼν τί διδάξουσιν, ἐδίδασκεν, * ὁ τοῖς οἰκείοις ἀποστόλοις ἑαυτὸν ἐμφανίζων. ἀκουέσθω ταῦτα παρὰ πάντων εἰς τὸ κοινὸν, κύριοι ἀδελφοί· ἃ τῆς παραπεθείσης διδασκαλίας ἡ φροντὶς παρέπεμψε * δικαίως κληρονομίαν εἰς ἡμᾶς. ἐν ταύτῃ τῇ φροντίδι σφιγγόμεθα οἱ πανταχοῦ, καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τῇ ἐκείνων διαδοχῇ τὸ ὄνομα κυρίου κηρύττοντες, ὡς ἐκείνοις προσετάχθη· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. προσέχειν ἡ ὑμετέρα ἀδελφότης ὀφείλει, ὅτι * παρεδέξατο γενικὴν ἐντολήν· καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς πάντας τοῦτο πράττειν ἠθέλησεν, ὅστις πᾶσιν ἐκείνοις περὶ τῆς ἐνετείλατο πίστεως καὶ λειτουργίας. ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὅπως προσηκόντως τοῖς ἑαυτῶν πατράσιν ἀκολουθήσωμεν, ὑπεισελθόντες πάντες αὐτῶν τὸν κάματον· καὶ οἱ τὴν τούτων διαδεξάμενοι τιμὴν, χορηγήσωμεν τὴν ἐπιμέλειαν τοῖς τούτων διδάγμασι· μεθ' ἃ, ὑπομιμνήσκοντες τοῦ ἀποστόλου. οὐδεμίαν διδασκαλίαν προσθεῖναι κελευόμεθα. * οὐκ ἔστιν ἐλάσσων τιμὴ τῆς ὑπηρεσίας τοῦ διδάσκοντι ἡ τῶν παραδιδομένων φυλακή. ἐκεῖνοι ἔσπειραν τῆς πίστεως τὰ * σπέρματα· ταῦτα ἡ ὑμετέρα φροντὶς ἀσφαλιζέσθω, ὅπως ἀδιάφθορον καὶ πολυπλασιασθέντα καρπὸν ἡ παρουσία τοῦ ἡμετέρου δεσπότου εὕρῃ, ᾧ μόνῳ * ἡ ὡραιότης τῶν ἀποστόλων ἐμφανίζεται· καὶ γὰρ λαλῶν τοῖς * ἑαυτοῦ ἐκλεκτοῖς Παῦλος, ἑαυτὸν φυτεύειν καὶ ποτίζειν οὐκ ἐπαρκεῖν ἔφη, εἰ μὴ Θεὸς τὸ αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι ἐχαρίσατο. τοιγαροῦν περισπούδαστόν ἐστι, καὶ πρακτέον

Cælestinus episcopus sanctæ synodo apud Ephesum congregatæ, dilectis & desideratissimis fratribus, in domino salutem.

SPIRITUS sancti testatur præsentiam congregatio sacerdotum. Verum est enim quod legimus, quia nec potest veritas mentiri, cujus in euangelio ista sententia est: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum.* Quod cum ita sit, si nec huic tam brevi numero Spiritus sanctus deest, quanto magis eum nunc interesse credimus, quando in unum convenit tanta turba sanctorum? Sanctum namque est pro debita sibi veneratione concilium; in quo utique nunc apostolorum frequentissimæ illius, quam legimus, congregationis aspicienda reverentia est. Nunquam his defuit magister, quem receperant prædicandum. adfuit his semper dominus & magister: sed nec docentes a suo doctore deserti sunt unquam. Docebat ille qui miserat; docebat qui dixerat quid docerent; docebat qui in apostolis suis se confirmat audiri. Hæc ad omnes in commune domini sacerdotes mandatæ prædicationis cura pervenit: hereditario in hanc solicitudinem jure constringimur, quicumque per diversa terrarum, eorum vice nomen domini prædicamus, dum illis dicitur: *Ite, docete omnes gentes.* Advertere debet vestra fraternitas, quia accepimus generale mandatum: omnes etiam nos id agere voluit, qui illis sic omnibus in cōmune mādavit officium. necesse est ut competenter nostros sequamur auctores. Subeamus omnes eorum labores, quibus omnes successimus in honore. Præstamus eorum diligentiam prædicatis, post quæ, monente apostolo, nullam prędicationem jubemur * adjicere. Non est minor tradentis officio custodia traditorū. Illi jecerunt fidei semen; nostra hæc solicitudo custodiat, ut incorruptum & multiplicem fructum nostri patrisfamilias adventus inveniat, cui soli utique apostolorum assignatur ubertas. Loquente namque electionis vase; plantare & rigare non sufficit, nisi Deus dederit incrementum. Agendum igitur est la-

Matth. 18. v. 20.

Act. 15.

Matth. 10.

Luc. 10. v. 16.

Matth. 28. v. 19.

Galat. 1. * *al.* admittere.

Ioan. 15. *1. Cor. 3.*

ACTIO II CONCILII.

bore communi, ut credita, & per apostolicam successionem hucusque detenta servemus. Illud enim a nobis petitur, ut secundum apostolum ambulemus. Non enim nunc * species, sed fides nostra vocatur ad causam. Spiritalia arma sumenda sunt, quia bella sunt mentium & tela verborum; ut in nostri regis fide perduremus. Omnes nunc ibi positos beatus Paulus apostolus monet, ubi Timotheum remanere mandavit. Idem igitur locus, eadem causa etiam modo ipsum requirit officium. Nos quoque nunc agamus & studeamus illud, quod agendum tunc ille suscepit. ne quis aliter sentiat, & quæstiones præstantibus maxime fabulis ne quis intendat, ut ipse præcepit: simus unanimes, unum, quia sic expedit, sentientes: nihil per contentionem, nihil per inanem gloriam agere gestiamus: una anima cum uno corde sit cunctis, quandoquidem fides, quæ est una, pulsatur. Doleat, imo & lugeat hoc nobiscum in commune omne collegium. Vocatur in judicium, qui judicaturus est mundum; discutitur, qui discussurus est omnes; & calumniam patitur, qui redemit. Accingatur armis Dei vestra fraternitas. Scitis quæ galea caput nostrum muniat, quæ lorica pectus includat. Non vos nunc demum ecclesiastica rectores castra ceperunt. Nemo dubitet favente domino, qui facit utraque unum, depositis armis pacem futuram, quando se causa ipsa defendit. Respiciamus rursus etiam illa nostri verba doctoris, quibus proprie apud episcopos utitur, ista prædicens: *Attendite*, inquit, *vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.* Inde advocatos hos legimus, qui istud audirent, quo nunc sanctitas vestra convenit. Ephesiis ergo, quibus est nota fidei prædicatio, si nunc erga hanc etiam * nostra nota defensio. Exhibeamus his nostræ mentis illa veneratione constantiam, qua sunt digna quæ magna sunt; quæ pio sensu tranquillitas diuturna servavit. Annuntientur vobis quæ ab apostolis intemerata regnarunt: quia nunquam contra regem regum verba tyrannicæ dominationis admissa sunt, nec opprimi per falsitatem potuit negotium veritatis. Vos hortor, fratres beatissimi, respiciatur illa sola dilectio, in qua utique, secundum vocem Ioannis apostoli, cujus reliquias præsentes veneramini, manere debemus. Sit oratio communis ad dominum. Scimus quæ vis divinæ illius præsentiæ sit futura, supplicante concorditer tanta multitudine sacerdotum, quando locus ille moveri potuit, in quo unanimiter duodecim legimus supplicasse: Quæ tamen fuit apostolorum petitio deprecantum? Nempe ut acciperent verbum Dei loqui cum fiducia, & per ejus virtutem agere, quorum præstante Christo Deo nostro acceperant potestatem. Et vestro nunc sancto conventui quid est aliud postulandum,

[Margin: Rom. 8. v. 4. — * persona aliqua, — 1. Tim. 1. v. 3. — 1. Tim. 1. & 4. Philip. 2. — Ephes. 6. — Epes. 2. v. 14. — Act. 20. v. 28. — * vestra — Ioan. 15. 1. Ioan. 4. — Actor. 4.]

A ὅπως καμάτῳ κοινῷ τὰ ἐμπιστευθέντα, καὶ διὰ τῆς ἀποστολικῆς ' διαδοχῆς ἕως τοῦ νῦν συντηρηθέντα φυλάξωμεν. ἐκεῖνο γὰρ παρ' ἡμῶν αἰτεῖται, ἵνα κατὰ τὸν ἀπόστολον περιπατήσωμεν. οὔτε γὰρ νῦν πρόσωπόν τι, ἀλλ' ἡ ἡμετέρα πίστις καλεῖται πρὸς δίκην. ὅπλα πνευματικὰ θωρήξασθαι δεῖ, ἐπειδὴ πόλεμοι κινοῦνται ψυχῶν, καὶ βέλη ῥημάτων, ὅπως ἐν τῇ πίστει τοῦ βασιλέως ἡμῶν παραμείνωμεν. πάντας νῦν τοὺς ἐκεῖσε ὁ μακάριος Παῦλος ὑπομιμνήσκει, ἔνθα ' Τιμόθεον μένειν ἐνετείλατο. ὁ αὐτὸς τοιγαροῦν τόπος, ἡ αὐτὴ ὑπόθεσις B τὴν αὐτὴν διακονίαν καὶ νῦν ἀπαιτεῖ. ἡμεῖς τε νῦν πράξωμεν, καὶ σπουδάσωμεν εἰς τοῦτο, ὃ ' ἐκείνῳ πράττειν προστέτακται· ἵνα μὴ ' ἄλλο τις φρονῇ, καὶ ζητήσεις ἐκ * τῆς παρούσης μάλιστα μακρολογίας μηδεὶς ἐντεινέτω, ὡς αὐτὸς ' προστέταχε. γενώμεθα ὁμόψυχοι, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ φρονοῦντες, ἐπειδὴ τοῦτο συμφέρει· μηδὲν διὰ φιλονεικίας, μηδὲν πράττειν διὰ ματαίαν κενοδοξίαν * εὐχόμενοι. μία ψυχὴ, καὶ καρδία μία ἔστω τοῖς πᾶσιν, ὅτε ἡ πίστις, ἥ τις μία ἐστὶ, παραχαράττεται. πονείτω, μᾶλλον δὲ θρηνείτω τοῦτο μεθ' ἡμῶν κοινῇ πᾶν τὸ συνέδριον. εἰς ' κριτήριον καλεῖται ὁ κρί- C νων πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· εὐθύνεται ὁ σείων πᾶσαν τὴν γῆν· καὶ ὁ λυτρωτὴς συκοφαντίαν ὑπομένει. θωρηξάσθω τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ ἡ ὑμετέρα ἀδελφότης. οἴδατε τὴν περικεφαλαίαν, ἥ τις τὴν ἡμετέραν ἀσφαλίζεται κεφαλὴν, ποῖος θώραξ τὸ ἡμέτερον στῆθος τειχίζει. οὐ νῦν πρῶτον ὑμᾶς οἱ ἐκκλησιαστικοὶ περίβολοι διδασκάλους ἐδέξαντο. οὐδεὶς ἀμφιβάλοι, τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος, ὃς ποιεῖ τὰ ἀμφότερα ἕν, ὅπερ ἀποτεθέντων ὅπλων εἰρήνη διαδέχεται, ἐπειδὴ αὐτὴ ἡ ὑπόθεσις ἑαυτὴν ἐκδικεῖ. ἀναπολήσωμεν πάλιν κἀκεῖνα τὰ ῥήματα τοῦ ἡμετέρου * δεσπό- D του, οἷς εἰδικῶς ἐχρήσατο * διὰ τῶν ' οἰκείων ἐπισκόπων, ταῦτα παραγγέλλων· προσέχετε, φησὶν, ἑαυτοῖς, καὶ πάσῃ τῇ ἀγέλῃ, ἧς ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔταξεν ἐπισκόποις, διοικεῖν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο τῷ ἰδίῳ αἵματι. * ὅθεν ' τοιούτοις κληθέντας ἀνέγνωμεν τοὺς ταῦτα ἀκούσαντας Ἐφεσίους, ἔνθα νῦν ἡ ὑμετέρα ἁγιότης συνελήλυθε. τοιγαροῦν οἷς ἐστι γνώριμος ἡ διδασκαλία τῆς πίστεως, ἔστω γνωστὴ καὶ ἡ ὑμετέρα ἐκδίκησις. παράσχωμεν αὐτοῖς διὰ τῆς ἡμετέρας διανοίας ἐκείνης τῆς προσκυνήσεως τὴν ἰσχὺν, ἧς * εἰσιν ἄξιοι· ' καὶ μείνῃ καταλαλιᾶς ὑψηλότερα, ἃ εὐσεβεῖ διανοίᾳ ἡ διηνεκὴς ἐφύλαξεν εἰρήνη. ἀπαγγελλέσθω παρ' ὑμῶν τὰ παρὰ τῶν ἀποστόλων προκηρυχθέντα· ὅτι οὐδεπώποτε * τοῦ βασιλέως τῶν βασιλευόντων ῥήματα ' τυραννικῆς ἐπιχειρήσεως * ἠλάττωται, οὐδὲ κάμνειν ἠδυνήθη διὰ ' πλαστολογίαν. ἡ δύναμις τῆς ἀληθείας ὑμᾶς ' προπεμπέτω, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι· ἐκείνη μόνη περισκοπείσθω ἡ * γνώμη κατὰ τὴν φωνὴν Ἰωάννου τοῦ ' εὐαγγελιστοῦ, οὗ τὰ λείψανα παρόντες τετιμήκατε. ἔστω κοινὴ εὐχὴ πρὸς τὸν κύριον. οἴδαμεν ποία δύναμις τῆς θείας αὐτοῦ καὶ ἐσομένης παρουσίας ἔσται, παρακαλέσης ὁμοψύχως τοῦ τοσαύτης τῶν ἱερέων πλήθους· ἐπειδὴ * τοῦτος ἐκεῖνος κινεῖν δύναται, ἐν ᾧ ὁμογνωμόνως τοὺς δώδεκα ἀνέγνωμεν. τίς τῶν ' δώδεκα ἡ αἴτησις δεομένων ἐγένετο; δηλαδὴ, ἵνα δέξωνται τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ λαλεῖν μετὰ παῤῥησίας, καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐνεργεῖν, ὧν, διδόντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, εἰλήφεισαν τὴν ἐξουσίαν. καὶ τῇ ὑμετέρᾳ νῦν ἁγίᾳ συνόδῳ τί ἐστιν ἄλλο αἰτεῖν;

ἢ γὰρ

[Margin: ANNO CHRISTI 431. — ' διδαχῆς — ' Τιμοθέῳ — ' ἐκείνοις — ' ἄλλως — ' ταῖς μάλιστα παρούσαις μακρολογίαις — * l. ὡς μάλιστα χορηγοῦσι οἱ μῦθοι, μηδεὶς — ' προσέλεξε — * ἐχόμενοι μιᾷ ψυχῇ — ' κρίσιν — * l. διδασκάλου — * l. πρὸς τοὺς ἐπισκόπους — ' ἰδίων — * l. ἐκεῖθεν κληθέντ. — ' τούτου κληθέντας — * l. τὰ μεγάλα εἰσὶ ἄξια — ' ἣ μὲν καὶ τὰ λίαν ὑψηλότερα, — * l. κατὰ τῶν βασ. — ' τυραννικῶς ἐπιχειρήσεως ἠλάττωται, — * l. φορτικὰ γένοιτο — ' πλαστολογίας. — ' προτρεπέτω — * l. ἡ ἀγάπη — ' ἀποστόλων, — * l. ὁ τόπος ἐκεῖνος κινηθῆναι δεδύνηται, — ' ἀπόστολοι]

ἢ γὰρ ὅπως μετὰ παῤῥησίας λαλήσητε τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ; καὶ * ταῦτα δέδωκε φυλάττειν; ὥσπερ, καὶ κηρύττειν ἐχαρίσατο· καὶ πεπληρωμένοι πνεύματος ἁγίου, καθὰ γέγραπται, εἰ καὶ διαφόρῳ στόματι, ἓν ὅμως, ὅπερ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ἐδίδαξε, καὶ προσφέρεται. τούτοις πᾶσι συντόνως ἐνδυναμωμένοις· ἐπειδὴ, καθά φησιν ὁ ἀπόστολος, εἰδόσι λαλῶ, καὶ λαλῶ σοφίαν ἐν τοῖς τελείοις· ἐπαγωνίσασθε κανονικῇ πίστει, καὶ τῇ τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνῃ συνηγορήσατε; ἐπειδὴ οὕτως εἴρηται καὶ τοῖς πάλαι, καὶ τοῖς νῦν, καὶ τοῖς μέλλουσι, παρακαλοῦντες καὶ σώζοντες τὰ εἰς εἰρήνην τῇ Ἱερουσαλήμ. ἀπεστείλαμεν, τὴν ἡμετέραν ἀναδεχομένοις φροντίδα, τοὺς ἁγίους ἀδελφοὺς καὶ συλλειτουργοὺς ἡμῶν, ὁμοψύχους ἡμῖν καὶ δεδοκιμασμένους, Ἀρκάδιον καὶ Προϊέκτον ἐπισκόπους, καὶ Φίλιππον τὸν ἡμέτερον πρεσβύτερον, οἳ τοῖς πραττομένοις παρέσονται, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν πάλαι ὁρισθέντα ἐκβιβάσουσιν· οἷς παρασχεθῆναι παρὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος οὐκ ἀμφιβάλλομεν συγκατάθεσιν· * ἐπειδὴ τοῦτο, ὅπερ ἂν γνῶτε, δοκῇ ὑπὲρ τῆς πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἀμεριμνίας κεκρίσθαι.

quam ut cum fiducia loquamini verbum domini? quam ea servare, quæ & prædicare concessit? ut repleti sancto Spiritu, sicut scriptum est, licet ore diverso, unum tamen quod ipse Spiritus docuit, proferatis. His omnibus breviter animati; (quia, sicut ait apostolus, *scientibus legem loquor*, Rom. 7. *& loquor sapientiam inter perfectos*) 1. Cor. 2. adestote catholicæ fidei, & ecclesiarum quietem defendite, quia sic dictum est & præteritis & præsentibus & futuris, rogantes atque servantes *quæ ad pacem sunt Ierusalem*. Psal. 121. Direximus pro nostra solicitudine sanctos fratres & consacerdotes nostros, unanimes nobis & probatissimos viros, Arcadium & Projectum episcopos, & Philippum presbyterum nostrum, qui iis quæ aguntur, intersint, & quæ a nobis antea statuta sunt, exequantur. Quibus præstandum a vestra sanctitate non dubitamus assensum, quando id quod agitur, videatur pro universalis ecclesiæ securitate decretum. Data VIII. Idus Maii, Basso & Antiocho conss.

Ibid.

Πάντες οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἅμα ἀνεβόησαν· Αὕτη δικαία κρίσις· νέῳ Παύλῳ Κελεστίνῳ, νέῳ Παύλῳ Κυρίλλῳ, Κελεστίνῳ τῷ φύλακι τῆς πίστεως, Κελεστίνῳ τῷ ὁμοψύχῳ τῆς συνόδου, Κελεστίνῳ εὐχαριστεῖ πᾶσα ἡ σύνοδος· εἷς Κελεστῖνος· εἷς Κύριλλος· μία πίστις τῆς συνόδου· μία πίστις τῆς οἰκουμένης.

Omnes reverendissimi episcopi simul acclamaverunt: Hoc justum judicium. Novo Paulo Cælestino, novo Paulo Cyrillo, Cælestino custodi fidei, Cælestino cum synodo concordi, Cælestino universa synodus gratias agit. Vnus Cælestinus, unus Cyrillus, una fides synodi, una fides orbis terrarum.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Προϊέκτος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβύτης εἶπε· Κατανοησάτω ἡ ὑμετέρα ἁγιότης τὸν τύπον τῶν γραμμάτων τοῦ ἁγίου καὶ σεβασμίου πάπα Κελεστίνου τοῦ ἐπισκόπου, ὃς προετρέψατο τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, οὐχ ὡς ἀγνοοῦσαν διδάσκων, ἀλλ' ὡς γινώσκουσαν ὑπομιμνήσκων· ἵνα ταῦτα, ἃ καὶ πάλαι ὥρισε, καὶ νῦν ὑπομνῆσαι κατηξίωσεν, εἰς πέρας κελεύσητε πληρέστατον ἀχθῆναι, κατὰ τὸν κανόνα τῆς κοινῆς πίστεως, καὶ κατὰ τὸ χρήσιμον τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.

Φίρμος ἐπίσκοπος Καισαρείας Καππαδοκίας εἶπε· Καὶ πρότερον ψῆφον ἐπέχει, καὶ τύπον τῷ πράγματι, ὁ ἀποστολικὸς καὶ ἅγιος θρόνος τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Κελεστίνου, διὰ γραμμάτων τῶν πρὸς τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, φημὶ δὴ Κύριλλον τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰουβενάλιον τὸν Ἱεροσολύμων, καὶ Ῥοῦφον τὸν τῆς Θεσσαλονικέων, καὶ πρὸς τὰς ἁγίας ἐκκλησίας, τήν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ· ᾧ ἀκολουθήσαντες καὶ ἡμεῖς, πάλαι τῆς προθεσμίας τῆς δεδομένης Νεστορίῳ εἰς διόρθωσιν, παρελθούσης, καὶ πολλῶν διαγενομένων χρόνων, ἐπειδὴ τὴν Ἐφεσίων κατελάβομεν, τοῦτο τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως προστάξαντος, καὶ ἐνταῦθα διατρίψαντες χρόνον οὐκ ὀλίγον, ὥστε καὶ τὴν παρὰ τοῦ βασιλέως παρελθεῖν * προθεσμίαν· ἐπειδὴ προσκαλεσαμένων ἡμῶν Νεστόριον, οὐχ ὑπήκουσε, τὸν τύπον ἐξεβιβάσαμεν, κανονικὴν καὶ ἀποστολικὴν αὐτῷ κατανοήσαντες κρίσιν.

Interpretatio depositionis.

Projectus reverendissimus episcopus & legatus dixit: Literarum sancti venerandique papæ Cælestini episcopi formam vestra sanctitatis consideret: qui sanctitatem vestram hortatus est, non quasi ignorantem docens, sed tamquam gnaram commonefaciens, ut ea quæ & dudum ante definire, & nunc in memoriam revocare dignatus est, juxta communis fidei regulam, catholicæque ecclesiæ utilitatem, ad finem numeris omnibus absolutum deduci jubeatis.

Firmus Cæsareæ Cappadociæ episcopus dixit: Apostolica & sancta sedes Cælestini sanctissimi episcopi, per literas, quas ad religiosissimos episcopos, ad Cyrillum, inquam, Alexandrinum, & Iuvenalem Hierosolymitanum, & Rufum Thessalonicensem, necnon ad sanctas Constantinopolis & Antiochiæ ecclesias misit, etiam ante de præsenti negotio sententiam regulamque præscripsit: quam nos quoque secuti (cum terminus Nestorio ad emendationem datus dudum jam præteriisset, multumque præterea temporis post nostrum, juxta religiosissimi imperatoris decretum, in Ephesiorum civitatem adventum fluxisset, atque hic non parum temporis commorati essemus, ut dies ab imperatore præfinitus, elapsus jam esset; quoniam Nestorius a nobis citatus non paruit) formam illam executioni mandavimus, canonicum apostolicumque judicium in illum proferentes.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Ἀρκάδιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβύτης εἶπεν· Εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἡμᾶς τὸ βραδὺ τοῦ πλοός, καὶ τοῦ χειμῶνος ἡ ἐναντιότης

Interpretatio depositionis.

Arcadius reverendissimus episcopus & legatus dixit: Etsi tardus navigationis progressus, adversaque tempestas nos maxime detine-

ACTIO II. CONCILII. detinuerit, ita ut, sicuti spes erat, ad destinatum locum venire nequiverimus; attamen Dei gubernatione, vestræque beatitudinis, nostra mediocritas huc applicuit: ipsique gratias agimus, quod beatitudinem vestram uno in loco, & una in fide manentem; & pro ecclesia Dei, quam dominus noster Jesus Christus sanguine suo acquisivit, solicitam inveniremus. (Act. 20.) Quapropter vestram beatitudinem rogatam cupimus, ut quæ a vestra sanctitate decreta sunt, ea nobis exponi jubeatis.

Interpretatio depositionis.

Philippus presbyter, & apostolicæ sedis legatus dixit: Gratias agimus sanctæ venerandæque synodo, quod literis sancti beatique papæ nostri vobis recitatis, sancta membra sanctis vestris vocibus, sancto capiti, sanctis etiam vestris exclamationibus, vos adjunxeritis. Non enim ignorat vestra beatitudo, totius fidei, vel etiam apostolorum caput esse beatum apostolum Petrum. Proinde cum nostra mediocritas multis tempestatibus jactata & vexata serius accesserit, rogamus ut ea nobis patefieri mandetis, quæ ante adventum nostrum in sancta hac synodo acta sunt; quo juxta beati papæ nostri, præsentisque hujus sancti cœtus sententiam, nos quoque confirmemus, conformiter eorum depositioni.

Theodotus Ancyræ episcopus dixit: Justam esse sanctæ synodi sententiam demonstravit universorum Deus per literas Cælestini religiosissimi episcopi huc allatas, & per vestræ pietatis adventum. Nam Cælestini episcopi sanctissimi & beatissimi zelum, & in piam fidem studium demonstrastis. Quoniam vero justa ratione permota vestra beatitudo, ex ipsis actorum commentariis intelligere quæsivit de Nestorii depositione; justam sententiam, sanctæque synodi zelum & consensum in fide, quam piissimus & sanctissimus episcopus Cælestinus magna voce deprædicat; vestra reverentia plane certoque cognoscet: quod fiet ubi hoc etiam quod vobis satisfactum sit, & reliqua præsenti actioni addentur.

κατέσχεν, ἵνα εἰς τὸν τεταγμένον τόπον, ὅνπερ ἠλπίζομεν, ἀφιχθῶμεν· ὅμως κυβερνῶντος Θεοῦ, καὶ τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, ἐνταῦθα τὸ ἡμῶν μέτριον * παρεγένετο· καὶ εὐχαριστοῦμεν αὐτῷ, ἐπειδὴ τὴν μακαριότητα τὴν ὑμετέραν εἰς ἕνα τόπον, καὶ εἰς μίαν πίστιν, μένουσαν εὕρομεν, μεριμνῶντάς τε ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, ἣν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ ἑαυτοῦ αἵματι ' περιεποιήσατο. διὰ τοῦτο αἰτοῦμεν τὴν μακαριότητα τὴν ὑμετέραν, ὅπως τὰ τετύπωται παρὰ τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, ἡμᾶς διδάσκεσθαι κελεύσετε. ANNO CHRISTI 431. * παραγένετο ' περιεποιήσατο

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Φίλιππος πρεσβύτερος καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας εἶπε. Χάριτας ὁμολογοῦμεν τῇ ἁγίᾳ καὶ σεβασμίᾳ συνόδῳ, ὅτι ἀναγινωσκομένων ὑμῖν τῶν γραμμάτων τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου πάπα ἡμῶν, τὰ ἅγια μέλη ταῖς ἁγίαις ' ἡμῶν φωναῖς, τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ καὶ ταῖς ἁγίαις ὑμῶν ἐκβοήσεσιν ἡνώκατε. οὐ γὰρ ἀγνοεῖ ὑμῶν ἡ μακαριότης, ὅτι ἡ κεφαλὴ ὅλης τῆς πίστεως, ἢ καὶ τῶν ἀποστόλων, ὁ μακάριος Πέτρος ὁ ἀπόστολος. καὶ ἐπειδὴ νῦν τὸ μέτριον τὸ ἡμέτερον πολλοῖς χειμῶσι καὶ ' σκυλμῷ βραδύτερον παρεγένετο, διὰ τοῦτο παρακαλοῦμεν, τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ πρὸ τῆς ἡμῶν ἀφίξεως πεπραγμένα ἡμῖν φανερωθῆναι κελεύσητε· ἵνα κατὰ τὴν γνώμην τοῦ μακαρίου πάπα ἡμῶν, ἔτι γε μὴν καὶ τοῦ παρόντος ἁγίου συλλόγου, καὶ ἡμεῖς ὁμοίως τῇ αὐτῶν καταθέσει βεβαιώσωμεν. ' ὑμῶν ' ἰσχυλμῷ

Θεόδοτος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας εἶπε· Δικαίαν τῆς ἁγίας συνόδου τὴν ψῆφον ' ἔδειξεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῇ ἐπιφοιτήσει τῶν γραμμάτων τοῦ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Κελεστίνου, καὶ τῇ παρουσίᾳ τῆς ὑμῶν θεοσεβείας. τόν τε γὰρ ζῆλον τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου Κελεστίνου ἐπισκόπου ἐδείξατε, καὶ τὴν περὶ τὴν εὐσεβῆ πίστιν σπουδήν. ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰ πεπραγμένα ἐπεζήτησεν εὐλόγως καταμαθεῖν ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια, ἐξ αὐτῶν τῶν πεπραγμένων ὑπομνημάτων ἐπὶ τῷ καθῃρημένῳ Νεστορίῳ πληροφορηθήσεται ὑμῶν ἡ εὐλάβεια τῆς ψήφου τὸ δίκαιον, καὶ τῆς ἁγίας συνόδου τόν τε ζῆλον, καὶ τὴν συμφωνίαν τῆς πίστεως, ἣν καὶ ὁ θεοσεβέστατος καὶ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Κελεστῖνος μεγάλῃ κηρύσσει τῇ φωνῇ, δηλαδὴ μετὰ τὴν ὑμῶν πληροφορίαν, καὶ τῶν ὑπολοίπων τῇ πράξει τῇ νῦν προστεθειμένων. ' ἀπέδειξεν

Epistola Cælestini papæ ad Theodosium imperatorem.

Cælestinus episcopus Theodosio Aug.

SUFFICIAT licet, quod sollicitudo vestræ clementiæ circa fidei catholicæ defensionem, cui pro Christi Dei nostri amore, qui vestri imperii rector est, adesse modis omnibus festinatis, integram immaculatamque eam, pravorum dogmatum damnato errore, servatis; in hoc semper munimen vestri constituentes imperii, scientes regnum vestrum sanctæ religionis observantia communitum firmius duraturum: sed huic cælesti curæ vel gloriæ unusquisque nostrum pro sacerdotali officio operam nostram, in quantum valemus, impendimus, & huic synodo, quam esse jussistis, nostram præsentiam in his quos misimus, exhibemus, pietatem vestram sub divini obsecrantes obtestatione judicii, ne quid turbidæ novitati licere vestra mansuetudo permittat, neve facultas aliqua his qui divinæ majestatis potentiam in humanæ disputationis rationem artare contendunt, quo perturbetur pax ecclesiastica, attribuatur. Major vobis fidei causa debet esse, quam regni: ampliusque pro pace ecclesiarum clementia vestra debet esse solicita, quam pro omnium securitate terrarum. Subsequuntur enim omnia prospera, si primitus quæ Deo sunt cariora serventur. Abraham fide floruit, omnemque orbem gloria

ria suæ prosperitatis implevit. Moyses populi liberator, zelo * domini contra eos, si quos a Dei cultu recessisse probarat, armavit. David regem sua præcepta servantem, in regno, ut ille inimicos suos subderet, dominus custodivit. His rogo exemplorum vallati præsidio, fide, observatione, virtute, universalis ecclesiæ in Deum nostrum piissimum cultum, ne sibi aliquid dissensio vindicet, custodite. Pro vestri enim imperii * geritur, quidquid pro quiete ecclesiæ, vel sanctæ religionis reverentia laboratur. Hæc gloriosissime & tranquillissime imperator Auguste, * quæ in vestro corde esse novimus, Deum illic inesse non dubii, augustis etiam auribus per fratres & coepiscopos meos Arcadium & Projectum, & compresbyterum meum Philippum, quos misimus, intimamus, hoc a pietate vestra suppliciter deposcentes, quod vos habere credamus in votis; ut quod a Deo petitis, hoc in fide, ipsius causa præstetis. Data Idibus Majarum, Basso & Antiocho cons.

Ejusdem Cælestini papæ ad Cyrillum episcopum Alexandrinum epistola.

Cælestinus episcopus Cyrillo episcopo Alexandrino.

INTELLIGO sententiam sapientissimi Salomonis impletam. Non enim aliter quam sitiens aquam frigidam, de terra longinqua iteratum nuntium per literas tuæ dilectionis accepi, quæ nos invicem nostri consilii participatione conjungunt. Indifficulter est ecclesiarum & catholicæ fidei speranda tranquillitas, quando pro hac elaborare Christianissimos principes sic videmus. Non est inefficax in divinis maxime causis cura regalis, quæ pertinet ad Deum, qui fideliter tenet corda regnantium. Itaque breviter responsum tuæ reddimus sanctitati. Etenim quæris, utrum sancta synodus recipere debeat hominem a se prædicata damnantem: an, quia induciarum tempus emensum est, sententia dudum lata perduret. Super hæc utrique consultatione communi communem dominum consulamus. Nonne nobis respondet illico per prophetam, mortem se nolle morientis: & per apostolum Paulum, omnem hominem velle salvum fieri, & venire ad scientiam veritatis? Nunquam displicet Deo accelerata in quocumque correctio. Tuæ sit hoc sanctitatis cum venerando fratrum concilio, ut orti in ecclesia strepitus comprimantur, & finitum Deo * juvante negotium votiva correctione discamus. Conventui autem nos deesse non dicimus: neque enim ab his absentes esse possumus, quibus nos ubicumque * positis, fides tamen una conjungit. Nolo nos corpore isto censeri, cujus præsentiam apostolus assignat infirmam. Illic sumus, quidquid illic pro omnibus agitur, cogitamus; spiritaliter agimus quod corporaliter agere non videmur. Studeo quieti catholicæ, studeo pereuntis saluti; si tamen voluerit ægritudinem confiteri. Quod ideo dicimus, ne volenti se corrigere forsitan deesse videamur. Nam si & nobis sustinentibus uvam, spinas sibi addiderit; impleatur, manentibus statutis prioribus, sui fructu judicii; colligat quod sulco diabolico seminavit, non nostro consilio, sed se periturus auctore. Probet nos veloces pedes ad effundendum sanguinem non habere, quando sibi etiam remedium cognoscat oblatum. His autem, quos erga catholicam fidem tua fraternitas dicit se habere suspectos, si scripta dixerint, pro qualitate rerum eis nos respondere necesse est: in quo negotio nemo * subripiet, quia tota cautione tractatur. Datum Nonis Majarum, Basso & Antiocho vv. cc. cons.

ACTIO III. CONCILII.
Ezech. 18. v. 32.
1. Tim. 2. v. 4.
* annuente
* positos
2. Cor. 10. v. 10.
Isai. 5.
Psal. 13.
* f. subrepet.

ΠΡΑΞΙΣ ΤΡΙΤΗ.

ΤΟΙΣ μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν δεσποτῶν ἡμῶν, Φλαυΐου Θεοδοσίου τὸ τρισκαιδέκατον, καὶ Φλαυΐου Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, τῇ πρὸ πέντε εἰδῶν Ἰουλίων, ἥτις κατ' Αἰγυπτίους Ἐπιφὶ ιζ'. τῇ ἐπαύριον τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου συνελθούσης ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, καὶ καθεσθέντων τῶν θεοφιλεστάτων καὶ θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων, Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων Ἀρκαδίῳ, καὶ Προϊέκτῳ εὐλαβεστάτοις ἐπισκόποις, καὶ Φιλίππῳ εὐλαβεστάτῳ πρεσβυτέρῳ εἶπε· Κατὰ τὴν χθὲς ἡμέραν συνεδρευούσης τῆς ἁγίας ταύτης καὶ μεγάλης συνόδου, ἡ θεοσέβεια ὑμῶν παροῦσα, μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν γραμμάτων τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου τῆς μεγάλης Ῥώμης Κελεστίνου, ᾔτησε τὰ ὑπομνήματα τὰ πραχθέντα ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου ἀναγνωσθῆναι· ἀκολούθως ἡ ἁγία σύνοδος τοῦτο γενέσθαι ἐτύπωσεν. εἰ οὖν ἀνέγνω, καὶ μεμάθηκε τὴν ἐν αὐτοῖς δύναμιν ἡ ὑμετέρα ἁγιότης, τοῦτο διδάξαι καταξιώσει.

Φίλιππος πρεσβύτερος, καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας εἶπε· Πεφανέρωται μὲν ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν πεπραγμένων τὰ κατὰ Νεστορίου ὁρισθέντα ἐν τῷ ἁγίῳ συλλόγῳ ὑμῶν· ἐν οἷς ὑπομνήμασιν ἔγνωμεν, πάντα κανονικῶς καὶ κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν

ACTIO TERTIA.

POST consulatum dominorum nostrorum semper Augustorum, Flavii Theodosii XIII. & Valentiniani III. quinto Idus Julias, qui Ægyptiis est decimus-septimus Epiphi, postero die eadem sancta synodo ad eumdem locum conveniente, piissimisque ac Deo dilectissimis episcopis considentibus, Iuvenalis Hierosolymorum episcopus Arcadio & Projecto reverendissimis episcopis, & Philippo reverendissimo presbytero dixit: Hesterno die confidente sancta hac & magna synodo, cum vestra pietas adesset, post lectas literas sanctissimi ac beatissimi magnæ Romæ episcopi Cælestini, postulavit, ut commentarii acti in depositione hæretici Nestorii legerentur: idque consequenter sancta synodus fieri præcepit. Sanctitas igitur vestra docere dignetur, num legerit, ac perceperit vim eorum.

Philippus presbyter, & legatus apostolicæ sedis dixit: Ex actorum lectione cognovimus quæ in Nestorium constituta sunt in sancto vestro concilio. In quibus commentariis intelleximus, omnia canonice, & ex ec-

ACTIO III. CONCILII.

clesiastica disciplina judicata esse. Ac nunc A quoque petimus a corona vestra, quamvis supervacaneum sit, ut quæ in vestra synodo lecta sunt rursum nobis etiam eadem legantur; ut sequentes formulam sanctissimi papæ Cælestini, qui hanc curam nobis commisit, & vestræ etiam sanctitatis, judicia vestra confirmare possimus.

Interpretatio depositionis.

Arcadius reverendissimus episcopus, & legatus sedis apostolicæ dixit: Beatitudini vestræ gratias agimus; quod nostro desiderio ac postulato satis ex actis feceritis. Ac nunc vestra beatitudo jubeat, ut sequentes sanctitatis vestræ formulam, edoceri possimus quæ a vobis definita sunt.

Memnon episcopus Ephesiorum dixit: Nihil B prohibet, quo minus ex postulato sanctissimorum episcoporum Arcadii & Projecti, & reverendissimi, ac Deo amabilissimi presbyteri Philippi, legatorum apostolicæ sedis magnæ Romæ, iterum etiam legantur acta in Nestorii hæretici depositione. Rursus ergo legantur.

Petrus presbyter Alexandrinus, & primicerius notariorum legit.

Post consulatum dominorum nostrorum Flavii Theodosii XIII. & Flavii Valentiniani III. semper Augustorum, decimo Kalend. Iulii, vigesimo octavo die Pauni juxta Ægyptios, synodo in Ephesiorum metropoli congregata ex decreto Deo amabilissi- C morum, & Christi amantium imperatorum, sedentibus in sanctissima ecclesia, quæ appellatur Maria, reverendissimis & sanctissimis episcopis, Cyrillo Alexandriæ, qui etiam locum obtinebat sanctissimi ac beatissimi Cælestini archiepiscopi Romanæ ecclesiæ, & Iuvenali Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum, & Flaviano Philippensium, qui etiam locum tenebat Rufi reverendissimi episcopi Thessalonicensium, & Theodoto Ancyræ Galatiæ primæ.

Post cetera sancta synodus dixit: Cum præter alia, impiissimus Nestorius neque nostræ citationi obedire, neque sanctissimos religiosissimosque episcopos a nobis destinatos D admittere voluerit, ad examinandam impiam ejus doctrinam necessario devenimus. Deprehendentes itaque partim ex literis commentariisque ipsius hic publice lectis, partim ex sermonibus, quos paulo ante in hac metropoli habuerat, quique testimoniis comperti sunt, ipsum impie sapere & prædicare: coacti per sacros canones, & epistolam sanctissimi patris nostri & comministri Cælestini Romanæ ecclesiæ episcopi, lacrymis subinde perfusi, ad lugubrem hanc contra eum sententiam necessario venimus. Igitur dominus noster Iesus Christus blasphemis illius vocibus impetitus, per sanctissi- E mam hanc synodum eumdem Nestorium episcopali dignitate privatum, & ab universo sacerdotum consortio & cœtu alienum esse definivit.

Sequuntur deinceps subscriptiones reverendissimorum episcoporum.

ANNO CHRISTI 431.

A ἐπισήμως κεκρίσθαι. ἀλλὰ καὶ νῦν αἰτοῦμεν τὸν ὑμέτερον στέφανον, εἰ καὶ ἐκ περιττοῦ, τὰ αὐτὰ καὶ ἀναγνωσθέντα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ συνόδῳ, αὖθις ἡμῖν ἀναγνωσθῆναι· ὅπως ἡμεῖς ἀκολουθήσαντες τῷ τύπῳ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Κελεστίνου, τοῦ ταύτην ἡμῖν τὴν φροντίδα ἐγχειρίσαντος, ἔτι γε μὴν καὶ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης, δυνηθῶμεν τὰ κεκριμένα βεβαιῶσαι.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Ἀρκάδιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας εἶπε· Χάριτας ὁμολογοῦμεν τῇ ὑμετέρᾳ μακαριότητι, ὅτι τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιθυμίᾳ καὶ τῇ αἰτήσει τὸ ἱκανὸν * ἐποιήσατε ἀπὸ τῶν πεπραγμένων. καὶ νῦν ὁρισάτω B ἡ ὑμετέρα μακαριότης, ὅπως ἀκολουθήσαντες τῷ τύπῳ τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος, διδαχθῆναι δυνηθῶμεν τὰ ὁρισθέντα παρ' ὑμῶν. * πεποιήκατε

Μέμνων ἐπίσκοπος Ἐφεσίων εἶπεν. Οὐδὲν κωλύει κατὰ τὴν αἴτησιν τῶν ἁγιωτάτων καὶ ὁσιωτάτων ἐπισκόπων, Ἀρκαδίου καὶ Προϊέκτου, καὶ τοῦ εὐλαβεστάτου καὶ θεοφιλεστάτου πρεσβυτέρου Φιλίππου τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τῆς μεγάλης Ῥώμης, καὶ δεύτερον πάλιν ἀναγνωσθῆναι τὰ πεπραγμένα ἐπὶ τῇ καθαιρέσει Νεστορίου τοῦ αἱρετικοῦ. ὅθεν καὶ αὖθις ἀναγινωσκέσθωσαν.

Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ πριμικήριος νοταρίων ἀνέγνω.

C Τοῖς μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν δεσποτῶν ἡμῶν, Φλαυΐου Θεοδοσίου τὸ τρισκαιδέκατον, καὶ Φλαυΐου Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, τῇ πρὸ δέκα καλανδῶν Ἰουλίων, Παυνὶ εἰκάδι ὀγδόῃ κατ' Αἰγυπτίους, συνόδου συγκροτηθείσης ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει ἐκ θεσπίσματος τῶν θεοφιλεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, καθεσθέντων ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ καλουμένῃ Μαρίᾳ, τῶν θεοσεβεστάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, διέποντος καὶ τὸν τόπον τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Κελεστίνου, καὶ Ἰουβεναλίου Ἱεροσολύμων, καὶ Μέμνονος τῆς Ἐφεσίων, καὶ Φλαυ- D ιανοῦ Φιλίππων, ἐπέχοντος καὶ τὸν τόπον Ῥούφου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Θεσσαλονικέων, καὶ Θεοδότου Ἀγκύρας Γαλατίας πρώτης.

Μετὰ τὰ ἑξῆς, ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· Πρὸς τοῖς ἄλλοις μήτε ὑπακοῦσαι βουληθέντος τοῦ * ἀσεβεστάτου Νεστορίου τῇ παρ' ἡμῶν κλήσει, μήτε μὴν τοὺς παρ' ἡμῶν ἀποσταλέντας ἁγιωτάτους καὶ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους προσδεξαμένου, ἀναγκαίως ἐχωρήσαμεν ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν ' δυσσεβῶς λεχθέντων παρ' αὐτοῦ· καὶ φωράσαντες αὐτὸν ἔκ τε τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν συγγραμμάτων τῶν ἀναγνωσθέντων, καὶ ἐκ τῶν ἀρτίως παρ' αὐτοῦ ῥηθέντων κατὰ τήνδε τὴν μητρόπολιν, καὶ προσμαρτυρηθέντων, E δυσσεβῶς φρονοῦντα καὶ κηρύττοντα, ἀναγκαίως κινηθέντες ἀπό τε τῶν κανόνων, καὶ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγιωτάτου πατρὸς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ Κελεστίνου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, δακρύσαντες πολλάκις, ἐπὶ ταύτην τὴν σκυθρωπὴν κατ' αὐτοῦ ἐχωρήσαμεν ἀπόφασιν. ὁ βλασφημηθεὶς τοίνυν παρ' αὐτοῦ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὥρισε διὰ τῆς παρούσης ἁγιωτάτης συνόδου, ἀλλότριον εἶναι τὸν αὐτὸν Νεστόριον τοῦ τε ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος καὶ παντὸς συλλόγου ἱερατικοῦ. * ἁγιωτάτου ' δυσσεβῶς των αὐτῷ

Καὶ ἑξῆς αἱ ὑπογραφαὶ τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων.

Ἑρμηνεία

NNO ... ISTI 431.

ACTIO III CONCILII.

Ερμηνεία τῆς καταθέσεως.

A Φίλιππος πρεσβύτερος, καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας εἶπεν· Οὐδενὶ ἀμφίβολόν ἐστι, μᾶλλον δὲ πᾶσι τοῖς αἰῶσιν ἐγνώσθη, ὅτι ὁ ἅγιος καὶ μακαριώτατος Πέτρος, ὁ ἔξαρχος καὶ κεφαλὴ τῶν ἀποστόλων, ὁ κίων τῆς πίστεως, ὁ θεμέλιος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἀπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος καὶ λυτρωτοῦ τοῦ γένους τοῦ ἀνθρωπίνου τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας ἐδέξατο· καὶ αὐτῷ δέδοται ἐξουσία τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν ἁμαρτίας· ὅστις ἕως τοῦ νῦν καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς αὐτοῦ διαδόχοις καὶ ζῇ, καὶ δικάζει. τούτου τοιγαροῦν κατὰ τάξιν ὁ διάδοχος καὶ τοποτηρητὴς, ὁ ἅγιος καὶ μακαριώτατος πάπας ἡμῶν Κελεστῖνος ὁ ἐπίσκοπος εἰς ταύτην B τὴν ἁγίαν σύνοδον διαδόχους ἡμᾶς τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας ἀπέστειλεν· ἣν τινα σύνοδον οἱ χριστιανικώτατοι καὶ φιλανθρωπότατοι βασιλεῖς ὥρισαν, μνημονεύοντες, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς φυλάττοντες τὴν καθολικὴν πίστιν· οἳ καὶ τὴν διδασκαλίαν τὴν ἀποστολικὴν, τὴν ἀπὸ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλανθρωποτάτων τῆς ἁγίας μνήμης πάππων καὶ πατέρων αὐτῶν ἕως νῦν αὐτοῖς παραδεδομένην ἐφύλαξαν, καὶ φυλάττουσι· φροντίζοντες τοίνυν, ὡς προειρήκαμεν, σύνοδον ὥρισαν, ἵνα ἡ πίστις ἡ καθολικὴ, ἥ τις ἀπὸ τῶν αἰώνων ἕως νῦν πεφύλακται, οὕτω καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς ἀσάλευτος διαμένοι. Νεστόριος τοίνυν, ὁ τῆς καινῆς διαστροφῆς ἀρχηγὸς, καὶ κεφαλὴ τῶν κακῶν, κληθεὶς καὶ ὑπο- C μνησθεὶς, καθὼς ἐκ τῶν πεπραγμένων συνοδικῶν ἡμῖν πεφανέρωται, κατὰ τοὺς τύπους τῶν πατέρων, ἤτοι κατὰ τὴν τῶν κανόνων ἐπιστήμην, εἰς τὴν δίκην ἐλθεῖν κατεφρόνησεν· ὃς αὐθαιρέτως ἑαυτὸν προσενεγκεῖν ὤφειλε τῷ τοσούτῳ ἁγίῳ συλλόγῳ, ἵνα τῇ πνευματικῇ θεραπείᾳ τὴν ὑγείαν δέξηται· ἀλλὰ κεκαυστηριασμένην ἔχων τὴν συνείδησιν, εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον ὑπομνησθεὶς, ὡς προείρηκα, κανονικῶς καὶ κατὰ τὴν τῶν κανόνων ἐπιστήμην, παρεῖναι οὐκ ἠθέλησε· καὶ τὴν ὑπέρθεσιν δὲ, οὐ μόνον τὴν ἀπὸ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας συγχωρηθεῖσαν, ἀλλὰ καὶ καιρῶν πολλὰ διαστήματα * παρεληλυθέναι. ἀσφαλές ἐστι τοιγαροῦν τὸ ἐξενεχθὲν D κατ' ἐκείνου, ὅς τις πνεύματι πολεμίῳ, καὶ στόματι ἀσεβεῖ κατὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐτόλμησεν εἰσενεγκεῖν βλασφημίαν, κατὰ τὸν τύπον πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, ἐπειδὴ συνεστήκασιν ἐν τούτῳ ἱερατικῷ συλλόγῳ διά τε τῶν παρόντων, διά τε τῶν πρεσβευτῶν, τῶν ἀπὸ τῆς ἀνατολικῆς τε καὶ δυτικῆς ἐκκλησίας οἱ παρόντες ἱερεῖς· διά τοι τοῦτο ἀκολουθήσασα τοῖς τύποις τῶν πατέρων καὶ ἡ παροῦσα ἁγία σύνοδος ὥρισε κατὰ τοῦ βλασφήμου καὶ προπετοῦς προσενέγκασα ἀπόφασιν, ὥστε τὸν μὴ αἰδεσθέντα τὴν διόρθωσιν, μετ' ἐκείνου τὴν μερίδα ἔχειν, περὶ οὗ γέγραπται· τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λήψεται ἕτερος. ὅθεν γινωσκέτω Νεστόριος, ἀλλότριον ἑαυτὸν εἶναι τῆς κοινωνίας τῆς ἱερωσύνης E τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.

Ερμηνεία τῆς καταθέσεως.

Ἀρκάδιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας εἶπε· * Πολυθρύλλητος ἡμῖν, καὶ δακρύων μεστὴ λύπη καὶ ἀνία ἀπὸ τοῦ τύπου τῆς ἡμετέρας ἱερωσύνης * καὶ Νεστορίου· ὃς παραστὰθεὶς τοῖς γράμμασι τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, ἔτι γε μὴν καὶ τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, ἀπὸ τοῦ φαύλου δόγματος, καὶ τῆς κακοθελοῦς γνώμης, πλανᾶσθαι βουλόμενος, ὡς καὶ ἡ ἀπόφασις ἡ

Interpretatio depositionis.

nobis, ut pietati vestræ indicemus, ne synodum prorogetis, si ipsum amplius tardare contigerit; sed potius quod opus est facto, id fiat. Cum hæc illi renuntiassent, certoque constaret tam ex mora, quam ex iis quæ nuntiata fuerant ipsius nomine, eum detrectare consessum, vel quod amicitiæ, quæ ipsi cum Nestorio intercedebat, indulgeret; vel quod is ecclesiæ suæ fuit clericus; vel etiam, quod quorumdam pro illo deprecationibus morem gereret: sancta synodus in magna Ephesi ecclesia, quæ appellatur Maria, sessionem celebravit. Quoniam vero, cum universi prompto alacrique animo venissent, solus Nestorius in eo consessu desiderabatur; sancta synodus eum admonuit canonice per episcopos prima, secunda, similiter & tertia citatione: ipse vero ædibus, in quibus diversabatur, frequenti milite undique circumvallatis, ecclesiasticisque sanctionibus superbe contemptis, neque comparere, neque de impiis suis blasphemiis rationem voluit reddere. Lectæ proinde sunt literæ, quas sanctissimus, Deoque dilectissimus Alexandrinæ ecclesiæ episcopus Cyrillus ad eum scripserat: quas sancta synodus approbavit, ut recte inculpateque exaratas, atque in nullo dissentaneas divinis scripturis, traditæ videlicet fidei & expositæ in magna illa synodo a sanctis patribus, qui Nicææ Bithyniæ olim convenerunt: sicut tua quoque sanctitas id recte probans testificata est. Postmodum lecta etiam Nestorii epistola ad eumdem sanctissimum, Deoque dilectissimum fratrem & comministrum Cyrillum scripta, censuit sancta synodus, dogmata, quę in ea continebantur, ab evangelica & apostolica fide omnino aliena esse; plurimæque ac peregrinæ blasphemiæ morbo laborare. Lectis itidem impiissimis ejusdem expositionibus, & epistola præterea, quam tua sanctitas ad illum dederat, per quam jure damnabatur, tamquam qui blasphema scripsisset, impiasque voces expositionibus suis inseruisset; justa sententia depositionis in ipsum prolata est: maxime vero cum tantum abesset ut resipisceret, vel de blasphemiis, quas cum Constantinopolitanam ecclesiam adhuc obtineret, profuderat, pœnitentiam ageret, ut Ephesi quoque cum quibusdam sanctis metropolitanis episcopis, viris sane illustribus, maximaque pietate & eruditione præditis disserens; ausus sit dicere: Equidem bimestrem aut trimestrem Deum non confiteor: aliaque his multo deteriora dixit.

Hæresim igitur ut impiam ac scelestissimam, quæque sanctissimam nostram religionem everteret, universamque mysterii dispensationem vel ab ipsis fundamentis dirueret, ad eum quem jam diximus modum demoliti sumus. Ceterum fieri certe non potuit, quin illi, qui Christum ex animo diligebant, & pro domino zelabantur; multas experirentur difficultates. Etenim fore sperabamus, ut reverendissimus Ioannes episcopus Antiochenus synodi diligentiam & pietatem laudaret; tardamque Nestorii depositionem vitio fortasse nobis verteret. Verum hæc spes longe nos & omnino fefellit: secus enim evenit;

ACTIO V. CONCILII.

evenit. Compertus est namque adversarius & infensissimus tum sanctæ synodo; tum rectæ ecclesiarum fidei, sicuti res ipsæ declarant. Nam simulatque Ephesum ingressus est, antequam pulverem ex itinere contractum excussisset, antequam se veste exuisset, congregatis quibusdam, qui cum Nestorio simul recesserant, & blasphema verba in suum caput loquebantur, & gloriæ Christi tantumnon illudebant, ac veluti collecto collegio hominum circiter triginta numero, qui nomen habebant episcoporum (ex quibus alii erant extorres, otiosi, ecclesiisque carentes: alii quoque ante multos annos ob graves culpas a suis metropolitanis depositi: cum ipsis etiam Pelagiani, & Cælestiani, ac nonnulli de iis, qui ex Thessalia ejecti fuerunt;) rem ausus est impiam, qualem nemo ante illum ausus est umquam. Etenim privatim scriptum quoddam confecit, depositionisque nomen & contumeliam impegit sanctissimo ac religiosissimo Cyrillo Alexandrinorum episcopo, & pientissimo fratri nostro & comministro Memnoni Ephesiorum episcopo; idque nobis omnibus insciis, imo ne ipsis quidem, qui injuriam hanc perpessi sunt, quid ageretur, aut quam ob causam hoc ausi essent, intelligentibus: sed perinde ac si Deus non indignetur ob ista, neque sint ecclesiastici canones, neque futurum sit, ut propter hanc audaciam periculum subeant; excommunicationis nomine etiam universæ synodo contumeliam faciunt. Itaque hæc scripto etiam publico mandata deposuerunt legenda quibuslibet, theatri parietibus affigentes, ut suæ impietatis spectaculum exhiberent. Sed nondum his finibus constitit ipsorum audacia; sed præterea, quasi canonicum quiddam gessissent, ad piissimorum Christique amantium imperatorum aures talia deferre non dubitarunt.

His ita transactis, sanctissimus Deoque dilectissimus Cyrillus Alexandrinus episcopus, & piissimus Memnon Ephesiorum civitatis episcopus, libellos composuerunt compositosque (concilio) obtulerunt, quibus reverendissimum Antiochenorum episcopum Ioannem, ejusque adjutores, ac in ea re gerenda socios accusabant, adjurantes sanctam nostram synodum, ut ipsum Ioannem, ejusque administros, canonice (in judicium) vocaret, ut rationem de illis redderent, quæ temere ausi fuerant, necnon si quam accusationem haberent, si possent, illam in medium afferrent, accusataque convincerent: quandoquidem in depositis, aut verius contumeliæ charta ab ipsis exarata, causam inseruerunt: Quoniam Apollinaristæ sunt, & Ariani, & Eunomiani, ac propterea a nobis depositi sunt. Cum itaque ii, qui hanc ab illis contumeliam acceperant, instarent, necessitate adducti, in magna rursum ecclesia episcoporum (quorum numerus erat plusquam ducentorum) consessu instituto, intra biduum semel, iterum, ac tertia quoque citatione ipsum Ioannem, & qui cum eo erant, ad concilium vocavimus, ut illos, quos contumelia affecerant, revincerent, & causas, ob quas depositionis chartam composuissent, in medium afferrent: verum illi venire non sunt

A ἡμῖν εὕρηται γὰρ ἐχθρὸς καὶ πολεμιώτατος τῇ τε ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ αὐτῇ δὲ τῇ ὀρθῇ πίστει τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς αὐτὰ μηνύει τὰ πράγματα. ἅμα τε γὰρ εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ἐφεσίων πόλιν, πρὶν ἀποπλύνασθαι τὴν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας κόνιν, πρὶν ἀποδύσασθαι τὸ ἱμάτιον, συναγαγὼν τινὰς τῶν τῷ Νεστορίῳ συναποστατησάντων, καὶ βλάσφημα λαλούντων κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς, καὶ μονονουχὶ καταπαιζόντων τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, καὶ συλλέξας ὥσπερ κολλήγιον ἑαυτῷ τριάκοντά που τὸν ἀριθμὸν, ἀνθρώπων ἐπισκόπων ἐχόντων ὄνομα, ὧν οἱ μὲν εἰσιν ἀπόλιδες, σχολάζοντες δὲ, καὶ ἐκκλησίας μὴ ἔχοντες, ἕτεροι δὲ καὶ πρὸ πολλῶν ἐτῶν ἐπὶ δειναῖς
B αἰτίαις καθῃρημένοι ἀπὸ τῶν ἰδίων μητροπολιτῶν, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ Πελαγιανοὶ, καὶ Κελεστιανοὶ, καὶ τῶν ἀπὸ Θεσσαλίας ἐκβεβλημένων τινὲς, πρᾶγμα τετόλμηκεν ἀνόσιον, ὃ μηδεὶς πώποτε τῶν πρὸ αὐτοῦ· συνάπτει γὰρ καταμόνας χαρτίον, καὶ δὴ καθαιρέσεως ὄνομα καὶ ὕβριν προσετρίψατο τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπισκόπῳ Κυρίλλῳ, καὶ τῷ θεοσεβεστάτῳ ἡμῶν ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ, ἐπισκόπῳ Μέμνονι τῷ τῆς Ἐφεσίων, οὐδενὸς ἡμῶν εἰ-
C δότος, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν ὑβρισθέντων ἐγνωκότων τὸ δρώμενον, ἢ διὰ ποίαν αἰτίαν τοῦτο τετολμήκασιν· ἀλλ᾽ ὥσπερ οὐκ ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τούτοις τοῦ Θεοῦ, ὡς οὐκ ὄντων κανόνων ἐκκλησιαστικῶν, ἢ ὡς οὐ μελλόντων κινδυνεύειν αὐτῶν διὰ τὸ ἐπὶ τούτοις θράσος· ὑβρίζουσι δὲ τῷ τῆς ἀκοινωνησίας ὀνόματι καὶ πᾶσαν τὴν σύνοδον· καὶ δὴ καὶ δημοσίᾳ χαρτίῳ ταῦτα ἐπιθέντες προὔθεσαν εἰς ἀνάγνωσιν τοῖς ἐθέλουσι τοῖς τοῦ θεάτρου τοίχοις προσπήξαντες, ἵνα τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν θεατρίσωσι. καὶ οὐ μέχρι τούτων γέγονεν αὐτοῖς τὰ τολμήματα· ἀλλὰ γὰρ καὶ τεθαρσήκασιν, ὡς δράσαντές τι κανονικὸν, καὶ εἰς ἀκοὰς τῶν εὐ-
D σεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων ἀνενεγκεῖν τὰ τοιάδε.

Τούτων οὕτω γεγονότων, ὅ, τε ἁγιώτατος καὶ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων Κύριλλος, καὶ μὴν καὶ ὁ θεοφιλέστατος τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἐπίσκοπος Μέμνων, βιβλία συνθέντες, καὶ αἰτιασάμενοι αὐτόν τε τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τοῦτο δράσαντας, προσήγαγον, ὁρκοῦντες ἡμῶν τὴν ἁγίαν σύνοδον μεταπέμψασθαι κανονικῶς αὐτόν τε τὸν Ἰωάννην, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ὥστε ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν τετολμήκασι, καὶ εἴ τι ἐγ-
E καλεῖν ἔχοιεν, εἰ δύναιντο, εἰπεῖν καὶ διελέγξαι· ἐν γὰρ τῷ γραφέντι παρ᾽ αὐτῶν καθαιρετικῷ, μᾶλλον δὲ ὑβριστικῷ χαρτίῳ, πρόφασιν ἔθηκαν· ὅτι Ἀπολιναριασταὶ, καὶ Ἀρειανοὶ, καὶ Εὐνομιανοί εἰσι, καὶ διὰ τοῦτο καθῄρηνται παρ᾽ ἡμῶν. ἐνισταμένων τοίνυν τῶν τὴν ὕβριν ὑπομεινάντων τὴν παρ᾽ ἐκείνων, πάλιν ἡμεῖς ἀναγκαίως συνεδρεύσαντες ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ὑπὲρ τοὺς διακοσίους ἐπισκόπους ὄντες, μιᾷ, καὶ δευτέρᾳ, καὶ τρίτῃ κλήσει, ἐν ἡμέραις δυσὶ κεκλήκαμεν αὐτόν τε τὸν Ἰωάννην καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ εἰς τὸ συνέδριον, ὥστε διελέγξαι τοὺς ὑβρισμένους, καὶ ἀπολογήσασθαι, καὶ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, ἐφ᾽ αἷς τὸ τῆς καθαιρέσεως συνέθηκαν χαρτίον· καὶ οὐκ ἐθάρρησαν ἐλθεῖν.

ἐλθεῖν. ἔδει δὲ αὐτὸν, εἴπερ ἀληθῶς ἐλέγχειν ἠδύνατο τοὺς μνημονευθέντας ὁσίους ἄνδρας, ὡς αἱρετικοὺς ὄντας, καὶ ὑπαντῆσαι, καὶ δεῖξαι τοῦτο ἀληθὲς ὂν, ὃ καὶ λαβὼν ὡς ἰσχυρὸν καὶ ἀναμφίβολον ἔγκλημα, τὴν προπετῆ ψῆφον κατ' αὐτῶν ἐξενήνεκτο. ἀλλ' ὑπὸ σαθροῦ συνειδότος οὐχ ὑπήντησε· τὸ δὲ κατασκευαζόμενον ἐκεῖνο ἦν. ᾠήθη γὰρ, ὅτι τῆς ἀτόπου ταύτης καὶ ἐκνομωτάτου ὕβρεως λυομένης, συναναστραπήσεται καὶ ἡ δικαία ψῆφος τῆς συνόδου ἡ ἐξενεχθεῖσα κατὰ τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου. ἀγανακτήσαντες τοίνυν εἰκότως, ἐβουλευσάμεθα μὲν τὴν ἴσην κατ' αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων ψῆφον ἐξενεγκεῖν ἐννόμως, ἣν αὐτὸς παρανόμως κατὰ τῶν ἐπ' οὐδενὶ κατεγνωσμένων ἔθετο· ὑπὲρ B δὲ τοῦ τὴν ἐκείνου προπέτειαν μακροθυμίᾳ νικῆσαι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα δικαίως ἂν ἔπαθεν αὐτὸ, καὶ ἐννόμως, τετηρήκαμεν τῇ κρίσει τῆς σῆς θεοσεβείας καὶ τοῦτο· τέως αὐτοὺς ἀκοινωνήτους ποιήσαντες, καὶ περιελόντες αὐτῶν πᾶσαν ἐξουσίαν ἱερατικὴν, ὥστε μὴ δύνασθαι βλάπτειν διὰ οἰκείων ἀποφάσεων. τοὺς γὰρ οὕτως ἀγρίως καὶ ἀπηνῶς καὶ ἀκανονίστως χωρεῖν εἰωθότας ἐπὶ τὰ οὕτω δεινὰ καὶ παγχάλεπα τῶν πεπραγμένων, πῶς οὐκ ἦν ἀναγκαῖον καὶ οὐκ ἑκόντας παρελέσθαι τῆς τοῦ δύνασθαι βλάπτειν ἐξουσίας;

Τοῖς μὲν οὖν ἀδελφοῖς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῖς, Κυρίλλῳ τε τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ Μέμνονι, τοῖς παρ' αὐτῶν ὑπομείνασιν ὕβριν, καὶ κοινωνικοὶ πάντες ἐσμὲν, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνων προπέτειαν συνελειτουργήσαμεν καὶ συλλειτουργοῦμεν, κοινῇ πάντες τὰς συνάξεις ἐπιτελοῦντες· ἀκυρώσαντες ἐγγράφως τὰ ἐκείνων παίγνια, ἄνισχυρά τε καὶ ἀδρανῆ παντελῶς ἀποφήναντες. ὕβρεις γὰρ μόνη καὶ ἕτερον οὐδὲν ἦσαν. ἄνδρες γὰρ τὸν ἀριθμὸν τριάκοντα, καὶ οἱ μὲν αἱρέσεως σπίλῳ κατεστιγμένοι, οἱ δὲ ἀπόλιδες καὶ ἐκβεβλημένοι, ποῖον ἔχουσι συνόδου πρόσωπον; ἢ ποίαν ἰσχὺν κατὰ συνόδου συγκροτηθείσης ἐξ ἁπάσης τῆς ὑπ' οὐρανόν; συνήδρευσαν D γὰρ ἡμῖν καὶ οἱ παρὰ τῆς ὁσιότητος τῆς σῆς ἀπεσταλμένοι θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, Ἀρκάδιος, καὶ Προΐεκτος, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Φίλιππος, τὴν σὴν ἡμῖν παρουσίαν δι' ἑαυτῶν χαριζόμενοι, καὶ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τὸν τόπον ἀναπληροῦντες. ἀγανακτησάτω τοίνυν προσφόρως ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἡ σὴ ὁσιότης. εἰ γὰρ δοθείη τοῖς ἐθέλουσιν ἄδεια καὶ τοὺς μείζονας ὑβρίζειν θρόνους, καὶ καθ' ὧν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν, παρανόμους οὕτω καὶ ἀκανονίστους ἐκφέρειν ψήφους, μᾶλλον δὲ, ὕβρεις καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας τοσούτους ἄθλους ὑπομεμενηκόσιν, ὧν ἕνεκεν καὶ νῦν ἡ εὐσέβεια διὰ τῶν εὐχῶν τῆς σῆς ὁσιότητος ἀνέλαμψεν, E οἰχήσεται πρὸς ἐσχάτην ἀταξίαν τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα· σωφρονισθέντων δὲ καθ' ὃν προσήκει τρόπον τῶν τοιαῦτα τετολμηκότων, ἀργήσει πᾶς θόρυβος, καὶ ἡ πρέπουσα τοῖς κανόσιν αἰδὼς παρὰ πάντων σωθήσεται. ἀναγνωσθέντων δὲ ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν ὑπομνημάτων τῶν πεπραγμένων ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τῶν ἀνοσίων Πελαγιανῶν, καὶ Κελεστιανῶν, Κελεστίου, Πελαγίου, Ἰουλιανοῦ, Περσιδίου, Φλώρου, Μαρκελλίνου, Ὀρεντίου, καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις φρονούντων, ἐδικαιώσαμεν καὶ ἡμεῖς ἰσχυρὰ καὶ βέβαια μένειν τὰ ἐπ' αὐτοῖς ὁρισμένα παρὰ τῆς σῆς

ausi. Oportebat autem, si quidem prædictos A sanctos viros ut hæresis reos vere potuisset convincere, ipsum venire, necnon crimen, quod assumens tamquam validum & certum, temerariam contra illos sententiam tulerat, verum esse palam ostendere. At prava conscientia præpeditus minime comparuit. Quod autem moliebatur, hoc erat. Putabat, si absurda illa, ac in primis illegitima contumelia irrita fieret, fore, ut simul justa quoque sanctæ synodi sententia contra hæreticum Nestorium lata everteretur. Indignitate itaque rei merito commoti, ejusmodi in illum & in alios sententiam legitime proferre deliberavimus, cujusmodi ipse tulerat illegitime contra eos, qui de nullo crimine condemnati fuerant. B Verum, quo illius temeritatem longanimitate vinceremus, etiamsi illam justissime legitimeque subivisset, pietatis tuæ judicio hoc reservavimus: interim illos excommunicationi subjicientes, omnique sacerdotali potestate exuentes, ita ut nullum suis sententiis lædere queant. Quomodo enim necessarium non erat, ut illos qui tanta insolentia & feritate, canonumque contemptu res adeo absurdas, & atrocissimas aggredi consueverunt, vel invitos nocendi potestate privaremus?

Fratribus itaque nostris & comministris, Cyrillo episcopo, & Memnoni, quos contumelia affecerunt, communicamus omnes, & post temerariam illorum sententiam una cum ipsis sacris operati sumus, & operamur, communiter universi synaxes celebrantes; ludicris illorum scripto abrogatis, invalidisque ac prorsus infirmis pronuntiatis. nihil enim aliud erant, quam mera contumelia. Etenim viri numero triginta, quorum alii hæreseos macula sunt notati; alii extorres & ejecti, qualem synodi faciem, aut qualem vim haberent contra synodum ex universo, qui sub cælo est, orbe collectam? Fuerunt enim in consessu nostro & illi quo- D que, qui a sanctitate tua missi sunt, piissimi episcopi Arcadius & Projectus, & cum ipsis reverendissimus presbyter Philippus, qui sua præsentia tuam nobis exhibuerunt, apostolicæque sedis locum suppleverunt. Convenientem proinde sanctitas tua propter ea quæ acta sunt, indignationem concipiat. Nam si quibuslibet potestas fiat majoribus sedibus contumeliam inferendi, & in illos, in quos nihil juris habent, sententias pronuntiandi usque adeo iniquas, & canonibus discrepantes, vel potius contumelias, etiam in eos qui tanta pro pietate certamina sustinuerunt, & per quos nunc quoque, adjumento precum sanctitatis tuæ, pietas splendorem recepit, E in extremam confusionem res ecclesiasticæ dilabentur. Si vero, qui talia sunt ausi, competenti modo in ordinem redacti fuerint, sedabitur omnis tumultus, debitaque canonibus reverentia ab omnibus conservabitur. Porro autem perlectis in sancta synodo commentariis actorum in depositione impiorum Pelagianorum, & Celestianorum, Celestii, Pelagii, Iuliani, Persidii, Flori, Marcellini, Orentii, & eadem cum illis sentientium, quæ a pietate tua de ipsis decreta & constituta sunt, judicavimus & nos ea solida firmaque permanere debere, &

ACTIO V. CONCILII. & idem o[...]es tecum statuimus, eos pro depositis hab[...]ntes. Ut autem omnia quæ gesta sunt, clare cognoscas, etiam commentarios misimus, & synodi subscriptiones. Valere te, & nostri memorem esse, oramus dominum, dilecte, & desideratissime.

Cyrilli archiepiscopi Alexandrini in Ioannem episcopum Antiochenum schismaticum homilia Ephesi habita.

QUÆ dilectionis in Christum vis sit, a divina scriptura edocti sumus: nihilominus autem & ipse salvator edocuit, dicens: *Qui me diligit, me sequatur; & ubi sum ego, illic & minister meus erit.* Oportet enim nos cum illo semper esse, & amare sequi salvatorem omnium nostrum Iesum Christum; nulloque modo ab eo separari. Hoc autem servabimus, si quæ illius sunt, voluerimus. Hoc implevit illustris iste & magnus sacerdotum chorus; de quibus valde merito dixerit quispiam, quod prophetæ voce proditum extat: *Illic cervæ obviaverunt sibi, & viderunt alternos vultus: numero transierunt & una ipsarum non periit: altera alteram non quæsivit; quia dominus mandavit eis, & spiritus illius congregavit eas.* Neque enim causa vulgaris cujuspiam rei, vel fortasse terrenæ, hic spiritalium cervarum concursus contigit: sed quoniam perinde ac in pulcro florentissimoque horto, in ecclesia inquam Salvatoris nostri, sævus immanisque draco apparuit, non unum, sed multa habens in uno corpore capita; saluberrima ac necessaria instituta est hæc spiritalium cervarum congregatio & præsentia, ut agrum dominicum a virulentarum bestiarum feritate liberet. Spiritus itaque Dei congregavit eas, & dominus mandavit eis. Quid autem mandavit? *Ubi sum ego, illic & minister meus sit.* Quamobrem (ad te enim mea nunc se convertit oratio, qui ex orientalibus regionibus veniens, sublime adversus omnes supercilium erigis) si omnes ministri sumus Christi salvatoris omnium nostrum; si prædicationum illius ministerium nobis concreditum est, cur non omnes cum illo ministri sumus, ea sentire volentes quæ ipsius sunt? Erexit, ut cernis, draco multiceps profanum scelestumque caput, impietatis suæ venenum expuens in ecclesiæ filios: occurro illi, gladium spiritus evaginans: propter Christum adversus bestiam depugno. Cur cum eo qui honeste laborare vult, non collaboras? cur non & ipse simul assistis? Feriatur communi omnium manu. Commune certamen hoc reputemus, ut etiam simul vincentes salvatori gratias agamus, dicentes: *Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum; Tu confregisti capita draconis.* Sed nos quidem salvatoris sacerdotes veri, mysteriorumque illius dispensatores, eos infestissimorum hostium loco ducimus, qui contra illius gloriam obloquuntur: tu vero non ita. Unde? Nam te candide non accedere, res ipsæ coarguunt. Vides nos, veluti in bello, pulvere aspersos, e pugna adhuc stillare sudorem, animositate spiritali & consolatione opus habere; imo vero jam victores: tu vero interim, qui in fratrum numerum relatus es, Christumque dominum

Ioan. 12. v. 26.

Is. 34. v. 15.

Apoc. 12.

Ioan. 12.

Ps. 88. v. 11.
Ps. 73. v. 14.

A θεοσεβείας. καὶ σύμψηφοι πάντες ἐσμὲν, καθῃρημένους ἔχοντες αὐτούς. ὑπὲρ δὲ ἀκριβοῦς εὐμαθείας ἁπάντων τῶν πεπραγμένων, ἀπεστείλαμεν καὶ τὰ ὑπομνήματα, καὶ τὰς ὑπογραφὰς τῆς συνόδου· ἐῤῥῶσθαί σε, καὶ μνημονεύειν ἡμῶν τῷ κυρίῳ εὐχόμεθα, ἀγαπητὲ καὶ ποθεινότατε".

Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας κατὰ Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχείας ἀποσχίσαντος.

ΤΗΣ εἰς Θεὸν ἀγάπης τὴν δύναμιν παρὰ τῆς θείας δεδιδάγμεθα γραφῆς· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ σωτὴρ ἐδίδαξε, λέγων· ὁ ἐμὲ B ἀγαπῶν, ἐμοὶ ἀκολουθείτω· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔστω. δεῖ γὰρ ἡμᾶς ἀεὶ συνεῖναι, καὶ φιλεῖν ἀκολουθεῖν τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον αὐτοῦ χωρίζεσθαι· καὶ τοῦτο * τηρήσωμεν διὰ τοῦ βούλεσθαι τὰ αὐτοῦ. τοῦτο πεπλήρωκεν ὁ λαμπρὸς οὗτος καὶ μέγας τῶν ἱερέων χορός. περὶ ὧν ἂν λέγοιτο σφόδρα δικαίως, τὸ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς· ἐκεῖ ἔλαφοι συνήντησαν, καὶ εἶδον τὰ πρόσωπα ἀλλήλων· ἀριθμῷ παρῆλθον, καὶ μία αὐτῶν οὐκ ἀπώλετο· ἑτέρα τὴν ἑτέραν οὐκ ἐζήτησαν, ὅτι κύριος ἐνετείλατο αὐταῖς, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ συνήγαγεν αὐC τάς· οὐ γὰρ κοινοῦ τινος ἕνεκα πράγματος, ἢ ἐπιγείου τυχὸν, ἡ τῶν νοητῶν ἐλάφων γέγονεν ἐνθάδε συνδρομή· ἀλλ' ἐπειδὴ, καθάπερ ἐν κήπῳ καλῷ καὶ εὐανθεστάτῳ, φημὶ δὴ τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐκκλησίᾳ, δεινὸς καὶ παγχάλεπος ὤφθη δράκων, οὐ μίαν ἔχων ἀλλὰ πολλὰς ἐν ἑνὶ σώματι κεφαλὰς, χρησιμωτάτη καὶ * ἀναγκαία γέγονεν ἡ τῶν νοητῶν ἐλάφων ἄθροισίς τε καὶ παρουσία, ἵνα τῆς τῶν ἰοβόλων σκαιότητος τὸ δεσποτικὸν ἀπαλλάξῃ χωρίον. οὐκοῦν τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα συνήγαγεν αὐτὰς, καὶ ὁ D κύριος ἐνετείλατο αὐταῖς. τί δὲ ἐνετείλατο; ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔστω. οὐκοῦν, πρὸς σὲ γάρ μοι νῦν ὁ λόγος τὴν ὑψηλὴν κατὰ πάντων αἴροντα τὴν ὀφρῦν, τὸν ἐκ τῶν ἀνατολικῶν ἥκοντα κλιμάτων· εἰ πάντες ἐσμὲν ὑπουργοὶ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ πεπιστεύμεθα τὴν διακονίαν τῶν αὐτοῦ κηρυγμάτων, διὰ τί μὴ πάντες ἐσμὲν ὑπουργοὶ μετ' αὐτοῦ τῷ βούλεσθαι φρονεῖν τὰ αὐτοῦ; ἐπῆρεν, ὡς ὁρᾷς, ὁ πολυκέφαλος δράκων τὴν ἀνόσιον καὶ βέβηλον κεφαλὴν, τοῖς τῆς ἐκκλησίας τέκνοις τὸν τῆς ἰδίας ἀνοσιότητος ἰὸν ἐπιπτύων. ἔρχομαι κατ' αὐτοῦ τὴν τοῦ πνεύματος ἀπογυμνώσας μάχαιραν. μάχομαι διὰ Χριστὸν τῷ θηρίῳ. διὰ τί μὴ συγκάμνεις καλῶς * ποιεῖν ἐθέλοντι; διὰ τί μὴ συμπαρέστηκας E καὶ αὐτός; βαλλέσθω παρὰ πάντων χειρί· κοινὸν ἡγησώμεθα τὸν ἀγῶνα, ἵνα καὶ ὁμοῦ νικήσαντες ἀναφέρωμεν τὰς εὐχαριστίας τῷ σωτῆρι, λέγοντες· σὺ ἐταπείνωσας ὡς τραυματίαν ὑπερήφανον· σὺ συνέθλασας τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν οἱ γνήσιοι τοῦ σωτῆρος ἱερουργοὶ, οἱ τῶν αὐτοῦ μυστηρίων οἰκονόμοι, πολεμιωτάτους ἡγούμεθα τοὺς καταφλυαροῦντας τῆς δόξης αὐτοῦ. σὺ δὲ οὐχ οὕτω· πόθεν; ὅτι γὰρ οὐ προσέρχῃ γνησίως, αὐτά σε διελέγχει τὰ πράγματα· ὁρᾷς ἡμᾶς ὡς ἐν πολέμῳ κεκονιαμένους, ἔτι καταστάζοντας τὸν ἐκ τῆς μάχης ἱδρῶτα, εὐψυχίας πνευματικῆς καὶ παρακλήσεως δεομένους, μᾶλλον δὲ ἤδη νενικηκότας· σὺ δὲ ὁ τεταγμένος εἰς ἀδελφοὺς, ὁ Χριστὸν δεσπότην ἐπιγραφόμενος,

ANN. CHRIS. 431

" In co[...] Seg. [...] ciuntur [...] ἀπεστάλ[...] τὰ ὑπο[...] ματα κ[...] ὑπογρα[...] τῆς συνό[...] ἐῤῥῶσθαι[...] μνημον[...] ἡμῶν. [...] Χριστ[...]

* ἴσως, [...] εἴσομεν [...] τὸ βούλ[...]

* ἀναγκαιο[...] τάτη

* λειτουργοὶ [...] τοῦ παντο[...] ἡμῶν σω[...]ρος [...] ἐσμὲν μετ' [...] αὐτῷ τῷ β[...]λεσθαι φρ[...] αὐτοῦ

ACTIO V. CONCILII.

ἐπιγραφόμενος, ὁ συνοπλιτεύειν ὀφείλων, κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων τὰ ὅπλα κινεῖς; ὢ παραδόξου πράγματος. οὐχ ἧψω τῆς μάχης, οὐ συνήθλησας τοῖς ἠθληκόσιν· ἔφυγες τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν τῷ τῆς ἐλεύσεως βραδεῖ. εἱστήκεις μακρόθεν, θεωρῶν τοὺς ἀνδριζομένους. εἶδες πεπτωκότα τὸν ἐχθρὸν, ἀτονήσασαν καὶ κεκολασμένην τὴν δύσφημον γλῶτταν, εἶτα ἐλυπήθης· εἰπέ μοι διὰ ποίαν; ὅτι νενίκηκεν ὁ Χριστός; ὅτι κεκράτηκε τῶν ἀνθεστηκότων; ὅτι σεσίγηκε στόμα λαλοῦντος μεγάλα; ὅτι πέπαυται νόσος τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἐγκατασκήπτουσα τέκνοις; ἀλλ' ἦν ἄμεινον ἀνδρίζεσθαι μεθ' ἡμῶν, καὶ μὴν κἀκεῖνο λέγειν τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαυίδ. οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην; τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτοὺς, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι, καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλ' οὐδεὶς μὲν ὅλως παρὰ σοὶ τῶν τοιούτων ὁ λόγος· ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων κατατοξεύεις τοὺς νενικηκότας, καὶ τοῖς ἀπὸ φθόνου βέλεσι τιτρώσκειν ἐπιχειρεῖς, οὓς ἔδει μᾶλλον θαυμάζεσθαι παρὰ σοῦ. ἀλλὰ κἂν αὐτὸς προσέρχῃ σκληρῶς, οὐδὲν δεδιότες λέγοιμεν· βέλη νηπίων ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν, καὶ ἐξησθένησαν ἐπ' αὐτοὺς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν. κἂν ὅπλοις τοῖς ἔξωθεν σαυτὸν περιφράττων καταστρατεύειν ἐπιχειρῇς τῆς συναγωγῆς κυρίου, ἀλλὰ ἡμῶν τὰ ὅπλα οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ, καθὰ γέγραπται· δυνατὰ καὶ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων. γενναιοτέρους εὑρήσεις τῶν παρὰ σοὶ τοὺς Χριστοῦ στρατιώτας. ἔχουσι τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, τὸ τῆς εὐδοκίας ὅπλον, τουτέστι Χριστόν· ἔχουσι θώρακα * τῆς δικαιοσύνης, τὴν τοῦ Χριστοῦ περικεφαλαίαν, τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος. ὥστε κἂν ἐπέρχῃ θρασὺς καὶ δεινὸς, καὶ πολλὴν ἔχων τὴν ὑπεροψίαν, καὶ κατὰ τὸν ἀλαζόνα Γολιὰθ βαρβαρικαῖς ἀπονοίαις καὶ ἀμαθίαις καθ' ἡμῶν ἐξογκούμενος, ἀλλὰ νικήσει Χριστός. νικήσει δὲ διὰ τῶν ἰδίων ὑπασπιστῶν. πῶς νενίκηκεν ὁ Δαυίδ; πέντε λίθους ἔχων ἐν τῷ καδδίῳ· λεῖοι δὲ ἦσαν οἱ λίθοι· καὶ τοῦτο ἦν εἰς τύπον Χριστοῦ. ποῖον γάρ ἐστι τὸ τοῦ Χριστοῦ καδδίον; ἡ ἐπὶ γῆς ἐκκλησία, πολλοὺς ἔχουσα λίθους τιμίους καὶ ἐκλεκτούς· περὶ ὧν καὶ προφήτης φησί. λίθοι τίμιοι καὶ ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ τῆς γῆς. διὰ τούτων τῶν ἁγίων λίθων περιέσται Χριστός. λεῖοι δὲ ἦσαν οἱ λίθοι, ὡς ἔφην· ἡ δὲ τῶν λίθων λειότης τὸ ἄληπτον ὑπαινίττεται· ἄληπτον γάρ πως ἀεὶ τὸ λεῖον. ἀνεπίληπτος δὲ ἀεὶ τῶν ἁγίων ἡ πολιτεία· οὐκοῦν νικήσει Χριστός· κἂν ἰσχύσῃς σταυρῶσαι, καὶ οὕτω * νενίκηκε. κἂν ἀδικήσῃς ἐκ πανουργίας, ἐστεφάνωσας οὐχ ἑκών. ἡμῖν γὰρ ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν· ὁ γὰρ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται. ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, κράτος, τιμὴ, καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

tuum fateris, cum arma una nobiscum induere deberes, adversus veritatis dogmata arma moves? O rem inopinabilem! Pugnam non attigisti; certantibus non adfuisti; belli tempus tarditate adventus tui declinasti; e longinquo viriliter decertantes spectasti: vidisti hostem prostratum; linguam blasphemam repressam, ac punitam; postea indoluisti; dic, quæso, quam ob causam? Ob id, quod Christus vicit? quod adversarios debellavit? quod os loquentis magna obmutuit? quod cessaverit morbus, qui inter ecclesiæ filios grassabatur? Sed satius fuerat, viriliter agere nobiscum; illudque Davidis voce prolatum dicere: *Nonne qui oderunt te domine, oderam; & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.* &c. (Psal. 138. v. 21.) Verum tu horum nullam penitus rationem duxisti: e contrario vero, eos qui vicerunt, jaculo petis, & illos invidentiæ telis vulnerare conaris, quos potius admirari debueras. At quamvis ferociter nos impetas, nihil tamen exterriti dicimus: *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum; & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.* (Psal. 63. v. 8.) Licet externis armis te ipsum circummuniens, bellum adversus domini cœtum moliaris; *arma* tamen *nostra non sunt carnalia, sed potentia Deo*, ut scriptum est; potentia autem *ad munitionum destructionem.* (2. Cor. 10. v. 4.) Invenies Christi milites multo illis, qui apud te sunt, generosiores. Habent fidei scutum, bonæque voluntatis armaturam, hoc est Christum; habent justitiæ thoracem, habent salutis galeam, spiritus gladium. (Ephes. 6.) Quare licet insurgas terribilis & audax, multoque cum fastu invadas, & instar jactabundi Goliath barbaricis furoribus & insolentiis intumescas; vincet tamen Christus: vincet autem per suos milites. (1. Reg. 17.) Quomodo vicit David? Quinque lapides in pera habens. Erant autem lapides illi leves, idque in typum Christi. Quæ est enim Christi pera? Quæ in terris est ecclesia, quæ multos preciosos & selectos lapides continet; de quibus propheta dicit: *Lapides preciosi & sancti volvuntur in terra.* (Zach. 9. v. 16.) Per hos sanctos lapides superabit Christus. Erant autem lapides, ut dixi, leves: levitas vero ista lapidum subindicat non posse capi. quod enim leve est, semper quodammodo apprehensionem fugit. Sanctorum autem conversatio reprehensioni non est obnoxia. Vincet igitur Christus: & ut maxime vulnus infligere queas, adhuc ita vincet. Quod si per astutiam injuriam feceris, nolens coronasti. Donatum est enim nobis a Christo, non solum ut in eum credamus, sed ut etiam pro illo patiamur. *Qui enim credit in illum, non judicatur: qui vero non credit, jam judicatus est.* (Ioan. 3. v. 18.) Quoniam ipsum decet gloria, imperium, honor, & adoratio, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ACTIO SEXTA.

POST consulatum dominorum nostrorum Flavii Theodosii XIII. & Flavii Valentiniani III. semper Augustorum, XI. Kal. Augusti, qui dies secundum Ægyptios est XXVIII. Epiphi, synodo in Ephesiorum metropoli congregata juxta sanctionem Dei amantissimorum principum nostrorum, ac residentibus in episcopali æde Memnonis, religiosissimis episcopis Cyrillo Alexandriæ, qui & Cælestini quoque sacratissimi Romanorum ecclesiæ archiepiscopi locum obtinebat, & Arcadio episcopo & legato, & Philippo presbytero & legato, ceterisque qui supra recensiti sunt secundum superiorem sessionem; Petrus presbyter Alexandriæ, & primicerius notariorum dixit: Sancta & magna vestra synodus omnem habens providentiam rectæ apostolicæque fidei, & dogmatum veritatis, prospiciens quoque disciplinæ & ordini ecclesiarum, definitionem protulit, quam præ manibus habentes, si placet sanctitati vestræ, legemus. Sancta synodus dixit: Prolata definitio a sancto hoc & universali concilio legatur, & actorum monumentis inseratur.

ΠΡΑΞΙΣ ΕΚΤΗ.

"** *Vicem Græci textus, qui desideratur, obtinebit versio antiqua ex codice V. C. Henrici Iustelli majusculis characteribus exarato descripta.*

Post consulatum DD. NN. Fl. Theodosii XIII. & Fl. Valentiniani III. PP. Augg. XI. Kal. Aug. qui dies secundum Ægyptios Epip. XXVIII. jussu Augustissimorum piissimorumque principum synodus congregata est in Ephesiorum metropoli, & sedentibus cunctis in episcopio reverendissimi & religiosissimi episcopi Memnonis sanctissimis & Deo dilectissimis episcopis Cyrillo Alexandriæ agente etiam vicem sanctissimi & religiosissimi præsulis sanctæ Romanæ ecclesiæ Cælestini, Iuvenale Hierosolymorum, Memnone Ephesiorum, & Flaviano Philipporum agente etiam vicem Rufi sanctissimi Thessalonicensis episcopi, & universis, una cum Philippo presbytero apostolicæ sedis Romanæ ecclesiæ legato. Hique cum consedissent:

Petrus presbyter Alexandriæ & Dionysius primicerius notariorum dixerunt: Sancta & ingens synodus vestra omnem adhibens providentiam rectæ & apostolicæ fidei & dogmatum veritatis, consulens paci & statui ecclesiarum definitionem protulit, quam præ manibus habentes, si videbitur sanctitati vestræ, recitabimus. Sancta synodus dixit: Definitio prolata a sancta & magna synodo percenseatur & actis præsentibus inseratur.

Nicæna synodus hanc exposuit fidem.

CREDIMUS in unum Deum, patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum dominum Iesum Christum, filium Dei, natum ex patre, hoc est, ex patris substantia, unigenitum; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum de verum Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem patri; per quem omnia facta sunt & quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, passus est: & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, & sedet in dextera patris: & venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Qui autem dicunt: Erat aliquando quando non erat; & antequam nasceretur non erat; & quod factus est ex non existentibus, aut ex alia substantia, vel essentia; aut qui filium Dei mutabilem, aut alterabilem esse affirmant; eos anathematizat sancta Dei catholica & apostolica ecclesia.

Huic sanctæ fidei omnes consentire convenit. Continet enim pietatem, & quæ sufficiant ad totius orbis utilitatem.

Ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος πίστιν ἐξέθετο ταύτην.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ " εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός. Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί· δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι᾽ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθήμενον, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας, καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ, πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

" Græcum hunc text[…] sæpe jam sæpius ex[…] cudimus[…] pra vide tom. II. pag.27.2[…] & hujus II[…] pag.397.

Ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ πίστει πάντας συντίθεσθαι προσήκει· ἔχει γὰρ εὐσεβῶς, καὶ ἀποχρώντως εἰς ὠφέλειαν τῆς ὑπ᾽ οὐρανόν.

Quoniam vero aliqui simulant quidem eam se confiteri, eique consentire, male autem interpretantur* sensuum virtutem, ' sicuti eis placet, & circumveniunt veritatem, existentes filii erroris & ' perditionis; opus fuit ex sanctis & orthodoxis patribus comparare ' testimonia, quæ satisfacere valeant, quemadmodum intellexerint eam, & prædicare confisi sint: ut palam sit, quia omnes rectam & immaculatam habentes fidem, sic intelligunt, & interpretantur, & prædicant eam.

* eius vim & sensum, ' tamē vim sententiarū ad suum interpretētur arbitrium ' pestilentiæ ' sententias ' insinuare ' Philipporum

Petrus presbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius dixit: Præ manibus habemus codices sanctissimorum patrum & episcoporum, diversorumque martyrum: selegimus autem ex eis pauca capitula, quæ, si placet, relegemus. Flavianus ' Philippensium episcopus dixit: Et hæc legantur, & gestis inserantur.

supra 496. & seqq.

Et lecta sunt exempla sanctorum patrum, sicut in gestis damnationis Nestorii posita sunt.

Ἀρχὴ

ANNO CHRISTI 431.

A

Ἀρχὴ τῶν κατὰ Χαρίσιον πρακτικοῦ, ὅτε προσῆλθε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ κατὰ τῶν τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν.

ACTIO V. CONCILII.

Incipiunt acta pertinentia ad Charisii relationem; quando is accessit ad sanctam synodum adversus quartodecimanos.

Petrus presbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius dixit.

Κατὰ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, Θεοδοσίου καὶ Οὐαλεντινιανοῦ, συναχθείσης ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει ἐξ ἁπάσης ὡς ἔπος εἰπεῖν τῆς οἰκουμένης τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων τῶν ἁπανταχοῦ ἁγίων ἐκκλησιῶν, καὶ συνεδρευούσης, ὁριζούσης τε κρατεῖν καὶ βεβαίαν εἶναι τὴν πίστιν τὴν ἐκτεθεῖσαν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν κατὰ καιροὺς ἐν τῇ Νικαέων πόλει συνειλεγμένων, ὄντων τὸν ἀριθμὸν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ, τυπούσης τε τὰ περὶ τούτων καθ' ὃν ἔδει τρόπον· Χαρίσιός τις ὀνόματι, πρεσβύτερος καὶ οἰκονόμος γεγονὼς τῆς Φιλαδελφέων πόλεως ἁγίας ἐκκλησίας, ἐδίδαξεν, ὅτι τινὲς τῶν ἀπὸ Λυδίας ὁρμωμένων αἱρετικῶν ἠθέλησαν τὴν μὲν ἑαυτῶν ἀφεῖναι πλάνην, ἐπιστρέψαι δὲ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας φῶς, καὶ μυσταγωγηθῆναι τὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὀρθά τε καὶ εὐσεβῆ δόγματα. εἶτα δέον αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν χειραγωγηθῆναι, μειζόνως ἠπάτηνται, καὶ οἷον ἐκ βόθρου πεπτώκασιν εἰς χείρονα βόθρον. ἐδίδαξε γὰρ, ὅτι Ἀντώνιος καὶ Ἰάκωβος, πρεσβυτέρων ἔχοντες ὄνομα, κατῆλθον ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἐπιστολὰς ἔχοντες *παραθέσεως παρὰ Ἀναστασίου τινὸς, καὶ Φωτίου, συνόντων τοτηνικάδε τῷ αἱρετικῷ Νεστορίῳ, καὶ αὐτῶν δὲ πρεσβυτέρων ἐχόντων ὄνομα. καὶ δέον τήν τε εὐαγγελικὴν καὶ ἀποστολικὴν παράδοσιν τῆς πίστεως, ἣν ἐξέθεντο κατὰ καιροὺς οἱ πατέρες οἱ ἐν τῇ Νικαέων συνελθόντες, παραθεῖναι τοῖς ἐκ πλάνης ἐπιστρέφουσιν εἰς ἀλήθειαν, καὶ ἀπὸ τοῦ σκότους εἰς τὸ φῶς ἔρχεσθαι ζητοῦσι, *προσεκόμισαν ἔκθεσίν τινα δογμάτων ἀσεβῶν, ὡς ἐν τάξει συμβόλου συντεθειμένην, καὶ ταύτῃ καθυπογράφειν τοὺς ἀθλίους ἐκείνους παρεσκεύασαν, πάντα τρόπον ἀσεβείας νικῶντες ἐν τούτῳ. ὑπὲρ δὲ σαφηνείας ἀκριβοῦς τῶν εἰρημένων ἐντέτακται ὁ ἐπιδοθεὶς λίβελλος παρὰ τοῦ μνημονευθέντος πρεσβυτέρου Χαρισίου, καὶ ἡ τῆς ἀσεβοῦς ἐκείνης ἔκθεσις κακοδοξίας, ἡ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, μετὰ ὑπογραφῆς τῶν ἠπατημένων.

*περιθέντες / παραθέσεις / αὐτοῖν / τῶν αἱρετι- / Νεσο-

*προσενόμι-

B

Sancta hac reverendissimorum episcoporum sanctarum ubique existentium ecclesiarum synodo, qui juxta piissimorum, Christique amantium imperatorum nostrorum Theodosii & Valentiniani decretum, ex toto pene orbe in Ephesiorum metropoli convenerunt, sessionem celebrante, fidemque, quæ per Spiritum sanctum a trecentis decem & octo sanctis patribus Nicææ quondam congregatis exposita fuerat, vim suam obtinere, & firmam permanere debere decernente, ac cetera quæ ad hæc pertinent, determinante; presbyter quidam Charisius nomine, sanctæ Philadelphiensium ecclesiæ œconomus significavit, hæreticos quosdam 'Lydios, errore, quo tenebantur, deserto, ad veritatis lumen redire, & in catholicæ ecclesiæ rectis ac piis dogmatibus institui voluisse: verum cum ad veritatem manu duci debuissent, in graviorem errorem abductos, & velut ex fovea in foveam pejorem cecidisse. Exposuit enim, Antonium quemdam & Iacobum, presbyterorum nomen habentes, ex urbe Constantinopolitana descendisse, literasque commendatitias cujusdam Anastasii & Photii (qui & ipsi quoque presbyteri vocabantur, Nestorioque hæretico tunc temporis adhærebant) secum detulisse. Cumque oportuisset, evangelicam, apostolicamq; fidei traditionem, quam olim sancti patres apud Nicæam congregati exposuerunt, proponere his qui ex errore ad veritatem redire, & e tenebris ad lucem venire quærebant; quamdam impiorum dogmatum expositionem in symboli formam redactam obtrusisse, utque huic subscriberent, miseros illos induxisse. Quæ sane res omnem impietatis modum superat. Ad exactam autem dictorum evidentiam, libellus a memorato Charisio presbytero exhibitus, impiæque illius ac pravæ opinionis, quæ est de unigeniti Filii Dei incarnatione, expositio, una cum illorum subscriptione, qui decepti fuerant, hic interseruntur.

' ex Lydia

Οἱ ἐπιδοθέντες λίβελλοι παρὰ Χαρισίου πρεσβυτέρου.

Libelli exhibiti a Charisio presbytero.

Τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ συνόδῳ οἰκουμενικῇ, συνελθούσῃ ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, παρὰ Χαρισίου πρεσβυτέρου καὶ οἰκονόμου Φιλαδελφείας.

"*Charisius presbyter, & Philadelphiæ œconomus, sanctissimæ & religiosissimæ œcumenicæ synodo in Ephesiorum metropoli congregatæ.*

" *in ms. Iudstelli: Sanctissimæ Deodilectissimæ synodo Mundanæ quæ in Ephesiorum metropoli est congregata Charisius pr. & dispensator ecclesiæ Philadelphiæ.* Est quidē omnibus sapientibus, &c.

Εὐχὴ μὲν ἅπασι τοῖς εὖ φρονοῦσι, τιμὴν ἀεὶ καὶ πρέπουσαν αἰδῶ πνευματικοῖς μάλιστα πατράσι καὶ διδασκάλοις ἀπονέμειν· εἰ δέ που συμβῇ τοὺς διδάσκειν ὀφείλοντας τοιαῦτα τοῖς ὑπηκόοις ἐνηχεῖν περὶ τῆς πίστεως, οἷα τὰς ἁπάντων ἀκοὰς καὶ καρδίας καταβλάπτειν, ἀνάγκη

Omnes qui recte sapiunt ita comparati sunt, ut honorem semper, & quam decet observantiam, spiritualibus maxime patribus & doctoribus deferre desiderent. Si vero illos, qui docere debent, talia de fide auditoribus insonare contingat, quæ omnium & aures & animos offendant; tunc sane

ACTIO VI. CONCILII.

ANNO CHRISTI 431.

sane ordinem commutari necesse est, & pravæ doctrinæ magistros a subjectis reprehendi. Quia ergo ex horum numero unus est Nestorius, pravæ opinionis suæ fructum metens, ac pessime affectus erga fidem in Christum, quique dum ea quæ non conveniunt, frequenter inculcavit, universum terrarum orbem perturbavit, adeo ut Christi amantes imperatores vestram sanctitatem in hunc locum convocare coacti fuerint, quo sanæ fidei dogmata confirmaret; idque dominus Deus pro sua clementia & benignitate exhibens, omnes vos patres sanctos ejus rei causa hic congregavit: propterea sanctitatis vestræ pedibus advolutus palam facio, non ipsum tantum (Nestorium,) sed & Anastasium & Photium presbyteros, ipsiusque impietatis socios, eamdem infidelitatem in aliis civitatibus disseminare studentes, Iacobo cuidam eadem, quæ ipsi, sentienti favisse, & hucusque favere, familiaritatis mensæque consortem illum adhibentes; quem etiam piissimis Lydiæ episcopis, veluti orthodoxum literis commendarunt. Hic autem talia perpetrare ausus est, qualia vestra sanctitas cum resciverit, movebitur haud dubie ad canonicam pœnam de eo, ejusque fautoribus sumendam. Nam posteaquam Philadelphiam Lydiæ civitatem venit, & quosdam e simplicioribus clericis fraude circumvenit, spreta fidei expositione per sanctos patres Nicææ edita, alteri cuidam fidei, aut perfidiæ potius, expositioni subscribere jussit. Et quidem hoc illi, ut simpliciores, fecerunt, subscribentes in hunc modum: Huic orthodoxæ fidei assentimur. Quæ quidem expositio hæretica blasphemia referta, illorumque qui ab ipso seducti sunt, subscriptionibus signata servatur, & in vestræ sanctitatis præsentia recitari eam postulo; ut hinc perspicuum evadat, illos orthodoxæ fidei eversionem molitos esse. Quinetiam recitari postulo literas quibus Iacobum hæreticum, talis temeritatis auctorem, orthodoxum esse testantur: me vero, tamquam hæreticum, a communione ac sacrorum ministerio prohibuerunt; cum tamen pie sentiam, ut sequentia manifestabunt. Etenim his lectis, vestra erga Deum dilectio intelliget utique, qualia adversus orthodoxam fidem per audaciam ipsi machinati fuerint: quæ omnia Deus per vestram sanctitatem penitus abolebit.

Confessio fidei Charisii presbyteri.

Credo in unum Deum, patrem omnipotentem, creatorem omnium, visibilium & invisibilium factorem. Et in unum dominum Iesum Christum, filium ejus unigenitum; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; consubstantialem patri. Qui propter nos, & nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est, & ex sancta virgine natus, & homo factus est: crucifixus pro nobis, mortuus est; resurrexit tertia die, ascendit in cælos, & iterum venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum veritatis, paracletum, patri & filio consubstantialem: & in sanctam catholicam ecclesiam: in mortuorum resurrectionem: in vitam æternam.

A τὴν τάξιν ἀνταλλάττεσθαι, καὶ τοὺς κακῶς διδάσκειν ἑλομένους ὑπὸ τῶν ἡττόνων διελέγχεσθαι. ἐπεὶ οὖν εἷς τούτων ὑπάρχει Νεστόριος, ὁ τῆς ἰδίας κακοδοξίας τοὺς καρποὺς δρεπόμενος, κάκιστα περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως διακείμενος, διδάξας τε πολλάκις ἃ μὴ προσῆκε, πᾶσαν ὁμοῦ τὴν ὑφ' ἥλιον διετάραξεν, ὡς καὶ τοὺς φιλοχρίστους βασιλέας ἀναγκασθῆναι θεσπίσαι, τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην ἐνταῦθα συνελθοῦσαν τὰ τῆς ὀρθοδοξίας ἐπικυρῶσαι δόγματα· καὶ τοῦτο διὰ τὴν ἰδίαν φιλανθρωπίαν ὁ δεσπότης παρέχων Θεὸς, ἅπαντας ὑμᾶς ἁγίους πατέρας ἐνταῦθα συνήγαγε τοῦ προλεχθέντος ἕνεκεν· τούτου χάριν B ἐγὼ τῇ ὑμετέρᾳ προσπίπτων ὁσιότητι, διδάσκων, ὡς οὐ μόνος αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτου συμμέτοχοι τῆς ἀσεβείας, Ἀναστάσιος, καὶ Φώτιος, οἱ πρεσβύτεροι τὴν αὐτὴν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι κακοπιστίαν διασπαρῆναι παρασκευάζοντες, Ἰάκωβόν τινα, ὅμοια αὐτοῖς φρονοῦντα, συνεκρότησαν καὶ συγκροτοῦσι μέχρι τοῦ δεῦρο, τραπέζης καὶ παῤῥησίας αὐτῷ μεταδιδόντες· ὃν καὶ διὰ γραμμάτων ἤδη ὡς ὀρθόδοξον συνέστησαν τοῖς θεοσεβεστάτοις τῶν Λυδῶν ἐπισκόποις. τοιαῦτα δὲ τούτῳ τετόλμηται, ἃ τὴν ὑμετέραν πάντως ἁγιωσύνην μαθοῦσαν κινήσει πρὸς κανονικὴν κατ' αὐτοῦ τιμωρίαν, καὶ κατὰ τῶν αὐτὸν συγκροτούντων. τὴν γὰρ Φιλαδελφέων πόλιν τῆς Λυδίας καταλαβὼν, καί τινας τῶν ἁπλουστέρων C ἀπατήσας, κληρικοὶ δὲ οὗτοι, τὴν τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων πατέρων ἔκθεσιν τῆς πίστεως ἐξουθενήσας, ἑτέρᾳ τινὶ πίστεως ἐκθέσει, μᾶλλον δὲ ἀπιστίας, καθυπογράψαι παρεσκεύασε. καὶ δὴ τοῦτο πεποιήκασιν, ὡς ἁπλούστεροι καθυπογράψαντες· ὅτι δὴ ταύτῃ, * φησὶ, τῇ ὀρθοδόξῳ στοιχοῦμεν πίστει. ἥτις ἔκθεσις αἱρετικῆς βλασφημίας πεπληρωμένη, ἔχουσά τε τὰς τῶν ὑπ' αὐτοῦ συναρπαγέντων ὑπογραφὰς σώζεται· ἣν ἀξιῶ ἀναγνωσθῆναι ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος, πρὸς τὸ ἐννοηθῆναι τὴν ὑπ' αὐτῶν μελετηθεῖσαν τῆς ὀρθοδοξίας ἀνατροπήν· οὐ μόνον D δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰ γράμματα τῶν προλεχθέντων, ἔνθα Ἰακώβῳ μὲν τῷ αἱρετικῷ τοιαῦτα τολμήσαντι μαρτυροῦσιν ὀρθοδοξίαν, ἐμὲ δὲ, ὡς αἱρετικὸν, τῆς κοινωνίας, καὶ λειτουργίας ἐκώλυσαν, εὐσεβῶς φρονοῦντα, καθὼς ὑποτέτακται. τούτων γὰρ ἀναγνωσθέντων, μαθήσεται πάντως ἡ ὑμετέρα θεοφιλία τὰ κατὰ τῆς ὀρθοδοξίας ὑπ' αὐτῶν τολμηθέντα· ἅ τινα ὁ Θεὸς διὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης εἰς τέλος καταργήσει.

* alii Φησὶ sed legendum φησὶ

Ὁμολογία πίστεως Χαρισίου πρεσβυτέρου.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, E κτίστην ἁπάντων, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τὸν μονογενῆ, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, τὸν δι' ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, σαρκωθέντα, γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα ὑπὲρ ἡμῶν, ἀποθανόντα, ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸ παράκλητον, ὁμοούσιον πατρὶ καὶ υἱῷ· καὶ εἰς ἁγίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν· εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν· εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Ἐγὼ

Ἐγὼ Χαρίσιος δέδωκα τοὺς λιβέλλους, ὡς προγέγραπται, ὑπογράψας χειρὶ ἐμῇ.

Ego Charisius libellos, sicut prænotatum est, obtuli, meaque manu subscripsi. ACTIO VI. CONCILII.

Ἴσον τῆς ἐκθέσεως τοῦ παραπλασθέντος συμβόλου.

ΤΟΥΣ ἢ νῦν πρῶτον παιδευομένους τὴν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων τὴν ἀκρίβειαν, ἢ ἔκ τινος αἱρετικῆς πλάνης μεθίστασθαι βουλομένους ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, διδάσκεσθαι * ὀφείλει, καὶ ὁμολογεῖν· ὅτι πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα ἀΐδιον, οὔθ᾽ ὕστερον ἀρξάμενον τοῦ εἶναι, ἀλλ᾽ ἄνωθεν ὄντα ἀΐδιον Θεὸν, οὔτε μὴν ὕστερον γεγονότα πατέρα, ἐπειδήπερ ἀεὶ Θεός τε ἦν καὶ πατήρ. πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς ἕνα Θεοῦ υἱὸν μονογενῆ, ἐκ τῆς οὐσίας ὄντα τῆς πατρῴας, ὄντως υἱὸν, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα, οὗπέρ ἐστι καὶ πιστεύεται υἱός. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ἐκ τῆς Θεοῦ τυγχάνον οὐσίας, οὐχ υἱὸν, Θεὸν δὲ ὄντα τῇ οὐσίᾳ, ὡς ἐκείνης ὂν τῆς οὐσίας, ἧς πέρ ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, ἐξ οὗπερ κατ᾽ οὐσίαν ἐστίν. * ἡμεῖς γὰρ, φησὶν, οὐ τὸ πνεῦμα ἐλάβομεν τοῦ κόσμου, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ Θεοῦ. τῆς μὲν κτίσεως ἀποχωρίσας ἁπάσης, Θεῷ δὲ συνάψας, ἐξ οὗπερ κατ᾽ οὐσίαν ἐστὶ ἰδιάζοντι λόγῳ παρὰ πᾶσαν τὴν κτίσιν· ἣν οὐ κατ᾽ οὐσίαν, ἀλλ᾽ αἰτίᾳ δημιουργίας ἐκ Θεοῦ * νομίζομεν εἶναι, καὶ οὔτε υἱὸν * νομίζομεν, οὔτε διὰ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν εἰληφός. ὁμολογοῦμεν δὲ πατέρα τέλειον προσώπῳ, καὶ υἱὸν ὁμοίως, καὶ πνεῦμα δὲ ἅγιον ὡσαύτως· σωζομένου τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας ἡμῖν, τῷ πατέρα, καὶ υἱὸν, ὁμοίως καὶ πνεῦμα ἅγιον, μὴ τρεῖς τινας διαφόρους οὐσίας νομίζειν, ἀλλὰ μίαν τῇ ταυτότητι τῆς θεότητος γνωριζομένην. χρὴ δὲ καὶ περὶ τῆς οἰκονομίας, ἣν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐν τῇ κατὰ τὸν δεσπότην Χριστὸν οἰκονομίᾳ ὁ δεσπότης ἐξετέλεσε Θεὸς, εἰδέναι, ὅτι ὁ δεσπότης Θεὸς λόγος ἄνθρωπον εἴληφε τέλειον, ἐκ σπέρματος ὄντα Ἀβραὰμ, καὶ Δαυὶδ, κατὰ τὴν διαγόρευσιν τῶν θείων γραφῶν, τοῦτο ὄντα τὴν φύσιν, ὅπερ ἦσαν ἐκεῖνοι, ὧν περ ἐκ σπέρματος ἦν, ἄνθρωπον τέλειον τὴν φύσιν, ἐκ ψυχῆς τε νοερᾶς καὶ σαρκὸς συνεστῶτα ἀνθρωπίνης· ὃν ἄνθρωπον ὄντα καθ᾽ ἡμᾶς τὴν φύσιν, πνεύματος ἁγίου δυνάμει ἐν τῇ τῆς παρθένου μήτρᾳ διαπλασθέντα, γενόμενον ὑπὸ γυναικὸς, καὶ γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα πάντας ἡμᾶς ἐξαγοράσῃ τῆς τοῦ νόμου δουλείας, τὴν πόρρωθεν προωρισμένην υἱοθεσίαν ἀπολαβόντας, ἀπορρήτως συνῆψεν ἑαυτῷ· θανάτου μὲν αὐτὸν κατὰ νόμον ἀνθρώπων πειραθῆναι κατασκευάσας, ἐγείρας δὲ ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀναγαγὼν εἰς οὐρανὸν, καὶ καθίσας ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. ὅθεν δὴ ὑπεράνω πάσης ὑπάρχων ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ κυριότητος, καὶ δυνάμεως, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου οὐκ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, τὴν παρὰ πάσης τῆς κτίσεως δέχεται προσκύνησιν, ὡς ἀχώριστον πρὸς τὴν θείαν φύσιν ἔχων τὴν συνάφειαν, ἀναφορᾷ Θεοῦ καὶ ἐννοίᾳ πάσης αὐτῷ τῆς κτίσεως τὴν προσκύνησιν ἀπονεμούσης. καὶ οὔτε δύο φαμὲν υἱοὺς, οὔτε δύο κυρίους· ἐπειδὴ εἷς Θεὸς κατ᾽ οὐσίαν ὁ Θεὸς λόγος, ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ πατρὸς, ᾧπερ οὗτος συνημμένος τε καὶ μετέχων θεότητος κοινωνεῖ τῆς υἱοῦ προσηγορίας τε καὶ τιμῆς·

Exemplum expositionis symboli 'depravati.

7 transformati.

QUI nunc primum in ecclesiasticorum dogmatum disciplina accurate instituuntur, vel ab hæretico quopiam errore ad veritatem transire volunt, eos doceri, & confiteri oportet, in unum nos Deum, Patrem sempiternum credere: qui neque posterius cœpit esse; sed iam inde ab initio sempiternus Deus extitit: neque posterius evasit pater, quoniam semper & Deus Pater fuit. Credimus etiam in unum Dei Filium unigenitum, ex patris substantia existentem, qui est vere Filius, & ejusdem substantiæ cum eo, cujus est, & esse creditur Filius. Et in Spiritum sanctum; qui cum sit ex Dei substantia, Filius non est, sed substantialiter Deus; utpote ejus substantiæ existens, cujus est Deus & Pater, ex quo quidem est secundum substantiam. *Nos enim*, inquit, *non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est:* separans illum ab universa creatura, Deoque conjungens, ex quo secundum substantiam est peculiari ratione præ universa creatura, quam non essentialiter, sed causalitate creationis ex Deo censemus esse. Sed nec Filium illum putamus, neque per Filium, suam subsistentiam habentem. Confitemur autem patrem personaliter perfectum, pari modo Filium, & Spiritum sanctum similiter. Pietatis autem doctrinam integre retinemus, Patrem, & Filium, similiter & Spiritum sanctum, non tres aliquas diversas existimantes substantias, sed unam identitate deitatis agnoscendam. Quin de dispensatione quoque, quam salutis nostræ causa in Christi domini incarnatione dominus Deus perfecit, nosse oportet, dominum Deum Verbum hominem secundum naturam perfectum, ex humana carne & anima rationali consistentem, ex Abrahæ & David semine assumpsisse, ut divinæ scripturæ testantur, hoc ipsum secundum naturam existens, quod erant illi, quorum e semine fuit. Quem secundum nostram naturam, nobisque similem hominem existentem, Spiritus sancti virtute in utero virginis formatum, factum ex muliere, factum sub lege, ut nos omnes filiorum adoptionem jam olim prædestinatam recepturos, a servitutis lege redimeret, inexplicabili quodam modo sibi conjunxit; ac ipsum quidem humano more morti objecit, ex mortuis autem excitavit, & in cælum assumpsit, & ad dexteram Dei collocavit. Cum ergo super omnem principatum, & potestatem, & dominationem, & virtutem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, verum etiam in futuro, fit constitutus; ab universa quoque creatura adoratur, tamquam inseparabilem habens cum divina natura conjunctionem, cum respectu & ratione Dei omnis creatura adorationem ei tribuat. Neque duos filios, aut duos dominos * dicimus: quandoquidem unus tantum est per essentiam filius nempe Deus verbum, filius patris unigenitus, cui conjunctus hic, & deitatis comparticeps, consors etiam est appellationis & honoris filii.

1. Cor. 2. v.12.

Matth. 1. Rom. 1.

Galat. 4.

Ephes. 1. v. 21.

* inducimus:

ACTIO VI. CONCILII. Ac essentialiter quidem dominus est Deus Verbum, cui hic copulatus particeps est honoris: ideoque nec duos filios, nec duos dominos dicimus: quia cum manifeste sit per essentiam dominus & Filius, is qui propter salutem nostram assumptus est, ipsi inseparabiliter conjunctus, domini filiique nomine & honore cohonestatur, non ad eum modum, quo unusquisque nostrum per se filius existit; unde sane etiam juxta beatum Paulum, multi filii dicimur; sed solus eximium hoc habens propter societatem conjunctionemque cum Deo Verbo; ac filiationis & dominationis particeps, omnem quidem dualitatis filiorum atque dominorum cogitationem excludit: per illam vero cum Deo Verbo conjunctionem efficit, ut nos omnem fidem, omnemque cogitationem & contemplationem de illo habeamus: quare etiam adorationem, ob eam quæ in Deum refertur habitudinem, ab universa creatura suscipit.

Galat. 3. v. 26. & alibi.

ἀλλ᾽ ἡμεῖς ἔχομεν Θεὸν ἐν οὐρανῷ, αὐτῷ προσκυνήσομεν. Θεὸς γὰρ ὢν φύσει, γέγονε καθ᾽ ἡμᾶς, οὐκ ἀποβεβληκὼς τὸ εἶναι Θεὸς, τιμήσας δὲ τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν· δυνατός ἐστιν ἐξελέσθαι ἡμᾶς· ἡμεῖς γὰρ τῇ πίστει τῶν εὐσεβεστάτων ἑπόμενοι βασιλέων, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἡμερότητος εἰδότες τὸ μέγεθος, τῆς τῶν ἐναντίων σκαιότητος οὐκ ἀνεξόμεθα, ὁμολογήσομεν δὲ ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Ἐμμανουήλ· καὶ τοῦτο λέγοντες, οὕτω τε διακείμενοι, πλείστην ὅσην ἀποκερδανοῦμεν τὴν ἀντιμισθίαν. καὶ ποίαν ταύτην; αὐτὸς ἡμᾶς * διδάξει λέγων· πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ * αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου ἐν οὐρανοῖς. ὅστις δ᾽ ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. ὁμολογεῖ δὲ αὐτὸν ὁ λέγων, ὅτι Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, καὶ τοῖς ἀπιστοῦσιν ἐπιτιμᾷ· ἀρνεῖται δὲ πάλιν ὁ μὴ λέγων, ὅτι Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὁμολογοῦσι μαχόμενος. οὐκοῦν ἀρνήσεται μὲν ἐκείνους, ὁμολογήσει δὲ ἡμᾶς ὁ πάντων σωτήρ· δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Margin (left): IN NO... CHRISTI 431. ...σ κυ... ...μου. — ...ύσκει — ...ὑπὸ ...σθεν

A nobis inducentes: attamen Deum habemus in cælo; ipsum colen[us], pronique adorabimus. etenim cum Deus natura sit, factus est homo nobis similis; non quidem divinitatem amittens, sed humanam naturam honore evehens; potens est eripere nos. Nos enim piissimorum imperatorum fidem sequentes, ingentique ipsorum mansuetudine freti, adversariorum improbitatem non feremus; & Emmanuelem Deum esse natura profitebimur. Quandoquidem si id prædicaverimus, eumque in modum affecti fuerimus, plurimam consequemur remunerationem. Et qualis hæc est? Ipsemet Christus nos edocet. Ait enim: B *Omnis ergo quicumque me confitebitur coram hominibus, & ego confitebor eum coram Patre meo qui est in cælis. Quicumque autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in cælis est.* Ille autem Christum confitetur, qui verum illum Deum esse dicit, eosque qui non credunt reprehendit: Christum rursum negat, qui ipsum verum esse Deum non affirmat, sed & eos quoque qui id confitentur, impugnat. Itaque negabit quidem illos, confitebitur autem nos omnium salvator: per quem, & cum quo Deo & Patri cum Spiritu sancto est gloria & potestas in sæcula. Amen.

Margin (right): ACTA ADVERSUS CYRILLUM — *Matth. 10. vers. 32.*

ΤΑ
ΠΡΑΚΤΙΚΑ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΑΤΙΚΟΥ
ΣΥΝΕΔΡΙΟΥ.
ACTA CONCILIABULI.

Ἀναφορὰ τῶν ἀνατολικῶν πρὸς τὸν βασιλέα· ᾗ προσέταξαν τὸ σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων πατέρων, ἀναγαγόντες τὰ ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τυπωθέντα ἐπὶ τοῖς προσδοθεῖσιν * αὐτῇ λιβέλλοις παρὰ Κυρίλλου καὶ Μέμνονος τῶν ἁγιωτάτων· ἥτις ἐστάλη Εἰρηναίῳ κόμητι, καὶ δι᾽ αὐτοῦ ἀπεδόθη.

Θρήνων ὡς ἀληθῶς καὶ δακρύων καὶ ὀδυρμῶν ἄξια τὰ ὑπὸ τῶν λεγομένων ἐπισκόπων τολμώμενα· ὡς ἐν σκηνῇ καὶ θεάτρῳ καὶ τὰ μεγάλα καὶ ἄρρητα τῆς ἐκκλησίας μυστήρια παίζουσι. καθαιρεθέντες γὰρ ὑφ᾽ ἡμῶν διὰ τὰς πολλὰς αὐτῶν παρανομίας Κύριλλος καὶ Μέμνων, καὶ διὰ τὸ δυσσεβὲς Ἀπολιναρίου φρόνημα, ὃ ἐν τοῖς κεφαλαίοις τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ πεμφθεῖσιν εὑρήκαμεν, λιβέλλους, ὡς ἔγνωμεν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἔδοσαν τοῖς λοιποῖς τὰ ἄθεσμα ἐκεῖνα πεποιηκόσι, καὶ τοῖς κεφαλαίοις ἐκείνοις τοῖς αἱρετικοῖς καθυπογράψασιν· καὶ διὰ τοῦτο παρ᾽ ἡμῶν τῷ τῆς ἀκοινωνησίας ὑποβληθέντες ἐπιτιμίῳ, ὡς παρ᾽ ἡμῶν ἀδικηθέντες, καὶ δικασταῖς χρησάμενοι τοῖς ὑπευθύνοις οὖσι, καὶ τοῖς ἴσοις ἐγκλήμασιν ὑποκειμένοις, ἐκάλεσαν ἡμᾶς εἰς κριτήριον, τοὺς ἀκέραιον τῆς ὀρθοδοξίας τὴν πίστιν διαφυλάττειν προαιρουμένους. εἶτα ἡμῶν ἀκολούθως ἀποκριναμένων, ὡς χρὴ ἀναμεῖναι τὰ παρὰ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας τυπούμενα, καὶ δὶς καὶ τρὶς ταῦτα εἰρηκότων, παιδιὰν ἡγησάμενοι τοὺς τῆς εὐσεβείας θεσμοὺς, ἀπέδοσαν αὐτοῖς, ὥς γε νομίζουσι, τὴν ἱερουργίαν· ὅμοια ποιοῦντες,

Margin (left): ...τῆς

Relatio orientalium ad imperatorem, cui symbolum sanctorum Nicænorum patrum præposuerunt, referentes de sancta & œcumenicæ synodi decretis super libellis, quos sanctissimi Cyrillus & Memnon ipsi obtulerunt. Fuit autem relatio hæc ad Irenæum comitem missa, & per ipsum imperatori exhibita.

Næ temerarii eorum conatus qui episcopi dicuntur, lamentatione, lacrymis & luctu sunt digni: siquidem etiam magna illa secretaque ecclesiæ mysteria, tamquam in scena ac theatro, ludibrio exponunt. Etenim Cyrillus & Memnon propter multa scelera, impiumque Apollinarii [dogma]tum, quem ex capitibus, quæ ipse (Cyrillus) e[d]idit, deprehendimus, a nobis exauctorati, libellos quosdam, ut in præsentia accepimus, reliquis qui illa nefaria perpetraverant, & illis hæreticis capitibus subscripserant, exhibuerunt; atque ob id excommunicationis censuræ a nobis subjecti, tamquam injuria fuissent a nobis affecti, judicibusque usi prævaricatæ legis reis, iisdemque criminibus implicatis, nos, quibus propositum est orthodoxam fidem integram conservare, in judicium vocaverunt. Postea vero, cum competenter respondissemus, pietatis vestræ placitum hac de re expectari oportere, atque hæc etiam bis & ter dixissemus; pietatis sanctiones pro nihilo ducentes functionem sacerdotalem, ut sibi persuadent, illis restituerunt: idem moliti, ac

Margin (right): *Innocentiam absolutionem id fuisse indicare videntur.* — *Omnia hæc mera mendacia sunt, & calumniosa impostura.* — *Schismatici ad synodum citati, comparere non sunt ausi, ut ipsimet fatentur.*

ACTA ADVERSUS CYRILLUM.

ac si quis, cum ipse sit ligatus, neq; semetipsum a vinculis expedire valeat, alium tamen solvere conetur. Nam si Memnonis & Cyrilli depositio a nobis facta, valida, non fuisset; nec libellos exhiberi, nec depositos absolvi, quod ipsi putant, oportebat. Sin autem ea exauctoratio vere justa legitimaque fuit, ut revera fuit; horum quoque excommunicatio, perinde ac depositio, justa validaque existet: ab iisdem enim hæc & illa manavit. Hæc cum ita se habeant, quomodo excommunicationis vinculis innodati, & omni sacerdotali functione privati, depositis sacerdotii ministerium restituere potuerunt, idque majoribus quoque sese involuentes criminibus? Quippe excommunicati cum essent, communionem temere attentarunt, & cum depositis, & etiam ante ridiculam illam absolutionem, contra jura communicaverunt. Rogamus itaque majestatem vestram, ne ecclesiasticas leges proculcatas neglectui habeat; sed ut fidem impugnatam quam celerrime vindicet, nobisque insidiis appetitis (nam sexcenta mala, eaque extrema, minantur) succurrat, & hinc liberatos ad regiam civitatem evocet; ut coram pietate vestra illorum iniquitatem & impietatem redarguamus. Persuasum enim habemus, fieri non posse, ut legitimo ordine, quæ proposita sunt, constituantur, nisi vestræ majestatis auctoritas intercedat. Quod si hoc serenitati vestræ non probatur, supplicamus Nicomediam accersiri, ut expedite quæ aguntur dominationi vestræ significemus, vestrque pietatis sanctiones accipiamus. Obsecramus etiam celsitudinem vestram Christo dilectam, ut cum quolibet metropolitano duo dumtaxat religiosissimi episcopi convocentur. Nam multitudo ad dogmatum quidem inquisitionem superflua est, solum vero novit excitare tumultus. Quamobrem & supra memorati multitudine stipati venerunt, hac sola confidentes, non autem veritate, aut dogmatum rectitudine: atque hoc unum student, ut hominum turba quod volunt efficiant, subscriptionumque multitudine animos fallaciter occupent. Nos vero vestro edicto obsequentes, & paucos quosdam ad dogmatum examinationem plus satis futuros arbitrantes, tres tantum ex qualibet provincia huc accessimus, vestræque pietatis decreta perpetuo observantes, piissimos episcopos istuc non amandavimus, ut fecerunt illi qui omnia facile audent; sed quæ oportuit, per literas significavimus: hoc unum ob oculos versantes, ne piis vestris decretis obsistamus. Ad hæc pietatem vestram obnixe obtestamur, ut omnibus præcipiat, ut fidei in civitate Nicæna expositæ (quam huic quoque epistolæ nostræ præposuimus) subscribant; nihilque peregrinum ipsi adsuant, neque dominum nostrum Iesum Christum purum hominem esse dicant: nam & Deus perfectus est, & homo perfectus: neque Christi deitatem patibilem inducant: utrumque enim æque temerarium est.

Schismatici synodum Constantinopolim aut Nicomediam dolose transferri efflagitant.

Schismatici paucitatem suam sibi obesse cognoscentes, orthodoxorum multitudinem in contemptum adducere student.

Sed tamen alios subornastis, qui multo plus poterant, quam vestri schismatici episcopi.

A ὥσπερ ἂν εἴ τις δεδεμένος, καὶ ἑαυτὸν τῶν δεσμῶν ἀπαλλάξαι μὴ δυνάμενος, ἕτερον λύειν ἐπιχειρήσειεν. εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἀξιόχρεως ἦν ἡ παρ' ἡμῶν γενομένη Μέμνονος καὶ Κυρίλλου καθαίρεσις, ἐχρῆν μηδὲ λιβέλλοις δοθῆναι, μηδὲ λυθῆναι, ὥς γε νομίζουσι, τοὺς καθαιρεθέντας. εἰ δὲ ἀληθῶς, ὥσπερ οὖν ἀληθῶς, ἀξιόχρεως ἦν, καὶ ἡ ἀκοινωνησία ὡσαύτως ἀξιόπιστος καὶ βεβαία· παρὰ γὰρ τῶν αὐτῶν αὕτη κἀκείνη ἐγένετο· τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, πῶς οἷόν τε ἦν τοὺς ἀκοινωνήτους, καὶ πάσης ἱερουργίας κεκωλυμένους, τοῖς καθῃρημένοις ἱερουργίαν ἀποδοῦναι, καὶ ταῦτα μείζοσιν ἐγκλήμασιν ἑαυτοὺς περιπείραντας; ἀκοινώνητοι * γὰρ ὄντες, τῆς τε κοινωνίας κατετόλμησαν, καὶ τοῖς καθῃρημένοις παρανόμως ἐκοινώνησαν, καὶ περὶ τῆς καταγελάστου λύσεως. B δεόμεθα τοίνυν τοῦ ὑμετέρου κράτους μὴ περιιδεῖν τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς πατουμένους θεσμοὺς, ἀλλ' ὡς τάχιστα * ἐπαμῦναι τῇ πίστει πολεμουμένῃ, καὶ ἡμῖν ἐπιβουλευομένοις· μυρία γὰρ ἡμῖν ἀπειλοῦσιν ἀνήκεστα· καὶ κελεῦσαι ἡμᾶς ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆναι, καὶ εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν παραγενέσθαι, ἵνα ἐπὶ τῆς εὐσεβείας τῆς ὑμετέρας καὶ τὴν παρανομίαν αὐτῶν καὶ τὴν ἀσέβειαν διελέγξωμεν· ἀδύνατον γὰρ ὡς ἡγούμεθα, δίχα τοῦ ὑμετέρου κράτους εὐτάκτως καὶ ἐνθέσμως τὰ προκείμενα τυπωθῆναι. εἰ δὲ τοῦτο μὴ παραστῇ ὑμῶν τῇ γαληνότητι, εἰς τὴν Νικομήδειαν μετακληθῆναι παρακαλοῦμεν· ἵνα ῥᾳδίως καὶ τὰ γινόμενα δηλῶμεν τῷ ὑμετέρῳ κράτει, καὶ τοὺς τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας δεχώμεθα τύπους. προστάξαι καὶ παρακαλοῦμεν τὴν φιλόχριστον ὑμῶν κορυφὴν, μετὰ ἑκάστου μητροπολίτου δύο μόνοις θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις συγκληθῆναι· τὸ γὰρ πλῆθος περιττὸν μὲν εἰς δογμάτων ζήτησιν, θορύβους δὲ μόνον οἶδεν ἐργάζεσθαι. διὸ καὶ οἱ προειρημένοι μετὰ πλήθους παρεγένοντο, τούτῳ μόνῳ θαῤῥοῦντες, ἀλλ' οὐκ ἀληθείᾳ καὶ δογμάτων ὀρθότητι· καὶ σκοπὸν ἔχοντες διὰ τοῦ πλήθους τὴν οἰκείαν πρόθεσιν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν, καὶ τῷ πλήθει τῶν ὑπογραφῶν συναρπάσαι. ἡμεῖς δὲ καὶ τῷ ὑμετέρῳ θεσπίσματι πειθόμενοι, καὶ νομίσαντες ὀλίγους ἐξαρκεῖν εἰς ζήτησιν δογμάτων, τρεῖς ἐξ ἑκάστης ἐπαρχίας ἐληλύθαμεν· καὶ μέχρι τοῦ παρόντος τοὺς τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας ὅρους φυλάττοντες, οὐκ ἀπεστείλαμεν αὐτόθι θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, ὡς οἱ πάντα εὐκόλως τολμῶντες πεποιήκασιν· ἀλλὰ διὰ γραμμάτων ἃ ἐχρῆν ἐδιδάξαμεν, σκοπὸν ἔχοντες μὴ ἀντιτείνειν τοῖς εὐσεβέσιν ὑμῶν θεσπίσμασι· πρὸς δὲ τούτοις ἀντιβολοῦμεν ὑμῶν τὴν εὐσέβειαν, κελεῦσαι, πάντας τῇ κατὰ Νίκαιαν ὑπογράψαι πίστει, ἣν τούτων ἡμῶν προετάξαμεν τῶν γραμμάτων· καὶ μηδὲν αὐτῇ ξένον ἐπεισαγαγεῖν, μήτε ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν λέγοντας· Θεὸς γάρ ἐστι τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος· μήτε παθητὴν εἰσάγειν τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ· τολμηρὸν γὰρ ἐπίσης ἑκάτερον.

ANN. CHRISTI 431.

'ἱερατικῆς λατρείας

* γὰρ καὶ οὗτοι ὄντες, ἐκεῖνοι

* ἐπαμῦναι

' τούτοις μόνοις

A

Περὶ τῶν ἀποσχιστῶν.

Ἡ ἁγία σύνοδος, ἥ τε τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἐκ διαφόρων διοικήσεων καὶ ἐπαρχιῶν συνηγμένοι, Βιθυνίας, Πισιδίας, καὶ Καππαδοκίας δευτέρας, Παφλαγονίας, Εὐρώπης, Μυσίας, Ῥοδόπης, Θεσσαλίας, διελάλησαν τὰ ὑποτεταγμένα.

ΤΩΝ ἐνάγχος ἀναφυέντων ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα ζητημάτων εἰς τὴν Ἐφεσίων πόλιν συγκληθέντες ὑπὸ τῶν δικαίως βασιλεύειν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δοκιμασθέντων, καὶ τοὺς οἴακας τῆς οἰκουμένης ἐγχειρισθέντων, τῶν σοφῶς τε καὶ εὐσεβῶς τοὺς ὑπηκόους * εὐθυνόντων, ἀόκνως τὴν εἰρημένην κατελάβομεν πόλιν· χρόνου δὲ τριβέντος οὐκ ὀλίγου διὰ τὰς γεγενημένας ὑπὸ Κυρίλλου καὶ Μέμνονος ταραχὰς, καὶ δὶς καὶ τρὶς γραμμάτων φοιτησάντων παρὰ τῶν ἡμετέρων βασιλέων, παρεγγυώντων τῷ δεσμῷ τῆς εἰρήνης ἑνῶσαι τὰς ἁπανταχοῦ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ ἀρκεσθῆναι τῇ ἐν Νικαίᾳ ὑπὸ τῶν μακαρίων πατέρων ἐκτεθείσῃ πίστει, ἐκβαλλομένων δηλαδὴ τῶν ἀναφυέντων σκανδάλων· ἐπειράθημεν γὰρ τοὺς τὰ τοῦ Αἰγυπτίου Κυρίλλου φρονήσαντας ἐπισκόπους, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἐκτεθεῖσιν αἱρετικοῖς κεφαλαίοις καθυπογράψαντας, πεῖσαι ἀνελεῖν ἐκεῖνα τὰ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει λυμαινόμενα σαφῶς, ἀρκεσθῆναι δὲ τῇ ἐν Νικαίᾳ γενομένῃ ἐκθέσει, κατὰ τὸ θέσπισμα τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων, μὴ δυνηθέντες δὲ αὐτοὺς πεῖσαι διὰ τὴν κακῶς γενομένην αὐτοῖς πρόληψιν, ἠναγκάσθημεν οἱ τῇ ὑγιεῖ τῶν πατέρων * ἐμμένοντες πίστει, καὶ μηδὲν αὐτῇ ξένον παρεισαχθῆναι συγχωρήσαντες, ταύτην ἐγγράφως ἐκθέσθαι, καὶ ταῖς ὑπογραφαῖς τὴν οἰκείαν ὁμολογίαν βεβαιῶσαι. ἀρκεῖ γὰρ τῶν ὀλίγων τούτων ῥημάτων ἡ ἔκθεσις καὶ τῆς εὐσεβείας διδάξαι τὸ ἀκριβὲς, καὶ τῆς ἀληθείας ὑποδεῖξαι τὴν τρίβον, καὶ τῆς αἱρετικῆς κακοδοξίας ἐλέγξαι τὴν πλάνην. ἔστι δὲ ἡ ἔκθεσις τῆς πίστεως οὕτως.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός. Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθεσθέντα, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καί· πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καί· ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ· τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

Αὕτη ἐστὶν ἡ πίστις, ἣν ἐξέθεντο οἱ πατέρες, πρῶτον μὲν κατὰ Ἀρείου βλασφημοῦντος,

De schismaticis.

Sacra diœcesos orientalis synodus, cęterique una cum ipsis ex diversis provinciis at diœcesibus congregati, videlicet ex Bithynia, Pisidia, & Cappadocia secunda, Paphlagonia, Europa, Mysia, Rhodope, Thessalia, interlocuti sunt quæ sequuntur.

PROPTER ecclesiasticas controversias nuper enatas Ephesum ab illis convocati; quos Deus ad juste regnandum selegit, & ad orbis terræ gubernaculum instituit, quique B subditos sapienter ac pie regunt, impigre ad dictam civitatem nos contulimus. Cum autem non parum temporis propter turbas a Cyrillo & Memnone excitatas incassum fluxisset, secundisque ac tertiis destinatis pientissimorum Christique amantium imperatorum nostrorum literis præceptum esset, ut Dei ecclesiæ, quæ ubique sunt, pacis vinculo conjungerentur, atque in fidei expositione, quam beati patres apud Nicænam civitatem ediderant, acquiescerent, exortis videlicet scandalis e medio sublatis, conati sumus episcopos cum Ægyptii Cyrilli sententia facientes, hæreticisque illius expositis capitibus adstipu- C latos, inducere, ut (capita) illa orthodoxæ fidei aperte repugnantia condemnarent, & expositione Nicæna contenti essent, juxtà Christianissimorum imperatorum nostrorum sanctionem. Verum cum hoc illis (quod nimirum perversa opinio animos illorum præoccupasset) persuadere non possemus; nos sanam patrum fidem sectantes, nihilque extraneum illi admisceri patientes, hanc in scriptis exponere, subscriptionibusque confirmare nostram confessionem compulsi sumus. Horum namque paucorum verborum expositio sufficit cum ad pietatis do- D ctrinam exacte tradendam, tum ad veritatis viam ostendendam, tum ad redarguendos hæreticæ pravitatis errores. Habet autem ea fidei expositio hunc in modum.

Quomodo de pace cum synodi patribus tractastis, qui nūquam prodire ausi fuistis *

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, visibilium omnium & invisibilium factorem. Et in unum dominum Iesum Christum, Filium Dei, natum ex Patre unigenitum, hoc est, ex patris substantia: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus: passus est, & ter- E tia die resurrexit, & ascendit in cælos. sedetque in dextera patris, & venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Qui autem dicunt: Erat aliquando cum non erat, & antequam nasceretur, non erat, quodque ex nihilo factus est, aut ex alia substantia aut essentia, aut vertibilem, aut alterabilem esse filium Dei asserunt: eos anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

Hæc est fides, quam patres exposuerunt; in primis quidem contra Arium blasphemantem &

Fidei Nicænæ symbolū facit contra omnes hæreses.

ACTA ADVERSVS CYRILLVM.

A & Filium Dei creaturam esse dicentem; tum vero contra omnem hæresim Sabellii, Photini, Pauli Samosateni, Manichæi, Valentini, Marcionis, & contra omnem hæresim quæ adversus ecclesiam catholicam sese erexit: quos etiam episcopi illi, qui trecenti decem & octo numero in civitate Nicæa olim convenerant, condemnarunt. In hac fidei expositione nos omnes conquiescere confitemur; & qui hic Ephesi convenimus, & qui in provinciis nostris degunt religiosissimi episcopi, assensum præbentes omnibus his quæ a nobis agentur. Sapientis enim consilio morem gerimus: *Ne transferas*, inquit, *terminos æternos, quos posuerunt patres tui.* (Prov. 22. v. 28.) B Ceterum capita, quæ hæretico sensu imbuta Cyrillus Alexandrinus nuper exposuit, quibusque nonnullos supervacaneos & stolidos anathematismos attexuit, & quæ episcoporum calculo ac subscriptione corroborare conatus est, illa sancta synodus Ephesi congregata explodit, & ab orthodoxa fide aliena esse decernit.

Imo sancta synodus ea omnia ut orthodoxa cõmuni omniũ suffragio approbavit.

Ioannes episcopus Antiochiæ orientalis, sanctæ fidei præscriptæ consensi.

Subscripserunt autem similiter & reliqui ipsorum episcopi; qui etiam per epistolam, quæ subjungitur, Rufum episcopum ut ipsis auxiliaretur, rogaverunt.

Epistola hæc ad Rufum habetur infra suo loco juxta seriẽ rerum gestarum.

C *Exemplum imperialium literarum, quæ Ephesum ad sanctam synodum per Palladium magistrianum eo fine missæ sunt, ut everterent quæ antea per ipsos (concilii patres) acta fuerant, tanquam de integro fieri debeat fidei discussio.*

Imperatores Cæsares, Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi semper Augusti, sanctissimæ synodo Ephesinæ. D

MAGNIFICENTISSIMI Candidiani devotorum domesticorum comitis relatu pietas nostra accepit, quædam in Ephesiorum metropoli per tumultum, ac secus quam conveniat, transacta fuisse. Nam neque omnes, ut decretum erat, piissimi episcopi convenerunt (cum tamen magnæ Antiochenæ civitatis episcopus cum aliis metropolitanis jam appropinquaret) neque illi qui jam venerant, simul consultaverunt, nec inter se consenserunt, neque ea quæ de fide sunt, modo quo oportebat, vel prout continebatur sacris literis nostris, quas subinde misimus, examinaverunt: sed res ita E gesta est, ut manifestum evaderet, alios aliis esse infensos ob vehemens studium erga illa, quæ quomodocumque placita sunt, nec velamen prætendere valentes. Quare quæ gesta sunt, studio acta esse, quilibet existimaverit. Proinde sacræ majestati nostræ placuit, talem procedendi modum nullum habere locum, aut momentum: his vero quæ inepte ac citra ordinem gesta sunt, cessantibus, doctrinam de pietate prius, sicuti decretum fuit, discuti, eamque juxta communem totius synodi sententiam in posterum obtinere. Neque enim pietas nostra æquo

Falsa Candidiani narratio imperatores decepit.

Omnia hæc falso relata fuerunt imperatoribus, ut ex præcedentibus patet.

Imperatores ad subreptitiam narrationem rescindunt cõcilii acta.

A καὶ λέγοντος κτίσμα εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. καὶ κατὰ πάσης αἱρέσεως, Σαβελλίου τε, καὶ Φωτεινοῦ, καὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, καὶ Μανιχαίου, καὶ Οὐαλεντίνου, καὶ Μαρκίωνος· καὶ κατὰ πάσης αἱρέσεως, ἥτις ἐπανέστη τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· οὓς καὶ κατέκριναν οἱ ἐν τῇ Νικαέων πόλει συνηγμένοι ἐπίσκοποι τριακόσιοι δεκαοκτώ. ταύτῃ τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως ἅπαντες ἐμμένειν ὁμολογοῦμεν, ἡμεῖς τε οἱ ἐν Ἐφέσῳ συνελθόντες, καὶ οἱ ἐν ταῖς ἡμετέραις ἐπαρχίαις θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, συντιθέμενοι ἐμμένειν πᾶσι τοῖς ὑφ' ἡμῶν πραττομένοις. πειθόμεθα γὰρ τῷ σοφῷ λέγοντι· μὴ μέταιρε ὅρια B αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. τὰ δὲ ἔναγχος ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας ἐκτεθέντα αἱρετικὰ κεφάλαια, οἷς καὶ ἀναθεματισμοὺς περιττοὺς καὶ ματαίους συνέζευξε, καὶ ἐπειράθη ταῦτα κυρῶσαι καὶ ψήφῳ καὶ ὑπογραφῇ ἐπισκόπων, ἐκβάλλει καὶ ἀλλότρια τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἡ ἐν Ἐφέσῳ συναθροισθεῖσα ἁγία σύνοδος.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας τῆς ἀνατολῆς συνεθέμην τῇ προγεγραμμένῃ ἁγίᾳ πίστει.

Συνυπέγραψαν δὲ ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ αὐτῶν ἐπίσκοποι, οἵτινες διὰ τῆς ἑξῆς αὐτῶν ἐπιστολῆς καὶ Ῥοῦφον ἐπίσκοπον συναίρεσθαι αὐτοῖς C ἠξίουν.

Ἴσον βασιλικοῦ γράμματος, ἀποσταλέντος ἐν Ἐφέσῳ πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον διὰ Παλλαδίου μαγιστριανοῦ, ἀνατρέποντος τὰ παρ' αὐτῶν πραχθέντα, ὡς ὀφειλούσης ἄνωθεν γενέσθαι συζητήσεως.

Αὐτοκράτορες Καίσαρες, Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι, D ἀεισέβαστοι, τῇ κατ' Ἔφεσον ἁγιωτάτῃ συνόδῳ.

ΤΟΥ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων Κανδιδιανοῦ γνωρίσαντος ἡμῖν, μεμάθηκεν ἡ ἡμετέρα εὐσέβεια ταραχωδῶς τινα καὶ παρὰ τὸ προσῆκον κατὰ τὴν Ἐφεσίων γεγονέναι μητρόπολιν, οὔτε πάντων, ὥσπερ ἐδέδοκτο, τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων συνεληλυθότων· καί τοι τοῦ τῆς μεγαλοπόλεως Ἀντιοχείας ἐπισκόπου πλησιάζειν ἤδη σὺν ἑτέροις μητροπολίταις μέλλοντος· οὔτε τῶν ἤδη παραγεγονότων συσκεψαμένων ἢ ὁμονοησάντων ἀλλήλοις, οὔτε μὴν τὰ περὶ τῆς πίστεως καθ' ὃν ἐχρῆν τρόπον E ἐξετασάντων, ἢ ὥσπερ τοῖς ' ἐγκαταπεμφθεῖσι θείοις ἡμῶν περιείχετο γράμμασιν· ἀλλὰ ὥστε δήλην εἶναι τὴν τινων πρός τινας ἀπέχθειαν, διὰ πολλὴν τὴν περὶ τὰ ὁπωσοῦν δόξαντα σπουδὴν, οὔτε παρακαλύμματι χρήσασθαι δυνηθέντων. διὸ νομίσειεν ἄν τις λογισμῷ τὰ γεγονότα πεπρᾶχθαι· ὅθεν δέδοκται τῇ ἡμετέρᾳ θειότητι, χώραν μὲν τὴν τοιαύτην μηδαμῶς ἔχειν * ἐξελθεῖν ' αὐθεντίαν· τῶν δὲ ἀνακολούθως γεγονότων, ἀργούντων, τοὺς περὶ τῆς εὐσεβείας λόγους, ὥσπερ ἐδέδοκτο, πρότερον ἐξετασθῆναι, καὶ κατὰ τὸ κοινῇ πάσῃ τῇ συνόδῳ δοκοῦν εἰς τὸν ἑξῆς χρόνον κρατεῖν· οὐκ ἀνεχομένης τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας τῶν

' ἀεὶ καταπεμφθεῖσι

* ἀκολουθίαν, τῶν

' deest verbum ἐξελθεῖν in cod. Seg.

τῶν δὲ ἐπιτηδεύσεως προειλημμάτων· οὕτω δὲ ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν ἀγανακτούσης, ὥστε κελεύειν μέχρις ἂν καὶ παρὰ πάσης τῆς συνόδου τὰ τῆς εὐσεβείας ἐξετασθῇ δόγματα, καὶ ἀποσταλῇ τις ἐκ τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου ἅμα τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ Κανδιδιανῷ τῷ κόμητι, τὰ πεπραγμένα κατὰ κέλευσιν ἡμετέραν εἰσόμενος, καὶ κωλύσων τὰ ἀνακόλουθα, μηδὲ ἀποστῆναί τινα τῶν συνειλεγμένων ἐπισκόπων τῆς Εφεσίων πόλεως, μήτε μὴν ἐπὶ τὸ θεῖον ἡμῶν ἐλθεῖν στρατόπεδον, ἢ ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ἀναστρέψαι. ὥστε γὰρ μηδενὶ τοῦτο ἐξεῖναι, μηδὲ ἐλπίζειν ἀδεῶς προβήσεσθαι, ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτά ἐστι τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ παρεγγυῆσαι τὰ γράμματα, μή τι καὶ ἕτερον παρὰ τὴν ἡμετέραν κέλευσιν τοῖς γεγονόσι προστεθεῖναι. ἴστω δὲ ἡ ἁγιότης ὑμῶν, ὡς καὶ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν ἐπέσταλται, μηδένα παντελῶς ἐάσαι εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα καὶ πόλιν δίχα ἡμετέρας κελεύσεως ὑποστρέψαντα δεχθῆναι. χρὴ γὰρ πάντα κατὰ τὸ τῷ Θεῷ μέλλον ἀρέσειν, δίχα φιλονεικίας καὶ μετὰ ἀληθείας ἐξετασθέντα, οὕτω παρὰ τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας βεβαιωθῆναι· ὡς οὐχ ὑπὲρ ἀνθρώπων νῦν, οὐδὲ μέντοι τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Νεστορίου, ἢ ἑτέρου τινὸς, ὑπὲρ δὲ αὐτοῦ τοῦ δόγματος καὶ τῆς ἀληθείας αὐτῆς φροντίδα ποιουμένης τῆς ἡμετέρας θειότητος. ἐδόθη τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ἰουλίων, ὑπάτου Φλαυίου Ἀντιόχου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου.

fert animo præjudicia de industria præsumpta: quinimo quæ gesta sunt, usque adeo ægre fert, ut donec pietatis dogmata ab universa synodo fuerint examinata, & quispiam e sacro nostro palatio una cum magnificentissimo Candidiano comite destinetur, qui nostro jussu quæ acta sunt cognoscat, quique quæ legitimo ordini dissentanea sunt, prohibeat, neminem episcoporum qui convenerunt ab Ephesiorum civitate abscedere, vel ad sacrum nostrum comitatum venire, vel in suam patriam reverti, ullatenus sit passura. Quod enim nulli hoc liceat, nulsve speret id tuto sibi successurum, hæ literæ sufficient ad denuntiandum pietati vestræ, ne quid aliud præter nostram jussionem jam ante perpetratis in posterum adjiciat. Quin & hoc quoque sanctitatem vestram non lateat, nos illustrissimis provinciarum præfectis scripsisse, ne ullum prorsus in patriam vel civitatem suam nostro injussu redeuntem admittant. Oportet enim omnia juxta Dei beneplacitum; contentione seclusa, veritatisque studio adhibito discuti, ac tum demum a vestra pietate confirmationem obtinere: quandoquidem sacra nostra majestas non tamquam pro hominibus nunc, aut etiam pro sanctissimo piissimoque Nestorio, vel pro alio quopiam solicita est, sed ipsius veritatis, & dogmatis ipsius curam gerit. Datum * tertio Kalendas Iulias, Flavii Antiochi, & alterius designandi consulatu.

ACTA ADVERSUS CYRILLUM.

* tertiodecimo.

Ἀναφορὰ πρὸς τὸν βασιλέα Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ἣν ἀντέγραψαν διὰ Παλλαδίου μαγιστριανοῦ.

Ioannis archiepiscopi Antiocheni, ceterorumq; qui illi adhærebant, relatio rescripta ad imperatorem per Palladium magistrianum.

ΤΟΥΤΟ, εὐσεβεῖς βασιλεῖς, τοῦτο ὀρθοδοξίας σύστασις, τὸ λῦσαι πάντα τὰ ἀθέσμως ὑπ' ἐκείνων γεγενημένα, καὶ τοῖς κανόσιν ἤδη προλελυμένα, τὸ ἐν πρώτῃ τάξει προστάξαι τὴν ἐξέτασιν τῶν δογμάτων ἐν τῇ συνελθούσῃ συνόδῳ γενέσθαι. ἐμακαρίσαμεν τὴν οἰκουμένην, τὰ πρόσφατον ἡμῖν κομισθέντα ὑμῶν θεσπίσματα σὺν ἐπαίνοις μυρίοις ἀναγνόντες, ἐφ' οἵοις σκήπτροις, καὶ ἐφ' οἵᾳ βασιλείᾳ διακυβερνᾶται. ἀλλ' ὥσπερ ταῦτα παντὸς θαύματός ἐστιν ἐπέκεινα, ὅσα προσετάξατε, εὐσεβέστατοι βασιλεῖς, οὕτω καὶ ἡμῖν ἀναγκαία ἐστὶν ἡ πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος ἀπολογία, περὶ ὧν συνηλάθημεν, ἐν τῇ Εφεσίων γενόμενοι πόλει, καταψηφίσασθαι καὶ κατακρῖναι τοὺς ἐκ προοιμίων τὰ ὑμέτερα πατήσαντας θεσπίσματα· τοὺς, ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ οἰκείου συνειδότος ἠλαύνοντο, κυρῶσαι θελήσαντας καὶ ἀνανεῶσαι τὰ Ἀπολιναρίου καὶ Ἀρείου δόγματα κατὰ τῆς εὐσεβείας, ἐν οἷς Κύριλλος ὁ Ἀλεξανδρείας πρῴην εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν κεφάλαιά τινα μετὰ ἀναθεματισμῶν ἐξέπεμψε μετὰ πάσης ἐθελοθρησκείας· τοὺς πρὶν * ἅψωνται τῆς τῶν θείων δογμάτων ἐρεύνης, πρὸς ἔχθραν καὶ ἀπέχθειαν ἰδόντας, ἐν οἷς ἐτόλμησαν παρὰ τὰ ὑμέτερα εὐσεβῆ θεσπίσματα ψῆφον οὕτως ἄδικον ἐξενεγκεῖν κατὰ τοσούτου θρόνου τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων Κωνσταντινουπόλεως. ἡ μὲν οὖν τούτων παροινία αὐτόθεν πᾶσιν ἀνθρώποις δήλη ἐστίν.

HOC, pii imperatores, hoc orthodoxæ fidei fulcimentum est, omnia ab illis illegitime acta evertere & antiquare, quæ etiam per canonicas sanctiones jam ante eversa & antiquata erant; universaque synodo simul congregata, primo loco dogmatum examinationem instituendam indicere. Sane cum decreta vestra proxime allata non absque magna laudum prædicatione legissemus, orbem terrarum beatum judicavimus, cui talibus subesse sceptris, talique gubernati contigerit imperio. Verum ut ista quæcumque mandastis, omnem admirationem longe excedunt, imperatores piissimi; ita nobis quoque necessarium illud est, ut vestræ majestati rationem reddamus, cur in Ephesiorum metropoli constituti, condemnationis sententiam in eos ferre compulsi fuerimus, qui ab ipso statim exordio vestra decreta proculcaverunt: qui propriæ conscientiæ stimulis agitati, Arii, Eunomii, Apollinariique dogmata contra pietatem confirmare & innovare voluerunt, per ea quæ Cyrillus olim Alexandriæ episcopus nuper capita scribens cum anathematismis omni superstitione referta ad urbem regiam misit: qui priusquam ullam divinorum dogmatum scrutationem attigissent, ad odium & inimicitias sese verterunt; cum nulla piarum sanctionum vestrarum ratione habita, iniquam adeo sententiam adversus tantam Constantinopolis imperatricis civitatum sedem temere proferre non dubitarunt. Itaque

Rationem redditis multis mendaciis refertam.

Cyrilli capita totum oppositum evidenter ostendunt.

Quam falsa sint hæc omnia & commentitia, concilii acta demonstrant.

ACTA ADVERSUS CYRILLUM

Neque concilium condemnationis sententiam tulit, sed conciliabulum, atque hoc ipsum adhuc nullo servato ordine.

Impudentissime mentiuntur, & calumniantur.

Itaque illorum insania, & insolentia per seipsam manifesta est omnibus, propter quod etiam sancta synodus recto animi sensu, divinoque zelo permota, & sanctis ecclesiis consulens, condemnationis sententiam in eos qui suo jam ante judicio condemnati erant, protulit, nihil culpabile, (absit) vel temerarium, quod quispiam dixerit, hac in re committens; sed pietati, quæ in periculum adducta videbatur, ante omnia prospiciens. Atque hæc actorum nostrorum apud majestatem vestram justissima sit ratio. Neque enim aut gratia, aut odio ducti sumus, sed hoc unum spectavimus, ut piam fidem fluctuantem ab iis quasi in salutem vindicaremus, qui scripta sua in summam illorum contumeliam & labefactationem munire procaciter studuerunt, quæ Petrus professus est, quæ de Deo locutus est Ioannes, quæ Matthæus & alii euangelistæ prædicarunt; quæ Paulus spiritu suggerente docuit; quæ omnes orthodoxi ubique terrarum prædicatione divulgantes, piam fidem plantaverunt. Quare vestram pietatem, majestatemque in orthodoxa doctrina educatam, obnixe rogamus, quantum rogare possumus, ut hanc orthodoxam fidem retineat firmiter, ac propugnet, & incolumem conservet, tamquam in his summæ rerum spes vobis posita sit. Nos autem & antea & nunc quoque animo parati sumus, juxta pietatis vestræ decreta, neque ad dextram neque ad sinistram (quemadmodum divina scriptura loquitur) declinare. Nam cum omne majestatis vestræ studium ad pietatem intendat, illi quidem qui paruerint, a vobis ipsis laudem, a Deo autem commendationem reportabunt: ceteros vero, qui novitatibus dant operam, sibique imaginariam quamdam tumultuatione potentiam, perinde ac illi qui bene temperatis rebuspublicis tyrannidem inducunt, comparare student, justam ignominiam, tamquam justi regiminis corruptores, vestrarumque denuntiationum temerarii contemptores, incurrent. Quapropter ne turbatio, aut aliqua tumultuatio concilium infestet, vestra Christi amans celsitudo decernat, ut duo tantum cuilibet metropolitano adsint: nam & nos pietatis vestræ literis obsecuti, totidem adduximus; cum tamen, si quidem multitudine opus fuisset, plurimos egregie in divinis dogmatibus institutos, nec ulla ratione cum imperita divinarum rerum Asiaticorum & Ægyptiorum turba conferendos, nobiscum habere potuissemus. Nisi enim hoc statuatur, fieri non potest, quin aliqua rursus oriatur confusio: siquidem quinquaginta sunt Ægyptii, sub Memnone tyrannidis duce quadraginta Asiatici, duodecim item ex Pamphylia hæretici Messalianitarum nomine appellati; præter alios eidem metropolitano adhærentes, & alios a synodis vel ab episcopis diversis in locis excommunicatos & depositos: qui sane aliud nihil sunt, quam hominum turba divinorum dogmatum nescia, & ad tumultus seditionesque nata. Precamur proinde vestram pietatem, supplicaterque rogamus, ut rursum cogitationem suscipiat, solitoque vestro pio decreto pacem concilii adaugeri curet. Etenim rati, vel nunc tandem fore, ut propter pias devoti

Summa impudentia imperatoribus adulantur, ut suum opificium extollunt.

Deut. 5. v. 32.

Frustra studium vestrum jactatis: nam & hoc jam ante decreverat & a sancta synodo diligenter observatum.

Vides quanto contemptu de concilii patribus loquantur temerarii schismatici.

Tales erant [illegible] tales schismatici, & Nestoriani [illegible] rentes.

A ἐπεὶ ἡ καὶ ἡ ἁγία σύνοδος, ὀρθῷ τῷ φρονήματι καὶ ζήλῳ κατὰ Θεὸν κινηθεῖσα, καὶ φειδοῖ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, κατέκρινεν αὐτοκατακρίτους ὄντας· οὐ μεμπτόν τι, μὴ γένοιτο, οὐδὲ θερμὸν, ὡς ἄν τις εἴποι, πράττουσα, ἀλλὰ τῇ εὐσεβείᾳ κινδυνευούσῃ πρὸ πάντων ἀμύνουσα. αὕτη ὑπὲρ τῶν παρ' ἡμῶν πεπραγμένων δικαιοτάτη πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος * ἔστω ἀπολογία· ἡμῶν μὲν μήτε πρὸς χάριν, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν βλεπόντων, ἀλλ' εἰς * ὄντων, τοῦ τὴν εὐσεβῆ πίστιν κυματουμένην ὥσπερ διασῶσαι ὑπὸ τῶν τὰ ἑαυτῶν συγγράμματα αὐθαδείᾳ βουληθέντων κρατῦναι, ἐπ' ἀθετήσει καὶ ὕβρει ὧν Πέτρος ὡμολόγησεν, ὧν

B Ἰωάννης ἐθεολόγησεν, ὧν Ματθαῖος ἐκήρυξε, καὶ οἱ λοιποὶ εὐαγγελισταὶ, ὧν Παῦλος τῇ τοῦ πνεύματος ἐνεργείᾳ ἐδίδαξεν, ὧν ἅπαντες οἱ ὀρθόδοξοι πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης τὸ κήρυγμα ἐκφέροντες, τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἐρρίζωσαν. ταύτης τῆς ὀρθοδόξου πίστεως εὐχόμεθα, ὅση τις εὐχῆς ἡμῖν δύναμις, τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν, καὶ τὸ ὑμέτερον τῇ ὀρθοδοξίᾳ ἐντεθραμμένον κράτος, ἀντέχεσθαί τε καὶ ὑπερασπίζειν, καὶ ἄτρωτον διαφυλάττειν· ὡς ἐν τούτοις ὑμῖν οὔσης τῆς παντὸς ὑμῖν συνεχούσης τῆς τῶν πραγμάτων ἐλπίδος. ἡμῶν καὶ νῦν καὶ πρότερον παρεσκευασμένων μὴ ἐκκλῖναι κατὰ τὰ ὑμέτερα θεσπίσματα, μήτε δεξιὰ, μήτε ἀριστερὰ, ὡς ἡ θεία ἔφησε γραφή. ἐπειδὴ γὰρ

C πρὸς τὸ εὐσεβὲς τὴν πᾶσαν ῥοπὴν τὸ ὑμέτερον ἔχει κράτος, οἱ μὲν πειθόμενοι ἕξουσι τὸν παρ' ὑμῶν αὐτῶν ἔπαινον, καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀποδοχήν· οἱ δὲ πρὸς νεωτερισμοὺς βλέποντες, καὶ τὴν ἐκ θορύβων ἐπινοητὴν δύναμιν ἑαυτοῖς κατασκευάζοντες, ὥσπερ οἱ τὰς τυραννίδας ταῖς εὐνομίαις ἐπεισάγοντες, ἀξίαν ' ἐπενεγκόντες αἰσχύνην, ἅτε δὴ τὴν εὐνομίαν διαφθεῖραι σπουδάσαντες, καὶ τὰς ὑμετέρας παρεγγυήσεις χαμαὶ ῥίψαι τολμήσαντες. ὥστε τοίνυν μηδεμίαν ταραχὴν ἢ θόρυβον ἐν τῷ κοινῷ γενέσθαι συνεδρίῳ,

D θεσπισάτω ὑμῶν ἡ φιλόχριστος κορυφὴ, δύο ἑκάστῳ μητροπολίτῃ συνεῖναι· ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς τοῖς τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας γράμμασιν εἴξαντες τοσούτοις ἐπαγόμεθα, δυνάμενοι, εἴπερ ἄρα πλήθους ἦν χρεία, πλείστους ἔχειν μεθ' ἑαυτῶν τοὺς τὰ θεῖα δόγματα ἀκριβῶς ἐπισταμένους, καὶ οὐδὲν τῷ ἀμαθεῖ τῶν θείων πλήθει Ἀσιανῶν καὶ Αἰγυπτίων ἐοικότας. εἰ γὰρ τοῦτο μὴ γένοιτο, ἀνάγκη σύγχυσιν αὖθις γενέσθαι· Αἰγυπτίων μὲν ὄντων πεντήκοντα, Ἀσιανῶν δὲ τῶν ὑπὸ Μέμνονα τὸν τῆς τυραννίδος ἡγεμόνα, τεσσαράκοντα:

E καὶ τῶν ἐν Παμφυλίᾳ αἱρετικῶν ' Μεσαλινιωτῶν λεγομένων δώδεκα· χωρὶς τῶν συνόντων τῷ αὐτῷ μητροπολίτῃ, καὶ ἑτέρων καθῃρημένων καὶ ἀκοινωνήτων κατὰ διαφόρους * τόποις ὑπὸ συνόδων ἢ ὑπὸ ἐπισκόπων γεγενημένων· οἵπερ εἰσὶν οὐδὲν ἕτερον, ἢ πλῆθος ἀνθρώπων, οὐδὲν μὲν ἀκριβὲς τῶν θείων δογμάτων ἐπισταμένων, ταραχῆς δὲ καὶ θορύβων μεστῶν. δεόμεθα τοίνυν καὶ ἱκετεύομεν τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν αὖθις φροντίσαι, ἐπιτεῖναι δὲ τῇ συνόδῳ τὴν εἰρήνην τῷ συνήθει ὑμῶν εὐσεβεῖ θεσπίσματι. νομίσαντες γὰρ νῦν γοῦν αὐτοὺς σωφρονήσειν διὰ τὰ εὐσεβῆ γράμματα τοῦ θεοφιλοῦς

* ἴσαι

* ὄντος

' τὰ ὑμέτερα

' ἀπηέγχοιντο

' Μεσαλιανιτῶν

* ἴσως, τόποις

ANNO CHRISTI 431.

φιλοθέου ὑμῶν κορυφῆς, μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι αὐτοῖς τὸ πάσης εὐσεβοῦς προθέσεως γέμον θέσπισμα, καὶ ταῦτα ἡμᾶς ὑπαγορεῦσαι τὰ γράμματα, ἀπήλθομεν εἰς τὸ ἀποστόλιον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, καὶ εὐχαριστῆσαι, καὶ προσεύξασθαι ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου κράτους, καὶ τοῦ εὐσεβοῦς ὑμῶν σκοποῦ. οἱ δὲ θεασάμενοι ἡμᾶς, παραχρῆμα τὸν ναὸν ἀπέκλησαν. ὡς δὲ ἔξωθεν προσευξάμενοι, καὶ μηδενὶ μηδὲν εἰπόντες ἐπανήειμεν, πλῆθος ἐξῆλθον οἰκετῶν τινων, καὶ τοὺς μὲν ἐξ ἡμῶν κατέχον, τῶν δὲ τὰ ζῶα ἀπέσπασαν, ἄλλοις τε τραυματίας ἐποίησαν, ἡμᾶς δὲ ῥοπάλοις καὶ λίθοις κατεδίωξαν μέχρι πολλοῦ διαστήματος, ὡς ἀναγκασθῆναι ἡμᾶς μετὰ πολλῆς ἐπείξεως φυγεῖν ὡς βαρβάρων διωκόντων. ταῦτα δὲ ἐκ πολλοῦ ηὐτρέπισεν ὁ Μέμνων, μὴ συγχωρῶν μηδενὶ μήτε προσεύξασθαι ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ, μήτε μετ᾽ εἰρήνης καὶ καταστάσεως διατεθῆναι τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα. δεόμεθα τοίνυν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, ἐξαιρέτως Μέμνονα τὸν τύραννον προστάξαι ἐκβληθῆναι τῆς πόλεως ταύτης, διά τε τὰς ἀταξίας αὐτοῦ ταύτας καθαιρεθέντα, καὶ κυκῶντα, ὥστε μὴ ἀκριβῶς ἐρευνηθῆναι τὰ κατ᾽ αὐτόν. εἰ γὰρ οὗτος μὴ ἐξέλθοι, ἀδύνατον εἰρήνην γενέσθαι, ἢ τὸν σκοπὸν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας εἰς πέρας ἀχθῆναι.

Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν ἔπαρχον, καὶ τὸν μάγιστρον ὁμοίως.

ΕΙΣ ἔσχατον κακόν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐληλάκαμεν, καὶ δεινοῖς προσπαλαίομεν κινδύνοις, καὶ καθ᾽ ἑκάστην ὡς εἰπεῖν τὴν ἡμέραν τὸν θάνατον ἡμῶν πρὸ ὀφθαλμῶν βλέπομεν. πᾶσαν γὰρ βαρβαρικὴν ὑπερβαίνει μανίαν τὰ ὑπὸ Κυρίλλου, καὶ Μέμνονος, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς καθ᾽ ἡμῶν τολμώμενα· καὶ οὐδὲν εἶδος αὐτοῖς παραλέλειπται τυραννίδος. ἔφοδοι μὲν γὰρ συνεχεῖς, ὡς ἐν πολέμῳ, τολμῶνται· αἱ οἰκίαι ἡμῶν ἤδη δὶς ἀπεγράφησαν, ὥστε δήλας εἶναι καὶ ἐπισήμους τοῖς ἐπιέναι μέλλουσι. πᾶς οἶκος ἡμῖν εὐκτήριος ἀποκέκλεισται, νόσῳ διαφθειρόμενοι, καὶ σμικροῦ ἀέρος ἀπολαῦσαι ποθοῦντες, προκύπτειν οὐ θαρροῦμεν, ὡς βαρβάροις ἐχθίστοις τοῖς ὁμοφύλοις φοβούμενοι. οἱ τῶν ἁγίων πατέρων κανόνες πεπάτηνται· οἱ καθῃρημένοι καὶ ἀκοινώνητοι ἱερουργίας κατατολμῶσι, τὰ δυσσεβῆ αὐτῶν ἐκχέοντες τῷ λαῷ Θεοῦ διδάγματα. ἡμεῖς δὲ καθειργμένοι διατελοῦμεν, καὶ τὰς ἐφόδους προσκοποῦμεν. δεόμεθα τοίνυν καὶ ἱκετεύομεν τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν, μὴ περιιδεῖν ἡμᾶς ἐν μέσῳ τῶν τοιούτων ἀπειλημμένους κακῶν, ἀλλ᾽ ἐξαρπάσαι ἡμᾶς ὡς τάχιστα τοῦ ὑπόπτου θανάτου, καὶ παρασκευάσαι τὴν βασιλίδα πόλιν καταλαβεῖν, καὶ δοῦναι λόγον ἡμᾶς ὑπὲρ τῆς πίστεως, καὶ ἐξελέγξαι τῶν προειρημένων ἀνδρῶν τήν τε αἱρετικὴν κακοδοξίαν, καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν παρανομίαν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο γένοιτο παντελῶς ἀπολούμεθα, καὶ παρανάλωμα τῆς ἐκείνων μανίας ἐσόμεθα. πάλιν τοίνυν δεόμεθα, καὶ ἐνορκοῦμεν πρὸς παίδων, πρὸς τῶν φιλτάτων, πρὸς τῆς δικαίας τοῦ Θεοῦ κρίσεως, μὴ παροφθῆναι παρὰ τῆς ὑμετέρας μεγαλοπρεπείας, ἀλλ᾽ ὡς τάχιστα ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆναι, καὶ ἐλεύθερον ἀέρα θεάσασθαι.

culminis vestri literas resipiscerent, posteaquam decretum omni pietatis sensu plenum illis est lectum, nosque has literas dictaveramus, profecti sumus ad sancti Ioannis euangelistæ apostolicam ecclesiam, gratias acturi, Deumque pro vestra majestate, proque pio animi vestri instituto consilioque rogaturi: cum autem illi nos conspicati essent, repente templum nobis occluserunt. Itaque cum forinsecus adoravissemus, silentioque reverteremur, famulorum quorũdam multitudo erumpens, alios quidem nostrorum detinuerunt, nonnullis jumenta sua abstulerunt, quosdam etiam vulneraverunt; nos autem fustibus & lapidibus longo intervallo insectati sunt, ita ut tamquam barbaris insequentibus, magna cum festinatione fugam capessere cogeremur. Hæc autem multo jam ante præparaverat Memnon, nulli nostrum vel in aliquo oratorio precari, vel quiete debitoque ordine res ecclesiasticas tractare sinens. Quapropter obtestamur vestram pietatem, ut præcipue Memnonem tyrannum, jam depositum ob has insolentias, & omnia turbantem ac miscentem, ne facta sua diligenti examini subjiciantur, hac civitate pelli jubeat. Nam nisi hic expellatur, fieri nequit, ut pacem aliquando recuperemus, aut pietatis vestræ scopus ad exitum perducatur.

Eorumdem ad præfectum & magistrum pariter epistola.

AD summum, ut dici solet, malorum devenimus, & cum extremis periculis luctamur, ac mortem quotidie nobis ob oculos versantem videmus. Nam quæ a Cyrillo & Memnone, ceterisque factionis illorum consortibus, in nos audacter committuntur, ea omnem barbaricum furorem excedunt: nullumque tyrannidis genus ab eis prætermissum est. Continuis, prout in bello fieri solet, insultibus audacter impetimur: ædes nostras jam bis inscripserunt, nempe ut illis sint manifestæ & designatæ, qui impetum facturi sunt. Omne templum nobis præclusum est: morbo consumpti, ac vel modico cælo frui desiderantes, obliquato capite prospicere non audemus, contribules non secus ac infestissimos hostes extimescentes. Sanctorum patrum canones conculcati sunt: excommunicati & exauctorati sacris operari nihil verentur, impia sua dogmata copiose Dei populo profundentes: & nos interim inclusi misere hic sumus, invasionesque circumspectamus imminentes. Obsecramus proinde vestram magnificẽtiam, obnixeque eamdem rogamus, ne nos tantis hisce malis undique cinctos negligat; sed evidenti mortis discrimine quanta fieri potest celeritate eximat, efficiatque ut ad regiam civitatem acciti, fidei nostræ rationem reddere, ac prædictorum virorum hæresim, incredibilemque iniquitatem liceat commonstrare. Nam nisi hoc fiat, peribimus funditus, atque illorum furiis pabulum futuri sumus. Denuo itaque oramus, & per liberos, perque ea quæ vobis sunt carissima, ac per justum Dei judicium obtestamur, ne a vestra magnificentia neglecti relinquamur; sed ut quam celerrime hinc eruamur, & liberum aerem intueamur.

ACTA ADVERSUS CYRILLUM.

Hæc [illegible]

Sæpius eadem mendacia iterant.

B C D E

ACTA ADVERSUS CYRILLUM.

Eorumdem ad præpositum & scholasticum pariter epistola.

INTER delicta nihil gravius, nihil est perniciosius arrogantia: Ea enim ad absurda quæque deducit. Hæc Ægyptii, & qui cum illis ceu sub signis militant, acti, ecclesiasticas leges aspernantur, piaque Dei amantissimorum imperatorum nostrorum edicta conculcant. Nam neque prima, neque secunda, neque tertia imperatorum epistola ad saniorem mentem eos revocare potuit: sed neque legitima per nos in eos exauctoratio lata, illorum extinxit audaciam. Sed & in oratoriis spreta lege conveniunt, & profanas synaxes, etiamsi populi ad eas non veniant, scelerate celebrant; & omnibus sacris ædibus custodes, qui nullum nisi ipsos ingredi sinant, adhibuerunt. Et quidem jam ante per alias literas vestræ magnificentiæ indicatum est, quantum periculum adiverimus, quando pientissimorum Christique amantium imperatorum nostrorum literis per Palladium comitem præclarissimum jam acceptis, ad sanctam apostoli basilicam adorare instituebamus. Etenim non modo ab oratione fuimus prohibiti, verum etiam lapidibus impetiti, hostilique insectatione longissime abacti. Cum itaque pietatis alumni sitis, omnique virtutum genere præfulgeatis, adeo ut vestra gloria in omnium ore versetur, & sanctam ecclesiam alacriter propugnetis, omnem diligentiam, ut secundis perpetuo ventis feratur, adhibentes, amplitudinem vestram obtestamur, ut pientissimo, Christique amanti imperatori nostro literas nostras legatis, omnique studio ad hoc incumbatis, ut præsens quidem confusio compescatur, omnique perturbatione ac tumultu e medio sublato, communis synodus celebretur, & quælibet disceptantium pars rebus controversis adsistat.

Hæc verissime & appositissime in vos conveniunt.

Non ob literas imperatorum, sed quia loco Memnonis a'ium [illegible] vestra volebatis; quod populus ferre nolebat.

Relatio orientalis conciliabuli ad imperatorem victoriis clarum, rursum significans depositionem Cyrilli & Memnonis.

PIETAS vestra, quæ benefaciendo orbi & ecclesiis Dei clarescit, jussit nos in Ephesiorum civitate congregari, ut inde lucrum & pax ecclesiæ conciliaretur, non ut omnia confusione & perturbatione complerentur. Sed & ipsa vestræ majestatis edicta aperte ac diserte piam vestram & pacificam pro ecclesiis Dei indicant mentem. Atqui Cyrillus Alexandrinus, ad perniciem ecclesiarum (ut videtur) & natus & educatus, assumpta cooperatrice Memnonis Ephesii audacia, primum quidem in placidum & pium vestrum edictum peccavit, per omnia se profanum ostendens. Nam cum vestra majestas præceperit de fide diligens examen & inquisitionem, eamque haberi cum concordia & pace omnium; Cyrillus de Apollinarii dogmatibus accusatus, imo ipse seipsum redarguens per ea quæ cum anathematismis nuperrime in regiam urbem cum propria subscriptione misit,

Indigna in Cyrillum calumnia.

A

Επιστολὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν πραιπόσιτον καὶ τὸν σχολαστικὸν ὁμοίως.

ΟΥΔΕΝ ἀπονοίας ἐν πλημμελήμασι χαλεπώτερον· αὕτη γὰρ ἐπὶ πάντα ἐστὶ τὰ ἄτοπα ἡγεμών. ὑπὸ ταύτης οἱ Αἰγύπτιοι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς στρατηγούμενοι, τῶν τε ἐκκλησιαστικῶν καταφρονοῦσι θεσμῶν, καὶ τὰ εὐσεβῆ τῶν θεοφιλεστάτων ἡμῶν βασιλέων πατοῦσι θεσπίσματα. οὔτε γὰρ τὰ πρῶτα, οὔτε τὰ δεύτερα, οὔτε τὰ τρίτα αὐτοὺς σωφρονεῖν ἐδίδαξαν γράμματα· οὔτε ἡ ἐννόμως αὐτοῖς ὑφ᾽ ἡμῶν ἐπενεχθεῖσα καθαίρεσις ἔσβεσεν αὐτῶν τὴν θρασύτητα· ἀλλ᾽ ἀθροίζονται μὲν εἰς τοὺς εὐκτηρίους οἴκους παρανόμως, ἐπιτελοῦσι δὲ συνάξεις ἀθέσμους, καίτοι γε τῶν λαῶν ταύταις οὐ παραβαλόντων· παντὶ δὲ θείῳ οἴκῳ φρουροὺς ἐπιστήσαντες, οὐδένα πλὴν αὐτῶν εἰσιέναι συγχωροῦσι. καὶ ταῦτα ἤδη διὰ γραμμάτων ἑτέρων τὴν ὑμετέραν ἐδιδάξαμεν μεγαλοπρέπειαν, ὅπως ἐκινδυνεύσαμεν, προσεύξασθαι βουληθέντες εἰς τὸ ἅγιον ἀποστόλιον, μετὰ τὸ δέξασθαι τὰ διὰ τοῦ θαυμασιωτάτου Παλλαδίου τοῦ μαγιστριανοῦ γράμματα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν καὶ φιλοχρίστων βασιλέων. οὐ γὰρ μόνον ἐκωλύθημεν προσεύξασθαι, ἀλλὰ καὶ καταλευσθέντες μέχρι πολλοῦ κατεδιώχθημεν. ἐπειδὴ τοίνυν καὶ τῆς εὐσεβείας ὑπάρχετε τρόφιμοι, καὶ ἐν ἀρετῇ διαλάμποντες πάσῃ, ὡς τὴν ὑμετέραν εὔκλειαν ἐν τοῖς ἁπάντων περιφέρεσθαι στόμασι, καὶ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας *ἐνθύμως ὑπερμαχεῖτε, πᾶσαν ποιούμενοι προμήθειαν, ὥστε διηνεκῶς αὐτὴν ἐξ οὐρίων φέρεσθαι· παρακαλοῦμεν ὑμῶν τὸ μέγεθος, καὶ τὰ ἡμέτερα γράμματα ὑπαναγνῶναι τῷ εὐσεβεστάτῳ, καὶ φιλοχρίστῳ ἡμῶν βασιλεῖ, καὶ πᾶσαν ᾽ὑπενεγκεῖν σπουδὴν, ὡς τὴν μὲν παροῦσαν παυθῆναι σύγχυσιν, ἀταράχως δὲ καὶ θορύβου παντὸς χωρὶς τὸ κοινὸν γενέσθαι συνέδριον, καὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἕκαστον μέρος τῶν ἀμφισβητούντων συστῆναι.

B

C

D

'σχολαστικὸν [illegible]

*εὐθύμως

᾽ἐνεγκεῖν

Αναφορὰ τῆς ἀνατολικῆς συνόδου πρὸς τὸν καλλίνικον βασιλέα, δηλοῦσα καὶ αὖθις τὴν γεγενημένην καθαίρεσιν Κυρίλλου καὶ Μέμνονος.

Η ΔΙΑΛΑΜΠΟΥΣΑ ὑμῶν εὐσέβεια ἐπ᾽ εὐεργεσίᾳ τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἐν τῇ τῶν Ἐφεσίων ἀθροισθῆναι, ὥστε κέρδος καὶ εἰρήνην τῇ ἐκκλησίᾳ περιποιῆσαι, οὐχ ὥστε συγχύσεως καὶ ἀταξίας πάντα πληρῶσαι. καὶ αὐτὰ δὲ τὰ τοῦ ὑμετέρου κράτους θεσπίσματα σαφῶς καὶ διαρρήδην τὸν εὐσεβῆ ὑμῶν καὶ εἰρηνικὸν ὑπὲρ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησιῶν μηνύει σκοπόν. ὁ δὲ ἐπ᾽ ὀλέθρῳ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τεχθεὶς καὶ τραφεὶς, ὡς ἔοικε, Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας, συνεργὸν λαβὼν τὴν Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίου θρασύτητα, πρῶτον μὲν εἰς τὸ γαληνὸν καὶ εὐσεβὲς ὑμῶν παρηνόμησε θέσπισμα, διὰ πάντων τὸ ἀκαθοσίωτον αὐτοῦ δεικνύς. τοῦ γὰρ ὑμετέρου κράτους θεσπίσαντος περὶ πίστεως τὴν ἐξέτασιν γενέσθαι, καὶ βάσανον ἀκριβῆ τὴν μετ᾽ ὁμονοίας καὶ εἰρήνης τῶν πάντων, ὁ Κύριλλος ἐπὶ τοῖς Ἀπολιναρίου δόγμασιν ἐγκαλούμενος, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν ἐλέγξας δι᾽ ὧν πρώην εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν μετ᾽ ἰδίας ὑπογραφῆς ἀπέστειλε μετὰ ἀναθεματισμῶν, ἐν οἷς

E

ANNO CHR. 43[illegible]

ἐν οἷς τὰ τοῦ δυσσεβοῦς καὶ αἱρετικοῦ Ἀπολιναρίου A φρονῶν ἐλήλεγκται· καὶ οὐδενὸς τούτων φροντίσας, ὡς ἐν ἀβασιλεύτοις καιροῖς, χωρεῖ πρὸς πᾶσαν παρανομίαν· καὶ δέον λόγον δοῦναι ὑπὲρ ὧν διεφθαρμένῃ χρῆται τῇ περὶ τὸ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστὸν δόξῃ, ἁρπάσας ἑαυτῷ τὴν αὐθεντίαν, τὴν μήτε παρὰ τῶν κανόνων αὐτῷ δεδομένην, μήτε ἀπὸ τῶν ὑμετέρων θεσπισμάτων, ὁρμᾷ πρὸς πᾶν εἶδος ἀξίας καὶ παρανομίας. ἐπὶ τούτοις κινηθεῖσα ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ οὐ παραδεξαμένη τὰς ἐπὶ λύμῃ τῆς πίστεως αὐτοῦ ἐπινοίας, τοῦτον μὲν καθαιρεῖ διὰ τὰ προειρημένα πάντα, Μέμνονα B δὲ, ὡς συνεργὸν αὐτοῦ καὶ συναγωνιστὴν ἐν ἅπασι γεγενημένον, καὶ μυρίοις θορύβοις κατὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, τῶν συνθέσθαι τῇ αἱρετικῇ ἐκείνου κακοδοξίᾳ μὴ ἀναχομένων, ἐγείραντα, καὶ τὰς ἐκκλησίας, καὶ πάντα τόπον εὐκτήριον κλείσαντα, ὡς ἐν ἑλληνικοῖς καὶ θεομάχοις καιροῖς, καὶ πλῆθος ἐπιχώριον τῆς Ἐφεσίων ἐπεισαγαγόντα, ὡς περὶ τοῦ παντὸς ἡμῖν εἶναι καθ' ἑκάστην τὸν κίνδυνον, οὐ πρὸς ἄμυναν βλέπουσιν, ἀλλὰ πρὸς τὰ ὀρθὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας. τὸ γὰρ τούτους ἐκκόψαι, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ τὴν ὀρθοδοξίαν στῆσαι. ἔξεστι δὲ ὑμῶν τῷ κράτει ἐξ αὐτῶν αὐτοῦ τῶν κεφαλαίων τὸ δυσσεβὲς αὐτοῦ φρόνημα ἐπιγνῶναι. τελευτήσαντα γὰρ τὸν δυσσε- C βῆ Ἀπολινάριον ἐν τῇ αἱρέσει, οἱονεὶ ἐξ ᾅδου ἐγείρων, καὶ ἐπιστρατεύων ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει ἐλέγχεται, καὶ ἀναθεματίζων ἐν οἷς ἐκτίθεται, εὐαγγελιστὰς ὁμοῦ καὶ ἀποστόλους, καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους ἐκκλησίας προγόνους· οἳ παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ λογισμῶν οἰκείων ὁρμώμενοι, τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἐκήρυξαν, καὶ κατήγγειλαν τὸ εὐαγγέλιον ἀπεναντίας οἷς οὗτος καὶ φρονεῖ καὶ διδάσκει, καὶ ἐξ ἐπιτάγματος βούλεται τὴν ἑαυτοῦ ἀσέβειαν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης κρατεῖν. ὅπερ οὐ φέροντες, τῇ στάσει τῇ δεούσῃ ἐχρησάμεθα, τῇ τε D θείᾳ ῥοπῇ, καὶ τῷ τῆς εὐσεβείας ὑμῶν θαρροῦντες σκοπῷ. ἴσμεν γὰρ, ὡς οὐδὲν προτιμήσετε τῆς ὑγιοῦς πίστεως, ᾗ συντραφέντες ὑμεῖς τε καὶ οἱ τρισμακάριοι ὑμῶν πρόγονοι, ἀδιάδοχα τὰ τῆς βασιλείας παρειλήφατε σκῆπτρα, τοὺς τοῖς ἀποστολικοῖς δόγμασιν ἐναντιουμένους ἀεὶ καταλύοντες· ὧν ἐστιν ὁ προειρημένος Κύριλλος. ὃς ὥσπερ ἀκρόπολιν κατειληφὼς τὴν Ἔφεσον διὰ Μέμνονος τοῦ συνεργοῦ, δικαίως μετ' αὐτοῦ τὴν καθαίρεσιν ἀπηνέγκατο. πρὸς γὰρ τοῖς εἰρημένοις, πᾶσαν ἔφοδον καὶ πᾶσαν ἀταξίαν ἐτόλμη- E σαν καθ' ἡμῶν· οἱ συνειλεγμένοι, καὶ πόλεων ἀμελήσαντες, καὶ πατρίδων, καὶ ἑαυτῶν, ὥστε τὸ ὑμέτερον κυρῶσαι θέσπισμα· καί ἐσμεν νῦν τυραννίδος παρανάλωμα, εἰ μὴ * καταλάβῃ ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια, θεσπίζουσα ἑτέρωσε ἡμᾶς συνελθεῖν, πλησίον που, ἔνθα δυνησόμεθα ἀπό τε τῶν γραφῶν, καὶ τῶν συγγεγραμμένων τοῖς πατράσι βίβλων, ἐλέγξαι αὐτοὺς σαφῶς, τόν τε Κύριλλον, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ὑπαχθέντας· οὓς πεφεισμένως ἀκοινωνησίᾳ ὑπεβάλομεν, ἐλπίδας αὐτοῖς σωτηρίας, εἰ μεταμεληθεῖεν, ὑποφαίνοντες· οἳ ὥσπερ ἐπὶ στρατείᾳ βαρβαρικῇ ὕλας ἀταξίας αὐτῷ μέχρι τοῦ παρόντος παρέχουσιν· οἱ μὲν καθῃρημένοι ὄντες ἐκ πολλοῦ, καὶ ὑπ' αὐτοῦ προσληφθέντες· οἱ δὲ ἀκοινώνητοι τοῖς οἰκείοις μητροπολίταις,

A in quibus deprehensus est sentire cum impio & hæretico Apollinario: his omnibus posthabitis, quasi tempora hæc regia gubernatione destituta essent, in omnem prolabitur iniquitatem: cumque oporteret rationem reddere pravæ suæ de gloria domini nostri Iesu Christi opinionis, sibi auctoritatem usurpans neque a canonibus, neque a vestris edictis ei concessam, in omne genus immodestiæ ac sceleris ruit. Quamobrem mota sancta synodus, quæ non approbavit ejus adinventiones fidei pestiferas, ipsum quidem deponit propter prædicta omnia, Memno- B nem vero, ut administrum ejus & commilitonem in omnibus, qui innumeras turbas contra sanctissimos episcopos pravæ illi & hæreticæ opinioni assentiri recusantes excitavit, & ecclesias atque oratoria omnia conclusit, quasi adessent paganorum & hostium Dei tempora, & vulgus regionis Ephesiorum introduxit, adeo ut nobis quotidie de summa rerum periclitandum sit, dum non de defensione, sed de rectis fidei dogmatibus cogitamus. Hos enim abscindere, nihil aliud est, quam rectam fidem statuere. Poterit autem majestas vestra vel ex ipsis illius capitibus impiam ejus sententiam agnoscere. Impium enim Apollinarium in hæresi jam C mortuum quasi ex inferno excitare, & contra ecclesias & rectam fidem in aciem educere comperitur, & anathematizare in suis expositionibus euangelistas simul & apostolos, & post illos, ecclesiæ progenitores, qui a Spiritu sancto, non a propriis cogitationibus impulsi, piam fidem prædicaverunt, & euangelium annuntiaverunt, contraria quam iste & sapit & loquitur, præcipiendoque vult ubivis terrarum suam impietatem valere. Id quod nequaquam ferentes, convenienti dissidio sumus usi, divina gratia, vestræque pietatis mente fisi. Scimus enim quod sanæ fidei nihil præferetis, in D qua educati vos, & beatissimi progenitores vestri non interjecto extraneo successore regni sceptra suscepistis, semper eos qui apostolicis dogmatibus adversantur, deprimentes: e quibus est Cyrillus prædictus, qui adjutore Memnone quasi arcem occupans, veniens Ephesum, juste cum eo depositioni subjectus fuit. Nam præter ea quæ diximus, omnem insultum, omnemque perturbationem per audaciam aggressi sunt contra nos, qui convenimus relictis civitatibus & patriis, ac nobisipsis, ut edictum vestrum ra- E tum esset: & nunc sumus tyrannidi exposita præda, nisi vestra pietas antevertat, edicens, ut alio loco propiore conveniamus, ubi poterimus e scripturis, & e libris conscriptis a patribus, redarguere manifeste Cyrillum, & eos qui ab illo dolose inducti sunt, quos indulgenter excommunicationi subjecimus, spem salutis, si resipiscant, subindicantes; qui quasi in barbarico exercitu materiam perturbationis usque in præsentem horam ei suppeditarunt: alii quidem multo ante depositi, & ab illo suscepti: alii vero excommunicati a suis metropolitanis,

Conciliabulum suum falso vocant sanctam synodum.

Impudens in catholicum virum mendacium.

Schismatici pietatem semper simulant, impietatem meditantes.

ACTA ADVERSUS CYRILLUM

& ab ipso in communionem recepti: alii variis criminibus impliciti, & ab ipso honores consecuti: & hæc fecit, tentans per multitudinem sensum suum hæreticum stabilire; non expendens, quod in religione non numerus quæritur, sed dogmatum rectitudo, & apostolicorum decretorum veritas, & viri, qui illa pie ex apostolicis demonstrationibus & testimoniis comprobare sciant, non autem ex audacia & tyrannica potestate. Proinde obsecramus & oramus, ut vestra majestas quamprimum religioni quæ impugnatur, subsidium ferat, & celerrimam correctionem imponat illorum insaniæ & tyrannidi, quæ quasi turbo ad hæreticam perfidiam audaciores arripit. Iustum enim est, ut vestra pietas, quæ ecclesiarum Persidis, & earum quæ inter barbaros sunt, curam gessit, ecclesias quæ Romanorum principatu jactantur, non negligat.

Relatio orientalium ad piissimum imperatorem, quam cum antescripta relatione magnificentissimo comiti Irenæo dederunt.

SPERAVIMUS fore, ut Ægyptiaca tempestas, quæ sanctas Dei ecclesias exagitavit, acceptis pietatis vestræ literis tandem aliquando sedaretur: sed spe nostra frustrati sumus. Etenim viri illi væsania acti, insolentiores evaserunt: & neque depositionem juste legitimeq; ipsis illatam quidquam curant, neque per majestatis vestræ increpationem modestiores effecti sunt: sed & pietatis vestræ sanctionibus contemptis, sanctorumque patrum canonibus conculcatis, (cum alii sint depositi, alii vero excommunicati) festos dies in oratoriis agunt, celebrantes synaxes: ac nos quidem, sicuti etiam Christi amantem celsitudinem vestram ea de re certiorem antea fecimus, cum acceptis clementiæ vestræ literis omni pietate plenis, in apostoli basilica preces solum Deo adhibere cuperemus, non modo prohibuerunt, sed lapidatione facta, longo quoque spatio insecuti sunt, ita ut fuga cursuque vitæ periculum evaserimus. Sibi vero quidvis licere arbitrantur; neque ad concilium convenire, neque controversiarum discussionem pertractare, neque de hæreticis Cyrilli capitibus (quod argumenta, quæ impietatem illorum aperte ostendunt, diluere se posse plane diffidant) rationem reddere voluerunt; sola autem audacia temeritateque se efferunt: tamen non audacia, non temeritate, sed tranquillitate, sed scientia, sed dogmatum peritia, quæ proposita sunt, simul examinari debent. Eapropter magnificentissimum comitem Irenæum præmittere compulsi sumus, ut is & vestram pietatem conveniat, totius negotii seriem explanet: siquidem nihil actum est, quod illum lateat. Accepit idem a nobis plurimos præsentis morbi curandi modos, quibus tranquillitas ecclesiis Dei restitui queat. Rogamus vestram mansuetudinem, ut patienter illos ab eo cognoscat, & quod vestræ pietati visum fuerit, quanta fieri poterit, celeritate præcipiat, ne citra omnem utilitatem & necessitatem hic consumamur.

Accusatur synodus, quod schismaticorum excommunicationem parvifecerit

Aliud vero meditabamini, quam precationē, ut manifestum postea evasit.

Stulte nimitū agerēt, si relicto concilio catholico ad schismaticorum conciliabulum transirent.

Quomodo Irenæus munus hoc obierit, ex ejus epistola, quæ mox sequitur, cognosci potest.

A καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ εἰς κοινωνίαν δεχθέντες· ἄλλοι διαφόροις ἐγκλήμασιν ἐμπεπαρμένοι, παρ᾽ αὐτοῦ τιμηθέντες. καὶ ταῦτα ἐποίει, ἀπὸ τοῦ πλήθους κυρῶσαι τὸ αἱρετικὸν αὐτοῦ πειρώμενος φρόνημα, μὴ λογισάμενος, ὡς ἐν εὐσεβείᾳ οὐκ ἀριθμὸς ζητεῖται, ἀλλ᾽ ὀρθότης δογμάτων, καὶ ἡ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀλήθεια, καὶ ἄνδρες ἐν τούτοις εὐσεβῶς ἐξ ἀποστολικῶν ἀποδείξεων καὶ μαρτυριῶν εἰδότες συνίστασθαι, καὶ οὐκ ἐκ θράσους καὶ αὐθεντίας τυραννικῆς. ὅθεν παρακαλοῦμεν καὶ ἱκετεύομεν διὰ τάχους ἐπαμῦναι τῇ εὐσεβείᾳ πολεμουμένῃ τὸ ὑμέτερον κράτος, καὶ διόρθωσιν ὀξυτάτην ἐπιθεῖναι τῇ τούτων μανίᾳ καὶ τυραννίδι, ἣ ὥσπερ τις λαῖλαψ πρὸς αἱρετικὴν κακοδοξίαν παρασύρει τοὺς θρασυτέρους. δίκαιον γὰρ τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν τὴν τῶν ἐν Περσίδι, καὶ τῶν ἐν βαρβάροις ἐκκλησιῶν φροντίσασαν, ἐν τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ σαλευομένας μὴ παριδεῖν ἐκκλησίας.

*Ἀναφορὰ τῶν ἀνατολικῶν πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, ἥνπερ ἔδωκαν μετὰ τῆς ἀναφορᾶς τῆς προγεγραμμένης τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ κόμητι Εἰρηναίῳ.

ΗΛΠΙΣΑΜΕΝ λύσιν ἔσεσθαι τοῦ Αἰγυπτιακοῦ κλύδωνος, τοῦ ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις προσβαλόντος, τὰ τῆς εὐσεβείας τῆς ὑμετέρας δεχόμενοι γράμματα· ἐψεύσθημεν δὲ τῆς ἐλπίδος. θρασύτεροι γὰρ οἱ ἄνδρες ἐξ ἀπονοίας ἐγένοντο· καὶ οὔτε τῆς ἐνδίκως καὶ ἐννόμως ἐπενεχθείσης αὐτοῖς ἐφρόντισαν καθαιρέσεως, οὔτε τῇ ἐπιτιμήσει τοῦ ὑμετέρου κράτους ἐγένοντο σωφρονέστεροι· ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας νόμους, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων κανόνας πατήσαντες, οἱ μὲν καθαιρεθέντες, οἱ δὲ ἀκοινώνητοι γενόμενοι, ἐν τοῖς εὐκτηρίοις ἑορτάζουσιν οἴκοις, συνάξεις ἐπιτελοῦντες. καὶ ἡμᾶς μὲν, ὡς καὶ ἤδη τὴν φιλόχριστον ὑμῶν ἐδιδάξαμεν κορυφὴν, προσδέξασθαι μόνον εἰς τὸ ἅγιον βουληθέντας ἀποστόλιον, μετὰ τὸ δέξασθαι τὰ πάσης εὐσεβείας γέμοντα γράμματα τῆς ὑμετέρας ἡμερότητος, οὐ μόνον ἐκώλυσαν, ἀλλὰ καὶ κατέλευσαν, καὶ μέχρι πολλοῦ κατεδίωξαν, ὡς φυγῇ καὶ δρόμῳ τὴν σωτηρίαν ἡμᾶς πορίσασθαι. αὐτοῖς δὲ πᾶν ὁποιοῦν ποιεῖν ἐξεῖναι νομίζουσιν· εἰς δὲ συνέδριον εἰσελθεῖν, καὶ βάσανον τῶν ζητουμένων ποιήσασθαι, καὶ ὑπὲρ τῶν αἱρετικῶν τοῦ Κυρίλλου κεφαλαίων ἀπολογήσασθαι οὐκ ἠνέσχοντο, τοὺς προφανεῖς τῆς ἐν αὐτοῖς δυσσεβείας ἐλέγχους ἀπαγορεύοντες. μέγα δὲ φρονοῦσιν ἐπὶ μόνῳ τῷ θράσει· καίτοι γε οὐ θράσους, ἀλλ᾽ ἡσυχίας, καὶ γνώσεως, καὶ τῆς τῶν δογμάτων ἐμπειρίας ἡ περὶ τῶν προκειμένων συνεξέτασις ἐστι. τούτου χάριν ἠναγκάσθημεν *προπέμψασθαι τὸν μεγαλοπρεπέστατον κόμητα Εἰρηναῖον καταλαβεῖν ὑμῶν τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὰ τοῦ πράγματος διδάξαι. τά τε γὰρ γενόμενα ἀκριβῶς ἐπίσταται, καὶ μεμάθηκε παρ᾽ ἡμῶν πολλοὺς θεραπείας τρόπους, δι᾽ ὧν δυνατὸν τὸ ἀτάραχον ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις παραχεθῆναι. οὓς ἱκετεύομεν ἀνεξικάκως τὴν ὑμετέραν παρ᾽ αὐτοῦ μαθεῖν ἡμερότητα, καὶ τὸ δοκοῦν τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ θᾶττον κελεῦσαι γενέσθαι, ἵνα μὴ εἰς οὐδὲν δέον ἐνταῦθα *συντριβώμεθα.

Al. συνελθεῖν · *Al. προτρέψασθαι* · *Al. παραχθῆναι* · *συντριβώμεθα*

Ἐπιστολὴ

Ἐπιστολὴ γραφεῖσα παρὰ τοῦ κόμητος Εἰρηναίου A πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς περὶ τῶν ἐπὶ τῇ ὑποθέσει πραχθέντων, μετὰ τὴν εἴσοδον αὐτοῦ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τὴν ἀπόδοσιν τῶν ἀναφορῶν.

ΜΟΓΙΣ μοι νῦν ἐξεγένετο καὶ ἐπιστεῖλαι πρὸς τὴν ὁσιότητα ὑμῶν, καὶ τὸν γραμμάτων εὑρεῖν οἷον ἐβουλόμην διάκονον· ἵνα τὰ ἐπὶ τοῖς προκειμένοις ἐκβάντα διὰ τῆς χάριτος τοῦ *Χριστοῦ, γνωρίσω τῇ κατὰ Θεὸν ὑμῶν διαθέσει· ἤλθομεν γὰρ εἰς τὴν βασιλεύουσαν πόλιν, τρεῖς μετὰ τὴν Αἰγυπτίων προλαβόντων ἡμέρας· ὅσοις δὲ λοιπὸν εὐθὺς καὶ παρ' αὐτὴν ὑπέστην τὴν εἴσοδον κινδύνοις, οὐδὲ λόγῳ ῥᾴδιον ἐξειπεῖν, μή τί γε διὰ ἐπιστολῆς παραστῆσαι. B προεισελθόντες γὰρ οἱ βέλτιστοι, καὶ πᾶσι προσφόρως καὶ καταλλήλως χρησάμενοι· ἀρκεῖ γὰρ τοσοῦτον εἰπεῖν· πάντων ὡς εἰπεῖν τὰς ἀκοὰς προκατέλαβον, τοὺς μὲν ταῖς ψευδολογίαις ὡς ἔτυχον δελεάζοντες, τοὺς δὲ καθ' ἡμῶν ταῖς συκοφαντίαις προσεθίζοντες, ἅπαντας δὲ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν συμπείθοντες· ὥστε καὶ τοὺς μεγάλους ἄρχοντας, καὶ * τοὺς ἐν ἀξιώμασι τελοῦντας, καὶ τοὺς ἐν στρατείαις διαφόροις πεισθῆναι, ὅτι περ καὶ ἐξετάσεως ἀκολούθου γεγενημένης, καὶ κρίσεως παρα- C κολουθησάσης, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐξενεγκόντων ψῆφον κατὰ τοῦ παρ' αὐτῶν ἐρήμην κατακριθέντος, ἡ θαυμαστὴ γέγονεν ἐκείνη καθαίρεσις. τὸν μέντοι μεγαλοπρεπέστατον καὶ φιλόχριστον κουβικουλάριον Σχολαστίκιον ἔπεισαν ὁμολογουμένως, ὡς οὐδὲ ἀκοῦσαι ὅλως ἠνέσχετο ἐν Ἐφέσῳ τῆς θεοτόκου φωνῆς. ὅμως διὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἀκαταγώνιστον δύναμιν, καὶ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς, ἴσχυσα διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, τοὺς ἐκ προοιμίων κινδύνους, ὡς ἔφην, διαφυγὼν, συντυχεῖν τε τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις ἄρχουσι, καὶ πᾶσαν αὐτοῖς, ὡς ἐνεχώρει, τὴν τοῦ πράγματος ἀλήθειαν ἐξηγήσασθαι. οἳ D τὰ παρ' ἡμῶν διδαχθέντες, καὶ εἰς αὐτὰς ἐνεγκεῖν ἠναγκάσθησαν τῶν κρατούντων τὰς ἀκοὰς, ὅσα περ εἴς τε τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν, καὶ εἰς ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς οἱ περὶ τὸν Αἰγύπτιον τυραννικῶς ἐπλημμέλησαν. καὶ τέλος, ἵνα μὴ μηκύνω τὸν λόγον, πολλῶν ἐν τῷ μέσῳ γενομένων τε καὶ λεχθέντων παρά τε τῶν τὰ ἡμέτερα, παρά τε τῶν τὰ Κυρίλλου φρονούντων, ἔδοξεν, ἐμοῦ τε καὶ τῶν Αἰγυπτίων, ἑαυτοῖς τε καὶ τῇ ὑποθέσει συνισταμένων αὐτῇ, τοῦ εὐσεβεστάτου ἀκροάσασθαι βασιλέα, παρόντων αὐτῷ καὶ τῶν μεγάλων ἀρχόντων· καί τοι γε ἐμοῦ διαμαρτυρουμένου πολλάκις, ὡς οὔτε τούτου χάριν ἀφῖγμαι, οὔτε E τοιαύτας παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἔλαβον ἐντολάς· μόνον δὲ γραμμάτων ἦλθον διάκονος. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ὑπὸ τούτων μικροῦ δεῖν καὶ διεσπάσθην τῶν λόγων, τὸ δόξαν δὲ δίχα πάσης ἐξεβιβάσθη μελλήσεως. τῆς τοίνυν θείας ἡμῖν καὶ τότε παραστάσης ῥοπῆς, καὶ τὴν τοῦ κρατοῦντος πρὸς τὸ ἀληθὲς ἰθυνάσης καρδίαν, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων δειξάσης, ὅτι περ ἀληθῶς καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ, κατεγνώσθησαν μὲν οἱ ἐξ ἐναντίας· δεῖ γὰρ ἐπ' αὐτὸ συντόμως τὸ πέρας ἐλθεῖν· ὡς κατ' οὐδένα τρόπον συστῆναι ἢ τοῖς τῆς καθαιρέσεως ὑπομνήμασιν, ἢ οἷς ἐνταῦθα κατὰ ψευδολογίαν εἰρήκασι, δυνηθέντες· ἀλλὰ καὶ προφανῶς διὰ πάντων

ACTA ADVERSUS CYRILLUM

Epistola comitis Irenæi ad orientales, de iis quæ in proposita causa gesta sunt post suum Constantinopolim ingressum, redditasque relationes.

VIX mihi nunc tandem ad sanctitatem vestram scribere, qualemque desiderabam, tabellarium invenire licuit, ut quis propositi negotii successus per gratiam Dei extiterit, vestræ pietati patefacerem. Venimus enim in regiam civitatem triduo post Ægyptiorum adventum. At vero quot in ipso mox aditu pericula sim perpessus, id nec B oratione explicari facile est, nedum epistola repræsentetur. Nam optimi illi viri ante me (civitatem) ingressi, omnibusque commode & ex voluntate usi, (tantum enim dixisse satis sit) omnium fere aures præoccuparunt; alios quidem mendaciis temere decipientes, alios confictis in nos calumniis instigantes, omnes denique publice privatimque ea ratione in suam sententiam allicientes, ut etiam magni principes, quique dignitate pollebant, vel diversa in rebus C bellicis munia obibant, persuasi essent, examinatione, quam oportuit, judicioque consecuto, & omnibus piissimis simul episcopis unam eandemque sententiam proferentibus contra eum quem indicta causa condemnarunt, mirabilem illam depositionem esse factam. Sane Scolasticio cubiculario magnificentissimo, Christique studioso firmiter persuaserant, Nestorium Ephesi ne audire quidem ullo pacto sustinuisse deiparæ vocabulum. Verumtamen ob inexpugnabilem veritatis virtutem, vestrasque orationes, Dei miseratione, postquam pericula, quæ prima statim fronte, ut dixi, se offerebant, evasi, & magnificentissimos principes convenire, uni- D versamque rerum veritatem, quantum licebat, ipsis explicare valui. Qui simul atque nostram relationem accepissent, omnia quæ Ægyptius per tyrannidem tam in præsentem causam, quam in nosipsos quoque commisit, ad imperatorum aures referre coacti sunt. Denique, ne longius sermonem protraham, cum multa & ab his qui cum Cyrillo faciebant, & ab illis rursum qui nobiscum sentiebant, acta & disputata fuissent; placuit ut utraque pars, tam ego, quam Ægyptii, sui suæque causæ tuendæ gratia, præsentibus etiam magnis principibus piissimum imperatorem adiremus, atque ab eo audiremur: E quamquam protestatus sum identidem, me nec ea de causa adesse, nec ulla ejusmodi mandata a pientissimis episcopis accepisse, sed tantum literarum latorem advenisse. Sed profecto ob hujusmodi verba pene discerptus sum: quod autem placuit, absque ulla cunctatione prolatum est. Quare divina providentia etiam tum opem nobis ferente, Augustique animum ad veritatem dirigente, & re ipsa, quod cor regis vere in manu Dei sit, declarante, adversarii damnati sunt (oportet enim paucis ipsum rei eventum expedire) propterea quod neque (Nestorii) depositionis commentarios, neque quæ hic per mendacium effutiverant, ulla ratione defendere possent. Quin & illud quoque modis in omnibus

Exaggerat Irenæus quæ schismaticorum causa pertulerat.

Sed tamen quod verum erat, persuaserant.

Atjustissime damnatum fuisse cõstat.

Et hoc verissimũ erat.

Narrationem hanc mendacio esse refertam, ex aliis quæ subsequũtur, claré constat.

Prov. 21. Sed schismaticorum victoria non fuit diuturna.

ACTA ADVERSUS CYRILLUM.

A nibus perspicuum evasit, nec recto congruoque ordine servato concilium convocatum fuisse ab Ægyptio, nec ei judicare licuisse, cum unus esset ex iis qui judicandi erant, neque omnino materiæ tractationem aggredi præter magnificentissimi comitis Candidiani voluntatem potuisse. Etenim omnes ejusdem magnificentissimi comitis Candidiani denuntiationes, sacra præterea per eum ad synodum scripta, & alia similia, ad plenam rei notitiam imperatore jubente recitata sunt: neque quidquam omnino, quod iniquos illegitimosque illorum apud vos ausus ante oculos ponere posset, ob vestras preces omissum est: ita ut veritatis hostes ab omni- B bus communi consensu damnationis sententiam ferrent, & vestræ pietatis judicium probaretur & confirmaretur; piusque imperator Ægyptii depositionem ad sanctam Dei ecclesiam quamprimum transmiserit, tamquam omnia tyrannice & illegitime Cyrillus, & qui cum eo sunt, perpetraverint, aliisque præterea pœnis ob commissa sint obnoxii. Hunc exitum res habuerunt; atque hic audientiæ terminus extitit. Ceterum cum Ioannes medicus & domesticus Cyrilli advenisset, eoque modo venisset, quo scitis; advertimus majorem partem principum quasi mutatam fuisse, ut qui jam ne audire quidem ea a nobis velint, quæ coram ipsis, vel etiam ab ipsis fuerant judicata. Quidam enim affirmant, quæ utrimque facta essent, in præsenti valere debere; atque adeo non duarum personarum tantum, ut aliquando visum fuerat, sed trium depositionem confirmandam esse: alii exauctorationes quidem omnium ex æquo annullandas, aliquos vero ex piissimis episcopis, ut & fidei doctrina accurate ad veritatis amussim examinetur, & quæ Ephesi contra jus & fas acta sunt, huc accersendos censent. Non desunt, qui maximopere student, omnemque lapidem movent, ut certis decretis instructi a pientissimo imperatore Ephesum abire sinantur, tamquam (aiunt) omnia cognituri, & pro virili compostituri. Quod ne fiat, qui vos amant, obnixe deprecantur, certo scientes cujus sint animi qui hæc moliuntur; neque nesciunt a quo id consilii ceperint. Verum hæc, utcumque domino visum fuerit, succedant. Ceterum sanctitatem vestram rogo, ut Deum intente pro me orare ne gravetur, qui talia pericula perpessus sum, & in magnis adhuc discriminibus ob illam, quæ quotidie insidiatur, multitudinem, versor. Testis enim mihi est Deus, dum ad judicium coram imperatore vocarer, nihil aliud me expectasse, quam ut in fluctus maris projicerer: sed dominus, sicut scriptum est, adstitit mihi, & de ore leonis, aut mille potius leonum catulis liberatus sum.

Ægyptium per contemptum Cyrillum vocat, ut & alibi etiam.

Levis admodum fuerat illa persuasio, quæ tam cito concidit.

Atqui id cogitare non poteras, nisi pessime tibi conscius fuisses.

2. Tim. 4. v. 17.

A ἀποδειχθέντες, ὡς οὔτε τὸ συνέδριον ἀκολούθως ὁ Αἰγύπτιος ἐκάλεσεν, οὔτε κρίνειν, ὡς εἷς ὢν τῶν κρινομένων, ἠδύνατο, οὔτε ὅλως παρὰ γνώμην τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ τῆς ὑποθέσεως ἅψασθαι. καὶ γὰρ καὶ αἱ παραγγελίαι πᾶσαι τοῦ αὐτοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ, καὶ ἡ γραφεῖσα δι' αὐτοῦ πρὸς τὴν σύνοδον σάκρα. καὶ ἕτερα τοιαῦτα ὡς * ἅπαξ ἐν διαγνώσει κελεύσαντος ἀνεγνώσθησαν τοῦ βασιλέως· καὶ οὐκ ἔστι τι, ὅπερ διὰ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς παρελείφθη, τῶν τὰ παρανόμως αὐτόθι τολμηθέντα δεικνύντων· ὥστε λοιπὸν σύμφωνον μὲν B τοὺς τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς τὴν παρὰ πάντων κατάγνωσιν ἀπενέγκασθαι, δειχθῆναι δὲ καὶ κυρωθῆναι τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας τὴν κρίσιν, καὶ τὴν τῶν περὶ τὸν Αἰγύπτιον καθαίρεσιν ἀποσταλῆναι παραχρῆμα παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, ὡσανεὶ τυραννικῶς ἅπαντα καὶ ἀθέσμως τῶν περὶ Κύριλλον πεπραχότων, καὶ ἑτέρας προσοφειλόντων ἐφ' οἷς ἔπταισαν τιμωρίας. ἐπὶ τούτοις μὲν οὖν τὰ τοῦ πράγματος ἐτελεύτησε· καὶ τοῦτο γεγένηται τῆς ἀκροάσεως πέρας. ἐλθόντος δὲ Ἰωάννου τοῦ ἰατροῦ καὶ συγκέλλου Κυρίλλου, καὶ ἐλθόντος ὡς ἴστε, ἑτέρους ὥσπερ γεγενημένους ὁρῶμεν τῶν ἀρχόντων τοὺς πλείους, καὶ οὐδὲ ἀκοῦσαι γοῦν παρ' ἡμῶν τῶν ἐπ' αὐτῶν ἢ καὶ παρ' αὐτῶν κριθέντων ἀνεχομένους. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν, ἐπὶ τοῦ παρόντος, φασίν, ὡς χρὴ τὰ ἐξ ἑκατέρου μέρους πραχθέντα κρατεῖν, καὶ τὰς καθαιρέσεις οὐ τῶν δύο μόνων, ὡς ἔδοξεν, ἀλλὰ τῶν τριῶν κυρωθῆναι προσώπων· οἱ δὲ, ὅτι τὰς μὲν καθαιρέσεις λυθῆναι πάντων ἐπίσης προσήκει, φανεροὺς δὲ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐνταῦθα μετασταλῆναι, ὥστε μετὰ πάσης ἀληθείας ἐξετασθῆναι τούς τε περὶ τῆς πίστεως λόγους, καὶ τὰ παρανόμως ἐν Ἐφέσῳ γεγενημένα. εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ πάντα ποιοῦσι, καὶ παντοδαπὴν σπουδὴν συνεισφέρουσιν, ἐφ' ᾧτε ἐπιτραπῆναι παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως μετὰ φανερῶν τύπων τὴν Ἐφεσίων καταλαβεῖν, καὶ ὡς * ἐὰν συνίδωσιν, ἢ καὶ δυνηθῶσι, φησίν, ἅπαν διατεθεῖναι τὸ πρᾶγμα. ὅπερ οἱ ἀγαπῶντες ὑμᾶς εἰς ἔργον ἀπεύχονται προελθεῖν, ἀκριβῶς εἰδότες τῶν σπουδαζόντων τὴν πρόθεσιν, καὶ ὅθεν πρὸς ταύτην ὡδηγήθησαν τὴν βουλήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς τῷ κυρίῳ φίλον, προΐτω· ἐμοῦ δὲ, παρακαλῶ, τοιούτους ὑπομεμενηκότος κινδύνους, καὶ οὐδὲ νῦν ἀκινδύνως διάγοντος διὰ τὸ τῶν ἐπιβουλευόντων ὁσημέραι πλῆθος, ἐκτενῶς ὑπερεύχεσθαι καταξιούτω ἡ ὑμετέρα ὁσιότης· μάρτυς γὰρ ὁ Θεὸς, ὅτι ἐν τῷ καλεῖσθαι πρὸς τὴν ἐπὶ τοῦ βασιλέως διάγνωσιν οὐδὲν ἕτερον ἤλπισα, ἢ τῷ τῆς θαλάσσης παραπέμπεσθαι ῥεύματι. ὁ δὲ κύριος κατὰ τὸ γεγραμμένον παρέστη μοι, καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος, μᾶλλον δὲ σκύμνων μυρίων.

ANNO CHRISTI 431.

ἀποδειχθέντος.

* ἴσ. εἰσάπαξ

* ἂν

διαγάγοντος

εὐσεβῶς

ACTA ADVERSVS CYRILLVM.

Ἴσον σάκρας ἀποσταλείσης διὰ Ἰωάννου τοῦ κόμητος τῶν σακρῶν παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ.

A

Κελεστίνῳ, Ῥούφῳ, Αὐγουστιανῷ, Ἀλεξάνδρῳ, Ἀκακίῳ, Τρανκυλίνῳ, Οὐαλεντίνῳ, Ἰκονίῳ, Ἰωάννῃ, Ἀκακίῳ, Οὔρσῳ, Φίρμῳ, Ἱμερίῳ, Δεξιανῷ, Βεριανιανῷ, Παλλαδίῳ, Ἀστερίῳ, Ἰουβεναλίῳ, Φλαυιανῷ, Ἑλλαδίῳ, Ῥαμβούλῳ, Ἀλεξάνδρῳ ἄλλῳ, Μαξίμῳ, Φριτίλᾳ, Περιγένει, Κύρῳ, Ἰωάννῃ ἄλλῳ, Εὐθηρίῳ, Ἑλλανίκῳ, Βοσπορίῳ, Κύρῳ ἄλλῳ, Βινατίῳ, Πέτρῳ, * Δυνάτῳ, Δωροθέῳ, Ἀντιόχῳ, Δαλματίῳ, Εὐσεβίῳ, Σελεύκῳ, Ἐλευσίῳ, Εὐλογίῳ, * Σαπφίῳ, Τιμοθέῳ, Πίῳ, Τρωΐλῳ, * Εἰρηνιανῷ, Μονίμῳ, Ὀλυμπίῳ, Θεοφίλῳ, Ἰουλιανῷ, Βασιλείῳ, καὶ λοιποῖς εὐλαβεστάτοις ἐπισκόποις.

B

ΟΣΟΝ περὶ τὴν εὐσέβειαν, καὶ τῆς προγονικῆς πίστεως τὸν ζῆλον διατελοῦμεν ἔχοντες, ἐκ πολλῶν ἡγούμεθα τῶν προλαβόντων ἐναργῶς δεδηλῶσθαι· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἐκ τῆς ἔναγχος ἐπὶ τῇ κλήσει τῆς ὑμῶν συνόδου τοῦτο φανερὸν γεγονέναι πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην πεπιστεύκαμεν. οὐδὲ γὰρ πρὸς βραχὺ ἀνακυψάσης τινὸς ἀμφισβητήσεως ἀνασχόμενοι, ὑπὲρ τοῦ θᾶττον τῆς ταύτης παρακολουθῆσαι λύσιν σπουδαίως συνελθεῖν τὴν ὁσιότητα ὑμῶν ἀπεστείλαμεν· καὶ οὐδαμῶς ἡγούμενοι τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας πόνον τῇ θεοσεβείᾳ ὑμῶν ἔσεσθαι φορτικὸν, ἐπεκουφίσαμεν ὅμως βασιλικῇ προνοίᾳ τὴν τούτου δυσχέρειαν ἐπιτηδειότητι καιροῦ τε καὶ τόπου. τὴν γὰρ Ἐφεσίων ἀφωρίσαμεν πόλιν τοῖς τε ἐκ γῆς καὶ θαλάσσης εὐπρόσιτον, καὶ πάντων δὲ τῶν οἰκείων καὶ ἐπεισάκτων καρπῶν τὰ χρειώδη τοῖς ἐνδιατρίβουσιν ἀφθόνως παρέχουσαν· ὥστε τὸν τῆς ἡμετέρας γαληνότητος εὐσεβῆ σκοπὸν, καὶ τῆς ἁγιωτάτης ὑμῶν συνόδου συνδραμεῖν τε ῥᾳδίως, καὶ εἰς ἔργον ἀχθῆναι. ὅθεν καὶ νῦν τὴν γνωρισθεῖσαν παρὰ τῆς εὐσεβείας ὑμῶν Νεστορίου, καὶ Κυρίλλου, καὶ Μέμνονος καθαίρεσιν ἐδεξάμεθα. τῶν δὲ ἄλλων τῶν παρ' ὑμῖν πραχθέντων ἔγνωμεν τὴν περὶ τὸν χριστιανισμὸν πίστιν τε καὶ ὀρθότητα * φυλάττοντες, ἣν ἐκ πατέρων καὶ προγόνων παρειλήφαμεν, καὶ ἣν ἡ ἁγιωτάτη σύνοδος ἐπὶ τοῦ τῆς θείας λήξεως Κωνσταντίνου γενομένη συμφώνως ἐκύρωσε. φροντιεῖ τοίνυν ἕκαστος τοῦ ἁγιωτάτου ὑμῶν συλλόγου, λυθείσης πάσης ἀμφισβητήσεως, κοπέντων δὲ τῶν σκανδάλων, μετ' εἰρήνης καὶ ὁμονοίας εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανελθεῖν. ὑπὲρ δὲ τοῦ τὴν ὁσιότητα ὑμῶν μὴ μόνον ἀπὸ τῶν τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας γραμμάτων προτραπεῖσαν, εἰς ὁμόνοιάν τε καὶ εἰς τὴν καθ' ὅλου τοῦ εὐσεβοῦς δόγματος εἰρήνην ἰδεῖν, καὶ τὰ γράμματα τοῦ ἐπισκόπου τῶν Βερροιαίων Ἀκακίου τοῦτο παραινοῦντος ἀναγνόντες, ἀπεστείλαμεν· ὃς τῷ ἁγιωτάτῳ ὑμῶν συλλόγῳ προστεθῆναι διὰ τὸ μακρὸν γῆρας οὐ δυνηθεὶς, δι' ὧν ἔγραψε, τὰ τῇ αὐτοῦ θεοσεβείᾳ πρέποντα, καὶ τῇ ὀρθοδόξῳ θρησκείᾳ συντελοῦντα εἰσηγήσατο· ἅπερ οἷα τυγχάνει, ἡ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς δηλώσει ἀνάγνωσις. γινωσκέτω μέντοι ἡμῶν ὁσιότης, ὅτι περ τὸν μεγαλοπρεπέστατον καὶ ἐνδοξότατον κόμητα τῶν σακρῶν Ἰωάννην τούτου ἕνεκα ἀπεστείλαμεν, ὥστε αὐτὸν εἰδότα τὸν περὶ τὴν πίστιν τῆς ἡμετέρας θειότητος σκοπὸν, ἅπερ ἂν συνειδῇ λυσιτελεῖν, διαπράξασθαι.

Exemplum sacræ per Ioannem sacrorum comitem a piissimis imperatoribus ad sanctam & magnam synodum missæ.

*Cælestino, Rufo, Augustiano, Alexandro, Acacio, Tranquillino, Valentino, Iconio, Ioanni, Acacio, Vrso, Firmo, Himerio, Dexiano, Beriniano, Palladio, Asterio, Iuvenali, Flaviano, Helladio, Rambulo, Alexandrino alteri, Maximo, Phritilæ, Perigeni, Cyro, alteri Ioanni, Eutherio, Hellanico, Bosphorio, alteri Cyro, Vinatio, Petro, Dynato, Dorotheo, Antiocho, Dalmatio, Eusebio, Seleuco, Eleusio, Eulogio, * Sappio, Timotheo, Pio, Troilo, Herenniano, Monimo, Olympio, Theophilo, Iuliano, Basilio, reliquisque religiosissimis episcopis.* *Sapricio,

QVANTO pietatis, avitæque fidei zelo assidue flagremus, id ex pluribus argumentis, præteritisque certis indiciis liquidum, ut putamus, evasit, quod etiam terrarum orbi patefactum credimus, ex vestræ synodi nuper facta convocatione. Cum enim controversiam aliquam vel paululum oboriri pati non possemus, ut citius tolleretur, sanctitatem vestram ad sedulo conveniendum accersivimus: & rati pro religione laborem vestræ pietati nequaquã molestum fore; tamen si quam ea res difficultatem afferre potuerat, illam imperialis providẽtia temporis locique opportunitate mitigavit. Deputavimus enim Ephesiorum civitatem, terra marique accessu percommodam, ibique diversantibus necessaria suppeditantem affatim e nativis importatisque fructibus: ut pius serenitatis nostræ, & sanctissimæ vestræ synodi scopus expedite concurrat, & ad effectum perducatur. Quapropter & Nestorii, & Cyrilli ac Memnonis exauctorationem a sanctitate vestra nobis indicatam approbauimus. De aliis autem apud vos gestis certum nobis est, Christianam vos servare fidem & rectitudinem, quã a patribus & majoribus accepimus, quam etiam sanctissima synodus sub Constantino divæ memoriæ celebrata consentiens confirmavit. Quamobrem unusquisque sanctissimæ vestræ congregationis operam dabit, ut omni controversia soluta, omnibusque scandalis excisis, cum pace & concordia domum revertatur. Vt autem sanctitas vestra non modo per nostræ pietatis literas incitata, ad concordiam spectet, universalemque pii dogmatis pacem; etiam Acacii Beroensium episcopi lectam a nobis epistolam, qua idem suadet, ad vos misimus. Hic cum propter extremam senectutem sanctissimo vestro concilio adesse non posset, ea per literas consuluit, quæ & pietatem ipsius decent, & orthodoxæ religioni conducunt. Quæ qualia sint, ejusdem epistolæ lectio declarabit. Norit nihilominus vestra sanctitas, eam ob rem magnificentissimum & illustrissimum Ioannem sacrorum comitẽ a nobis missum esse, ut hic ipse sciẽs sacræ majestatis nostræ erga fidem scopũ, quæ utilia perspexerit, ea perficiat

Imperator falsa orientalium relatione deceptus, Cyrilli & Memnonis depositionem tamquam legitime factam approbat.

Ea nunc non extat.

Exemplar

ACTA ADVERSUS CYRILLUM. Quæ sequuntur, Græce non habentur, sed in postrema conciliorum editione Coloniensi vulgata fuerant ex vetustiss. libro ms. ut ibidem asseritur: & inde etiam ea accepit Feltanus.

Exemplar epistolæ Ioannis comitis sacrensis, ex Ephesina civitate ad imperatores præscripta.

A Cum sciam conducibile pietati, si divinis scripturis commendentur omnia, quæ juxta purissimæ celsitudinis mentem pro virili feci, hinc quæ sint acta disceris. Pridie quam hæ literæ darentur, labore magno, accelerationeque mira in Ephesiorum civitatem perveni. Advenissem autem citius, nisi maximis negotiis impeditus fuissem, quæ vestræ magnitudini adfuturus, Deo propitio coram recensebo: statimque sanctissimos episcopos, qui hinc & inde convenerant, reverenter salutavi. Propter discordiam autem, quæ intercedebat inter eos, partes accersere conveniebat. Turbatis autem omnibus, Cyrilloque & Memnone se munientibus, per meipsum iis qui convenerant, denuntiavi, & iis qui aberant, manifestavi, ut sequenti die absque ulla mora omnes in diversorio meo confluerent. Porro ne conflictus quidam fieret, promiscue ipsis convenientibus, (metuendum enim & hoc erat propter ferociam, quę nescio unde illis acciderat,) ingressus ordinem distribui. Præsente autem Nestorio fere cum ipsa aurora, & Ioanne pientissimo episcopo, advenit etiam Cyrillus cum omnibus pientissimis episcopis: solo autem Memnone absente, magna turbatio, tumultusque exoriri cœpit, dicentibus iis qui cum Cyrillo venerant, Nestorii, qui ab ipsis depositus esset, ne aspectum quidem ferendum esse, nihilominus tamen convenientibus divinarum scripturarum lectionem fieri volebant. Affirmabant autem ii qui Cyrillo favebant, lectionem divinarum & terribilium scripturarum absque Cyrillo non habendam, neque præsente Nestorio, neque his qui ab oriente venerant, sanctissimis episcopis: & ob hoc magna facta est seditio, imo prælium & pugna. Eadem quoque & sanctissimi episcopi, qui Ioanni pientissimo episcopo adstabant, contendebant, dicentes, Cyrillum non oportere divinarum literarum lectioni interesse, utpote & illo cum Memnone ab ipsis deposito. Fiebat igitur super hac re contentio. Iam autem maximo diei intervallo exacto operæ pretium existimavi, absque Cyrillo & Nestorio, ceteris patefacere regias sententias; quandoquidem commemoratis illis neque scriptæ essent a mundi dominis. Verum renuebant & hoc pientissimi episcopi, qui cum Cyrillo venerant, nolebantque etiam his qui cum Ioanne advenerant, præsentibus aures præbere, eo quod dicebant, eos illegitime Cyrillum & Memnonem deposuisse. Vix igitur potui persuasione & vi (si quidem vera dicere oportet) sequestratis Nestorio & Cyrillo inducere omnem synodum, ut regium rescriptum audiretur. Igitur congregatis omnibus, augustarum literarum lectionem feci, in quibus depositi sunt Cyrillus, & Nestorius, & Memnon. Cum autem hi qui cum Ioanne pientissimo convenerant, lectionem amice susciperent & approbarent, audierunt a gravi auditorio depositionem Cyrilli & Memnonis illegitime factam. Ceterum ne major fieret seditio, Nestorium quidem custodiendum suscepit Candidianus comes nobilium domesticorum, qui omnibus consiliis & operibus meis interfuit: Cyrillum autem & ipsum custodiendum tradidi Iacobo circumspecto comiti, & præposito quartæ scholæ: Memnon vero, ut prædixi, aberat. Unde missis dispensatore & lictore, ac protodiacono sanctissimæ Ephesiorum ecclesiæ, ei manifestavi quod depositus esset. At memoratus Memnon cum prædictis, fidem dedit eis, se suo periculo cum omni securitate ecclesiasticas pecunias servare. His in hunc modum actis, quoniam oportebat me & precibus vacare, descendi in sanctissimam ecclesiam. Cognoscens autem Memnonem agere in episcopio, mitto ex ministris meis primicerium nobilium palatinorum ad ipsum, ut ad me veniret, ut discerem num omnino ad me accedere teneret. Verum ipse absque mora advenit; & reprehensus a me, quare mane non venisset, dixit ægritudine se deprehensum esse, & propterea non adfuisse. Ne ferret autem alias meas admonitiones vel consilia, prævenit sermones meos, & in meam irrupit domum. Traditus igitur & ipse Iacobo circumspecto comiti, custodiendus & a scutariis nobilibus, & reverendissimis palatinis. Hæc primo die a me facta sunt. Quoniam autem & de pace ad pientissimos episcopos sermonem habere oportebat, ne hæreses & schismata in orthodoxa religione fierent; proinde quanta potui diligentia ei negotio me accommodavi, & posthac operam daturus, modo placeat & melioribus, & pietati consonum sit, & recta mens sit dominis mundi. Quod si pientissimos episcopos videro implacatos & non reconciliabiles, (nescio unde in hanc rabiem & asperitatem venerint) & si quid amplius factum fuerit, quamprimum vestræ amplitudini significabo.

Hæc narratio suspecta est, cũ Ioannes comes Nestorii & Ioannis Antiochenis partes foveret.

Divinarum scripturarũ nomine literas imperatorum designant.

ANN. CHRI. 431

* Mandatũ quod ab orientalibus datum fuit episcopis, qui ab ipsis Constantinopolim missi sunt, ut disceptarent in judicio adversus episcopos orthodoxos, ab œcumenica synodo ad eamdem urbem missos.

** Exemplum mandati.*

E *Sancta synodus Ephesi congregata piissimis sanctissimisque Ioanni Antiochenorum magnæ civitatis archiepiscopo, & Ioanni Damascenorum episcopo metropolitano, & Himerio episcopo Nicomediæ metropolitano, & Paulo Emisenorum episcopo, qui idem Acacii sanctissimi Beroensium episcopi personam gerit, & Macario Laodicensium civitatis episcopo, qui etiam pro Cyro sanctissimo Tyriorum civitatis episcopo verba facturus est; & Apringio Chalcidensium episcopo, qui & locum Ale-*

Ἴσον ἐντολῆς.

Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Ἐφέσῳ συγκροτηθεῖσα τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ ὁσιωτάτοις, Ἰωάννῃ ἀρχιεπισκόπῳ Ἀντιοχέων μεγαλοπόλεως, καὶ Ἰωάννῃ τῷ Δαμασκηνῶν ἐπισκόπῳ μητροπόλεως, καὶ Ἱμερίῳ ἐπισκόπῳ τῆς Νικομηδέων μητροπόλεως, καὶ Παύλῳ ἐπισκόπῳ Ἐμισηνῶν, ποιουμένῳ τὸν λόγον καὶ ὑπὲρ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Ἀκακίου τῆς Βεῤῥοίας, καὶ Μακαρίῳ ἐπισκόπῳ τῆς Λαοδικέων πόλεως, ποιουμένῳ τὸν λόγον καὶ ὑπὲρ τοῦ ὁσιωτάτου Κύρου ἐπισκόπου τῆς Τυρίων πόλεως, καὶ Ἀπριγγίῳ ἐπισκόπῳ τῆς Χαλκιδέων, ποιουμένῳ τὸν λόγον καὶ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου

Ἐντολὴ πεμχθεῖσα παρὰ τῶν ἀνατολικῶν τοῖς ἀποσταλεῖσι παρ' αὐτῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισκόποις· ὥστε δικάσασθαι μετὰ τῶν ἀποσταλέντων παρὰ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου ἐπισκόπων ἐν τῇ αὐτῇ Κωνσταντινουπόλει.

Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου τῆς Ἀπαμείας, καὶ A Θεοδωρήτῳ ἐπισκόπῳ τῆς Κυρεστῶν πόλεως, ποιουμένῳ τὸν λόγον καὶ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου τῆς Ἱεραπολιτῶν μητροπόλεως, καὶ Ἑλλαδίῳ ἐπισκόπῳ Πτολεμαΐδος, παρόντες παροῦσιν ἐνετειλάμεθα τὰ ὑποτεταγμένα.

ΕΠΕΙΔΗ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἕνεκα ὑποθέσεως, δι' ἣν ἅπαντες ἐκλήθημεν εἰς τὴν Ἐφεσίων * οἱ παρόντες, καὶ ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια, κατὰ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων ἐπὶ τὴν μεγαλώνυμον ἐκλήθημεν Κωνσταντινούπολιν, ὑπὲρ τοῦ συναγωνίσασθαι τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῇ πίστει τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ τοῖς δόγμασι τοῖς ὀρθοῖς· οὐ προσετάχθημεν δὲ ἅπαντες παρεῖναι ὑμῖν· ἔδει δὲ καὶ τὴν γνώμην πάντων ἡμῶν κατάδηλον ποιῆσαι, ὡς ἐμμένομεν, καὶ κύρια ἡγούμεθα πάντα τὰ ὑφ' ὑμῶν πραττόμενα, καὶ συντείνοντα εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην τε καὶ εὐταξίαν· τούτου ἕνεκεν τόδε ὑμῖν τὸ ἐντολικὸν πεποιήμεθα, δι' οὗ ἐντελλόμεθα, καὶ ἐπιτρέπομεν, ὁλοτελῆ τε ἐξουσίαν δίδαμεν, ἥνπερ καὶ παρόντες εἴχομεν· ὥστε σὺν Θεῷ παραγινομένους ὑμᾶς ἐπὶ τῆς προειρημένης μεγαλοπόλεως, εἴτε ἐπὶ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως δέοι, εἴτε ἐν κονσιστωρείῳ, εἴτε ἐπὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου, εἴτε ἐν συνόδῳ πατέρων ὁ λόγος κινοῖτο περὶ τῶν ζητουμένων, τοῦτον μετὰ τῆς προσούσης ὑμῖν παῤῥησίας τε καὶ συνέσεως καὶ ἐμμελείας κινῆσαι ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ ἀναδέξασθαι τὸν ἀγῶνα τὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἁπάντων ἡμῶν δηλαδὴ ἐμμενόντων, καὶ στοιχούντων, καὶ στεργόντων, καὶ κύρια ἡγουμένων πάντα τὰ ὑφ' ἡμῶν πραττόμενα ἕνεκα ταύτης τῆς ὑποθέσεως, ἢ καὶ πραχθησόμενα. εἰ δέ που καὶ χρεία γένοιτο ἢ συμβιβασμοῦ, ἢ εἰρήνης ἐκκλησιαστικῆς, ἢ ἑτέρου τινὸς ἀπαιτοῦντος ὑπογραφὴν ὑπὲρ πάντων ἡμῶν ἕνεκα, καὶ τοῦτο αὐτὸ παρακαλοῦμεν τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην μὴ ὀκνῆσαι ποιῆσαι ὑπὲρ τοῦ λυσιτελοῦντος τῷ κοινῷ, καὶ ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. εἰ δὲ καὶ συνοδικὸν δόξει ἐπιστεῖλαι παρ' ἡμῶν ἐνταῦθα ἀπαιτοῦντων τὴν ὑπογραφὴν, ὁμολογοῦμεν ἅπαντες κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος τοῦτο καθυπογράφειν μετὰ πάσης προθυμίας, καὶ ἐξαποστέλλειν εἰς τὸ εὐσεβὲς στρατόπεδον· δήλου ἐκείνου τυγχάνοντος, ὡς παντὶ τρόπῳ τῶν κεφαλαίων τῶν αἱρετικῶν, τῶν ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως ὑπεισαχθέντων τῇ πίστει τῶν πατέρων τῶν κατὰ Νίκαιαν, μετὰ ἀναθεματισμῶν ἐκβαλλομένων, ὡς ἀλλοτρίων τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας.

Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος μητροπόλεως Ἱεραπόλεως· εἴτι κατὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ διαπράξεσθε, μήτε ἐπεισαγομένου τινὸς τῇ πίστει τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ ἐκβαλλομένων τῶν αἱρετικῶν κεφαλαίων Κυρίλλου τῆς Ἀλεξανδρείας, τούτῳ συγκατίθεμαι· ταύτῃ γὰρ τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως καὶ ἤδη μετὰ τῆς ἁγίας συνόδου τῆς σὺν ἡμῖν καθυπέγραψα.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Μαρκιανουπόλεως δευτέρας Μυσίας γεγράφηκα ὡσαύτως, ἐν-

xandri Apameæ episcopi obtinet; & Theodoreto Cyrestanorum episcopo; verba pro Alexandro etiam Hierapolitanorum episcopo metropolitano facturo, & Helladio Ptolemaidis episcopo, præsentes præsentibus, quæ subjecta sunt, mandavimus.

Acta adversus Cyrillum.

QUANDOQUIDEM ecclesiasticæ controversiæ causa (propter quam in Ephesiorum urbem præsentes omnes, & vestra quoque pietas vocata est) piissimorum imperatorum nostrorum sanctione ad celeberrimam Constantinopolitanam urbem evocati sumus, ut veritati, sanctorumque patrum fidei, & rectis dogmatibus patrocinemur; neque tamen omnes vobiscum adesse jussi sumus: operæ precium autem est, omnium nostrum mentem patefieri; qualiter nimirum rata habemus omnia, & illis assentimur, quæ a vobis gerentur, si ad Dei timorem, & ecclesiasticam pacem ac disciplinam conferant: propterea hunc mandati libellum vobis conscripsimus, quo mandamus & committimus, plenamque potestatem contradimus, quam præsentes haberemus; ita ut posteaquam Dei gratia comitante in magnam illam civitatem perveneritis, sive coram pientissimo imperatore, sive in consistorio, sive coram sacro senatu, sive in patrum synodo, de his quæ in quæstionem veniunt, sermo instituatur, hunc ea dicendi libertate, eaque prudentia ac diligentia, quæ vobis inest, habeatis pro universa ecclesia, & hunc vos laborem suscipiatis pro nobis, omnibus videlicet nobis servantibus, approbantibus, ac rata ducentibus omnia, quæ vos in hac causa vel agitis, vel acturi estis. Quod si forte evenerit, ut vel conventionis, vel ecclesiasticæ pacis, vel cujuspiam alterius rei causa necessario pro nobis omnibus subscriptio requiratur; oramus vestram sanctitatem, ne hoc ipsum præstare gravetur, quod communi usui est profuturum, & ad gloriam Christi domini facit. Rursum si quam synodicam epistolam huc mittere visum vobis fuerit, quæ subscriptionem omnium exigat, promittimus omnes communiter, & singulos seorsum, omni cum alacritate nos subscripturos, & ad sacrum comitatum missuros esse: dum illud certum sit, nempe capita una cum anathematismis, quæ a Cyrillo Alexandrino ad fidem patrum qui Nicææ convenerunt, adjecta sunt, tamquam hæretica, & a catholica & apostolica ecclesia aliena, esse modis omnibus rejicienda.

Mira circa Cyrilli capita rabies. nec enim ullum schismaticorum extat scriptum, in quo illorum non fiat mentio.

Alexander Hierapolis episcopus metropolitanus: Si quid juxta fidem a sanctis patribus Nicænis expositam feceritis, nulla prorsus re fidei sanctorum patrum adjecta, hæreticisque Cyrilli Alexandrini capitibus rejectis; huic equidem assentior: nam & huic fidei expositioni una cum sancta nostra synodo jam subscripsi

Dorotheus episcopus Marcianopolis secundæ Mysiæ, similiter mandans, sicut supra

ACTA ADVERSUS CYRILLUM. positum est, subscripsi. Subscripserunt autem & ceteri omnes.

Dato autem hoc mandato, una quoque tradita fuit charta tenoris hujusce.

A τειλάμενος ὡς πρόκειται. συνυπέγραψαν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες.

Δοθείσης δὲ τῆς ἐντολῆς, συναπεδόθη καὶ τόμος περιέχων οὕτως.

Prima schismaticorum petitio ex Calchedone ad imperatorem missa.

ORANDUM erat, ne a quopiam alio in expositionibus absurdis sermo pietatis adulteraretur, maxime autem, ne ab his qui sacerdotium præfecturamque ecclesiarum sortiti sunt, quos nescimus quomodo præsidendi cupiditas & ambitio, frigidæque promissiones quædam, ad contemnenda semel omnia Christiana mandata induxerunt; idque hoc solo animo, ut serviant viro, qui præsumit ac sperat, se & auxilium sibi ferentes, omnia recte gesturos: dicimus Alexandrinum Cyrillum, qui sola nugacitate in sanctas Dei ecclesias hæretica introduxit dogmata, eaque confidit se argumentis comprobaturum; & correctionem peccatorum effugere, solo Memnonis & prædictæ conspirationis episcoporum ministerio, speravit. Quapropter nos, qui silentium alioqui amamus, & in ceteris philosophice agendum censemus, nunc silentium, & ejus sapientiæ studium, fidei jacturam intelligentes, ad solos vos post supernam virtutem orbis servatores precando vertimur: quandoquidem scimus, pro pietate solicitudinem vobis peculiariter convenire; utpote iis, qui usque in hoc tempus custodierint, vicissimque per illam custodiantur. Suspensos autem hos libellos offerimus, tamquam coram sanctissimo Deo exhibenda esset nostra excusatio; non quod pro religione minus alacres fuerimus, sed pietati studentes, & pro ea sermones facientes. Nihil enim est quod Christianorum temporibus sacerdotes magis facere * debeant, quam ut coram tam fideli rege testimonium ferant, etiamsi parati essemus vitam ac corpora nostra in * fidei discrimine millies exponere. Idcirco propter Deum, qui videt omnia; & per dominum nostrum Iesum Christum, qui judicaturus est omnes in justitia; & per Spiritum sanctum, cujus gratia regnum gubernatis; & per electos angelos, qui vos custodiunt, quos assistentes videbitis terribili throno, & horrendam illam sanctificationem semper Deo offerentes, quam nunc quidam adulterare nituntur; pietatem vestram, quæ vafricie quorumdam obsidetur, id re ipsa adimentium, & hæretica capita fidei introducta stabilientium, quæ omnino a sanis dogmatibus aliena sunt, & cum hæreticis opinionibus conveniunt; obsecravimus, ut vel si quis illic subscribat vel consentiat, & post promissam a vobis veniam contendere ultra nolit, præcipias illum in medium venire, & ecclesiasticis pœnis subjacere, quo pugnare pro pietate melius possis. Nihil enim o rex magis regium fuerit, pro quo & cum Persis & aliis barbaris prælia committere festinasti, reddente tibi Christo pulcras victorias pro hac tua in ipsum alacritate. Obsecramus autem, ut fiant apud pietatem tuam quæstiones in scriptis. Sic enim facilius dignoscentur, & in omne posterum tempus reprehendentur peccantes. Si quis autem sermones, pro quibus delinquens fuit, negligens, voluerit per præceptum rectæ

Injuste perstringit concilii patres.

Mire commentitiam suam modestiam commendant schismatici.

* deceat.

* fideli

Actor. 17,

Obscura hæc omnia & mutila sunt.

B

C

D

E

fidei prævalere, tuæ justitiæ ac judicii fuerit attendere, num & ipsam doctorum appellationem abjecerint, ii, qui de dogmatibus introducunt, * periclitari gravantur, & prædictis subjici nolentes, ut non redarguantur impie egisse, neque refutare ea digna putantes, ut mutua eorum conspiratio non habeatur inutilis. Jam enim per ordinatos manifestum est, quosdam ex illis pro hac impietate meditatos esse, ut dignitatibus concessis nonnullos demereantur, & alios quosdam modos excogitasse. Et id manifestius obsistet; & videbit eos pietas tua non multo post proditionis suæ mercedem quasi spolia fidei Christi distributuros. At ex nobis quidam a pientissimo Iuvenali Hierosolymitanorum episcopo olim ordinati, silvimus; quamvis pro canonibus certandum esset, ne videremur nostræ gloriæ causa dolere. Et nunc quoque illius studia & præstigias tales per Phœnicem secundam & Arabiam non ignoramus. Sane de illis nobis non vacat curam habere, qui civitatibus ipsis, quarum nobis ministerium contraditum, atque adeo vita nostra destitui maluimus, quam ista pro fide promptitudine. Verum adversus illorum conatus, Dei ac vestræ pietatis judicium opponemus. Nunc autem oramus, ut una ac primaria pietas curetur, & ne orthodoxæ religionis splendor, qui vix tandem sub sancti nominis Constantino irradiavit, & per beatissimos avum & patrem vestræ pietatis confirmatus est, a tua autem majestate etiam in alias barbaras gentes, & in Persarum gentem prorogatus est, nunc in ipsis regiæ aulæ penetralibus languescat, & apud vestram turbetur serenitatem. Non enim duplices in Persidem, o rex, mittes Christianissimi doctrinas, neque nostra magnum aliquid erunt, nobis discordia laborantibus, nemineque existente apud illos qui dijudicet: neque quis geminis communicabit verbis & sacramentis, neque certe pie a tantis patribus & incondemnatis sanctis desciscet; sed neque regni commoda tribuenda erunt his, qui diversa inter se sentiunt; neque parvus inde * usus pietatis hostibus excitabitur; & innumera alia malignæ contentionis ipsorum quis enumerarit nocumenta? Si quis autem est qui parvifaciat cælestium rationem, talis sit potius quicumque olim, quam is cui omnem orbis potestatem dominus dedit. Nostræ autem preces sunt, ut judicium a tua pietate accipiamus. Mentem enim tuam ad exactam eorum quæ inquiruntur, comprehensionem Deus inducet. Demum si quid nunc prohiberet, (neque enim tuæ pietatis negotia omnia nota esse possunt) petimus a tua serenitate, ut ad propria tuto & feliciter commigrare nobis liceat. Nam videmus civitates nobis commissas ex tali mora non parum offendi propter eos, qui etiam in rebus piis, ut videtur, contentionem quærunt, nulla inde proveniente utilitate.

* Loc. corrupt.

* ausus

Altera eorumdem petitio e Calchedone ad Theodosium Augustum missa.

SÆPENUMERO pietatem vestram & per nosipsos, & per eos qui a nobis missi sunt, docuimus, quod rectæ fidei dogma corruptioni obnoxium videatur, & quod ii discerpere videantur ecclesiæ corpus, qui omnia susq; deque faciunt, &

Obscura & depravata hæc exposita sunt.

& omnem ecclesiasticam constitutionem, omnemque regiam legem conculcant; universaque simul confuderunt, ut expositam hæresim a Cyrillo Alexandrino confirment. Nam ut à vestra pietate in Ephesum vocati sumus ad inquirendum quæstiones, quæ pullularunt, & ad confirmandum fidem evangelicam & apostolicam a sanctis patribus expositam; nondum omnibus præsentibus convocatis episcopis, ii qui particulare concilium habuerunt, hæretica illa capita, quæ cum Arii & Eunomii & Apollinarii impietate conveniunt, scriptis commẽtariis roborarunt; & alios quidem deceperunt, alios vero terruerunt, alios autem de hæresi accusatos in communionem susceperunt; & aliis, qui non communicabant, mercedem ut communicarent dederunt: alios demum spe honoris, quibus indigni erant, accenderunt; & ita sibi multitudinem congregarunt, quasi nescientes, quod piam religionem non multitudo, sed veritas ostendit. Iterum lectæ sunt vestræ pietatis literæ per magnificentissimum comitem Candidianum, significantes quod pacifice & fraterne quæstiones, quæ nuper exortæ sunt, inquirãtur. Verum convenientibus omnibus pientissimis episcopis, nihil profuit lectio. Venit nobilis Palladius magistrianus alias vestræ majestatis literas afferens, docentes rescindenda esse omnia, quæ particulariter constituta fuerant, & concilium denuo congregandum, verumque dogma sanciendũ. Contemptum est autem & hoc, more solito, pium vestrum mandatum ab his qui omnia audent. Advenit rursus magnificentissimus magister Ioannes, qui tunc comes omnium largitionum, alias iterum afferens literas, significantes, quod a vestra majestate trium depositiones decretæ sunt, tollendaque e medio suborta offendicula, solamque fidem in Nicæa expositam a sanctis & beatis patribus, ab omnibus confirmandam. Transgressi sunt, ut solent, & hanc legem ii qui omnia pro ludibrio habent. Enimvero nec post lectionem a cœptis destiterunt, & communionem habuere cum depositis, & meminerunt eorum tamquam episcoporum, non permittentes, ut capitula ista, in damnum & corruptionem piæ fidei exposita, exploderẽtur, tametsi a nobis ad colloquium sæpius accersiti fuerint. habebamus enim in promptu hæreticorum capitulorum argumenta. Horum nobis testis est magnificentissimus magister, qui nobis & illis tertio ac quarto convocatis, & hæc nec prætendere audens, propter illorum inobedientiam, operæ precium duxit posthac huc nos vocare. Advenimus nihil remorati, nec quievimus, donec huc perveniremus, & apud vestram pietatem, & apud illustre consistorium obsecrantes, ut ipsi certamen hoc pro capitulis susciperent, ac in colloquium venirent, vel ea tamquam aliena a recta fide exploderent, manentes in sola expositione fidei beatorum patrum, qui in Nicæa convenerant. Et hi quidem nihil horum facere voluerunt; sed manentes in hæretica contẽtione, permissi sunt ecclesias frequentare, & sacerdotio fungi: nos vero synaxi destituti mansimus tanto tempore, & in Epheso, & nunc; innumeraque pericula & illic & hic pertulimus: & cum lapidaremur, & tantum non perderemur a servis monachorum habitu indutis, boni consuluimus, utpote pro pietate talia libenter perferentes. Posthæc visum est vestræ majestati, ut iterum nos ac illi convocaremur, &

A ut ad inquirenda dogmata inobedientes compellerentur. Hæc ut fierent, nobis expectãtibus, vestra pietas in civitatẽ profecta est, & eos quidem qui de hæresi accusabantur, & propter hoc alios ex his depositos a nobis, alios vero excommunicatos, & deinde canonicis pœnis subjiciẽdos, præcepit ut in civitatem venirent, sacerdotio fungerentur, & ordinarent. Nos vero, qui pro pietate tantum certamen suscepimus, & pro rectis dogmatibus nullum non periculum sustinuimus, neque ingredi in civitatem jussit, ut fidei periclitantis negotium ageremus, & pro rectis dogmatibus urgeremus: neq; ad propria remigrare permisit; sed sumus in Calchedone tristes, & gementes in ecclesia quæ exercetur schismate. Idcirco qui nullum responsum obti- B nemus, necessarium duximus, ut præsentibus literis doceremus vestram pietatem corã Deo, & Christo ipso, ac sancto Spiritu; quod si quis ordinatus fuerit, antequam discutiantur recta dogmata, ab his qui hæretica sentiunt, necesse sit ut tota ecclesia scindatur, tam clero quam plebibus dissidentibus. Nullus enim piorum feret, hæretica colentibus communionem dari, propriamque salutem annihilati. Vbi autem hæc futura sunt, tunc vestra pietas præter suam mentem agere cogetur. Nam & schisma præter sententiã invalescet, & eos qui pro pietate certant, contristabit, non ferentes ut suæ animæ pereant, & constent contentiosis impia Cyrilli dogmata, quæ justificare volunt. Multi autem qui pietati student, & omnes nos, qui ex orien- C tali diœcesi, & vestræ provinciæ ex diœcesi Ponti, & Asiæ, & Thraciæ, & Illyrici, & Italiarum, Cyrilli dogmata admitti non sinent, qui & vestræ pietati librum beatissimi Ambrosii miserunt, adversa pullulanti huic superstitioni docentem. Quapropter ne hoc eveniat, & vestra pietas magis conturbetur, supplicamus, precamur, obsecramus, ut edicat, ne ordinatio antea fiat, donec orthodoxa fides formetur, propter quam & nos congregavit vestra quæ Christum amat, celsitudo.

ACTA ADVERSUS CYRILLUM. Sed qui accusabãtur, pii & orthodoxi erant; accusatores vero hæretici & schismatici. Scilicet schismatici curant pietatem & religionem. Schismate carere non potuit, quæ schismaticos intra se continebat.

Hic schismatici gloriantur de multitudine, alibi sæpe de paucitate.

Tertia schismaticorum postulatio ex eadem civitate ad imperatores missa.

D NON hunc eventum sortituram vestræ pietatis expectabamus vocationẽ. Vocati enim honeste sumus tamquam sacerdotes a rege, & vocati sumus ad confirmandam sanctorum patrum fidem; propterea etiam tamquam pio regi obedituri advenimus. Vbi autem venimus, neque ecclesiam minus secuti sumus, neque vestrum contempsimus edictum, sed vestros nutus secuti sumus continue ab eo die, quo in Ephesum pervenimus, usque in hodiernum. Verumtamen, ut videtur, nihil nobis profuit in hoc sæculo modestia nostra, imo etiã plurimum, ut videmus obfuit. Nam nos qui- E dem, qui sic vos habuimus, usque in præsentem diem Calchedone tenti conservati sumus; nunc autem ad propria dimittimur. Hi vero qui omnia confuderunt, & orbem turbis impleverunt, & ecclesias discerpere contendunt, & pietatem manifeste oppugnant, sacerdotio funguntur, ecclesias congregant, &, ut putant, auctoritatem ordinandi habent (nimirum illicite ab illis petitam,) seditiones in ecclesia excitant, quæ expendenda in usus pauperum in suos insumunt milites. Ceterũm non illorum tantum, sed & noster rex es. Non enim parva portio regni tui est oriens, in qua semper recta fides refulsit, &

Non vestra modestia, sed intoleranda temeritas & iniquitas vobis obfuit.

& cum hac etiam aliæ provinciæ & diœceses, A e quibus congregati fuimus. Proinde ne despiciat vestra majestas fidem, quæ adulteratur, in quam & vos baptizati estis, & vestri progenitores; in quam & ecclesiæ fundamenta sunt jacta, propter quam sanctissimi martyres innumera mortis genera cum voluptate susceperunt; cum qua & barbaros vicistis, & tyrannos destruxistis, qua & nunc opus habetis in bello, quo Africam premitis. Est enim Deus omnium commilito vester, si pro piis ejus dogmatibus laboraveritis, & prohibueritis corpus ecclesiæ disrumpi. Disrumpetur enim, si opinio quam Cyrillus fidei induxit, & alii hæretici confirmarunt, invalescat. Hæc sæpe quidem coram B Deo & in Epheso & hic testati sumus, & vestram pietatem docuimus, rationem illius, ut coram omnium Deo, reddentes. Exigit enim & hoc a nobis, sicut divinæ scripturæ propheticæ & apostolicæ docent. Etenim beatus Paulus clamat: *Testificor coram Deo, qui mortuos vivificat, & domino nostro Iesu Christo, qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem.* Et Ezechieli præcepit Deus, ut annuntiet populo; & minas adjicit, dicens: *Nisi annuntiaveris, sanguinem ejus de manu tua requiram.* Timentes itaque hoc judicium, necessarium existimamus iterum docere vestram majestatem, quod ii qui permissi sunt ecclesias habere, in ecclesiis docent quæ Apollinarius & Arius & Eunomius: illegitime & contra canones sacerdotio funguntur, & animas eorum qui ad se accedunt, si quis & ipsos volet audire*. Nam per divinam gratiam, cui omnium hominum cura est, & qui omnes vult servari, maxima pars populi sana est, & pro piis solicita est dogmatibus. Propter illos maxime dolemus. Et quia cruciamur, timentes, ne paulatim serpens morbus plures comprehendat, communeque malum fiat; hæc nos vestram serenitatem docemus, & docere non desistimus, & precamur vestram majestatem, ut nostris precibus annuat, & nihil sinat adjici ad fidem sanctorum patrum, qui in Nicæa congregati fuerunt. Quod si & post hanc nostram obsecrationem, hanc, quæ coram Deo data est, doctrinam non susceperit vestra pietas, nos etiam pulverem pedum excutiemus, & clamabimus cum B. Paulo: Mundi sumus a sanguine vestro. Non enim cessamus nocte & die, ab eo die quo in hanc celebrem synodum advenimus, & regi, & principibus, & militibus, & sacerdotibus, & laicis testari, ne amittamus traditam nobis a patribus fidem.

Cyrillus fidē illustrat, non impugnat.

1. Tim. 6. v. 13.

Ezech. 3. v. 18.

Et hac mera sunt commenta.

* *f.* occidunt. *vel,* perdunt.

1. Tim. 2. v. 4.

Act. 18. v. 6. & 20. v. 26.

Eorumdem ad suos in Epheso epistola.

POSTQUAM Calchedonem venimus (nam E Constantinopolim neque nos, neque adversarii nostri intrare permissi sumus, propter seditiones bonorum monachorum) fama accepimus, quod ante octo dies, priusquam compareremus (en gloriam pientissimi regis) dominus Nestorius ab Epheso dimissus sit, ut eat quo liberet. Unde valde doluimus; quandoquidem vere ea quæ illicite & absque judicio facta sunt, jam robur habere videntur. Sciat autem vestra sanctitas nos promptos pro fide certamen inituros, & certare velle ad mortem usque. Expectamus autem hodie, hoc est, undecima mensis Gorpiæi, transiturum pientissimum nostrum regem ad Rufinianum, & illic causam auditurum.

Ex diametro hæc cum præcedentibus pugnant, ut hinc videas schismaticos meris commentis niti.

Male habet schismaticos Nestorii depositio.

Mensis hic Syrogræcorū respondet nostro Septembri.

Precetur igitur vestra sanctitas, ut dominus Christus nos adjuvet, quo valeamus sanctorum patrum fidem roborare, & in damnum sanctæ ecclesiæ exorta capitula radicitus discerpere. Eadem ut & vestra sanctitas sentiat ac faciat, obsecramus; maneatque in sua pro fide orthodoxa alacritate. Porro cum scripta esset epistola, nondum occurrerat nobis dominus Himerius. nam fortassis impeditus est in itinere. Ceterum nihil vos turbet. Speramus enim tristia extinguenda, & veritatem effulsuram, modo vestra pietas strenue nos adjuvet.

Epistola Theodoreti episcopi Cyri e Calchedone ad Alexandrum Hierapolitanum scripta.

NULLUM humanitatis, nullum asperitatis, nullum adhortationis, nullum declamationis genus omisimus, quo apud pientissimum regem & illustre consistorium non simus usi, testificantes coram Deo, qui omnia videt, & domino nostro Iesu Christo, qui judicaturus est orbem in justitia, & Spiritu sancto, & electis ejus angelis, ne contemnatur fides, quæ ab his qui hæretica dogmata suscepere, & his subscribere ausi fuere, adulteratur; & ut præcipiatur solum exponendam sicut in Nicæa, & abjiciendam superinductam hæresim ad damnum & perniciem pietatis: & usque in hodiernum diem nihil efficere valuimus, nunc huc, nunc illuc auditoribus sese ferentibus. Attamen nos nihil horum dehortari potuit, ut ab urgendo proposito desisteremus; sed persecuti sumus causam, Dei gratia. Cum juramento enim pientissimo nostro regi suasimus, quod impossibile sit, nobis Cyrillum & Memnonem conciliari; & quod fieri nequeat, ut illis communicemus, qui non antea ejecerint hæretica capitula. Itaque nos quidem hanc habemus mentem: studium autem est his, qui sua ipsorum quærunt, non autem quæ D Iesu Christi, ut reconcilientur eis & præter mentem nostram. At non est nobis ejus rei cura. Deus enim nostrum propositum exigit, & virtutem explorat, neque supplicia irrogat propter ea quæ præter mentem fiunt. De amico autem sciat tua sanctitas, quod si quando ejus faceremus mentionem vel apud pientissimum regem, vel apud illustre consistorium, defectionis notabamur: tantæ sunt eorum, qui intro sunt, erga illum inimicitiæ. Et hoc est molestissimum. Pientissimus rex præ omnibus aliis aversatur nomen, manifeste dicens: De hoc mihi nullus loquatur. specimen enim semel ipse dedit. Attamen dum hic sumus, non cessabimus omni virtute & ejus patris curam gerere, scientes factam illi ab impiis injustitiam. Nobis quoque studium est, ut hinc liberemur, & vestra liberetur pietas. Nihil enim hinc boni sperandum, eo quod judices ipsi omnes auro confidant, & contendant unam esse naturam deitatis & humanitatis. Populus autem omnis gratia Dei bene habet, & jugiter ad nos egreditur. Incepimus autem ipsis etiam disserere, & celebravimus communiones maximas, & quarto illis enarratum est precibus tuæ pietatis de fide; & tanta audierunt voluptate, ut usque ad horam septimam non discederent, sed perduraverint usque ad æstum solis. In aula enim maxima, & quatuor habente porticus, multitudo congregata fuit, & nos superne concionabamur e suggestu prope tectum. Verum clerus omnis cum bonis monachis valde nobis

erat

erat infensus, ita ut fieret collapidatio, quando a Rufinianis post adventum pientissimi imperatoris rediremus, & vulnerarentur multi ex laicis & falsis monachis, qui nobiscum erant. Noverat autem rex pientissimus, quod multitudo congregaretur contra nos; & solis nobis occurrens, dicebat: Novi quod male congregamini. Dicebam autem ei: Quia dedisti fiduciam loquendi, cum venia audi. Iustum est, hæreticos quidem excommunicatos in ecclesiis agere; nos vero qui pro fide certamus, & propter hoc ab illis communionis exortes factos, non intrare in ecclesiam? & ille respondit: Et ego quid faciam? Respondi igitur illi: Quod fecit magister tuus comes largitionum in Epheso. Ille enim ut invenit nonnullos congregari, nos autem non congregari, compescuit eos, dicens: Si non fueritis pacifici, non concedam uni parti congregari. Et oportebat etiam tuam pietatem præcipere hic episcopo, ne permitteret neque illis neque nobis congregari, donec *conveniamus, ut justa tua sententia omnibus nota fiat. Ad hæc dicebat: Equidem episcopo imperare non possum. Itaque respondi ego: Igitur neque nobis imperes, & accipiemus ecclesiam, & congregabimur; & cognoscet tua pietas, quod multo plures nobiscum sunt, quam cum illis. Ad hæc diximus ei, quod nostra congregatio neque lectionem sacrarum scripturarum habebat, neque oblationem; solas autem preces pro fide & vestra majestate, & religione colloquia. Approbavit igitur, & ultra non prohibuit hoc fieri. Augentur igitur conventus multitudinis ad nos venientis, & cum voluptate doctrinas audientis. Oret igitur vestra pietas, ut causa nostra exitum habeat Deo placentem. Nos enim quotidie periclitamur, & insidias monachorum & clericorum suspicantes, & potentiam & incuriam videntes.

Pars homiliæ Theodoreti episcopi Cyri, Calchedone ad schismaticorum legatos, Nestoriique fautores habitæ.

CHRISTUS nobis dux sit sermonis, per quem & ipsi sermones, & nos divinorum ejus eloquiorum ministri: Christus, *qui positus est in ruinam multorum, & in resurrectionem, & in signum cui contradicetur*, olim quidem a carnali Israel, nunc autem a spiritali: Christus infidelibus quidem lapis offendiculi, & petra scandali; credentes autem non confundens, preciosus lapis est, & fundamentum, secundum Isaiæ vocem. Christus lapis est, quem reprobaverunt ædificantes, & factus est in caput anguli: Christus ecclesiæ fundamentum; Christus lapis, qui sectus est absque manibus, & factus est in montem magnum, & obtexit orbem, juxta Danielis prophetiam: pro quo, & cum quo, & propter quem impugnamur, propter quem a regia civitate prohibiti sumus; sed cælorum regno non excludimur. civitatem enim habemus supernam Ierusalem, cujus architectus & opifex Deus, ut Paulus dixit. Christus, per quem terribiles Propontidis fluctus transire ausi estis, ut nostram audiatis vocem, quam vestri pastoris vocis effigiem putatis Desideratis enim audire jucundas vestri pastoris fistulas; pastoris quem pastores socii calamis occiderunt, ut putant; ad

quos Deus per prophetam clamat: *Pastores multi corruperunt vineam meam, coinquinarunt portionem meam, posuerunt partem meam desiderabilem in solitudinem imperviam.* Dicat de ipsis & per alium prophetam: *Secundum multitudinem ipsorum ita peccaverunt mihi: gloriam eorum in ignominiam ponam.* Dicat & per alium iterum prophetam: *Væ filii apostatæ; fecistis consilium, & non ex me; & pacta, & non per spiritum meum; ut adjiciatis peccatum super peccatum: conversi estis, qui profundum consilium consultastis & injustum.* Dicat ad eos & Isaias: *Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri peccatis: lingua vestra locuta est injustitiam, & os vestrum iniquitatem meditatum est.* Nullus loquitur justa; quia concipiunt laborem, & pariunt iniquitatem. Ova aspidum excluserunt, & telas araneæ texunt. Videte accusationem malitiæ, & putredinis malitiæ indicium, ova aspidum, & telas araneæ: partus quidem malitiam, conceptus autem infirmitatem habet. Ova aspidum, malitiæ species: tela araneæ, infirmitatis argumentum est. Et comedens ovum eorum confractum, putamen invenit. Vidisti malitiam infirmantem? vidisti offendentem non offendentem? vidisti eum qui impugnatur, coronatum? Et qui comedit ovum eorũ confractum, urium invenit. Vrium autem est aliquid sterile, hoc est imperfectum. Isaia promulga nobis & malitiæ speciem. Et in ipso basiliscus. Hoc autem mirabile, quod basiliscus in illo, & urium, hoc est sterile. Basiliscus autem malitiam significat; quandoquidem bestiola hæc omnium reptilium ferocissima est, * ei confert malitiæ sobolem. Verum & illa ipsa urion est propter infirmitatem malitiæ: infirma enim est malitia. Sequitur demonstratio: *Tela eorum non erit in vestimentum.* Non enim vestiuntur ab operibus manuum suarum. Quare? quia opera injustitiæ. Dic speciem injustitiæ. *Pedes eorum in malum currunt*; nimirum ut aliquid fiat: & veloces ad effundendum sanguinem. Quid ad hæc? Cunctatio & infelicitas in viis eorum. Nam viæ eorum tortuosæ, quas transeunt, & viam pacis nescierunt. Vere lamentis digna sunt hæc, quod sacerdotes contra sacerdotes talia dicant. Verum hoc dicimus, non quod tantum accusemus illos, quantum nostri curam gerimus. *Et post alia:*

Ierem. 12. v. 10. — Osee 4. v. 7. — Isai. 30. — Omnia hæc seditionem spirant contra synodum. — Isai. 59. v. 3. — Obscura hæc, etsi facile deprehendatur quo tendant. — Ibid. v. 6.

Vere obstupescit cælum ad hoc, & horruit amplius terra, dicit Dominus: *quia duo hæc mala fecit populus iste. Me, inquit, dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas detritas, quæ non poterunt aquam continere.* Dicat ad eos Deus per Ieremiam prophetam: *Transite ad insulas Chetim, & videte; & in Cedar mittite, & considerate bene, si facta sint talia, qualia hæc; si mutaverunt gentes deos suos. transite ad insulas Chetim.* Non vultis, inquit, ferre verba mea? non fertis prophetas? non accipitis legem? non creditis divinis scripturis? Assumite gentilium pueros in doctores; ite ad gentes, & discite quomodo colantur ab illis dii putativi, cum non sint dii: transite ad insulas Chetim, & videte; & mittite in Cedar, & bene considerate, si facta sunt talia, qualia hæc; num mutaverint gentes deos suos: & quos? Et illi non dii. Et quare hæc dicis? Populus meus mutavit gloriam suam: unde nullam utilita-

Ierem. 2. v. 12. — Ibid. v. 10. — Ad quid hæc omnia contra concilii patres?

utilitatem accipiet. Hæc & de illis congruit dici. Pagani ligna & lapides venerantes, ut immortalia, illa salutant. Tu autem illis prædicans ea venerari non debere, sed solum verum Deum, qui constituit montes in statera, & silvas in libra, *& metitur manu aquam, & cælum palmo, & omnem terram pugillo; qui constituit cælum quasi cameram, qui continet rotunditatem omnis terræ, & habitantes in illa quasi locustas: & hunc, qui omnia verbo fecit, & unica momenti inclinatione exhibet ea quæ non sunt, ut sint; & dedit his qui non erant, ut essent, sola voluntate: quasi oblitus horum omnium, passionibus obnoxium facis, & legem ponis ut adoretur Deus passibilis. Et pagani quidem, ut prædictum est, * avaritiæ verbo capti, etiam cælum impassibile vocant, & solem impassibilem appellant, & stellas immortales statuunt, & terram quam calcant; inter deos numerant. Nos autem invisibilem, unigenitum, incomprehensibilem, inexcogitabilem, passibilem esse credemus? Absit. Salvator noster & benefactor, ne sic apostatæ simus adorationis tuæ, ne sic ignoremus tuam naturam, ne sic ingrati simus de tuis donis, ne suspicemur passibilem nostrum liberatorem, qui nos e passionibus ad impassibilitatem transtulit, & nobis passionibus obnoxiis impassibilitatem largitus est. Hanc & pro nobis legationem afferimus Deo, cui gloria in sæcula. Amen.

Isai. 40. v. 12.

Rom. 4. Patibilis est Deus, qui hac omnia potest & facit; verum id non secundum se, sed secundum naturam assumptam.

Absit, ut secundum naturam assumptam, passibilem non credamus.

Ioannis Antiocheni episcopi homilia in Calchedone dicta post homiliam Theodoreti, ut suos animaret.

SANCTA lex est, ut patribus accepta ferantur ea quæ filiorum sunt. *Meus igitur est Galaad, & meus est Manasses*: imo non mei sunt, sed Dei, qui vestram cum nostra congregavit ecclesiam, & hunc pro pietate zelum cum aliis donis largitus est. Equidem inter vos ideo surrexi, ut dicendo salutarem simul, & valedicerem. etenim vobiscum sumus, ad fratres nostros contendentes. Transit enim quocumque vult absque impedimento caritatis natura. Saluto vos, & oro, ut pacem habeatis cum Deo, prius quidem fideles, nunc autem confessores. Quisquis magnas facultates possidere censetur, strenue militat & impigre, ut conservet quæ possidet. Nullus igitur a paterna fide destituat, quam & nos, ut depositum, apud filios deponimus. Respicite ad progenitores, quos neque tormenta, neque mors, neque aliud quid humanum valuit a fidei sinceritate avellere. Porro vobiscum parvæ quidem minæ sunt, magna autem merces: parvæ passiones, sed coronæ magnæ. Nemo deprædetur depositum vestrum, nempe dogmatum certitudinem: nemo persuadeat, Deum esse passibilem, neque corporis & deitatis naturam unam. Illa enim per se est divina substantia; hanc vero, corporis videlicet, suscepit. Idcirco connexionem prædicamus, & non confusionem; unionem, non contemperationem. Deus hoc per illud, filius hoc per illud; omnia hæc per illud: adoratur cum illo, glorificatur cum illo, & qui cum illo adunatus est inseparabiliter, primitiæ appellatur nostræ naturæ. Hæc servate, & Deus pacis erit vobiscum, adjuvans vos modo quem ipse novit: cui sit gloria in sæcula. Amen.

Psal. 59. v. 9.

Hac admonitio ponit concilii patres persecutos esse pios & fideles; quod omnino falsum est.

Altera schismaticorum epistola, intempestive de victoria gloriantium, ad eosdem.

PRECIBUS sanctitatis vestræ datus est nobis accessus ad pientissimum regem nostrum, divinaque gratia his qui diversa sentiunt, in certamine superiores facti sumus; quia omnia quidem nostra accepta fuere apud Christi amantissimum regem. Lecta autem sunt oblata ab illis, & quæ visa sunt indigna ut reciperentur, neque ullam consequentiam habebant, rejecimus. Cyrilli enim sursum ac deorsum memores erant, orabantque illum accersiri, ut ipse pro seipso rationem redderet. Usque in præsentem diem non obedierunt, sed audierunt quod oporteat sermones de pietate, hoc est, de ratione fidei, & firmatam esse fidem beatorum patrum. Redarguimus & Acacium, qui in commentariis posuerat, passibilem esse deitatem. Quod usque adeo gravatim tulit pius rex noster, ut excuteret pallium, & retrorsum cederet præ blasphemiæ magnitudine. Scimus autem & totum consistorium nos valde habere acceptos, quod pro pietate certamus. Visum igitur est pientissimo nostro regi, ut unusquisque suum sensum exponat, & suæ pietati offerat. Respondimus autem nos, quod impossibile est fieri aliam expositionem, quam eam quæ in Nicæa a beatissimis patribus facta est: & placuit ejus majestati. Proposuimus igitur illam, in qua vestra sanctitas subscripsit. Ceterum omnis populus Constantinopolitanus jugiter ad nos venit, orans ut strenue pro fide pugnemus: multumque laboramus ad retinendum eos, ne videamur occasionem dedisse adversariis. Misimus autem exemplar expositionis, ut duo exemplaria fiant, duobusque illis subscribatis.

Epistola quorumdam orientalium, qui Constantinopolim missi fuerant, ad Rufum episcopum.

Deo dilectissimo sanctissimoque comministro Rufo, Ioannes, Himerius, Theodoretus, & reliqui episcopi in domino Sal.

ARBITRAMUR pietatem & ecclesiasticam concordiam ob sanctitatis tuæ absentiam non parvum detrimentum accepisse. Etenim si præsto fuisset, confusiones turbasque temere exsuscitatas compescuisset, & hæ-

Επιστολὴ ἀνατολικῶν τινων, τῶν εἰς Κωνσταντινούπολιν πεμφθέντων, πρὸς Ροῦφον ἐπίσκοπον.

Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ συλλειτουργῷ Ρούφῳ, Ιωάννης, Ιμέριος, Θεωδώρητος, καὶ οἱ καθεξῆς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΛΙΑΝ βεβλάφθαι τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην ὑπὸ τῆς ἀπουσίας τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἡγούμεθα· ἔπαυσε γὰρ ἂν παραγινομένη καὶ τὰς γεγενημένας συγχύσεις, καὶ τὰς τετολμημένας ἀταξίας, καὶ τὰς τολμηθείσας συν

ANNO CHRISTI 431.

ACTA ADVERSUS CYRILLUM

σιῶν ἡμῖν αὖ κατηγωνίσατο ταῖς ἐπεισαχθείσαις αἱρέσεις τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ τῇ εὐαγγελικῇ καὶ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ, ἣν παῖδες παρὰ πατέρων ἀεὶ δεχόμενοι, μέχρις ἡμῶν ταύτην παρέπεμψαν. ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς φαμὲν, ἀλλὰ ἄλλον * τὸν σκοπὸν τῆς σῆς ὁσιότητος μεμαθηκότες ἐκ τῶν πρὸς τὸν θεοφιλέστατον καὶ ἁγιώτατον Ἰουλιανὸν, τὸν τῆς Ἐριδικῆς ἐπίσκοπον, παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας σταλέντων γραμμάτων. ἐδήλου γὰρ τὰ γράμματα, ὡς χρὴ τὸν προειρημένον θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον συναγωνίσασθαι τῇ ἐντεθείσῃ πίστει ὑπὸ τῶν μακαρίων πατέρων τῶν ἐν B Νικαίᾳ συναθροισθέντων, καὶ μὴ συγχωρῆσαι μῶμον ἐκείνοις τοῖς ἀρραγέσι ῥήμασιν ἐπεισαχθῆναι, ἀρκοῦσι καὶ τὴν ἀλήθειαν δεῖξαι, καὶ τὸ ψεῦδος ἐλέγξαι. ταῦτα ἡ μὲν ὁσιότης ἡ σὴ ὀρθῶς καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς εἰσηγήσατο, καὶ ὁ δεξάμενος τὰ γράμματα, τῇ τῶν γραμμάτων ἠκολούθησε συμβουλῇ. πολλοὶ δὲ τῶν εἰς τὴν σύνοδον παραγινομένων ἐξέκλιναν κατὰ τὸν προφήτην, καὶ ἠχρειώθησαν, ἣν μὲν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων παρέλαβον πίστιν καταλιπόντες, τοῖς δὲ Κυρίλλου τῆς Ἀλεξανδρείας δώδεκα κεφαλαίοις καθυπογράψαντες· ἃ τοῖς Ἀπολιναρίου γέμει κακοδοξίας, συμβαίνει δὲ καὶ τῇ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ, καὶ ἀναθεματίζει πάντα τὸν μὴ C δεχόμενον τὴν γυμνὴν ταύτην ἀσέβειαν. ταύτῃ τῇ * λύμῃ τῆς πίστεως λίαν ἀντέστημεν οἵ τε ἀπὸ τῆς ἑῴας συνεληλυθότες, καὶ ἕτεροι οἱ ἐκ διαφόρων διοικήσεων, ὥστε τὴν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν μακαρίων πατέρων κρατυνθῆναι πίστιν. οὐδὲν γὰρ αὐτῇ ἐλλείπει, ὡς οἶδεν ἡ σὴ ἁγιότης, εἴς τε διδασκαλίαν τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων, καὶ εἰς ἔλεγχον πάσης αἱρέσεως. ὑπὲρ ταύτης ἀγωνιζόμενοι διατελοῦμεν, πάντων ὁμοῦ τῶν κατὰ τὸν βίον καταφρονοῦντες τερπνῶν τε καὶ λυπηρῶν, D ὥστε ἀνέπαφον διαφυλαχθῆναι τὸν παρὰ τῶν πατέρων τοῦτον κλῆρον. τούτου χάριν καὶ Κύριλλον, καὶ Μέμνονα, τὸν μὲν ὡς αἱρεσιάρχην, τὸν δὲ ὡς συνεργὸν γεγενημένον, καὶ ἐν ἅπασιν αὐτῷ συμμαχήσαντα, ὥστε βεβαιωθῆναι καὶ στοιχειωθῆναι τὰ ἐπὶ * διαφθορᾷ τῶν ἐκκλησιῶν ἐκτεθέντα κεφάλαια, καθαιρέσει ὑποβεβλήκαμεν. καὶ τοὺς ὑπογράψαι καὶ συνθέσθαι τοῖς ἐναντίοις τῆς εὐσεβείας δόγμασι τετολμηκότας, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν ἐκεῖνα μὲν ἀναθεματίσωσιν, εἰς δὲ τὴν πίστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἐπανέλθωσιν· ἀλλ᾽ οὐδὲν αὐτοὺς ὤνησεν ἡ ἡμετέρα μακροθυμία· μέχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας τῶν διεφθαρμένων ἐκείνων ὑπερμάχονται δογμάτων. περιέπεσαν E δὲ ἑαυτοὺς καὶ τῷ τοῦ κανόνος ὅρῳ, ὃς σαφῶς διαγορεύει· εἴ τις καθαιρεθεὶς ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου, ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἑαυτῷ ἐπιρρίψῃ τὴν λειτουργίαν, καὶ μὴ ἀναμείνῃ συνόδου κρίσιν, μηκέτι χώραν αὐτὸν ἔχειν ἀπολογίας, μηδὲ ἐφ᾽ ἑτέρας συνόδου· ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ, παντελῶς ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας. τούτῳ τῷ ὅρῳ περιπεπτώκασιν οἵ τε καθαιρεθέντες, οἵ τε ἀκοινώνητοι γεγενημένοι. εὐθὺς γὰρ μετὰ τὸ γνῶναι τὴν γενομένην καθαίρεσιν καὶ ἀκοινωνησίαν, καὶ συνελειτούργησαν, καὶ διατελοῦσι λειτουργοῦντες, ὡς ἀπιστοῦντες δηλονότι τῷ εἰπόντι· ὃ δὴ ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Margin: ἀδιχο-|ν, · ἀλλὰ|σκοπὸν · ἀφέντων · ποσαθέν- · αχίσι · λύμη · φορᾷ

A reses orthodoxæ fidei, & evangelicæ ac apostolicæ doctrinæ invectas, quam filii a patribus semper acceptam ad nos usque transmiserunt, nobiscum debellasset. Hæc citra causam non dicimus: siquidem ex literis, quas pietas tua ad Iulianum piissimum sanctissimumque Eridicæ episcopum perscripsit, quid sanctitas tua spectet cognovimus. Monebāt enim literæ piissimum illum episcopum, ne fidei quam beati patres Nicæni exposuerunt, defensionē ulla ratione detrectaret, neve permittat, ut infractis illis verbis reprehensio, vel labes aliqua irrepat, ut quæ sola & ad veritatem ostendendam, & ad falsitatem revincendam sint satis. Et hæc quidem sanctitas tua recte & pie & iuste admonuit; atque is qui accepit literas, literarum consilium secutus est. Ceterum multi qui ad synodum venerunt, juxta prophetam, *declinaverunt, inutilesque facti sunt.* Fide namque relicta, quam a sanctis patribus acceperant, duodecim Cyrilli Alexandrini capitibus subscripserunt, quæ Apollinarii prava opinione plena sunt, & cum Arii & Eunomii impietate conveniunt; omnesque qui manifestam illam impietatem non suscipiunt, anathemati subjiciunt. Huic fidei pesti strenue restitimus tam nos qui ex oriente, quam alii quoq; qui ex diversis diœcesibus cōvenerunt, ut fides a beatis patribus Nicææ exposita confirmaretur. Nihil enim (ut sanctitas tua novit) in illa desideratur, quod ad confirmandam euangelicorum dogmatum doctrinam, & ad quamvis hæresim cōfutandam faciat. Propter hanc omnibus lætis tristibusque, quæ humanæ vitæ accidere possunt, simul posthabitis, jugiter in acie versamur, ut hanc sortem a patribus traditam, incontaminatam conservemus. Hac etiam de causa Cyrillum & Memnonem deposuimus; illum quidem tamquam hæresiarcham; hunc vero tamquam illius fautorem & adjutorē in omnibus ad confirmanda ac stabilienda capita, quæ exposita sunt in ecclesiarum perniciem: ceteros vero qui dogmatibus illis pietati dissentaneis subscribere & adstipulari sunt ausi, tantisper excommunicationi subjecimus, dum ea anathematizaverint, & ad sanctorum patrum Nicænorum fidem redierint. Verum nostra lenitas illis nihil profuit. Nam usque hodie pro perversis illis dogmatibus decertant, & ultro in canonis sanctionem, vulnus accepturi, impegerunt. Habet is hanc perspicuam sententiam: Si quis episcopus a Synodo, aut presbyter, vel diaconus ab episcopo suo depositus, non expectato synodi judicio sacris ministeriis se ingesserit, nullus se expurgandi locus, ne in alia quidem synodo, huic relictus esto. Sed & si qui sunt, qui cum eo cōmunicaverint, hi penitus ab ecclesia expellantur. In hanc sanctionem inciderunt tam hi qui excommunicationis, quam illi qui depositionis sententiam in se exceperunt. Nam cum primum se a nobis depositos atque excommunicatos rescivereunt, statim una sacris operati sunt, & adhuc sacra facere perseverant tamquam ei fidem non habentes, qui dixit: *Quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum & in cœlis.*

Psal. 13 v. 3. Non relinquerunt fidē patrum, sed capita illa tamquam symbolo consentanea admiserunt.

Non pugnatis pro symbolo, etsi id frequenter jactetis, sed pro Nestorio.

Inciderent in canonis sanctionem, si vestra sententia esset legitima. canon. 4. conc. Antioch.

Sciebant vestras sententias esse nullas, idcirco eas pro nihilo duxerunt.

Matth. 18. v. 18.

Hæc

Acta adversus Cyrillum.

Hæc in ipso mox exordio sanctitati tuæ indicare cogitavimus: verum mutationis alicujus, & a malis hisce emersionis spe ducti, hactenus expectavimus: at ea nos spes fefellit. Nam neque impiam hanc hæresim propugnare destiterunt, neque piissimi imperatoris consilia reverentur. Etenim quintum jam nos & ipsos affatus, illis quidem mandavit, ut vel capita Cyrilli tamquam cum fide pugnantia rejiciant; vel certe, suscepto in eorum defensionem certamine sanctorum patrum confessioni consentanea esse palam faciant. In promptu enim argumenta habemus, per quæ ostensuri eramus, quod orthodoxæ fidei doctoribus manifeste adversantur, plurimumque hæreticorum doctrinæ consentiunt. Enimvero homo perversorum germinum auctor per hæc ipsa docet, divinitatemque unigeniti filii Dei passam esse, non autem humanitatem, quam pro salute nostra suscepit; cum divinitas inhabitans passiones corporis quasi proprii sibi attribuerit, & tamen in propria natura nihil ipsa pateretur. Addit præterea, ex divinitate & humanitate unam factam esse naturam: siquidem illud, *Verbum caro factum est*; ita exponit, quasi divinitas conversionem aliquam passa, & in carnem transmutata sit. Ad hæc eos execratur, qui euangelicas apostolicasque voces de Christo domino distinguunt, ut humiles quidem ad humanitatem, divinas vero ad Christi divinitatem referant. Quod Ariani & Eunomiani sentientes*, humilesque dispensationis voces ad divinitatem referentes, Deum Verbum creaturam & facturam, alteriusque substantiæ, & patri inæqualem esse affirmare non dubitarunt. Quæ vero blasphemia ex hisce principiis consequatur, quivis facile intelligit. Nam & naturarum inducitur confusio, & Deo Verbo attribuitur illud: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* & illud: *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste.* rursum fames, sitis, angelica confortatio, & illud: *Nunc anima mea turbata est.* & iterum: *Tristis est anima mea usque ad mortem*: & quæcumque talia in domini nostri humanitatem ceciderunt, quæ perspicue cum Arii & Eunomii impietate congruere facile quis viderit. Illi enim cum heterusion, naturarumque diversitatem adstruere non valerent, perpessiones, & humiles illas voces divinitati Christi, ut ante dictum est, adscribunt. Norit autem pietas, Arianorum doctores nihil aliud in ecclesiis suis hoc tempore docere, quam quod consubstantialitatis assertores jam demum cum Ario sentiant, quodque veritas, quæ diu latuerat, nunc tandem in lucem prodeat. Nos autem in dogmatibus beatorum patrum, qui apud Nicæam convenerunt, & eorum qui post illos doctrina claruerunt, Eustathii Antiocheni, Basilii Cæsariensis, & Gregorii, & Ioannis, & Athanasii, & Theophili, & Damasi Romani, & Ambrosii Mediolanensis, & reliquorum qui cum his eadem docuerunt, perseveramus, piisque illorum vestigiis insistimus; quippe qui euangelica & apostolica & prophetica verba sequentes, exactam orthodoxæ fidei regulam nobis tradiderint:

Tam vobis familiaris est imperator, ut ne mœnibus quidem recipi sinat.

Hoc Cyrillus nunquam cogitavit, nedum publice tradidit.

Ioan. 1.

Sed quis orthodoxus ex principiis posuit unquam?

Psal 21. Matth. 26. v. 39.

Ioan. 21. Matth. 20.

Ariani non agnoscunt diversas naturas in uno Christo.

Si hos patres sequeremini insontibus quasi hæreticis non insultaretis.

Anno Christi 431.

A ταῦτα ἐβουλευσάμεθα μὲν εὐθὺς τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ γνωρίσαι· προσδοκήσαντες δὲ ἔσεσθαί τινα τῶν λυπηρῶν μεταβολήν, μέχρι τοῦ παρόντος ἀνεμείναμεν. ἀλλ᾽ ἐψεύσθημεν τῆς ἐλπίδος, ἔμειναν γὰρ τῆς δυσσεβοῦς ταύτης αἱρέσεως ὑπερμαχοῦντες, καὶ μηδὲ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως τὰς συμβουλὰς αἰδούμενοι. πεντάκις γὰρ ἤδη καὶ αὐτοῖς καὶ ἡμῖν συντετυχηκώς, προσέταξεν αὐτοῖς ἢ ὡς ἐναντία τῇ πίστει ἐκβάλλειν τὰ Κυρίλλου κεφάλαια, ἢ τὸν ὑπὲρ τούτων ἀναδέξασθαι ἀγῶνα, καὶ δεῖξαι ὡς συμβαίνει τῇ τῶν μακαρίων πατέρων ὁμολογίᾳ. ἑτοίμως γὰρ ἔχομεν ἡμεῖς τοὺς ἐλέγχους, δι᾽ ὧν ἀπεδείξαμεν (εἴχομεν)
B ἄν, ὡς ἄντικρυς μὲν μάχεται τοῖς τῆς ὀρθοδοξίας διδασκάλοις, συμφέρεται δὲ λίαν τῇ τῶν αἱρετικῶν διδασκαλίᾳ. διδάσκει γὰρ διὰ τούτων αὐτῶν ὁ τὰ πονηρὰ ταῦτα κτίσας γεννήματα, ὡς ἡ θεότης τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ Θεοῦ ἔπαθε, καὶ οὐχ ἡ ἀνθρωπότης, ἣν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἀνείληφε σωτηρίας· τῆς ἐνοικούσης δηλονότι θεότητος οἰκειουμένης μὲν τὰ πάθη ὡς ἰδίου σώματος, οὐδὲν δὲ πασχούσης εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν. πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι μία φύσις γέγονε θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος. οὕτω γάρ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἡρμήνευσεν. ὡς τῆς θεότητος τροπήν τινα ὑπομεινάσης, καὶ εἰς σάρκα μεταβληθείσης. πρὸς
C τούτοις ἀναθεματίζει τοὺς διαιροῦντας τὰς εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ φωνάς, καὶ τὰς μὲν ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, τὰς δὲ θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ ἐκλαμβάνοντας. ὅπερ φρονοῦντες Ἀρειανοὶ καὶ Εὐνομιανοί, καὶ τὰς μὲν ταπεινὰς περὶ τῆς οἰκονομίας φωνὰς εἰς τὴν θεότητα ἀναφέροντες, καὶ κτίσμα καὶ ποίημα τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἑτερούσιον, καὶ ἀνόμοιον τῷ πατρὶ λέγειν ἐπραγματεύσαντο. ἐντεῦθεν δέ, εἴ τι κἂν συμβαίνῃ τὸ βλάσφημον, ῥᾴδιον κατιδεῖν. σύγχυσις γὰρ εἰσάγεται τῶν φύσεων, καὶ προσάπτεται τῷ
D Θεῷ λόγῳ τό· Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; καὶ τό· πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ᾽ ἐμοῦ· καὶ τὸ πεινῆν, καὶ διψῆν, καὶ ὑπὸ ἀγγέλου στηρίζεσθαι, καὶ τὸ λέγειν· νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· καί, περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· καὶ ὅσα τοιαῦτα περὶ τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ κυρίου συμβέβηκε. ταῦτα δὲ ὡς σαφῶς τῇ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ συμβαίνει, εὐχερῶς ἄν τις κατίδοι. ἐκεῖνοι γὰρ τὸ ἑτερούσιον κατασκευάσαι μὴ δυνάμενοι, τὰ παθήματα καὶ τὰς εὐτελεῖς φωνὰς τῇ θεότητι τοῦ Χριστοῦ περιάπτουσιν, ὡς προείρηται. ἴστω δέ σου ἡ θεοσέβεια, ὡς οἱ τῶν Ἀρειανῶν διδάσκαλοι νῦν οὐδὲν ἕτερον ἐν
E ταῖς ἐκκλησίαις αὐτῶν διδάσκουσιν, ἢ ὡς οἱ τὸ ὁμοούσιον διδάσκοντες, νῦν τὰ Ἀρείου φρονοῦσι, καὶ ὅτι διὰ χρόνου μακροῦ τὸ ἀληθὲς ἀνεφάνη. ἡμεῖς δὲ τοῖς τῶν μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότων, καὶ τῶν μετ᾽ ἐκείνους ἐν τῇ διδασκαλίᾳ διαπρεψάντων, Εὐσταθίου τοῦ Ἀντιοχείας, Βασιλείου τοῦ Καισαρείας, καὶ Γρηγορίου, καὶ Ἰωάννου, καὶ Ἀθανασίου, καὶ Θεοφίλου, καὶ Δαμάσου τῆς Ῥώμης, καὶ Ἀμβροσίου τοῦ Μεδιολάνων, καὶ τῶν ταὐτὰ τούτοις διδαξάντων, ἐμμένομεν δόγμασι, καὶ τοῖς εὐσεβέσιν αὐτῶν ἀκολουθοῦμεν ἴχνεσι. τοῖς γὰρ εὐαγγελικοῖς, καὶ ἀποστολικοῖς καὶ προφητικοῖς, ἑπόμενοι ῥήμασιν, ἀκριβῆ τῆς ὀρθοδοξίας ἡμῖν κατέλιπον κανόνα. (δόγμασιν)

ὃν ἀκλι-

ὃν ἀκλινῆ καὶ ἀσάλευτον φυλάξαι σπουδάζομεν ἅπαντες οἱ τὴν ἀνατολὴν οἰκοῦντες· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ Βιθυνοὶ, καὶ Παφλαγόνες, καὶ ἡ δευτέρα Καππαδοκία, καὶ Πισιδία, καὶ Θετταλία, καὶ Μυσία, καὶ Ροδόπη, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι ἀπὸ διαφόρων ἐπαρχιῶν, δῆλοι δέ εἰσι καὶ Ἰταλιῶται τῆς καινοτομίας ταύτης οὐκ ἀνεξόμενοι. ὁ γὰρ θεοφιλέστατος καὶ ἁγιώτατος Μαρτῖνος ὁ τῆς Μεδιολάνων ἐπίσκοπος καὶ γράμματα πρὸς ἡμᾶς ἀπέστειλε, καὶ τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ βιβλίον ἐξέπεμψε τοῦ μακαρίου Ἀμβροσίου περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως, ὅπερ τὰ ἐναντία τοῖς αἱρετικοῖς B τούτοις διδάσκει κεφαλαίοις. γινωσκέτω δέ σου ἡ ἁγιότης, ὡς οὐκ ἤρκεσε Κυρίλλῳ καὶ Μέμνονι τὸ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν λυμήνασθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς κανόνας ἐπάτησαν. τοὺς γὰρ ἀπὸ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ διοικήσεων γενομένους ἀκοινωνήτους, εὐθὺς εἰς κοινωνίαν * ἀνεδέξατο. πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἑτέρους καὶ ἐπὶ αἱρέσεσιν ἐγκαλουμένους, καὶ τὰ αὐτὰ φρονοῦντας Κελεστίῳ καὶ Πελαγίῳ· Εὐχῖται γάρ εἰσιν, ἤγουν Ενθουσιασταί. διὸ καὶ ἀκοινώνητοι ἦσαν τῷ τε διοικητῇ καὶ τῷ μητροπολίτῃ· τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας καταφρονήσαντες εἰς κοινωνίαν ἐδέξαντο αὐτοὺς, τὸ πλῆθος ἑαυτοῖς πανταχόθεν ἀθροίζοντες, καὶ τυραννικῶς μᾶλλον ἢ C εὐσεβῶς δογματίζειν σπουδάζοντες. ἐπειδὴ γὰρ τῆς εὐσεβείας ἐγεγύμνωντο, ἀναγκαίως ἑαυτοῖς ἑτέραν ἐπενόησαν δύναμιν, ἀνθρώπων * τείχη, χρημάτων ῥεύμασιν οἰόμενοι τὴν τῶν πατέρων καταγωνίζεσθαι πίστιν. ἀλλὰ τούτων οὐδὲν αὐτοὺς ὤνησε, τῆς ὑμετέρας ἐρρωμένης ὁσιότητος, καὶ συνήθως τῆς εὐσεβείας ὑπερασπιζούσης. παρακλήθητι τοίνυν, δέσποτα ἁγιώτατε, τὴν μὲν κοινωνίαν τῶν ταῦτα τετολμηκότων, καὶ τὴν αἵρεσιν ταύτην εἰσαγαγόντων, φυλάξασθαι, γνωρίσαι δὲ πᾶσι, καὶ τοῖς ἐγγὺς, καὶ τοῖς μακρὰν, ὡς ταῦτά ἐστι τὰ κεφάλαια, ἐφ' οἷς ὁ τρισμακάριος Δάμασος καθεῖλεν Ἀπολινάριον, καὶ Βιτάλιον, καὶ Τιμόθεον, τοὺς αἱρετικούς· καὶ ὅτι οὐ χρὴ τῇ ἐκπεμφθείσῃ ἐπιστολῇ παρ' αὐτοῦ ἁπλῶς προσέχειν, ἐν ᾗ τὸ μὲν αἱρετικὸν συνεσκίασε φρόνημα, τῷ δὲ τῆς εὐσεβείας αὐτὴν κατέχρωσε δόγματι. ἐν μὲν γὰρ τοῖς κεφαλαίοις σφόδρα αὐτοῦ τὴν ἀσέβειαν ἐγύμνωσεν, ἔνθα καὶ ἀναθεματίσαι τοὺς μὴ οὕτω φρονοῦντας ἐτόλμησεν· ἐν δὲ τῇ ἐπιστολῇ * βλάψαι πανούργως τοὺς ἀπλουστέρους ἐπεχείρησε. μὴ τοίνυν καταφρονήσῃ τῆς ὑποθέσεως ἡ σὴ ὁσιότης, ἵνα μὴ ὕστερον ὁρῶσα τὴν αἵρεσιν κρατυνθεῖσαν, ἀνονήτως ἀλγύνηται καὶ ἀχάλλῃ, ἐπαμῦναι μηκέτι δυναμένη τῇ εὐσεβείᾳ. ἀπεστείλαμεν δὲ καὶ τὸ ἴσον τοῦ τόμου, οὗ E ἐπιδεδώκαμεν τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ ἡμῶν, ἔχον τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ· ἐν ᾧ ἐξεβάλομεν τὰ πρόσφατον ἐπεισαχθέντα ὑπὸ Κυρίλλου αἱρετικὰ κεφάλαια, ἀλλότρια κρίναντες αὐτὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. ἐπειδὴ δὲ μόνοι ὀκτὼ παρεγενόμεθα εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, οὕτω τοῦ εὐσεβεστάτου προστάξαντος βασιλέως, * ὑπετάξαμεν καὶ τὸ ἴσον τοῦ ἐντολικοῦ, τοῦ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου δοθέντος ἡμῖν, διὰ τὴν γνῶσιν τῶν ὑποκειμένων αὐτοῦ ἐπαρχιῶν, ἃς ἐστιν ἀπὸ τῶν ὑπογραφῶν τῶν μητροπολιτῶν γνῶναι τὴν σὴν ὁσιότητα. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα προσαγορεύομεν.

A quam regulam nos inconcussam inflexamque retinere studemus omnes qui in oriente habitamus; similiter qui Bithyniam, & Paphlagoniam, & Cappadociam secundam, & Pisidiam, & Thessaliam, & Mysiam, Rhodopenque incolunt, & alii quamplurimi diversarum provinciarum. Italos quoque certum est novitatem illam nequaquam laturos esse. Nam Martinus sanctissimus Deoque dilectissimus Mediolanensium episcopus ad nos scripsit, librumque beati Ambrosii de dominica incarnatione ad piissimum imperatorem misit, qui hæreticis illis capitibus contraria docet. B Sed nec istud sanctitatem tuam prætereat, nempe, Cyrillum & Memnonem non contentos fuisse orthodoxam fidem corrupisse, verum omnes quoq; canonicas sanctiones proculcavisse. Nam qui a diversis diœcesibus atque provinciis excommunicatione perculsi fuerunt, illos ipsi statim in communionem receperunt. Alios præterea de diversis etiam hæresibus accusatos, eademq; sentientes cum Cælestio & Pelagio (Euchitæ enim sunt, sive Enthusiastæ) & ob id a suo diœcesano vel metropolitano excommunicatos, ecclesiastica disciplina contempta, communioni restituerunt, multitudine undecumque sibi coacta, ac tyC rannice potius, quam pie dogmata sua statuere laborantes. Nam cum pietate destituerentur, aliam necessario sibi potentiam excogitarunt, nempe hominum propugnacula, & [illegible]ati profusione pecuniæ se patrum fidem expugnaturos. Verum pietate tua bene valente, religionisque defensionem more suo suscipiente, nihil illorum machinationes efficere poterunt. Quamobrem sanctissime domine, rogatus, illorum communionem, qui tanta hac temeritate usi sunt, quique hanc hæresim invexerunt, caveto; omnibusque tam prope, quam longe positis, declarato, capita hæc ipsa esse, propter quæ beatissimus Damasus Apollinarium, Vitalium D & Timotheum hæreticos gradu movit: epistolam præterea ab eo missam, non esse simpliciter admittendam, in qua sententiam hæreticam pietatis dogmate coloratam occultavit: siquidem in capitibus illis aperta fronte impietatem suam profitetur, eosque qui aliter sentiunt, audacter anathematizat; in epistola autem callide simplicioribus damnum inferre studuit. Caveat itaque sanctitas tua, ne causam negligat, ne postea hæresim hanc corroboratam aspiciens, in vanū doleat, & quod pietatem vindicare deinde nequeat, se affligat. Misimus etiam exemplum scripti, quod piissimo Christianissimoque imperatori nostro exhibuimus; quo sanctorum Nicænorum paE trum fides continetur, & hæretica Cyrilli capita recens inducta reprobantur, ea nobis judicantibus ab orthodoxa fide aliena. Quoniam vero juxta piissimi imperatoris mandatum octo tantum in civitatem Constantinopolitanam venimus, adscripsimus etiam exemplum mandati a sancta synodo nobis dati, quo provinciæ in illo recensitæ dignoscantur. Eas enim a metropolitanorum subscriptionibus sanctitas tua cognoscet. Salutamus universam quæ tecum agit, fraternitatem.

ACTA ADVERSUS CYRILLUM.

Omnes catholici vobiscum sentiunt, ubi cā holicam doctrinam tenetis: secus vero, nequaquam.

Hoc falsum omnino est.

Solum a Nestorio, & aliis ei adhærentibus injuste depositos restituerunt.

Iterum Cyrillus inter hæreticos computatur.

Iactant plures suæ factionis metropolitanos, ut facilius persuadeant.

ACTA ADVERSVS CYRILLVM.

ANN. CHRIS. 431.

ORIENTALIVM SCHISMATICORVM exemplaria ad fratres, qui communi omnium nomine Constantinopoli legatione fungebantur.

Omnibus modis pientissimis & sanctissimis ac religiosissimis coepiscopis, Ioanni, Ioanni, Himerio, Paulo, Macario, Apringio, Theodoreto, Helladio, episcopis, synodus quæ in ecclesia Ephesi congregata, in domino Sal.

Obscura sunt hæc, & forte mutila.

QVONIAM didicimus vestros pro religione labores, cum divina regis nostri Christum amantis & pientissimi,* cognovimus experientia, dominum Iesum Christum ecclesias suas non derelinquere, qui sane & vobis orthodoxis decentem gratiam exhibuit, adversariosque multo rubore confudit, pientissimumque nostrum regem rectæ fidei sanctissimæ ecclesiæ accedere fecit. Confidimus autem, quod & vobis libertate sacerdotibus Christi digna certantibus, & pientissimi nostri regis vita per Deum salva, pacificum finem res habituræ sint: *infamentur hæretica, ut per totum orbem in ecclesiis iterum sanctorum patrum orthodoxa fides relucescat. Verum adversarii non cessant usque in præsentem diem solitam exercere tyrannidem, eo quod nullam indignationem experti sunt. Vbique enim illicitas depositiones in ecclesias mittentes, turbant & clerum & plebem. Subscripsimus item in duobus exemplaribus, quæ a vestra sanctitate nobis sunt missa: pro quibus oramus, ut contra pullulantem impietatem pro veritate certantes, usque ad sanguinem obsistatis, scientes quod cum vestra sanctitate concordant ea quæ nos confitemur. Parati etiam sumus prius mori, quam suscipere unum ex hæreticis Cyrilli Alexandrini capitulis. Quæ autem ad personarum dehonestationem attinent, perpetuo silentio abrogamus. Qui enim recipiunt eum in hæreticis illis commentariis (hæretica commentaria, ut scitis, patrum fidei conjunxerunt,) hac ratione declarant seipsos hæreticos, & ab orthodoxa fide alienos. Quomodo igitur, oro, fieri potest, ut duo hæc diversa, depositio & capitula, conveniant? Nam si fide digni sunt qui eum recipiunt, digni fide erunt & in capitulis hæreticis, quæ exposuerunt. Si autem capitula redarguunt eos hæreticos, omnino hæreticorum est & depositio. Hæc autem & ad pientissimum nostrum regem scripsimus, misso exemplari; ut quod operæ precium videbitur, faciatis. Non minor enim nobis solicitudo est, quam pro veritate ipsa, ne si depositio quæ ab hæreticis facta, robur accipiat, valeant & hæretica capitula, & alia quæ ab illis contra multos sacerdotes facta sunt. Bona nobis fiducia est, quod vestra sanctitas hæc omnia doceat, & illa faciat, quæ omnia quæ ab hæreticis facta sunt, irritent, sive depositionem, sive excommunicationem, idque tam synodali rescripto, quam regio edicto. Non ignorat enim vestra pietas, quod habemus quosdam episcopos nobiscum desolatos in suis provinciis. Demum misimus vestræ sanctitati recens factam expositionem ab Alexandrino hæreticorum capitulorum, evidentius etiam per illam ostendente suam impietatem. Sicut & rogavimus vestram sanctitatem, dignemini curare, ut nos statim dimittamur; maxime quia nunc hiems instat.

Et hæc argumento sunt, eos non succubuisse.

Argute, sed ex falso principio colligitis potius enim totam synodum hæreticam fuisse, atque ideo Nestorium deponere non potuisse.

Hæc fiducia vos fallet.

Imo vero major pars jam antea velexaurata, vel communicata erat. Indicant anathematismorum Cyrilli declarationem.

RELATIO ORIENTALIVM, QVI Ephesi degebant, ad Theodosium & Valentinianum Augustos.

Pientissimis & Christi amatoribus regibus, Theodosio & Valentiniano Augustis, sancta synodus quæ Ephesi est congregata.

Non pro tota synodo, sed tantum pro conciliabulo Antiocheno.

EDOCTI ex sanctissimorum & pientissimorum ministrorum nostrorum literis, qui pro tota synodo ad vestrum pium comitatum pervenerunt, tum quod benignus illis ad vestram pietatem patuerit accessus, tum quod majestas vestra multum pro orthodoxa fide zelet, gavisi sumus, quasi præsentes prædictis serenam vestræ pietatis faciem simul intueremur. Cognovimus enim, quomodo ea quæ ab adversariis, vestro justo judicio minus fuere accepta; sanctorum autem patrum qui in Nicæa, fides, pro qua & præsentes pientissimi episcopi, & nos soliciti sumus, receptionem meruit. Credimus itaque, Deum sic instituisse vestram pietatem, ne quo modo commoveretur apostolica fides, per quam a progenitoribus regnum habet vestra majestas, omnesque alienas nationes subditas habet. Et propterea gratiarum actiones, & continuas preces solito more cum magno gaudio Christo domino offerimus. Quoniam autem sub vestro imperio magna quædam fiducia est sacerdotibus, confidimus etiam ea quæ nos mœrore conficiunt & solicitudine, cognovisse vestram majestatem, illorum queremedium petere. Vnde oramus, & ante vestigia vestra provolvimur, ut nos cum longanimitate humiliantes vestræ pietati suscipiatis, & iuste petentes de offensa persona ab his qui receperunt hæretica capitula Cyrilli Alexandrini, & in Deum ipsum impie egerunt. Nam qui introduxerunt hæretica capitula, & turbaverunt sanctorum patrum fidem, hanc ipsorum partem in ipsis commentariis etiam illicitam depositionem fecerunt. Et credimus non visum fuisse incorrupto vestro & recto judicio justam illorum stare condemnationem, quos condemnari manifeste oportet, utpote convictos hæreticos. Quæ autem particulariter secutura sunt ab illis & contra ecclesiasticas constitutiones, & contra pientissima vestra scripta, jam a multis didicit vestra majestas, si in nullo ab ipsis offendatur, vestrisque edictis non obluctentur, & ecclesiasticam fidem prædicent. Nam etsi millies fugiens tumultus caveat, & ipse privatim agere malit; opus tamen, ne fides jacturam ferat, eo quod illegitima ista depositio ab his qui hæretica capitula introducunt, facta sit.

Gravis intercessio pro hæretico Nestorio, quem tamé, quod imperatoribus exosus esset, nominare, non audent.

Sed coram quo judice hæresis convicti sunt concilii patres?

Quasi Nestorius ecclesiasticam fidem prædicaverit, & imperatoris edictis paruerit.

EPISTOLA

EPISTOLA LEGATORUM SCHIsmaticorum ad suos in Epheso.

Dominis maxime honorabilibus & pientissimis episcopis, qui in Epheso sunt, Ioannes, Ioannes, Himerius, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus.

QUINTO accessus nobis contigit: & quamvis multum de hæreticis capitulis disceptaverimus, juraverimusque sæpius pientissimo regi, quod impossibile sit nobis communicare his qui diversa sentiunt, si nondum exploserint capitula; & quod Cyrillus, etiam si rejecerit capitula, a nobis suscipiendus non sit, eo quod ipse tam impiæ hæreseos hæresiarches factus sit; nihil tamen profecimus, eo quod & adversarii instarent, & auditores hos tam impudenter obluctantes non compescerent, nec cogerent eos, ut ad inquisitionem & colloquium venirent. hac enim via effugiunt, ne capitula examinentur, & de his disputari prorsus non sinunt. Nos autem propter vestras preces usque ad mortem instare parati sumus; & neque Cyrillum suscipere, neque capitula ab eo exposita, neque illis communicare, priusquam explodantur quæ male fidei adjecta sunt. Obsecramus igitur & vestram sanctitatem, ut sapiatis eadem quæ nos, eumdemque laborem ostendatis. Certamen enim nobis pro religione est, quam solam habemus spem, & propter quam expectamus fruituros nos benignitate salvatoris nostri in futuro sæculo. De pientissimo & sanctissimo episcopo Nestorio sciat vestra pietas, quod studuerimus quidem sermonem de illo inserere; sed nunc non potuimus, eo quod omnes vel ad ipsum nomen hostiliter afficiuntur. Nihilominus curæ nobis erit, tametsi res sic habeant, per opportunitatem temporis ac auditorum benevolentiam etiam hoc facere, si quidem nostro proposito Deus cooperatus fuerit. Porro ut vestra sanctitas etiam hoc non ignoret, scitote, quod videntes Cyrillianos tyrannide, & fraudibus, & adulatione, & donis omnes, ut ita dicam, decepisse, non raro pientissimum regem & magnificentissimos principes obsecravimus, ut & nos ad orientem dimitteremur, & vestra pietas ad propria remigraret. Cognoscimus enim, quod in vanum moras nectimus, & instituta non perficimus, eo quod Cyrillus ubique fugit colloquium nostrum, conscius sibi, blasphemias, quas in duodecim capitulis suis edidit, manifeste redarguendas. Placuit autem pientissimo regi post multas adhortationes, ut singuli ad propria redeamus; ad hoc, ut & Ægyptius, & Memnon Ephesius in suis locis maneant. Sic enim poterit Ægyptius omnes excæcare muneribus suis, sic, ut ille quidem cum innumera fecerit mala, ad thronum suum redeat; iste vir innocens vix ad suam mansionem dimittatur. Omnem, quæ vobiscum est, fraternitatem, & nos, & qui nobiscum sunt, plurimum salutamus.

Schismatici causa sua diffidentes, quam antea se obtinuisse gloriabantur, reditum urgent.

Cyrillum per contemptum vocat Ægyptium, Nestorium autem virum innocentem.

Ioannes episcopus Antiochiæ orientis valere vos in Christo precor, domini pientissimi & sanctissimi. Subscripserunt autem similiter & alii.

ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΤΩΝ ΟΡΘΟΔΟΞΩΝ,

ΔΙ' ΩΝ ΤΑ ΠΡΟΛΑΒΟΝΤΑ ΤΩΝ ΑΠΟΣΧΙΣΤΩΝ *διελέγχονται τεχνάσματα.*

EPISTOLÆ CATHOLICORUM, QUIBUS SCHISMAticorum præcedentes doli refelluntur.

Ἴσον ἀναφορᾶς τῆς ἁγίας συνόδου, ἀποσταλείσης διὰ Παλλαδίου μαγιστριανοῦ, καλανδῶν Ἰουλίων, Ἐπιφὶ ζ΄. ἰνδικτιῶνος ιε΄.

Τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις, Θεοδοσίῳ καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀεὶ αὐγούστοις, ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ χάριτι Θεοῦ, καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει.

ΤΟ μὲν ὑμέτερον κράτος τὴν εὐσέβειαν βεβαιῶσαι βουλόμενον, ἐπέταξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ζήτησιν περὶ τῶν δογμάτων ποιήσασθαι σπουδαιοτέραν· ὃ δὴ καὶ πεποιήκαμεν, καὶ τῇ ἀρχαίᾳ παραδόσει τῶν πατέρων, ἑπόμενοι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν πειθόμενοι, καὶ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ συναχθέντων ἐπὶ τῆς Νικαίας· ὃ δὴ καὶ ἑρμηνεύσαντες συμφώνως καὶ γνώμῃ μιᾷ, ἐμφανῆ τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ καθεστήσαμεν ἐν αὐτοῖς τοῖς ὑπομνήμασι τοῖς πεπραγμένοις· ἐν οἷς καὶ Νεστόριον

* *Exemplum relationis sancti concilii, missæ per Palladium magistrianum, Kalendis Iulii, mensis Epiphi septima, indictione XV.*

Piissimis, Deoque devotissimis Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta synodus, quæ per Dei gratiam vestræque majestatis nutum in Ephesiorum metropoli convenit.

VESTRA quidem majestas pietatem confirmare volens, exactiorem dogmatum examinationem sanctæ synodo injunxit quam & fecimus, antiquam secuti traditionem sanctorum patrum, sanctorumque apostolorum & euangelistarum, & trecentorum decem & octo (patrum) apud Nicæam quondam congregatorum: quam etiam una voce unoque consensu interpretati, perspicue testatam pietati vestræ exhibuimus in ipsis commentariis actorum, in quibus & Nestorium di- versæ

**Relatio synodi, qua respondetur sacræ supra præmissæ, & qua a Candidiano relata fuerat, falsa esse docentur. Ea autem sacra posita est sup. pag. 703.*

EPISTOLAE CATHOLICORUM.

versa sentire manifesto deprehensum exauctoravimus. Neque enim sententiam suam in Ephesiorum metropoli constitutus adeo dissimulabat, ut aliis indiciis & argumentis revincendus esset: sed quotidie exclamabat, dogmata fide aliena praedicans apud complures. Omnia vero in actorum commentariis dilucide sigillatimque vestrae pietati recensuimus. Sed quoniam magnificentissimus comes Candidianus Nestorii amicitiam pietati anteponens, aures pietatis vestrae praeoccupare festinavit, priusquam majestas vestra exacte, quae gesta sunt, intelligeret; priusquam commentarios acciperet, & quae acta sunt, accurate consideraret, ea pietati vestrae suggerere studuit, quae & sibi placita, & Nestorio grata erant, priusquam majestas vestra ex commentariorum, quae (synodi) acta complectebantur, lectione veritatem hauriret: in quibus apparet, ne minimam quidem malevolentiam contra Nestorium nos exercuisse, sed ipsa veritatis dogmata exposuisse: quibus comparantes quae a Nestorio praedicabantur, clare deprehensa ex ipsius scriptis, epistolis, & publicis sermonibus; sancto euangelio, quod Christum universorum dominum praesentem nobis ostendebat, in medium proposito, sententiam tulimus. Quamobrem majestatem vestram rogamus, ne quem eorum dignetur admittere, qui hominis amicitiam pietate priorem ducunt. In horum enim numero cum Ioannem reverendissimum episcopum Antiochenum existere, hoc est, ita animo comparatum esse odorati essemus, ut qui amicitiae mallet gratificari, quam fidei utilitatem spectare, ex eo conjecturam facientes quod neque majestatis vestrae minas veritus, neque piae fidei jam inde ab initio traditae zelo permotus, sanctam synodum post terminum a vestra majestate praestitutum, per dies viginti & unum suspensam tenuisset; universi, qui in sancta synodo orthodoxi, soliusque fidei studiosi sumus, ad eorum inquisitionem nos conferre coacti sumus, quae ad pietatem pertinent; illud reverendissimo Ioanni episcopo accidisse rati, quod magnificentissimus comes Candidianus passus esse non obscure deprehenditur. non enim omnium est, pietati amicitias hominum postponere. Erat autem haec nostra de Ioanne episcopo religiosissimo suspicio non inanis, nec vana. Nam cum primum appulisset, Nestorii sententiae sese adhaerere, aperte sanctae synodo declaravit: sive hoc inde evenerit, quod amicitiae gratificaretur; sive inde, quod in dogmatis errore cum eo communicaret.

Sed quoniam, quae acta sunt, vestrae majestati aperte exponere, ut diximus, prohibemur, magnificentissimo comite Candidiano nos impediente, ne quae pia ratione praestitimus, indicemus, omne vero studium & auxilium Nestorio impendente; majestatem vestram rogamus, ut sanctae synodi studium erga Deum cognoscat, magnificentissimumque Candidianum accersat, & quinque e sancta synodo, qui ea quae gesta sunt, coram vestra pietate exponant ac defendant. Sunt enim illi qui diversa a recta fide sentiunt, ad tegendam imposturam usque adeo callidi, ut quidam quoque sanctissimi episcopi, occultato

ANNO CHRISTI 431.

A ἕτερα φρονοῦντα ἐναργῶς εὑρηκότες, καθείλομεν. οὐδὲ γὰρ ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει τὸ ἑαυτοῦ ἔκρυψε φρόνημα, ἵνα ἐλέγχων ἑτέρων δεηθῇ, ἀλλ' ἀνεβόα καθ' ἑκάστην ἡμέραν, τὰ ἀλλότρια τῆς πίστεως κηρύττων πρὸς πλείονας δόγματα. καὶ ἕκαστα κατὰ μέρος ἐν τοῖς πεπραγμένοις ὑπομνήμασι δῆλα κατεστήσαμεν τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ. ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν φιλίαν Νεστορίου τῆς εὐσεβείας προτιμήσας ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανὸς, ὑφαρπάσαι τὴν ἀκοὴν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας ἐσπούδασε, πρὶν καταμαθεῖν ἀκριβῶς τὰ πεπραγμένα τὸ ὑμέτερον κράτος, πρὶν δέξασθαι τὰ ὑπομνήματα, πρὶν B ἐπιστῆσαι τοῖς γεγενημένοις, ἐσπούδασεν αὐτὸς τὰ αὐτῷ φίλα, καὶ κεχαρισμένα Νεστορίῳ, ἀναδιδάξαι τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν, πρὶν γνῶναι τὸ ὑμέτερον κράτος τὸ ἀληθὲς ἐκ τῆς τῶν πραχθέντων ὑπομνημάτων ἀναγνώσεως· ἐν οἷς δεικνύμεθα οὐδεμίαν κατὰ Νεστορίου δυσμένειαν γυμνάζοντες, ἀλλὰ αὐτὰ τῆς εὐσεβείας ἐκθέμενοι τὰ δόγματα· οἷς παραβαλόντες τὰ ὑπὸ Νεστορίου κηρυττόμενα, ἔχοντα τὸν ἔλεγχον ἐκ τῶν γραμμάτων Νεστορίου, ἐπιστολῶν τε καὶ τῶν ἐν δημοσίῳ γενομένων διαλέξεων, τὴν ψῆφον ἐξενηνόχαμεν, τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ἐν μέσῳ κειμένου, καὶ δεικνύντος ἡμῖν παρόντα τὸν δεσπότην τῶν ὅλων Χριστόν. δεόμεθα C τοίνυν τοῦ ὑμετέρου κράτους, μηδένα παραδοχῆς ἀξιωθῆναι τῶν προτιμώντων ἀνθρώπων φιλίαν τῆς εὐσεβείας. καὶ γὰρ τοιαύτης αἰσθόμενοι τῆς διαθέσεως τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχείας, ὡς βουλομένου φιλίᾳ χαρίζεσθαι μᾶλλον, ἢ τὸ συμφέρον τῇ πίστει σκοπεῖν, ἐξ ὧν μήτε τοῦ ὑμετέρου κράτους ἀπειλὴν φοβηθεὶς, μήτε τῷ ζήλῳ κινούμενος τῆς θεοφιλοῦς πίστεως τῆς ἄνωθεν παραδεδομένης, τὴν ἁγίαν ἀνεβάλετο σύνοδον ἐπὶ εἴκοσι καὶ μίαν ἡμέραν, μετὰ τὴν δεδομένην προθεσμίαν παρὰ τοῦ ὑμετέρου κράτους, D καὶ ἠναγκάσθημεν ἅπαντες οἱ τῆς ἁγίας συνόδου ὀρθόδοξοι, καὶ μόνης ἐρῶντες τῆς πίστεως, ζητῆσαι τὰ περὶ τῆς εὐσεβείας· τοῦτο πεπονθέναι καὶ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην ὑπολαβόντες, ὅπερ δείκνυται πεπονθὼς καὶ ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανός. οὐ γὰρ πάντων ἐστὶ τῆς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους φιλίας προτιμᾶν τὴν εὐσέβειαν. ἦν δ' ἄρα ἡ περὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Ἰωάννου ὑπόνοια ἡμῶν οὐκ εἰκαία, οὐδὲ μάταιος· ἐλθὼν γὰρ δῆλον ἑαυτὸν ἐποίησε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὡς τὰ Νεστορίου * φρονεῖ, εἴτε E φιλίᾳ χαριζόμενος, εἴτε κοινωνὸς ὢν τῆς πλάνης τοῦ δόγματος ἐκείνῳ.

Ἀλλ' ἐπειδὴ σαφῶς τὰ πεπραγμένα γνωρίζειν τῷ ὑμετέρῳ κράτει κωλυόμεθα, ὡς ἔφημεν, τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ ἡμᾶς μὲν κωλύοντος γνωρίζειν τὰ κατὰ τὸν εὐσεβῆ λόγον πεπραγμένα, πᾶσαν δὲ σπουδὴν νέμοντος Νεστορίῳ· δεόμεθα τοῦ ὑμετέρου κράτους, ὑπὲρ τοῦ γνωσθῆναι τὴν κατὰ Θεὸν σπουδὴν τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ μεταστεῖλαι μὲν τὸν μεγαλοπρεπέστατον Κανδιδιανὸν, καὶ πέντε τῆς ἁγίας συνόδου συστησομένοις τοῖς πεπραγμένοις ἐπὶ τῆς ὑμῶν εὐσεβείας. δεινοὶ γάρ εἰσιν οἱ ἕτερα παρὰ τὴν ὀρθὴν πίστιν φρονοῦντες συσκιάζειν τὴν πλάνην· ὡς καί τινας τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, κρυπτομένης μὲν

Marginal notes: l. ὑμῖν; l. τὴν ἀνθρώπου φιλανθρωπίαν; * φρονῶν; l. ἐκείνου

EPISTOLAE CATHOLICORUM.

μὲν τῆς πλάνης παρὰ Νεστορίου, δελεασθῆναι, καὶ προσθέσθαι αὐτῷ, τοῖς τε ὑπ' αὐτῷ πραττομένοις ὑπογράψαι· ἐπειδὴ δὲ σαφῶς ἐρωτήσαντες αὐτὸν, εὗρον ἀνακαλύπτοντα ἑαυτοῦ τὰς βλασφημίας, ἀποστάντες ἐκείνου, τῇ ἁγίᾳ προσῆλθον συνόδῳ, αὐτὴν τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ δήλην ποιήσαντες, καὶ μεθ' ἡμῶν καταψηφισάμενοι τοῦ μνημονευθέντος Νεστορίου· ὡς ἀπολειφθῆναι παρὰ Νεστορίῳ καὶ τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ τῷ Ἀντιοχείας τριάκοντα καὶ ἑπτὰ, μικρῷ πρός· ὧν οἱ πλείους ὑπεύθυνοι ὄντες αἰτίαις, καὶ τὴν ψῆφον δεδιότες τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς ἔφημεν, προσέθεντο Νεστορίῳ· ὧν καὶ τὰς προσηγορίας ἀπεστείλαμεν τῷ ὑμετέρῳ κράτει· τοὺς μὲν ἐπὶ δογμάτων διαστροφῇ, ὡς Πελαγιανούς τε ὄντας, καὶ ἐναντία τῆς εὐσεβείας φρονήσαντας· τοὺς δὲ καθῃρημένους ἤδη πρὸ πολλῶν ἐνιαυτῶν· τοὺς δὲ ἐφ' ἑτέραις αἰτίαις πονηραῖς ὀφείλοντας μετὰ τὸν ἔλεγχον τὸ ἐπιτίμιον δέξασθαι παρὰ τῆς συνόδου, ἐχούσης πάντας τοὺς τῆς οἰκουμένης ἁγιωτάτους ἐπισκόπους ἓν καὶ τὸ αὐτὸ φρονήσαντας, διὰ τὸ καὶ τὸν τῆς μεγάλης Ῥώμης συμπαρεῖναι τῇ συνόδῳ, καὶ τοὺς τῆς Ἀφρικῆς διὰ τοῦ θεοσεβεστάτου ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου· ᾧ καὶ τὴν ἑαυτῶν γνώμην ἑνώσαντες, κεχωρισμένοι μόνῳ τῷ τόπῳ, τῇ αὐτοῦ τε καὶ πάντων ἡμῶν ψήφῳ συνῄνεσαν. οὐδὲ γὰρ ἂν συνῆλθε Νεστορίῳ τις καὶ τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, εἰ μήτε αὐτός τε δεινὸς ἦν σχήματι λογισμῶν ἐπικαλύπτειν αὐτοῦ τὴν δυσσέβειαν, οἵ τε νῦν σὺν αὐτῷ ὄντες ἐδεδοίκεισαν τὸ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου μέλλον ἐπ' αὐτοῖς ὁρίζεσθαι ἐπιτίμιον. ἡμεῖς δὲ συσχεθέντες, ὀλίγον γράψαι τῷ ὑμετέρῳ κράτει τὸ πλάτος ὧν πεπόνθαμεν καὶ παρὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Εἰρηναίου, οὐ δεδυνήμεθα, τοῦ πᾶσαν διαταράξαντος τὴν ἁγίαν σύνοδον, καὶ φόβον ἐπικρεμάσαντος τοῖς ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις διὰ θορύβων τινῶν, καὶ τῆς ἔξω ἐπιδρομῆς, ὡς καὶ τοὺς πλείονας ἡμῶν * περὶ αὐτοῦ κινδυνεύειν τὴν ζωήν. ἀλλὰ κατὰ μέρος ἀναδιδάξομεν τὸ ὑμέτερον κράτος, εἴπερ ἡμῖν, ὃ ᾐτήσαμεν, παρασχεθείη παρὰ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας· καὶ παραγενόμενοι πέντε τῆς ἁγίας συνόδου, τὰ καθ' ἕκαστον τετυπωμένα τὸ ὑμέτερον ἀναδιδαξάτωσαν κράτος. καὶ μὲν συνεδρεύσαντες, καὶ κανονικὴν ἐξενέγκαντες κατὰ τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου ψῆφον τῆς καθαιρέσεως, ἐσμὲν ὑπὲρ τοὺς διακοσίους, ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης συνειλεγμένοι, συμψηφιζομένης ἡμῖν καὶ πάσης τῆς δύσεως· ὑπεγράψαμεν δὲ ὀλίγοι τῇδε τῇ ἀναφορᾷ, παρόντων πάντων καὶ συναινούντων, τῷ μάλιστα κατεπείγεσθαι τὸν καθωσιωμένον μαγιστριανὸν Παλλάδιον, καὶ μὴ περιμένειν τὸ βράδος τῆς πάντων ὑπογραφῆς. ὁ Θεὸς ὁ ἐπὶ πάντων τὴν βασιλείαν ὑμῶν πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις διαφυλάττοι, εὐσεβέστατοι, νικηταὶ, ἀειαύγουστοι.

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων ὑπέγραψα.

Καί ἐστι τῶν σχισματικῶν τὰ ὀνόματα οὕτως· Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας Συρίας, Μακάριος, Ἑλλάδιος, Ἰουλιανὸς, Τραγκυλῖνος, Ἀλέξανδρος, Μαξιμῖνος, Διογένης, Ἑλλάδιος, Ἀπρίγγιος, Δεξιανὸς, Πλάκων, Γερόντιος, Ἀλέξαν-

A errore a Nestorio, decepti sint, eique sese adjunxerint, qui actisque illius subscripserint: qui tamen, posteaquam dilucide quid sentiret, essent percontati, illumque suas blasphemias retegentem comperissent, ab eo desciverunt, ac sanctæ synodo se adjunxerunt, patefactaque ejusdem blasphemia, condemnationis sententiam adversus prædictum Nestorium una nobiscum tulerunt. Itaque apud Nestorium & reverendissimum episcopum Ioannem Antiochenum triginta septem, paulo plures, relicti sunt: quorum major pars, quod criminibus sint obnoxii, & sanctæ synodi sententiam vereantur, ut diximus,
B Nestorii factioni sese addixerunt: (eorum quoque nomina ad majestatem vestram misimus.) alii ex his dogmatum pravitate fœdati, utpote Pelagiani, & diversa a pietate sentientes: quidam ante multos annos gradu moti sunt: nonnulli quoque ob alias graves culpas post probationem multandi a synodo; quæ quidem synodus omnes totius orbis sanctissimos episcopos unum idemque sentientes habet. Nam & magnæ Romæ episcopus synodo simul interest, & Afficani per piissimum archiepiscopum Cyril-
C lum, cum quo suam sententiam conjunxerunt: qui sola locorum intercapedine disjuncti, cum ipsius, tum omnium nostrum sententiæ consenserunt. Sed neque quisquam e piissimis episcopis Nestorio & reverendissimo episcopo Ioanni sese adjunxisset, nisi suam ille impietatem sermonum involucris callide dissimulare scivisset, illique qui cum eo nunc sunt, multam a synodo sibi imponendam metuissent. Nos vero temporis angustiis exclusi, ad majestatem vestram late scribere nequivimus, quæ etiam a magnificentissimo comite Irenæo perpessi sumus. Hic enim universam sanctam synodum vehe-
D menter conturbavit, tantamque episcopis formidinem per quasdam tumultuationes & externam incursionem incussit, ut plures e nobis etiam de vita ipsa periclitarentur. Verum sigillatim majestatem vestram edocebimus, si pietate permissum nobis fuerit quod petivimus: & quinque e sancta synodo istuc venientes, de omnibus & singulis quæ statuta sunt, majestatem vestram plenissime docebunt. Sane qui in consessu canonicam depositionis sententiam contra Nestorium hæreticum tulimus, ducenti & eo amplius numeramur, ex toto terrarum orbe collecti; totumque occidentem nobis consentientem habentes: subscripsimus autem pauci huic relationi, omnibus tamen præsen-
E tibus, atque assentientibus, eo quod devotus magistrianus Palladius maxime abire properaret, neque tardam omnium subscriptionem expectare posset. Deus, qui est super omnia, multis annorum curriculis imperium vestrum conservet, piissimi, victores, semper Augusti.

Flavianus Philippensium episcopus subscripsi.

Schismaticorum autem nomina hæc sunt. Ioannes episcopus Antiochiæ Syriæ, Macarius, Helladius, Iulianus, Tranquillinus, Alexander, Maximinus, Diogenes, Helladius, Apringius, Dexianus, Placon, Gerontius, Alexander,

Asterius,

EPISTOLAE CATHOLICORUM.

Asterius, Theodoretus, Antiochus, Dorotheus, Meletius, Ioannes, Zebinus, Paulus, Petrus, Musæus, Fritilas, Iacobus, Zebinas, Marcellinus, Himerius, Theosebius, Eutherius, Anastasius, Basilius, Iliades, & Maximus. Hi soli impiorum dogmatum Nestorii participes, civitatem circumcursant, tumultus excitant, seditiones movent, ordinationes pollicentes: quo fit, ut omnes quotquot in hac civitate degunt orthodoxi, id suspicantes & verentes, ipsos ab hoc illicito conatu prohibeant.

Rescriptum episcoporum Constantinopoli inventorum ad commonitorium sanctæ synodi.

Habetur sup. act. 1. pag. 549. & seqq.

SANCTA synodus juxta piissimorum Christianissimorumque imperatorum nostrorum edictum apud Ephesum congregata, ubi comperit Christi inimicum in eadem animi sententia permanere, neque ab impia doctrina aliquando desistere; quo terrarum orbis offensio in posterum conquiesceret, ipsum gradu & ordine movit. Posteaquam vero id in Constantinopolitana urbe pervulgatum est, qui Nestorii studiosi erant, ecclesiasticaque omnia ab illo acceperant, veritatem circumveniebant; omnia scilicet tum navigia, tum publicas quoque vias obsidentes, neminem prorsus a sancta synodo Constantinopolim venire, neque inde rursum ad synodum abire permittebant: ea interim, quæ inimici Christi erant, ultro citroque deferebantur. At quia nihil potest quisquam contra Deum, (quid enim est homo?) Dei dispensatione, epistola quæ ex Ephesina civitate ad sanctos episcopos & monachos perscripta fuerat, opera cujusdam mendici, qui in arundine eam inclusam gerebat, tandem reddita est. Hic namque dum ita mendicat, una cum arundine ipsam quoque epistolam tulit. Confestim omnes archimandritæ, monachorum cateruis stipati, exurgunt, hymnosque & psalmos alternantes, ad regiam contendunt. Erat autem inter alios archimandritas sanctus Dalmatius, qui annos quadraginta octo reclusus, extra monasterii sui septa nunquam pedem extulerat. Piissimus vero imperator accedens eum visebat, & cum ob frequentes terræmotus Constantinopolim concutientes, crebris piissimi imperatoris nostri precibus ad exitum, communemque aliorum supplicationem jam antea provocatus sæpe fuisset, nunquam tamen adduci potuit, ut exiret, vel ad supplicationem se conferret. Ceterum dum in hac re quid facto opus esset, Deum precando consuleret, vox cælitus ad eum delapsa, ut egrederetur, imperavit. Noluit enim Deus gregem suum perire in finem. Comitabatur eosdem etiam non parva orthodoxorum multitudo. Cum vero ad palatium pervenissent, archimandritæ ab imperatore acciti, ad illum ingrediuntur; plebs vero & monachorum cœtus antiphonarum modulationi intenta foris mansit. Archimandritæ porro æquo responso potiti regrediuntur: exclamant omnes mandata imperatoris, tum respondent; ad sancti Mocii martyris basilicam concedamus, ibidem cum imperatoris responsum, tum allatæ quoque epistolæ

A δρος, Ἀστέριος, Θεοδώρητος, Ἀντίοχος, Δωρόθεος, Μελέτιος, Ἰωάννης, Ζεβῖνος, Παῦλος, Πέτρος, Μουσαῖος, * Φειτίλας, Ἰάκωβος, Ζεβινᾶς, Μαρκελλῖνος, Ἱμέριος, Θεοσέβιος, Εὐθήριος, Ἀναστάσιος, Βασίλειος, Ἰλιάδης, καὶ Μάξιμος· Οὗτοι μόνοι κοινωνοὶ τῶν ἀσεβῶν δογμάτων Νεστορίου, περιϊόντες κατὰ τὴν πόλιν, θορύβους καὶ στάσεις κινοῦσι, χειροτονίας ἐπαγγελλόμενοι ' πρὸς πάντας τοὺς ἐν τῇ πόλει ὄντας ὀρθοδόξους, καὶ τὸν περὶ τούτου φόβον ὑποπτεύοντας, κωλύειν αὐτοὺς τῆς ἀτόπου ἐπιχειρήσεως.

ANNO CHRISTI 431.

* Φειτίλας, ' φελίλ

' ὡς

' Ἀντίγραφον τῶν εὑρεθέντων ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισκόπων πρὸς τὸ παρὰ τῆς συνόδου ὑπομνηστικόν.

' Ἀντίγραμμα

B

ΣΥΝΑΧΘΕΙΣΑ ἡ ἁγία σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ κατὰ τὸ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων, καὶ εὑροῦσα τὸν ἐχθρὸν τοῦ Χριστοῦ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμείναντα, καὶ τὰ δυσσεβῆ κηρύττοντα, καθεῖλεν αὐτὸν, ἵνα λοιπὸν τῆς οἰκουμένης ὅλης ἐκκοπῇ τὰ σκάνδαλα. καὶ ὡς ἐθρυλλήθη τοῦτο ἐν Κωνσταντινουπόλει, πάντες οἱ τὰ ἐκείνου σπουδάζοντες, πάντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ λαβόντες παρ' αὐτοῦ, συνεσκευάζοντο τὴν ἀλήθειαν. λέγομεν δὴ, φρουροῦντες τὰ πλοῖα, τὰς ὁδοὺς, καὶ μὴ συγχωροῦντες μήτε ἐλθεῖν ἐν Κωνσταντινου-

C πόλει τινὰ ἀπὸ τῆς ἁγίας συνόδου, μήτε ἀπελθεῖν ἐκεῖ· ἀλλὰ μόνον τὰ τοῦ ἐχθροῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀπήγοντο καὶ ἀπεφέροντο. καὶ ἐπεὶ οὐδεὶς δύναται πρὸς Θεόν· τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; ἐξ οἰκονομίας Θεοῦ ἔρχεται ἐπιστολὴ ἀπὸ Ἐφέσου γραφεῖσα πρὸς τοὺς ἁγίους ἐπισκόπους καὶ μοναστὰς, πεμφθεῖσα δι' ἐπαίτου τινὸς, δήσαντος αὐτὴν καλάμου ἔσωθεν· καὶ οὕτως ἐπαιτῶν, καὶ ἐπιφερόμενος τὸν κάλαμον, ταύτην ἤνεγκε. καὶ ἀναστάντα πάντα τὰ μοναστήρια, ἅμα τοῖς ἀρχιμανδρίταις αὐτῶν ἐξῆλθον ἐπὶ τὸ παλάτιον, ψάλλοντες ἀντίφωνα. ἦν δὲ ὁ ἅγιος Δαλμάτιος εἷς τῶν ἀρχιμανδριτῶν, ἔτη τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ ἔχων μὴ ἐξελθὼν τοῦ μοναστηρίου αὐτοῦ, ἀλλ' ἔσω ὢν ἀποκεκλεισμένος· ὁ δὲ εὐσεβέστατος ἡμῶν βασιλεὺς ἀπήρχετο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔβλεπεν αὐτόν· ὡς καὶ σεισμῶν πολλάκις γινομένων ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ πολλάκις παρακαλέσαντος τοῦ βασιλέως, ὥστε αὐτὸν ἐξελθεῖν καὶ λιτανεῦσαι, μηδέποτε ἐξελθεῖν καὶ λιτανεῦσαι ἐπείσθη. εὐ-

E ξαμένου δὲ αὐτοῦ περὶ τούτου, φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ αὐτῷ κατῆλθε λέγουσα, ὥστε ἐξελθεῖν· Θεὸς γὰρ οὐκ ἠθέλησεν ἀπολέσθαι αὐτοῦ τὴν ἀγέλην εἰς τέλος. ἦν δὲ σὺν αὐτοῖς καὶ λαὸς πολὺς τῶν ὀρθοδόξων. ὡς οὖν ἦλθεν εἰς τὸ παλάτιον, κληθέντες παρὰ τοῦ βασιλέως εἰσῆλθον οἱ ἀρχιμανδρῖται, καὶ ἔμεινε τὸ πλῆθος τῶν μοναζόντων καὶ τῶν λαῶν ψάλλοντες ἀντίφωνα. εἶτα ἐξῆλθον, τυχόντες δικαίας ἀποκρίσεως. βοῶσι πάντες τὰ μανδάτα τοῦ βασιλέως· εἶτα ἀπολογοῦνται, ὅτι ἀπέλθωμεν εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μωκίου, καὶ * ἀναγνώσκομεν τὴν ἐπιστολήν· μανθάνετε καὶ τὴν ἀπολογίαν

* ἀναγινώσκωμεν

τοῦ

A τοῦ βασιλέως. λοιπὸν ἀπῆλθον πάντες, καὶ οἱ μονάζοντες, καὶ οἱ λαοί· ἦν γὰρ ἡ ὁδὸς κεφαλὴ μία· ψάλλοντες αὐτὸν τὸν τελευταῖον ψαλμὸν, κατὰ τοῦ τελευταίου τόπου τῆς πόλεως ἀπαντῶντος τοῦ λαοῦ· καὶ οἱ μονάζοντες μετὰ κηρῶν ψάλλοντες· καὶ ὡς εἶδον τὰ πλήθη, ἐβόησαν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ. ἔρχονται εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μωκίου, καὶ ἀναγινώσκεται αὐτοῖς ἡ ἐπιστολή".

Ὁ λαὸς ὁ ἐν Κωνσταντινουπόλει μιᾷ * φωνῇ πάντων· ἀνάθεμα Νεστορίῳ.

Δαλματίου ἀπολογία.

Ἀνῆλθεν ἐφ' ὑψηλοῦ ὁ ἅγιος Δαλμάτιος, καὶ εἶπεν· εἰ θέλετε ἀκοῦσαι, ἡσυχάσατε, καὶ B μανθάνετε, καὶ μὴ θελήσητε ἐμποδίσαι τοῖς λεγομένοις· ἀλλὰ μακροθυμήσατε, ἵνα τὰ ῥήματα ἀκριβῶς ἀκούσητε. τὴν ἐπιστολὴν τὴν νῦν ἀναγνωσθεῖσαν" τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ, ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἀνέγνω, καὶ ἐπείσθη· ἐπειδὴ ἤμην ἐγὼ εἰρηκὼς τῷ βασιλεῖ, ὅτε ἦλθε πρὸς μὲ, ὅτι ὤφειλε γράψαι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἃ ἐλέχθη αὐτῷ, καὶ οὐκ ἐγράφη. ἔπεμψε δὲ πρὸς μὲ, καὶ ἀνεγνώσθη· καὶ ἵνα μὴ λυπήσω αὐτὸν, τὰ ἀκόλουθα προέπεμψεν, ἃ οἱ ἀποφέροντες οὐκ ἔδειξαν, C ἀλλὰ ἀντὶ αὐτῶν ἄλλα ὑπέδειξαν γράμματα. τὰ πρέποντα οὖν καὶ τὰ ἀκόλουθα ἐλάλησα αὐτῷ, ἃ οὐκ ἔξεστι νῦν εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας. μὴ γὰρ νομίσητε, ὅτι ὑπεραιρόμενός τις εἰμι, ἢ καυχώμενος· συντρίψει γὰρ ὁ Θεὸς ὀστᾶ * ὑποκριτῶν· ὁ δεσπότης γὰρ πάντα ἀκολούθως ἤκουσε τὰ γεγενημένα, καὶ ἐχάρη μετὰ εὐχαριστίας τῆς πρὸς Θεὸν, καὶ συνεφώνησε τοῖς ῥήμασι τῆς ἀκολουθίας τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς πρέπει τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ. οὐ τοῖς ἐμοῖς ῥήμασιν ἐξακολουθήσας, ἀλλὰ τῇ πίστει τῶν πάππων αὐτοῦ καὶ πατέρων. πλὴν, καθὼς ἔπρεπεν, ἐδέξατο, καὶ ἀνέγνω, καὶ ἐπείσθη, καὶ τοῦτο εἶπεν· ὅτι ἐὰν οὕτως D ἐστὶν, ἄφες, ἔλθωσιν οἱ παραγενόμενοι ἐπίσκοποι, καὶ εἶπον αὐτῷ· ὅτι οὐδεὶς αὐτοῖς συγχωρεῖ τοῦ ἐλθεῖν· καὶ εἶπεν· οὐδεὶς κωλύει. ἐγὼ δὲ εἶπον, ὅτι ἐκρατήθησαν, καὶ ἐκωλύθησαν τοῦ ἐλθεῖν. καὶ εἶπον πάλιν, ὅτι ἐκ τοῦ μέρους ἐκείνου καὶ ἔρχονται πολλοὶ, καὶ ἀπέρχονται ἀκωλύτως· τὰ δὲ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πραττόμενα οὐδεὶς συγχωρεῖ ἀνενεχθῆναι ἐπὶ τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν. εἰς δὲ τὸ μέρος τὸ ἕτερον, τουτέστιν εἰς τὸ τοῦ Κυρίλλου, εἶπον αὐτῷ τῷ βασιλεῖ ἔμπροσθεν πάντων. τίνος θέλεις ἀκοῦσαι, τῶν ἑξακισχιλίων ἀριθμῷ ἐπισκόπων, ἢ ἑνὸς ἀνθρώπου δυσσεβοῦς; τῶν ἑξακισ- E χιλίων * εἶπον, οἵτινές εἰσιν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν μητροπολιτῶν τῶν ἁγίων ἐπισκόπων. τοῦτο οὖν ἐγένετο, ἵνα πεμφθῇ, καὶ ἔλθωσιν οἱ ἐρχόμενοι, οἱ καὶ τὰ πεπραγμένα ποιοῦντες φανερὰ καταστῆναι· λέγω δὴ, οἱ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι, οἱ νῦν ἐρχόμενοι παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου. καὶ * εἶπον, ὅτι καλῶς ἐζήτησας. καὶ πάλιν προσέθηκε ῥῆμα ἓν, καὶ εἶπεν· εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ· καὶ οἶδα, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐξηκολούθησε μᾶλλον τῷ Θεῷ καὶ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ οὐκέτι τοῖς διεστραμμένοις ἀνθρώποις. εὔχεσθε οὖν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν.

Ὁ λαὸς ὁ ἐν Κωνσταντινουπόλει μιᾷ βοῇ πάντων· ἀνάθεμα Νεστορίῳ.

sententiam percipietis. Omnes itaque tam monachi, quam populus, psalmum postremum versus postremam civitatis partem concinentes, (erat enim via, qua incedebant, ex capitalibus una) ad sancti Mocii martyris basilicam procedebant, obviam veniente populo. Et monachorum cœtus cum cereis psallentium", hominum multitudinem conspicatus, magna adversus inimicum voce exclamavit. Tandem ubi in beati Mocii basilicam profecti essent, publice recitata est ipsis epistola.

Populus Constantinopolitanus una omnium voce exclamat: Anathema Nestorio.

Apologia Dalmatii.

Sanctus itaque Dalmatius, ubi in suggestum ascendisset: dixit: Si vultis audire, quieti adeste, & discite: neque his quæ dicentur, obstrepere velitis. Adeste autem patienti animo, ut verba exacte percipere valeatis. Quam nunc pietas vestra epistolam audivit, eam piissimus imperator quoque legit, & persuasus est. Nam ego, cum ad me venisset, dixeram imperatori, eum ad sanctam synodum debuisse scribere quæ suggesta quidem ipsi fuerunt, non tamen plene perscripta. Misit autem ad me, & lecta sunt. Verum ne qua illum tristitia afficerem, quæ consequebantur, præmisi; quæ latores non exhibuere, sed illorum loco alias quasdam literas subostenderunt. Itaque convenientia, & ad rem opportuna cum eo locutus sum, quæ nunc coram vestra pietate repetere opus non est, ne elatus, aut gloriabundus a vobis existimer. Conteret, enim Deus simulatorum ossa. Imperator omnia quæ facta narrabantur, ordine audivit, audiendoque gavisus est, & Deo gratias egit; & narrationis quoque seriem sanctæ synodi, sicut illius majestatem decebat, comprobavit, non meis quidem verbis ad hoc inductus, sed patrum & avorum suorum fidem secutus. Scripta itaque (ut par erat) suscepit & legit; ac persuasus ait: Si res ita habet, sine ut profecti episcopi huc veniant. cui ego: Nemo eorum venire sinitur. & ille: Nemo prohibet. Rursum ego: Detinentur, inquam, & prohibentur, ne veniant. Subjeci: Qui e Nestorii factione sunt, eorum multi eunt & redeunt libere: quæ vero a sancta synodo aguntur, ea nemo ad vestram pietatem referri permittit. Ceterum pro altera parte, Cyrilliana scilicet, coram omnibus imperatori dixi: Sex milliane episcoporum audire mavis, an unum hominem, eumque impium? Sex millia autem eos ajebam, qui sub metropolitanorum sanctissimorum episcoporum potestate degunt. (hæc autem omnia eo spectabant, ut accerserentur & venirent, qui ea quæ facta sunt, patefacerent. loquor autem de sanctissimis episcopis, quos sancta synodus huc destinavit.) Et respondit: Recte quæsivisti. Rursumque adjecit verbum unum, & dixit: Precemini pro me: & certo novi, imperatorem Deo & sanctæ synodo obsecutum potius, quam perversis hominibus. Orate igitur pro imperatore, & pro nobis.

Populus Constantinopolitanus una simul voce exclamavit: Anathema Nestorio.

Exemplum

EPISTOLÆ CATHOLICORUM.

ANNO CHRISTI 431.

A

Exemplum epistolæ cleri Constantinopolitani ad sanctam synodum.

*Piissimis sanctissimisque patribus nostris, juxta religiosissimorum imperatorum nostrorum decretum ex universo orbe in Ephesiorum metropoli congregatis, Cyrillo, Iuvenali, Memnoni, Flaviano, Firmo, Theodoto, Acacio, Amphilochio, Eleusio, Palladio, * Irenæo, Iconio, universæque synodo, Dalmatius, Sampsonius, Maximianus, Ioannes, Evander, Modestianus, Adelphius, Philetus, Eulogius, Basiliscus, Florentius, & omnis Constantinopolitanus clerus.*

*Beriniano, Vereniano

B

SEMPER & ab ineunte ætate orthodoxo dogmate gloriantes, toti in hoc sumus, ut sanctorum patrum traditionem conservemus. De qua quidem per ea quæ sanctissimus piissimusque episcopus Cyrillus ad nos perscribere dignatus est, a vestra sanctitate nuper iterum admoniti, gratias egimus salvatori Deo. Multa itaque & magna facinora, quæ pro eadem recta fide egregie gesta sunt, aperte nobis innotuerunt. Quare cum Nestorium, nostrum quondam antistitem, quod apostolicam, sinceramque ac piam doctrinam adulteraret, a vestra pietate ordine locoque motum esse intellexissemus, commemoratas literas a Theodosio & Valentiniano piissimis Christianissimisque imperatoribus exhibitas nobis, tamquam a vestra sanctitate missas accepimus, ac statim illas palam in sancta Dei ecclesia, universo populo congregato & audiente, legi curavimus. Sciat ergo vestra sanctitas, populum nobis una voce consensisse, & magnis quoque laudum præconiis evexisse cum sanctam & œcumenicam vestram synodum, tum victores quoque imperatores, quod pium vestrum conventum omni studio curassent. Nos porro gavisi, præsentes rescripsimus. Nunc vero celeberrimam vestram pietatem obtestamur, ut pro nobis Deum precetur, curamque omnem adhibeat, ut, quod reliquum est, sancta Dei ecclesia quæ apud nos est, perfecte constituatur. Hoc enim vel unum magna vestra orthodoxi dogmatis providentia reliquum adhuc esse intelligit, ut hac ratione omnia Christo domino placentia ad finem perducantur, universaque nostra nulli alteri, nisi vestræ sanctitati, piissimisque ac Christianissimis imperatoribus accepta ferantur.

Supra pag. 571.

Dalmatius presbyter & archimandrita, monasteriorum pater, divina sanctaque congregatio, ut ores pro me, te obsecro.

Ἴσον ἐπιστολῆς γραφείσης παρὰ τοῦ κλήρου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον.

Τοῖς θεοσεβεστάτοις καὶ ὁσιωτάτοις πατράσιν ἡμῶν, τοῖς ἀθροισθεῖσι κατὰ πρόσταγμα τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων τῆς ὑφ' ἡλίῳ ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, Κυρίλλῳ, Ἰουβεναλίῳ, Μέμνονι, Φλαυιανῷ, Φίρμῳ, Θεοδότῳ, Ἀκακίῳ, Ἀμφιλοχίῳ, Ἐλευσίῳ, Παλλαδίῳ, * Εἰρηναίῳ, Ἰκονίῳ, καὶ πάσῃ τῇ λοιπῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, παρὰ Δαλματίου, Τ[illegible]είου, Σαμψωνίου, Μαξιμιανοῦ, Ἰωάννου, Εὐάνδρου, Μοδεστιανοῦ, Ἀδελφίου, Φιλοθέου, Εὐλογίου, Βασιλίσκου, Φλωρεντίου, καὶ παντὸς τοῦ κατὰ Κωνσταντινούπολιν κλήρου.

* Βεριν. ἢ, Εἰρηναίῳ in cod. Seguieriano Οὐηριανῷ, Εἰκονίῳ, Δομεστ. Ἀδελφ.

ΑΕΙ καὶ ἐκ νέας ἡλικίας τῷ ὀρθοδόξῳ δόγματι σεμνυνόμενοι, τὴν τῶν ἁγίων πατέρων παράδοσιν φυλάττειν σπουδὴν τιθέμεθα. Ταύτης δὲ πάλιν παρὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης πρώην εἰς μνήμην ἀχθέντες, δι' ὧν ὁ θεοσεβέστατος καὶ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Κύριλλος ἐπιστεῖλαι πρὸς ἡμᾶς κατηξίωσε, χάριν ὡμολογήσαμεν τῷ σωτῆρι Θεῷ. * ἐπεὶ γοῦν τοίνυν τὰ ὑπὲρ τῆς αὐτῆς ὀρθῆς πίστεως κατορθώματα πολλὰ καὶ μεγάλα, δῆλα κατέστη ἡμῖν· διὸ καὶ τὴν καθαίρεσιν τοῦ πάλαι προεδρεύσαντος ἡμῶν Νεστορίου, διὰ τὸ παραχαράξαι τὰ ἀποστολικὰ καὶ εἰλικρινῆ εὐσεβῆ τε διδάγματα, γεγενῆσθαι παρὰ τῆς ὑμετέρας γνόντες θεοσεβείας, τοὺς μνημονευθέντας ἡμῖν χάρτας παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων, Θεοδοσίου καὶ Οὐαλεντινιανοῦ, ὡς ἀποσταλέντας παρ' ὑμῶν, ὁσιώτατοι, ἐδεξάμεθα, καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἀθροισθείσης πανδήμου ἀναγνωσθῆναι εὐθὺς πεποιήκαμεν. Ἴστω οὖν ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ὡς ὁ λαὸς σύμφωνος ἡμῖν γεγένηται, καὶ πολλαῖς εὐφημίαις εἴς τε τὴν ὑμετέραν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ἐχρήσατο σύνοδον, εἴς τε τοὺς τροπαιούχους βασιλέας, τοὺς φροντίδα ποιησαμένους τῆς θεοφιλοῦς ὑμῶν συνελεύσεως. ἡμεῖς δὲ ἡσθέντες τὰ ἐν χερσὶν ἀντεγράψαμεν· καὶ δὴ καὶ παρακαλοῦμεν, ὑπερεύχεσθαι μὲν ἡμῶν τὴν ἀοίδιμον ὑμῶν θεοσέβειαν, * φροντίσαι δὲ τοῦ λειπομένου εἰς κατάστασιν τῆς παρ' ἡμῖν ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας. τοῦτο γὰρ καὶ μόνον ὑπόλοιπον εἶναι συνορᾷ ἡ ὑμετέρα * μεγάλη τοῦ ὀρθοδόξου δόγματος πρόνοια· ὥστε πάντα ἐπὶ πέρας ἀχθῆναι, τῷ δεσπότῃ ἀρέσκοντα Χριστῷ, καὶ μηδενὶ ἑτέρῳ ἐπιγραφῆναι, ἀλλὰ τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιότητι, τὰ καθ' ἡμᾶς ἅπαντα, καὶ τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις βασιλεῦσι.

'ἐλθόντες 'ἀρχιεπίσκοπος * ὑπόμνησιν τοίνυν

* φροντίσαι δὲ τέλος τοῦ λειπομένου

* γαλήνη

Δαλμάτιος * πρεσβύτερος καὶ ἀρχιμανδρίτης, πατὴρ μοναστηρίων, ὑπερεύχεσθαί μου παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, ὦ θεία καὶ ἱερὰ συνέλευσις.

* ἐπίσκοπος mendose omnino, nec in ms. habetur.

Exemplum relationis sanctæ synodi, qua sacræ lectæ per Ioannem sacrorum comitem respondetur.

Habetur sacra sup. pag. 721.

Ἴσον ἀναφορᾶς τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὴν σάκραν, τὴν ἀναγνωσθεῖσαν παρὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν σακρῶν Ἰωάννου.

Piissimis Christianissimisque Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta & œcu-

Τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις, Θεοδοσίῳ καὶ Οὐαλεντινιανῷ νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀεὶ Αὐγούστοις, ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενι-

κὴ

κὴ σύνοδος, ἡ χάριτι Θεοῦ, καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει.

ΗΜΕΝ φιλόχριστος ὑμῶν βασιλεία, εὐσεβέστατοι βασιλεῖς, ἐκ παίδων τὸν περὶ τὴν πίστιν καὶ τοὺς κανόνας ἐπεδείξατο ζῆλον. οὗ περ ἕνεκεν καὶ τοὺς ἐκ τῆς οἰκουμένης ἐπισκόπους τὴν Ἐφεσίων καταλαβεῖν εὐσεβεῖ θεσπίσματι παρεκελεύσατο· τὸ δὲ νῦν ἡμῖν ἀναγνωσθὲν γράμμα τῆς ὑμετέρας γαληνότητος διὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου κόμητος Ἰωάννου, οὐ μικρὰν ἡμῖν ἐποίησε ταραχήν, ἐνδειξάμενον ἀπάτην τινὰ καὶ ψεῦδος ταῖς ἀψευδέσιν ὑμῶν παρενοχλῆσαν ἀκοαῖς. ὡς γὰρ παρ' ἡμῶν ἀναφορὰν δεξάμενον τὸ ὑμέτερον κράτος, καθαίρεσιν ἔχουσαν τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου Κυρίλλου, καὶ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου συνεπισκόπου ἡμῶν Μέμνονος, οὕτω διὰ τῶν γραμμάτων ἐδήλωσεν. ὅθεν μηδαμῶς ἰσχύειν ψεῦδος ἐπὶ τῆς ὑμετέρας φιλοχρίστου βασιλείας εὐχόμενοί τε καὶ σπουδάζοντες, ἐθαρσήσαμεν ἀνενεγκεῖν τῇ ὑμετέρᾳ γαληνότητι· ὅπερ ἡ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ πᾶσαν μὲν τὴν δύσιν μετὰ τῆς μεγάλης ὑμῶν Ῥώμης καὶ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου συνεδρεύουσαν ἔχουσα, πᾶσαν δὲ τὴν Ἀφρικήν, καὶ πᾶν τὸ Ἰλλυρικόν, οὐκ ἐποίησε καθαίρεσιν τῶν προειρημένων ἁγιωτάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, οὔτε ἀνήνεγκεν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τοὺς ἄνδρας ἐπὶ ζήλῳ ὀρθοδοξίας θαυμάζουσα, πολλῶν ἡγεῖται καὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπαίνων, καὶ παρὰ τῷ δεσπότῃ Χριστῷ στεφάνων ἀξίους· μόνον δὲ τὸν τῆς ἀθεμίτου αἱρέσεως τῶν ἀνθρωπολατρῶν κήρυκα Νεστόριον καθελόντες, ἀνηνέγκαμεν τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν βασιλείᾳ. κἀκεῖνο δὲ οὐ μικρῶς ἡμᾶς ἔθλιψεν, ἐκ συναρπαγῆς γενέσθαι φαινόμενον, τὸ τοὺς ἀποστατήσαντας ἀπὸ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, τοὺς περὶ Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Κελεστιανοὺς καθῃρημένους, τοῖς ἡμετέροις ἐντάξαι ὀνόμασι, καὶ μίαν πρὸς ἡμᾶς κἀκείνους σάκραν διαπέμψασθαι. περὶ ὧν ἤδη μὲν καὶ πάλαι φανερὰ τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ κατεστήσαμεν, ὅπως μὲν ἡμῶν ἀπέσχισαν· ὅπως δὲ εἰς ὕβριν τὴν κατὰ τῶν ἡμετέρων προέδρων τραπέντες, τούς τε κανόνας πατῆσαι ἐτόλμησαν, καὶ ἑαυτοὺς ἀκοινωνήτους πάσης τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου διὰ τῆς καθ' ἡμῶν προπετείας εἰργάσαντο· ὅπως τε καλούμενοι εἰς ἔλεγχον, οὐδαμῶς ὑπακοῦσαι ἠνέσχοντο, καὶ ὅτι πάντῃ ἀκοινώνητοι διὰ τοῦτο καὶ ἀνενέργητοι παρὰ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου γεγόνασι. ταῦτα καὶ νῦν γνωρίζοντες τῇ ὑμετέρᾳ φιλοχρίστῳ βασιλείᾳ δηλοῦμεν, ὡς διὰ τὴν τοιαύτην αὐτῶν ἀτοπίαν, καὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ καθῃρημένου Νεστορίου αὐτῶν καὶ μέχρι νῦν ἀγῶνας, οὐδαμῶς εἰς κοινωνίαν δέξασθαι ἠνεσχόμεθα, μήτε τῇ καθαιρέσει Νεστορίου ὑπογράψαι ἀναχομένοις, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκείνου προδήλως φρονοῦντας, ὑποπεσόντας δὲ καὶ τοῖς κανόσι διά τε τὴν ἄτακτον αὐτῶν κατὰ τῶν ἡμετέρων προέδρων ἐπιχείρησιν, καὶ διὰ τὸ συναρπάσαι τολμῆσαι τὰς εὐσεβεῖς ὑμῶν ἀκοάς.

menica synodus, Dei gratia, vestraque majestatis nutu in Ephesiorum metropoli congregata.

CHRISTIANISSIMA vestra majestas, piissimi principes, jam inde a pueritia zelum erga fidem & canones declaravit: cujus rei gratia totius orbis episcopos ad Ephesiorum civitatem pio edicto convocavit. Ceterum vestræ serenitatis literæ modo per magnificentissimum gloriosissimumque comitem Ioannem nobis lectæ, non vulgarem nobis perturbationem attulerunt. Ostendunt enim imposturam quampiam & mendacium veraces vestras aures obturbavisse. Perinde namque sonant, ac si majestas vestra literas a nobis accepisset, quæ Cyrilli sanctissimi sacratissimique episcopi, & Memnonis sanctissimi Deoque dilectissimi coepiscopi nostri depositionem continerent. Quamobrem desiderantes, ac elaborantes, ne mendacium apud Christianissimam majestatem vestram ullum omnino locum obtineat, omni cum fiducia ad serenitatem vestram referimus, œcumenicam synodum (quæ universum occidentem, cum magna vestra Roma & apostolica sede, totam item Africam, & totum Illyricum in consessu suo habet) prædictorum sanctissimorum, Deoque dilectissimorum episcoporum exauctorationem non fecisse, nec ea de re retulisse: sed potius viros istos propter orthodoxæ fidei zelum suspiciens, multis illos & apud homines laudibus, & apud Christum dominum, coronis dignos existimat. Solum autem Nestorium, nefariæ hæresis eorum qui hominem colunt, præconem loco movimus, Christianissimæque majestati vestræ id significavimus. Inter cetera autem illud non mediocriter nos afflixit, (quod ipsum quoque non absque fraudulenta subreptione factum apparet) illos qui ab œcumenica synodo desciverunt, Ioannem Antiochenæ ecclesiæ episcopum, ejusque sectatores Cælestianos qui cum eo sunt, jam damnatos, inter nostra nomina insertos fuisse, unamque ad nos & illos sacram missam esse. Sunt enim hi, de quibus jam dudum vestræ pietati manifestum fecimus, quomodo a nobis recesserint, canonesque temerario ausu calcarint, ad contumeliam præsidum nostrorum se convertentes, & ob illam proterviam, qua in nos usi sunt, universæ œcumenicæ synodi communione sese privauerint; & quomodo ad probationem vocati, nequaquam parere voluerint; eaque de causa ab universali synodo prorsus & a communione, & a quavis functione remoti fuerint. Hæc eadem nunc Christianissimæ majestati vestræ significantes indicamus, nos propter talem illorum insolentiam, nec non propter certamina, quæ in hodiernum usque diem pro deposito Nestorio decertare non cessant, ad communionem illos admittere nullatenus voluisse, cum neque Nestorii depositioni subscribere sustinuerint, & aperte quoque cum illo sentiant: tum ob id, quod propter immodestum adversus præsides nostros conatum in canones inciderint: tum etiam ob id, quod piis vestris auribus mentiri, ac imponere non erubuerint.

EPISTOLAE CATHOLICORUM.

AN. CHR.

Oramus autem vestram majestatem Deo dicatam, ut Cyrillum & Memnonem sanctissimos Deoque dilectissimos episcopos, cum per sacros canones nullo modo sint condemnati, sanctæ synodo restitui curet, eamque fidem inconcussam custodiri faciat, quæ a majoribus tradita, animæ quoque vestræ a Spiritu sancto inscripta hæret, & in commentariis contra Nestorium editis, & a nobis dudum oblatis, admodum dilucide explicatur: cum proposita quidem ibi sit fides sanctissimorum trecentorum decem & octo patrum Nicææ quondam congregatorum: omnis vero in ipsis contenta actio sufficiat ad revincendam adversariorum impietatem, & ad ostendendam orthodoxam fidem, quam vos hactenus per omnia custodire studuistis. B Quod si majestati vestræ, quæ inter nos, & illos qui se abjunxerunt, acta sunt; exactius dignoscere libuerit, sublimitatem vestram oramus, ut ad sanctam synodum mittat quos probaverit; ut hac ratione de omnibus etiam coram plenius doceri queat Christi amans vestra majestas.

Exemplum epistolæ Cyrilli archiepiscopi Alexandrini, scriptæ ad clerum populumque Constantinopolitanum.

TURBATA est admodum sancta synodus, ubi accepit magnificentissimum præclarissimumque comitem Ioannem non omnia recte retulisse, adeo ut de nostro quoque exilio, qui istic sunt, consilium inirent: C quasi sancta synodus injustam nefariamque exauctorationem, quam Ioannes, & qui cum eo agunt hæretici, moliti sunt, acceptaverit. En altera igitur facta est a sancta synodo relatio, qua se principis literis contristatam docet, & quod trium depositiones non acceptavimus: sed præsertim irrita se habere declarat quæ impie & illegitime ab illis, firma vero & rata potius, quæ a nobis gesta sunt. Docuerant enim (patres) & prima quoque relatione, ea se rescidisse, quæ præter D canonum præscriptum ab illis facta fuerant; quodque pro communionis sociis & coepiscopis non habeant, & quod hujusmodi sententiam non mutant. Cum autem prædictus magnificentissimus vir nihil non tentaverit, quo Ioannes, & qui cum eo sunt, in sanctæ synodi communionem recipiantur; in hodiernum usque diem ne audire quidem hujusmodi vocem sustinuerunt: sed obsistunt quidem omnino, & dicunt: Fieri non potest ut ad hoc veniamus, nisi quod contra legem ab illis factum est, dissolvatur, ac synodo tamquam qui deliquerint, supplices accidant, & Nestorium illiusque dogmata E scripto anathematizent. & in his universa synodi consistit instantia. Cum vero hac spe magnificentissimus ille vir, cujus meminimus, frustratus esset, aliud rursum excogitavit, & a sancta synodo petiit, ut fidei expositionem scripto sibi e[x]hiberet: ut cum illi quoque ipsius impulsu assensissent, ac subscripsissent, reversus diceret: Redegi illos in amicitiam, qui humanis offensis inter se dissidebant. Hoc intelligens sancta synodus, iterum surrexit, diserte dicens: Nolumus nobisipsis eam contumeliam irrogare. non enim

A καὶ δεόμεθα τῆς τῷ Θεῷ ἀνακειμένης ὑμῶν βασιλείας, τοὺς μὲν ἁγιωτάτους καὶ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, Κύριλλον καὶ Μέμνονα, ἀποδοθῆναι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, οὐδαμῶς ὑπὸ τῶν κανόνων κατακεκριμένους· τὴν δὲ πίστιν φυλαχθῆναι ἀσάλευτον, ἥ τις καὶ τῇ ὑμετέρᾳ ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος καταγέγραπται ψυχῇ, ἐκ προγόνων ὑμῖν παραδεδομένη, καὶ ἐν τοῖς παρ᾽ ἡμῶν πάλαι ἀνενηνεγμένοις ὑπομνήμασι τοῖς κατὰ Νεστορίου πραχθεῖσι, σφόδρα σεσαφήνισται· προκειμένης μὲν τῆς πίστεως τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγιωτάτων πατέρων τῶν τριακοσίων δεκαοκτώ· πάσης μὲν τῆς' ἐπ᾽ αὐτοῖς πράξεως ἱκανῆς οὔσης διελέγξαι μὲν τὴν τῶν ἐναντίων ἀσέβειαν, παραστῆσαι δὲ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν· ἣν μέχρι τοῦ νῦν φυλάξαι διὰ πάντων ἐσπουδάσατε. εἰ δὲ παρίσταται τῷ ὑμετέρῳ κράτει ὑπὲρ τοῦ ἀκριβῶς διαγνῶναι τὰ μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ τῶν ἀποσχισάντων, τὴν ὑμετέραν κορυφὴν ἱκετεύομεν, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐκπέμψαι οὓς ἂν δοκιμάσῃ τὸ ὑμέτερον κράτος· ὥστε καὶ κατὰ πρόσωπον περὶ πάντων πληροφορῆσαι τὴν φιλόχριστον ὑμῶν βασιλείαν.

' δὲ

Ἴσον ἐπιστολῆς Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, γραφείσης πρὸς τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν Κωνσταντινουπόλεως.

ΕΤΑΡΑΧΘΗ λίαν ἡ ἁγία σύνοδος, ἀκούσασα ὅτι οὐ πάντα ὀρθῶς ἀνήνεγκεν ὁ μεγαλοπρεπέστατος καὶ ἐνδοξότατος κόμης Ἰωάννης, ὥστε βουλεύεσθαι τοὺς ἐκεῖσε καὶ περὶ ἐξορίας καθ᾽ ἡμῶν, ὡς τῆς ἁγίας συνόδου καταδεξαμένης τὴν ἀκανόνιστον καὶ ἄθεσμον γινομένην καθαίρεσιν παρά τε Ἰωάννου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ αἱρετικῶν. ἰδοὺ τοίνυν καὶ ἑτέρα γέγονεν ἀναφορὰ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου, διδάσκουσα, ὅτι καὶ λυπεῖται ἐπὶ τῷ δεσποτικῷ γράμματι, καὶ ὅτι οὐ κατεδεξάμεθα τῶν τριῶν τὰς καθαιρέσεις· καὶ ἐξαιρέτως μὲν, ἀκυροῦσθαι τὰ παρ᾽ ἐκείνων δυσσεβῶς καὶ ἀθέσμως γινόμενα, κρατύνεσθαι δὲ μᾶλλον τὰ παρ᾽ ἡμῶν. ἐδίδαξαν καὶ διὰ πρώτης ἀναφορᾶς, ὅτι ἄκυρα μὲν τὰ παρ᾽ ἐκείνων ἀκανονίστως γινόμενα πεποιήκασι, κοινωνικοὺς δὲ ἡμᾶς καὶ συνεπισκόπους ἔχουσι, καὶ ὅτι τῆς τοιαύτης οὐκ ἐξίστανται γνώμης. μυρία δὲ πεποιηκότος τοῦ μνημονευθέντος μεγαλοπρεπεστάτου ἀνδρὸς, ὥστε ἐλθεῖν εἰς κοινωνίαν Ἰωάννην καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, μέχρι τῆς σήμερον οὐδὲ ἀκοῦσαι ἠνέσχοντο τοιαύτης φωνῆς· ἀλλ᾽ ἐνίστανται μὲν' πάντες, λέγοντες· ὅτι ἀδύνατον ἡμᾶς εἰς τοῦτο ἐλθεῖν, ἐὰν μὴ καὶ τὸ παρ᾽ αὐτῶν ἀκανονίστως γινόμενον λυθῇ, καὶ προσπέσωσι τῇ συνόδῳ ὡς πλημμελήσαντες, ἀναθεματίσωσι δὲ καὶ Νεστόριον, καὶ τὰ δόγματα αὐτοῦ ἐγγράφως. καὶ ἐν τούτοις ἡ πᾶσα ἔνστασις τῆς συνόδου. ἀποτυχὼν δὲ τούτου ὁ μνημονευθεὶς μεγαλοπρεπέστατος ἀνὴρ, ἐπενόησε καὶ τοῦτο, καὶ ἀπῄτει τὴν σύνοδον, ἔκθεσιν πίστεως ἐγγράφως ἐπιδοῦναι αὐτῷ, ἵνα κἀκείνους' ποιήσωσι συνθέσθαι, καὶ ὑπογράψαι, καὶ ἀνέλθῃ λέγων· ὅτι συνῆψα αὐτοὺς εἰς φιλίαν, ἀνθρωπίνας λύπας ἔχοντας μεταξὺ ἀλλήλων. τοῦτο νοήσασα ἡ ἁγία σύνοδος, πάλιν ἀνέστη ἄχρι παντὸς λέγουσα· ὅτι οὐχ ὑβρίζομεν ἑαυτούς·

' παντελῶς

' ποιῶσι

οὐ

οὐ γὰρ ὡς αἱρετικοὶ κεκλήμεθα, ἀλλὰ ἤλθομεν πίστιν ἀθετουμένην στῆσαι, ἣν καὶ ἐστήσαμεν· καὶ οὐ χρήζει ὁ βασιλεὺς νῦν τοῦ μαθεῖν τὴν πίστιν, εἰδὼς αὐτήν, καὶ ἐν αὐτῇ βαπτισθείς. οὐ προέβη τοίνυν οὐδὲ τοῦτο τοῖς ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς. κἀκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι συνθέντες ἔκθεσιν πίστεως, ἐφιλονείκησαν πρὸς ἀλλήλους, καί εἰσιν ἐν τῷ φιλονεικεῖν ἔτι. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν καταδέχονται θεοτόκον εἰπεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον μετὰ καὶ τοῦ ἀνθρωποτόκον· οἱ δὲ παντελῶς ἀρνοῦνται, καί φασιν ἑτοίμως ἔχειν ἀποτμηθῆναι τῶν χειρῶν, ἢ ὑπογράψαι τοιαύτῃ φωνῇ. ἀσχημονοῦσι δὲ πανταχοῦ, αἱρετικοὶ δεικνύμενοι. ταῦτα πάντες παρὰ τῆς θεοσεβείας ὑμῶν διδασκέσθωσαν, καὶ μάλιστα οἱ θεοσεβέστατοι καὶ ἁγιώτατοι ἀρχιμανδρῖται· μήποτε ὑποστρέψας ὁ προῤῥηθεὶς, ἕτερα ἀνθ᾽ ἑτέρων εἴπῃ ἢ διδάξῃ, τέρπων τάς τινων ἀκοάς. μὴ ἀποκνήσῃ δὲ ὑμῶν ἡ θεοσέβεια, μηδὲ ἀποκαμνέτω πρὸς τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἱδροῦντας, εἰδυῖα ὅτι ἑαυτὴν παρατίθεται καὶ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις· καὶ ἐνταῦθα γὰρ διὰ τὴν τοῦ σωτῆρος χάριν οἱ μηδέ ποτε ἡμᾶς εἰδότες τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων, ἑτοίμως ἔχουσι τὴν ψυχὴν θεῖναι ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ μετὰ δακρύων προσέρχονται, λέγοντες, * καὶ συνεξορισθῆναι, καὶ συναποθανεῖν, δι᾽ εὐχῆς ἔχουσιν. ἐν πολλῇ δὲ θλίψει πάντες ἐσμὲν, καὶ διὰ τοῦ φρουρεῖσθαι παρὰ στρατιωτῶν, καὶ πρὸ τῶν ἰδίων κοιτώνων ἔχειν αὐτοὺς καθεύδοντας, μάλιστα ἡμεῖς. ἡ δὲ ἄλλη πᾶσα σύνοδος ἀπέκαμε καὶ κάμνει· καὶ οἱ πλείους ἀπέθανον· λοιπὸν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ τὰ ἑαυτῶν πιπράσκουσιν, οὐκ ἔχοντες ἀναλώματα.

Ἴσον ἐπιστολῆς γραφείσης παρὰ Μέμνονος ἐπισκόπου Ἐφέσου πρὸς τὸν κλῆρον Κωνσταντινουπόλεως.

ΟΙΑ διὰ τὴν ἀληθῆ πίστιν τῆς ὀρθοδοξίας καθ᾽ ἑκάστην ὑπομένομεν ἐν Ἐφέσῳ, οὐδὲ λόγῳ παραστῆσαι δυνατόν. ταραχὴ γὰρ ταραχὴν ἀπαύστως διαδέχεται. πολλὴν δὲ ἡμῖν εὐτονίαν παρέχει τοῦ ταῦτα φέρειν γενναίως ἡ τῆς πίστεως ὁμολογία καὶ ἰσχύς. ποτὲ μὲν γὰρ ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανὸς, ἐπισείων ἡμῖν τοὺς στρατιώτας, καὶ τὴν πόλιν ταραχῆς ἐμπιπλῶν, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ἐπιτηδείων τῆς εἰσκομιδῆς ἀποστερῶν διὰ τῆς παραφυλακῆς, πολλοὺς δὲ συγχωρῶν ὕβρεις καταχέειν ἡμῶν τε καὶ τῆς ἁγίας συνόδου πάσης, τῶν τοῦ Ζευξίππου παραμενόντων τῷ καθῃρημένῳ Νεστορίῳ, καὶ ἐπὶ τούτῳ τρεφομένων, καὶ * πολὺ πλῆθος χωρικῶν, ἀπὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν κτημάτων, καὶ δι᾽ ἐκείνων τὰς ὕβρεις καταχεόντων. διεδέξατο καὶ τὴν προειρημένην ἀταξίαν, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Εἰρηναίου ἡ καθημερινὴ ἀπάτη τῶν ἀφελεστέρων, καὶ ἡ τοῦ Ἀντιοχέων ἐπισκόπου παρουσία. μαθοῦσα γὰρ ἡ ἁγία σύνοδος τὴν μέλλουσαν αὐτοῦ ἐπιδημίαν γενήσεσθαι, τιμῶσα, καὶ τὸ κεχρεωστημένον * τῇ ἱερωσύνῃ πληροῦσα, ἀπέστειλέ τινας τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων μετὰ καὶ εὐλαβεστάτων κληρικῶν εἰς ὑπάντησιν αὐτοῦ· δύο ταῦτα ποιοῦσα, καὶ τὴν κεχρεωστημένην πληροῦσα τιμὴν, καὶ ποιοῦσα φανερὸν, ὡς ὀφείλει τὴν πρὸς Νεστόριον συντυχίαν φυλάξασθαι, διὰ τὸ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου καθῃρῆσθαι αὐτὸν τῆς ἀσεβείας ἕνεκα, ἧς * ἐμελέτησεν.

EPISTOLÆ CATHOLICORVM.

A tamquam hæretici (hinc) vocati sumus; sed venimus ut fidelem labantem & exagitatam stabiliamus, quam & stabilivimus: nec opus est imperatori, ut fidem nunc discat, cum hanc sciat, & in ea baptizatus sit. Quare nec id quidem orientalibus successit. Sed & illud quoque sciatis, nempe, cum fidei expositionem componerent, inter se contendisse, & in ea altercatione etiam nunc versari. Nam alii ex illis sanctæ virgini deiparæ appellationem concedunt, ut etiam fateantur illam hominis matrem: alii vero prorsus negant, adduntque paratiores se esse ut manus suas amputandas præbeant, quam ut hujusmodi voci subscribant. Vbique autem turpiter se gerunt, hæreticos se declarantes. B Hæc a vestra pietate discant omnes, præsertim vero piissimi & sanctissimi archimandritæ; ne forte prædictus (vir) reversus, quorumdam aures mulcens, alia pro alias dicat, aut doceat. Ne vero pigrescat pietas vestra, neque nostri causa labori insistens defatigetur, sciens quod hac ratione Deo hominibusque seipsam commendet. Nam hic etiam piissimi episcopi, qui nos nunquam noverant, per salvatoris gratiam parati sunt animas pro nobis ponere, & cum lacrymis (nos) adeuntes, aiunt & exilium & mortem quoque simul C subire se in votis habere. Versamur autem omnes in multa conflictatione, tum quod custodiamur a militibus, tum etiam quod ante nostra cubicula dormiant; maxime vero nos. Reliqua autem synodus universa defatigata est, & laborat; & complures mortui sunt: jam vero & ceteri, eo quod sumptibus destituti sint, res suas divendunt.

Exemplum epistolæ a Mennone Ephesiorum episcopo ad clerum Constantinopolitanum scriptæ.

QVANTA propter veram orthodoxamque Dei fidem in Ephesiorum civitate D quotidie patiamur, id sermone explicari non potest. Turbationi enim turbatio absque ulla intermissione succedit. Fidei tamen vis & confessio multum nobis ut viriliter hæc sustineamus, roboris addit. Etenim magnificentissimus comes Candidianus milites interdum in nos concitans, totam civitatem tumultuationibus implet, omniumque simul vitæ necessariorum importatione per custodiam nos privat. Multis etiam permittit in nos & in sanctam synodum contumelias effundere, Zeuxippi incolis depositum Nestorium cum multa rusticorum turba custodientibus, qui ad id aluntur ecclesiæ pecunia, & per quos convicia jactantur. Hanc porro insolentiam & temeritatem, E quotidianasque Irenæi magnificentissimi comitis imposturas, quibus simpliciores circumvenit, excepit Antiocheni episcopi præsentia. Cum enim sancta synodus adventum ipsius appetere intellexisset, honorem, & quam oportuit sacerdoti observantiam impendens, quosdam Deo dilectissimos episcopos cum nonnullis quoque religiosissimis clericis obviam illi misit, hæc duo faciens, nempe & debitum illi honorem deferens, simulque ut a Nestorii, propter impietatem quam professus fuerat, a sancta synodo depositi; colloquio se abstineret, eum commonefaciens:

EPISTOLAE CATHOLICORUM.

Cum autem militum comitatu impediti, cum per viam alloqui non possent; nihilominus tamen pone ad illius diversorium usque consecuti sunt. Multis autem horis ibi præstolantes, neque ullam ejus conveniendi copiam obtinere valentes, militum contumeliis interim onerati, tamdiu manserunt, donec post diuturnam moram, cum videlicet ita illi visum jam esset, piissimos episcopos, religiosissimosque clericos accersitos, per milites ad se introducit. Posteaquam vero quæ a sancta synodo in mandatis habebant, illi exposuissent, per magnificentissimum comitem Irenæum, ceterosque qui cum ipso aderant, episcopos atque clericos, intolerabiles comministris nostris clericis plagas inferri permisit, ita ut in (vitæ) quoque discrimen adducti fuerint. His itaque transactis, piissimi episcopi qui ad illum missi fuerant, ad sanctam synodum redeuntes, plagasque sibi impositas ostendentes, & quæ acciderant exponentes, ad commentariorum actionem proposito sancto evangelio, sanctam synodum ad indignationem commoverunt. Iam vero nonnihil illius insolentiam refrenantes, eum excommunicationi subjecerunt, quæ & ipsi denuntiata est. Accepimus enim scriptum quoddam, certum illius temeritatis, illegitimæque ejusdem sententiæ argumentum, nullo certo auctore editum, nulla subscriptione munitum, in quadam ciuitatis parte fuisse propositum. Quotidie autem venerandum senatum, illustrissimosque (cives) ad se evocans, magna importunitate flagitabat, ut eorum suffragiis alius in meum locum ordinaretur (episcopus.) ut omnes orthodoxi civitatis incolæ oratoria occuparent, ibique sese continerent, ne illius temeritas & nefarius ausus publice propositus (quod vulgi sermone circumferebatur) effectum sortiretur. Vnde ad sancti Ioannis evangelistæ basilicam ascendens, & quod ibidem ordinaturus eum esset, divulgans, seditionem tumultuationemque eo in loco concitavit. Tanta namque armatorum insolentium multitudine comitatus ascendit, ut aliquos ibi mendicantium semineces reliquerit: & quasi affectus fuisset injuria ab iis qui ibi reperti sunt, ut synodo invidiam possit conflare, (apud imperatores & alios) conquestus est. Quare sanctissimi viri omni adhibito studio satagite, ut vesana ac temeraria Ioannis sociorumque illius sententia palam fiat; magnificentissimique comites, qui quotidie civitatem & fidem conturbant, hinc discedant; ne callida eorum subreptione, quæ fidei sunt, adulterari contingat.

*Exempli relationis missæ a sancta synodo ad piissimum imperatorem Theodosium al. Relatio sanctæ synodi ad imperatores pro restitutione Cyrilli & Memnonis.

** De subscriptione imperatorum relatio.*

Piissimis Christianissimisque imperatoribus, Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta & œcumenica synodus, quæ per Dei gratiam, vestræque majestatis nutum in Ephesiorum metropoli convenit.

VESTRA quidem majestas non est passa veram fidem Nestorii doctrina labefactari, qui Christo domino passiones humanas, quas propter nos, nostramque salutem sustinuit, cum Iudæis probro vertit: imo vero pietas

A οὐ συγχωρηθέντες δὲ παρὰ τῶν ἑπομένων αὐτῷ στρατιωτῶν κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτῷ περιτυχεῖν, οὐδὲν ἧττον ἠκολούθησαν, καὶ τὴν οἰκίαν ἔνθα κατέλυσε, κατειλήφασι, καὶ πολλὰς προσκαρτερήσαντες ὥρας, καὶ μὴ συγχωρηθέντες τὴν πρὸς αὐτὸν ποιήσασθαι συντυχίαν, ἔμειναν ὕβρεις ὑπομένοντες. μετὰ δὲ πολλὰς ὥρας, τοῦτο δόξαν αὐτῷ, μετεστείλατο τοὺς θεοσεβεστάτους ἐπισκόπους, καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους κληρικοὺς, εἰσάγων αὐτοὺς διὰ στρατιωτῶν. ὡς δὲ τὰ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου φανερὰ πεποιήκασιν αὐτῷ, συνεχώρησε τὸν μεγαλοπρεπέστατον Εἰρηναῖον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐπισκόπους τε καὶ κληρικοὺς, ἀφορήτους ἐπιθεῖναι πληγὰς τοῖς ἡμετέροις συλλειτουργοῖς, καὶ τοῖς κληρικοῖς, ὡς καὶ κινδύνοις αὐτοὺς προσομιλῆσαι. τούτων τοίνυν γεγενημένων, παραγενόμενοι εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον οἱ ἀποσταλέντες θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ τὰς πληγὰς ἐπιδείξαντες, καὶ τὰ γεγενημένα διηγησάμενοι, ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου προκειμένου, εἰς ἀγανάκτησιν διηγέρησαν τὴν ἁγίαν σύνοδον· καὶ μικρὸν C αὐτὸν σωφρονίζοντες, ἀκοινώνητον αὐτὸν πεποιήκασι· καὶ γεγένηται αὐτῷ ἡ ἀκοινωνησία φανερά. ἔγνωμεν γὰρ, ὡς ἀνώνυμόν τι καὶ ἀνυπόγραφον κατά τι μέρος τῆς πόλεως προετέθη, δηλοῦν αὐτοῦ τὴν ἀταξίαν καὶ ἀκανόνιστον γνώμην· καθ' ἑκάστην δὲ προσκαλούμενος τὸ σεμνὸν βουλευτήριον, καὶ τοὺς λαμπροτάτους, καὶ ἐξ αὐτῶν μετὰ ἀνάγκης ψηφίσματα, ὥστε εἰς τὸν τόπον τὸν ἐμὸν χειροτονῆσαι. ὡς πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν πόλιν, ὀρθοδόξους τυγχάνοντας, τοὺς εὐκτηρίους καταλειφέναι * οἴ- D κους, καὶ ἐν αὐτοῖς οἰκεῖν· ἵνα μὴ ἡ ἐκείνου προπέτεια, καὶ ἀκανόνιστος θρασύτης ἡ διὰ τοῦ προθεμάτων εἰς ἔργον ἀχθῇ τῆς φήμης. ὅθεν καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῃ τῷ εὐαγγελιστῇ ἀνελθὼν, τοῦτο * ὑπεμφήνας, ὡς ὀφείλει αὐτὸν ἐκεῖ χειροτονῆσαι, στάσιν καὶ ταραχὴν τῷ τόπῳ ἐποίησε, καὶ μετὰ πλήθους ἀτάκτων ὡπλισμένων ἀνελθὼν, ὡς καί τινας τῶν ἐκεῖσε πτωχῶν ἡμιθανεῖς ποιῆσαι· καὶ ὡς ὑβρισθεὶς παρὰ τῶν ἐκεῖσε, ἀνήνεγκεν ἐπὶ φθόνῳ τῆς ἁγίας συνόδου. καταξιώσατε τοίνυν ὁσιώτατοι πᾶσαν σπουδὴν θέσθαι, καὶ τὴν ἀπόνοιαν καὶ ἀκανόνιστον γνώμην Ἰωάννου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δημο- E σιεῦσαι, * πρὸς τὸ καὶ τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους κόμητας ἐντεῦθεν ἀναχωρῆσαι, τοὺς καθ' ἡμέραν ταράττοντας τὴν πόλιν καὶ τὴν πίστιν, ἵνα μὴ ἐκ συναρπαγῆς τούτων νοθεύωνται τὰ τῆς πίστεως.

Περὶ τῆς ὑπογραφῆς τῶν βασιλέων ἀναφορά.

Exemplum relationis a sancta synodo missæ (piissimis imperatoribus) per Iuvenalem, Firmum, Flavianum, Arcadium, Theodotum, Acacium, Euoptium episcopos, & Philippum presbyterum.

Τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις βασιλεῦσι, Θεοδοσίῳ καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀεὶ αὐγούστοις, ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν, καὶ θέσπισμα τοῦ ὑμετέρου κρά-

Piissimis & Deo dilectissimis, Christumque diligentibus imperatoribus Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta synodus, quæ per Dei gratiam, vestræque maje-

statis

Epistolae cath. liceorum.

EPISTOLAE CATHOLICORUM.

ANNO CHRISTI 431.

statis sanctionem in Ephesiorum metropoli congregata est.

A

OMNIA quidem, Christianissimi imperatores, majestatis vestræ studia & laude digna sunt, & magnum quoque erga pietatem zelum ostendunt: quare omnes communiter, & singuli privatim Christo domino pro imperii vestri perpetuitate preces offerimus, obsecrantes, ut Christianissimum vestrum fastigium in perpetuum orbi tueatur incolume. Quoniam vero pietas vestra nunc etiam nostra supplicatione inflexa, per Ioannem magnificentissimum præclarissimumque comitem hortata est, ut œcumenica synodus ex piissimis episcopis quos approbaverit, ad vestram majestatem mittat, B qui universum rerum nostrarum statum coram exponant; propterea necessario gratiis vestræ majestati actis, Arcadium, Iuvenalem, Flavianum, Firmum, Theodotum, Acacium, Euoptium, sanctissimos piissimosque episcopos, & Philippum Romanæ ecclesiæ presbyterum, Cælestini sanctissimi Deoque dilectissimi apostolicæ sedis magnæ Romæ locum tenentem selegimus, eosque vestræ serenitati per has nostras literas offerimus, rogantes, ut benignis oculis auribusque illos suscipere dignetur. At vero cum sciamus, Christi amantem, Deoque addictam animam vestram, Christi, qui vos propugnat & conservat, reverentiam & cultum maximi facere, illiusque sacerdotibus plurimum deferre, (memores quod ipse dixerit: *Qui vos audit, me audit; & qui vos recipit, me recipit*) non dubitavimus, ea etiam quæ graviter nos hactenus affligunt, præsentibus literis attexere. Cum enim nulla alia de causa Ephesi convenissemus, quam ut juxta pium vestrum edictum de fide, cujus immotam a sæculo perpetuamque tranquillitatem profana Nestorii dogmata turbaverunt, consultaremus, post terminum præstitum sexdecim diebus elapsis, merito proposita de his consultatione, Nestorium qui suis dogmatibus ecclesias conturbabat, vocavimus. Verum cum malæ conscientiæ reatu impeditus adesse nollet, impiis ipsius dogmatibus examinatis, quæ de Christi domini incarnatione literis exposuerat, & illa ipsa dogmata anathematizavimus, & illorum parentem ab omni episcopali dignitate prorsus amovimus. Ceterum Ioannes Antiochenus vigesimosecundo demum die post præfinitum tempus elapso vix comparens, quasi nostrum, quem pro fidei defensione susceperamus, zelum ulturus, collectis, sibique adjunctis triginta paulo plus; quorum alii Cælestiani, alii jam dudum fuerant depositi; contra præsides nostros, orthodoxæque fidei æmulatores Cyrillum sacratissimum Deoque dilectissimum ecclesiæ Alexandrinæ archiepiscopum, sanctissimumque & piissimum coepiscopum nostrum Memnonem invectus est; illosque neque apud ipsum accusatos, neque secundum canonicum ordinem in jus vocatos, depositionis contumelia affecit; & quasi sancta & œcumenica synodus in hac iniquitate, qua

κράτους, καὶ ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει συγκροτηθεῖσα.

ΠΑΝΤΑ μὲν τὰ τῆς ὑμετέρας βασιλείας ἐπαινετὰ, καὶ πολλὴν τὸν περὶ τὴν εὐσέβειαν ἐπιδεικνύμενα ζῆλον, φιλόχριστοι βασιλεῖς· καὶ διὰ τοῦτο κοινῇ τε ἅπαντες, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος τὰς ὑπὲρ τοῦ αἰωνίου ὑμῶν κράτους προσευχὰς τῷ δεσπότῃ Χριστῷ ἀναπέμπομεν, φυλαχθῆναι τῇ οἰκουμένῃ δι' αἰῶνος τὴν φιλόχριστον ὑμῶν αἰτούμενοι κορυφήν. ἐπειδὴ δὲ καὶ νῦν ταῖς ἡμετέραις ἐπικαμφθεῖσα δεήσεσιν ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια παρεκελεύσατο διὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου κόμητος Ἰωάννου, ἐξαποστεῖλαι τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον οὓς ἂν δοκιμάσῃ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος, καὶ αὐτοπροσώπως ἀναδιδάξαι πάντα τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀναγκαίως εὐχαριστήσαντες τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν βασιλείᾳ, ἐξελεξάμεθα τοὺς ἁγιωτάτους καὶ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, Ἀρκάδιον, Ἰουβενάλιον, Φλαβιανὸν, Φίρμον, Θεόδοτον, Ἀκάκιον, * Εὐόπιον, καὶ Φίλιππον πρεσβύτερον Ῥώμης, διέποντα τὸν τόπον τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τῆς τῆς μεγάλης Ῥώμης Κελεστίνου· καὶ διὰ τούτων τῶν γραμμάτων προσάγομεν αὐτοὺς τῇ ὑμετέρᾳ γαληνότητι, ' εὐμενῶς ἀξιοῦντες βλέμματός τε αὐτοὺς καὶ ἀκοῆς τυχεῖν. εἰδότες δὲ τὴν φιλόχριστον ὑμῶν καὶ Θεῷ ἀνακειμένην ψυχὴν περὶ πολλοῦ ποιουμένην θεραπεύειν τὸν ὑπερμαχοῦντα καὶ σώζοντα ὑμᾶς Χριστὸν, καὶ τοὺς * αὐτοῦ ἱερεῖς διὰ πάντων τιμᾶν, διὰ τὸ παρ' αὐτοῦ εἰρημένον· ὁ ὑμῶν ἀκούων, ἐμοῦ ἀκούει, καὶ ὁ ὑμᾶς δεχόμενος, ἐμὲ δέχεται· θαῤῥοῦμεν καὶ τὴν περὶ ὧν λελυπήμεθα προστιθέναι τῷ γράμματι μήνυσιν. ἡμεῖς γὰρ οὐκ ἄλλου τινὸς χάριν τὴν Ἐφεσίων κατειληφότες, ἢ περὶ τῆς πίστεως διασκέψασθαι, κατὰ τὸ ὑμέτερον εὐσεβὲς θέσπισμα, ἐπειδήπερ τὴν ταύτης ἀκίνητον ἐξ αἰῶνος γαλήνην τὰ μιαρὰ τοῦ Νεστορίου ἐτάραξε δόγματα, εἰκότως βουλὴν περὶ * τούτων προθέντες, μετὰ * ἐξκαιδεκάτην ἡμέραν τῆς ὁρισθείσης προθεσμίας, καὶ τὸν συνταράττοντα τὰς ἐκκλησίας τοῖς οἰκείοις δόγμασι Νεστόριον * προσκαλεσάμενοι. ἐπειδὴ δὲ ὑπὸ συνειδότος οὗτος πονηροῦ κατεχόμενος ἀπαντᾶν οὐκ ἠβούλετο, ἐξετάσαντες τὰ παρ' αὐτοῦ ἐγγράφως ἐκτεθέντα περὶ τῆς ἐνσωματώσεως τοῦ δεσπότου Χριστοῦ ἀσεβῆ δόγματα, αὐτά τε ἐκεῖνα ἀνεθεματίσαμεν, καὶ τὸν τούτων πατέρα, πάντῃ τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας ' ἠλλοτριώσαμεν. ἀλλ' ὁ τῆς Ἀντιοχέων Ἰωάννης μετὰ τὴν εἰκοστὴν δευτέραν τῆς ῥηθείσης προθεσμίας μόλις φθάσας ἡμέραν, ὥσπερ ἀμυνόμενος ἡμᾶς ἐπὶ τῷ ὑπὲρ τῆς πίστεως ζήλῳ, τριάκοντα μικρῷ πλέον περὶ αὐτὸν συναθροίσας· ὧν οἱ μὲν Κελεστιανοὶ, οἱ δὲ καθῃρημένοι πρὸ πολλοῦ ἐτύγχανον· κατ' αὐτῶν τῶν ἡμετέρων ἐχώρησε προέδρων· καὶ τοὺς ζηλωτὰς τῆς ὀρθοδοξίας, τόν τε ἁγιώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς Ἀλεξανδρείας Κύριλλον, καὶ τὸν ἁγιώτατον καὶ θεοφιλέστατον ' ἐπίσκοπον ἡμῶν Μέμνονα, οὔτε κατηγορηθέντας παρ' αὐτῷ, οὔτε προσκληθέντας κατὰ τὴν τῶν κανόνων ἀκολουθίαν, τῇ τῆς καθαιρέσεως περιέβαλεν ὕβρει· καὶ ὡς κοινωνησάσης αὐτῷ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου

* Εὐόπτιον
' εὐμενῶς
* αὐτοῖς
* τούτου
* ἐκκαιδεκάτην
* ἴσ. προσκαλεσάμεθα.
' ἐξεώσαμεν.
' συνεπίσκοπον

εἰς

εἰς τὴν κατ' αὐτῶν ἀδικίαν, οὕτω τὰς εὐσεβεῖς ὑμῶν καὶ θεοφιλεῖς συνήρπασεν ἀκοάς. ἡ μὲν οὖν ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ᾗ συνεδρεύει καὶ ὁ τῆς μεγάλης * ἡμῶν Ῥώμης ἁγιώτατος καὶ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Κελεστῖνος, καὶ ἅπασα ἡ δυτικὴ σύνοδος, διὰ τῶν παρ' αὐτῆς ἀπεσταλμένων πρὸς ἡμᾶς ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, συνεδρεύει δὲ καὶ ἡ Ἀφρικὴ πᾶσα καὶ τὸ Ἰλλυρικὸν, κανονικῶς κινηθεῖσα, αὐτόν τε τὸν ἔξαρχον τοῦ τῆς ἀποστασίας συνεδρίου Ἰωάννην, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, πάσης ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἀλλοτρίους εἶναι ἐδογμάτισε· πᾶσαν δὲ αὐτῶν ἱερατικὴν περιεῖλεν ἐνέργειαν, ἀνατρέψασα καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ἀκανονίστως γινόμενα. καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς πεπραγμένων τὴν μήνυσιν τῇ ὑμετέρᾳ πρῴην ἀπεστείλαμεν κορυφῇ· νυνὶ δὲ διά τε τούτων τῶν γραμμάτων, καὶ διὰ τῶν ἀποσταλέντων ἐπισκόπων, μακραῖς ταῖς χερσὶ τῶν εὐσεβῶν ὑμῶν ἁπτόμενοι γονάτων, δεόμενοι τὰ μὲν κατὰ συναρπαγὴν γεγονότα κατὰ τῶν ἁγίων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων Κυρίλλου καὶ Μέμνονος, οὐδεμίαν ἐκ τῶν κανόνων ἰσχὺν ἔχοντα, πάντῃ ἀργεῖν· ὥστε μὴ ἀκέφαλον ἡμῶν ὑπάρχειν τὴν σύνοδον, μηδὲ ἀφορήτῳ πένθει ἡμᾶς τε καὶ τοὺς ἅπαντας τῆς οἰκουμένης τοῦ Χριστοῦ ἱερεῖς ἀδιαλείπτως ἐπὶ τοῖς προέδροις * συντρίβεσθαι· ἀλλὰ τυχόντας τῶν αἰτήσεων, τὰς συνήθεις εὐχὰς μετὰ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἐκκλησιῶν ἀναπέμπειν τῷ δεσπότῃ Χριστῷ, ὑπὲρ τοῦ δι' αἰῶνος ἡμῖν χαρισθῆναι τὸ φιλόχριστον ὑμῶν κράτος· ἡ γὰρ κατ' αὐτῶν γινομένη συκοφαντία παρά τε Ἰωάννου τοῦ τῆς Ἀντιοχέων, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, εἰς ἅπαντας ἡμᾶς βλέπει τοὺς * ὁμοπίστους ὄντας τοῖς μνημονευθεῖσι, καὶ συνιερατεύοντας αὐτοῖς, διὰ τὸ καὶ πᾶσαν τὴν δυτικὴν σύνοδον μαρτυρεῖν αὐτοῖς τὴν ὀρθὴν καὶ ἀδιάβλητον πίστιν, καὶ ἡμᾶς δι' ἑαυτοὺς περὶ τούτου πληροφορηθέντας, καὶ ἐγγράφως ἐπὶ ὑπομνημάτων ῥῆξαι φωνὰς, ὅτι τε εἰσὶν ὀρθόδοξοι, καὶ τὴν τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων ἔχουσι γνώμην περὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἀποστολικῆς καὶ καθολικῆς δόγματα. δεόμεθα τοίνυν τοῦ ὑμετέρου κράτους, λύσατε καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τῶν δεσμῶν. συνδεδέμεθα γὰρ τοῖς δεδεμένοις, ὡς ἀδελφοῖς καὶ προέδροις τῆς ἁγίας ἡμῶν συνόδου.

A contra ipsos usus est, ei communicasset, ita pias, Deoque dilectas vestras aures præoccupavit ac circumvenit. Sancta proinde & œcumenica synodus, cujus consessui adest & Cælestinus sanctissimus piissimusque magnæ vestræ Romæ archiepiscopus, & universa occidentalis synodus, per sanctissimos episcopos quos ad nos ipsa misit, totaque Africa & Illyricum, legitime mota, ipsum apostatici conciliabuli auctorem Ioannem (Antiochenum,) & reliquos qui cum eo sunt, ab omni ecclesiastica communione alienos esse censuit, omnemque sacerdotalem functionem ipsis ademit, & omnia quæ contra leges moliti fuerant, evertit. Et commentarios quidem B earum rerum quæ ipsorum causa gestæ sunt, jam ante ad celsitudinem vestram misimus: nunc vero per has literas, piissimosque episcopos legatos nostros, porrectis manibus pietatis vestræ genua attingimus, supplicantes, ut ea quæ per subreptionem contra Cyrillum & Memnonem sanctos Deoque dilectissimos episcopos acta sunt, cum nullam ex sacris canonibus vim obtineant, omnino ut nulla & irrita habeantur, ne sancta nostra synodus suo destituatur capite, nosque & universi terrarum orbis sacerdotes intolerabili continuoque luctu præsidum causa conteramur: quin potius voti compores effecti, solitas cum omnibus ubique ecclesiis preces pro perpetua pii imperii vestri stabilitate ad Christum dominum fundamus: quandoquidem calumnia, quam Ioannes Antiochenus, ipsiusque sectatores illis struxerunt, ad nos omnes spectat, qui eamdem cum prædictis fidem habemus & profitemur, iisdemque in sacerdotali ministerio communicamus. Nam & universa occidentalium synodus rectæ inculpatæque illorum fidei testimonium dat, & nosipsi quoque plene hac de re edocti, etiam scripto in commentariis pronuntiavimus eos esse orthodoxos, sanctorumque patrum nostrorum sententiam sectari circa apostolicæ catholicæque ecclesiæ dogmata. Rogamus proinde majestatem vestram, ut & nos quoque (omnes enim vinctis, utpote fratribus, sanctæque synodi præsidibus, colligati sumus) a vinculis absolvat.

Ἐπιστολὴ Ἀλυπίου πρὸς Κύριλλον.

Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ καὶ ἀρχιερουργῷ Κυρίλλῳ Ἀλύπιος πρεσβύτερος τῶν ἀποστόλων, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΜΑΚΑΡΙΟΣ ἄνθρωπος, ὃν * κατηξίωσε ὁ Θεὸς πρῶτον τοῖς τῆς ἀγάπης ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν τὴν θεοφιλῆ καὶ ἁγίαν σου κεφαλὴν, τῆς ὁμολογίας τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον * φέρουσαν. σὺ γὰρ ἁγιώτατε πάτερ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων ὁδὸν γρηγόρῳ τῷ ὄμματι περιεπάτησας, καὶ τοὺς χωλαίνοντας ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις ὀρθοποδεῖν πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐδίδαξας· σὺ τὴν παρρησίαν τοῦ Ἡλία ἐνεδύσω, καὶ τὸν ζῆλον τοῦ Φινεὲς μόνος ἀνείληφας· σὺ τὸ δυσσεβὲς στόμα τοῦ ἰοβόλου δράκοντος ἐνέφραξας, καὶ τὸν πολυφάγον Βὴλ κατέστρεψας, καὶ τὴν μάταιον αὐτοῦ ἐλπίδα διὰ χρημάτων αὐτῷ ἐπιγινομένην προστασίαν, ἀργὴν καὶ ἀνίσχυρον κατέ-

Epistola Alypii ad Cyrillum.

Sanctissimo, Deoque dilectissimo archiepiscopo Cyrillo, Alypius apostolorum presbyter, in domino salutem.

BEATVS homo; quem primum Deus dignum censuerit, sanctum Deoque dilectum caput tuum, martyrii confessionis sertis redimitum, dilectionis oculis contueri. Tu enim, sanctissime pater, vigilanti lumine sanctorum patrum viam trivisti: tu utroque poplite claudicantes recta ad veritatem incedere docuisti: tu fiduciam indutus es Eliæ: tu solus Phinees zelum assumpsisti: tu impium venenosi draconis os obturasti: tu voracem Bel evertisti: tu inanem illius spem, hoc est, dominatum & præsidentiam ære coemptam labefecisti

3. Reg. 1 *3. Reg. 19.* *Num. 25.* *Dan. 14.*

ACTIO VII. CONCILII.

labefecisti & compressisti, aureæque statuæ A apparatum perdidisti. Et qualenam os spiritualibus unguentis refertum, zeli tui encomia exprimere valeat; ut qui beati Theophili avunculi tui perfectus imitator evaseris, imo & beati illius Athanasii martyrio coronatus sis? Etenim ut ille precibus propulsatas iniquorum hæreticorum machinationes perinde ac scopulos evitavit; sic tua quoque sanctitas iniqui illius conatus vitæ integritate, conscientiæque puritate, veluti infirmas quasdam procellas sedavit. Sic enim & beatus Athanasius post multas falsas criminationes, quas hæretici ei impingebant, refutatas, exiliumque eorum decreto qui tunc rerum potiebantur, & hoc ipsum fieri curabant, patienter toleratum, id consecutus est, ut eo semper B purior illustriorque evaderet longanimitate, his prærogativis magis resplendens, quo magis impura illa ora falsas criminationes ipsi intentabant. Atque his certaminibus martyrii coronam ille sibi nectens, consubstantialitatem stabilivit, perversamque Arii doctrinam calcavit; & orthodoxiam erexit, ac sancti Marci euangelistæ sedem in sublime extulit: quibus tu etiam usus, sancti illius vestigiis impigre institisti. Precor itaque, sanctissime pater, ut dignus aliquandò habear, qui te virum sanctum coram cernam, tuaque genua complectar, & tempore pacis coronati martyris conspectu fruar. Vniversum rerum nostrarum statum, quomodo cum fiducia egerimus, tuis sanctorumque patrum precibus freti, & quæcumque fecimus, Candidianus dilectus diaconus, qui parvitatis meæ literas sanctitati tuæ defert, coram exponet. Saluto universam sanctam synodum una cum tua sanctitate martyrii corona ornatam. Deus te nobis largiatur valentem ac lætum, in domino honoratum, pro veritate certantem.

στήσας, καὶ τὸ κατασκεύασμα τῆς χρυσῆς εἰκόνος νεκρὸν ἀχρεῖον ἐποίησας. καὶ ποῖον στόμα, μύρων ἀπογέμον πνευματικῶν, δυνήσεται φθέγξασθαι τοῦ ζήλου τοῦ σοῦ τὰ ἐγκώμια; ὁπότε ἴσος ἐγγόνου τοῦ μακαρίου Θεοφίλου τοῦ σοῦ θείου μιμητής· ἀλλὰ καὶ τὸ μαρτύριον τοῦ μακαρίου Ἀθανασίου ἐνεδύσω. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος τῶν ἀνόμων αἱρετικῶν τὰς συσκευὰς ὡς σπιλάδας ἐξέφυγε, ταῖς προσευχαῖς ἀπωσάμενος· οὕτω καὶ ἡ σὴ ἁγιωσύνη τὰς συσκευὰς τοῦ ἀνόμου ὥσπερ λαίλαπας ἀσθενεῖς κατεκοίμισας τῷ καθαρῷ τῆς συνειδήσεως βίῳ. οὕτω γὰρ καὶ ὁ μακάριος Ἀθανάσιος μετὰ* πολλὰς τὰς ψευδεῖς ἐπαγγελίας τὰς ὑπὸ αἱρετικῶν αὐτῷ προσαγομένας, ἐλέγξας ἀπέδειξε, καὶ ἀλλοδαπὴν οἰκῆσαι κατεδέξατο ἐξορίας λόγῳ, τῶν τότε κρατούντων τοῦτο κατασκευασάντων, καὶ ὅσον ἔσπευδον τὰ μιαρὰ ἐκεῖνα στόματα πλέκειν ψευδῆ ἐγκλήματα, τοσούτῳ καθαρώτερος καὶ λαμπρότερος ἀνεδείκνυτο τῇ μακροθυμίᾳ, διαλάμπων τούτοις τοῖς πλεονεκτήμασι· καὶ τούτοις τοῖς ἄθλοις τὸν στέφανον τοῦ μαρτυρίου ἑαυτῷ πλέξας, τὸ ὁμοούσιον ἔστησε, καὶ τὴν Ἀρείου κακοδοξίαν κατεπάτησε, καὶ τὴν ὀρθοδοξίαν ἀνέστησε, καὶ τὸν ἅγιον τοῦ εὐαγγελιστοῦ Μάρκου θρόνον ὕψωσεν· οἷς καὶ αὐτὸς χρησάμενος, κατόπιν ἐκείνου τοῦ ἁγίου περιεπάτησας. εὔχομαι τοίνυν ἁγιώτατε πάτερ, καταξιωθῆναι αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν τὸ ἅγιον σοῦ πρόσωπον, καὶ κρατῆσαι σῶν γονάτων, καὶ ἀπολαῦσαι μάρτυρος ἐν καιρῷ εἰρήνης τοὺς στεφάνους ἀναδησαμένου. ἅπαντα δὲ τὰ καθ᾽ ἡμᾶς, ὡς ἐπαρρησιασάμεθα, θαρσήσαντες τῇ σῇ προσευχῇ καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ ὅσα ἐποιήσαμεν, λέξει ὁ ἀγαπητὸς διάκονος Κανδιδιανὸς, ὃς καὶ τὰ γράμματα τῆς ἐμῆς βραχύτητος ἐπιδίδωσι τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ. προσαγορεύω πᾶσαν τὴν ἁγίαν σύνοδον τῶν ἀναδησαμένων τὸν στέφανον τοῦ μαρτυρίου μετὰ τῆς σῆς ὁσιότητος. ἐῤῥωμένος, εὔθυμος, ἐν κυρίῳ διαπρέπων, ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τῆς ἀληθείας χαρισθείης ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ.

ANNO CHRISTI 431.

ἀνεδύσω. ἢ καθάπερ ἐκεῖνος

κατεκοίμησας.

μακαριώτατος

* ἴσως, πολλά

ACTIO SEPTIMA.

Exemplar suggestionum episcoporum Cypri in concilio Ephesino.

POST consulatum dominorum nostrorum Flavii Theodosii decimum tertium, & Flavii Valentiniani tertium, semper Augustorum, pridie Kalendas Septembris, synodo gratia Dei, & edicto pientissimorum Christique amatorum regum nostrorum, in Ephesiorum metropoli, in sancta ecclesia quæ dicitur Maria, congregata, Rheginus episcopus sanctæ ecclesiæ apud Constantiam Cypri dixit: Quoniam turbant quidam sanctissimas ecclesias nostras, oro, ut libellus, quem in manibus gero, suscipiatur, & legatur.

Sancta synodus dixit: Libellus oblatus recipiatur, & legatur.

Sanctissimæ, gloriosæ & magnæ synodo, gratia Dei & nutu pientissimorum nostrorum regum in Ephesiorum metropoli Dei observantissima congregatæ, petitio a Rhegino, & Zenone, & Evagrio Cypri episcopis. Olim etiam sanctus pater noster & episcopus factus Troilus ab Antiocheno clero multa passus est, & pientissimus episcopus Theodorus vim non vulgarem pertulit, atque adeo usque ad plagas, quas nec flagriones homines ferre deceat, illicite, absurde & illegitime. Nam cum propter aliam causam abiisset, illius vero felicem accepit finem, abusi abitione, vi cogere voluerunt, & subjicere sibi sanctos episcopos insulæ contra apostolicos canones, & definitiones sanctissimæ Nicænæ synodi. Et nunc quia cognoverunt quod beatus ex hac vita migravit, subornarunt magnificentissimum ducem Dionysium scribere mandata provinciæ principi, & sanctissimæ Constantiensis ecclesiæ clero. Literæ publicæ sunt; quas & admanum habemus, & parati sumus eas vestræ sanctitati ostendere. Hujus gratia rogamus & petimus, ne permittatur hominibus nihil non audentibus, ullam novitatem invehere, olim & ab initio volentibus præter ecclesiasticos canones & constitutiones expositas a sanctissimis patribus in Nicæa congregatis, imponere magnæ & sanctæ synodo finitionibus ad nihil utilibus. Nam, sicut diximus, non appulisset hodie magnificentissimus dux Dionysius, ecclesiæ afflictæ curam habens, neque ea quæ sibi non

conveniunt,

conveniunt, usurpasset, neque ecclesiasticis rebus se immiscuisset, nisi a sanctissimis, qui illic congregati erant, episcopis & clero ipsorum deceptus, putasset eam canonicam (quod etiam præcepta ejus testantur) quam absque eorum consilio adversus episcopum Constantiæ Cypri metropolis habuit. Oramus autem & has literas magnificentissimi ducis legi, & præcepta, & omnia simul quæ in hac tragœdia commissa & facta sunt, ut ex ipsis cognoscat sancta vestra & magna synodus intolerabilem vim factam. Etenim non vulgaris tumultus in tota metropoli ortus est. Præterea significamus sanctæ vestræ synodo, quod cum literis gloriosissimi ducis etiam diaconus sanctæ Antiochenæ ecclesiæ missus est. Ideo obsecramus, & ad sancta vestra genua procidimus, ut canonica sententia etiam nunc, sicut initio a temporibus apostolorum, & constitutionibus & canonibus sanctissimæ & magnæ synodi Nicænæ, illæsa & superior insidiis & potentia permansit nostra Cypriorum synodus; ita & nunc per vestram incorruptam & justissimam sententiam, etiam vestra constitutione justitiam nobis fieri cupimus.

Rheginus episcopus Constantiæ Cypri subscripsi manu mea.

Zenon episcopus Curiensis sanctæ ecclesiæ Dei Cypri subscripsi manu mea.

Evagrius minimus episcopus Solensis Cypri sanctæ Dei ecclesiæ subscripsi manu mea.

Rheginus episcopus inquit: Quoniam etiam præceptum offerimus magnificentissimi capitanei Dionysii, scriptum ad illustrissimum principem provinciæ, oro ut & illius lectio fiat.

Sancta synodus dixit: Legatur & illius magnificentissimi Dionysii præceptum.

Flavius Dionysius illustrissimus & magnificentissimus utriusque exercitus magister, Theodoro illustrissimo Cypriorum regionis præsidi. Regia auctoritas ob multas, & maxime ecclesiasticas causas pientissimos episcopos, ut in Epheso conveniant, divinis apertis signatisque literis præcepit. Quoniam autem cognovimus, episcopum Constantiensis civitatis e præsenti vita migrasse, & prædefinitum sibi diem implevisse; necessarium hoc mandatum tibi transmittendum esse judicavimus, ut ne quis absque scitu vel scripto pientissimæ synodi audeat in locum defuncti nominare alium. Decet enim expectare formam, quam talium pientissimorum episcoporum consensus præscribet. nam, ut diximus, harum rerum gratia prædicti pientissimi viri convenire jussi sunt. Itaque si contentiosi turbas excitarent, partim tua gravitas, partim obtemperans illi exercitus eas avertere studeat, modisque omnibus prohibeat, & ne quem, ut dixi, progredi sinat, antequam pientissimi episcopi sua auctoritate approbent. Quod si hasce literas prævenerit incerti episcopi ordinatio, illum juxta cæleste responsum regum in Ephesum, ut alios, venire jubeas: neque ignores, quod si aliter fieri approbaris, tu quidem auri libras quinque, exercitus vero alias tantas fisco inferre cogemini. Vt autem hæc, quę juxta pientissimorum episcoporum petitionem decreta sunt, scribantur, & celerem finem sortiantur, Maturium & Adelphium ab exercitu jussimus ob hoc ad illos legari. Datæ XII. Kalendas Iunii, Antiochiæ.

Rheginus episcopus dixit: Est & aliud mandatum ejusdem magnificentissimi Dionysii, scriptum ad pientissimum clerum Constantiensis metropolis, quod & ipsum ut legatur oro.

Sancta synodus dixit: Lectum & hoc inferatur in acta commentariorum. ACTIO VII. CONCILII.

Flavius Dionysius magnificentissimus & gloriosissimus comes, & dux utriusque exercitus, ac proconsul, pientissimis clericis in metropoli Constantiæ Cypri. Novit & vestra pietas, quomodo Augusti & * callinici orbis domini religiosissimos & sanctissimos episcopos in Epheso convenire jusserunt ob multas alias, & maxime ob ecclesiasticas causas. Itaque quoniam ex ipsis sanctissimis episcopis qui hic convenere, cognovimus quod beatissimus episcopus vester juxta divinam voluntatem obdormierit; operę precium censui, ut significarem vestrę pietati, & admonerem, ut caveatis vobis, ne quis a quopiam in episcopum eligatur, vel ordinetur, (nam de hoc plane forma pręscribetur) sed expectate sententiam, quæ illic danda est. Dignum sane & justum, ut sancti patres ea quæ patres jubent, observent. Quod si quempiam ante literas nostras continget in sedem collocari, id quod non opinamur, illum cum pientissimis viris ad Ephesum, juxta * divinum edictum, ut veniat admoneatis; non ignorantes quod laus sequetur obtemperantes, inobedientes autem etiam præsens convenienter corriget scriptum.

* invictissimi

* regium

Sancta synodus dixit: Quoniam autem causa quæ movit magnificentissimum & gloriosissimum capitaneum Dionysium ut hæc scriberet, obscurius in propositis habetur; manifestius doceant pręsentes pientissimi episcopi sanctarum ecclesiarum quæ in Cypro, quid moverit magnificentissimum capitaneum, ut hęc mandata emitteret.

Zenon episcopus civitatis Curiensis Cypri dixit: Etiam beatę memorię Sapritius, qui mecum huc venit, ejus rei gratia huc venit Quoniam autem ex hac vita concessit, necessario nos docemus sanctam vestram & universalem synodum, quod ad suggestionem Antiocheni episcopi & cleri magnificentissimus capitaneus principi & clero scripsit.

Sancta syn. dixit: Quid volente Antiocheno?

Euagrius episcopus Solensis Cypri respondit: Subjicere insulam nostram, & ordinandi jus ad se rapere attentat, præter canones & consuetudinem quę jam olim invaluit.

Sancta syn. dixit: Nunquamne Antiochenus visus est in Constantia ordinare episcopum?

Zenon episcopus Curii Cypri dixit: A sanctis apostolis nunquam possunt ostendere, quod adfuerit Antiochenus & ordinaverit, vel communicaverit unquam insulę ordinationis gratiam, neque alius quisquam.

Sancta synodus dixit: Memor sit sancta synodus canonis sanctorum patrum in Nicæa congregatorum, qui conservat unicuique ecclesię priscam dignitatem. Hic etiam memor sit Antiochię. Docete igitur, an non jus ordinandi ex more veteri apud vos habet Antiochenus. Cant. 6.

Zenon episcopus dixit: Prius affirmavimus, quod nunquam vel adfuerit, vel ordinaverit, neque in metropoli, neque in alia civitate; sed synodus nostræ provincię congregata constituebat metropolitanum: & oramus, ut vestra sancta synodus sua sententia nobis consentiat, & hęc stabiliat, ita ut vetus mos, sicut hactenus robur habuit, ita & nunc habeat, & nullam novitatem in nostra provincia fieri sinat.

Sancta synodus dixit: Doceant & hoc pientissimi magistri, num Troilus ille sanctæ ac beatæ memoriæ episcopus, qui nunc requievit, vel sanctæ memoriæ Sabinus, qui illum præcessit, vel qui ante illos venerabilis Epiphanius, ab aliqua synodo ordinati fuerint. A

Zenon episcopus dixit: Et nunc memorati, & qui ante illos sanctissimi episcopi, & qui a sanctis apostolis erant, omnes orthodoxi, ab his qui in Cypro, constituti sunt; & nunquam locum habuit Antiochenus episcopus, vel alius aliquis, ordinandi in nostra provincia.

Decretum ejusdem sanctæ synodi.

Sancta synodus dixit: Rem quæ præter ecclesiasticas constitutiones, & sanctorum patrum canones innovatur, & omnium libertatem attingit, annuntiavit piissimus episcopus Rheginus, & qui cum eo piissimi episcopi provinciæ Cypri, Zenon & Euagrius. Unde quoniam communes morbi majore egent remedio, eo quod majus damnum afferant, & maxime si non est vetus mos, quod episcopus Antiochenus ordinet in Cypro, sicut libellis & propriis vocibus docuerunt religiosissimi viri, qui ad sanctam synodum accesserunt, habebunt jus suum intactum & inviolatum qui sanctis in Cypro ecclesiis præsunt, secundum canones sanctorum patrum, & veterem consuetudinem, per seipsos ordinationes religiosissimorum episcoporum facientes. Istud autem etiam in aliis diœcesibus, & in omnibus provinciis servetur, ut nullus piissimorum episcoporum aliam provinciam occupet, quæ antea & ab initio sub sua vel antecessorum suorum potestate non fuerit: sed & si quis occupaverit, vel per vim sibi subegerit, ipsam restituat, ne patrum canones prætereantur, neve sub sacerdotii prætextu mundanæ potestatis fastus irrepat; ne clam paulatim libertas amittatur, quam nobis donavit sanguine suo dominus noster Iesus Christus omnium hominum liberator. Placuit igitur sanctæ & œcumenicæ synodo, ut unicuique provinciæ pura & inviolata, quæ jam inde ab initio habuit, sua jura serventur, juxta veterem consuetudinem; & liberum sit cuique metropolitano actorum exempla ad suam securitatem excipere. Si quis autem veterem typum contempserit, pœnam non effugiet: & si quis his quæ nunc decreta sunt, pugnantem typum attulerit, irritum esse decrevit sancta & universalis synodus.

Ψῆφος τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· Πρᾶγμα παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς, καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων * πατέρων καινοτομούμενον, καὶ τῆς πάντων ἐλευθερίας ἁπτόμενον, προσήγγειλεν ὁ θεοφιλέστατος συνεπίσκοπος Ῥηγῖνος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι τῆς Κυπρίων ἐπαρχίας, Ζήνων καὶ Εὐάγριος. ὅθεν ἐπειδὴ τὰ κοινὰ πάθη μείζονος δεῖται τῆς θεραπείας, ὡς καὶ μείζονα τὴν βλάβην φέροντα, καὶ μάλιστα εἰ μηδὲ ἔθος ἀρχαῖον παρηκολούθησεν, ὥστε τὸν ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχέων πόλεως ἐν Κύπρῳ ποιεῖσθαι χειροτονίας, καθὰ διὰ τῶν λιβέλλων καὶ τῶν οἰκείων φωνῶν ἐδίδαξαν οἱ εὐλαβέστατοι ἄνδρες, οἱ τὴν πρόσοδον τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ποιησάμενοι, ἕξουσι τὸ ἀνεπηρέαστον καὶ ἀβίαστον οἱ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τῶν κατὰ τὴν Κύπρον προεστῶτες, κατὰ τοὺς κανόνας τῶν ὁσίων πατέρων καὶ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, δι' ἑαυτῶν τὰς χειροτονίας τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων ποιούμενοι. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων διοικήσεων καὶ τῶν ἁπανταχοῦ ἐπαρχιῶν παραφυλαχθήσεται· ὥστε μηδένα τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐπαρχίαν ἑτέραν, οὐκ οὖσαν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ, ἤγουν τῶν πρὸ αὐτοῦ χεῖρα, καταλαμβάνειν· ἀλλ' εἰ καί τις κατέλαβε, καὶ ὑφ' ἑαυτῷ πεποίηται βιασάμενος, * τοῦτον ἀποδιδόναι, ἵνα μὴ τῶν πατέρων οἱ κανόνες παραβαίνωνται, μηδὲ ἐν ἱερουργίας προσχήματι ἐξουσίας τῦφος * παρεισδύηται, μηδὲ λάθωμεν τὴν ἐλευθερίαν κατὰ μικρὸν ἀπολέσαντες, ἣν ἡμῖν ἐδωρήσατο τῷ ἰδίῳ αἵματι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ πάντων ἀνθρώπων ἐλευθερωτής. Ἔδοξε τοίνυν τῇ ἁγίᾳ * καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, σώζεσθαι ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ καθαρὰ καὶ ἀβίαστα τὰ αὐτῇ προσόντα δίκαια ἐξ ἀρχῆς ἄνωθεν, κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος· ἄδειαν ἔχοντος ἑκάστου μητροπολίτου τὰ ἴσα τῶν πεπραγμένων πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀσφαλὲς ἐκλαβεῖν. εἰ δέ τις μαχόμενον τύπον τοῖς νῦν ὡρισμένοις προσκομίσοι, ἄκυρον τοῦτον εἶναι ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ πάσῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ.

* ἀποστ[...]

* ταύτην

* κοσμικῆς παρεισδύηται.

* πάσῃ ἢ

Canones ducentorum sanctorum ac beatorum patrum qui Ephesi convenerunt.

Κανόνες " τῶν διακοσίων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Ἐφέσῳ συνελθόντων.

" in cod. ms. Seguieriano: Γράμματα ἀποσταλέντα παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τοῖς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τε ἢ πόλιν ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις διακόνοις ἢ λαϊκοῖς περὶ τῶν ἀναλόγων ἐπισκόπων.

Sancta & œcumenica synodus ex decreto piissimorum imperatorum Ephesi congregata, singularum provinciarum ac civitatum episcopis, presbyteris, diaconis, & universo populo.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ ἐν Ἐφέσῳ συγκροτηθεῖσα ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, τοῖς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τε καὶ πόλιν ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, καὶ παντὶ τῷ λαῷ.

CUM essemus Ephesi secundum pias (imperatorum) literas congregati, defecerunt quidam a nobis numero paulo plus triginta, defectionis suæ antesignanum Ioannem Antiochenum episcopum habentes. Horum

ΣΥΝΑΧΘΕΝΤΩΝ ἡμῶν κατὰ τὸ εὐσεβὲς γράμμα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, ' ἀπέστησάν τινες ἐξ ἡμῶν, ὄντες τὸν ἀριθμὸν τριάκοντα μικρῷ πρὸς, ἔξαρχον τῆς ἑαυτῶν ἀποστασίας ἐσχηκότες τὸν τῶν Ἀντιοχέων ἐπίσκοπον Ἰωάννην· ὧν καὶ τὰ ὀνόματα

' ἀπεστάτησαν.

ματα ἐστι ταῦτα. πρῶτος οὗτος Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, καὶ Ἰωάννης Δαμασκοῦ, Ἀλέξανδρος Ἀπαμείας, Ἀλέξανδρος Ἱεραπόλεως, Ἱμέριος Νικομηδείας, Φριτιλᾶς Ἡρακλείας, Ἑλλάδιος Ταρσοῦ, Μαξιμῖνος Ἀναζάρβου, Θεόδωρος Μαρκιανουπόλεως, Πέτρος Τραϊανουπόλεως, Παῦλος * Ἐμίσης, Πολυχρόνιος Ἡρακλειωτῶν πόλεως, Εὐθήριος Τυανῶν, Μελέτιος Νεοκαισαρείας, Θεοδώρητος Κύρου, Ἀπρίγγιος * Καλχηδόνος, Μακάριος Λαοδικείας τῆς μεγάλης, Ζῶσυς Ἐσβοῦντος, Σαλούστιος Κωρύκου Κιλικίας, Ἡσύχιος Κασταβάλης Κιλικίας, Οὐαλεντῖνος Μουλοβλάκης, Εὐστάθιος Παρνασσοῦ, Φίλιππος Θεοδοσιανῶν, Δανιήλ τε, καὶ Δεξιανὸς, Ἰουλιανός τε, καὶ Κύριλλος, Ὀλύμπιός τε, καὶ Διογένης, Θεοφάνης Φιλαδελφείας, * Τραϊανὸς Αὐγούστης, Αὐρήλιος Εἰρηνουπόλεως, Μουσαῖος Ἀράδου, Ἑλλάδιος Πτολεμαΐδος· οἵτινες τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας μηδεμίαν ἔχοντες ἄδειαν ὡς ἐξ αὐθεντείας ἱερατικῆς, εἰς τὸ δύνασθαί τινας ἐκ ταύτης βλάπτειν ἢ ὠφελεῖν, διὰ τὸ καί τινας ἐν αὐτοῖς εἶναι καθῃρημένους, πρὸ πάντων μὲν τὰ Νεστορίου καὶ τὰ Κελεστίου φρονήματα ἐπιφερόμενοι σαφέστατα ἀπεδείχθησαν ἐκ τοῦ μὴ ἑλέσθαι μεθ' ἡμῶν Νεστορίου καταψηφίσασθαι· οὓς τινας δόγματι κοινῷ ἡ ἁγία σύνοδος πάσης μὲν ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἀλλοτρίους ἐποίησε, πᾶσαν δὲ αὐτῶν ἐνέργειαν ἱερατικὴν περιεῖλε, δι' ἧς ἠδύναντο βλάπτειν ἢ ὠφελεῖν τινάς.

nomina hæc sunt. Primus ipse Ioannes Antiochiæ Syriæ episcopus, Ioannes Damasci episcopus, Alexander Apameæ, Alexander Hierapolis, Himerius Nicomediæ, Fritilas Heracleæ, Helladius Tarsi, Maximinus Anazarbi, Dorotheus Marcianopolis, Petrus Traianopolis, Paulus Emisæ, Polychronius Heracleopolis, Eutherius Tyanensium, Meletius Neocæsariensis, Theodoretus Cyri, Apringius* Calchedonis, Macarius Laodiceæ magnæ, Zosys Esbuntis, Sallustius Coryci Ciliciæ, Hesychius Castabalæ Ciliciæ, Valentinus Mutloblacæ, Eustathius Parnassi, Philippus Theodosiopolis, Daniel, & Dexianus, & Iulianus, & Cyrillus, & Olympius, & Diogenes, & Palladius, Theophanes Philadelphiæ, Tarianus Augustæ, Aurelius Irenopolitanus, Musæus Aradi, Helladius Ptolemaidis. Hi nullam omnino ecclesiasticæ communionis facultatem habentes, ut ex auctoritate sacerdotali cuiquam nocere vel prodesse possint, propterea quod etiam quidam ex ipsis sunt depositi, cum primis Nestorii & Cælestii sequi sententias manifeste ex eo sunt deprehensi, quod Nestorium nobiscum condemnare noluerunt: quos sancta synodus communi decreto ab omni ecclesiastica communione alienos esse statuit, & omnem sacerdotii functionem illis ademit, per quam aliquibus vel nocere vel prodesse poterant.

Actio VII. concilii.

* Chalcidis

ΚΑΝΟΝΕΣ.

Ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν καὶ τοὺς ἀπολειφθέντας τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ μείναντας κατὰ χώραν, ἢ πόλιν διά τινα αἰτίαν ἢ ἐκκλησιαστικὴν, ἢ σωματικὴν, μὴ ἀγνοῆσαι τὰ * περὶ αὐτῶν τετυπωμένα, γνωρίζομεν τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιότητι καὶ ἀγάπῃ, ὅτι περ.

α'.

Εἴ τις ὁ μητροπολίτης τῆς ἐπαρχίας, ἀποστατήσας τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, προσέθετο τῷ τῆς ἀποστασίας συνεδρίῳ, ἢ μετὰ τοῦτο προστεθείη, ἢ τὰ Κελεστίου ἐφρόνησεν, * ἢ φρονήσῃ, οὗτος κατὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας * ἐπισκόπων διαπράττεσθαί τι οὐδαμῶς δύναται, πάσης ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς συνόδου ἐκβεβλημένος, καὶ ἀνενέργητος ὑπάρχων. ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόποις, καὶ τοῖς πέριξ μητροπολίταις, τοῖς τὰ τῆς ὀρθοδοξίας φρονοῦσιν ὑποκείσεται, εἰς τὸ πάντη καὶ τοῦ βαθμοῦ * τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβληθῆναι.

β'.

Εἰ δέ τινες ἐπαρχιῶται ἐπίσκοποι ἀπελείφθησαν τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ τῇ ἀποστασίᾳ προσετέθησαν, ἢ προστεθῆναι πειραθεῖεν, ἢ καὶ ὑπογράψαντες τῇ Νεστορίου καθαιρέσει ἐπαλινδρόμησαν πρὸς τὸ τῆς ἀποστασίας συνέδριον, τούτους πάντη κατὰ τὸ δόξαν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἀλλοτρίους εἶναι τῆς ἱερωσύνης, καὶ τοῦ βαθμοῦ ἐκπίπτειν.

CANONES.

Quoniam autem " oportebat & absentes a sancta synodo, morantesque in urbibus & provinciis ob aliquod impedimentum, sive ecclesiasticum, sive corporeum, non ignorare quæ de ipsis sunt constituta; significamus sanctitati vestræ ac dilectioni, ut

" versionem aliam Laurentii Sifani exhibent Crabbus, Surius, aliique.

I.

Si quispiam metropolita provinciæ, derelicta sancta & œcumenica synodo, aut accessit ad illorum defectionis consessum, aut accedet in posterum, sive cum Cælestio sensit, aut sentiet, ipse nihil amplius poterit agere adversus provinciæ episcopos, ut qui jam inde a synodo totius ecclesiasticæ communionis expers sit factus, & prorsus * inutilis: sed & ipsis episcopis illius provinciæ, circumque vicinis metropolitis recta sentientibus subjacebit, ut omnino dejectus sit * a sede episcopatus.

* ad functiones inhabilis:

* etiam a gradu

II.

Si qui autem provinciales episcopi a sancta synodo abfuerunt, & deficientibus adhæserunt, aut adhærere tentaverint, vel etiam postquam subscripserunt Nestorii depositioni, rursus ad defectionis consessum recurrerunt: istos placuit sanctæ synodo penitus alienos esse sacerdotio, & a gradu cecidisse.

ACTIO VII. CONCILII. | ANNO CHRISTI 431.

III.

Si qui vero clerici in singulis urbibus aut regionibus a Nestorio & cum eo conspirantibus, sacerdotio prohibiti sunt, quod recte sentirent; justum putavimus hos quoque proprium gradum recipere. In summa autem clericos orthodoxæ & œcumenicæ synodo consentientes jubemus, eis qui defecerunt, aut defecturi sunt, episcopis nullo pacto aut ratione subjectos esse debere.

IV.

Si qui autem clericorum defecerint, & ausi fuerint vel privatim, vel publice quæ sunt Nestorii aut Cælestii sapere, sancitum est a sancta synodo istos quoque depositos esse.

V.

Quicumque autem ob turpia gesta sunt a synodo condemnati, vel a propriis eorum episcopis, quibus præter canones Nestorius, qui nullum rerum discrimen habebat, & qui cum illo eadem sentiunt, restituere conati sunt gradum vel communionem, aut conabuntur; istos censuimus nihil profecisse, & manere & esse nihilominus depositos.

VI.

Similiter autem & si qui velint ea quæ de singulis per sanctam synodum Ephesinam gesta sunt, quocumque modo movere: sancta synodus ipsa decrevit, si quidem episcopi aut clerici fuerint, eos omnino a proprio cadere gradu: si vero laici, excommunicatos esse.

Et subscripserunt omnes episcopi in (commentariorum) serie recensiti.

γʹ.

Εἰ δέ τινες καὶ τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει ἢ χώρᾳ κληρικῶν ὑπὸ Νεστορίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ὄντων τῆς ἱερωσύνης ἐκωλύθησαν διὰ τὸ ὀρθῶς φρονεῖν, ἐδικαιώσαμεν καὶ τούτους τὸν ἴδιον ἀπολαβεῖν βαθμόν. κοινῶς δὲ τοὺς τῇ ὀρθοδόξῳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ *συμφρονοῦντας κληρικοὺς κελεύομεν τοῖς ἀποστατήσασιν ἢ ἀφισταμένοις ἐπισκόποις μηδόλως ὑποκεῖσθαι κατὰ μηδένα τρόπον. (* συμφωνοῦντας)

δʹ.

Εἰ δέ τινες ἀποστατήσαιεν τῶν κληρικῶν, καὶ τολμήσαιεν ἢ κατ' ἰδίαν ἢ δημοσίᾳ τὰ Νεστορίου ἢ τὰ Κελεστίου φρονῆσαι, καὶ τούτους εἶναι καθῃρημένους, ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου δεδικαίωται.

εʹ.

Ὅσοι δὲ ἐπὶ ἀτόποις πράξεσι κατεκρίθησαν *ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου, ἢ *ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐπισκόπων, καὶ *τούτοις ἀκανονίστως κατὰ τὴν ἐν ἅπασιν ἀδιαφορίαν αὐτοῦ ὁ Νεστόριος, *καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες ἀποδοῦναι ἐπειράθησαν ἢ πειραθεῖεν κοινωνίαν, ἢ βαθμόν, ἀνωφελήτους εἶναι, καὶ μένειν καὶ τούτους, καὶ εἶναι οὐδὲν ἧττον καθῃρημένους ἐδικαιώσαμεν. (* ἐπὶ * ἐπὶ τῶν ἰδίων * τούτοις διαφανῶς * ἢ οἱ τὰ)

ςʹ.

Ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τινες βουληθεῖεν τὰ περὶ ἑκάστων πεπραγμένα ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ οἱῳδήποτε τρόπῳ παρασαλεύειν, ἡ ἁγία σύνοδος ὥρισεν, εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν, ἢ κληρικοί, τοῦ οἰκείου παντελῶς ἀποπίπτειν βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκοί, ἀκοινωνήτους ὑπάρχειν. (ἑκάστῳ)

Καὶ ὑπέγραψαν πάντες οἱ ἐν τῇ στάσει ἐπίσκοποι.

OBSERVATIO EDITORUM ROMANORUM.

" *In Vaticanis libris, & nonnullis aliis, reperiuntur hi sex canones tantum: in quibusdam vero additur sub nomine* VII. *canonis, definitio ejusdem sanctæ synodi post relationem Charisii presbyteri edita, quæ suo loco habetur sup. act. 6. pag. 690. & pro canone* VIII. *aliud synodi decretum de episcopis Cypri, quod post eorum petitionem ponitur paulo supra hac eadem act. pag.* 801. (" Ex edit. Rom. 1608.)

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I. P.

In Collectionibus Ioannis Zonaræ ac Theodori Balsamonis, necnon in codice canonum ecclesiæ universæ a Ioanne Tilio episcopo Briocensi & a Christophoro Iustello editorum, extant octo Ephesini concilii canones, sex nimirum qui præcedenti epistolæ inserti sunt, & duo alii qui paulo ante locis indicatis prodierunt: at mirum omnino accidit in codice canonum Romanæ ecclesiæ a Dionysio Exiguo interprete fuisse prætermissos. Causam hanc fuisse arbitror, quod non universæ ecclesiæ decreta visa sint Latinis, sed in peculiari ac privata Nestorii ejusque fautorum causa canones pro re dumtaxat nata a Patribus Ephesinis constituti.

Ejusdem sanctæ Ephesinæ synodi epistola ad sacram synodum in Pamphylia, de Eustathio, qui ipsorum metropolita fuerat.

Eccl. 32. v. 24. CUM divinitus inspirata scriptura dicat: *Sine consilio nihil facias;* eos in primis qui sacro aliquo in munere versari volunt, magna diligentia, omnique studio in id incumbere oportet, ut in omnibus rebus administrandis agendisque summa adhibeatur consideratio. nam iis qui sic vivere volunt, in optima spe res eorum sitas esse, & veluti secundo cursu, quæ optant, succedere contingit.

Ἐπιστολὴ τῆς αὐτῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου πρὸς τὴν ἐν Παμφυλίᾳ διαγῆ σύνοδον, περὶ Εὐσταθίου τοῦ γενομένου αὐτῶν μητροπολίτου.

ΜΕΤΑ βουλῆς πάντα ποίει, τῆς θεοπνεύστου λεγούσης γραφῆς, χρὴ δὴ μάλιστα τοὺς ἱερᾶσθαι λαχόντας μετὰ πάσης ἀκριβείας τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς πρακτέοις ποιεῖσθαι διάσκεψιν. διαβιοῦσι γὰρ οὕτως ἐθέλουσιν, ἐν καλῷ τῆς ἐλπίδος *κεῖσθαί τε τὰ κατ' αὐτοὺς, καὶ οἷον ἐξ οὐρίας ἐν τοῖς κατ' εὐχὴν ἀποφέρεσθαι συμβαίνει.

καὶ

NO… ISTI …I.

καὶ πολύ τό γε εἰκὸς ὁ λόγος ἔχει. ἀλλ' οἶδεν ἔσθ' ὅτε δριμεῖα καὶ ἀφόρητος λύπη κατασκήψασα νοῦ καταθολῶσαί τε δεινῶς αὐτὸν, καὶ τῆς τῶν δεόντων ἀποκομίσαι θήρας, ἀναπεῖσαί τε τὸ πεφυκὸς ἀδικεῖν, ὥς τι τῶν ὀνησιφόρων ἰδεῖν. τοιοῦτόν τι πεπονθότα τεθεάμεθα τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοσεβέστατον Εὐστάθιον. κεχειροτόνηται μὲν γὰρ, ὡς μεμαρτύρηται, κανονικῶς· τεθορυβημένος δὲ, ὥς φησι, παρά τινων, καὶ ἀδοκήτοις περιστάσεσιν ἐμβεβηκὼς, εἶτα ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀπραγμοσύνης ἀπειρηκὼς τὴν ἀντίστασιν τῶν ἐπενηνεγμένων αὐτῷ φροντίδων, καίπερ διακρούσασθαι τὰς παρὰ τῶν ἐπιφυομένων αὐτῷ δυσφημίας δυνάμενος, παραιτήσεως οὐκ ἴσμεν ὅπως * προσεκόμισε βιβλίον. ἔδει γὰρ ὡς ἅπαξ ἐγκεχειρισμένον ἱερατικὴν φροντίδα, ταύτης ἔχεσθαι μετ' εὐρωστίας πνευματικῆς, καὶ οἷον ἀνταποδύεσθαι τοῖς πόνοις, καὶ ἱδρῶτα τὸν ἔμμισθον ἐθελοντὶ ὑπομεῖναι. ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ ὀλιγώρως ἔχοντα παρέδειξεν ἑαυτὸν, τοῦτο παθὼν ἐξ ἀπραγμοσύνης μᾶλλον, ἢ ὄκνου καὶ ῥαθυμίας, κεχειροτόνηκεν ἀναγκαίως ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοφιλέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συνεπίσκοπον Θεόδωρον, φροντιοῦντα τῆς ἐκκλησίας. οὐ γὰρ ἦν ἀκόλουθον χηρεύειν αὐτὴν, καὶ ἐπιστάτου δίχα διατελεῖν τοῦ σωτῆρος τὰ ποίμνια. ἐπειδὴ δὲ προσῆλθε κλαίων, οὐ περὶ τῆς πόλεως, οὐδὲ τῆς ἐκκλησίας φιλονεικῶν τῷ μνημονευθέντι θεοσεβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Θεοδώρῳ, ἐξαιτῶν δὲ τέως τὴν τοῦ ἐπισκόπου τιμὴν καὶ κλῆσιν, συνηλγήσαμεν ἅπαντες τῷ πρεσβύτῃ, καὶ κοινὸν εἶναι λογισάμενοι τὸ αὐτοῦ δάκρυον, ἐσπεύδομεν μαθεῖν, εἰ καθαίρεσιν ἔννομον ὑπομεμένηκεν ὁ μνημονευθεὶς, ἤγουν εἰ ἐπί τισι τῶν ἀτόπων ἐλήλεγκται παρά τινων καταφλυαρησάντων αὐτοῦ τῆς ὑπολήψεως. καὶ δὴ ἐμάθομεν πεπρᾶχθαι μὲν τοιοῦτον οὐδὲν, γενέσθαι δὲ μᾶλλον τῷ μνημονευθέντι ἀντὶ ἐγκλήματος τὴν παραίτησιν. ὅθεν οὐδὲ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ ἐμεμψάμεθα, χειροτονησάσῃ δεόντως εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον τὸν μνημονευθέντα εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Θεόδωρον. ἐπειδὴ δὲ τῇ ἀπραγμοσύνῃ τοῦ ἀνδρὸς οὐ σφόδρα φιλονεικεῖν ἀκόλουθον, ἔδει δὲ μᾶλλον ἐλεῆσαι πρεσβύτην, ἔξω καὶ πόλεως τῆς ἐνεγκούσης αὐτὸν, καὶ πατρῴων ἐνδιαιτημάτων ἐν μακροῖς οὕτω γεγονότα χρόνοις, ἐδικαιώσαμεν, καὶ ὡρισάμεθα δίχα πάσης ἀντιλογίας ἔχειν αὐτὸν τό τε τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα, καὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν κοινωνίαν· οὕτω μέντοι, ὥστε μὴ χειροτονεῖν αὐτὸν, μήτε μὴν ἐκκλησίαν καταλαβόντα ἱερουργεῖν ἐξ ἰδίας * αὐθεντείας· ἀλλ' ἢ ἄρα συμπαραλαμβανόμενον, εἴτουν ἐπιτρεπόμενον, εἰ τύχοι, παρὰ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου, κατὰ διάθεσιν καὶ ἀγάπην τὴν ἐν Χριστῷ. εἰ δέ τι βουλεύσησθε χρηστότερον ἐπ' αὐτῷ ἢ νῦν ἢ εἰς τὸ μετὰ ταῦτα, ἀρέσει καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

προσ·

…ντίας·
ἄρα

ACTIO VII. CONCILII.

A Et sane hæc non parum rationi consentanea est oratio. Verum interim solet incidere aliquando asper ac intolerandus dolor, qui mentem humanam subito aliquo percellat impetu, itaque eam perturbatam perversamque reddat, ut & ab utilium honestorumque indagatione abducatur, & ad ea quæ natura ad lædendum sunt comparata, specie bonitatis persequenda impellatur. Tale quiddam sanctissimo viro Eustathio contigisse cognovimus. Rite enim ac secundum canones, ut omnium testimonio probatur, ordinatus est. Postea vero, cum in tumultum a nonnullis, B ut dicit, pertractus esset, subitisque ac insperatis undique malis circumseptus (cum usum in rebus gerendis admodum exiguum haberet) sustinere tam multas, tamque graves, quæ ei incumbebant, curas non vellet, nec refutare eorum qui ipsum adorirentur, maledicta, cum posset; recusationis & abdicationis obtulit nescio quo pacto libellum: cum contra oportebat, eam, quam semel fidei suæ sacerdotalem curam commissam habuerat, fortitudine spiritali tenere, ac labores subire, ac animo volenti sudorem, cui merces proposita est, sustinere. Quæ diligentia quoniam in hoc aperte desiderata fuit, id (tamen ex C exiguo rerum usu potius, quam ex ignaviæ desidiæque vitio) necessitate adacta vestra pietas est, memoratum Dei amantissimum fratrem nostrum, ac in episcopali dignitate collegam, Theodorum elegit, qui curam ecclesiæ subiret. Indignum quippe fuisset, viduam manere ecclesiam; indignum, pastore carere salvatoris nostri ovilia. Quoniam ergo flens rogatum venit Eustathius, cum sanctissimo Theodoro episcopo, non de civitate recipienda, non de ecclesia decertans, sed solum episcopalis nominis honorem ac vocationem expetens: hominis nos senectus sane D commovit universos, nec ut privatas ejus lacrymas, sed tamquam communes reputantes, inquirere studuimus, legitimamne passus esset memoratus vir depositionem, an scilicet de absurdis factis dictisve convictus esset, obtrectantibus nonnullis adversus ipsius existimationem. Itaque reperimus, hominem nihil ejusmodi perpetrasse, sed potius illi pro crimine recusationem officii vitio datam fuisse. Unde neque pio vestro studio succensuimus, quo in illius locum convenienter prædictus reverendissimus episcopus Theodorus suffectus est: sed quia adversus ejus animum a negotiis gerendis remotum non admodum E decertare oportuit, sed miserari potius senem, qui procul ab urbe in qua natus fuerat, & a patriis ædibus tamdiu abfuisset; justum rectumque esse definivimus, ut absque omni contradictione & nomen retineat episcopi, & honorem, & communionem: ea tamen lege, ut neque ordinandi ipse auctoritatem habeat, neque in ulla ecclesia ex propria sacrificet auctoritate; nisi id sibi vel adjuvandi causa, vel concessionis ratione, affectu amoreque Christiano a fratre & coepiscopo, si ita contigerit, liberaliter deferatur. Quod si vos de eo melius quidpiam cogitabitis aut nunc, aut in posterum, gratum id etiam acceptumque sanctæ synodo futurum est.

ACTIO VII. CONCILII.

De Euchetis vide Niceph. lib. II. cap. 14.

Definitio sanctæ & œcumenicæ synodi Ephesinæ contra impios Messalianitas, qui & Euchetæ, & Enthusiastæ quoque appellantur.

VENIENTES ad nos pientissimi & religiosissimi episcopi Valerianus & Amphilochius, proposuerunt in communi considerandum de Messalianitis, hoc est, Euchetis, vel Enthusiastis, qui in Pamphylia versantur, vel quocumque nomine contaminatissima hæresis vocatur. At nobis considerantibus attulit pientissimus & religiosissimus episcopus Valerianus schedulam synodicam de illis compositam in magna Constantinopoli sub beatæ memoriæ Sisinnio: quæ ubi lecta, ab omnibus probata est, quod bene sit condita, recteque habeat. Et placuit nobis omnibus, & pientissimis episcopis Valeriano & Amphilochio, & omnibus Pamphyliæ & Lycaoniæ provinciarum pientissimis episcopis, ut omnia quæ in synodica charta contenta, robur habeant, & nullo modo prætereunda; ut solida sint & ea quæ in Alexandria acta sunt; ita ut omnes, qui per universam provinciam hæretici Messaliani vel Enthusiastæ sunt, vel de ejus hæreseos morbo suspecti, sive clerici, sive laici sint, conveniantur: & si quidem anathematizaverint, juxta ea quæ in prædicta synodo scripto pronuntiata sunt, in scriptis; si clerici fuerint, maneant clerici; si laici, ad communionem admittantur. Quod si renuerint anathematizare, si presbyteri vel diaconi fuerint, vel in alio quopiam gradu ecclesiæ, excidant & a clero, & a gradu, & a communione: laici vero anathematizentur. Convicti quoque non permittantur habere monasteria, ut ne zizania diffundantur & crescant. Hæc ut sic agantur, omnes vires intendant pientissimi episcopi Valerianus & Amphilochius, ceterique reverendissimi totius provinciæ episcopi. Unde ad hæc placuit, librum * pollutum illius hæreseos, qui dicitur Asceticon, anathematizari, quem attulerat religiosissimus & pientissimus Valerianus, utpote ab hæreticis compositum. Similiter si quid illorum impietatem sapiens apud plerosque inveniatur, etiam hoc anathema sit. Præterea dum conveniunt, quæ utilia & necessaria ad concordiam & communionem & * dispensationem, manifeste scriptis commendentur. Si autem quæstio oborta de his quæ in hoc negotio sunt, & si quid difficile & ambiguum fuerit, quod pientissimis episcopis Valeriano & Amphilochio, ceterisque per totam provinciam episcopis non probatur, admotis scriptis omnia excutere debent. Et si relicti fuerint pientissimi episcopi vel Lyciorum, vel Lycaoniorum; non relinquatur tamen metropolitanus, provinciæ cujuscumque fuerit. In commentarios hæc referenda, ut si qui opus habent iis, inveniant, quo etiam aliis ea diligentius exponant.

*polluta

* dispositionem,

SUPPLEX LIBELLUS AB EUPREPIO episcopo Byzes & Arcadiopolis, & Cyrillo episcopo Cœlensi, sanctæ synodo oblatus.

Sanctæ & universali synodo, gratia Dei & assensu pientissimorum regum in Ephesiorum metropoli congregatæ, ab Euprepio episcopo Byzes & Arcadiopolis, & Cyrillo episcopo Cœlensi.

VETUS mos viget in provinciis Europæ, quod singuli episcopi duos vel tres sub se habeant * episcopos: unde Heracleæ episcopus sub se habet Heracleam & Panion; episcopus autem Byzes, sub se Byzen & Arcadiopolim; Cœlensis vero similiter habet Cœlan & Callipolin: porro episcopus Sabsadiæ sub se habet Sabsadiam & Aphrodisiadem. Itaque olim & ab initio ecclesias illas duo Europæ episcopi administrabant, & nunquam prædictæ civitates proprios acceperunt episcopos; sed aliæ quidem sub Heraclea fuerunt ab initio; Arcadiopolis autem fuit episcopi Byzensis; Callipolis similiter episcopo Cœlensi. Verum quoniam nunc * Phriuclas Heracleæ episcopus a sancta synodo apostata factus, Nestorio, & cum illo sentientibus se addixit (suspicamur autem, quod nunquam vel ipse ulciscens tamquam hostes, vel qui cum ipso Heracleæ episcopatum administrant, veniant ad ordinandum episcopos, juxta veterem & roboratam consuetudinem in memoratis civitatibus, quæ nunquam proprios episcopos receperunt;) itaque priscos mores & consuetudinem, quæ olim & ab initio viguit, commoveri propter novitates cogitantes, oramus vestram pietatem, definitionem pronuntiari de ea re a vestra sancta magnaque synodo, proprioque signaculo eam roborari; ita ut neque ecclesiis nostris privemur, in quibus plurimum laboravimus; neque mos jam longo tempore confirmatus, a quopiam præmemoratorum commoveatur, fiantque bella & inordinationes, maxime inter episcopos Europæ. Cujus rei si compotes facti fuerimus, gratiam habituri sumus omnium Deo, qui hic vestram sanctitatem congregavit ad corrigendas ecclesias orbis.

* f. episcopatus

* Fritilas

Sancta & universalis synodus dixit: Honesta petitio est pientissimorum episcoporum Euprepii & Cyrilli, quam ostendunt oblati libelli. Unde & sanctis canonibus, & externis legibus, * quæ veterem consuetudinem, nunc vim legis habent, nihil innovandum in Europæ civitatibus, sed juxta veterem consuetudinem gubernentur ab episcopis, a quibus & olim; cum nullus etiamnum metropolitanus, qui alioqui sustulisset potestatem; neque postea futuris temporibus poterit aliquid a veteri consuetudine innovari.

* Hæc mutila & depravata videntur.

* f. secundum

ANNO CHRISTI 431.

ΤΟΜΟΣ ΤΡΙΤΟΣ

ΠΕΡΙΕΧΩΝ ΤΙΝΑ ΜΕΝ ΠΡΟΣ ΑΥΤΗΝ ΑΝΗΚΟΝΤΑ ΤΗΝ ΣΥΝΟΔΟΝ,

τινὰ δὲ καὶ μετ' αὐτὴν γεγονότα.

TERTIA PARS,

IN QUA CONTINENTUR NONNULLA AD CONCILIUM

spectantia, & alia quæ post concilium acta sunt.

ΕΠΙΛΥΣΙΣ ΤΩΝ ΔΩΔΕΚΑ κεφαλαίων, ῥηθεῖσα ἐν Ἐφέσῳ ὑπὸ Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, τῆς ἁγίας συνόδου ἀξιωσάσης αὐτὸν σαφέστερον αὐτοῖς ἐκφανθῆναι τὴν τούτων λύσιν.

Πάντα ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. οἱ μὲν γὰρ ὀξεῖ τε καὶ καθαρῷ διανοίας ὄμματι τοῖς ἱεροῖς τῆς θεοπνεύστου γραφῆς περιτυγχάνοντες λόγοις, τὸ ἐξ αὐτῶν ὄφελος, θεῖον ὥσπερ τινὰ καὶ οὐράνιον θησαυρὸν ταῖς ἑαυτῶν εἰσοικίζουσι ψυχαῖς· οἱ δὲ τὸν νοῦν ἔχοντες τῷ ψεύδει προσνενευκότα, καὶ ταῖς τινων ἀθυρεστομίαις ἡττώμενον, βεβήλου γνώσεως ἐραστὴν, ἐκείνων ἔσονται κοινωνοὶ, περὶ ὧν ὁ μακάριος γράφει Παῦλος· ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ· τυφλώττουσι γὰρ, καί εἰσιν ὁδηγοὶ τυφλῶν· τοιγαρτοι καὶ τοῖς τῆς ἀπωλείας ἐμπίπτουσι βόθροις. ὡς γὰρ αὐτός πού φησιν ὁ σωτήρ· τυφλὸς τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθρον ἐμπεσοῦνται. κατεφλυαροῦσι τοίνυν τινὲς τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων, καὶ δὴ καὶ σκαιότητος διαβολικῆς τὸν οἰκεῖον ἐμπλήσαντες νοῦν, παραχαράττειν ἐπείγονται τὸ τῆς ἀληθείας μυστήριον, καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ μονογενοῦς οὐ μετρίως ποιοῦνται τὴν κατάῤῥησιν, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνος διαβεβαιοῦνται, κατὰ τὸ γεγραμμένον. εὑρεταὶ δὲ τῆς τοιαύτης ἀσεβείας γεγόνασι πολλοὶ μὲν καὶ ἕτεροι κατὰ τοὺς ἄνωθεν ἔτι παρῳχηκότας καιρούς· νυνὶ δὲ τῆς ἐκείνων ἀνοσιότητος οὐδὲν ἀποδέοντες, Νεστόριος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, κατὰ τοὺς ἀρχαίους ἐκείνους Φαρισαίους ἀντανιστάμενοι τῷ Χριστῷ, καὶ ἀνέδην ἀνακεκραγότες· διὰ τί σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς ἑαυτὸν Θεόν; ἦν οὖν ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τοῖς παρ' ἐκείνων ἀντεποδύεσθαι λόγοις, ἀναθεματίσαι τε αὐτῶν τὰ μιαρὰ καὶ βέβηλα δόγματα, μεμνημένους Θεοῦ λέγοντος διὰ φωνῆς προφήτου· ἱερεῖς ἀκούσατε, καὶ ἐπιμαρτύρασθε τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, λέγει κύριος παντοκράτωρ· καὶ πάλιν· πορεύεσθε διὰ τῶν πυλῶν μου, τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαῤῥίψατε. δεῖ γὰρ ἡμᾶς τῶν τῆς ἀληθείας ὑπεραθλοῦντας δογμάτων ἐκ μέσου ποιεῖσθαι τὰ σκάνδαλα, ὡς ἂν κατ' οὐδένα τρόπον αὐτοῖς προσπταίοντες οἱ λαοὶ, διὰ λείας ὥσπερ * ἔρχοιντο τρίβου πρὸς τὰς ἱερὰς καὶ θείας αὐλὰς, μονονουχὶ καὶ ἐφ' ἑκάστῃ λέγοντες· αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται

EXPLICATIO DUODECIM *capitum Ephesi pronuntiata a Cyrillo archiepiscopo Alexandrino, sancta synodo clariorem illorum declarationem exigente.*

Omnia, ut scriptum est, *obvia sunt intelligentibus, & recta invenientibus scientiam.* (Prov. 8. secundum Septuaginta.) Etenim qui sacra divinæ scripturæ verba acuto puroque oculo perlegunt, hi quod utile in iis occurrit, veluti divinum quemdam & cælestem thesaurum in animos suos recondunt: qui vero mentem obtinent ad mendacium propensam, nonnullorumque nugacitati mancipatam, ac profanæ scientiæ avidam, illorum socii censebuntur, de quibus beatus Paulus scriptum reliquit: *In quibus Deus hujus sæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat eis illuminatio evangelii gloriæ Christi.* (2. Cor. 4.) *Cæci* enim *sunt, & duces cæcorum:* (Matth. 15.) quare & in perditionis foveas corruunt. Nam, ut Salvator ipse alicubi monet: *Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadent.* (Ibid.) Sunt igitur nonnulli, qui contra veritatis dogmata garriunt, & diabolica pravitate mentem imbutam habentes, veritatis mysterium acri studio adulterare contendunt; nec mediocriter incarnati Unigeniti dispensationem insectantur; *non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant,* (1. Tim. 1.) sicut scriptum est. Hujusmodi autem impietatis inventores extiterunt iam olim & multi quidem alii, nunc vero Nestorius, & qui cum illo sunt, eorum impietati nulla in parte cedentes, ad priscorum Pharisæorum exemplum adversus Christum se erigunt, proterveque vociferantur: *Cur tu, cum homo sis, facis teipsum Deum?* (Ioan. 10.) Erat itaque necessarium ut adversus illorum sermones nos accingeremus, impuraque ac profana illorum dogmata anathematizaremus; memores Dei per vocem prophetæ dicentis: *Audite sacerdotes, & contestamini domui Iacob, dicit dominus omnipotens.* (Amos 3.) Et iterum: *Ingredimini per portas meas, & lapides de via tollite.* (Ierem 7. & 50.) Oportet enim nos, qni pro veritatis dogmate certamus, offendicula e medio submovere, ne qua ratione populi ad illa impingant; sed velut per planam semitam ad sacra illa divinaque atria progrediantur, illud fere per singulas portas ingeminantes: *Hæc est porta domini, justi intrabunt* (Psal. 117.)

in eam

PART III. CAP I.

in eam. Cum itaque Nestorius dogmatum peregrinorum, & impiarum blasphemiarum turbam libris suis inseruisset; non potuimus, salutis eorum qui illa lecturi erant curam habentes, anathematismos non componere: non quidvis promiscue, quod in mentem incidisset, parænericæ epistolæ quam ad illum scripsimus, inserentes, sed (ut modo diximus) germina vesaniæ ipsius, peregrina & a pietatis dogmatibus prorsus aliena esse ostendentes. Ægre fortasse ferunt nonnulli quæ scripsimus; vel quod eorum quæ scripta sunt sensum vere non capiāt, vel certe quod impuræ hæreseos Nestorii propugnatores existant, impietatisque participes sint, ac eadem cum ipso sentiant. At nulli interim ex iis qui recte sapere consueverunt, veritas operta est. Quia vero credibile sit, non deesse quosdam illorum commentis depravatos, qui non assequantur, quomodo, aut qua ratione [anathematismi] illi sint confecti, operæ precium me facturum putavi si singulos breviter exponerem, illorumque vim quanta fieri posset perspicuitate docerem. Opinor enim conatum hunc non parvum lectoribus usum & fructum afferre posse.

Anathematismus I.

Si quis non confitetur Emmanuelem vere Deum esse, & ob id sanctam virginem deiparam; (genuit enim illa incarnatum Dei Patris Verbum secundum carnem) anathema sit.

Declaratio prima.

Beati patres qui Nicææ olim convenerunt, rectæ inculpatæque fidei doctrinam exponentes, in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem se credere professi sunt; & in unum dominum Iesum Christum filium ejus; & in Spiritum sanctum: asserentes, ipsum quod ex Deo Verbum emicuit, per quod omnia facta sunt, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, incarnatum, & hominem esse factum, & passum, & resurrexisse. Etenim cum unigenitum Dei Patris Verbum natura Deus esset, semen Abrahæ, ut beatus Paulus dicit, apprehendit, perindeque ac nos carnis & sanguinis effectum est particeps. Natum est enim secundum carnem ex sancta virgine, & æque ac nos homo factum est, non amittens esse Deum (absit) sed existens quod erat, & in divinitatis natura & gloria permanens. Dicimus igitur ipsum [Dei Verbum] hominem esse factum, nec ob id tamen versum in id quod non erat, non alteratum: idem enim semper est, neque conversionis obumbrationem pati sustinet. Sed neque ullam essentiæ illius cum carne commixtionem, aut confusionem, aut concretionem factam esse statuimus: asserimus autem, Verbum carni anima rationali perfectæ & informatæ, modo quem ipsum solum novit (nostræ enim mentis captum hæc res excedit) unitum esse. Mansit itaque Deus etiam post assumptionem carnis; estque unus Dei & Patris filius dominus noster Iesus Christus, idem & ante omne sæculum & tempus, quatenus Verbum intelligitur, & figura substantiæ ejus, & in novissimis temporibus dispensatoria ratione nostri causa homo factus. Quia vero nonnulli nativitatem illius secundum carnem propter omnium salutem,

Heb. 2.

Iacob. 1.

Heb. 1.

ANNO CHRISTI 431.

A ἐν αὐτῇ. Νεστορίου τοίνυν ξένων τε, καὶ ἀνοσίων δυσφημιῶν ὄχλον τοῖς ἰδίοις ἐνθέντος βιβλίοις, ἀναγκαίως τῆς τῶν ἐντευξομένων αὐτοῖς σωτηρίας φροντίζοντες, συντεθείκαμεν ἀναθεματισμούς, οὐ τὸ εἰς νοῦν ἧκον ἁπλῶς ἐνθέντες τῇ γραφείσῃ πρὸς αὐτὸν παραινετικῇ ἐπιστολῇ, ἀλλ' ὡς ἔφημεν ἀρτίως, ξένα καὶ ἀλλότρια τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων ἀποφαίνοντες τῆς ἐκείνου φρενοβλαβείας τὰ' γεννήματα. ἐπαχθάλλουσι ' ἐξκλή… δὲ τάχα πού τινες τοῖς παρ' ἡμῶν λόγοις, ἢ μὴ ta. συνιόντες ἀληθῶν τῶν γεγραμμένων τὴν δύναμιν, B ἢ τῆς Νεστορίου μιαρᾶς αἱρέσεως ὑπασπισταὶ γεγονότες, καὶ μερίζόμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰ αὐτὰ φρονοῦντες ἐκείνῳ. λανθάνει μὲν οὖν ' οὐδένα τῶν τὰ ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθότων ' ὑδεία τὸ ἀληθές. ἐπειδὴ δὲ εἰκός, ταῖς παρ' ἐκείνου εὑρεσιλογίαις * παρενηνεγμένους μὴ συνιέναι τινάς, πῶς καὶ τίνα τρόπον γεγόνασι, δεῖν ᾠήθην * παρειν… μένα ἕκαστον τῶν ἀναθεματισμῶν ἑρμηνεῦσαι διὰ βραχέων, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν ὡς ἔνι καλῶς, ἀφηγήσασθαι· ἔσται γάρ, ὡς γε οἶμαι, τὸ χρῆμα τοῖς ἐντυγχάνουσιν οὐκ ἀσυντελὲς εἰς ὄνησιν.

Αναθεματισμὸς α'.

C Εἴ τις ' οὐχὶ ὁμολογεῖ, Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν ' ὑχ τὸν Εμμανουὴλ, καὶ διὰ τοῦτο θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον· γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἀνάθεμα ἔστω.

Επίλυσις πρώτη.

Οἱ μακάριοι πατέρες, οἱ κατὰ καιροὺς ἐν τῇ Νικαέων πόλει συναγηγερμένοι, καὶ τὸν τῆς ὀρθῆς καὶ ἀδιαβλήτου πίστεως ὅρον ἐκθέμενοι, πιστεύειν ἔφασαν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ιησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· αὐτὸν λέγοντες τὸν ἐκ Θεοῦ D πεφηνότα λόγον, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὸ φῶς τὸ ἐκ φωτός, τὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ Θεὸν ἀληθινόν, σαρκωθῆναί τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν τε καὶ ἀναστῆναι. Θεὸς γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὁ μονογενὴς τοῦ πατρὸς λόγος, σπέρματος Αβραὰμ ἐπελάβετο, καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, καὶ παραπλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκός· γεγέννηται γὰρ κατὰ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ ἄνθρωπος ' γέγονε καθ' ἡμᾶς, οὐκ ἀπολιθήσας ' πέφυκε τοῦ εἶναι Θεός· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὢν ὅπερ ἦν, καὶ μεμενηκὼς ἐν τῇ τῆς θεότητος φύσει τε καὶ δόξῃ. E φαμὲν οὖν αὐτὸν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, οὐ τροπὴν ὑπομείναντα τὴν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν, οὐκ ἀλλοίωσιν· ἀεὶ γάρ ἐστιν ὁ αὐτός, καὶ τροπῆς ἀποσκίασμα παθεῖν οὐκ ἀνέχεται. ἀλλ' οὐδὲ φυρμόν, ἢ ἀνάχυσιν, ἢ σύγκρασιν τῆς οὐσίας αὐτοῦ πρὸς τὴν σάρκα γεγενῆσθαι διοριζόμεθα· φαμὲν * δὲ * γὰρ σαρκὶ ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν λογικὴν ἑνῶσθαι τὸν λόγον ὑπὲρ νοῦν τε καὶ ἀπορρήτως, καὶ ὡς μόνος οἶδεν αὐτός. οὐκοῦν μεμένηκε Θεὸς καὶ ἐν προσλήψει σαρκός· καὶ ἐστιν εἷς υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστός· ὁ αὐτὸς καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου, καθὸ νοεῖται λόγος καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καὶ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς οἰκονομικῶς ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς γεγονώς. ἐπειδὴ δὲ ἀναιροῦσί τινες τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν αὐτοῦ,

τὴν ἐκ

NNO RISTI 31.

PART. I. CAP. I.

τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένην ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ὅλων, οὐκ εἰς ἀρχὴν τοῦ εἶναι καλοῦσαν αὐτὸν, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ θανάτου καὶ φθορᾶς· γεγονὼς καθ' ἡμᾶς ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ὁ πρῶτος ἡμῖν ἀναθεματισμὸς καταβέβληκε μὲν τῆς ἐκείνων κακοπιστίας, τὸ δὲ ὀρθῶς ἔχον ὁμολογεῖ, Θεὸν εἶναι λέγων κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ· καὶ διὰ τοῦτο θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον.

A qua editus est ex sancta virgine, inficiantur; (quæ nativitas hoc illi non contulit, ut tum primum esse inciperet, sed ut nobis similis factus, a morte & corruptione nos liberaret) propterea primus hic noster anathematismus in perversam illorum fidem invehitur: tum vero quod rectæ fidei est confitetur, Emmanuelem secundum veritatem Deum esse dicens, atque ideo sanctam virginem deiparam.

Ἀναθεματισμὸς δεύτερος.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἡνῶσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἕνα τε εἶναι Χριστὸν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, τὸν αὐτὸν δηλονότι Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον, ἀνάθεμα ἔστω. B

Anathematismus II.

Si quis non confitetur, Dei Patris Verbum carni secundum hypostasim unitum, unumque una cum sua carne esse Christum, eumdem nimirum Deum simul & hominem; anathema sit.

Ἐπίλυσις δευτέρα.

Ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, ὁ τῶν θείων μυστηρίων ἱερουργός· ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Θεὸς ἐν σαρκὶ ἐφανερώθη· ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι· ὤφθη ἀγγέλοις· ἐκηρύχθη ἔθνεσιν· ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ· ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. τί οὖν ἐστι τὸ, ἐφανερώθη ἐν σαρκί; τουτέστι, γέγονε σὰρξ ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, οὐ κατὰ μετάστασιν ἢ τροπὴν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως εἰς σάρκα μεταπεποιημένης, ὡς ἤδη προείπομεν, ἰδίαν δὲ μᾶλλον ποιησάμενος σάρκα τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς χρηματίζων υἱός· πρὸ μὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως ὡς ἄσαρκος C ἔτι λόγος, μετὰ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν *ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν σώματι. ταύτῃ τοί φαμεν τὸν αὐτὸν ὑπάρχειν Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον, οὐ διϊστάντες εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς τε καὶ ἀνὰ μέρος κείμενον τὴν ἐπ' αὐτῷ θεωρίαν, καὶ εἰς Θεὸν λόγον ἰδικῶς, ἵνα μὴ δύο νοῶμεν υἱοὺς, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦντες τὸν αὐτὸν Χριστὸν καὶ υἱὸν καὶ κύριον. τοὺς δὲ μὴ οὕτως ἔχειν ὑπειληφότας, ἤγουν πιστεύειν ἐθέλοντας, διορίζοντας δὲ εἰς υἱοὺς δύο τὸν ἕνα, καὶ διϊστάντας ἀπ' ἀλλήλων τὰ ἡνωμένα κατὰ ἀλήθειαν, φάσκοντας δὲ κατὰ μόνην τὴν ἀξίαν, ἤτοι αὐθεντίαν, ἀνθρώπου γενέσθαι συνάφειαν πρὸς Θεὸν, τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως ἀλλοτρίους εἶναί φαμεν. ὥστε κἂν κεχρίσθαι λέγηται, καὶ εἰς υἱὸν ὡρίσθαι Θεοῦ, οὐκ αἰσχυνόμεθα τὴν οἰκονομίαν. αὐτὸν δέ φαμεν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ὅτε καθ' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, ὠνομάσθαι δὴ τότε καὶ ἀπόστολον, καὶ κεχρίσθαι δὲ μεθ' ἡμῶν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. ὁ γὰρ γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, εἰ καὶ μεμένηκεν ὅπερ ἦν, οὐ παραιτεῖται τὰ ἡμῶν, προσίεται δὲ μᾶλλον ὁμοῦ τοῖς E τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις τὰ ἀνθρώπινα διὰ τὴν οἰκονομίαν, οὐδὲν ἐντεῦθεν εἰς οἰκείαν ἀδικούμενος δόξαν ἢ φύσιν. ἔστι γὰρ ἔτι καὶ οὕτω Θεὸς, καὶ τῶν ὅλων κύριος.

Explanatio secunda.

Divinus Paulus, sacer ille divinorum mysteriorum interpres, ita scribit: *Manifeste magnum est pietatis sacramentum: Deus manifestatus est in carne, justificatus est in spiritu, apparuit angelis, prædicatus est gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria.* 1.Tim. 3. Quid igitur est quod dicit, *Manifestatus est in carne?* hoc est, Dei Patris Verbum caro factum est: non quod secundum propriam naturam conversum aut transmutatum sit in carnem, ut modo dicebamus; sed potius quod carnem ex sancta virgine sumptam, propriam sibi fecerit, unus idemque Filius existens: ante incarnationem quidem tamquam verbum tantum carnis expers; post incarnationem vero idem etiam in corpore. At hinc est, ut eumdem Deum simul & hominem esse dicamus, non divellentes eum in hominem seorsum per se positum, & in Deum Verbum sejunctim per se consideratum, ne duos hac ratione filios intelligamus; sed unum eumdemque Christum & Filium & dominum esse confitentes. Qui autem hoc secus habere existimant, aut non ita volunt credere, sed unum filium in duos dispertiuntur, & quæ re ipsa conjuncta sunt, a se disjungunt; D aiuntque hominem secundum solum dignitatis vel auctoritatis consortium Deo conjunctum esse; eos a recta inculpataque fide alienos dicimus. Quamvis ergo apostolus nominetur, unctusque & Dei filius designatus dicatur; non erubescimus dispensationem. Rom. 1. Affirmamus autem Dei Patris Verbum tunc demum apostolum nominatum, & nobiscum secundum humanitatem inunctum esse, quando similis nobis homo factum est. Qui enim nobis assimilatus est, licet id quod erat manserit, quæ nostra sunt non aversatur: imo vero propter dispensationem ea omnia quæ ad humanam naturam pertinent, cum humanitatis mensuris simul admittit: neque ullum hinc tamen secundum propriam naturam vel gloriam detrimentum capit. Est enim adhuc etiam hoc modo Deus ac dominus omnium.

Ἀναθεματισμὸς γ'.

Εἴ τις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, μόνῃ συνάπτων αὐτὰς συναφείᾳ τῇ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν αὐθεντίαν, ἢ δυναστείαν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον συνόδῳ τῇ καθ' ἕνωσιν *φυσικὴν, ἀνάθεμα ἔστω.

Anathematismus III.

Si quis in uno Christo post unionem dividit hypostases, ipsasque ea tantum conjunctione inter se connectit, quæ est secundum dignitatem, hoc est auctoritatem, vel potestatem, & non eo potius concursu qui est secundum naturalem unionem, anathema sit.

* τὸς ἐν... *[margin, partly cut off]*

* ... τῇ ... ικῇ *[margin, partly cut off]*

Declaratio tertia.

A Incarnati unigeniti dispensatorium mysterium accurrate inquirentes, Dei Patris Verbum admirabili inexplicabilique modo, sancto corpori animam rationis compotem habenti unitum dicimus; atque ita quoque unum esse Filium intelligimus; quemadmodum nimirum & in nobis ipsis cernere licet; Sunt sane anima & corpus naturæ diversæ, at duo hæc inter se conjuncta unum animal constituunt. Verum sunt qui aliter hæc habere opinantur. Statuunt hi nobis hominem seorsum per se, eumque Dei Patris Verbo secundum solam dignitatem, sive auctoritatem conjunctum dicunt; secundum naturalem autem, hoc est, veram unionem, & ut nos credimus, nequaquam. Nam ita etiam divina scriptura dicit: *Et eramus natura filii iræ, sicut & ceteri*, illud, *natura*, sumens pro, Vere. Qui itaque subsistentias post unionem dividunt, & singulas, hoc est, Deum & hominem, separatim ponunt, talemque illarum copulam confingunt, quæ secundum solam dignitatem contingit, illi duos omnino Filios constituunt; cum tamen divina scriptura unum Filium & dominum esse affirmet. Quare post arcanam illam copulam, sive Deum nomines Emmanuelem, incarnatum & inhumanatum Dei Patris Verbum accipimus: sive hominem dixeris nos æque illud ipsum [Dei Verbum,] per dispensationem in mensuras humanitatis demissum agnoscimus. Dicimus itaque ipsum palpabilem factum esse, qui impalpabilis est; & visibilem, qui invisibilis. Non enim alienum erat ab illo corpus, quod sibi univit, quod utique palpabile & visibile dicimus. Eos vero qui ita non credunt, sed subsistentias post unionem, ut modo aiebam, dividunt; eamque nudam ipsarum unionem excogitant, quæ in sola dignitate, sive auctoritate consistit, propositus hic anathematismus ab iis alienos esse judicat, qui quæ recta sunt, sentire consueverunt.

Ephes. 2.

Anathematismus IV.

Si quis duabus personis sive hypostasibus eas voces attribuit, quæ in euangelicis & apostolicis scripturis passim occurrunt; quæve a sanctis de Christo, vel ab ipso quoque Christo de seipso dictæ sunt; & alias quidem homini veluti seorsum a Dei Verbo considerato adscribit; alias vero tamquam Deo convenientes, soli Dei Patris Verbo adaptat; anathema sit.

Declaratio quarta.

Dei Patris Verbum in ejusdem Patris forma & æqualitate existens, non rapinam arbitratum est esse se æquale Deo, ut scriptum est; sed potius seipsum sponte exinanivit, & ad nostra se demisit, non amittens esse quod est, sed magis etiam hoc pacto Deus permanens, & nihil eorum quæ ad humanæ naturæ conditionem pertinent, aspernatus. Sunt itaque illius omnia, non solum divina, verum etiam humana. Qua enim ratione se ipsum exinanivit, si humanæ naturæ partes erubuit; Et si humana aversatus est, quis illum tamquam necessitate aut vi ad hoc impulit, ut nobis similis fieret;

Philipp. 2.

Ἐπίλυσις τρίτη.

Τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ μονογενοῦς πολυπραγμονοῦντες τὸ μυστήριον, παραδόξως τε καὶ ἀπορρήτως ἑνῶσθαί φαμεν ἁγίῳ σώματι ψυχὴν ἔχοντι λογικὴν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον· ἕνα τε καὶ οὕτω νοοῦμεν υἱόν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἔξεστιν ἰδεῖν, ἑτεροφυᾶ μὲν τῷ σώματι τὴν ψυχήν, πλὴν εἰς ἓν ἄμφω ζῶον συντεθειμένα. ἀλλ' οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχειν ὑπονοοῦσί τινες. ἄνθρωπον δὲ διϊστάντες ἡμῖν ἀνὰ μέρος καὶ ἰδικῶς, συνῆφθαί φασιν αὐτὸν τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς φῦντι B λόγῳ κατὰ μόνην τὴν ἀξίαν, ἤγουν τὴν αὐθεντίαν, οὐ καθ' ἕνωσιν φυσικήν, τουτέστιν ἀληθῆ, καὶ καθάπερ ἡμεῖς πιστεύομεν· οὕτω γάρ πού φησι καὶ ἡ θεία γραφή· καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί, τὸ φύσει, ἀντὶ τοῦ, ἀληθῶς, λαμβάνουσα. οἱ διαιροῦντες τοίνυν τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ἀνὰ μέρος τιθέντες ἑκατέραν, τουτέστιν ἄνθρωπον, καὶ Θεόν· ἐπινοοῦντες καὶ συνάφειαν αὐτοῖς τὴν κατά γε μόνην τὴν ἀξίαν, δύο που πάντως ἱστῶσιν υἱούς· καίτοι τῆς θεοπνεύστου C γραφῆς ἕνα λεγούσης υἱὸν καὶ κύριον. ὥστε μετὰ τὴν ἄρρητον ἕνωσιν, κἂν Θεὸν ὀνομάσῃς τὸν Ἐμμανουήλ, σαρκωθέντα τε καὶ ἐνανθρωπήσαντα νοοῦμεν ἡμεῖς τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον· κἂν ἄνθρωπον εἴπῃς, οὐδὲν ἧττον ἐκεῖνον αὐτὸν ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις * καθηγμένον οἰκονομικῶς ἐπιγινώσκομεν. γεγονέναι δέ φαμεν αὐτὸν ἁπτὸν τὸν ἀναφῆ· ὁρατὸν τὸν ἀόρατον. οὐ γὰρ ἦν ἀλλότριον αὐτοῦ τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ σῶμα, ὃ καὶ ἁπτὸν εἶναί φαμεν, καὶ ὁρατόν. τοὺς δὲ μὴ οὕτω πιστεύοντας, διϊστῶντας δέ, ὡς ἔφην, τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ψιλὴν αὐταῖς συνάφειαν ἐπι- D νοοῦντας κατὰ μόνην τὴν ἀξίαν, ἤγουν αὐθεντίαν, ἀλλοτρίους τῶν ὀρθὰ ' φρονούντων ὁ προκείμενος ἀναθεματισμός.

* καθ. οἰκονομικῶς ἐπιγιν. γεγον. φαμὲ τοί. αὐτὸν ' prima vox abest a cod. Seg.

' φρονούντων

Ἀναθεματισμὸς δ'.

Εἴ τις προσώποις δυσίν, ἤγουν ὑποστάσεσι, τάς τε ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς συγγράμμασι διανέμει φωνάς, ἢ ἐπὶ Χριστῷ παρὰ τῶν ἁγίων λεγομένας, ἢ παρ' αὐτοῦ περὶ ἑαυτοῦ· καὶ τὰς μὲν ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσάπτει, τὰς δὲ ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγῳ, ἀνάθεμα ἔστω.

Ἐπίλυσις δ'.

Ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὑπάρχων ὁ ἐξ αὐτοῦ λόγος, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἶσα Θεῷ, καθὼς γέγραπται, καθῆκε δὲ μᾶλλον ἑαυτὸν εἰς ἑκούσιον κένωσιν καὶ καταπεφοίτηκεν ἐθελοντὴς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, οὐ μεθεὶς τὸ εἶναι ὅπερ ἐστί, μεμενηκὼς δὲ μᾶλλον καὶ οὕτω Θεός, καὶ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος οὐκ ἀτιμάσας μέτρον. πάντα τοίνυν αὐτοῦ τὰ θεοπρεπῆ, καὶ ἀνθρώπινα. ποῦ γὰρ ἔτι κεκένωκεν ἑαυτόν, εἰ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις ' ἐπερυθριᾷ; καὶ εἰ ' παρῃτεῖτο τὰ ἀνθρώπινα, τίς ὁ * καταθήσας αὐτὸν ὡς ἐξ ἀνάγκης καὶ βίας εἰς τὸ γενέσθαι κατὰ ἡμᾶς;

' ἐπηρυθριᾷ ' παραιτεῖται * καταβιβάσας, κάτω θήσας

πάσας

πάσας τοίνυν τὰς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φωνὰς, τάς τε ἀνθρωπίνας καὶ μὴν δὲ τὰς θεοπρεπεῖς, ἑνὶ προσώπῳ προσάπτομεν. ἐπειδὴ δὲ ἕνα πιστεύομεν υἱὸν εἶναι Χριστὸν Ἰησοῦν, τουτέστιν ἐνανθρωπήσαντά τε καὶ σεσαρκωμένον τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον. ὥστε κἂν λέγῃ τι τῶν ἀνθρωπίνων, τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ μέτροις καταλογιούμεθα τὰ ἀνθρώπινα, αὐτοῦ γὰρ πάλιν δὲ τὸ ἀνθρώπινον· κἂν ὡς Θεὸς διαλέγηται, Θεὸν εἶναι πιστεύοντες τὸν ἐνανθρωπήσαντα, πάλιν ὡς ἑνὶ Χριστῷ δὲ υἱῷ τὰς ὑπὲρ ἀνθρώπου φύσιν προσνεμοῦμεν φωνάς. οἱ δὲ διϊστάντες εἰς δύο πρόσωπα, δύο που πάντως ἐπινοοῦσιν υἱούς. ὥσπερ γὰρ τὸν καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον οὐκ εἰς δύο πρόσωπα διαιρεῖσθαι θέμις, κἂν ἐκ ψυχῆς νοοῖτο καὶ σώματος, ἀλλ' εἷς ἐστι δὲ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος, οὕτω δὲ ἐπὶ τοῦ Ἐμμανουήλ. ἐπειδὴ γάρ ἐστιν εἷς υἱὸς δὲ κύριος ὁ σεσαρκωμένος δὲ ἐνανθρωπήσας τοῦ Θεοῦ λόγος, ἓν αὐτοῦ πάντως ἐστὶ καὶ πρόσωπον· δὲ αὐτῷ προσνεμοῦμεν τά τε ἀνθρώπινα διὰ τὴν οἰκονομίαν τὴν μετὰ σαρκὸς, δὲ μὴν καὶ τὰ θεῖα διὰ τὴν ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἀπόρρητον γέννησιν. οἱ δὲ διϊστῶντες καὶ ἀπομερίζοντες εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς, ὡς ἕτερον ὄντα υἱὸν παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, καὶ εἰς Θεὸν ἰδικῶς, ὡς ἕτερον ὄντα υἱὸν, δύο λέγοντες υἱοὺς, ὑποφέρονται δικαίως τῇ δυνάμει τοῦ προκειμένου ἀναθεματισμοῦ.

Ἀναθεματισμὸς ε'.

Εἴ τις τολμᾷ λέγειν θεοφόρον ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν, καὶ υἱὸν ἕνα καὶ φύσει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, δὲ κεκοινώνηκε παραπλησίως ἡμῖν αἵματος καὶ σαρκός· ἀνάθεμα ἔστω.

Ἐπίλυσις ε'.

Σάρκα γενέσθαι φησὶν ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, οὐ κατὰ μετάστασιν ἢ τροπὴν τῆς ἰδίας φύσεως εἰς σάρκα μεταπεποιημένον, καθάπερ ἤδη προείπομεν, ἔχει γὰρ τὸ ἀναλλοίωτον ὡς Θεὸς, ἀλλ' ὅτι κεκοινώνηκεν ἡμῖν παραπλησίως αἵματος καὶ σαρκὸς, δὲ γέγονεν ἄνθρωπος· ἔθος γὰρ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ σάρκα τὸν ἄνθρωπον ὀνομάζειν· γέγραπται γάρ. ὅτι ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' οἱ τῶν ἀνοσίων δογμάτων εὑρεταὶ, Νεστόριός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἤτοι τὰ αὐτὰ φρονοῦντες ἐκείνῳ, ὑποκρίνονται μὲν ὁμολογεῖν τὴν τοῦ σεσαρκῶσθαι φωνήν. οὐ μὴν ὅτε καὶ σαρκωθῆναί φασι κατὰ ἀλήθειαν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, τουτέστιν ἄνθρωπον γενέσθαι καθ' ἡμᾶς, μετὰ τοῦ μεῖναι ὃ ἦν. ἀλλὰ γὰρ ὡς εἰς ἄνθρωπον τῶν ἁγίων ἕνα τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένον κατοικῆσαι διϊσχυρίζονται τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ λόγον· ἵνα μηκέτι Χριστὸς εἷς ὁμολογῆται καὶ υἱὸς, δὲ κύριος, καὶ προσκυνητὸς, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος ἰδικῶς καὶ κατὰ μόνας νοούμενος, μόνῃ συναφείᾳ τῇ κατὰ τὴν ἑνότητα τῆς ἀξίας τετιμημένος συμπροσκυνῆται, δὲ συνδοξάζηται. κατοικεῖ * γὰρ ἐν ἡμῖν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ γοῦν πάλαι μὲν ἔφασκε δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, δὲ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς Θεὸς, δὲ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.

Omnes itaque euangelii voces, sive illæ humanum quid sonant, sive divinum, uni personæ tribuimus: nam & Christum Iesum, hoc est inhumanatum & incarnatum Dei Verbum, unum filium esse credimus. Quare si quid humanum prædicat, hoc ad humanitatis ejus conditionem transferemus; (est enim illius & ipsa quoque humanitas) si vero loquatur ut Deus, uni rursum Christo & Filio assignabimus voces supra naturam hominis, Deum inhumanatum illum esse credentes. Qui vero illum in duas personas dividunt, necessario duos quoque filios confingunt. Sicut enim homo ex nobis quilibet, licet ex anima & corpore constitutus intelligatur, non geminus, sed unus & idem homo est: ita de Emmanuele quoque nobis cogitandum est. Quia namque Dei Verbum incarnatum & homo factum, unus est filius & dominus, una etiam omnino est ipsius persona: eique tribuemus & humana propter illius cum carne dispensationem, & divina propter inexplicabilem ejusdem ex Patre generationem. Ceterum qui illum in hominem separatim dividunt, tamquam qui alius a Dei Verbo sit Filius, & in Deum seorsum, tamquam qui alius sit filius, duos filios asserentes propositi anathematismi virtuti merito subduntur.

Anathematismus V.

Si quis dicere audet Christum hominem deiferum, ac non potius verum Deum esse, utpote unicum ac naturalem filium; quatenus nimirum Verbum caro factum, carni & sanguini perinde ac nos communicavit; anathema sit.

Declaratio quinta.

Verbum Dei carnem esse factum, dicit magnus ille euangelista Ioannes: non quod propria natura transmutata, aut conversa in carnem transierit, sicut jam ante expositum est, (expers enim mutationis est ut Deus) sed quia æque ac nos, carnis & sanguinis particeps, & homo effectum est. Sacra enim scriptura hominem suo more carnem appellat. scriptum est enim: *Quia videbit omnis caro salutare Dei.* Sed impiorum dogmatum inventores, Nestorius, & qui illum sectantur, aut eadem cum illo sapiunt, incarnationis quidem vocem confiteri se simulant, attamen Dei Verbum secundum veritatem incarnatum, hoc est, manendo quod erat, hominem nostri similem factum esse negant. Affirmant autem, unigenitum Dei Verbum in homine ex sancta virgine nato perinde ac in uno aliquo ex sanctis inhabitasse, ita ut jam non oporteat confiteri quod unus sit Christus & Filius & dominus & adorandus; sed tamquam homo per se & separatim intellectus, ob solam copulationem in unione dignitatis honoratus, simul adoretur, & conglorificetur. Habitat quidem in nobis omnium Deus per Spiritum sanctum. Dixit enim jamdudum per unum e sanctis prophetis: *Quoniam inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus.*

Part. III. Cap. I.

Ioan. 1.

Luc. 3.

2. Cor. 6. ex Levit. 26.

PART. III. CAP. I. Scribit & beatus Paulus quoque : *Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Et ipse Christus de sanctis
1. Cor. 3. suis prophetis, sive de sanctis qui antecesserant, ait : *Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est; quem Pater sanctificavit,*
Ioan. 10. *& misit in mundum, vos dicitis, Quia blasphemas; quia dixit: Filius Dei sum?* Sed non ita Deus in Christo habitat, sicut in nobis. Erat enim natura Deus, nobis similis factus, unusque ac solus Filius, etiam cum caro factus est. Quicumque igitur deiferum hominem eum esse dicere audent, ac non potius Deum hominem factum, necessario in propositum anathematismum incidunt.

Anathematismus VI.

Si quis Dei Patris Verbum, Christi Deum vel dominum esse dixerit; & non potius Deum simul & hominem eumdem confessus fuerit, prout Verbum caro factum est, secundum scripturas; anathema sit.

Declaratio sexta.

Dominus noster Iesus Christus unus & solus & secundum veritatem Dei Patris Filius, Verbum caro factum est, & una cum genitore suo omnibus dominatur : ipsique *flectitur omne genu, cælestium, terrestrium, &*
Philipp. 2. *infernorum; & omnis lingua confitetur, quia dominus Iesus Christus in gloriam Dei Patris.* Idem itaque quatenus intelligitur & est Deus; licet post inhumanationem carnis expers non sit, universorum dominus est : at vero sui ipsius nec Deus, nec dominus est. hoc enim absurdissimum est, imo potius omni impietate vere plenum, si ita sentias, aut dicas. Merito proinde contra hoc ipsum præsens anathematismus statuitur.

Anathematismus VII.

Si quis Iesum tamquam hominem a Dei Verbo operante motum habuisse, unigenitique gloriam illi, tamquam alteri cuipiam ab ipso Verbo, advenisse dixerit, anathema sit.

Declaratio septima.

Cum beatus Gabriel unigeniti Filii Dei generationem secundum carnem sanctæ virgini annuntiaret : *Paries*, aiebat, *filium; &*
Luc. 1. *vocabis nomen ejus Iesum. Ipse enim salvum*
Matth. 1. *faciet populum suum a peccatis eorum.* Nominatus autem & Christus est, propterea quod secundum humanam naturam nobiscum unctus est, juxta illud Psalmistæ : *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem : pro-*
Psalm. 44. *pterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ consortibus tuis.* Quamvis enim ille
Ioan. 3. Spiritum sanctum largiatur, neque ad mensuram his qui digni sunt, eum largiatur, (est enim plenus, *& de plenitudine*
Ioan. 1. *ejus nos omnes accepimus*, sicut scriptum est;) attamen ut homo est, dispensatorie junctus dicitur, spiritaliter, & non humano more, devolante super ipsum Spiritu sancto, ut maneat in nobis etiam, a quibus propter Adæ transgressionem initio recesserat. Ipsum itaque unigenitum Dei Verbum incarnatum Christus appellatum est : & cum propriam potentiam habeat Deo dignam, miranda operatum est.

γράφει δὲ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; ἔφη δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς περὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν, ἤτοι τῶν προγεγονότων ἁγίων· εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, ὅτι βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον· υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἰμί; ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ἐν ἡμῖν οἰκεῖ Θεὸς, οὕτω καὶ ἐν Χριστῷ· Θεὸς γὰρ φύσει ἦν, πεφηνὼς καθ' ἡμᾶς, εἷς τε καὶ μόνος υἱὸς καὶ ὅτε γέγονε σάρξ. οἱ τοίνυν τολμῶντες λέγειν θεοφόρον ἄνθρωπον ὑπάρχειν αὐτὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν, ὑποπίπτουσιν ἀναγκαίως τῷ προκειμένῳ ἀναθεματισμῷ.

Αναθεματισμὸς ς'.

Εἴ τις Θεὸν ἢ δεσπότην εἶναι λέγει τοῦ Χριστοῦ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ ὁμοῦ τε Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, ὡς γεγονότος σαρκὸς τοῦ λόγου κατὰ τὰς γραφάς· ἀνάθεμα ἔστω.

Επίλυσις ς'.

Ο κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς, ὁ εἷς τε καὶ μόνος, καὶ κατὰ ἀλήθειαν υἱὸς ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, γέγονε σὰρξ ὁ λόγος· καὶ * συγκατάρχει τῶν ὅλων ὁμοῦ τῷ ἰδίῳ γεννήτορι. κάμπτει τε αὐτῷ πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ ἐξομολογεῖται πᾶσα γλῶσσα, ὅτι κύριος Ιησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός. ἔστι τοίνυν ὁ αὐτὸς μὲν τῶν ὅλων κύριος, καθὸ νοεῖται καὶ ἔστι Θεὸς, εἰ καὶ μὴ δίχα σαρκὸς μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν. αὐτὸς δὲ ἑαυτοῦ οὔτε Θεὸς, οὔτε δεσπότης· καὶ γάρ ἐστι τῶν ἀτοπωτάτων, μᾶλλον δὲ δυσσεβείας ἁπάσης ἐπίμεστον ἀληθῶς, τὸ οὕτω φρονεῖν ἢ λέγειν· εἰκότως οὖν ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ γέγονεν ὁ προκείμενος ἀναθεματισμός.

* συνάρχει

Αναθεματισμὸς ζ'.

Εἴ τις φησὶν ὡς ἄνθρωπον ἐνηργῆσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λόγου τὸν Ιησοῦν, καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς εὐδοξίαν περιῆφθαι ὡς ἑτέρῳ παρ' αὐτὸν ὑπάρχοντι, ἀνάθεμα ἔστω.

Επίλυσις ζ'.

Οτε τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ μονογενοῦς εὐηγγελίζετο τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ ὁ μακάριος Γαβριήλ· τέξῃ, φησὶν, υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ιησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. ὠνόμασται δὲ καὶ Χριστὸς, διὰ τὸ κεχρῖσθαι μεθ' ἡμῶν ἀνθρωπίνως, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν· ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. καίτοι γὰρ ὑπάρχων αὐτὸς τοῦ ἁγίου πνεύματος χορηγὸς, καὶ οὐκ ἐκ μέτρου διδοὺς τοῖς ἀξίοις αὐτὸ, πλήρης γάρ ἐστι, καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οἰκονομικῶς ὡς ἄνθρωπος κεχρῖσθαι λέγεται, νοητῶς καὶ οὐκ ἀνθρωπίνως καταπτάντος ἐπ' αὐτὸν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἵνα καὶ ἐν ἡμῖν καταμείνῃ· καίτοι διὰ τὴν ἐκ Αδὰμ παράβασιν ἀποφοιτῆσαν ἐν ἀρχαῖς. αὐτὸς οὖν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος σὰρξ γενόμενος, κέκληται Χριστός· καὶ τὴν Θεῷ πρέπουσαν δύναμιν ἰδίαν ἔχων, εἰργάζετο παράδοξα.

οἱ τοίνυν

ANNO CHRISTI 431.

οἱ τοίνυν λέγοντες τῇ Χριστοῦ δυναστείᾳ τὴν τοῦ μονογενοῦς εὐδοξίαν προσειλῆφθαι, ὡς ὄντος ἑτέρου τοῦ μονογενοῦς παρὰ τὸν Χριστὸν, δύο φρονοῦσιν υἱούς· καὶ τὸν μὲν ἐνεργοῦντα, τὸν δὲ ἐνεργούμενον, ὡς ἄνθρωπον ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς· ταύτῃ τοι καὶ ὑποφέρονται τῇ δυνάμει τοῦ ἀναθεματισμοῦ.

Qui ergo Christi potentiæ unigeniti gloriam accessisse dicunt, quasi unigenitus alter sit a Christo, duos Filios esse sentiunt; alterum quidem operantem; alterum vero alterius vi, tamquam hominem nobis similem, impulsum; & in hujus anathematismi pœnam incidunt.

Ἀναθεματισμὸς η'.

Εἴ τις τολμᾷ λέγειν τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον συμπροσκυνεῖσθαι δεῖν τῷ Θεῷ λόγῳ, καὶ συνδοξάζεσθαι, καὶ * συγχρηματίζειν Θεὸν, ὡς ἕτερον ἑτέρῳ· τὸ γὰρ, σὺν, ἀεὶ προστιθέμενον τοῦτο νοεῖν ἀναγκάσει· καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον μιᾷ προσκυνήσει τιμᾷ τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ μίαν αὐτῷ τὴν δοξολογίαν συνάπτει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος· ἀνάθεμα ἔστω.

Anathematismus VIII.

Si quis dicere audet, hominem assumptum una cum Dei Verbo adorandum, & conglorificandum, & Deum, tamquam alterum cum altero, connominandum esse (hunc enim intellectum particula, Cum, adjecta, perpetuo ac necessario affert) & non potius una adoratione Emmanuelem honorat, unamque illi glorificationem attribuit, quatenus Verbum factum est caro; anathema sit.

Ἐπίλυσις η'.

Εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς ἕνα υἱὸν, καὶ μὴν καὶ εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον βεβαπτίσμεθα· εἶτα, φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος, οὐκ οἴδατε, ὅτι ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν; συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος αὐτοῦ εἰς τὸν θάνατον. ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν. πεπιστεύκαμεν τοίνυν, καὶ βεβαπτίσμεθα εἰς ἕνα, καθάπερ ἔφην, υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τουτέστι, σεσαρκωμένον τε καὶ ἐνανθρωπήσαντα τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἕνα τε ὄντα * Θεὸν προσκυνεῖν δεδιδάγμεθα, καὶ μεθ' ἡμῶν αἱ ἄνω δυνάμεις· γέγραπται γάρ· ὅταν δὲ προσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτὸν πάντες ἄγγελοι Θεοῦ· γέγονε δὲ πρωτότοκος ὁ μονογενὴς, ὅτι καὶ ἄνθρωπος πέφηνε καθ' ἡμᾶς· τότε γὰρ καὶ ἀδελφὸς κεχρημάτικε τῶν ἀγαπώντων αὐτόν. εἴ τις τοίνυν * συμπροσκυνεῖσθαί φησιν ὡς ἄνθρωπον ἰδικῶς * ἑτέρῳ παρ' αὐτὸν ὑπάρχοντι τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγῳ, καὶ οὐχὶ καθ' ἕνωσιν ἀληθῆ συνενεγκὼν εἰς ἕνα Χριστὸν, καὶ υἱὸν, καὶ κύριον, μιᾷ προσκυνήσει τιμᾷ, ὑποφέρεται δικαίως τῇ δυνάμει τοῦ ἀναθεματισμοῦ.

Declaratio octava.

Baptizati sumus in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum Filium, & in unum quoque Spiritum sanctum. *An ignoratis, fratres,* (ait beatus Paulus) *quia quicumque in Christum Iesum baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus? Consepulti ergo sumus cum illo per baptismum in mortem; ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.* Credidimus itaque, & baptizati sumus in unum, ut dixi, Filium dominum nostrum Iesum Christum, hoc est, incarnatum, hominemque factum Dei Patris Verbum; unumque existentem & Deum adorare edocti sumus, ac supernæ virtutes nobiscum. Scriptum est enim: *Cum autem introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei.* Factus est autem Vnigenitus primogenitus, quando homo nobis similis apparuit. tunc enim illorum quoque frater appellatus est qui illum diligunt. Si quis ergo illum simul adorari dicit, tamquam hominem seorsum, cum Dei Patris Verbo tamquam altero ab ipso, & non secundum veram unionem conjungens in unum Christum & Filium & dominum, una adoratione honorat, juste virtuti hujus anathematismi subjicitur.

Rom. 6.
Hebr. 1.
Psal. 96.

Ἀναθεματισμὸς θ'.

Εἴ τίς φησι, τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν δεδοξάσθαι παρὰ τοῦ πνεύματος, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ χρώμενον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβόντα τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, καὶ τὸ πληροῦν εἰς ἀνθρώπους τὰς θεοσημίας, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἴδιον αὐτοῦ τὸ πνεῦμά φησι, δι' οὗ καὶ ἐνήργησε τὰς θεοσημίας, ἀνάθεμα ἔστω.

Anathematismus IX.

Si quis unum dominum Iesum Christum a spiritu clarificatum dixerit, propria virtute ipsius, tamquam aliena utentem; ac vim & efficaciam ab eodem accepisse, qua contra immundos spiritus operaretur, & divina inter homines miracula patraret, ac non potius ipsum Spiritum, per quem divina signa edidit illius proprium esse confessus fuerit; anathema sit.

Ἐπίλυσις θ'.

Ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀπομεμένηκε καὶ οὕτω Θεὸς, πάντα ὑπάρχων ὅσα καὶ ὁ πατὴρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατήρ· καὶ ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον, εἰργάζετο τὰς θεοσημίας· ὥστε καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς, ἐπιμεμένηκε καὶ οὕτω Θεός· ὥστε ἰδίᾳ δυνάμει τῇ διὰ τοῦ πνεύματος ἐπλήρου τὰ θαύματα. οἱ δὲ λέγοντες, ὡς ἄνθρωπον ἕνα τὸν καθ' ἡμᾶς, ἤγουν τῶν ἁγίων, δεδοξάσθαι αὐτὸν τῇ διὰ τοῦ πνεύματος ἐνεργείᾳ, οὐχ ὡς ἰδίᾳ μᾶλλον, ἀλλ' ὡς ἀλλοτρίᾳ καὶ οὐ θεοπρεπεῖ χρω-

Declaratio nona.

Etsi unigenitum Dei Verbum homo factum est, mansit tamen Deus omnia præter solam paternitatem cum Patre communia habens: Spiritumque sanctum, qui ex ipso est, ipsique essentialiter inest, proprium habens, divinæ potentiæ signa operabatur. Quare posteaquam homo factum est, Deus etiam sic permansit; atque ita propria per Spiritum virtute miracula patrabat. Qui vero dicunt, illum, tamquam unum quempiam e nobis, hoc est e sancti Spiritus operatione clarificatum, eaque non ut propria, sed tamquam aliena, & quæ Deum non de-

ceat, usum, nec non quasi Spiritus gratia ad cælos esse assumptum: illi merito anathematismi hujus virtuti subjacebunt.

Anathematismus X.

Hebr. 3. Ephes. 5. Confessionis nostræ pontificem & apostolum factum esse Christum, scriptura divina docet: obtulisse quoque semetipsum pro nobis Deo & Patri in odorem suavitatis. Si quis ergo dixerit, pontificem & apostolum nostrum non esse ipsum Dei Verbum, posteaquam caro & homo nobis similis factum est; sed hominem illum qui ex muliere natus est, quasi alterum quempiam ab ipso diversum: aut si quis Christum pro seipso quoque, & non potius pro nobis solis sacrificium obtulisse dixerit (neque enim oblatione egebat, qui peccatum non novit) anathema sit.

Declaratio decima.

Exigua sane sunt Verbo, quod ex Deo Patre ortum est, quæ humana sunt; attamen propter dispensationem non rejicienda. Cum enim secundum naturam universorum dominus esset, servili forma accepta, in ea quæ nostra sunt, semetipsum demisit: appellatusque est noster pontifex & apostolus, humanæ naturæ conditionibus ad hoc etiam ipsum vocantibus. *Obtulit autem semetipsum pro nobis Deo Patri in odorem suavitatis. Una quippe oblatione consummavit sanctificatos in sempiternum*, sicut scriptum est. (Ibid. Hebr. 10.) At nescio quomodo qui secus sentiunt, non ipsum Dei Verbum hominem factum extitisse, & apostolum ac pontificem confessionis nostræ, sed quasi diversum quempiam ab ipso hominem seorsum e sancta Virgine natum, & apostolum ac pontificem vocatum fuisse contendunt; & proficiendo ad hoc evectum esse: nec pro nobis solis semetipsum Deo & Patri in sacrificium obtulisse, sed etiam pro seipso: id quod a recta inculpataque fide omnino est alienum. peccatum enim non fecerat. Qui autem delicto superior, peccatique prorsus expers erat, oblatione pro se nullo pacto opus habebat. Quoniam vero qui contra sentiunt, duos rursus Filios absurde comminiscuntur, operæ precium fuit, ut hic quoque anathematismus assignaretur, qui impietatem illorum perspicuam redderet.

Anathematismus XI.

Si quis domini carnem vivificam, ipsiusque Verbi quod ex Deo Patre est, propriam esse negaverit, sed veluti alterius cujuspiam ipsi Verbo secundum dignitatem conjuncti, hoc est, ut divinam tantum inhabitationem sortiti, ac non potius vivificam esse dixerit, ut modo meminimus, eo quod Verbi, quod omnia vivificare potest, facta sit propria; anathema sit.

Declaratio undecima.

Sanctum ac vivificum incruentumque in ecclesiis sacrificium peragimus; corpus quod proponitur, similiter & preciosum sanguinem, non communis, nobisque similis hominis cujuspiam esse credentes, sed potius tamquam proprium corpus effectum, & sanguinem etiam Verbi, quod omnia vivificat, accipientes. Siquidem communis caro vivificare non potest. Et hoc Salvator ipse testatum facit, (Ioan. 6.) *Caro*, inquiens, *non prodest quidquam; spiritus est qui vivificat.* Quia enim caro Verbi facta est propria, ob id intelligitur & est

μένον, καὶ ὡς ἐν χάριτος μέρει λαβεῖν παρὰ τοῦ πνεύματος τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν· ὑποκείσονται δικαίως τῇ δυνάμει τοῦ ἀναθεματισμοῦ. ANN. CHRIS. 431.

Ἀναθεματισμὸς ι'.

Ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γεγενῆσθαι Χριστὸν ἡ θεία λέγει γραφή· προσενηνοχέναι δὲ ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρί. εἴ τις τοίνυν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγενῆσθαί φησιν οὐκ αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ὅτε γέγονε σὰρξ, καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν, ἰδικῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικός· ἢ εἴ τις λέγει * ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενεγκεῖν αὐτὸν τὴν προσφορὰν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὑπὲρ μόνων ἡμῶν· οὐ γὰρ ἂν ἐδεήθη προσφορᾶς ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν· ἀνάθεμα ἔστω. (* ἢ ὑπὲρ)

Ἐπίλυσις ι'.

Σμικρὰ μὲν ὁμολογουμένως τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς φύντι λόγῳ τὰ ἀνθρώπινα, πλὴν ἀλλ' οὐκ ἀπόβλητα διὰ τὴν οἰκονομίαν. κύριος γὰρ ὢν τῶν ὅλων κατὰ φύσιν, καθῆκεν ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, μορφὴν δούλου λαβών· καὶ κεχρημάτικεν ἡμῶν καὶ ἀρχιερεὺς καὶ ἀπόστολος, τῶν τῆς ἀνθρωπότητος μέτρων καὶ εἰς τοῦτο καλούντων αὐτόν· προσενήνοχε δὲ ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρί· μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκε τοὺς ἁγιαζομένους εἰς τὸ διηνεκὲς, καθὰ γέγραπται. ἀλλ' οὐκ 'οἶδ' ὅπως οἱ ἑτερόφρονες οὐκ αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον ἄνθρωπον γεγονότα διϊσχυρίζονται χρηματίσαι τε καὶ ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, ἀλλ' ὡς ἕτερόν τινα παρ' αὐτὸν ἄνθρωπον ἰδικῶς, τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένον φασὶ χρηματίσαι καὶ ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα, καὶ κατὰ προκοπὴν εἰς τοῦτο ἐληλυθέναι, καὶ οὐχ ὑπέρ γε 'μόνων ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενεγκεῖν ἑαυτὸν εἰς θυσίαν τῷ Θεῷ καὶ πατρί· ὅπερ ἐστὶ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως ἀλλότριον παντελῶς· οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν· ὁ δὲ κρείττων ὢν τοῦ πλημμελεῖν, καὶ ἀμοιρήσας ἁμαρτίας παντελῶς, οὐκ ἂν ἐδεήθη θυσίας τῆς ὑπὲρ ἑαυτοῦ. ἐπειδὴ δὲ τὸ εἰκὸς παρορθούμενοι, δύο δὴ πάλιν υἱοὺς ἐπινοοῦσιν οἱ ἑτερόφρονες, ἀναγκαίως γέγονεν ὁ ἀναθεματισμὸς, ἐμφανῆ καθιστῶν τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν. ('οἶδα πῶς; 'μᾶλλον ἡμῶν, ἢ ἑαυτοῦ τοῦ προσενεγκεῖν.)

Ἀναθεματισμὸς ια'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ κυρίου σάρκα ζωοποιὸν εἶναι, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγου, ἀλλ' ὡς ἑτέρου τινὸς παρ' αὐτὸν, συνημμένου μὲν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν ὡς * μόνην ἐνοίκησιν ἐσχηκότος, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ζωοποιὸν, ὡς ἔφημεν, ὅτι γέγονεν 'ἰδία τοῦ λόγου τοῦ τὰ πάντα ζωοποιεῖν ἰσχύοντος· ἀνάθεμα ἔστω. (* μόνην θείαν ἐνοίκησιν; 'ἰδία)

Ἐπίλυσις ια'.

Τὴν ἁγίαν, καὶ ζωοποιὸν, καὶ ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν, οὐχ ἑνὸς τῶν καθ' ἡμᾶς, καὶ ἀνθρώπου κοινοῦ σῶμα εἶναι πιστεύοντες τὸ προκείμενον, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ τίμιον αἷμα, δεχόμενοι δὲ μᾶλλον ὡς ἴδιον σῶμα γεγονὸς, καὶ μέντοι καὶ αἷμα τοῦ τὰ πάντα 'ζωογονοῦντος λόγου. κοινὴ γὰρ σὰρξ ζωοποιεῖν οὐ δύναται. καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ὁ σωτὴρ, λέγων· ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν· τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν. ἐπειδὴ γὰρ 'ἰδία γέγονε τοῦ λόγου, ταύτῃ τοι νοεῖται καὶ ἔστι ζωοποιὸς, ('ζωοποιοῦντος; 'ἰδία)

A ζωοποιὸς, καθά φησιν αὐτὸς ὁ σωτήρ· καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα, καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται δι' ἐμέ. ἐπειδὴ δὲ Νεστόριος καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες παραλύουσιν ἀμαθῶς τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν, ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως γέγονεν ὁ ἀναθεματισμός.

Ἀναθεματισμὸς ιβ'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονό[τα] δὲ πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν, καθὸ ζωή ἐστι καὶ ζωοποιὸς ὡς Θεὸς, ἀνάθεμα ἔστω.

Ἐπίλυσις ιβ'.

B Ἀπαθὴς μὲν καὶ ἀθάνατος ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἐστι λόγος, * ὡς ἀνωτέρω γὰρ τοῦ πάσχειν ἡ θεία τε καὶ ἀκήρατός ἐστι φύσις· καὶ αὕτη πάντα ζωοποιεῖ, καὶ φθορᾶς ἀμείνων ἐστὶ, καὶ παντὸς τοῦ λυπεῖν εἰωθότος, ἀλλὰ καίτοι ταῦτα οὐσιωδῶς ὑπάρχων ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος; ἰδίαν ἐποιήσατο σάρκα τὴν τοῦ θανάτου δεκτικὴν, ἵνα τῷ πάσχειν εἰωθότι τὰ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ δι' ἡμᾶς εἰς ἑαυτὸν ἀναλαβὼν πάθη, πάντας ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ καὶ θανάτου καὶ φθορᾶς, ζωοποιήσας ὡς Θεὸς τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα, καὶ ἀπαρχὴ γεγονὼς τῶν κεκοιμημένων, καὶ C πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν· οὐ γὰρ ἄνθρωπος ἦν κοινὸς, ἰδίᾳ τε, καὶ ἀνὰ μέρος νοούμενος παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ὁ δι' ἡμᾶς τὸν τίμιον ὑπομείνας σταυρὸν, καὶ θανάτου γευσάμενος· ἀλλ' αὐτὸς ὁ τῆς δόξης κύριος, σαρκὶ πέπονθε κατὰ τὰς γραφάς. ἐπειδὴ δὲ οἱ τὰ κενὰ καὶ * δυσσεβῆ δόγματα τῇ ὀρθῇ καὶ ἀμωμήτῳ πίστει παρεισκρίνειν ἐθέλοντες, ἄνθρωπόν φασι κοινὸν ὑπομεῖναι τὸν ὑπὲρ ἡμῶν σταυρὸν, γέγονεν ἀναγκαῖος ὁ ἀναθεματισμὸς, τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀσεβείας ἐμφανίζων τὸ μέγεθος.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Ἀλεξανδρείας ἀπολογητικὸς ὑπὲρ τῶν δώδεκα κεφαλαίων, πρὸς τοὺς τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους. D

Οἱ τῷ παναγίῳ Θεῷ τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν παραστήσαντες, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασι συνειπεῖν ᾑρημένοι, παραιτοῦνται μὲν τὰς βεβήλους * κενοφωνίας τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν, ἐρείσαντες δὲ τὸν ἔσω καὶ κατακεκρυμμένον ὀφθαλμὸν τῆς καρδίας τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, οὕτω τε αὐτὸν πλουσ[ίω]ς ἀναμεστώσαντες ἐννοιῶν ἀγαθῶν, τοῖς τὰ ὀρθὰ διαστρέφουσιν ἀντανίστανται καὶ μάλα νεανικῶς, μονονουχὶ λέγοντες· ζηλοῦντες ἐζηλώκαμεν τῷ κυρίῳ. E Νεστορίου τοίνυν πολλάς τε καὶ διαφόρους καταχέοντος βλασφημίας τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ οἷον ἐκ βάθρων ἀναμοχλεύοντος τὸ σεπτὸν καὶ μέγα τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, οὐκ ἀκίνδυνον εἰδότες τὸ ἐπί γε τούτοις ἑλέσθαι σιγᾷν, συμβουλεύσαντές τε πλειστάκις αὐτῷ τῶν τοιούτων ἀπέχεσθαι δυσφημιῶν, ὀνήσαντες δὲ παντελῶς οὐδὲν, κεχωρήκαμεν ἀναγκαίως ἐπὶ τὸ χρῆναι συναθλεῖν τοῖς τῆς εὐσεβείας δόγμασιν. ἀπολεξάμενοι δὲ κεφάλαιά τινα τῶν ἐκείνου δυσφημιῶν, ταῦτα χρησίμως ἀνεθεματίσαμεν, ἤτοι τοὺς φρονεῖν ἐθέλοντας αὐτὰ, πειθόμενοι λέγοντι τῷ μακαρίῳ Παύλῳ· εἴ τις

A vivifica, quemadmodum ipse salvator ait: *Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse vivet propter me.* Cum itaque Nestorius, & qui cum illo sentiunt, mysterii hujus virtutem temere dissolvant; propterea, & id quidem admodum convenienter, editus est hic anathematismus. D'ART III. CAP. II. Ibid.

Anathematismus XII.

Si quis non confitetur, Dei Verbum carne passum & crucifixum esse, mortemque carne gustasse; necnon primogenitum ex mortuis factum esse; quatenus nimirum ut Deus vita & vivificans est; anathema sit. Coloss. 1.

Declaratio duodecima.

Impatibile & immortale est Dei Patris Verbum. altior est enim divina illa & incorruptibilis natura, quam quæ aliquid pati possit, eaque omnia vivificat: quinetiam interitum, & quidquid tristitiam afferre solet, longe exuperat. Verum licet secundum essentiam hoc sit Dei Patris Verbum; nihilo minus carnem, quæ mori posset, sibi propriam fecit, ut per hoc quod pati solitum est, passiones pro nobis ac propter nos in seipsum assumens, nos omnes a morte & corruptione liberaret; suum corpus, ut Deus, vivificans, primitiæque dormientium, ac primogenitus ex mortuis effectum. 1. Cor. 15. Neque enim qui propter nos preciosam perpessus est crucem, mortemque gustavit, communis homo, & a Verbo distinctus sejunctusve erat; sed ipse gloriæ dominus passus est carne, secundum scripturas. Quoniam vero qui vana impiaque dogmata rectæ sanæque fidei immiscere student, communem hominem crucem pro nobis sustinuisse dicunt; anathematismus hic, qui impietatis illorum magnitudinem aperit, necessario constitutus est.

CYRILLI ARCHIEPISCOPI *Alexandrini apologeticus pro duodecim capitibus, adversus orientales episcopos.*

Qui suam mentem sanctissimo Deo dicarunt, & veritatis dogmatibus patrocinari delegerunt, cavent profana irreligiosorum hæreticorum vaniloquia; ac figentes internum & absconditum cordis oculum in scripturam divinitus inspiratam, sicque bonis cogitationibus eum affatim explentes, iis qui recta pervertunt, obluctantur perquam strenue, quasi dicentes: Zelando zelati sumus domino. 1. Reg. 19. Itaque cum Nestorius multas & diversas blasphemias contra Christum salvatorem omnium nostrum effunderet, & quodammodo venerandum & magnum incarnationis sacramentum funditus removeret, non ignorantes ad hæc velle silere, periculosum esse, & cum sæpissime consuluissemus illi, ut a talibus blasphemiis cessaret, nihilque penitus profecissemus, necessario tamdem ad defendenda pietatis dogmata accessimus, & selectis quibusdam illius blasphemiarum capitibus, ea utiliter anathematizavimus, hoc est, eos qui talia sentire volunt, obtemperantes beato Paulo dicenti: *Si quis vobis* Galat. 1.

vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit. Sed etsi nos, vel angelus de cælo evangelizaverit vobis præter id quod accepistis, anathema sit. At nescio quo pacto id admodum gravate tulerint aliqui, vel quod sint ejusdem sententiæ ac opinionis cum illo; vel quod simulent quidem se vitare opinionis societatem, attentent autem modis omnibus ipsum adjuvare, & reddere exosos eos, qui salvatorem Christum defendere volunt. Verumtamen cogitandum erat, quod increpare diversa docentes, conciliasset ipsis amoris in Christum sinceritatem: nunc autem egerunt quidem non quod fieri oportebat; qui nam? facti autem sunt infensissimi his, quorum si fuissent imitatores, immortalitatis corona cum ipsis redimiti forent. Itaque anathematismos reprehendunt, quasi non recte habeant: atque etiam unicuique suæ mentis adinventiones, & stultas quasdam ac frivolas fabulationes scribendo apposuerunt, rati se per fraudem attracturos librorum suorum imprudentes lectores. Itaque & nobis necessarium fuit e diverso veritatem opponere, & illorum refellere oblocutionem, ac ostendere illos dicacitatis studiosos, hoc est eorum adversarios veritatis indagatores. Proinde præordinavimus singulos anathematismos; deinde his adjunximus quæ ab illis composita sunt; postremo subdidimus & nostra, divinas scripturas scientibus quasi judicibus utentes, atque ab his qui veritatem sciunt, rectam & inculpatam sententiam postulantes.

Anathematismus I.

Si quis non confitetur, Emmanuelem vere Deum esse, & ob id sanctam Virginem deiparam; (genuit enim illa carnaliter incarnatum Dei Patris Verbum) anathema sit.

Orientalium oppositio.

φλυᾶραι τοὺς δι' ἐναντίας * εἰκαιολόγους ἐθέλοντας, καὶ ταῖς καθ' ἡμῶν δυσφημίαις ἀπερισκέπτως χρωμένους; ἀλλ' οἶμαι τουτὶ καὶ μόνος ὁ παρ' αὐτῶν * διαδείξει λόγος. ἐν μὲν γὰρ τῷ προκειμένῳ ἀναθεματισμῷ διϊσχυρισάμεθα σαφῶς ἴδιον εἶναι τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ μὴν, ὅτι δι' αὐτοῦ τετέλεκε τὰς θεοσημείας. οἱ δὲ καίτοι * πολλάκις ἐπιλήσμονά με τῶν * ἐμαυτοῦ λόγων γενέσθαι διϊσχυριζόμενοι, προήκουσιν εἰς τοῦτο νωθείας αὐτοὶ μὲν καὶ ἀβελτηρίας, ὡς οἴεσθαί με λέγειν, οὐ διὰ τοῦ πνεύματος ἐκβάλλειν τὸν Ἰησοῦν τὰ δαιμόνια. ἆρ' οὐκ ἐναργὴς συκοφαντία τοῦτό γε; * εἰ μὴ γὰρ οὐκ ἀξιοῦσιν ὁμολογεῖν θεοσημείας εἶναι τρόπον τὸ ἐκβάλλεσθαι τὰ δαιμόνια, λεγόντων ἃ βούλονται, * ποιείτωσαν κατ' ἐμοῦ τὸ χρῆμα γραφὴν, ἐγκαλείτωσαν, ὅτι μὴ τοῦτο ἔφην ἐναργῶς, σιωπήσας τὰς θεοσημείας· εἰ δὲ ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις καὶ τὸ ἐκβάλλεσθαι τὰ δαιμόνια, τρόπος ἂν εἴη καὶ οὐκ ἀθαύμαστος τῆς θεοσημείας, τί δή ποτε μαθόντες ὡς ἀκερδὲς τὸ ἐλέσθαι μᾶλλον εὐστομεῖν, καὶ τὸ χρῆναι λαλεῖν τὴν ἀλήθειαν ὡς ἕωλον παραιτούμενοι, * τὸ τῆς καθ' ἡμῶν ἀθυροστομίας τετιμήκασι * χρῆμα· καὶ οὐκ ἐν μικρῷ πεποίηνται λόγῳ τὸ οὕτω κατεψεγμένον παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις; ἐπιλελῆσθαι δέ μοι δοκοῦσι λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου· ἀδελφὲ, ἄφες * ἐκβάλω τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ; ὑποκριτὰ, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε * ἐμβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου. ὅτι μὲν * γὰρ ὁμοούσιός τέ ἐστιν ἡ ἁγία Τριὰς, ἰσοσθενής τε καὶ ἰσουργὸς, οὐ διά γε τῶν παρ' ὑμῶν ἐγνώκαμεν λόγων· πεπληροφορήμεθα δὲ μᾶλλον ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς. ὅτι δὲ κατ' οὐδένα τρόπον τοῖς τῆς ὀρθῆς πίστεως διαλυμαίνεται λόγοις, ὀνίνησι δὲ μᾶλλον ὁ προκείμενος ἀναθεματισμὸς, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν. τοὺς γάρ τοι διαιροῦντας τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, μερίζοντάς τε αὐτὸν, ὡς ἤδη πλειστάκις εἰρήκαμεν, εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς, καὶ εἰς Θεὸν λόγον ἰδικῶς, ὡς * δύο νοεῖσθαι πρόσωπά τε καὶ ὑποστάσεις * διϊσχυριζομένας ἀπ' ἀλλήλων, τοῦτο δρᾶν οὐκ ἐᾷ· οὔτε μὴν ἐφίησι λέγειν, ὡς ἕνα κοινὸν ἄνθρωπον ἐνηργῆσθαι παρὰ τοῦ πνεύματος τὸν Ἰησοῦν, πρός γε τὸ δύνασθαι κατορθοῦν τὰς θεοσημείας· ἐπεὶ κατ' οὐδένα διοίσει τρόπον τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἢ γοῦν προφητῶν, οἱ διὰ τῆς ἄνωθεν ἡμερότητος τῶν θείων χαρισμάτων ἀναπιμπλάμενοι φαῖεν ἂν * εἰκότως· χάριτι Θεοῦ ἐσμὲν ὅ ἐσμεν. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἁγίοις ἀνδράσιν, οἷς ἡ τῶν παρὰ Θεοῦ χαρισμάτων ἐμπρέπει διανομὴ, ἁρμόσειεν ἂν εἰκότως ἡ τοιάδε φωνὴ, Χριστῷ δὲ οὐκέτι. ἴδιον γὰρ * αὐτοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ἅγιον, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ἐνεργεῖ δὲ ὥσπερ ὁ πατὴρ διὰ τοῦ πνεύματος, οὕτω καὶ αὐτός. καὶ γοῦν, καίτοι λέγων Ἰουδαίοις· πολλὰ καλὰ ἔδειξα ὑμῖν ἔργα παρὰ τοῦ πατρός μου· καί· ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ· ὁ δὲ πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων ποιεῖ τὰ ἔργα * αὐτός· ἔφη δέ που πάλιν· εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, τὴν διὰ τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν ἀνατιθεὶς ἑαυτῷ τε καὶ τῷ πατρὶ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας.

A commonstrandum adversarios vana loqui velle, & adversum nos temere blasphemiis uti? Verum hoc solus illorum sermo, ut opinor, indicabit. Nam in proposito anathematismo affirmavimus manifeste, proprium esse Filii Spiritum sanctum; & quod per seipsum perfecerit divina signa. At illi, quamvis sæpe affirment me oblitum esse meorum sermonum, in eam progrediuntur stupiditatem, imo vero dementiam, ut putent me dicere, quod Iesus dæmonia non ejecerit per Spiritum. An non est manifesta calumnia hæc? Nam si refugiunt confiteri, divinorum signorum genus esse ejici dæmonia; dicant quæ volunt, id mihi pro crimine adscribant, accusent quod hoc non manifeste dixerim, divinaque signa silentio præterierim. Si autem inter cetera ejicere dæmonia genus est divinorum signorum admiratione dignum, cur linguæ temperare tamquam rem inutilem contemnentes, & loqui veritatem tamquam rem putidam refugientes, dicendi intemperantia adversum nos uti maluerunt, & rem tantopere apud Deum & homines vituperatam, nihil interesse putaverunt? Sed videntur mihi esse obliti Christi: dicentis: *Quomodo dices fratri tuo: Frater, sine ejiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.* Nam quod sancta trinitas ejusdem sit substantiæ, ejusdem roboris & operationis, non per vestrum didicimus sermonem, sed sumus edocti potius ex sacra scriptura. Quod autem propositus anathematismus nullo modo rectæ fidei sermonibus obsit, sed prosit potius; sine labore videre licet. Nam eos qui dividunt unum dominum Iesum Christum, & dividunt ipsum, ut jam sæpissime diximus, in hominem seorsim, & in Deum Verbum seorsim, ita ut duæ intelligantur personæ & subsistentiæ inter se disjunctæ, hoc facere non sinit: neque permittit dicere, quod tamquam unus communis homo Iesus divina vi agitante motus fuerit a Spiritu sancto, ut possit scilicet divina signa perficere; alioquin nullo modo differet a sanctis apostolis vel prophetis, qui per divinam benignitatem divinis impleti donis, merito dicere possunt: *Gratia Dei sumus, quod sumus.* (1. Cor. 15) Sed sanctis quidem viris, in quibus donorum sancti Spiritus distributio præcellit, bene congruit hæc vox, Christo autem non item. Proprius enim est ejus Spiritus sanctus, quemadmodum scilicet est Dei Patris: operatur autem sicut Pater per Spiritum, ita & ipse. Itaque quamvis diceret Iudæis: *Multa bona opera ostendi vobis a Patre meo.* (Ioan. 10) & : *A me ipso non loquor: Pater autem in me manens, ipse facit opera*; (Ioan. 14.) rursus tamen alicubi dicebat: *Si autem ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia*; (Matth. 12.) operationem per Spiritum referens in se & Patrem, propter idemtitatem substantiæ:

Part. III. Cap. II.

PART. III. CAP. II.

Et multus quidem ac prolixus esset de his rebus sermo: sed illum dilatare volentibus convenienti tempore, ut puto, opus esset. Itaque non quasi aliena virtute per Spiritum motum dicimus Emmanuelem, sed illa potius divino more usum, & propriam habuisse consubstantialis Spiritus virtutem. Nam beati quidem discipuli signa facientes dicebant: Viri, quid nobis attenditis quasi propria virtute aut pietate fecerimus ambulare portæ speciosæ assidentem claudum? Proprius autem Christi est Spiritus ejus. Illis autem qui nostra cavillantur, hoc dicimus: si quidem non displicet illorum mentibus dividi indivisibilem, & dicere, sicut communem hominem operandi impulsum Iesum accepisse per Spiritum: non magnopere curandum erit de iis qui sic affecti sunt. Sin Christum unum & Filium & dominum esse confitentur, eumdemque esse simul Deum & hominem; credant nobiscum quod non accipit operandi facultatem quasi a meliore quadam & aliena ab illo virtute; ipse autem potius operatur divina signa quasi per proprium Spiritum, in quo & omnis rerum factarum virtus. Nam sic desinent frustra nos irridere, & invidiæ dentibus in nos infremere.

Act. 3. — Psal. 32.

Anathematismus X.

Confessionis nostræ pontificem & apostolum factum esse Christum, scriptura divina docet: obtulisse quoque semetipsum pro nobis Deo & Patri in odorem suavitatis. Si quis ergo dixerit, pontificem & apostolum nostrum non esse ipsum Dei Verbum, posteaquam caro & homo nobis similis factum est; sed hominem illum qui ex muliere natus est, quasi alterum quempiam ab ipso diversum: aut si quis illum pro seipso quoque, & non potius pro nobis solis sacrificium obtulisse dixerit (neque enim oblatione egebat, qui peccatum non novit) anathema sit.

Ephes. 5.

Orientalium objectio.

Si Deus Verbum est summus sacerdos, cui Deo suo, vel quali ministerium suum offert? Sed oblitus est beati Pauli dicentis: *Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris; sed tentatum per omnia secundum similitudinem absque peccato.* Quis igitur est tentatus ille? num Deus Verbum, an humana natura semen David? Et iterum: *Nemo sibi assumit honorem, sed vocatus a Deo, sicut & Aaron: ita & Christus non seipsum glorificavit, ut fieret pontifex.* Quis igitur ille, qui comparatur secundum sacerdotii dignitatem ipsi Aaron, & non a seipso honorem assumenti, sed vocato a Deo, & ad dignitatem sacerdotis ascendenti? num divina natura, quæ est Patri coæterna, cui omnia Patris sunt propria? & in quam dignitatem se majorem ascendit? Dicemusne sacerdotium divina natura dignius, ad quod non a seipso, sed per illud a Deo vocatus ascendit, & per illud est glorificatus? an vero natura ex semine David facta & prædestinata? Cui etiam juravit Deus, secundum Psalten, daturum se sacerdotium in æternum? *Iuravit* enim, inquit, *dominus, & non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.* Num deitas unigeniti a Deo promissiones

Hebr 5. — Hebr. 5. — Hebr. 4. — Psalm. 109.

A καὶ πολὺς ἂν γένοιτο καὶ μακρὸς ὁ περὶ τούτων λόγος· * δεῖ, οἶμαι, καιροῦ τοῦ καθήκοντος τοῖς ἐθέλουσι * κατευρύνειν αὐτόν. οὐκοῦν οὐχ ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ διὰ πνεύματος ἐνηργῆσθαί φαμεν τὸν Ἐμμανουήλ, ἀποκεχρῆσθαι δὲ μᾶλλον αὐτῇ θεϊκῶς, καὶ ἰδίαν ἔχειν τὴν τοῦ ὁμοουσίου πνεύματος δύναμιν. οἱ μὲν γὰρ μακάριοι μαθηταὶ τὰ σημεῖα ποιοῦντες ἔλεγον· ἄνδρες, τί ἡμῖν προσέχετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει, ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν τὸν τῇ ὡραίᾳ πύλῃ * προσεδρεύοντα χωλόν; ἴδιον δὲ Χριστοῦ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. τοῖς γε μὴν * κατασκοπεῖν ἐθέλουσι τὰ παρ' ἡμῶν, ἐκεῖνο φαμέν· εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἀπᾴδει ταῖς αὐτῶν διανοίαις τὸ μερίζεσθαι B * τὸ ἀμέριστον, καὶ ὡς κοινὸν ἄνθρωπον ἐνηργῆσθαι λέγειν διὰ τοῦ πνεύματος τὸν Ἰησοῦν, * πολὺς τῶν οὕτω διακειμένων ὁ λόγος· εἰ δὲ Χριστὸν ἕνα καὶ υἱὸν καὶ κύριον * ὁμολογούντων ὑπάρχειν, τὸν αὐτὸν ὄντα Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον, πιστευέτωσαν μεθ' ἡμῶν, ὡς οὐκ * ἐνεργείᾳ μᾶλλον ὡς κρείττονι παρ' αὐτὸν καὶ ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ διὰ τοῦ πνεύματος, * ἐνεργείᾳ δὲ μᾶλλον * αὐτὸν τῆς θεοσημείας ὡς δι' ἰδίου πνεύματος, ἐν ᾧ καὶ πᾶσα τῶν * γενητῶν ἡ δύναμις· πεπαύσονται γὰρ οὕτω διαλοιδορούμενοι μάτην, καὶ τοὺς τῆς βασκανίας ὀδόντας ἡμῖν * ἐπιστηρίζοντες.

[Margin: * δεῖ δὲ, οἶμαι. — * κατευρύνειν. — * προσεδρεύσαντα, [...]ζήσαντα. — * κατασκοπεῖν. — * τὸν. — * οὐ πολ[...]. — * ὁμολογοῦσιν. — * ἐνεργ[...]. — * ἐνεργ[...]. — * αὐτὸς ἦ, αὐτοῦ [...]. — * γεννητ[...]. — * ἐπιλείζοντες.]

Ἀναθεματισμὸς ι΄.

Ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γεγενῆσθαι Χριστὸν ἡ θεία λέγει γραφή, προσενηνοχέναι δὲ ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ, καὶ πατρί. εἴ τις τοίνυν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγενῆσθαί φησιν οὐκ αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, * ὅτε γέγονε σὰρξ, καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν, ἰδικῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικός· ἢ εἴ τις λέγει * ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενεγκεῖν αὐτὸν τὴν προσφορὰν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὑπὲρ μόνων ἡμῶν· οὐ γὰρ ἂν ἐδεήθη προσφορᾶς ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν· ἀνάθεμα ἔστω.

[Margin: * ὅτι. — * ἢ ὑπὲρ [...].]

Ἀντίῤῥησις τῶν ἀνατολικῶν.

Εἰ ἀρχιερεὺς ὁ Θεὸς λόγος, τίνι Θεῷ αὐτοῦ, ἢ ποίῳ τὰ τῆς θεραπείας προσφέρει; ἀλλ' * ἐπελάθετο τοῦ μακαρίου Παύλου εἰπόντος· οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειραμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας. τίς οὖν ἐστιν ὁ πεπειραμένος; ὁ Θεὸς λόγος, ἢ ἡ ἀνθρωπεία φύσις τὸ τοῦ Δαυὶδ σπέρμα; καὶ πάλιν· οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ καλούμενος ὑπὸ Θεοῦ, καθώσπερ * Ἀαρών· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενέσθαι ἀρχιερέα. τίς οὖν ὁ τῷ Ἀαρὼν κατὰ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, καὶ τῷ μὴ ἀφ' αὐτοῦ * λαμβάνοντι τὴν τιμὴν, ἀλλὰ * καλουμένῳ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς τὴν ἀξίαν τῆς ἱερωσύνης ἀναβαίνοντι συγκρινόμενος; ἡ θεία φύσις, ἡ τῷ πατρὶ συναΐδιος, ἡ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἴδια ἔχουσα; εἰς ποῖον ἀξίωμα μεῖζον ἑαυτῆς ἀνέβαινε; καὶ * φήσομαι τὴν ἱερωσύνην ἀξιωτέραν τῆς θείας φύσεως ὑπάρχειν, πρὸς ἣν οὐκ ἑαυτὴν, ἀλλὰ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατ' * αὐτὴν ἀνέβαινε, καὶ δι' αὐτῆς ἐδοξάζετο; ἢ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἡ γενομένη καὶ ὁρισθεῖσα; * ἢ καὶ ὡς ὤμοσεν ὁ Θεὸς κατὰ τὸν ψαλμῳδὸν, δώσειν εἰς τὸν αἰῶνα τὸ τῆς ἱερωσύνης *; ὤμοσε γὰρ, φησὶ, κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται. σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. ἡ θεότης τοῦ μονογενοῦς ἐνωμότους ὑποσχέσεις παρὰ

[Margin: * ἐπελά[θετο]. — * οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ. — * ἀλλ' ἢ. — * καὶ Ἀαρ[ών]. — * λαμβ[άνοντι]. — * καλούμ[ενος]. — * φήσομ[εν]. — * αὐτόν. — * ἢ ἢ ὡς [...]. — * f. deest ἀξίωμα.]

ANNO CHRISTI 431.

παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐλάμβανε, λήψεσθαι τὴν ἱερωσύνην εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ * παρ' αὐτῇ δοξασθήσεσθαι; καὶ τίς ἡμῶν * ἀνάσχοιτο ταῦτα λεγόντων ἢ νοούντων, καὶ * οὐκ εὐτελίσει ἡμᾶς, Θεὸν εἰσάγοντας χειροτονούμενον ἀρχιερέα, καὶ * ἐνωμότῳ ὑποσχέσει λαμβάνοντα, καλεῖσθαί τε εἰς τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, καὶ οὐχ ἑαυτῷ λαμβάνοντα τὴν τιμήν, ἀλλ' εἰς ταύτην καλούμενον, συγκρινόμενον τῷ πρώτῳ τὴν ἱερωσύνην λαβόντι; καὶ πάλιν φησί· καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. καὶ τίς πάλιν κατὰ τὴν ἱερωσύνην Μελχισεδὲκ ἀπείκασται; ἆρα ὅσιον τὸν Θεὸν ὑπολαμβάνειν, ἢ τὴν ἐξ ἡμῶν ληφθεῖσαν σάρκα, τὴν ἑνωθεῖσαν ἀχωρίστως ἅμα καὶ ἀσυγχύτως συνημμένην; καὶ πάλιν φησίν· ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δεήσεις τε καὶ * ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων. ἆρα ὁ Θεὸς λόγος δεήσεις * καὶ ἱκετηρίας, καὶ μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς πρός τινα δυνάμενον σώζειν αὐτὸν προσφέρων εἰσηκούσθη ἀπὸ τῆς εὐλαβείας; καὶ ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν; εἰ τοίνυν ὁ Θεὸς λόγος ἀρχιερεύς, καὶ ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθεν αὐτός, καὶ ἐτελειώθη. ἀλλὰ μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ * διάνοια περὶ τοῦ παθόντος ἀκούσασα· καίπερ ὢν υἱός· οὐ γὰρ δύο υἱούς φαμεν, τόν τε παθόντα, καὶ τὸν ἀπαθῆ μείναντα· οὐ γὰρ * κεχωρισμένως καὶ ἰδιάζοντος τῆς θεότητος * ὁ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ υἱὸς ὠνόμασται, ὡς οὐδὲ ἡ θεότης μετὰ τὴν ἕνωσιν ἄνευ τῆς φαινομένης σαρκὸς υἱὸς προσηγόρευται. τὸ γὰρ τῆς υἱότητος μετὰ τὴν ἕνωσιν ἑκατέραις ταῖς φύσεσιν ἕν, οὐ κεχωρισμέναις ἀλλήλων· οὐ γὰρ μετὰ τὴν ἕνωσιν χωρισμὸς ἐπεγένετο, μένει γὰρ αἰώνιος ἡ ἕνωσις. ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς ἡ θεότης ἀχώριστος, ἀπαθὴς μένουσα· καὶ τὰ θεοπρεπῆ διὰ τῆς σαρκὸς ἐπετελεῖτο. ὅθεν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν ὁμολογοῦμεν, ἀσυγχύτων τῶν φύσεων μενουσῶν· οὐκ ἄλλον καὶ ἄλλον λέγοντες, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτόν. ἀρχιερέα οὖν καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγενῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κατὰ τὰς θείας γραφὰς οὐδεὶς ἂν οὐχ ὁμολογήσειεν. οὐ κεχωρισμένον μέντοι ἰδικῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικὸς τοῦ Θεοῦ πατρὸς λόγου· ὡς εἶναι τὸ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἡνωμένον ἀσυγχύτως, ἀφράστως, καὶ ἀχωρίστως τῷ ἐκ πατρὸς λόγῳ, ἀρχιερέα πεπειραμένον κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ μαθόντα ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν· προσενηνοχότα δὲ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν μόνων τὴν * ἰδίαν σάρκα· οὐ γὰρ ἀμαθῶς φήσομεν τὸν Θεὸν λέγον ἀρχιερέα, καὶ προσενηνοχέναι ἑαυτὸν τῷ Θεῷ καὶ πατρί· οὐ γὰρ τῆς τοῦ μονογενοῦς θεότητος Θεὸς ὁ πατήρ, ἀλλὰ πατήρ.

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Ἐπὶ καιροῦ δὴ πάλιν εἰρήσεται πρὸς ἡμῶν τοῖς δι' ἐναντίας· ἕως πότε χωλανεῖτε ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις ὑμῶν; χρὴ γὰρ ὑμᾶς * ὑγιῆ καὶ ἀρτίως ἔχοντα πρὸς εἴδησιν ἀκριβῆ τῆς εὐθείας τῶν δογμάτων ἔχειν τὸν νοῦν, οὐ ταῖς διψυχίαις χωλεύοντα, καὶ πολὺ νοσοῦντα τὸ ἄναλκι, καὶ ὀρθὰ βαίνειν οὐκ ἀνεχόμενον· ἀκατάστατος γὰρ ὁ δίψυχος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἄν τι λάβοι παρὰ τοῦ κυρίου. καὶ ταῦτά φημι, * τεθαυμακὼς ἄγαν τοὺς δι' ἐναντίας * ἀναιδῶς οὕτω καὶ

Margin: παρ' αὐτῆς; ἀνάσχοιτο; οὐ χλευάσει, ἢ, οὐ εὐτελίσει; ἐνωμότοις ὑποσχέσεσι; ἱκεσίας; ἱκεσίας; καρδία; κεχωρισμένος ... ἐκ; ἰδίαν; θαυμάζων ἄγαν

A cum juramento accepit, suscepturam se sacerdotium in æternum, per quod sit glorificanda? Et quis nostrum feret talia dicentes, vel cogitantes? Quis non contemnet nos Deum introducentes, qui pontifex ordinetur, & pacta cum juramento accipiat, voceturque ad sacerdotium, & non sibi ipsi assumat honorem, sed ad illum vocetur, & comparetur primo qui sacerdotium accepit? Et iterum ait: Quemadmodum & in alio loco dicit: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.* Et quis rursus comparatus est ipsi Melchisedec secundum sacerdotium? num ipsum Deum Verbum existimare fas est, an carnem ex nobis assumptam, ipsi inseparabiliter & inconfuse unitam? Et iterum dicit: *Qui in diebus carnis suæ, preces & supplicationes ad eum, qui possit salvare illum a morte, cum clamore valido & lacrymis [offerens, exauditus est pro sua reverentia.]* Numquid Dei Verbum supplicationes & preces, & cum clamore valido ad aliquem, qui possit ipsum salvare, offerens, exauditum est pro reverentia, & didicit ex his quæ passum est, obedientiam? Si igitur Deus Verbum est pontifex, etiam didicit ex his quæ passus est ipse, & consummatus est. Verum ne turbetur mens vestra, audiens de eo qui passus est: *Et quidem cum esset Filius.* Non enim duos Filios ponimus, eum qui passus est, & qui mansit impassibilis. neque enim a deitate seorsim sequestratus is qui est ex semine David, Filius nominatus est; ut neque deitas post unitionem, sine carne visibili Filius appellata est: nam filiatio post unitionem utrique naturæ una est, cum a se mutuo non sint separatæ. Non enim post unitionem separatio facta est: manet enim perpetua unitio. Quin & in passionibus carnis deitas erat inseparabilis; manens impassibilis; & quæ Deum decent, per carnem perficiebantur: unde unum & eumdem Filium confitemur, naturis inconfusis manentibus; non alium & alium dicentes, absit, sed unum & eumdem. Itaque pontificem & apostolum nostrum Iesum Christum secundum divinas scripturas factum esse nullus non confitebitur; non tamen separatum seorsim hominem ex muliere a Dei Patris Verbo, ita ut quod ex semine David unitum est inconfuse, ineffabiliter, & inseparabiliter Verbo ex Patre genito, sit pontifex tentatus per omnia absque peccato, & edoctus ex his quæ passus est, obedientiam; qui obtulerit Deo & Patri non pro seipso, sed pro solis nobis suam carnem. Non enim imperite dicemus Deum Verbum pontificem, & obtulisse seipsum Deo & Patri: nam unigeniti deitatis ipse Pater non est Deus, sed Pater.

Cyrilli defensio.

Iterum adversariis opportune dicemus: *Usquequo claudicatis ambobus poplitibus vestris?* Oportet enim vos habere sanam & integram ad cognoscenda rectæ fidei dogmata mentem, non duplicitate animi claudicantem, & valde imbecillem, & recte incedere non valentem: *Nam duplex animo inconstans est in omnibus viis suis, & non accipiet aliquid a domino.* Idque dico valde admirans, adversarios tam impudenter

Margin: PART. III. CAP. II. — Ibid. — Hebr. 5. — Ibidem. — 3. Reg. 18. — Iacob. 1.

PART III. CAP. II. ac temere propositum etiamnum anathematismum perstringere velle. Nec absurdum, quod nolunt Dei Patris Verbum a nobis nominari apostolum & pontificem confessionis nostræ, quando factum est homo. Nam qui prorsus attentant nativitatem ejus secundum carnem calumniari; & quasi non veram rejicere audent, nec ferentes sanctam virginem dici Dei genitricem, quomodo non & dispensationis modos rejicient? Audiant igitur hoc quod Isaias dixit:

Isa. 7. *Nisi crediderítis, non intelligetis.* Etenim divinus euangelista Ioannes magnum quiddam & insolitum hominibus intonuit, dicens,

Ioan. 1. Verbum carnem esse factum. Qui autem virtutem veritatis suffurantur, ita carnem ipsum factum esse dicunt, sicut & maledictum, & peccatum esse factum intelligitur.

Galat. 3. 2. Cor. 5. Et de his jam ante diximus, per quæ par erat ejusmodi sermones falsos & vanos ostendere. Sed adversus calumniatores ad præsens illud dicimus: Discite audire angustiati, suscipite fundamentum sacramenti secundum Christum, prima dispensationis exordia; & ipsum (ut ita dicam) ingressum: credite nobiscum, imo sacris scripturis: date, date veritatis calculum, confitentes quod ipse unigenitus

Ioan. 1. Dei Verbum, qui est in sinu Patris, per quem omnia, & in quo omnia, factus sit caro, non passus conversionem, vel commixtionem, sed semper existens hoc secundum naturam, quod erat, & est, & erit. Factus autem est caro, nativitatem ferens ex sancta virgine, secundum carnem inquam,

*factus Hebr. 2. & * appellatus est Filius hominis, & similiter ut nos particeps fuit sanguinis & carnis. Sic habentibus, & tam venerandam, verissimamque fidem amplexantibus, omnia deinceps apparebunt pervia & plana, & nihil

Proverb. 8. prorsus asperum & arduum Scriptum est enim, quod omnia perspicua sunt intelligentibus, & recta invenientibus scientiam. Opinor autem operæ precium fore, si nunc quoque causam exponamus, propter quam factus est anathematismus. Nestorius enim, qui omnia perturbavit, & omnia susque deque confudit, tale quiddam de omnium nostrum salvatore Christo dicebat: Missus est ad prædicandum captivis remissionem, hic fidelis Deo factus pontifex. Factus est enim hic, non perpetuo erat: hic paulatim ad pontificis dignitatem provectus, hæretice.] Multaque alia his consimilem parientia impietatem adjungit. Quis igitur, auditis tam fœdis sermonibus, non mallet omnia pati,

Hebr. 12. quam silentium Deo exosum diligere? Mortuus est pro nobis Christus, confusionem contempsit, crucem & mortem tulit secundum carnem, & nos benefactori nostro ne sermonis quidem officium grato animo rependemus, sed quieti sedebimus, tam absurdas audientes blasphemias, vel fortassis etiam criminis incitatæ adversus eum linguæ participes erimus? Heus tu quid dicis? Profecit in summum sacerdotem paulatim? Atqui exinanivit seipsum Verbum, cum Deus esset: & qui erat liber secundum naturam, accepit servi formam: & qui ultra omnem creaturam est, & divinitatis eminet gloria, humiliavit seipsum.

A * παραλόγως ἐπιπλήττειν ἐθέλοντας τῷ προκειμένῳ καὶ νῦν ἀναθεματισμῷ· καὶ τὸ ἀπεικὸς οὐδὲν, εἰ μὴ * βούλοιντο τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον ὀνομάζεσθαι πρὸς ἡμῶν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, * ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος· οἱ γὰρ ὅλως τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν αὐτοῦ συκοφαντεῖν πειρώμενοι, καὶ ἀπόβλητον, ὡς οὐκ ἀληθῆ, ποιῆσαι τολμήσαντες, οὐκ ἀνεχόμενοί τε θεοτόκον εἰπεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον, πῶς οὐ παραιτήσονται τῆς οἰκονομίας τοὺς τρόπους; ἀκουέτωσαν τοίνυν τὸ διὰ τῆς φωνῆς Ἡσαΐου· ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε. ὁ μὲν γὰρ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης μέγα τι καὶ ἐξαίσιον κατεβρόντησε τοῖς ὑπ' οὐρανὸν, σάρκα λέγων γεγενῆσθαι τὸν λόγον. οἱ δὲ τῆς B ἀληθείας τὴν δύναμιν ὑποκλέπτοντες, οὕτω σάρκα γενέσθαι φασὶν αὐτὸν, ὡς ἂν νοοῖτο γενέσθαι κατάρα καὶ ἁμαρτία. καὶ περὶ μὲν τούτων ἤδη φθάσαντες εἴπομεν, ἅπερ ἦν εἰκὸς ἕωλον αὐτοῖς ἀποφαίνειν δύνασθαι τὸν ἔν γε τουτοισὶ λόγον. πρὸς δέ γε τοὺς φιλαιτίους εἰς τὸ παρὸν ἐκεῖνο φαμέν· μάθετε ἀκούειν στενοχωρούμενοι· καταδέξασθε τὸν κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὸν θεμέλιον, τῆς οἰκονομίας τὰς πρώτας ἀρχάς· καὶ αὐτὴν, ἵν' οὕτως εἴπω, τὴν εἰσβολήν· πιστεύσατε μεθ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ τοῖς ἱεροῖς γράμμασι· δότε δὴ, δότε τῆς ἀληθείας τὴν ψῆφον, ὁμολογοῦντες, ὅτι αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ ἐν κόλποις ὢν τοῦ C πατρὸς, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, γέγονε σάρξ· οὐ τροπὴν, ἢ φυρμὸν ὑπομείνας, ἀλλ' ὢν ἀεὶ τοῦτο κατὰ φύσιν, ὅπερ ἦν τε, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται· γέγονε δὲ σάρξ, γέννησιν ὑπομείνας ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, τὴν κατὰ σάρκα φημί· καὶ κεχρημάτικεν υἱὸς ἀνθρώπου· καὶ παραπλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκός. οὕτω * διατιθεμένοις, καὶ τὴν οὕτω σεπτὴν καὶ ἀληθεστάτην πίστιν εἰσδεξαμένοις, πάντα φανεῖται τὰ ἐφεξῆς βάσιμά τε καὶ ἱππήλατα, καὶ οὐδὲν ἄναντες ἢ τραχύ· γέγραπται γὰρ ὅτι πάντα ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν. D χρῆναι δὲ οἶμαι καὶ νῦν ἡμᾶς τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, δι' ἣν αἰτίαν γέγονεν ὁ ἀναθεματισμός. ὁ γάρ τοι πάντα διακινήσας, ἄνω τε καὶ κάτω τὰ πάντα συγχέας Νεστόριος, ἔφη τι τοιοῦτον περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ἀπεστάλη κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, οὗτος ὁ πιστὸς τῷ Θεῷ πεποιημένος ἀρχιερεύς· ἐγένετο γὰρ οὗτος, οὐκ ἀΐδιος ἦν οὗτος ὁ κατὰ μικρὸν εἰς ἀρχιερέως αἱρετικὲ προκόψας ἀξίωμα. * ἕτερα δὲ τούτοις ἀδελφὴν ὠδίνοντα τὴν ἀσέβειαν προσεπάγει πολλά. τίς οὖν ἄρα τῶν οὕτως αἰσχρῶν ἐπακούσας λόγων, οὐ πάντα ἂν ἕλοιτο παθεῖν, ἢ τὴν τῷ Θεῷ κατεστυγημένην ἀγαπῆσαι σιγήν; E ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, αἰσχύνης καταφρονήσας· σταυρὸν ὑπέμεινε, καὶ τὸν κατὰ σάρκα θάνατον· εἶτα ἡμεῖς οὐδὲ τῆς εἰς λόγους εὐνοίας ἀμειψόμεθα τὸν εὐεργέτην; ἀλλ' ἡσυχῇ καθεδούμεθα, τῶν οὕτως ἐκτόπων δυσφημιῶν ἀκροώμενοι, ἢ τάχα που καὶ μεριζόμενοι τῆς κατ' αὐτοῦ γλωσσαλγίας τὰ ἐγκλήματα; τί φὴς ὦ οὗτος; προέκοπτεν εἰς ἀρχιερέα κατὰ βραχύ; καίτοι κεκένωκεν ἑαυτὸν Θεὸς ὢν ὁ λόγος· ἔλαβε δούλου μορφὴν ὁ ἐλεύθερος κατὰ φύσιν· τεταπείνωκεν ἑαυτὸν ὁ παντὸς ἐπέκεινα γενητοῦ, καὶ τοῖς τῆς θεότητος ἐπαυχῶν ὑψώμασιν.

ANNO CHRISTI 431.
* προδήλ... , προφ...
* βούλον...
* ὅτι
* διατεθει-μένοις,
* καὶ ἕτε...

εἰ δὲ

ANNO CHRISTI 431.

PART. III. CAP. II.

εἰ δὲ προέκοψε, κατὰ τίνα κεκένωται τρόπον; ἢ πῶς A ἑαυτὸν καθῆκεν εἰς ταπείνωσιν; τιμῆς ἄρα καὶ δόξης αὐτῷ προμνήστριαν γενέσθαι φαίη τις ἂν τὴν κένωσιν; εἶτα πῶς ἔτι κένωσις * πρόχειμα ἐστίν; ἀλλὰ, ναὶ, φησὶν, εἰ αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος γέγονεν ἀρχιερεὺς, τίς ἄρα ἐστὶν ὁ μείζων αὐτοῦ, καὶ τῆς ἱερουργίας λειτουργίᾳ θεραπευόμενος; οὐκοῦν ἐρῶ δή τι πάλιν· πίστευσον, ὅτι καίτοι Θεὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων, καὶ ἐν μορφῇ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών· εἰ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, ἔλαβε δὲ καὶ δούλου μορφὴν πῶς B ἡγήσεται μικρὸν, καὶ τοῖς τῆς οἰκονομίας λόγοις ἀνάρμοστον, τὸ χρηματίσαι καὶ ἀπόστολος καὶ ἀρχιερεύς; καὶ ὁ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος τὸ μέτρον οὐκ ἀτιμάσας, πῶς ἂν ἀπόβλητα * ποιήσαι τὰ ἀνθρώπινα; καὶ τὴν μὲν ἴσως χαλεπὸν οὐδὲν καὶ διὰ πλειόνων ἔτι λόγων ἐλθεῖν, καὶ μακροτέραν εἰς τοῦτο κατατεῖναι τὴν ἀφήγησιν. μεθεὶς δὲ τοῦτο πρὸς τὸ παρὸν, τοὺς παρ' αὐτῶν γεγονότας παροίσω λόγους· γεγράφασι γὰρ ὧδε. ἀλλὰ μὴ ταραττέσθω ὑμῶν ἡ διάνοια, περὶ τοῦ παθόντος * ἀκούουσα· καίπερ ὢν υἱός· οὐ γὰρ δύο υἱούς φαμεν, τόν τε παθόντα, καὶ τὸν ἀπαθῆ μείναντα· οὐ γὰρ κεχωρισμένως καὶ ἰδιαζόντως τῆς θεότητος τὸ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ υἱὸς ὠνόμασται· ὡς οὐδὲ ἡ C θεότης μετὰ τὴν ἕνωσιν ἄνευ τῆς φαινομένης σαρκὸς υἱὸς προσηγόρευται. καὶ πάλιν· ὅθεν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν ὁμολογοῦμεν, ἀσυγχύτων τῶν φύσεων μενουσῶν, οὐκ ἄλλον καὶ ἄλλον λέγοντες· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτόν. ἀρχιερέα οὖν καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγενῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κατὰ τὰς θείας γραφὰς, οὐδεὶς ἂν οὐχ ὁμολογήσειεν, οὐ χωριζόμενοι μέντοι ἰδικῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικὸς τοῦ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγου. οὐκοῦν εἰ ἕνα φασὶν υἱὸν, κατ' οὐδένα τρόπον διαιροῦντες εἰς δύο, τόν τε ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, καὶ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, πῶς οὐκ ἀδικοῦσι D τὸ μυστήριον, μερίζοντες τὴν οἰκονομίαν Θεῷ καὶ ἀνθρώπῳ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν καὶ Θεὸν εἶναί φασι, καὶ ἄνθρωπον, ὡς εἶναι πάντα αὐτοῦ, τά τε θεοπρεπῆ καὶ τὰ ἀνθρώπινα; ὅταν γάρ τι τῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεστάτων λέγηται περὶ αὐτοῦ, τοῦτο δὴ πάντως καὶ ἀληθὲς εἶναί φαμεν, Θεὸν γὰρ ἴσμεν αὐτόν. κἂν ἀνθρώπινόν τι τὸ λαλούμενον ᾖ, καὶ οὕτω συνθήσομεν. ὁμολογοῦμεν γὰρ, ὅτι Θεός ἐστιν ἐν σαρκὶ καὶ αἵματι· καὶ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον διὰ τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιγινώσκομεν· χίλιαι μὲν γὰρ χιλιάδες ἁγίων ἀγγέλων λειτουργοῦσιν αὐτῷ, καὶ τὸν θεῖον αὐτοῦ θρόνον περι- E ΐστασι τὰ σεραφίμ. ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, κεχρημάτικε καὶ ἀρχιερεύς· οὐχ ὡς μείζονι Θεῷ προσκομίζων τὴν ἱερουργίαν, ἀλλ' ἑαυτῷ τε, καὶ τῷ πατρὶ τῆς πίστεως ἡμῶν τὴν ὁμολογίαν πραγματευόμενος. ἐρυθριᾷς ἀκούων, ὅτι κεχρημάτικεν ἱερεὺς διὰ τὸ ἀνθρώπινον; εἶτα πῶς οὐ τεθαύμακας, ὅτι μὴ κατὰ τὸ τῶν ἱερέων ἔθος ἑτέρῳ * ποιῆται τῆς ἱερουργίας τὸν τρόπον, ἑαυτῷ δὲ μᾶλλον, ὡς ἔφην, καὶ τῷ πατρί; ὅταν εἴπῃς, οὐκ ἄξιον εἶναι τοῦ Θεοῦ τὸ ἱερουργεῖν, σύμφημι κἀγώ· ἀλλ' εἰ μόνος ἦν, καὶ δίχα σαρκὸς ὁ λόγος, ἔφης ἂν ὀρθῶς· ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, ὅρα καὶ ἱερουργοῦντα διὰ τὸ ἀνθρώπινον,

* πρόχειμα. * ποιήσασθαι. * ἀκούσασα. * ποιεῖται.

Si autem profecit, quonam modo exinanitus eſt, vel quo pacto ſe dimiſit ad humiliationem? Honoris igitur & gloriæ ipſi conciliatricem fuiſſe dixerit aliquis hanc exinanitionem? Deinde quem locum habebit exinanitio? At enim, inquit, ſi ipſum Dei Patris Verbum factum eſt pontifex, quis, oro, major eſt illo, & cui ſacerdotali miniſterio ſervit? Igitur dicam iterum: Crede quod quamvis Deus ſecundum naturam eſſet, & in forma Patris Filius, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſeipſum exinanivit, formam ſervi aſſumens. Si autem factus eſt homo, aſſumpſit autem & ſervi formam; quomodo cenſebit parvum, & diſpenſationis rationibus incongruum, appellari & eſſe apoſtolum & pontificem? & qui menſuram humanitatis noſtræ non dedignatus eſt, quomodo repudianda duceret humana? Forſitan haud difficile foret, id pluribus tractare ſermonibus, & prolixiorem ad hoc narrationem protrahere. Sed his ad præſens prætermiſſis, ipſorum afferam ſermones. Scripſerunt enim ſic: Verum ne turbetur veſtra mens, audiens de eo qui paſſus eſt: *Et quidem cum eſſet Filius.* Non enim duos Filios dicimus; eum qui paſſus eſt, & eum qui manſit impaſſibilis. Neque enim a deitate ſeorſim ſequeſtratum id quod eſt ex ſemine David Filius nominatus eſt, ut neque deitas poſt unitionem ſine viſibili carne Filius appellata. Et iterum: Vnde unum & eumdem Filium confitemur inconfuſis naturis manentibus, non alium & alium dicentes; abſit: ſed unum & eumdem pontificem; ergo & apoſtolum noſtrum factum eſſe dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſecundum divinas ſcripturas, nullus non confitebitur, non tamen ſeparatum ſeorſim hominem ex muliere a Dei Patris Verbo.] Itaque ſi unum dicunt Filium, nullo modo partientes in duos; unum ex ſemine David, & alium ex Deo Patre Verbum; quomodo non lædunt ſacramentum, partientes diſpenſationem Deo & homini? & non potius unum & eumdem Deum & hominem eſſe dicunt, ut ſint omnia ejus, & quæ divina & quæ humana? Nam quando aliquid quod Deum maxime decet, de ipſo dicitur, hoc certe omnimodo & verum eſſe dicimus, Deum enim ipſum eſſe ſcimus. Et ſi humane quidpiam dictum fuerit, etiam hoc admittemus. Confitemur enim, quod Deus eſt in carne & ſanguine, & humanitatis menſuram per humana agnoſcimus: Millia enim millium ſanctorum angelorum miniſtrant ei; & divinum ejus thronum circumſtant ſeraphim. Quando autem factus eſt homo, vocatus eſt etiam pontifex; non quod tamquam majori Deo offerret ſacrificium, ſed quod ſibiipſi & Patri fidei noſtræ confeſſionem procuraret. Audiēs quod dictus eſt ſacerdos propter humanitatem, erubeſcis? Deinde quomodo non admiratus es, quod non ſecundum ſacerdotum morem, alteri detulerit ſacrificii modum; ſed ſibiipſi potius & Patri, ut dixi? Quando dicis, indignum eſſe Deo ut ſacrificet, adſtipulor & ego. Sed ſi ſolum eſſet, & abſque carne Verbū, recte diceres: at vero quia factū eſt caro, vide & ſacrificantem propter huma-

Philipp. 2.

PART. III. CAP. II.

nitatem; & in dignitatibus ultra creaturam, sicut Deum. considet enim cum Deo & Patre. Itaque & vide ipsum sacrificantem secundum humanitatem, considentem autem ut Deum. Quid enim dicit beatus Paulus? *Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera throni magnitudinis in excelsis.* (Hebr. 8.) Scientes igitur quod factus est homo, cum Deus esset, (est autem unus & idem Filius) illi omnia tribuemus, ut uni; & dispensationis modos non ignorabimus, cogitationis vim semper provide & sapienter ad obedientiam ejus convertentes.

Anathematismus XI.

Si quis domini carnem vivificam, ipsiusque Verbi quod ex Deo Patre est, propriam esse negaverit; sed veluti alterius cujuspiam ipsi Verbo secundum dignitatem conjuncti, nimirum quasi divinam tantum inhabitationem sortiti, ac non potius vivificam esse dixerit, ut modo meminimus, eo quod Verbi, quod omnia vivificare potest, facta sit propria; anathema sit.

Orientalium oppositio.

Propriam factam dominicam carnem Verbi per unionem confiteri bene habet, intelligentes tamen eam ex nobis assumptam. Superfluum autem est adjicere, Et non alterius cujuspiam præter eum; nisi forte negat eam ex nobis assumptam. Nam sæpe dicere propriam, negantis est dominicam carnem nostræ esse naturæ. Et ubi gloriatio nostra est? per quem dicit Paulus, corresuscitavit & consedere fecit nos? (Ephes. 2.) Cujus enim alterius hominis est sua cujusque caro? Nonne unusquisque nostrum communem quidem habet carnem cum unoquoque consubstantialitatis ratione; & propriam, eo quod quæ est uniuscujusque, non sit alterius, nisi solius, cujus est caro? Quid ergo sibi vult, cum dicit propriam, tamquam aliud quid dicens? Si enim intelligit, dominicam carnem ex nostra assumptam, & intelligit quod uniuscujusque caro illius est propria, cujus est caro, & non alterius; cur tamquam non sit extranei, dicit propriam eam esse? An certum est, quod operte negat eam ex nostra assumptam esse natura, sicut clarius dicit in primo suo tomo: Et infans, inquit, erat non secundum nos, hoc est, non in pura & sola nostri similitudine, sed in humanitate quidem propter carnem, divinus autem tamquam supra nos, & de cælo? Et iterum in secundo tomo sic ait: Corpus enim ejus non erat alterius alicujus e nostri similibus, sed potius proprium ipsius existentis ex Patre Verbi ex ea natum.] Quis enim aliquando dixit, quia alterius alicujus a sæculo hominum facta est caro dominica, veluti Abel, aut Noe, aut Eliæ, aut cujuspiam a sæculo hominum? Non solum autem de dominica carne definimus, quia facta non est cujuspiam alterius a sæculo hominum, sed ipsius domini propria & sola, quæ inconfuse & inseparabiliter unita est Deo Verbo: sed neque uniuscujusque nostrum caro facta est aliquando, sicut dicebamus, alterius alicujus, nisi illius, cujus est caro. Hoc itaque cum apud omnes ecclesiæ filios sit in confesso, quid sibi vult quod sæpe propriam eam dicit nisi forte excepit eam a nostra natura? Quomodo

A καὶ ἐν τοῖς ὑπὲρ κτίσιν ἀξιώμασιν, ὡς Θεόν· συνεδρεύει γὰρ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ὅρα τοίνυν ἱερατεύοντα μὲν αὐτὸν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, συνεδρεύοντα δὲ ὡς Θεόν. τί γάρ φησιν ὁ μακάριος Παῦλος; τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς. εἰδότες τοίνυν, ὅτι Θεὸς ὢν γέγονεν ἄνθρωπος, ἔστι δὲ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς υἱός, αὐτῷ πάντα προσνεμοῦμεν ὡς ἑνί· καὶ τοὺς τῆς οἰκονομίας οὐκ * ἐννοήσομεν τρόπους, τὴν τῶν ἐννοιῶν δύναμιν εὐτέχνως καὶ ἐμφρόνως ἀεὶ * περιτρέποντες εἰς τὴν ὑπακοὴν αὐτοῦ.

* ἀγνοήσομεν

* περιβλέποντες, ἢ περιέποντες

Αναθεματισμὸς ιαʹ.

B Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ κυρίου σάρκα ζωοποιὸν εἶναι, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγου, ἀλλ' ὡς ἑτέρου τινὸς παρ' αὐτὸν, συνημμένου μὲν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν ὡς μόνην θείαν ἐνοίκησιν ἐσχηκότος, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ζωοποιὸν, ὡς ἔφημεν, ὅτι γέγονεν, * ἰδία τοῦ λόγου τοῦ τὰ πάντα ζωοποιεῖν ἰσχύοντος· ἀνάθεμα ἔστω.

* ἰδία

Αντίρρησις τῶν ἀνατολικῶν.

Ιδίαν γενέσθαι τὴν δεσποτικὴν σάρκα τοῦ λόγου διὰ τῆς ἑνώσεως, ὁμολογεῖσθαι καλὸν, νοοῦντας μέν τοι ἐξ ἡμῶν αὐτὴν προσειλῆφθαι. περιττὸν δὲ τὸ ἐπάγειν· καὶ οὐχ ἑτέρου τινὸς παρ' αὐτόν· εἰ μὴ ἄρα ἐξαίρει αὐτὴν τοῦ ἐξ ἡμῶν εἰλῆφθαι: τὸ γὰρ συνεχῶς λέγειν αὐτὴν ἰδίαν, ἐξαιροῦντός C ἐστι τὴν δεσποτικὴν σάρκα εἶναι τῆς ἡμετέρας φύσεως. καὶ ποῦ τὸ καύχημα ἡμῶν; διὰ τίνος λέγει ὁ Παῦλος, συνήγειρεν ἡμᾶς, καὶ * συνεκάθισεν ἡμᾶς; καὶ τίνος γὰρ τῶν ἀνθρώπων ἑτέρου ἢ ἑκάστου σάρξ; οὐχὶ ἕκαστος μὲν ἡμῶν κοινὴν ἔχει σάρκα ἑκάστῳ τῷ τοῦ ὁμοουσίου λόγῳ, ἰδίαν τε * τῷ τὴν ἑκάστου μὴ εἶναι ἑτέρου, ἢ μόνου οὗ ἐστι σάρξ; τί οὖν αὐτῷ βούλεται τῷ ἰδίαν, ὡς ἕτερόν τι λέγοντι; εἰ γὰρ νοεῖ τὴν δεσποτικὴν σάρκα ἐκ τῆς ἡμετέρας εἰλῆφθαι, νοεῖ δὲ ὡς ἡ ἑκάστου σάρξ, καὶ οὐχ ἑτέρου, τί * ὡς οὐ ξένου, λέγει αὐτὴν ἰδίαν εἶναι; ἢ * δῆλον ὅτι δι' ἐπικαλύμματος οὐ λέγει

* συνεκάθισεν καὶ

* τὸ τὴν ἑκάστου

* ὡς ξένου

* δηλονότι

D αὐτὴν ἐκ τῆς ἡμετέρας φύσεως εἰλῆφθαι; ὡς σαφέστερον λέγει ἐν τῷ πρώτῳ αὐτοῦ τόμῳ· καὶ τὸ βρέφος, φησὶν, ἦν * εὖ καθ' ἡμᾶς· τουτέστιν, οὐκ ἐν ψιλῇ καὶ μόνῃ τῇ πρὸς ἡμᾶς ὁμοιότητι; ἀλλ' ἐν ἀνθρωπότητι μὲν διὰ τὴν σάρκα, θεῖον δὲ, ὡς ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ ἐξ οὐρανοῦ; καὶ πάλιν ἐν τῷ δευτέρῳ τόμῳ, καθὰ φησί· σῶμα γὰρ ἦν οὐχ ἑτέρου τινὸς τῶν καθ' ἡμᾶς, ἴδιον δὲ μᾶλλον αὐτοῦ τοῦ ἐκ πατρὸς ὄντος λόγου τὸ γεννηθὲν ἐξ αὐτῆς. τίς γὰρ εἶπέ ποτε, ὅτι ἑτέρου τινὸς τῶν ἀπ' E αἰῶνος γέγονεν ἀνθρώπων ἡ δεσποτικὴ σάρξ, τυχὸν ἢ τοῦ Αβελ, ἢ Νῶε, ἢ Ηλία, ἤ τινος τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀνθρώπων; οὐ μόνον δὲ περὶ τῆς δεσποτικῆς σαρκὸς ἀποφαινόμεθα, ὡς οὐ γέγονεν ἑτέρου τινὸς τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀνθρώπων, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἰδία καὶ μόνη, ἡ ἀσυγχύτως καὶ ἀχωρίστως ἑνωθεῖσα τῷ Θεῷ λόγῳ· ἀλλ' οὐδὲ ἡ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν σὰρξ γέγονέ ποτε, ὡς ἔφαμεν, ἑτέρου τινὸς, πλὴν ἐκείνου, οὗ ἐστι σάρξ. τούτου τοίνυν παρὰ πᾶσι τοῖς τῆς ἐκκλησίας ὁμολογουμένου, τί αὐτῷ βούλεται τὸ συνεχῶς ἰδίαν αὐτὴν λέγειν, εἰ μὴ ἄρα ἐξαίρει αὐτὴν τοῦ εἶναι τῆς ἡμετέρας φύσεως; πῶς δὲ καὶ ἀπαγορεύει

* ἴσως, οὐ καθ'

ANNO CHRISTI 431.

γορεύει μὴ δεῖν λέγεσθαι συνημμένην μὲν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀξίαν καὶ αὐθεντίαν, αὐτὸς λέγων ἐν τῷ πρώτῳ τόμῳ· οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πεπλουτήκαμεν, ἀνακομισθείσης ἐν αὐτῷ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως εἰς ἀξίωμα τὸ θεοπρεπές; ἀλλ᾽ ἡμεῖς εἴπωμεν αὐτῷ ἐναντιουμένῳ καὶ ἑαυτῷ· εἰ τοίνυν αἱ φύσεις μένουσιν ἀσύγχυτοι, μένει δὲ καὶ ἡ ἕνωσις· φαμὲν δὲ τὰ τῆς προσκυνήσεως, καὶ δυνάμεως, καὶ ἀξίας, καὶ αὐθεντίας, ὡς ἑνὶ υἱῷ προσφέρεσθαι ἄξιον, μενουσῶν τῶν φύσεων ἐν τῇ ἑνώσει ἀσυγχύτων· εἴ τι ὑπολείπεται ἕτερον, * ἢ ἀκριβέστερον τὴν ἕνωσιν χαρακτηρίζει, καὶ δώσομεν, καὶ συνθησόμεθα, ἐκτὸς τῆς τῶν φύσεων συγχύσεως. ἀλλὰ πρόδηλον, ὡς οὐδὲν αὐτῷ ἐξαρκεῖ εἰς τὸ τῆς ἑνώσεως ἄκρον, μὴ τὰς φύσεις συγχέοντι. ἀλλ᾽ ἡμεῖς τὰς μὲν φύσεις οὔσας ἀσυγχύτους * φυλάξομεν· καὶ τὴν ἕνωσιν ἄκραν, καὶ θείαν, καὶ ἡμῖν ἀκατάληπτον ὁμολογοῦμεν, πάντα εἰς δοξολογίαν ὡς Θεῷ, καὶ ἑνὶ υἱῷ προσφέροντες, καὶ λέγοντες αὐτῷ τὴν τοῦ μακαρίου Πέτρου φωνήν· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.

* ἢ ἀκριβέστερον τὴν

* φυλάξωμεν.

A autem etiam interdicit, ne dicatur connexam esse ei secundum dignitatem & auctoritatem, cum ipse dicat in primo tomo: Sic enim & nos illius paupertate ditati sumus, elevata in eo humana natura in dignitatem Deo convenientem? Sed nos dicamus ei, qui adversatur etiam sibi ipsi: Si igitur naturæ inconfusæ manent, manet autem & unitas: dicimus vero adorationem & virtutem & dignitatem & auctoritatem tamquam uni Filio offerri debere, manentibus naturis in unitate inconfusis: si quid restat aliud, quod certiorem unitatem exprimat, & dabimus & consentiemus, extra confusionem videlicet naturarum. B Sed perspicuum est, quia ei nihil sufficit ad summam unitatem, nisi ut naturas confundat. Sed nos naturas quidem existentes inconfusas servabimus, unitatemque summam & divinam & nobis incomprehensibilem confitemur; omnia ad glorificationem, tamquam Deo & uni Filio offerentes, & dicentes ei beati Petri vocem: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Matth. 16.

PART III. CAP. II.

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Κατεθήγοντό ποτε πρὸς ἀνοσίους ὀργὰς οἱ * τῶν Ἰουδαίων δῆμοι, τοῖς τοῦ φθόνου βέλεσι τὸν νοῦν κατηκοντισμένοι. ἐπειδὴ δὲ πρὸς τοῦτο καὶ τὰς βεβήλους ἐπέφερον χεῖρας τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ, τῶν τοιούτων αὐτοὺς τολμημάτων τὰς αἰτίας εἰπεῖν διεκελεύετο, λέγων· πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ πατρός μου, διὰ ποῖον αὐτῶν ἔργον ἐμὲ λιθάζετε; οἱ δὲ ἧκον εἰς τοῦτο δυσβουλίας τε * ὁμοῦ καὶ ἀνοσιότητος ἐννοιῶν, ὥστε καὶ τοῖς τῆς δυσφημίας ἐγκλήμασι περιβάλλειν * ἐπεχείρουν· ἔφασκον γάρ· περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. ἔφη δέ που πρὸς αὐτοὺς ὁ σωτήρ· οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν· ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε; εἰ ἐκείνους εἶπε Θεούς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή, ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε· ὅτι βλασφημεῖς· ὅτι εἶπον υἱὸς Θεοῦ εἰμί; περιεργαζόμενοι δὲ ἡμεῖς τῆς ἐνθάδε λεγομένης ἀποστολῆς τὸν τρόπον, ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων τὴν ἐπὶ τῷδε γνῶσιν ἐρανιζόμεθα. ἔφη τοίνυν αὐτὸς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· πνεῦμα κυρίου ἐπ᾽ ἐμέ· οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με· κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. ἀπεστάλθαι δέ φαμεν τὸν υἱὸν παρὰ τοῦ πατρὸς, γενόμενον ἄνθρωπον· πρέποι γὰρ ἂν καὶ μάλα ὀρθῶς τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις τὸ τῆς ἀποστολῆς ὄνομά τε, καὶ χρῆμα. ἀπεστάλη δὲ, ὡς ἔφην, οὐ γυμνὸς καὶ ἄσαρκος ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, γέννησιν δὲ μᾶλλον ὑπομείνας τὴν κατὰ σάρκα, ἤτοι σῶμα λαβὼν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. τοῦτό τε ἀφράστως καὶ ἀσυγχύτως ἑνώσας ἑαυτῷ, καθὰ πλειστάκις εἰρήκαμεν, ἐπέφανεν ἡμῖν ὁ Θεὸς κύριος, κατὰ τὰς γραφάς. ἴδιον οὖν τὸ σῶμά φαμεν γενέσθαι τοῦ λόγου, καὶ οὐκ ἀνθρώπου τινὸς ἰδικῶς καὶ κεχωρισμένως ἑτέρου παρ᾽ αὐτὸν νοουμένου Χριστοῦ καὶ υἱοῦ. ὥσπερ δὲ ἴδιον ἡμῶν ἑκάστου λέγεται σῶμα τὸ ἰδικῶς αὐτοῦ, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ

* πάλαιες ἰουδαῖοι, τοῖς

* ἅμα

* ἐπιχειρεῖν

Cyrilli defensio.

Exacuebantur aliquando ad iracundiam C scelestam infelices Iudæi, animo vulnerati invidiæ jaculis. Quia vero super hæc etiam impias inferebant manus Christo omnium nostrum salvatori, tantæ audaciæ causas eos jubebat edicere: *Multa*, inquiens, *bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod horum opus me lapidatis?* Ioan. 10. At illi ad tantam temeritatem & impietatem cogitationum venerunt, ut etiam criminibus blasphemiæ eum molirentur obstringere. Dicebant enim: *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cum sis, facias teipsum Deum.* Ibid. Dixit D autem ad eos salvator: *Nonne scriptum est in lege vestra: Ego dixi; Dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi scriptura: quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum?* Psal. 81. Nos vero diligenter perscrutantes missionis formam, de qua hic dicitur e sacris scripturis, ejus rei scientiam colligimus. Dicit igitur ipse per vocem Isaiæ: *Spiritus Domini super me. propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, & prædicare captivis remissionem, & cæcis restitutionem visus.* Luc. 4. ex Isai. 61. Missum vero dicimus Filium a Patre, factum hominem. Valde enim congruunt exinanitionis E mensuris missionis nomen & res. Missum itaque est, sicuti dixi, non nudum & absque carne Verbum, quod est ex Deo Patre; sed nativitatem potius secundum carnem subiens, id est, corpus ex sancta Virgine assumptum ineffabiliter & inconfuse sibi uniens, sicut sæpissime diximus, *illuxit nobis Deus dominus*, secundum scripturas. Psalm. 117. Proprium igitur corpus dicimus factum esse Verbi, & non hominis alicujus seorsim & separate, tamquam alius præter illum Christus & Filius intelligatur. Quemadmodum autem uniuscujusque nostrum proprium dicitur corpus quod proprie ejus est, ita & in uno Christo est in-

telligen-

PART III. CAP. II.

telligendum. Nam quamvis sit nostris corporibus cognatum, hoc est, consubstantiale; (natum enim ex muliere est) proprium ejus, ut dixi, intelligitur & dicitur. Quia autem vita secundum naturam est Verbum, quod ex Deo Patre est, vivificatricem effecit suam carnem: & hac ratione factum est nobis benedictio vivificatrix. Proinde Christus dicebat. *Amen amen dico vobis, ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi, & vitam dans mundo.* (Ioan. 6.) & rursus: *Panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita.* (Ibid.) & iterum: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Vide igitur, quomodo ubique suum corpus illud e muliere assumptum nominat propter summam unitatem. Hæc cum sit mysterii ratio, in expositione sua rursus ait Nestorius: Audite, inquit, attendentes verba: *Qui manducat,* inquit, *meam carnem.* Memores estote, quod de carne est sermo, & quod non a me adjectum est carnis nomen, ne illis videar perverse interpretari: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem.* Num dixit: Qui manducat meam divinitatem, & bibit meam divinitatem? *Qui manducat meam carnem,* inquit, *& bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Memores estote quod de carne sit dictum. At enim perverse nonnunquam interpretor. audiamus igitur ex sequentibus. *Sicut misit me vivens Pater.* Ille dicit divinitatem, ego humanitatem. Videamus quisnam perverse interpretetur: *Sicut misit me vivens Pater.* Dicit hoc loco hæreticus divinitatem. Num dicit: Misit me Deum Verbum vivens Pater, ut illi putant, & ego Deus Verbum vivo propter Patrem? Deinde post hoc: Et iterum: *Et qui manducat me, & ille vivet.* (Ibidem.) Quid manducamus? divinitatémne, an carnem?] Ac de tam absurdis, & adeo temere ab eo effusis nugis, longus a nobis jam est sermo habitus. Quid autem sibi velit, cum haud Deum Verbum missum esse dicit, incarnatum & hominem factum; & rursum quod visibile est, ut ipse dicit, seorsim & divisim ponit; non habeo dicere, imò vero manifestum jam cavillum est. Nam unionis modum destruit, ut commune inveniatur corpus Christi, non jam vere proprium verbi omnia vivificare valentis. Indubitanter quidem omnia humana parva sunt Deo Verbo: sed quia dignatus est propter nos mundo salutarem exinanitionem sustinere, etiamsi missus esse dicatur, ut prædicet captivis remissionem, & cæcis restitutionem visus, glorificatur potius utpote qui humilitatem dispensationis in carne secum attulerit: & nullus (opinor) qui sapiat, reprehenderit, quod humiliarit se in nostris propter nos. An vero qui visibilem illum, tamquam alium quemdam esse Filium & Christum præter illud ex Deo Verbum asserit, cui etiam soli missionis & apostolatus munus tribuerit, non is nostrum mysterium anthropophagiam efficit, atque ad exoletas cogitationes mentem fidelium nefarie perducit, eaque humanis subjicere rationibus conatur, quæ sola fide omni seposita curiositate capiuntur? Neque enim, quia minime editur divinitatis natura, propterea commune

A νοητέον. καίτοι γὰρ ὑπάρχον τοῖς ἡμετέροις σώμασιν ὁμογενὲς, ἤγουν ὁμοούσιον, γεγέννηται γὰρ ἐκ γυναικὸς, ἴδιον αὐτοῦ, ὡς ἔφην, νοεῖται καὶ λέγεται. ἐπειδὴ δὲ ζωὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ζωοποιὸν ἀπέφηνε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα· ταύτῃ τοι γέγονεν ἡμῖν εὐλογία ζωοποιός. καὶ γοῦν ἔφασκεν ὁ Χριστός· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. καὶ πάλιν· καὶ ὁ ἄρτος δὲ, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. καὶ πάλιν· ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων B μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. ἄθρει δὴ οὖν, ὅπως πανταχοῦ ἑαυτοῦ σῶμα τὸ ἐκ γυναικὸς ὀνομάζει διὰ τὴν εἰς ἄκρον ἕνωσιν. τοῦτον ἔχοντος τοῦ μυστηρίου τὸν λόγον, ἐν ἐξηγήσει πάλιν ἰδίᾳ φησὶν ὁ Νεστόριος· Ἀκούσατε τοίνυν, προσέχοντες τοῖς ῥητοῖς· ὁ τρώγων μου, φησὶ, τὴν σάρκα· μνημονεύετε ὅτι περὶ τῆς σαρκός ἐστι τὸ λεγόμενον· καὶ ὅτι οὐ παρ' ἐμοῦ προστέθειται τὸ τῆς σαρκὸς ὄνομα. ὥστε μὴ δοκεῖν ἐκείνοις παρερμηνεύειν· ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα. μὴ εἶπεν· ὁ τρώγων μου τὴν θεότητα; καὶ πίνων μου τὴν θεότητα; ὁ τρώγων μου τὴν σάρ- C κα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. μνημονεύετε, ὅτι περὶ τῆς σαρκὸς τὸ λεγόμενον. ἀλλ' ἐνίοτε παρερμηνεύω. ἀκούσωμεν ἐκ τῶν ἐφεξῆς· καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ. ἐκεῖνος λέγει τὴν θεότητα, ἐγὼ τὴν ἀνθρωπότητα. ἴδωμεν τίς ὁ παρερμηνεύων· καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ. λέγει ἐνταῦθα ὁ αἱρετικὸς τὴν θεότητα· μὴ λέγει, ὅτι ἀπέστειλεν ἐμὲ τὸν Θεὸν λόγον ὁ ζῶν πατήρ· κατ' ἐκείνους· κἀγὼ ζῶ ὁ Θεὸς λόγος διὰ τὸν πατέρα; εἶτα μετὰ τοῦτο· καὶ πάλιν· ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται. τίνα ἐσθίομεν; τὴν θεότητα, ἢ τὴν σάρκα;] περὶ μὲν οὖν τῶν οὕτως ἐκτόπων, καὶ ἀτημελῶς αὐτῷ πε- D φλυαρημένων, μακρὸς ἤδη παρ' ἡμῶν πεποίηται λόγος. τί δ' ἂν βούλοιτο νοεῖν, οὐ τὸν Θεὸν λόγον ἀπεστάλθαι λέγων, σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα· τιθεὶς δὲ πάλιν ἰδίᾳ τε καὶ ἀνὰ μέρος, ὡς αὐτός φησι, τὸ φαινόμενον, οὐκ ἔχω λέγειν. μᾶλλον δὲ καὶ ἐναργὲς ἤδη τὸ σόφισμα. τὸν γὰρ τῆς ἑνώσεως παραλύει τρόπον, ἵνα κοινὸν εὑρίσκηται τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, οὐκέτι δὲ ἴδιον ἀληθῶς τοῦ πάντα ζωοποιεῖν ἰσχύοντος. μικρὰ μὲν ὁμολογουμένως ἐστὶ τῷ Θεῷ λόγῳ πάντα τὰ ἀνθρώπινα· ἐπειδὴ δὲ κατηξίωσε δι' ἡμᾶς τὴν τῷ κόσμῳ σωτήριον ὑπομεῖναι κένωσιν, κἂν ἀπεστάλθαι λέγηται κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς E ἀνάβλεψιν, δοξάζεται μᾶλλον, ὡς ἐπενεγκὼν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ ταπεινόν· καὶ οὐκ ἂν οἶμαί τις * διαμωμήσειεν τῶν εὖ φρονούντων, ὅτι καθῆκεν ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς δι' ἡμᾶς. ἆρ' οὖν, ὡς ἕτερόν τινα υἱὸν καὶ Χριστὸν παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, τὸν φαινόμενον εἶναι διαβεβαιούμενος, ᾧ καὶ μόνῳ τὸ τῆς ἀποστολῆς προσνενέμηκε χρῆμα, οὐκ ἀνθρωποφαγίαν ἡμῖν ἀποφαίνει τὸ μυστήριον, παριστὰς ἀνοσίως εἰς ἐξιτήλους ἐννοίας τῶν * πιστευσάντων τὸν νοῦν· καὶ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ὑποφέρειν ἐπιχειρῶν, * ἃ μόνως καὶ ἀζητήτῳ πίστει προσλαμβάνεται; οὐ γὰρ ἐπειδήπερ οὐκ ἐσθίεται θεότητος φύσις, διὰ τοῦτο κοινὸν εἶναι

* διαμωμή-σηται
* πιστευόντων
* ἃ μόνη

ANN. CHRIS. 431.

ANNO CHRISTI 431.

rum sic recte dictorum, si non novit Emmanuelem vere Deum esse, si non secundum carnem ex sancta virgine carnem factum Dei Verbum, ut scriptum est, cur non potius clare dixit: Quid agis vir egregie? absurdas & contrarias evomis voces. cur dogmatibus veritatis iuveniliter insultas? Non est secundum veritatem Deus Emmanuel, neque Dei genitrix sancta virgo: ut & nos ita clamanti atque dicenti, e scriptura divina resistentes prudenter, & apostolicæ atque euangelicæ fidei traditionem, patrumque confessionem qui olim Nicææ congregati sunt, contra proferentes, convinceremus eum nostris dictis reprehensionem neque recte, neque honeste moliri, magis autem cum divinis scripturis impudenter pugnare. Sed sapiens & astutus enarrator, quæ quidem dicere decebat, & necessarium erat, prætermittens, & omnino de talibus nihil cogitans, alia aggreditur via. Confestim enim se convertit ad necessitatem astruendi conversione superius esse Dei Verbum, nec in naturam carnis transformatum esse: quasi vero anathematismus id confirmet, ac ostendere velit. Audiat itaque qui occurrere his, quibus contradicit, nullo modo novit: Superflue loqueris homo, & repugnas sententiæ odiosæ etiam apud nos. Novimus enim quod conversionis obumbrationem sustinere divina & suprema natura non patiuntur: sed neque Dei Verbum esse desinens hoc quod est, in naturam transiit carnis. Quia vero ait, a Dei forma assumptam servi formam, doceat in medium procedens, si absque subsistentiis solæ & per se formæ convenerunt inter se. Sed existimo, ipse se statim evertet. Non enim similitudines simpliciter non subsistentes, & formæ convenerunt inter se per unionem dispensatoriam, sed rerum sive substantiarum concursus est factus, ut inhumanationis ratio vere facta credatur. Ergo si dicemus carnem factum Verbum, non confusionem, non mixturam, non conversionem, aut immutationem contigisse dicimus circa ipsum, sed unitum potius ineffabiliter & inenarrabiliter corpori animam habenti intellectivam. Quod autem uniri dicitur, non statim confunditur, sed potius alterum assumit. Affirmamus igitur, Verbum quod ex Deo patre est, assumpsisse sanctam & animatam carnem, unitumque secundum veritatem inconfuse, ex utero ipso processisse hominem, permansisse autem etiam sic Deum verum: ideoque & Dei genitrix est sancta virgo. Superfluum autem arbitror existimare, hominis etiam genitricem eam dici oportere. Nam si quidem essent aliqui ex multa vesania dicentes, Dei Verbi naturam veluti fontem quemdam, & propriæ existentiæ principium habuisse carnem; forte fuisset aliqua non absurda & contemnenda ratio volentibus eam etiam hominis genitricem nominari oportere. Quia vero abominabilis & odiosa quidem apud omnes est hujusmodi opinio, neque aliter intelligitur Dei genitricem esse sanctam virginem, nisi primum quis credat, quod Verbum, quod est ex Deo patre, factum sit caro, hoc est homo;

PART. III. CAP. III.

(non enim certe divinitatem nudam, sicuti dixi, peperit sancta virgo) quæ est hujus instantiæ utilitas, dicentium oportere nominari eam & hominis genitricem? Sed sicut apparet, inventa ab eis est contra Christum virulenta quædam machinatio. Non enim patiuntur sapere vel dicere, ipsum qui ex Deo & Patre est ante sæcula Filius, in novissimus sæculi temporibus inconfuse, inconvertibiliter, ex utero unitum carni animam habenti rationalem, sicque factum similem nobis hominem: sed tamquam unum sanctorum, inhabitantem habuisse Deum prædicare conantur, & hoc sentiendum suadent, non considerantes quod & in nobis est per Spiritum, sicut in sanctis templis, omnium Deus. Scriptum est enim: *Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis ergo templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* (1. Cor. 3.) Sed licet nominemur templa Dei, cum Deum habeamus inhabitantem per Spiritum; attamen alterum novimus modum sacramenti secundum Christum. Vere enim unitam esse Deo Verbo carnem asserimus, anima utique rationali præditam. Libenter autem eum percontarer, utrum unionem Verbi ad humanitatem, sive ad sanctum corpus animatum intellectiva anima, vere factam dicat, an cum aliis simul & ipse dicat, secundum copulationem quæ per habitudinem est, servilis & non subsistentis formæ ad subsistentem & divinam formam; aut alio modo, secundum solam filiationis æquivocationem, & secundum æqualitatem dignitatum? si tamen hic esse omnino copulationis modus intelligitur. Sed enim, sicut apparet, frustra molestus sum, & interrogationem superfluam facio, habens ejus voces, apertamque confessionem. In primo namque capitulo ipsis verbis sic ait: Propterea natus infans Emmanuel appellatur, neque Deus ab humana natura separatus, neque homo divinitate nudatus.] Oportebat sane eum accuratam & exactam explanationem his de rebus efficere. Verumtamen illud interim observare convenit: ecce enim hoc loco & quidem clare interpretans ipse unionem, ab humana natura non separatum fuisse dicit Deum: simul etiam confitetur, quia & unum secundum unionem dispensatoriam novit existere Christum, eumdem videlicet & Deum simul & hominem. Quomodo ergo non erubescit, dum ea quæ diximus reprehendit?

Anathematismus II.

Si quis non confitetur, Dei Patris Verbum carni secundum hypostasin unitum, unumque una cum sua carne esse Christum, eumdem nimirum Deum simul & hominem; anathema sit.

Theodoreti reprehensio.

Unum quidem Christum confitemur, sanctis apostolorum doctrinis credentes, eumdemque propter unionem & Deum & hominem nominamus; secundum hypostasin vero unionem modis omnibus ignoramus, tamquam peregrinam & alienam a divinis scripturis & patribus, qui eas interpretati sunt. Si autem per unionem secundum subsistentiam hoc vult dicere is a quo hæc orta sunt, quod temperamentum carnis

A οὐ γάρ που θεότητα γυμνὴν, ὡς ἔφην, ἐκτέτοκεν ἡ ἁγία παρθένος, τί τὸ τῆς ἐνστάσεως ὄφελος τῶν χρῆναι λεγόντων ὀνομάζεσθαι δεῖν καὶ ἀνθρωποτόκον αὐτήν; ἀλλ' ὡς ἔοικεν, ἐξεύρηταί τι πικρὸν αὐτοῖς κατὰ Χριστοῦ σκαιώρημα· οὐ γὰρ ἀνέχονται φρονεῖν ἢ λέγειν αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ πατρὸς προαιώνιον υἱὸν ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἐκ μήτρας ἑνωθῆναι σαρκὶ ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν λογικὴν, οὕτω τε γενέσθαι καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον, ἀλλ' ὡς ἕνα τῶν ἁγίων ἔνοικον ἔχοντα Θεὸν διακηρύττειν ἐπείγονται, καὶ φρονεῖν ἀναπείθουσιν· οὐκ ἐννοοῦντες, ὅτι καὶ ἐν ἡμῖν ἐστι διὰ τοῦ πνεύματος, ὡς ἐν ἁγίοις ναοῖς, ὁ τῶν ὅλων Θεός. γέγραπται γὰρ, ὅτι· οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς B Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἴ τις οὖν τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρῃ, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς. ἀλλ' εἰ καὶ ὠνομάσμεθα ναοὶ Θεοῦ, Θεὸν ἔχοντες τὸν ἐνοικοῦντα διὰ τοῦ πνεύματος, ἀλλ' ἕτερον ἴσμεν τὸν κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τρόπον. ἡνῶσθαι γὰρ τῷ Θεῷ λόγῳ κατὰ ἀλήθειαν τὴν σάρκα φαμὲν, ψυχῆς δηλονότι τῆς λογικῆς ἐνούσης αὐτῇ. ἐπυθόμην δ' ἂν ἡδέως αὐτοῦ· πότερα δὴ τὴν ἕνωσιν τοῦ λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἤγουν τὴν πρὸς τὸ ἅγιον σῶμα, τὸ καὶ ψυχωθὲν νοερῶς, πεπρᾶχθαί φησιν κατὰ ἀλήθειαν, ἢ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ καὶ αὐτὸς κατὰ συνάφειαν σχετικὴν δουλοπρεποῦς καὶ ἀνυποστάτου μορφῆς πρὸς ἐνυπόστατον καὶ θείαν C μορφὴν, ἢ καθ' ἕτερον τρόπον, κατὰ μόνην τῆς υἱότητος τὴν ὁμωνυμίαν, καὶ κατὰ * τὴν ἰσότητα τῶν ἀξιωμάτων; εἴπερ τις * ἄλλος συναφείας οὑτοσὶ νοεῖται τρόπος. ἀλλὰ γὰρ, ὡς ἔοικε, παρενοχλῶ μάτην· πεποίημαι δὲ περιττῶς τὴν πεῦσιν, ἔχων αὐτοῦ φωνὰς, καὶ σαφῆ τὴν ὁμολογίαν. ἐν γάρ τοι τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ φησὶν αὐταῖς λέξεσιν ὧδε· διὰ τοῦτο τὸ τεχθὲν βρέφος προσαγορεύεται Ἐμμανουήλ. οὔτε Θεὸς ἀνθρωπείας κεχωρισμένος φύσεως, οὔτε ἄνθρωπος γεγυμνωμένος θεότητος. ἔδει μὲν οὖν αὐτὸν ἀκριβῆ καὶ τετορνευμένην τὴν περί γε τούτων ἀφήγησιν ποιεῖσθαι φιλεῖν. πλὴν ἐκεῖνο τέως ἐπισημήνασθαι χρή· ἰδοὺ γὰρ ἐνθάδε καὶ μάλα σαφῶς διερμηνεύων αὐτὸς τὴν ἕνωσιν, φύσεως ἀνθρωπίνης οὐ κεχωρίσθαι φησὶ τὸν Θεόν· προσομολογεῖ δὲ, ὅτι καὶ ἕνα καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν οἶδεν ὄντα τὸν Χριστὸν, τὸν E αὐτὸν δηλονότι Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον. εἶτα πῶς οὐκ ἐρυθριᾷ, τοῖς παρ' ἡμῶν γεγονόσιν ἐπιπλήττων λόγοις;

*μόνην
*ὅλως

Ἀναθεματισμὸς β.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἑνῶσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἕνα τε εἶναι Χριστὸν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, τὸν αὐτὸν δηλονότι Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον· ἀνάθεμα ἔστω.

Θεοδωρήτου ἀνατροπή.

Ἕνα μὲν Χριστὸν ὁμολογοῦμεν, ταῖς θείαις τῶν ἀποστόλων διδασκαλίαις* πειθόμενοι· καὶ τὸν αὐτὸν διὰ τὴν ἕνωσιν Θεόν τε * καὶ ἄνθρωπον ὀνομάζομεν. τὴν δὲ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν παντάπασιν ἀγνοοῦμεν, ὡς ξένην, καὶ ἀλλόφυλον τῶν θείων γραφῶν, καὶ τῶν ταύτας ἡρμηνευκότων πατέρων. εἰ δὲ τοῦτο βούλεται λέγειν διὰ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως ὁ ταῦτα γεννήσας, ὡς κρᾶσις σαρκὸς

*ἑπόμενοι·
*ἰσχυρῶς

ANNO CHRISTI 431.

PART. III. CAP. III.

καὶ θεότητος γέγονεν, ἀντεροῦμεν σὺν πάσῃ προθυμίᾳ, καὶ τὴν βλασφημίαν ἐλέγξομεν. ἀνάγκη γὰρ τῇ κράσει ἀκολουθῆσαι τὴν σύγχυσιν· εἰσιοῦσα δὲ ἡ σύγχυσις ἀφαιρεῖ τῆς ἑκάστης φύσεως τὴν ἰδιότητα, τὰ γὰρ κεραννύμενα οὐ μένει, ἃ πρότερον ἦν. τοῦτο δὲ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ τοῦ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ λέγειν, τῶν ἀτοπωτάτων ἂν εἴη. χρὴ δὲ πείθεσθαι τῷ κυρίῳ δεικνῦντι τὰς δύο φύσεις, καὶ λέγοντι τοῖς Ἰουδαίοις· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. εἰ δὲ κρᾶσις ἐγεγόνει, οὔτε Θεὸς ἐμεμενήκει Θεὸς, οὔτε ναὸς ἐγνωρίζετο ναός· ἀλλὰ καὶ ὁ ναὸς Θεὸς, καὶ ὁ Θεὸς ναός. τοῦτο γὰρ ὁ τῆς κράσεως βούλεται λόγος. καὶ περιττῶς ὁ κύριος εἶπε τοῖς Ἰουδαίοις· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· ἐχρῆν γὰρ φάναι· λύσατέ με, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερθήσομαι, εἴπερ ἀληθῶς κρᾶσίς τις ἐγεγόνει καὶ σύγχυσις. νῦν δὲ δείκνυσι τὸν λυόμενον ναὸν, καὶ τὸν ἀνιστῶντα Θεόν. περιττὴ τοίνυν ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις· ἣν ἀντὶ κράσεως ἡμῖν, ὡς οἶμαι, * προβάλλονται. ἀρκεῖ δὲ λέγειν τὴν ἕνωσιν, ἥ τις καὶ τὰς τῶν φύσεων ἰδιότητας δείκνυσι, καὶ τὸν ἕνα προσκυνεῖν διδάσκει * Χριστόν.

*προβάλ-λονται.

*...ών.

A & divinitatis sit factum, contradicemus omni cum alacritate, & redarguemus blasphemiam. Necesse enim est ad temperamentum sequi confusionem; ingressaque confusio aufert uniuscuiusque naturæ proprietatem. Quæ enim temperantur, non permanent, ut primo fuerunt. Hoc autem de Deo Verbo, & eo qui ex semine David est, dicere absurdissimum est. Oportet autem credere domino ostendenti duas naturas, atque dicenti Iudæis: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud.* Si autem temperatio facta fuisset, neque Deus permansisset Deus, neque templum cognitum fuisset templum, sed & templum Deus, & B Deus templum; (hoc enim exigit ratio temperamenti) & superflue dominus dixisset Iudæis: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud.* Oportebat enim dicere: Solvite me, & in tribus diebus suscitabor; siquidem vere aliquod temperamentum factum fuisset, atque confusio. nunc autem ostendit solvendum templum, & suscitantem Deum. Superflua itaque secundum subsistentiam unio, quam pro temperamento nobis, sicuti puto, proponunt. Sufficit autem dicere unionem, quæ & naturarum proprietates ostendit, & unum edocet adorare Christum.

Ioan. 2.

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Ἰδοὺ δὴ πάλιν ὁ γεννάδας οὑτοσὶ πρόφασιν τῆς καθ' ἡμῶν ἀθυροστομίας τὸ παρατυχὸν ποιεῖσθαι σπουδάζων, διασύρει τὴν λέξιν, τὴν καθ' ὑπόστασιν λέγω· καθυβρίζει δὲ τὸ ἀσυνήθες αὐτῆς, καὶ δὴ καὶ ξένως αὐτὴν πεποιῆσθαι διϊσχυρίζεται, οὐκ ἐννοήσας, ὅτι ταῖς τῶν ἀνοσίων αἱρεσιωτῶν εὑρεσιλογίαις ἡ τῶν λέξεων δύναμις τὸ ἀληθὲς ἀντεξάγουσα, παραλύειν ἐπιχειρεῖ τὸ ἀντιτετάχθαι δοκοῦν. Νεστορίου τοιγαροῦν ἀναιροῦντος πανταχοῦ τὴν Θεοῦ λόγου τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν καὶ μόνην ἡμῖν ἀξιωμάτων ἑνότητα παρεισκρίνοντος, ἄνθρωπόν τε Θεῷ συνῆφθαι λέγοντος, τῇ τῆς υἱότητος ὁμωνυμίᾳ τετιμημένον, ἀναγκαίως ἡμεῖς τοῖς ἐκείνου μαχόμενοι, τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν γενέσθαι φαμὲν, τοῦ, καθ' ὑπόστασιν, οὐδὲν ἕτερον ἀποφαίνοντος, πλὴν ὅτι μόνον ἡ τοῦ λόγου φύσις, ἤγουν ἡ ὑπόστασις, ὅ ἐστιν αὐτὸς ὁ λόγος, ἀνθρωπείᾳ φύσει κατὰ ἀλήθειαν ἑνωθεὶς, τροπῆς τινος δίχα καὶ συγχύσεως, καθὰ πλειστάκις εἰρήκαμεν, εἷς νοεῖται καὶ ἔστι Χριστὸς, ὁ αὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. τοῦτο δὲ, ὥς γε οἶμαι, καὶ αὐτῷ Θεοδωρήτῳ δοκεῖ, φύσεως ἀνθρωπίνης οὐ κεχωρίσθαι λέγοντι τὸν Θεὸν, οὔτε μὴν θεότητος δίχα νοεῖσθαι τὸ ἀνθρώπινον. οὐκοῦν οὔτε δίχα τῶν ὑποστάσεων δούλου τε καὶ Θεοῦ μορφὴν ἡνῶσθαι φαμὲν, οὔτε μὴν κοινὸν ἄνθρωπον, ἰσότητι μόνῃ τῶν ἀξιωμάτων τετιμημένον, σχετικῶς συνῆφθαι τῷ λόγῳ διοριζόμεθα, ἀλλ' αὐτὸν, ὡς ἔφην, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ. γεγονότα κατὰ ἀλήθειαν ἐν προσλήψει τῆς ἑνωθείσης αὐτῷ σαρκὸς, ψυχὴν ἐχούσης τὴν λογικὴν, ἄνθρωπον γενέσθαι μετὰ τοῦ μεῖναι καὶ Θεόν. ἀλλ' ὁ δεινὸς εἰς λόγους, καὶ πυκνὸς εἰς θεωρίας, κράσεως εἶναι σημαντικὴν τὴν λέξιν διορίζεται, καὶ λέγειν ἀποτολμᾷ, καὶ τὰ * ἐκ τοῦ συγκεκρᾶσθαι τὰς φύσεις παρακομίζει * βλάβης, ὡς ἡμῶν ἠγνοηκότων· ἢ τάχα περιαυτίζεται, καὶ φιλοκομπεῖ. οἴεται δὲ ἴσως καὶ ἕτερον οὐδὲν, ἢ μακρηγορεῖν δύνασθαι, τὸ παρ' οὐδενὸς εἰρη-

*...τῶ ...λάβει

Cyrilli defensio.

Ecce rursus egregius hic occasionem contra nos oris effrenati quidquid se obtulerit, facere studens detrahit voci, secundum subsistentiam. Damnat autem eam novitatis, & peregrine prolatam affirmat; non considerans quia impiorum hæreticorum adinventionibus dictionum virtus veritatem opponens, destruere nititur quod ab eis videtur oppositum. Nestorio igitur ubique perimente Dei Verbi secundum carnem nativitatem, & solam nobis dignitatum unitatem asseverante, hominemque Deo copulatum esse dicente, filiationis æquivocatione honoratum, necessario nos dictis illius repugnantes, secundum subsistentiam unionem dicimus factam, verbo hoc, Secundum subsistentiam, nihil aliud demonstrante, nisi solum Verbi naturam, sive subsistentiam, quod est ipsum Verbum, humanæ naturę vere unitam sine ulla conversione atque confusione, sicuti sæpissime diximus, unum intelligi & esse Christum, eumdem Deum & hominem. Hoc autem, ut opinor, etiam ipsi Theodoreto probatur, dicenti ab humana natura Deum non esse separatum, neque humanitatem absque deitate intelligi. Igitur neque exclusa subsistentia servi & Dei formam unitam esse, neq; sane communem hominem sola dignitatum æqualitate cohonestatum, secundum habitudinem Verbo copulatum esse dicimus; verum ipsum, ut dixi, Filium Dei unigenitum in assumptione sibi unitæ carnis animam habentis rationalem, vere hominem factum esse cum hoc quod etiam Deus maneat. At vir ille sermonibus disertus, & in speculationibus versatus, vocabulū, Secundum subsistentiam, finivit esse temperamenti significativum, & dicere audet, & affert incommoda, quæ ex contemperatione sequuntur, quasi nos ignoraremus: vel fortasse sibi ipsi placet, & verborum abundantia atq; ornatu gaudet; nihilq; aliud forte cogitat, quam opinioné quod possit prolixe lo-

PART. III. CAP. III.

qui; quod a nullo dictum est, tamquam verum accipiens, ut aliquis esse videatur apud eos, qui recte dijudicare nesciunt, quisnam temere fabuletur, & mentiatur, aut quis recta veritatis via incedat, & sermonibus sapientibus & necessariis utatur. Initio, fateor, existimabam, sensum capitulorum eum non ignorare, fingere autem, ut dixi, se ignorare, & in hoc quibusdam morem gerere: atqui nunc vere illum ea ignorare comperio.

Anathematismus III.

Si quis in uno Christo post unionem dividit hypostases, ipsasque ea tantum conjunctione inter se connectit, quæ est secundum dignitatem, hoc est *auctoritatem, vel potestatem, & non eo potius concursu, qui est secundum naturalem unionem; anathema sit.

Theodoreti reprehensio.

Tenebricosa quidem & caliginosa est dictorum intelligentia, [piis autem manifesta est ipsorum ineptia.] Cui enim non est perspicuum, quod copulatio, & concursus nihil differunt? nam concursus, separatorum est concursus; copulatio vero est discretorum copulatio. At sapientissimus istorum verborum parens, quasi contraria posuit ea quæ consonant. Etenim non oportet, inquit, copulatione subsistentias conjungere, sed concursu, & concursu naturali: vel ignorans forte quid dicit; vel, si novit, blasphemans. Natura enim est vis necessario compellens, & absque voluntate. Exempli gratia: Natura esurimus, non hoc arbitrio, sed necessitate patientes: profecto enim qui in mendicitate degunt, mendicare desiissent si potestatem liberam non esuriendi haberent: natura sitimus, natura dormimus, natura respiramus aerem. Hæc autem omnia absque voluntate sunt, ut dixi. Qui autem nihil horum in se recipit, necessario finem vitæ accipit. Si igitur naturalis fuit Dei formæ & servi formæ unio, a necessitate quadam compulsus, & non misericordia usus Deus Verbum formæ servi conjunctus est, & legislator omnium necessitatis leges sequi invenitur. Verum non hæc nos docuit beatus Paulus, sed contrarium, quod seipsum exinanivit forma servi assumpta. Quod autem dicitur: *Seipsum exinanivit*, voluntarium demonstrat. Si igitur consilio & voluntate unitus est naturæ ex nobis susceptæ, superfluum est addere dictionem, Naturalis. satis enim fuerit fateri unionem. Unio autem in discretis accipitur, nusquam enim intelligitur unio, nisi fuerit divisio. Igitur unionem suscipiens, discretionem præaccipit. Quomodo igitur dicit non oportere subsistentias dividere, sive naturas? idque, sciens quod perfecta Dei Verbi subsistentia ante sæcula erat, & ab illa assumpta fuit servi forma perfecta. Ideo & subsistentias dixit, sed non subsistentiam. Si igitur utraque natura perfectionem habet, in idem autem convenerunt ambæ, forma videlicet Dei suscipiente formam servi, unam quidem personam, & unum Filium & Christum confiteri pium est; duas autem subsistentias sive naturas unitas dicere, non absurdum est, sed juxta causam consectaneum. Etenim si in uno homine dividimus naturas, & mortalem corpus, immortalem vero animam dicimus, utramque autem hominem; multo magis

Philipp. 2.

A μένον, ὡς ἀληθὲς δεχόμενος, ἵνα τις εἶναι δοκῇ παρά γε τοῖς οὐκ εἰδόσι διακρίνειν ὀρθῶς, τίς μὲν εἰκαιομυθεῖ καὶ ψεύδεται, τίς δὲ κατ' εὐθὺ τῆς ἀληθείας ἔρχεται, καὶ σοφῶν καὶ ἀναγκαίων ἅπτεται λόγων. ᾤμην μὲν οὖν ἐν ἀρχαῖς, ὁμολογῶ, τῶν κεφαλαίων τὴν δύναμιν οὐκ ἀγνοῆσαι μὲν αὐτὸν, ὑποπλάττεσθαι δὲ, ὡς ἔφην, τὸ δοκεῖν ἠγνοηκέναι, καὶ τοῦτο χαρίζεσθαί τισιν· ἠγνοηκότα γε μὴν αὐτὸν κατὰ ἀλήθειαν εὑρίσκω λοιπόν.

Ἀναθεματισμὸς γ'.

B Εἴ τις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, μόνῃ συνάπτων αὐτὰς συναφείᾳ τῇ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν αὐθεντίαν, ἢ δυναστείαν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον * συνόδῳ τῇ καθ' ἕνωσιν * φυσικήν· ἀνάθεμα ἔστω.

Θεοδωρήτου ἀνατροπή.

Σκοτεινὴ καὶ ζοφώδης τῶν εἰρημένων ἡ ἔννοια· τίνι γὰρ οὐκ εὔδηλον, ὡς συνάφεια καὶ σύνοδος οὐδενὶ διαφέρουσιν; ἥτε γὰρ σύνοδος τῶν κεχωρισμένων ἐστὶ σύνοδος, ἥτε συνάφεια τῶν διῃρημένων συνάφεια. ὁ δὲ σοφώτατος τῶν λόγων τούτων πατὴρ, ὡς ἐναντία τὰ σύμφωνα τέθεικεν. οὐ χρὴ γὰρ, φησὶ, συνάπτειν τὰς ὑποστάσεις συναφείᾳ, ἀλλὰ συνόδῳ, καὶ συνόδῳ φυσικῇ· ἢ ἀγνοῶν ἴσως ὃ λέγει, ἢ ἐν γνώσει * βλασφημῶν. ἡ γὰρ φύσις ἀναγκαστικόν τί ἐστι καὶ ἀβούλητον χρῆμα· οἷόν τι λέγω· φυσικῶς πεινῶμεν, οὐ γνώμῃ τοῦτο πάσχοντες, ἀλλὰ ἀνάγκῃ. ἦ γὰρ ἂν οἱ πτωχείᾳ συζῶντες τοῦ προσαιτεῖν ἀπηλλάγησαν, τοῦ μὴ πεινῆν τὴν ἐξουσίαν ἐν τῇ βουλῇ κεκτημένοι· φυσικῶς διψῶμεν, φυσικῶς καθεύδομεν, φυσικῶς ἀναπνέομεν τὸν ἀέρα· πάντα δὲ * ταῦτα τῶν ἀβουλήτων, ὡς ἔφην· ὁ γὰρ μηδὲν τούτων καταδεχόμενος, * ἀνάγκη τὸ τῆς ζωῆς * ὑποδέχεσθαι τέλος. εἰ τοίνυν φυσικὴ γέγονε τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς καὶ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς ἡ * κατ' ἕνωσιν σύνοδος, ὑπ' ἀνάγκης τινὸς βιαζόμενος, ἀλλ' οὐχὶ φιλανθρωπίᾳ κεχρημένος ὁ Θεὸς λόγος συνήφθη τῇ τοῦ δούλου μορφῇ· καὶ εὑρεθήσεται ὁ τοῦ παντὸς νομοθέτης ἀναγκαστικοῖς νόμοις ἀκολουθῶν. ἀλλ' οὐ ταῦτα ἡμᾶς ὁ μακάριος ἐδίδαξε Παῦλος, τοὐναντίον δὲ, ὅτι ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών· τὸ δὲ ἑαυτὸν ἐκένωσε, τὸ ἐθελούσιον δείκνυσιν. εἰ τοίνυν γνώμῃ καὶ βουλήσει τῇ ἐξ ἡμῶν ἀναληφθείσῃ ἡνώθη φύσει, περιττὴ τῆς φυσικῆς λέξεως ἡ προσθήκη· ἀρκεῖ γὰρ ὁμολογῆσαι τὴν ἕνωσιν· ἕνωσις δὲ ἐπὶ τῶν * εἰρημένων λαμβάνεται· διαιρέσεως γὰρ οὐκ οὔσης, οὐκ

E ἄν ποτε ἕνωσις νοηθείη. ὁ τοίνυν τὴν ἕνωσιν λαμβάνων, * προλαμβάνει τὴν διαίρεσιν. πῶς τοίνυν φησὶ, μὴ δεῖν τὰς ὑποστάσεις διαιρεῖν, εἴτουν φύσεις; καὶ ταῦτα, εἰδὼς ὡς τελεία μὲν ἡ τοῦ Θεοῦ λόγου ὑπόστασις πρὸ τῶν αἰώνων ὑπῆρχε, τελεία δὲ ὑπ' ἐκείνης ἐλήφθη ἡ τοῦ δούλου μορφή. διὸ καὶ ὑποστάσεις εἶπεν, ἀλλ' οὐχ ὑπόστασιν. εἰ τοίνυν ἑκατέρα φύσις τὸ τέλειον ἔχει, εἰς ταυτὸν δὲ συνῆλθον ἀμφότεραι, τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς δηλονότι λαβούσης τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, ἓν μὲν πρόσωπον, καὶ ἕνα υἱὸν, καὶ Χριστὸν * ὁμολογεῖν εὐσεβές· δύο δὲ τὰς ἑνωθείσας ὑποστάσεις, εἴτουν φύσεις λέγειν οὐκ ἄτοπον, ἀλλὰ κατ' αἰτίαν ἀκόλουθον. εἰ γὰρ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου διαιροῦμεν τὰς φύσεις, καὶ καλοῦμεν τὴν μὲν θνητὴν σῶμα, τὴν δὲ ἀθάνατον ψυχὴν, ἑκατέραν δὲ ἄνθρωπον, πολλῷ μᾶλλον

τοῦ

An. Chr. 43[…]

* συνόδ[…]
* φυσικ[…]
* δυσφη[…]
* πάντα […] ἀβουλήτω[ν]
* ἀνάγκη
* ὑποδέχ[ε]ται
* ἕνωσις,
* διῃρημέ[νων]
* προσλαμ[β]άνει
* ὡσαύτως ὁμολογεῖν

τοῦ ἀνειληφότος Θεοῦ, καὶ ἀναληφθέντος ἀνθρώπου, τὰς τῶν φύσεων ἰδιότητας γνωρίζειν εὔλογον. εὑρίσκομεν δὲ καὶ τὸν μακάριον Παῦλον, τὸν ἕνα ἄνθρωπον εἰς δύο διαιροῦντα ἀνθρώπους, καὶ ποτὲ μὲν λέγοντα· ὅσον ὁ ἔξω ἄνθρωπος φθείρεται, τοσοῦτον ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται· ποτὲ δέ· συνήδομαι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. καὶ αὖθις· εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον κατοικῆσαι τὸν Χριστόν. εἰ δὲ τὴν φυσικὴν συνάφειαν τῶν * ὁμολογουμένων φύσεων ὁ ἀπόστολος διαιρεῖ, πῶς ἀσεβείας γράφεται τοὺς τὰ ἴδια τῶν φύσεων διαιροῦντας τοῦ προαιωνίου Θεοῦ, καὶ τοῦ Θεοῦ ἐπ' * ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἀναληφθέντος ἀνθρώπου, ὁ τὴν κρᾶσιν * ἡμῖν δι' ἑτέρων ὀνομάτων διδάσκων;

Assumentis Dei, & assumpti hominis naturarum proprietates agnoscere, rationi consentaneum est. Invenimus autem & beatum Paulum unum hominem in duos dividentem, & aliquando quidem dicentem: *Quanto exterior homo corrumpitur, tanto internus renovatur.* (2. Cor. 4.) aliquando vero: *Condelector legi Dei,* inquit, *secundum interiorem hominem.* (Rom. 7.) & iterum: *In interiore homine habitare Christum.* (Ephes. 3.) Quod si apostolus naturalem copulationem naturarum simul conditarum dividit, quomodo eos qui dividunt proprietates naturarum, Dei qui ante sæcula fuit, & hominis in extremis diebus assumpti, impietatis accusat is, qui temperationem nos per alia nomina docet?

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Ἄθρει * δὴ οὖν, ὅπως ὁ πάνσοφος οὗτος πρῶτον μὲν τὸ ἀσυμφανὲς τῶν εἰρημένων καταψεύδεται, ἀφεγγῆ δὲ καὶ σκοτεινὴν τὴν διάνοιαν ἔχων αὐτὸς, σκοτεινὸν εἶναί φησι τὸν οὕτω διαφανῆ, καὶ τοῖς εὖ φρονεῖν ἐθέλουσι γνωριμώτατον λόγον. ᾠήθη δὲ ὅτι σύνοδον λέγεσθαι, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον συνάφειαν ὀνομάζεσθαι δεῖν, ὁ πρὸς ἡμῶν γεγονὼς διισχυρίζεται λόγος. εἶτα τῆς ἐνούσης εὐτεχνίας αὐτῷ ποιούμενος τὴν ἐπίδειξιν, μίαν ἡμῖν ἀποφαίνει τὴν ἐκ τῶν σημαινομένων δύναμιν, κἂν εἴτε συνάφειαν, εἴτουν σύνοδον παρεῖχθαί τις λέγοι. ἐγὼ δὲ κἂν τούτῳ θαυμάσας ἔχω τῆς οὕτως ἰσχνῆς εὐβουλίας αὐτόν· ἔγνω γὰρ, ὡς ἔοικε, μόνος τὸ μηδενί * ποτε τάχα τῶν ὄντων ἀγνοηθὲν, πεπατημένον δὲ οὕτως, ὡς καὶ αὐτοῖς εἶναι καταφανὲς τοῖς εἰσάπαν ἠμοιρηκόσι καὶ σοφίας κοσμικῆς, καὶ λόγων τριβῆς, καὶ τῆς ἐκ παρακουσμάτων μετρίας τε καὶ οὐκ ἀκριβοῦς ἐπιστήμης. τεθαυμακὼς τοίνυν τῆς εὐμαθίας αὐτὸν, ἐκεῖνό φημι· βραχὺ * διαγρηγορήσας καθάπερ ἐξ ὕπνου καὶ μέθης, ὁ τὸ πλατὺ καθ' ἡμῶν διευρύνων στόμα, * θεώρει λεπτῶς τὸ μυστήριον. τὴν ἐπὶ Χριστῷ λεγομένην ἕνωσιν * συκοφαντῆσαί τινες, παρατρέποντες εἰς τὸ ἀκαλλὲς, καὶ εἰς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς παρά γε τὸν σκοπὸν τῶν ἱερῶν γραμμάτων· φασὶ γὰρ διῃρῆσθαι μὲν εἰς ἅπαν ἀλλήλων, καὶ ὁλοτρόπως ἀποφοιτᾷν τὰς φύσεις, ἰδίᾳ τε εἶναι καὶ ἀνὰ μέρος ἑκατέραν· ἄνθρωπον δὲ οὕτω συνῆφθαι Θεῷ σχετικῶς διατείνονται κατὰ μόνην τὴν ἀξίαν, ἤγουν αὐθεντίαν, καὶ κατὰ τὴν τῆς υἱότητος ὁμωνυμίαν. ταύτην ἀναιρεῖ τὴν δόξαν ὁ ἀναθεματισμὸς, καὶ ταῖς οὕτω βδελυρωτάταις κενοφωνίαις ἀντανίσταται· διαβεβαιοῦται γὰρ ἑνωθέντα κατὰ φύσιν, τουτέστιν οὐ σχετικῶς, ἀλλὰ κατὰ ἀλήθειαν τῇ ἁγίᾳ σαρκὶ τὸν λόγον, ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν νοερὰν, κατὰ μηδένα τρόπον διατέμνεσθαι δεῖν, ἵνα μὴ δύο νοῶμεν υἱοὺς, μερίζοντες τὸν ἀμέριστον. ὁ δὲ οὐ συνιεὶς ὅ, τί ποτέ ἐστιν ἕνωσις φυσικὴ, τουτέστιν ἀληθὴς, οὐ συγχέουσα τὰς φύσεις, οὔτε μὴν * ἀνακιρνῶσα πρός γε τὸ δεῖν ἑκατέραν ἑτεροίως ἔχειν, * ὅπερ ἐστὶ μειρακιῶδές τι καὶ ψυχρὸν δέχεται πρὸς ἀπόδειξιν ὧν εὖ ἔχειν ὑπείληφε· καὶ δὴ καί φησιν· εἰ φυσικὴ γέγονεν ἡ ἕνωσις, οὐχ ἑκούσιος ἡ κένωσις τοῦ λόγου, ἀλλ' οἷον ἐξ ἀνάγκης καὶ βίας, ἀναγκαστικὴ γὰρ ἡ φύσις· καὶ πρός γε δὴ τοῦτο φαίη τις ἂν αὐτῷ· ὅτι πεῖνά τε καὶ δίψα, καὶ τὰ λοιπὰ, καθάπερ ἔφης αὐτὸς, σαρκὸς ἂν εἶεν ἀῤῥωστήματα φυσικὰ, καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς τὴν κίνησιν ἔχει, ὅτι καὶ τυραννουμένην τοῖς πάθεσι τὴν φύσιν κεκτήμεθα· ἡ δέ γε θεία τε καὶ

Cyrilli defensio.

Vide quomodo sapientissimus iste vir primum quidem obscuritatem in dictis falso accuset, & cum ipse mentem non fulgidam, sed tenebricosam habeat, tenebricosum esse dicat sermonem, qui recte sentire volentibus adeo perspicuus est atque notissimus. Existimavit autem quod debere dici concursum, & non copulationem, oratio nostra asseveret. Deinde artem suam ostentans, unam esse ex significationibus vim nobis declarat, sive quis concursum, sive copulationem factam esse dixerit. Ego vero etiam in hoc admiror tanti ejus acuminis solertiam & consilium. Solus enim novit, ut videtur, quod a nullo qui uspiam sit, ignoratur, & sic protritum est, ut etiam his elucescat, qui prorsus mundanæ sapientiæ & exercitationis dicendi, & scientiæ quæ ex imperfecto auditu, mediocriter parumque diligenter colligitur, sunt expertes. Admiratus igitur eruditionem ejus, illud dico: Paululum evigilans quasi ex somno & crapula, qui amplum os contra nos dilatas, vide subtiliter sacramentum. Unionem, quæ in Christo est, calumniantur quidam, præter sacrarum literarum propositum, in pravum, & in suam ipsorum sententiam detorquentes. Dicunt enim divisas esse a se invicem, & omnibus modis sejungi naturas, & seorsim ac dispertitam utramque esse; hominem autem sic conjunctum esse Deo per habitudinem contendunt, secundum solam dignitatem, hoc est auctoritatem, vel secundum filiationis eamdem nominationem. Hanc opinionem tollit anathematismus, & adversus tam execrandas vocum inanitates se opponit. Asserit enim, Verbum naturaliter, hoc est, non secundum habitudinem, sed vere unitum sanctæ carni rationalem habenti animam, nullo modo dividendum esse, ne duos imaginemur Filios, & impartibilem partiamur. At hic non intelligens quidnam sit unio naturalis, hoc est vera, non confundens naturas, neque commiscens ita ut utraque aliter esse oporteat, quam ut est, puerile quoddam & frigidum sumit argumentum ad ea probanda, quæ bene se habere arbitratur, & inquit: Si naturalis facta est unio, exinanitio verbi voluntaria non fuit, sed quasi ex vi & necessitate. Natura enim cogere solet. Ad hoc dicat aliquis ei: Esuries, & sitis, & cetera quæ ipse dixisti, carnis sunt naturales infirmitates, & in nobis ipsis motionem habent, quia naturam possidemus affectionibus obnoxiam: ipsa autem divina & in-

PART. III. CAP. III.

effabilis natura verbi nullo modo passionibus & necessitati subjecta, neque ab ullo alio, nec a seipsa coacta est ad hoc, ut præter voluntatem caro fieret, vel appropriaret sibi humanitatis mensuram, apprehenderetque semen Abrahæ. Quam inconsiderate autem loquatur, nulli qui voluerit, difficile erit videre. Dicit enim, quod naturalia necessitatis legibus omnino prorsus subjacebunt: & ad demonstrationem hoc attulit, quod præter voluntatem nostram esuriamus & sitiamus, natura ad hoc vocante, etiamsi quis nolit. Atqui oportebat virum peritum, & in his mentem exercitatam habentem, etiam res solidas videre, quæ merito majoris pensi erant. Nam si verum est, quod homo secundum naturam sit rationalis, ergo præter voluntatem & coacte est rationalis. Quid autem? dic mihi, Deus omnium an non secundum naturam est Deus? an non secundum naturam est sanctus, justus, bonus, vita, lux, sapientia & virtus? Num igitur ipse quoque præter voluntatem & coacte est quod est? At vero, opinor, sic velle sapere, summam dementiam non obscure arguere poterit. Quid igitur nobis mendacium, tamquam murum inexpugnabilem & invictum opponit? & adeo infirma problemata tractat, & audiens naturalem factam esse unionem, id est veram, & conversionis expertem, inconfusumque omnino substantiarum concursum, attentat evertere vim dictorum, ita ut videatur non esse recte facta, sed secundum similitudinem, quæ in nobis est? Nec formidat audax inevitabilibus necessitatibus subjicere verbi naturam. Exinanivit semetipsum non absque voluntate; sed voluntarie Vnigenitus factus est homo, & non sicut tu dicis, suscepit hominem, habitudinalem donans ei copulationem, filiationisque gratia coronans, sicut nos. Itaque licet nos intelligamus, unitas esse substantias, hominemque factum & incarnatum esse Verbum, & videatur quodammodo secundum hoc naturalis dici a nobis unio, ut expellat non veram & habitudinalem, quam nos per fidem & sanctificationem habuimus; quia divinæ naturæ facti sumus consortes, sicut inquit Paulus: *Qui adhæret domino unus spiritus est*: non tamen subjicit necessitatibus & imperiis naturæ illud affectionum expers & liberum Dei Verbum. Nolle autem unita post unionem in duo separari debere, mea sententia omnino irreprehensibile est & inculpabile, maxime quia bonus iste Theodoretus hominem, qui unus etiam secundum nos intelligitur, in exemplum assumpsit, & in duo dividi non sinit: quamvis ipsa ejus consideratio non repudiet partitionem & divisionem, quantum ad sciendum attinet, quod aliud quidem secundum naturam est anima, aliud vero secundum suam naturam caro. Itaque secundum similem rationem inquirentes diligenter unionem, quæ in Christo facta esse intelligatur, considerando quidem divinitatem & humanitatem, concursum verum secundum unionem factum esse dicimus; non ignorantes quod aliud quiddam quam caro, secundum naturam sit Dei Verbum, & aliud rursus

2. Petr. 1.

1 Cor. 6.

ANNO CHRISTI 431.

A ἀπόρρητος τοῦ Θεοῦ λόγου φύσις πάθεσι καὶ ἀνάγκης ἀνεπίδεκτος ἐστὶ παντελῶς, καὶ βεβίασται πρός τινος, οὔτε μὴν ἐξ ἑαυτῆς πρός γε τὸ δεῖν ἀβουλήτως γενέσθαι σάρξ, ἤγουν τὸ ἀνθρώπινον * οἰκειώσασθαι μέτρον, ἐπιλαβέσθαι τε σπέρματος Ἀβραάμ. ὅτι δὲ ἀκατάσκεπτος κομιδῇ γέγονεν ὁ λόγος αὐτοῦ, χαλεπὸν οὐδὲν τοῖς ἐθέλουσιν ἰδεῖν. ἔφη γάρ, ὅτι πάντη τε καὶ * πάντως τὰ κατὰ φύσιν τοῖς τῆς ἀνάγκης ὑποκείσεται * μέτροις· καὶ παρεκόμισεν εἰς ἀπόδειξιν τὸ ἀβουλήτως ἡμᾶς πεινᾶν τε καὶ διψᾶν εἰσδέχεσθαι, καλούσης εἰς τοῦτο τῆς φύσεως, κἂν εἰ μὴ βούλοιτό τις. ἀλλ' ἦν ἀνδρὸς εὐμαθοῦς, καὶ ἠκονημένον ἔχοντος εἰς ταῦτα τὸν νοῦν, καὶ τὰ στερρὰ τῶν πραγμάτων ἰδεῖν, ἃ καὶ λόγου πλείονος ἀξιοῖτο ἂν εἰκότως. B * εἰ γὰρ οὐκ ἀληθὲς, ὅτι λογικός ἐστι κατὰ φύσιν ὁ ἄνθρωπος, ἄρα * ἀβουλήτως καὶ ἠναγκασμένως ἐστὶ λογικός. τί δέ; εἰπέ μοι, καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς οὐ κατὰ φύσιν ἐστὶ Θεός; οὐ κατὰ φύσιν ἅγιος, δίκαιος, ἀγαθός, ζωή, φῶς, σοφία, καὶ δύναμις; ἆρ' οὖν καὶ αὐτὸς ἀβουλήτως καὶ ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐστίν, ὅ ἐστιν; ἀλλ' οἶμαι τὸ οὕτως ἐλέσθαι φρονεῖν τῆς εἰς λῆξιν ἡκούσης ἐμβροντησίας οὐκ ἀσυμφανὴς ἔλεγχος ἂν εἴη. τί τοίνυν ἡμῖν ὡς ἄμαχόν * τε καὶ δυσκαταγώνιστον ἐπιτείχισμα ποιεῖται τὸ ψεῦδος, καὶ τῶν οὕτω σαθρῶν ἅπτεται προβλημάτων, καὶ φυσικὴν ἀκούων γενέσθαι τὴν ἕνωσιν, τουτέστι τὴν ἀληθῆ, C καὶ τροπῆς ἐλευθέραν, καὶ ἀσύγχυτον παντελῶς τῶν ὑποστάσεων σύνοδον, περιτρέπειν πειρᾶται τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, εἰς τὸ μὴ ὀρθῶς πεποιῆσθαι δοκεῖν * καθ' ὁμοιότητα τὴν πρὸς ἡμᾶς; οὐ δέδιεν ὁ θρασὺς ἀφύκτοις ἀνάγκαις τὴν τοῦ λόγου φύσιν ὑποτιθείς. κεκένωκεν ἑαυτὸν οὐκ ἀβουλήτως, ἀλλ' ἐθελοντὴς ὁ μονογενὴς γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ οὐχ ὡς σὺ φῄς, ἀνέλαβεν ἄνθρωπον, σχετικὴν αὐτῷ δωρούμενος τὴν συνάφειαν, καὶ τῇ τῆς υἱότητος χάριτι στεφανῶν, καθάπερ ἡμᾶς. ὥστε κἂν νοῶμεν ἡνῶσθαι τὰς ὑποστάσεις, ἐνανθρωπῆσαί τε καὶ σαρκωθῆναι τὸν λόγον, καὶ δοκῇ D πως κατὰ τοῦτο φυσικὴ λέγεσθαι παρ' ἡμῶν ἡ ἕνωσις, τὴν οὐκ ἀληθῆ τε καὶ σχετικὴν ἐκβάλλουσα, ἣν ἡμεῖς ἐσχήκαμεν διὰ πίστεως καὶ ἁγιασμοῦ, ὅτι καὶ θείας φύσεως γεγόναμεν κοινωνοὶ, * καὶ καθά φησιν ὁ Παῦλος· ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστιν. ἀλλ' οὐχ ὑποτίθησιν ἀνάγκαις καὶ πλεονεξίαις φυσικαῖς τὸν ἀπαθῆ καὶ ἐλεύθερον τοῦ Θεοῦ λόγον. τὸ δέ γε μὴ θέλειν μετὰ τὴν ἕνωσιν διαιρεῖσθαι * διχῇ τὰ ἡνωμένα, καὶ ἀλλήλων * ἐπιφοιτᾶν, εἴη ἂν, ὡς γέ μοι φαίνεται, παντελῶς ἀνυπαίτιον, καὶ μώμου E μακράν. μάλιστα ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ χρηστὸς οὑτοσὶ Θεοδώρητος τὸν ἕνα καὶ καθ' ἡμᾶς νοούμενον ἄνθρωπον εἰς παράδειγμα λαβὼν, οὐκ ἐᾷ τέμνεσθαι * διχῇ. καίτοι τῆς ἐπ' αὐτῷ θεωρίας οὐκ ἀπαράδεκτον ἐχούσης τὴν οἱονεὶ τομὴν καὶ διαίρεσιν, τό γε ἧκον εἰς τὸ εἰδέναι φημὶ, ὡς ἕτερον * μέν τι κατὰ φύσιν ἐστὶν ἡ ψυχή, ἕτερον δέ τι κατ' ἰδίαν φύσιν ἡ σάρξ. οὐκοῦν κατά γε τὸν ἴσον λόγον πολυπραγμονοῦντες τὴν ἕνωσιν, ἥπερ ἂν ἐπὶ Χριστῷ πεπρᾶχθαι νοοῖτο, τῇ μὲν θεωρίᾳ θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος σύνοδον ἀληθῆ καθ' ἕνωσιν γενέσθαι φαμὲν, οὐκ ἠγνοηκότες, ὅτι ἕτερος μὲν * κατὰ τὴν σάρκα κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, ἑτέρα δὲ αὖ

κατ'

* οἰκειο[…]
* πάντ[…]
* νόμο[…]
* ἴσ. ἀ[…] ἀληθές
* οὐχὶ […] ἀβούλητ[…]
* τι
* , καὶ καθ[…]
* καθά
* δίχα
* ἴσ. ἀποφοιτᾶν.
* δίχα.
* ἴσ. μέν τ[…]
* παρὰ

κατ' ἰδίαν φύσιν παρ' αὐτὸν ἡ σάρξ. ἑνωθέντα δὲ ἅπαξ διατέμνειν οὐκ ἀσφαλὲς, οὔτε μὴν εἰς δύο καταμερίζειν υἱοὺς τὸν ἕνα Χριστὸν, καὶ υἱὸν, καὶ κύριον ἐφίησί που ὁ τῆς ὀρθότητος λόγος, παιδαγωγούσης ἡμᾶς εἰς τοῦτο τῆς ἁγίας καὶ θεοπνεύστου γραφῆς. ἀλλὰ γὰρ τῶν μὲν τῆς ἀληθείας δογμάτων ὀλίγος αὐτῷ παντελῶς ὁ λόγος· καὶ τὸ εἰδέναι μέν τι τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν οὐ μετρίως ἀποσπουδάζεται, καθάπερ τι τῶν ἀδικεῖν πεφυκότων· ἐπισεμνύνεται δὲ * καὶ ὡς εἰκὸς τῷ ψεύδει, καὶ τὸ εἰδέναι συκοφαντεῖν, εὖ μάλα κατωρθωκὼς, ἀκουέτω πρὸς ἡμῶν· τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ ὁ δυνατός; ἀνομίαν ὅλην τὴν ἡμέραν, ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσα σου.

* τὸ εἰκὸς

A secundum suam naturam sit caro. Non est autem totum, semel unita dissecare; neque in duos Filios dividere unum Christum & Filium & dominum, cuiquam permittit rectæ fidei ratio, ita nos sancta divinitusque inspirata scriptura erudiente. Sed plane illi exigua cura est de veritatis dogmatibus; & non mediocri studio refugit intelligere aliquid eorum quæ ad utilitatem necessaria sunt, sicuti ea quæ nocere possunt; mendacio autem, ut apparet, gloriatur, etiam ad calumniandum optime instructus; audiat a nobis: *Quid gloriaris in malitia potens? iniquitatem tota die,* B *injustitiam cogitavit lingua tua.* Psal. 51.

Ἀναθεματισμὸς δ'.

Εἴ τις προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, τάς τε ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς συγγράμμασι διανέμει φωνὰς, ἢ ἐπὶ Χριστῷ παρὰ τῶν ἁγίων λεγομένας, ἢ παρ' αὐτοῦ περὶ ἑαυτοῦ· καὶ τὰς μὲν ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσάπτει, τὰς δὲ ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγῳ· ἀνάθεμα ἔστω.

Anathematismus IV.

Si quis duabus personis, sive hypostasibus eas voces attribuit, quæ in euangelicis & apostolicis scripturis passim occurrunt; quæve a sanctis de Christo, vel ab ipso quoque Christo de seipso dictæ sunt; & alias quidem ut homini tamquam seorsum a Dei Verbo considerato ascribit; alias vero tamquam Deo convenientes, soli Patris Verbo adaptat; anathema sit.

Θεοδωρήτου ἀνατροπή.

Συγγενῆ καὶ ταῦτα τοῖς ἤδη λεχθεῖσι· βούλεται γὰρ, ὡς κράσεως γεγενημένης, μηδεμίαν εἶναι λόγων διαφορὰν, τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς συγγράμμασιν εἰρημένων, καὶ ταῦτα πολεμεῖν ἴσως Ἀρείῳ, καὶ Εὐνομίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς αἱρεσιάρχαις σεμνυνόμενος. εἰπάτω τοίνυν ὁ τῶν θείων δογμάτων διδάσκαλος ἀκριβὴς, πῶς ἂν διελέγξῃ τὴν τῶν αἱρετικῶν βλασφημίαν, τὰ ταπεινῶς καὶ ἁρμοδίως παρὰ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς εἰρημένα τῷ Θεῷ λόγῳ προσάπτων; ἐκεῖνοι γὰρ τοῦτο ποιοῦντες, ἐλάττονα καὶ κτίσμα, καὶ ποίημα, καὶ δοῦλον, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι δογματίζουσι. τίνι τοίνυν ἡμεῖς οἱ τἀναντία ἐκείνοις φρονοῦντες, καὶ ὁμοούσιον εἶναι καὶ συναΐδιον τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τὸν υἱὸν ὁμολογοῦντες, δημιουργόν τε τῶν ὅλων, καὶ ποιητὴν, καὶ κοσμήτορα, καὶ κυβερνήτην, καὶ πρύτανιν, καὶ πάνσοφον, καὶ παντοδύναμον, μᾶλλον δὲ * αὐτοδύναμον, καὶ αὐτοζωὴν, καὶ αὐτοσοφίαν, ἀναθήσομεν τό. Θεέ μου, Θεέ μου, τί με ἐγκατέλιπες; καὶ τό· πάτερ εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· καὶ τό. πάτερ σῶσόν με ἀπὸ τῆς ὥρας ταύτης· καὶ τό. τὴν ὥραν ἐκείνην οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα ταπεινῶς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὑπὸ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων περὶ αὐτοῦ εἴρηται καὶ γέγραπται; τίνι τὴν πεῖναν καὶ τὴν δίψαν προσάψομεν; τίνι τὸν κόπον καὶ τὸν ὕπνον; τίνι τὴν ἄγνοιαν καὶ τὴν δειλίαν; τίς ὁ τῆς ἀγγελικῆς δεηθεὶς συμμαχίας; εἰ τοῦ Θεοῦ λόγου ταῦτα, πῶς ἠγνόησεν ἡ σοφία; πῶς δ' ἂν κληθείη σοφία ἡ τὸ τῆς ἀγνοίας ἔχουσα πάθος; πῶς δ' ἂν ἀληθεύσειε λέγων ἔχειν τὰ τοῦ πατρὸς πάντα, τοῦ πατρὸς οὐκ ἔχων τὴν γνῶσιν; μόνος γὰρ, φησὶν, οἶδεν ὁ πατὴρ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. πῶς δ' ἂν εἰκὼν ἀπαράλλακτος εἴη τοῦ γεννήσαντος, μὴ πάντα ἔχων τοῦ γεννήσαντος; εἰ μὲν οὖν ἀληθεύει λέγων ἀγνοεῖν, ταῦτ' ἄν τις ὑπολάβοι περὶ * αὐτοῦ. εἰ δὲ οἶδε τὴν ἡμέραν, κρύπτειν δὲ

* αὐτοδύ-

Theodoreti reprehensio.

C Sunt & hæc his, quæ jam dicta sunt, cognata & assimilia. Vult enim, tamquam temperatione facta, in sermonibus qui in sacris euangeliis & apostolicis scriptis dicti sunt, nullam esse differentiam, idque fortasse is qui adversus Arium & Eunomium, & ceteros hæresiarchas se pugnare gloriatur. Dicat igitur ille sacrorum dogmatum diligentissimus doctor, quomodo hæreticorum blasphemiam redarguat, dum ea quæ humiliter & congrue a servi forma dicuntur, Deo Verbo aptat? Illi enim hoc facientes, minorem, & creaturam, & facturam, & servum, & ex non extantibus Filium Dei esse statuunt. Cui igi- D tur nos, qui diversa quam illi sentimus, & consubstantialem esse & coæternum Deo & Patri Filium confitemur, opificemque omnium, & factorem, & ornatorem, & gubernatorem, & administratorem, & in omnibus sapientem & omnipotentem, imo ipsam potentiam, & ipsam vitam, & ipsam sapientiam esse affirmamus, cui, inquam, attribuemus illud: *Deus meus, Deus meus,* Matth. 27.
ut quid me dereliquisti? & illud: *Pater, si* Matth. 26.
possibile est, transeat a me calix iste. & : *Pa-* Ioan. 12.
ter salua me ex hac hora. & illud: *Horam* Marc. 13.
illam nemo novit, neque filius hominis: & alia quæcumque humiliter ab ipso; & a sanctis apostolis de ipso dicta scriptaque sunt? Matth. 4.
E Cui famem & sitim adaptabimus? cui fati- Ioan. 4.
gationem & somnum? cui ignorantiam & Luc. 22.
formidinem? Quis angelico subsidio habebat opus? Si hæc Dei Verbi sunt, quomodo ignoravit sapientia? Quomodo autem Ioan. 16.
vocetur sapientia, quæ ignorantiæ infirmitati est obnoxia? Quomodo verax erit, dicens habere se omnia quæ Pater, cum Patris cognitionem non habeat? *Solus e-* Matth. 24.
nim, inquit, *Pater novit diem illum.* Quomodo erit incommutabilis imago genitoris, non omnia quæ genitoris sunt, habens? Itaque si quidem se ignorare dicens verax fuit, hæc aliquis de eo existimare possit. Si autem diem sciens, ut rem

PART. III. CAP. III.

rem occultaret, ignorare se illum dicit, vide in A quam blasphemiam quod colligitur evadat, ut veritas mentiatur: quæ immerito veritas diceretur, si quid in se habet veritati adversum. Si autem veritas non mentitur, neque Deus Verbum diem quem fecit, ignorat, quem ipse præfinivit, in quo judicaturus est orbem; sed habet Patris cognitionem, ut imago incommutabilis. Non igitur Dei Verbi est ignorantia, sed formæ servi, quæ tanta per illud tempus sciebat, quanta deitas inhabitans revelabat. Hæc & de aliis similibus dicenda sunt. Quomodo enim rationi consentaneum est, Deum Verbum dicere ad Pa- B trem: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu?* Multa enim incongrua rursus hinc accidunt. Et primum discordes erunt Pater & Filius; & alia quidem volet Pater, & alia Filius. Ait enim: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Deinde magnam rursus ignorantiam videbimus in Filio. Invenietur enim ignorans, an possibile sit, vel non, quod transeat calix. Hoc autem de Deo Verbo dicere, impium & blasphemia plenum foret. Sciebat enim optime, qui propter hoc advenerat, qui sponte nostram naturam assumpserat, qui seipsum exinaniverat, quisnam sacramenti dispensationis finis esset. Unde & C sanctis apostolis prædicebat: *Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur in manus gentium ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurget.* Qui igitur hæc antea prædicavit, & Petrum deprecantem ne hoc fieret, corripuit, quomodo deprecatur ne fiat, qui manifeste sciebat omnia eventura? Quomodo autem non absurdum, Abraham quidem ante multa sæcula diem ejus vidisse, & gavisum esse; & Isaiam similiter prædixisse salutarem ejus passionem, & Ieremiam, & Danielem, & Zachariam, atque adeo omnem prophetarum chorum; ipsum vero & ignorare, & liberationem petere, & deprecari quod in salutem D orbis futurum erat? Igitur hæc verba non sunt Dei Verbi, sed formæ servi, quæ metuebat mortem, eo quod nondum erat mors destructa: cui formæ Deus Verbum, loco timori dato, hæc dicere permisit, ut geniti appareret natura, & ne eum qui ex Abraham & David descenderat, putativum vel phantasticum suspicaremur; quod passa impiorum hæreticorum caterva hanc blasphemiam protulit. Igitur ea quæ dicta & facta sunt Deum decentia, Deo Verbo accommodabimus: quæ vero humiliter dicta & facta sunt, formæ servi aptabimus, ne eodem E quo Arius & Eunomius blasphemiæ morbo laboremus.

Act. 1.
Matth. 26.
Matth. 20.
Ioan. 8.

Cyrilli defensio.

En quanto satius, o amice foret, si tua mens ab odio & affectionibus libera dictorum nostrorum vim exquireret. Verum hoc facere non curat, sed hæc redigit rursum ad id quod sibi placet. Etenim dicit: Sunt & hæc his quæ jam dicta sunt, similia. Vult enim, tamquam temperatione facta, in sermonibus qui in sacris euangeliis & apostolicis scriptis

ANNO CHRISTI 431.

βουλόμενος ἀγνοεῖν * λέγει, ὁρᾷς εἰς ποίαν βλασφημίαν χωρεῖ τὸ συναγόμενον; * ἡ γὰρ ἀλήθεια ψεύδεται, ἥτις οὐκ εἰκότως ἀλήθεια κληθείη, ἔχουσά τι τῶν ἐναντίων· εἰ δὲ οὔτε ψεύδεται ἡ ἀλήθεια, οὔτε ὁ Θεὸς λόγος ἀγνοεῖ τὴν ἡμέραν, ἣν αὐτὸς ἐποίησεν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην, ἀλλ' ἔχει τὴν πατρὸς τὴν γνῶσιν, ὡς εἰκὼν ἀπαράλλακτος. οὐκ ἄρα τοῦ Θεοῦ λόγου ἡ ἄγνοια, ἀλλὰ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, τῆς τοσαῦτα κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ γινωσκούσης, ὅσα ἡ ἐνοικοῦσα θεότης ἀπεκάλυψε. ταῦτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοίων ἐστὶν εἰπεῖν. πῶς γὰρ ἂν ἔχοι λόγον, τὸν Θεὸν λόγον εἰπεῖν πρὸς τὸν πατέρα· πάτερ εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ; πολλὰ γὰρ ἐντεῦθεν πάλιν συμβαίνει τὰ ἄτοπα· καὶ πρῶτον μὲν τὸ διχονοεῖν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, καὶ ἕτερα μὲν βούλεσθαι τὸν πατέρα, ἕτερα δὲ τὸν υἱόν· ἔφη γάρ· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ· * ἐπειδὴ πολλὴν αὖθις ἄγνοιαν ἐν τῷ υἱῷ θεωρήσομεν· εὑρεθήσεται γὰρ ἀγνοῶν, * οὐ δυνατὸν, ἢ μὴ, παρελθεῖν τὸ ποτήριον. τοῦτο δὲ περὶ τοῦ Θεοῦ λόγου λέγειν, δυσσεβὲς καὶ βλασφημίας γέμον· ᾔδει γὰρ ἀκριβῶς ὁ διὰ τοῦτο παραγενόμενος, ὁ ἑκὼν τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀναλαβὼν, ὁ ἑαυτὸν κενώσας, τοῦ τῆς οἰκονομίας μυστηρίου τὸ τέλος· * δι' οὗ καὶ τοῖς ἱεροῖς προὔλεγεν ἀποστόλοις· ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται εἰς χεῖρας ἐθνῶν εἰς τὸ ἐμπαῖξαι * αὐτὸν, καὶ μαστιγῶσαι, καὶ σταυρῶσαι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ * ἀναστήσεται. ὁ τοίνυν ταῦτα προκηρύξας, καὶ τῷ Πέτρῳ ἐπιτιμήσας ἀπευξαμένῳ τὸ γενέσθαι, πῶς ἀπεύχεται μὴ γενέσθαι, ὃς σαφῶς οἶδε πᾶν τὸ ἐσόμενον; πῶς δ' οὐκ ἄτοπον, Ἀβραὰμ μὲν πρὸ πολλῶν γενεῶν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν αὐτοῦ, καὶ χαρῆναι, καὶ Ἠσαΐαν ὡσαύτως * προθεσπίσαι αὐτοῦ τὰ σωτήρια πάθη, καὶ Ἱερεμίαν, καὶ Δανιὴλ, καὶ Ζαχαρίαν, καὶ πάντα τῶν προφητῶν χορὸν, αὐτὸν δὲ ἀγνοεῖν, καὶ ἀπαλλαγὴν αἰτεῖν, καὶ ἀπεύχεσθαι ὅ, τι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς οἰκουμένης ἔμελλεν ἔσεσθαι; οὐκοῦν οὐ τοῦ Θεοῦ λόγου ταῦτα τὰ ῥήματα, ἀλλὰ τῆς δούλου μορφῆς τῆς δειλιώσης τὸν θάνατον, διὰ τὸ μή πω λυθῆναι τὸν θάνατον, * ἣ ὁ Θεὸς λόγος ταῦτα εἰπεῖν συνεχώρησε, χώραν δεδωκὼς τῇ δειλίᾳ, ἵνα φανῇ τοῦ τεχθέντος ἡ φύσις, καὶ μὴ δόκησιν ἢ φαντασίαν τὸν ἐξ Ἀβραὰμ καὶ Δαυὶδ ὑπολάβωμεν· ὃ τῶν δυσσεβῶν αἱρετικῶν ἡ συμμορία παθοῦσα, ταύτην τὴν βλασφημίαν ἐγέννησεν. οὐκοῦν τὰ μὲν θεοπρεπῶς εἰρημένα καὶ πεπραγμένα, τῷ Θεῷ λόγῳ προσάψομεν· τὰ δὲ ταπεινῶς εἰρημένα καὶ πεπραγμένα, δούλου μορφῇ προσαρμόσομεν, ἵνα μὴ τὴν Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου βλασφημίαν νοσῶμεν.

* λέγει. * εἰ ἡ ἀλήθεια. * ἔπειτα. * εἰ. * διό. * αὐτόν. * ἐγερθήσεται. * προκηρύ... * ἥ.

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Καὶ πῶς οὐκ ἄμεινον, ὦ τᾶν, τὴν τῶν εἰρημένων βασανίσαι δύναμιν, μίσους τε καὶ προσπαθείας ἐλευθέραν ἔχοντα τὴν διάνοιαν; ἀλλ' ἥκιστα μὲν τοῦτο δρᾶν ἀξιοῖ, περιΐστησι δὲ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, καὶ δή φησι· συγγενῆ καὶ ταῦτα τοῖς ἤδη διαλεχθεῖσι· βούλεται γὰρ, ὡς κράσεως γεγενημένης, μηδεμίαν εἶναι λόγων διαφορὰν τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις, ἢ τοῖς ἀποστολικοῖς συγγράμμασιν

ANNO CHRISTI 431.

γράμμασιν εἰρημένων· καὶ ταῦτα πολεμεῖν ἴσως Ἀρείῳ, καὶ Εὐνομίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς αἱρεσιάρχαις σεμνυνόμενος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος. ἐγὼ δὲ τοσοῦτον ἀφέστηκα τοῦ συγκεκρᾶσθαι λέγειν ἀλλήλαις τὰς φύσεις, φυρμόν τε καὶ σύγχυσιν ὑπομεῖναι καὶ τροπήν, ὅσον καὶ αὐτὸς τοῦ δοξάζειν ὀρθῶς. ἀλλ' οὐδὲ λόγων διαφορὰν ἀνῃρήκαμεν· ἴσμεν γάρ, ὅτι οἱ μὲν αὐτῶν γεγόνασι θεοπρεπῶς, οἱ δὲ ἀνθρωπίνως· καὶ οἱ μὲν τῇ ὑπερτάτῃ πρέπουσι δόξῃ, οἱ δέ εἰσι τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις ἁρμοδιώτεροι. χρῆναι δέ φαμεν αὐτοὺς οὐ προσώποις δυσὶν ἀλλήλων εἰσάπαν διῃρημένοις ἀπονέμεσθαι δεῖν· εἰ γάρ ἐστιν εἷς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, μία τε πίστις ἡ εἰς αὐτόν, καὶ ἓν τὸ βάπτισμα, ἓν ἔσται πάντως αὐτοῦ καὶ πρόσωπον ὡς ἑνός· καὶ εἴπερ ἐστὶν ὁ αὐτὸς Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος, ἁρμόσειεν ἂν αὐτῷ καὶ δίχα μώμου παντὸς θεοπρεπῶς τε ὁμοῦ, καὶ μέντοι καὶ ἀνθρωπίνως ποιεῖσθαι τοὺς λόγους· οὔτε τῆς θείας αὐτοῦ καὶ ἀπορρήτου φύσεως μειονεκτουμένης κατά τι γοῦν ὅλως τῆς τοῦ πατρὸς ὑπεροχῆς διά τοι τὸ λαλεῖν ἀνθρωπίνως, οὔτε μὴν ἀπιστουμένης τῆς οἰκονομίας τῆς μετὰ σαρκός, ὅταν μετὰ τοῦ εἶναι Θεός, καὶ ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς γενέσθαι κηρύττεται. πάντα τοίνυν ἐστὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, τά τε θεοπρεπῆ καὶ τὰ ἀνθρώπινα. εἰ μὲν γὰρ οὐ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, μὴ λαλείτω καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως. εἰ δὲ ἀληθές, ὅτι παραπλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκός, καὶ ὡμοιώθη κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς, ἡμῖν δηλονότι, τί τὸ τῆς οἰκονομίας * εὐτεχνὲς ἀνοητοτάτως διασύρουσι, φωνῆς ἀνθρωπίνης οὐκ ἀνεχόμενοι, καὶ τὸ ἐν λόγοις σμικροπρεπὲς διὰ τὴν οἰκονομίαν ὡς ἑτέρῳ κατ' ἰδίαν υἱῷ, * τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, καθάπερ αὐτοί φασιν, ἀνατιθέναι σπουδάζοντες; ἀσύνετον δὲ παντελῶς τὸ σκήπτεσθαι μὲν δεδιέναι τὰς τῶν αἱρετικῶν δυστροπίας, εἶτα τῆς ὀρθῆς πίστεως τὴν παράδοσιν ἀποκομίζειν αὐτοὺς ἔξω τοῦ καθήκοντος λόγου. ἄμεινον δὲ φαίην ἄν, καὶ πολὺ λίαν εὐμαθέστερον, τὰς ἀνθρωπίνας * ἀνάπτειν φωνὰς οὐχ ἑτέρῳ προσώπῳ μᾶλλον, νοουμένῳ τε ἰδικῶς καὶ ἀνὰ μέρος υἱῷ, τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, καθὰ λέγειν ἔθος αὐτοῖς, προσνέμειν δὲ μᾶλλον τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ μέτροις· ἔδει γὰρ ὄντα Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον, δι' ἀμφοῖν * ἰέναι τοῖν λόγοιν. θαυμάζω δὲ ὅπως ὑποκρίνεται μὲν καὶ αὐτὸς ὁμολογεῖν, ὅτι περ εἷς ἐστιν ὁ Χριστός, ὁ αὐτὸς δηλονότι Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος· εἰς λήθην δὲ ὥσπερ ὑπενεχθείς, ὧν εὖ ἔχειν ὑπείληφε, διΐστησι πάλιν εἰς δύο τὸν ἕνα. παρατίθησι μὲν γὰρ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνὴν λέγοντος· περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὐδὲ ὁ υἱός, εἰ μὴ ὁ πατήρ. εἶτα σοφίαν εἶναι διαβεβαιούμενος τὸν ἐκ Θεοῦ φῦντα λόγον, πάντα τε εἰδέναι τὰ ἐσόμενα, προσεπάγει, καὶ φησίν· οὐκ ἄρα τοῦ Θεοῦ λόγου ἡ ἄγνοια, ἀλλὰ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, τῆς τοσαῦτα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γινωσκούσης, ὅσα ἡ ἐνοικοῦσα θεότης ἀπεκάλυψε, ταῦτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων * ὁμοίως ἐστὶν εἰπεῖν.

Marginal variants (partly cut off): ...τεχνὲς; τῷ δι-... μορφῇ; ...σώπῳ; ...εῖν

PART. III. CAP. III.

A dicti ſunt, nullam eſſe differentiam, idque fortaſſe, is, qui adverſus Arium & Eunomium, & ceteros hæreſiarchas ſe pugnare gloriatur. Sed hæc quidem ille: Ego autem tantum abeſt ut dicam contemperatas inter ſe naturas, mixtionemque & confuſionem ac verſionem ſuſcepiſſe, quantum ipſe abeſt a recte ſentiendo. Quin nec ſermonum differentiam e medio ſuſtulimus: ſcimus enim quod alii quidem tales ſunt, ut de Deo decenter dicantur; alii vero ad humanam naturam accommodate: & illi quidem ſummam decent gloriam, hi autem exinanitio- B nis menſuræ convenientiores ſunt. ceterum dicimus, eos non duabus perſonis inter ſe modis omnibus diſtinctis diſtribuendos. Nam ſi unus eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus, unaque fides quæ in illum, & unum baptiſma, una quoque ejus tamquam unius erit perſona. Et quandoquidem idem Deus eſt ſimul & homo, congruet ipſi & abſque reprehenſione, ut idem ſermones proferat; ſive Deo digni, ſive humani ſint: neque divina & ineffabilis ejus natura ulla in re ab excellentia Patris, per hoc quod loquitur ea quæ humanitatem ſapiunt, minuitur, neque propterea diſpenſationi cum carne fides C abrogatur, quando cum hoc quod eſt Deus, & homo ſicut nos factus eſſe prædicatur. Itaque omnia ſunt unius Chriſti, tam ea quæ Deum decent, quam quæ humanitatem referunt. Nam ſi quidem verbum illud quod ex Deo Patre eſt, non factum eſt homo, humanitus ſecundum nos ne loquatur. Si autem verum eſt, quod ſimiliter ſicut nos particeps factus eſt ſanguinis & carnis, & aſſimilatus eſt fratribus per omnia, nobis videlicet, cur ſapientiſſimæ diſpenſationi ſtultiſſime obtrectant, vocem humanam non ferentes, & illam, quæ ex diſpenſatione eſt, ſermonis tenuitatem quaſi ad alterum ſeor- D ſim Filium, ad formam ſervi, ſicut ipſi dicunt, referre ſtudentes? Omnino autem ſtultum eſt, fingere quidem quod metuant hæreticorum perverſitates, deinde ipſoſmet rectæ fidei traditionem extra convenientem rationem abducere. Melius autem dixerim, & longe eruditus eſſe, humanas aptare voces non alteri perſonæ magis, quæ ſeorſim & diviſim intelligatur eſſe Filius, & ſicut ipſi dicere ſolent, formæ ſervi, ſed potius humanitatis ejus menſuris attribuere. Nam eum, qui ſimul Deus eſt & homo, utrumque ſermonem admittere oportet. Atqui miror, quomodo etiam ipſe ſimulet confiteri unum eſſe Chriſtum, qui ſcilicet idem E Deus ſimul & homo ſit: & tamen, quaſi in oblivionem adductus eorum quæ bene ſe habere putavit, ſeparet iterum unum in duos. Nam ſalvatoris vocem apponit, dicentis: *De die autem illa & hora nemo novit, neque angeli cælorum, neque Filius, niſi Pater.* Deinde ſapientiam eſſe affirmans Verbum ex Deo Patre natum, quæ & omnia futura prænoſcat, adjicit & dicit: Non igitur Verbi Dei eſt ignorantia, ſed formæ ſervi, quæ tanta per tempus illud ſciebat, quanta deitas inhabitans revelabat. Hæc & de aliis ſimilibus dicenda ſunt.

Ephes. 4.

Hebr. 2.

Marc. 13.

PART. III. CAP. III.

Ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γεγενῆσθαι Χριστὸν, ἡ θεία λέγει γραφή· * προσενηνοχέναι δὲ ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρί. εἴ τις τοίνυν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγενῆσθαί φησιν οὐκ αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, * ὅτε γέγονε σὰρξ, καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν ἰδικῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικός· ἢ εἴ τις λέγει * ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενεγκεῖν αὐτὸν τὴν προσφορὰν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὑπὲρ μόνων ἡμῶν· οὐ γὰρ ἂν ἐδεήθη προσφορᾶς ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν, ἀνάθεμα ἔστω.

Θεοδωρήτου ἀνατροπή.

D Οὐκ εἰς σαρκὸς φύσιν ἡ ἄτρεπτος ἐτράπη φύσις, ἀλλ' ἀνθρωπείαν ἀνέλαβε φύσιν, καὶ ταύτην ὑπὲρ τοὺς κοινοὺς ἀρχιερέας κατέστησεν, ὡς ὁ μακάριος Παῦλος διδάσκει, λέγων· πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν, καὶ δι' αὐτὴν ὀφείλει καθὼς περὶ τοῦ λαοῦ, οὕτω καὶ περὶ αὐτοῦ προσφέρειν περὶ ἁμαρτιῶν. καὶ μετ' ὀλίγα, τοῦτο ἑρμηνεύων, φησί· καθάπερ καὶ Ἀαρὼν, οὕτω καὶ ὁ Χριστός. εἶτα δεικνὺς τὴν τῆς ἀναληφθεί- E σης φύσεως ἀσθένειαν, φησίν· ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς, καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν υἱὸς, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν· καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο πᾶσι τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου, προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. τίς τοίνυν ὁ πόνοις ἀρετῆς τελειωθεὶς, καὶ μὴ φύσει τέλειος ὑπάρχων; τίς ὁ πείρᾳ μαθὼν τὴν ὑπακοὴν, καὶ ταύτην ἀγνοῶν

AN. CHR. 431

* ἀφισ ἢ, ἀφισ
* ἐγὼ
* προσ κόμικε
* ὅτι
* ἢ ὑπὲρ

ANNO CHRISTI 431.

PART. III. CAP. III.

ἀγνοῶν περὶ τῆς πείρας; τίς ὁ εὐλαβείᾳ συμβιώσας, καὶ μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων τὰς ἱκετείας προσενεγκὼν, καὶ σώζειν ἑαυτὸν οὐ δυνάμενος, ἀλλὰ τὸν δυνάμενον σώζειν παρακαλῶν, καὶ τὴν θανάτου τὴν ἀπαλλαγὴν αἰτῶν; οὐχ ὁ Θεὸς λόγος, ὁ ἀπαθὴς, ὁ ἀθάνατος, ὁ ἀσώματος, οὗ ἡ μνήμη κατὰ τὸν προφήτην εὐφροσύνη, καὶ δακρύων ἀπαλλαγή· αὐτὸς γὰρ ἀφεῖλε πᾶν δάκρυον ἀπὸ προσώπου παντός. καὶ πάλιν ὁ προφήτης· ἐμνήσθην, φησὶ, τοῦ Θεοῦ, καὶ ηὐφράνθην. ὁ στεφανῶν τοὺς εὐλαβείᾳ συζῶντας· ὁ πάντα γινώσκων πρὶν γενέσεως αὐτῶν· ὁ πάντα ἔχων τὰ τοῦ πατρὸς, καὶ εἰκὼν ὑπάρχων ἀπαράλλακτος τοῦ * πατρός· ὁ ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς τὸν πατέρα· ἀλλὰ τὸ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ληφθὲν ὑπ' αὐτοῦ, τὸ θνητὸν, τὸ παθητὸν, τὸ δεδιὸς τὸν θάνατον, εἰ καὶ αὐτὸ μετὰ ταῦτα κατέλυσε τοῦ θανάτου τὸ κράτος διὰ τὴν πρὸς τὸν * ἀναλαβόντα Θεὸν ἕνωσιν, τὸ διὰ πάσης ὁδεῦσαν δικαιοσύνης, καὶ πρὸς τὸν Ἰωάννην φῆσαν· ἄφες ἄρτι, οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. τοῦτο τὴν ἀρχιερωσύνης τὴν προσηγορίαν ἔλαβε κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· αὐτὸ γὰρ περιέκειτο τῆς φύσεως ἀσθένειαν, καὶ οὐχ ὁ πάντα δυνάμενος Θεὸς λόγος. διὸ καὶ πρὸ βραχέων ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος· οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειραμένον δὲ κατὰ πάντα, καὶ καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας. ἐν πείρᾳ δὲ γέγονε τῶν ἡμετέρων παθημάτων ἄνευ ἁμαρτίας ἡ ἐξ ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ληφθεῖσα φύσις, οὐχ ὁ ταύτην λαβὼν τῆς ἡμετέρας ἕνεκα σωτηρίας. καὶ ἐν ἀρχῇ δὲ τοῦ κεφαλαίου τούτου * τοιαῦτά που διδάσκει· κατανοήσατε, λέγων, τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. ποίημα δὲ οὐκ ἄν τις εἴποι τὴν ὀρθοδοξίαν πρεσβεύων, τὸ ἄκτιστον, καὶ ἀποίητον, καὶ τῷ πατρὶ συναΐδιον Θεὸν λόγον· ἀλλὰ τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, ὃς πάσης ἁμαρτίας ὑπάρχων ἐλεύθερος, ἀρχιερεὺς ἡμῶν, καὶ ἱερεῖον ἐγένετο· αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ Θεῷ προσενεγκὼν, ἔχων ἐν ἑαυτῷ δηλαδὴ τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν λόγον ἡνωμένον αὐτῷ, καὶ ἀχωρίστως συνημμένον.

γεννήσαντος. ἀναληφθέντα. τοιαῦτα λέγει. καταφρονοῦσι.

Κυρίλλου ἀπολογία.

Ὁ προφήτης Ἱερεμίας προσκεκρουκότι τῷ Ἰσραὴλ, καὶ καταθήγοντι πρὸς ὀργὴν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ἐπιστυγνάζων ἔφασκε· τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων, καὶ κλαύσομαι τὸν λαὸν τοῦτον ἡμέρας καὶ νυκτός; οἶμαι δὲ ἔγωγε τὰς τοιάσδε φωνὰς οὐκ ἐκείνοις μᾶλλον ἐοικέναι τε καὶ πρέπειν, ἀλλὰ τοῖς ἀπύλωτον καὶ ἀκρατὲς ἔχουσιν ἐπὶ Χριστῷ τὸ στόμα· οἳ καὶ τῆς ἀρρήτου καταφλυαροῦσι δόξης, τολμηταὶ καὶ αὐθάδεις ὄντες κατὰ τὸ γεγραμμένον. θρήνου δὴ οὖν καὶ οἰμωγῆς ἄξιοι κατὰ τὸ ἀληθὲς εἶεν ἂν, οἳ ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀβελτηρίας τὴν εἰς εὐθύ τε, καὶ ἀδιάβλητον τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας ἀφέντες ὁδὸν, σκολιὰς ποιοῦνται τὰς διεστραμμένας, καὶ κατεφθαρμένοις ἐννοιῶν εὑρήμασι τὸ τῆς ἀληθείας * καταπημαίνουσι κάλλος. οὐκοῦν ἀκουέτωσαν τὰ πᾶσιν ἀπόβλητα φρονεῖν ᾑρημένοι· πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μήτε μὴν τὸ σεπτὸν καὶ μέγα τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον· αἱ μὲν γὰρ θεόπνευστοι γραφαὶ Θεὸν ἡμῖν

A ante experimentum ignorans? Quis cum reverentia vixit, & cum voce valida & lacrimis supplicationes obtulit, & salvare se non valuit, sed eum qui poterat ipsum salvum facere, rogavit, & mortis liberationem poposcit? Non Deus Verbum, quod immortale est; impassibile, incorporeum, cujus memoria, secundum prophetam, lætitia, & a lacrymis liberatio. ipse enim abstulit omnem lacrymam ab omni facie. & rursus propheta: *Memor fui*, inquit, *Dei*, *& delectatus sum.* qui coronat cum religione viventes: qui cognoscit universa antequam fiant: qui habet omnia quæ patris sunt, & imago existit impermutabilis genitoris: qui in semetipso demonstrat patrem: sed quod B ex semine David assumptum est ab eo, quod mortale, quod passibile, quod timuit mortem; licet hoc ipsum postea mortis destruxit potestatem propter unionem ad assumentem Deum; quod per omnem ambulavit justitiam, & ad Ioannem locutum est: *Sine modo; sic enim decet nos complere omnem justitiam*; hoc pontificis appellationem accepit secundum ordinem Melchisedec. hoc enim indutum est naturæ infirmitatem, & non omnipotens Deus Verbum. Unde & ante C pauca beatus ait Paulus: *Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris; tentatum vero per omnia & pro similitudine absque peccato.* In experimento autem nostrarum facta est passionum sine peccato ex nobis pro nobis assumpta natura, non qui hanc assumpsit nostræ causa salutis. Sed & in principio capituli hujus talia rursus docet: *Considerate*, dicens, *apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo ejus.* Facturam vero nullus dixerit qui rectam colat fidem, increatum & non factum & patri coæternum Deum Verbum; sed eum qui ex semine David, qui ab omni peccato liber existens, pontifex noster & victima factus est, ipse semetipsum pro nobis offerens, habens in semetipso videlicet ex Deo Deum Verbum unitum sibi, & inseparabiliter connexum.

Isa. 25. Psalm 76. Dan. 13. Ioan 16. Coloss. 1. Ioan. 14. Matth. 3. Hebr. 4. Hebr. 3.

Cyrilli defensio.

Propheta Ieremias offendenti Israel, & exacuenti ad iracundiam omnium Deum dicebat tristis: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & deflebo populum istum die ac nocte?* Arbitror autem ego hujusmodi voces non illis potius convenire, & eos decere, sed his qui effrenatum & incontinens in Christum os habent; quique E *obloquuntur adversus gloriam ineffabilem, audaces, sibi placentes*, sicut scriptum est. Lamentatione quippe & gemitu digni vere fuerint, qui ex multa nimis dementia, rectam & irreprehensibilem pietatis erga Christum relinquentes viam, semitas sibi faciunt perversas, & corruptis sensuum adinventionibus pulcritudinem veritatis adulterant. Ergo audiant hi, qui sapere elegerunt quæ omnibus respuenda sunt: *Erratis, nescientes scripturas*, atque venerandum & magnum inhumanationis sacramentum. Scripturæ namque divinitus inspiratæ Deum nobis

Ierem. 9. 2. Petr. 2. Matth. 22.

PART. III. CAP. III. inhumanatum prædicant Emmanuel, & A
communicaſſe carni & ſanguini ſimiliter ac
Hebr. 2. nos, Dei & patris Verbum affirmant, & carnem, hoc eſt, hominem factum, non per
converſionem ſeu mutationem, ſed per virtutem ineffabilis unionis. Ideoque unum di-
Epheſ. 4. cimus Ieſum Chriſtum dominum, unamque fidem, & unum ſanctum baptiſma. Qui autem a dogmatibus adeo rectis recedunt, & contra ſacras literas dura atque ſuperba obſiſtunt mente, hoc ſolum quod ipſi bene habere arbitrantur inſpiciunt, hominem vero aſſumptum a Deo Verbo dicunt, ſecundum illud fortaſſe quod per unum ſanctorum di-
Amos 7. ctum eſt prophetarum: *Non eram propheta,* B *neque filius prophetæ; ſed paſtor eram fricans ſycomoros; & aſſumpſit me dominus ex ovibus.*
Pſal. 146. & ſicut ait beatus David: *Suſcipiens manſuetos dominus;* per affectum nempe & familiaritatem ſpiritalem, quæ exiſtit nimirum in voluntate & gratia & ſanctificatione; ſicut
1. Cor. 6. & nos ipſi adhærentes domino, *unus ſpiritus ſumus*, ſecundum quod ſcriptum eſt. Sed non eſt hoc inhumanari Deum, ſed neque ſimiliter ac nos carni & ſanguini communicare; ſed magis familiarem ſibi reddere hominem & non ſecundum alium modum, quam quo dici poterit & prophetas & apoſtolos & alios ſanctos omnes. Putaſne ſanctus Paulus decepit ſanctificatos per fidem, apertiſſime
2. Cor. 8. dicens de unigenito: *Quia cum eſſet dives,* C *pauper eſt factus propter nos?* Abſit. Vera namque dicit omninò veritatis præco. Sed quiſnam eſt dives, & quomodo pauper factus eſt? etiam nunc ſermo noſter examinet, ſi quidem ſicut & ſapere & dicere ipſi præſumunt, homo aſſumptus a Deo eſt, quomodo pauper eſt factus qui aſſumptus eſt, & dignitatibus quæ naturam ſuperant ornatus? Glorificatus enim eſt: aut ſi non eſt hoc verum, derogabitur ab eis aſſumptioni tamquam ad minorem & viliorem humanitatis conditionem detrahenti. Sed ita ſapere abſurdum eſt: ergo non eſt pauper factus qui aſſumptus eſt. Reſtat igitur dicere, quia factus eſt in paupertate noſtra, qui dives eſt tamquam Deus. Proinde quomodo pauper eſt factus? age nunc, age conſideremus, ut neceſſarium eſt. Inconvertibilis etenim per naturam, ut in confeſſo eſt, non tranſiit in naturam carnis, propriam deſerens. manſit enim quod erat, hoc eſt Deus. Vbi itaque videbimus paupertatis abjectionem? Putas in eo quod aliquem ſecundum nos aſſumpſit, ſicut dicere præſumpſerunt E impietatis Neſtorii paraſiti? Et quiſnam ſit paupertatis ejus & exinanitionis modus, in hoc videlicet ſolo, quod voluit forte honorare aliquem hominem noſtri ſimilem? Læditur etenim nullo modo bene faciens omnium Deus. Quomodo ergo pauper eſt factus? Quia cum Deus natura ſit, & Filius Dei Patris, factus eſt homo, & ex ſemine David natus ſecundum carnem, & ſervilem menſuram ſubiit, hoc eſt humanitatem,
Coloſſ. 1. qui erat in forma Dei & patris, per quem omnia, & in quo omnia, & omnium creator. homo autem factus, humanitatis menſuram non erubeſcit. Qui enim hoc ipſum fieri ſecundum nos non aſpernatus eſt,

A ἐνανθρωπηκότα διακηρύττουσι τὸν Ἐμμανουήλ· μετεσχηκέναι τε σαρκὸς, καὶ αἵματος παραπλησίως ἡμῖν τὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς διαβεβαιοῦνται λόγον· σάρκα τε γενέσθαι, τουτέστιν ἄνθρωπον, οὐ κατὰ τροπὴν ἢ ἀλλοίωσιν, ἀλλ' ἑνώσεως ἀφράστου * δύναμιν. ταύτῃ τοι καὶ ἕνα φαμὲν Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον, μίαν τε πίστιν, καὶ ἓν ἅγιον βάπτισμα. οἱ δὲ τῶν οὕτως ὀρθῶν ἀποφοιτῶντες δογμάτων, καὶ τοῖς ἱεροῖς γράμμασι σκληρὸν καὶ ἀγέρωχον ἀντανιστάντες τὸν νοῦν, πρὸς μόνον ὁρῶσι τὸ αὐτοῖς εὖ ἔχειν δοκοῦν, ἄνθρωπον δὲ ἀνειλῆφθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγου φασὶ, κατ' ἐκεῖνό που τάχα τὸ δι' ἑνὸς B τῶν ἁγίων προφητῶν εἰρημένον· οὐκ ἤμην προφήτης, οὐδὲ υἱὸς προφήτου, ἀλλ' αἰπόλος ἤμην κνίζων συκάμινα, καὶ ἀνέλαβέ με κύριος ἐκ τῶν προβάτων· * ἢ καθά φησιν ὁ μακάριος Δαυίδ· ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ κύριος, κατὰ σχέσιν δηλονότι, καὶ οἰκειότητα τὴν πνευματικὴν, τὴν ὡς ἐν θελήσει, καὶ χάριτι, καὶ ἁγιασμῷ, καθὰ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ κολλώμενοι τῷ κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐσμεν κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἀλλ' οὐχὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐνανθρωπῆσαι Θεὸν, οὔτε μὴν παραπλησίως ἡμῖν μετασχεῖν αἵματος καὶ σαρκὸς, οἰκειώσασθαι δὲ μᾶλλον ἄνθρωπον, καὶ οὐ καθ' ἕτερον τρόπον, ἢ καθ' ὃν ἂν λέγοιτο καὶ προφήτας, καὶ ἀποστόλους, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἁγίους. ἆρ' οὖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος C πεφενάκικε τοὺς ἡγιασμένους διὰ τῆς πίστεως, ἐναργέστατα λέγων περὶ τοῦ μονογενοῦς, ὅτι πλούσιος ὢν ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς; μὴ γένοιτο· ἀληθεύει γὰρ πάντως τῆς ἀληθείας ὁ κῆρυξ. ἀλλὰ γὰρ τίς ὁ πλούσιός ἐστι, καὶ τίνα τρόπον ἐπτώχευσε; βασανιζέτω καὶ νῦν ὁ λόγος ἡμῖν. εἰ μὲν γὰρ καθὰ καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν αὐτοὶ τεθαῤῥήκασιν, ἄνθρωπος ἀνελήφθη παρὰ τοῦ Θεοῦ, πῶς ἐπτώχευσεν ὁ ἀναληφθεὶς, καὶ τοῖς ὑπὲρ φύσιν ἀξιώμασιν ἐκλελαμπρυσμένος; δεδόξασται γάρ· ἢ εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, διαβεβλήσεται παρ' αὐτῶν ἡ ἀνάληψις, ὡς κατακομίσασα πρὸς τὸ * μεῖον, καὶ πρός γε τὸ δυσκλεέστερον ἀνθρωπότητος μέτρον. * ἀλλ' οὕτω φρονεῖν ἀπηχές· * οὐκοῦν ἐπτώχευσεν ὁ ἀναληφθείς. λείπεται τοίνυν εἰπεῖν, ὅτι γέγονεν ἐν πτωχείᾳ τῇ καθ' ἡμᾶς ὁ πλούσιος ὡς Θεός. εἶτα πῶς ἐπτώχευσε; φέρε δὴ, φέρε καταθρήσωμεν ἀναγκαίως. ἄτρεπτος μὲν γὰρ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁμολογουμένως· οὐ μετακεχώρηκεν εἰς φύσιν σαρκὸς, τὴν ἰδίαν ἀφείς. μεμένηκε γὰρ ὅπερ ἦν, τουτέστι Θεός. ποῦ τοιγαροῦν ὀψόμεθα τῆς E πτωχείας τὸ ὑφειμένον; ἆρ' ἐν τῷ τινα τῶν καθ' ἡμᾶς ἀναλαβεῖν, καθὰ φάναι τετολμήκασιν οἱ τῆς δυσσεβείας τοῦ Νεστορίου παράσιτοι; καὶ ποῖος ἂν γένοιτο πτωχείας αὐτοῦ καὶ κενώσεως τρόπος, ὡς ἔν γε δὴ μόνῳ τῷ * θελῆσαι τυχὸν τιμῆσαι τῶν καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον τινά; ἀδικεῖται γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον ἀγαθουργῶν ὁ τῶν ὅλων Θεός. πῶς οὖν ἐπτώχευσεν; ὅτι Θεὸς ὢν φύσει, καὶ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυὶδ γεγέννηται κατὰ σάρκα, δουλοπρεπὲς ὑπέδυ μέτρον, τουτέστι τὸ ἀνθρώπινον, ὁ ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, καὶ τῶν ὅλων δημιουργός. ἄνθρωπος δὲ γεγονὼς τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον οὐκ αἰσχύνεται· ὁ γὰρ αὐτὸ τὸ γενέσθαι καθ' ἡμᾶς οὐκ ἀπόβλητον ποιησάμενος, τίνα τρόπον παραιτοῖτο ἂν τὰ δι'

ANNO CHRISTI 431.

* ζωώμ[...]
* καὶ
* μὴ ὄν.
* ἀλλ' οὐδὲ
* οὐκοῦν οὐκ ἐπτώχευσεν
* ἐκ θελήσεως

ANNO CHRISTI 431.

PART. III. CAP. III.

δι᾽ ὧν αὐτὴν ἰδεῖν γεγονότα κατὰ ἀλήθειαν δι᾽ ἡμᾶς καθ᾽ ἡμᾶς; ὅταν οὖν τῶν ἀνθρωπίνων αὐτὸν ἀποστήσωμεν καὶ πραγμάτων καὶ λόγων, κατ᾽ οὐδένα διοίσομεν τρόπον τῶν, εἴ πέρ τι τῶν ἐνδεχομένων ἦν, μονονουχὶ καὶ ἀποδυόντων αὐτὸν τῆς σαρκὸς, καὶ ἀπιστούντων τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, ἀνατρεπόντων δὲ εἰς ἅπαν τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν, τὴν ἐλπίδα, τὴν ἀνάστασιν. ἀλλ᾽ ἴσως ἐρεῖ τις, μικρὸν εἶναι τῷ Θεῷ λόγῳ καὶ ἀπρεπὲς εἰς ἅπαν τὸ κλαῦσαι, τὸ δεδιέναι τὸν θάνατον, τὴν τοῦ ποτηρίου παραίτησιν, τῆς ἱερωσύνης τὸ χρῆμα. ναὶ φαίην ἂν καὶ αὐτὸς ἐγὼ, ὅτι τῇ θείᾳ καὶ ὑπερτάτῃ φύσει τε καὶ δόξῃ τὰ τοιάδε σμικρά· ἀλλ᾽ ἐν αὐτοῖς τεθεάμεθα τὴν πτωχείαν, ἣν δι᾽ ἡμᾶς ὑπέμεινεν ἑκών. ὅταν σοι φαίνηται φορτικὸν τὸ ἐκ τῆς κενώσεως δυσκλεὲς, θαύμασον μειζόνως τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγάπησιν τοῦ υἱοῦ· ὃ γὰρ σὺ μικρὸν εἶναι φῂς, τοῦτο θελητὸν ἐποιήσατο διὰ σέ. ἔκλαυσεν ἀνθρωπίνως, ἵνα τὸ σὸν περιστείλῃ δάκρυον· ἐδειλίασεν οἰκονομικῶς ἐφιεὶς τῇ σαρκὶ καὶ πάσχειν ἔσθ᾽ ὅτε τὰ ἴδια, ἵν᾽ εὐτολμοτάτους ἡμᾶς ἀποφήνῃ· παρῃτήσατο τὸ ποτήριον, ἵνα τῆς Ἰουδαίων δυσσεβείας ὁ σταυρὸς κατηγορῇ· ἀσθενῆσαι λέγεται κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἵνα παύσῃ τὴν σὴν ἀσθένειαν· δεήσεις ἐποιεῖτο καὶ ἱκετηρίας, ἵνα καὶ ταῖς παρὰ σοῦ λιταῖς βάσιμον ἀποφήνῃ τὴν τοῦ πατρὸς ἀκοήν· ἐνύσταξεν, ἵνα σὺ μάθῃς μὴ νυστάζειν ἐν πειρασμοῖς, συντείνεσθαι δὲ μᾶλλον εἰς προσευχάς. καὶ γοῦν * ἐπί τινας ἀπονυστάζοντας τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἔφασκεν οὕτως. οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ᾽ ἐμοῦ; γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ ἐμπέσητε εἰς πειρασμόν· ἀνατύπωσιν γὰρ ὥσπερ εὐαγοῦς πολιτείας τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν ἀναθεὶς, * ὠφέλησε τὴν ὑπ᾽ οὐρανὸν, τὰς τῆς ἀνθρωπότητος ἀσθενείας ᾠκειώσατο· διὰ ποίαν αἰτίαν; ἵνα καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπος γενέσθαι πιστεύηται, καί τοι μεμενηκὼς ὅπερ ἦν, τουτέστι Θεός. ἀλλ᾽ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως οἱ Χριστὸν ἕνα λέγειν ὑποκρινόμενοι, καὶ υἱὸν, καὶ κύριον, τὸν αὐτὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, οὐ τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα λόγον χρηματίσαι φασὶν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ὡς ἕτερόν τινα κατὰ μόνας ἄνθρωπον τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κεκλῆσθαι πρὸς τοῦτο διϊσχυρίζονται· δεδιότες τάχα που, μὴ τῆς Νεστορίου κακοδοξίας ὀλιγωρήσαντες, ὀρθὰ φρονοῦντες ἁλίσκοιντο. ἔφη γὰρ οὕτως ἐκεῖνος· οὗτος ὁ πιστὸς τῷ Θεῷ πεποιημένος ἀρχιερεύς· ἐγένετο γὰρ τοῦτο, οὐκ ἀϊδίως προῆν· τοῦτο ὁ κατὰ μικρὸν εἰς ἀρχιερέως αἱρετικὲ προκόψας ἀξίωμα. εἶτα, καθάπερ οἴεται, βεβαιῶν εἰς ἀλήθειαν τὰς ἑαυτοῦ φωνὰς, ἐπιφέρει καὶ φησί· περὶ οὗ καὶ Ἰωάννης ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φησίν· Ἰησοῦς δὲ προέκοπτεν ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ χάριτι. καὶ πάλιν· ὄντος ἡμῖν τούτου μόνου ἀρχιερέως συμπαθοῦς, καὶ συγγενοῦς, καὶ βεβαίου, τῆς εἰς αὐτὸν μὴ παρατρέπεσθε πίστεως· αὐτὸς γὰρ ἡμῖν τῆς ἐπηγγελμένης εὐλογίας ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ ἀπεστάλη, ὡς ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ γένους τὴν τοῦ σώματος θυσίαν συνεπαγόμενος. ὁ δὲ τῆς ἐκείνου βδελυρίας ἄριστος μιμητὴς, ὁ χρηστὸς οὑτοσὶ Θεοδώρητος, οὐκ ἐρυθριᾷ λέγων, ὅτι ἀνθρωπείαν φύσιν ἔλαβε, καὶ ταύτην ὑπὲρ τοὺς κοινοὺς * ἀρχιερεῖς κατέστησε, καθὰ καὶ Παῦλος φησί· πᾶς γὰρ

Marginal variants: * ἐπηπᾶτο τάζοντας τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, καὶ ἔφασκεν — * ὠφελῆσαι — * ἀρχιερέας

quomodo respueret ea, per quæ videri poterat factus vere propter nos secundum nos? Si ergo ab humanis eum removerimus & rebus & verbis, nullo modo discernemur ab eis, qui, si quidem fieri posset, tantumnon carne exuunt eum, & scripturæ divinæ non credunt, destruuntque in omnibus inhumanationis sacramentum, mundi salutem, spem, resurrectionem. Sed forsan dicet quispiam, parvum esse Deo verbo & indignum in totum, flere, metuere mortem, calicem refutare, pontificem esse. Vtique dixerim & ego ipse, quia divinæ supremæque naturæ & gloriæ hæc parva sunt: sed in ipsis contemplamur paupertatem, quam propter nos sponte perpessus est. Quando grave tibi visum fuerit exinanitionis vilitas, admirare vehementius circa nos Filii caritatem. Quod enim tu parvum esse dixisti, hoc voluntarium fecit propter te. Flevit humane, ut tuam cohiberet lacrymam. Formidavit dispensative permittens carnem pati interdum quæ propria sunt, ut nos animosiores efficeret. Refutavit calicem, ut impietatem Iudæorum crux accusaret. Infirmatus dicitur secundum humanitatem, ut tu per eum infirmus esse desineres. Preces obtulit & supplicationes, ut & deprecationibus tuis accessibiles reddat Patris aures. Dormitavit, ut tu discas in tentationibus non dormitare, sed esse ad orationem intentior. Et quidem dormientes quosdam sanctos apostolos increpans sic est locutus: *Non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* (Matth. 26.) Cum enim sua facta tamquam sanctæ conversationis formam proposuisset ut toti prodesset orbi, humanitatis infirmitates proprias fecit. ob quam causam? Vt & secundum veritatem homo factus crederetur, licet permansisset quod erat, hoc est Deus. Sed nescio quomodo qui Christum se unum dicere fingunt, & Filium & dominum, eumdem Deum & hominem, non illud ex Deo natum verbum appellari dicunt pontificem & apostolum confessionis nostræ, quando factum est homo; (Hebr. 3.) sed velut alterum quemdam singulariter hominem ex semine David vocatum ad hoc affirmant; metuentes fortasse, ne perversa Nestorii opinione contempta, recta sapere deprehendantur. Ait enim sic ille: Iste fidelis Deo factus pontifex: factus est enim hic, non sempiterne ante fuit hic, qui paulatim ad pontificis provectus est, hæretice, dignitatem.] Deinde ut ipse putat, confirmans in veritate suas voces, intulit dicens: De quo & Ioannes dicit in euangeliis: *Iesus autem proficiebat ætate & sapientia & gratia.* (Luc. 2.) Et rursus: *Cum sit nobis hic solus pontifex, compatiens, ac cognatus, & stabilis, a firma in eum fide nolite deficere.* (Heb 2.) *Ipse enim nobis pro benedictione promissa ex semine Abraham missus est, tamquam pro se & genere suo corporis sacrificium oblaturus.* (Genes. 17.)] Illius autem execrabilitatis optimus imitator egregius iste Theodoretus, non erubescit dicens: Humanam naturam assumpsit, & hanc ultra communes statuit pontifices, sicut & Paulus ait: *Omnis enim* (Heb. 3.) *pontifex*

PART. III CAP. III.

pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, compati valens ignorantibus & errantibus, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis.] Putas non hominem nobis communem, quantum ad suum placitum, effecit Emmanuel? Non similia sentiunt hi qui nuper a nobis nominati sunt, & eamdem parturiunt blasphemiam? Dic mihi, metuis pontificii modum salvatoris omnium nostrum Iesu Christi? incongruum esse dicis Deo verbo humane sacrificium ministrare propter dispensationem? Ergo aufer personam, nega haud dissimulanter inhumanationem verbi, propter quam nominatum est pontifex. Numquid Patri sacrificantem vides tamquam alteri & potiori Deo? Numquid aspexisti hostias immolantem illorum more qui ex hominibus assumpti sunt, & compati possunt ignorantibus & errantibus, eo quod & ipsi sint in nostris infirmitatibus? Non considerasti, quia ab omnibus fidem, sive fidei confessionem sibimet consecrat, & per omnia sancto Patri? Dic mihi, putasne morem esse humani sacrificii, fidem petere ab eis qui in odorem suavitatis sese obtulerunt in spiritu? Contemplare vero etiam aliter existentem Deum, licet dicatur humane sacerdotio fungi propter dispensationem. Assidet enim Deo & Patri, & in sublimibus sedibus decorus apparet. Turbat te quod est humanum? quod est Deum decens, a terroribus non absolvit? Non pateris ipsis videre rebus Deum simul & hominem existentem Emmanuel, sed sic impudenter & dure, ultra omnem impietatem currens, consummatum dicis ipsum secundum virtutem in laboribus, & profecisse paulatim ad pontificis dignitatem? Si profecit, quomodo exinanitus est, & pauper factus? Si consummatus est per virtutem, ex imperfecto utique & in tempore factus est perfectus; omne vero quod imperfectum est ad virtutem, sub vitio est; & quod sub vitio, sub peccato. Quomodo ergo scriptum est de eo, quod *peccatum non fecit*? Præsumpsisti dicere quæ subjecta sunt? Quis igitur, inquit, sacerdotio functus est? Quis ille laboribus virtutis consummatus, & non naturaliter perfectus existens? Quis experimento discens obedientiam, & hanc ante experimentum ignorans? Quis cum reverentia vivens, & cum clamore valido & lacrymis supplicationes offerens, & salvum facere non valens semetipsum, sed eum qui poterat salvum facere, rogans? O audacissimam vocem atque scelestissimam! Quæ sufficient lacrymæ ad diluendum peccatum talia sapere proponentium? Si suscipis unionem, quomodo ignorasti, quia tibi sermo fuit de Deo homine facto? Humiliavit se propter te, & tu scelerate exclamas: *Propitius esto tibi domine; non erit tibi hoc.* Ergo audies dicentem: *Vade post me satana; scandalum es mihi.* Sed enim in fine verborum suorum ait? *Ergo qui ex semine David est pontifex*, habens utique in semetipso unitum, inseparabiliterque connexum Verbum quod est ex Deo.] Quomodo ergo unitum dicis Dei Verbum illi qui ex semine David est, si soli, qui ex semine

Ephes. 5.

1. Petr. 2.

Hebr. 5.

Matth. 16.

A ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν· καὶ δι' αὐτὴν ὀφείλει ὡς ὑπὲρ * τοῦ λαοῦ, οὕτω καὶ περὶ ἑαυτοῦ προσφέρειν περὶ ἁμαρτιῶν. Ἆρ' οὐκ ἄνθρωπον ἡμῖν κοινὸν, τό γε ἧκον εἰς τὸ αὐτοῦ δοκοῦν, ἀποτετέλεκε τὸν Ἐμμανουήλ; οὐκ ἀδελφὰ τῶν ἀρτίως ἡμῖν ὠνομασμένων τὰ φρονήματα, καὶ τὴν ἴσην ὠδίνοντα δυσφημίαν; δέδιας, εἰπέ μοι, τῆς ἱερωσύνης τὸν τρόπον τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ; ἀνάρμοσον εἶναι φῂς τῷ Θεῷ λόγῳ B τὸ ἱερουργεῖν ἀνθρωπίνως διὰ τὴν οἰκονομίαν; οὐκοῦν ἄφελε τὸ * προσωπεῖον, ἀρνοῦ μὴ ὑπεσταλμένως τοῦ λόγου τὴν ἐνανθρώπησιν, δι' ἣν ὠνόμασται ἀρχιερεύς. ἆρα θύοντα βλέπεις ὡς ἑτέρῳ Θεῷ καὶ προὔχοντι Θεῷ τῷ πατρί; βουθυτοῦντα τεθέασαι κατ' ἐκείνους τοὺς ἐξ ἀνθρώπων ληφθέντας, μετριοπαθεῖν τε δυναμένους τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις, διὰ τὸ εἶναι καὶ αὐτοὺς ἐν ταῖς καθ' ἡμᾶς ἀσθενείαις; * οὐ νενόηκας, ὅτι τὴν παρὰ πάντων πίστιν, ἤγουν τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν ἑαυτῷ καθιεροῖ, καὶ τῷ παναγίῳ * πνεύματι; ἆρ' οὖν, εἰπέ μοι, τρόπος ἐστὶν ἀνθρωπίνης ἱε- C ρουργίας τὸ πίστιν αἰτεῖν τοὺς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας προσκεκομισμένους ἐν πνεύματι; ὅρα δὲ καὶ ἕτερος ὄντα Θεὸν, κἂν εἰ ἀνθρωπίνως ἱερᾶσθαι λέγοιτο διὰ τὴν οἰκονομίαν· συνεδρεύει γὰρ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ ἐν τοῖς ἀνωτάτω θρόνοις ὁρᾶται διαπρεπής. θορυβεῖ σε τὸ ἀνθρώπινον; οὐκ ἀπαλλάττει δειμάτων τὸ θεοπρεπές; οὐκ ἀνέχῃ δι' αὐτῶν ἰδεῖν τῶν πραγμάτων Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον ὄντα τὸν Ἐμμανουήλ, ἀλλ' οὕτως ἀναιδῶς καὶ ἀπηνῶς, μᾶλλον δὲ δυσσεβείας ἁπάσης ἐπέκεινα τρέχων, τετελειῶσθαι φῂς κατὰ ἀρετὴν ἐν πόνοις αὐτὸν, καὶ προκόψαι * κατ' ἀρετὴν εἰς ἀρ- D χιερέως ἀξίωμα; εἰ προέκοψε, πῶς κεκένωται, καὶ ἐπτώχευσεν; εἰ * τελεῖται κατ' ἀρετὴν, ἐξ ἀτελοῦς δηλονότι, καὶ ἐν χρόνῳ γέγονε τέλειος· τὸ δὲ ἀτελὲς ἅπαν εἰς ἀρετὴν, ὑπὸ μώμου γραφήν. τὸ δὲ ὑπὸ μῶμον, ὑφ' ἁμαρτίαν. πῶς οὖν γέγραπται περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε; τετόλμηκας εἰπεῖν τὰ ὑποτεταγμένα; Τίς τοίνυν ὁ ἱερατεύσας, φησίν; ὁ πόνοις ἀρετῆς τελειωθεὶς, καὶ μὴ φύσει * τέλειος ὑπάρχων; τίς ὁ πείρᾳ μαθὼν τὴν ὑπακοὴν, καὶ ταύτην ἀγνοῶν πρὸ τῆς πείρας; τίς ὁ εὐλαβείᾳ συμβιώσας, καὶ μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς, καὶ δακρύων ἱκετείας προσενεγκὼν, καὶ σώζειν ἑαυτὸν οὐ δυνά- E μενος, ἀλλὰ τὸν δυνάμενον σώζειν παρακαλῶν; ὦ παντόλμου φωνῆς καὶ μιαρωτάτης. ποῖον ἀρκέσει δάκρυον εἰς ἀπόνιψιν ἁμαρτίας τοῖς τὰ τοιάδε φρονεῖν ᾑρημένοις; εἰ καταδέχῃ τὴν ἕνωσιν, πῶς ἠγνόησας, ὅτι περὶ Θεοῦ σοι λόγος ἦν ἐνηνθρωπηκότος; τεταπείνωκεν ἑαυτὸν διὰ σὲ, καὶ ἀνοσίως ἀναφωνεῖς· ἵλεώς σοι κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. οὐκοῦν ἀκούσῃ λέγοντος· ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ. ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τέλει τῶν ἑαυτοῦ λόγων φησίν· οὐκοῦν ὁ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἀρχιερεὺς, ἔχων ἐν ἑαυτῷ δηλονότι τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον ἡνωμένον, καὶ ἀχωρίστως συνημμένον. πῶς οὖν ἡνῶσθαι φῂς τῷ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ τὸν ἐκ Θεοῦ * λόγον; * ἢ δὴ μόνῳ τῷ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ

ANNO CHRISTI 431

* τῶν τ

* πρόσωπ

* οὐκ ἐνε κας,

* πατρί

* κατὰ βραχ

* τετέλεσ

* τελείως

* ἴσ. λόγον; εἰ δὴ

* εἰ δὲ

Δαυὶδ ἐκνενέμηκας τὴν ἱερωσύνην; εἰ γὰρ ἀληθὴς ἡ ἕνωσις, οὐ δύο που πάντως εἰσὶν ἀλλ' εἷς τε καὶ μόνος ὁ ἐξ ἀμφοῖν νοεῖται Χριστός. πρόδηλον οὖν, ὅτι πλάττονται μὲν ὁμολογεῖν τὴν ἕνωσιν, τὰς τῶν ἁπλουστέρων ὑποκλέπτοντες γνώμας· συνάφειαν δὲ * νοοῦσι τὴν ἔξωθέν τε καὶ σχετικήν, ἣν καὶ ἡμεῖς ἐσχήκαμεν, κοινωνοὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως ἀναδεδειγμένοι διὰ τοῦ πνεύματος. οὐ προσεκτέον τοιγαροῦν τοῖς ἐκείνων βαττολογισμοῖς, ἀλλὰ τῇ ὀρθῇ τε καὶ ἀμωμήτῳ πίστει, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς τε καὶ ἀποστολικοῖς θεσπίσμασιν.

φρονοῦσι

A David pontificatum attribuis? Si enim vera est unio, non duo quidem omnino sunt, sed unus & solus ex utrisque intelligitur Christus. Palam itaque est quia fingunt quidem se confiteri unitatem, simplicium mentibus obrepentes, copulationem vero sapiunt quæ est extrinsecus, & per habitudinem, quam & nos habuimus, participes divinæ ejus effecti naturæ per spiritum. Non ergo respiciendæ sunt illorum ineptiæ, sed recta & immaculata fides, & euangelicæ atque apostolicæ sanctiones.

Ἀναθεματισμὸς ιά.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ κυρίου σάρκα ζωοποιὸν εἶναι, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγου, ἀλλ' ὡς ἑτέρου τινὸς παρ' αὐτὸν, συνημμένου μὲν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν ὡς μόνην θείαν ἐνοίκησιν ἐσχηκότος, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ζωοποιὸν, ὡς ἔφημεν, ὅτι γέγονεν * ἰδία τοῦ λόγου τοῦ τὰ πάντα ζωοποιεῖν ἰσχύοντος· ἀνάθεμα ἔστω.

ἰδία

B *Anathematismus XI.*

Si quis domini carnem vivificam, ipsiusque Verbi quod ex Deo Patre est, propriam esse negaverit; sed veluti alterius cujuspiam ipsi verbo secundum dignitatem conjuncti, hoc est, quasi divinam tantum inhabitationem sortiti, ac non potius vivificam esse dixerit, ut modo meminimus, eo quod Verbi quod omnia vivificare potest, facta sit propria; anathema sit.

Θεοδωρήτου ἀνατροπή.

Ἔοικεν, ὡς οἶμαι, τῆς ἀληθείας φροντίζειν, ἵνα ταύτῃ τὴν κακοδοξίαν συγκαλύψας, λάθῃ τὰ αὐτὰ τοῖς αἱρετικοῖς δογματίζων. * ἀλλ' οὐδὲν τῆς ἀληθείας δυνατώτερον, ἥ τις ταῖς οἰκείαις ἀκτῖσι γυμνοῖ τὸ ζοφῶδες τοῦ ψεύδους. ταύτῃ φωτιζόμενοι δήλην αὐτοῦ τὴν ἑτερόδοξον καταστήσομεν πίστιν. πρῶτον μὲν γὰρ οὐδαμοῦ σαρκὸς νοερᾶς ἐμνημόνευσεν, οὔτε ἄνθρωπον τέλειον τὸν ἀναληφθέντα ὡμολόγησεν, ἀλλὰ πανταχοῦ σάρκα λέγει, τοῖς Ἀπολιναρίου δόγμασι συνακολουθῶν· ἔπειτα τὴν τῆς κράσεως ἔννοιαν ἑτέροις ἐμβαλὼν ὀνόμασι, καταπείρει τοῖς λόγοις. * ἐνταῦθα γὰρ σαφῶς ἄψυχον τὴν τοῦ κυρίου σάρκα φησίν· εἴ τις γὰρ, φησὶ, τὴν τοῦ κυρίου σάρκα μὴ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγου, ἀλλ' ὡς ἑτέρου παρ' αὐτὸν λέγει, ἀνάθεμα ἔστω. ἐξ ὧν * εὔδηλον, οὐχ ὁμολογεῖ ψυχὴν ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν λόγον, ἀλλὰ σάρκα μόνην, αὐτὸν δὲ εἶναι ἀντὶ ψυχῆς τῇ σαρκί. ἡμεῖς δὲ ζωοποιὸν εἶναί φαμεν τὴν ἔμψυχον καὶ λογικὴν τοῦ κυρίου σάρκα, διὰ τὴν ἡνωμένην αὐτῇ ζωοποιὸν θεότητα. ὁμολογεῖ δὲ αὐτὸς ἄκων τῶν δύο φύσεων τὸ διάφορον, σάρκα λέγων, καὶ Θεὸν λόγον, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ προσαγορεύων τὴν σάρκα. οὐκοῦν οὐχ ὁ Θεὸς λόγος εἰς σαρκὸς ἐτράπη φύσιν, ἀλλ' ἰδίαν ἔχει σάρκα, τὴν ἀναληφθεῖσαν φύσιν, καὶ ζωοποιὸν αὐτὴν τῇ ἑνώσει πεποίηκεν.

ἀλλ' οὐδὲν

ἐντεῦθεν

εὔδηλον, ὡς οὐχ

Theodoreti reprehensio.

Videtur, ut opinor, curam habere veritatis, ut tegens hac via falsam opinionem, non videatur eadem tradere cum hæreticis. Sed nihil est veritate valentius, quæ radiis C suis mendacii caliginem detegit. Hac nos illuminati, ipsius falsam fidem patefaciemus. Primum quidem nusquam carnis intelligentis meminit, neque assumptum confessus est hominem perfectum: quin potius ubique carnem dicit, sequens Apollinarii dogmata. deinde sententiam de mixtione aliis nominibus introductam, sermonibus suis inserit. hinc enim aperte carnem domini inanimatam dicit. Si quis enim, inquit, carnem domini non propriam Verbi Dei Patris, sed tamquam alterius præter ipsum dicit, anathema sit. Ex D quibus patet, non confiteri eum, sumpsisse Verbum animam, sed carnem tantum; ipsum autem Verbum fuisse carni pro anima. Nos autem vivificam esse dicimus animatam & rationalem domini carnem, propter divinitatem vivificam ei unitam. Confitetur autem ipse invitus differentiam duarum naturarum, cum dicit carnem, & verbum Deum, & propriam ejus carnem appellat. Ergo Deus verbum non est conversum in naturam carnis, sed propriam habet carnem, naturam scilicet assumptam, & eam fecit unione vivificam.

Κυρίλλου ἀπολογία.

Οἱ τῶν εἰς ὀρθότητα καὶ ἀλήθειαν ἐννοιῶν ἐξ ἀμαθίας ἀπολισθήσαντες, καὶ μονονουχὶ λέγοντες· ἐθέμεθα ψεῦδος τὴν ἐλπίδα ἡμῶν, τῷ ψεύδει σκεπασθησόμεθα, ἀπεριμερίμνως ἐκφέρουσιν, οὐ μεμνημένοι λεγούσης τῆς θεοπνεύστου γραφῆς· κρίμα δίκαιον κρίνετε. καὶ πάλιν. μάρτυς ψευδὴς οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται. ἡμεῖς γὰρ ζωοποιόν φαμεν εἶναι τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· καὶ γάρ ἐστιν οὐχ ἑνὸς ἁπλῶς τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπου κοινοῦ, ἴδιον δὲ ἀληθῶς τοῦ τὰ πάντα ζωογονοῦντος λόγου· ἴδιον δὲ οὕτως, ὡς ἂν εἰ καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἑκάστου τυχὸν ἴδιον λέγοιτο τὸ σῶμα αὐτοῦ. ὁ δὲ χρηστὸς οὑτοσί, καὶ τὸν καθ' ἡμῶν γλωσσαλγίας οὐδένα τρόπον ἀνεπιτήδευτον ἀφεὶς, καίτοι

Cyrilli defensio.

E Qui a rectis verisque sententiis propter ignorantiam exciderunt, & fere dicunt: *Posuimus mendacium spem nostram, mendacio tegemur*; inconsiderate pronuntiant, immemores scripturæ divinitus inspiratæ, quæ dicit: *Iustum judicium judicate.* & rursus: *Testis falsus non erit impunitus.* Nos siquidem sanctum corpus salvatoris nostri Christi vivificum esse dicimus. est enim non unius simpliciter hominis vulgaris e nostro numero, sed vere proprium verbi omnia vivificantis: sic autem proprium, ut si forte dicatur uniuscujusque nostri proprium corpus suum. Hic autem bonus vir, nullum genus maledicentiæ in nos intentatum prætermittens, quamvis iis quæ dixi assen-

Isa. 28.

Zachar. 7.
Prov. 19.

assentiatur, inurit rursus nobis maculam falsæ sententiæ Apollinarii, & non pudet eum dicere, quod aliis nominibus errorem mixtionis, sive confusionis occultem, & carnem verbo unitam inanimatam esse affirmem. At, o optime, dicat aliquis, & merito: An idem crimen inferes beato Ioanni evangelistæ? Dixit enim: *Verbum caro factum est.* (Ioan. 1.) Nam in eum quoque te arroganter efferes, & dices quod animæ intelligentis non meminit, & carnem domini dicit esse inanimatam. Quid, cum audies Christum ipsum omnium nostri salvatorem dicere: *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* (Ioan. 6.) & rursum: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* (Ibidem.) & iterum: *Et panis, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.* (Ibid.) Reprehende, si videtur, hæc verba. Carnem enim nominat solam, & nullam penitus in his animæ intelligentis mentionem fecit. Atqui si sapiens & acuto ingenio fuisses, non ignorasses, quod interdum sola carne animal ex anima & corpore constans, id est homo, significatur. Ait enim: *Et videbit omnis caro salutare Dei.* (Luc 3. ex Isai. 40.) Cum igitur dixit, Verbum carnem factum esse, non ignoravit se omnino animæ quoque intelligentis meminisse. Sed, ut principio dixi, cum iste non haberet quid contradiceret, texit se mendacio, & nititur calumniari, ut aliquid dicere videatur. Hominem vero assumptum esse a verbo non videtur sanctis patribus, non sic senserunt; sed ipsum potius verbum Dei Patris asserunt factum esse hominem, unitum carni animam intelligentem habenti. unio vero sine confusione fuit, & a mutatione penitus libera. immutabile est enim Verbum ex Deo Patre genitum: & sic credimus.

A συναινῶν οἷς ἔφην, ἐπιφημίζει πάλιν ἡμῖν τῆς Ἀπολιναρίου κακοδοξίας τὸν μῶμον, καὶ οὐκ αἰσχύνεται λέγων, ὅτι λέξεσιν ἑτέραις τὸ τῆς κράσεως, ἤτοι συγχύσεως ἐπικρύπτει χρῆμα, καὶ ἄψυχον εἶναι διαβεβαιοῦται τὴν ἑνωθεῖσαν τῷ λόγῳ σάρκα. ἀλλ', ὦ βέλτιστε, φαίη τις ἂν εἰκότως· ἆρ' οὖν τοῖς ἴσοις περιβαλεῖς ἐγκλήμασι καὶ τὸν μακάριον εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην; ἔφη γὰρ, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· καταλαζονεύσῃ γὰρ καὶ αὐτοῦ, καὶ ἐρεῖς, ὅτι ψυχῆς οὐκ ἐμνημόνευσε νοερᾶς, καὶ ἄψυχον εἶναί φησι τοῦ κυρίου τὴν σάρκα. τί δὲ, ὅταν καὶ αὐτοῦ λέγοντος ἀκούσῃς τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν B μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. καὶ πάλιν· ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. καὶ πάλιν· καὶ ὁ ἄρτος δὲ, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. ἐπιπήδησον, εἰ δοκεῖ, καὶ τοῖς αὐτοῦ λόγοις· σάρκα γὰρ ὀνομάζει μόνην, καὶ ψυχῆς ἐν τούτοις τῆς νοερᾶς οὐδεμίαν παντελῶς πεποίηται μνήμην. ἀλλ' εἴπερ ἦσθά τις σοφὸς καὶ ἀγχίνους, οὐκ ἂν ἠγνόησας, ὅτι καὶ ἀπὸ μόνης ἔσθ' ὅτε τῆς σαρκὸς τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος κατασημαίνεται ζῶον, τουτέστιν, ἄνθρωπος· ἔφη γάρ· ὅτι ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. οὐκοῦν σάρκα λέγων γε- C νέσθαι τὸν λόγον, οὐκ ἠγνόηκεν, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως καὶ ψυχῆς νοερᾶς πεποίηται μνήμην. ἀλλὰ γὰρ, ὡς ἔφην ἐν ἀρχαῖς, ἀπορήσας εἰς ἀντίστασιν, σκέπην ἑαυτῷ ποιεῖται τὸ ψεῦδος· καὶ πειρᾶται συκοφαντεῖν, ἵνα δοκῇ τι λέγειν. οὐκ ἄνθρωπον δὲ ἀνειλῆφθαι παρὰ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις πατράσι δοκεῖ· πεφρονήκασι γὰρ οὐχ ὧδέ ποθεν. αὐτὸν δὲ μᾶλλον τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον ἄνθρωπον γενέσθαι φασὶν, ἑνωθέντα σαρκὶ, ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν νοεράν. ἀσύγχυτος δὲ καὶ τροπῆς ἐλευθέρα πάντως ἡ ἕνωσις· ἀναλλοίωτος γὰρ D ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος· καὶ οὕτω πιστεύομεν.

Anathematismus XII.

Si quis non confitetur, Dei verbum carne passum & crucifixum esse, mortemque carne gustasse; nec non primogenitum ex mortuis factum esse, quatenus nimirum ut Deus vita & vivificans est; anathema sit.

Ἀναθεματισμὸς ιβ'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν, καθὸ ζωή ἐστι καὶ ζωοποιὸς ὡς Θεός· ἀνάθεμα ἔστω.

Theodoreti reprehensio.

Passiones sunt propriæ passibilis: impassibilis enim altior est, quam ut pati possit: quare passa est forma servi: adhærente scilicet forma Dei, & permittente pati propter salutem passionibus partam, propter unionem autem vindicante sibi passiones. Igitur non est Christus qui passus est, sed homo ex nobis a verbo assumptus. Vnde Isaias vaticinans clamat: *Homo in plaga existens, & sciens pati infirmitatem.* (Isai. 53.) Et ipse dominus Christus Iudæis dicebat: *Quid me quæritis occidere hominem, qui vobis veritatem locutus sum?* (Ioan. 8.) Occiditur autem non ipsa vita, sed qui habet naturam mortalem. Et hoc in alio loco docens dominus aiebat Iudæis: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* (Ioan. 2.) Solutus igitur est qui ex David,

Θεοδωρήτου ἀνατροπή.

Τὰ πάθη τοῦ παθητοῦ ἴδια· ὁ γὰρ ἀπαθὴς παθῶν ἐστιν ὑψηλότερος. ἔπαθε τοίνυν ἡ τοῦ δούλου μορφὴ, συνούσης αὐτῇ δηλονότι τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς, καὶ συγχωρούσης παθεῖν διὰ τὴν τῶν παθῶν E τικτομένην σωτηρίαν, * οἰκειούμενος δὲ διὰ τὴν ἕνωσιν τὰ παθήματα. οὐκοῦν οὐχ ὁ Χριστὸς παθὼν, ἀλλ' ὁ ἐξ ἡμῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ληφθεὶς ἄνθρωπος. διὸ καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας προθεσπίζων βοᾷ· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ δεσπότης Χριστὸς πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔλεγε· τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; ἀποκτείνεται δὲ οὐκ αὐτὴ ἡ ζωὴ, ἀλλ' ὁ θνητὴν ἔχων τὴν φύσιν. καὶ τοῦτο διδάσκων ἑτέρωθι ὁ κύριος, πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔφη· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. οὐκοῦν ἐλύθη μὲν ὁ ἐκ τοῦ Δαυὶδ,

* ἴσως, οἰκειουμένης

ἀνέστησε δὲ τοῦτον λυθέντα ὁ ἐκ πατρὸς ἀπαθῶς γεννηθεὶς πρὸ τῶν αἰώνων, μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος.

Κυρίλλου ἀπολογία.

Ἐστι μὲν ἀπαθὴς καὶ ὁμολογουμένως ἡ τοῦ Θεοῦ λόγου φύσις· καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶν οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀσυμφανές· οὐδ᾽ ἂν εἰς τοῦτο φρενοβλαβείας καθίκοιτό τις, ὡς τὴν ἀπόρρητον, καὶ ὑπερφυᾶ, καὶ τοῦ δύνασθαί τι παθεῖν ἐπέκεινα φύσιν, ἀσθενείας ταῖς καθ᾽ ἡμᾶς ἐνισχῆσθαι λέγειν. ἐπειδὴ δὲ ἦν τὸ παθεῖν τῷ κόσμῳ σωτήριον, καὶ πάλιν ἀμήχανον τὸ παθεῖν εἰς ἰδίαν φύσιν τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα λόγον, μέτεισιν ἐντέχνως τῆς οἰκονομίας τὸ χρῆμα. ἴδιον ἐποιήσατο σῶμα τὸ παθεῖν δυνάμενον, ἵνα τῷ παθεῖν πεφυκότι λέγοιτο παθεῖν, καίτοι μεμενηκὼς ἀπαθὴς κατ᾽ ἰδίαν φύσιν αὐτός. ἐπειδὴ δὲ σαρκὶ πέπονθεν ἑκὼν, ταύτῃ τοι τῶν ὅλων σωτήρ ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται. ὡς γὰρ ὁ Παῦλος φησί. χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου· μαρτυρήσει δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος, σοφώτατα λέγων· Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν, οὐ φύσει θεότητος μᾶλλον, ἀλλὰ σαρκός. ἐπεὶ τίνα τρόπον ὁ τῆς δόξης κύριος ἐσταυρῶσθαι λέγεται; πῶς δὲ ὁ, δι᾽ οὗ τὰ πάντα συνέστηκε, καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, δέδοται παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, γέγονε δὲ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν; οἰκειωσάμενος δηλονότι τὰ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ συμβαίνοντα πάθη. κύριος δὲ τῆς δόξης οὐκ ἂν γένοιτο κοινὸς, καὶ καθ᾽ ἡμᾶς ἄνθρωπος. ἀλλ᾽ ἐρεῖς ἐκεῖνό που τάχα, ὡς ἀπόχρη λίαν ἡ ἕνωσις εἰς τὸ ἀποφῆναι Χριστὸν ἕνα καὶ κύριον, τὸν ἐσταυρωμένον· οὐκοῦν λεγέσθω πάντα αὐτοῦ, καὶ ὁμολογείσθω σωτὴρ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος; μεμενηκὼς μὲν ἀπαθὴς τῇ τῆς θεότητος φύσει, σαρκὶ δὲ παθὼν, ὡς εἶπεν ὁ Πέτρος. αὐτοῦ γὰρ ἦν ἴδιον καθ᾽ ἕνωσιν ἀληθῆ τὸ τοῦ θανάτου γευσάμενον σῶμα. ἐπεὶ τίνα τρόπον ἐξ Ἰουδαίων κατὰ σάρκα Χριστὸς, καὶ Θεὸς ἐπὶ πάντων ἐστὶ, καὶ εὐλογητὸς εἰς αἰῶνας, ἀμήν; εἰς τὸν τίνος θάνατον βεβαπτίσμεθα; τὴν τίνος ἀνάστασιν ὁμολογοῦντες δικαιούμεθα; καί τοι κατὰ φύσιν ἰδίαν θανάτου κρείττων ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος· μᾶλλον δὲ αὐτόχρημα ζωή. ἆρ᾽ οὖν εἰς θάνατον ἀνθρώπου κοινοῦ βεβαπτίσμεθα; καὶ εἰς αὐτὸν πιστεύοντες δικαιούμεθα; ἢ, ὅπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ἐνανθρωπήσαντος Θεοῦ, καὶ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ τὸν θάνατον καταγγέλλομεν, καὶ ὁμολογοῦντες τὴν ἀνάστασιν, τὸ τῆς ἁμαρτίας ἄχθος ἀποπεμπόμεθα; ἠγοράσθημεν γὰρ τιμῆς, οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ, ἀλλὰ τῷ τιμίῳ αἵματι, ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ. καὶ πλεῖστα μὲν ἕτερα πρὸς τούτοις ἦν εἰπεῖν· χαλεπὸν δὲ οὐδὲν ἦν καὶ τὰς τῶν ἁγίων πατέρων παραθεῖναι χρήσεις. ἀλλ᾽ ἀρκέσειν οἶμαι καὶ ταῦτα τοῖς εὐμαθεστέροις. γέγραπται γάρ· δίδου σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται. γνώριζε δικαίῳ, καὶ προσθήσει τοῦ δέχεσθαι.

A excitavit autem hunc solutum unigenitum Dei Verbum ex Patre impassibiliter genitum ante sæcula. PART. III. CAP. III.

Cyrilli defensio.

Est plane vel confessione omnium impassibilis natura Verbi Dei: & hoc nemini puto esse non manifestum, & nullus eo dementiæ processerit, ut arcanam illam naturam, quæ supra naturam est, & sublimior quam ut pati quidquam possit, nostris infirmitatibus teneri dicat. Quia vero mundo salutare erat pati, & rursus Verbum ex Deo genitum in propria natura pati non poterat, pulcro artificio negotium dispensationis aggreditur, & corpus proprium fecit quod pati posset, ut B corpore passibili pati diceretur, ipse manens alioqui propria natura impassibilis. Quia igitur carne passus est volens, hac ratione salvator omnium est & nominatur. Vt enim ait Paulus: *Gratia Dei pro omnibus mortem gustavit*; testimonium autem dabit & beatus Petrus cum sapientissime dicit: *Christo igitur* pro nobis, non in natura divinitatis, sed *in carne*, inquit, *passo*. Alioqui quomodo dominus gloriæ crucifixus dicitur? quomodo is, per quem omnia, ut Paulus ait, constituta sunt, datus est a Deo Patre caput corporis ecclesiæ, factus vero est primogenitus ex mortuis? vindicans scilicet sibi passiones, quæ propriæ carni acciderunt. Dominus autem gloriæ non potest esse communis homo, & C quales nos sumus. Sed illud fortasse dices, Satis superq; esse unionem, ut dicamus Christum unum & dominum, qui crucifixus est. Dicantur igitur omnia de ipso; confiteantur omnes Verbum Dei salvatorem; qui quidem secundum naturam divinitatis impassibilis remansit, carne vero, sicut dixit beatus Petrus, passus est. Ipsius enim proprium erat secundum veram unionem corpus, quod mortem gustavit. Alioqui quomodo secundum carnem ex Iudæis Christus, & Deus supra omnia est, & benedictus in sæcula, amen? in cujus mortem baptizati sumus? cujus resur- D rectionem confitentes justificamur? quamvis secundum naturam propriam Verbum Dei mori non potest, imo est ipsamet vita. Num igitur in mortem hominis communis baptizati sumus, & in eum credentes justificamur? an potius, quod verum est, mortem Dei incarnati, & passi carne pro nobis annuntiamus; & resurrectionem confitentes; peccati pondus abjicimus? *Empti enim sumus precio, non corruptibilibus auro vel argento, sed precioso sanguine quasi agni immaculati & impolluti Christi.* Et plurima alia præter hæc licebat dicere: nec difficile esset auctoritates sanctorum patrum producere. sed hæc ar- E bitror sufficere iis qui dociliores sunt. Scriptum est enim: *Da occasionem sapienti & sapientior erit: ostende justo, & apponet ut recipiat.*

Hebr. 2. — 1. Petr. 4. — 1 Cor. 2. — Hebr. 2. — Coloss. 1. — 1. Petr. 4. — Rom. 9. — Rom. 6. — 1. Cor. 6. — 1. Petr. 1. — Prover. 9.

CYRILI ALEXANDRINI EPISCOPI SCHOLION DE UNIGENITI INCARNATIONE.

Quid est Christus?

CAPUT I.

CHRISTI nomen, nec definitionis vim obtinet, nec cujuspiam substantiæ, qualis sit, significat, sicut forte Homo, aut Equus, aut Bos; sed rei magis, quæ in aliquo agatur, habet significationem. Oleo namque ungebantur quidam superiorum, juxta quod Deo tunc temporis placebat: & signum regni illius erat unctio. Ungebantur autem & prophetæ sensibiliter Spiritu sancto, ut inde quoque nominarentur christi. Denique beatus David psallit ex persona Dei, & ait: *Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* (Psal. 104.) Ait autem & propheta Habacuc: *Existi in salutem populi tui, ut salvos facias christos tuos.* (Habac. 3.) In Christo autem omnium salvatore unctionem quidem factam esse dicimus: ceterum neque symbolicam, quasi oleo factam, nec quasi in gratia prophetica; sed nec illam, quæ intelligitur fieri ad perfectionem alicujus hujusmodi negotii, quale factum esse dicimus sub Cyro Persarum & Medorum rege: contra Babylonios enim ille duxit exercitum, instigante ipsum in id Deo omnipotente. Dictum est enim: *Hæc dicit dominus christo meo Cyro, cujus apprehendit dexteram.* (Isai. 45.) Atqui ille vir cum esset idolorum cultor, nominatus est christus, ideo quod quasi unctus est in regnum cælesti suffragio, & ordinatus est a Deo, ut Babylonem vehementer expugnaret. Illud autem magis de Christo. Quoniam enim propter Adæ prævaricationem regnaverat super omnes peccatum, (Rom. 5.) & Spiritus ab humanitate discesserat, ob eamque causam in malis omnibus illa fuerat constituta; opus autem erat, ut rursus Dei misericordia in pristinum revocata, Spiritum mereretur; homo factum est unigenitum Dei Verbum, & cum terreno corpore terrenis apparuit. Fuit etiam liber a peccato, ut & in ipso, & in eo solo innocentiæ laudibus natura hominis coronata, Spiritu sancto ditaretur, ac sic reformaretur ad Deum per sanctificationem. Transit enim ad nos quoque gratia * correpta a Christo, qui est in Christo, nobis primogenitus: idque nos docet beatus David, psallens ad Filium: *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: ideo unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.* (Psal. 44.) Unctus est igitur exemplo nostro filius innocentiæ laudibus, ut ante dixi, & in ipso natura hominis illustrata, & digna jam sortiri Spiritum sanctum non discessurum jam sicut antea, sed mensurum magis in ipsa. Ideoque scriptum est, quod descendit quidem in eum Spiritus, mansit autem super ipsum. (Ioan. 1.) Dicitur ergo Christus Dei Verbum, quod propter nos nostri similis homo est factum, & in servi forma: (Ioan. 10.) & ungitur quidem humane secundum carnem, ungit autem divine suos, eos nempe, qui in ipsum credunt.

* f. accepta, al. completa

A

Qualiter intelligi debet Emmanuel.

CAPUT II.

EMMANUEL nominatur Deus Verbum, quod Abrahæ semen apprehendit, & similiter ac nos participavit carni & sanguini. (Hebr. 2.) Interpretatur autem Emmanuel, *Nobiscum Deus.* Confitemur autem fuisse nobiscum Dei Verbum, non localiter (in quo enim loco non est Deus, qui implet omnia?) nec quod adesse nobis conspicitur auxilii ratione (dictum est enim hoc modo ad Iesum: *Et sicut eram cum Moyse, ita ero & tecum*) (Iosue 1.) sed quod factus est in nostris, id est, in humanitate, non derelicta natura sua. B inconvertibile est enim natura Dei Verbum. Ceterum quam ob causam, cum plene dicitur ad Iesum, quod, Sicut eram cum Moyse, sic ero tecum, non est nominatus Emmanuel? Ipsa autem ratio sit, * etsi cum alio nescio quo sanctorum fuisse dicatur. (Locus obscurus mutilus.) Ergo nobiscum factum esse dicimus Deum Verbum eo tempore, quo dicit Baruch: *In terra visus est, & inter homines conversatus est, & omnem viam inveniens disciplinæ, & dans eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Ipse est enim Deus noster, & non comparabitur alius ad eum.* (Baruch 3.)

C Ὅσον μὲν γὰρ ἧκεν εἰς τὸ εἶναι Θεὸς κατὰ φύσιν, οὐκ ἦν μεθ' ἡμῶν· ἀσύγκειτον γὰρ τὸ μεταξὺ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος· καὶ πολλή τις ἄγαν τῶν φύσεών ἐστιν ἡ διαφορά.

Et quantum quidem ad Dei naturam pertinet, non erat nobiscum. multum enim interest inter divinitatem & humanitatem, & ingens est nimis differentia naturarum. Denique etiam divinus David ad proximitatem mysticam scilicet, Deum Verbum quod nondum ad nos venerat vocabat, dicens in spiritu: *Utquid domine discessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulatione?* (Psal. 9.) Ergo non jam longe discessit, sed nobiscum fuit. Qui cum mansisset id quod erat, apprehendit Abrahæ semen, ut dixi. (Hebr. 2.) D Accepit autem etiam servi formam, & conspectus est homo in terra, (Philipp. 2.) Christus vere & Emmanuel, eumdem nobis Filium designans; partim quia unctus est more nostro, humane hominis naturæ spiritum accipiens, ut in seipso & primo; positus est enim primordium generis; rursum ut Deus, ipse est ungens sancto Spiritu eos qui in se credunt: partim quia fuit nobiscum secundum quas modo reddidi rationes, & in eo nos facit certos Isaias propheta, dicens: *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel.* (Isa. 7.) Cum enim sancta virgo & Spiritu quidem sancto prægnans esset facta, peperit autem secundum carnem Filium, tunc etiam Emmanuel dictus est. Fuit enim nobiscum per carnalem generationem incorporalis, & id erat quod per vocem David significabatur: *Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit.* (Psal. 49.) Et illud opinor: *Ipse qui locutus sum, præsto sum.* (Isa. 52.) Locutus enim per prophetas, ut incorporale adhuc Verbum, advenit etiam corporaliter.

Quid

Quid est Iesus?

CAPUT III.

Vi quidem intentionum, quia oporteat a nobis unum dici Filium, tantumdem est & Christus, & Emmanuel, & Iesus, & idem vero quasi ex re nomen est factum: *Ipse enim salvabit populum suum a peccatis eorum.* Quemadmodum enim τὸ Emmanuel significat per generationem ex muliere nobiscum factum fuisse Dei Verbum; & Christus porro, quia factus homo, unctus dicitur juxta nos humane; ita etiam Iesus, quod salvavit nos, id est, suum populum, quod maxime eum demonstrat Deum vere, & natura omnium dominum. Neque enim hominis communis creatura esse dicatur: deceat autem magis omnia dicere esse unigeniti, etsi factus sit homo. Dicet fortasse aliquis: Ad quid Moysis dictus est populus Israel? Ad hoc dicimus quod Dei quidem populus nominatus sit, & id erat vere: verum quoniam ad defectionem deductus est, & vitulum fecit per desertum, inhonoratus est a Deo. Non enim suum nominare populum dignabatur, sed eum jam homini destinavit. At nos non ita. proprii enim sumus Filii, eo quod & Deus sit, & per ipsum creata sunt omnia. Ita enim ait David: *Quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos: nos autem populus pascuæ ejus, & oves manuum ejus.* Denique etiam ipse de nobis dixit: *Oves meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me.* Rursus: *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me congregare, ut fiat unus grex, & unus pastor.* Mandabat autem etiam beato Petro: *Simon Ioannis, amas me? Pasce agnos meos.*

Quam ob causam homo dictum sit Dei Verbum.

CAPUT IV.

ΑΝΘΡΩΠΟΣ ὠνόμασαι, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος· ὡς μετεσχηκὼς αἵματος καὶ σαρκὸς παραπλησίως ἡμῖν. ὤφθη γὰρ οὕτω τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ οὐ μεθεὶς ὅπερ ἦν, ἀλλ' ἐν προσλήψει γεγονὼς τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος, τελείως ἐχούσης καὶ τὸν ἴδιον λόγον.

Homo nominatus est, cum sit natura Deus, Dei Patris Verbum, quoniam similiter ac nos carni communicavit & sanguini. Sic enim terrenis apparuit, non amittens id quod erat; sed assumens* humanitatis naturam in sua ratione perfectam. Verumtamen & in humanitate Deus remansit, & omnium dominus, * utpote naturam & veritatem ex Deo Patre sortitus. & id nobis evidentissime sapientissimus Paulus ostendit: *Primus enim*, inquit, *homo ex terra de limo, secundus de cælo.* Atqui virgo sancta peperit templum Verbo unitum: sed de cælo dicitur, & recte quidem, Emmanuel. desuper enim & ex substantia Dei & Patris natum est Verbum ipsius: descendit vero ad nos tunc, cum factus est homo, tamen sic quoque desuper est. Testatur autem Ioannes de eo, dicens: *Qui desursum venit, super omnes est.* Et ipse Christus etiam ad populum ait Iudæorum: *Vos de deorsum estis; ego de supernis sum.* Et rursus: *Ego non sum de hoc mundo.* Licet pars mundi, sicut homo, nuncupatus sit; sed erat cum hoc quoque supra mundum, ut Deus. Meminimus enim plane dicentem: *Et* A *nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis.* Descendisse autem dicimus de cælo filium hominis per unitatem dispensatoriam, Verbo tribuente propriæ carni gloriæ suæ & divinæ majestatis claritudinem.

Quam ob causam exinanitum dicatur Dei Verbum.

CAPUT V.

Plenum secundum naturam, & ex omni parte perfectum Deum Verbum, & distribuens ex sua plenitudine bona sua creaturæ, exinanitum dicimus, nihil in natura propria violatum, nec ut aliter se haberet commutatum, nec inferius ex ulla parte factum: Inconvertibile enim & immutabile est ipsum quoque, sicut generator ipsius, & numquam fuit passionis ullius capax. Quod vero factum sit caro, id est homo, eo quod ait: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*; humanitatis paupertatem propriam fecit: primum, quia semel homo sit factus, etsi remanserit Deus, deinde, quod servi formam accepit, qui secundum suam naturam liber est, utpote filius: & cum ipse sit gloriæ dominus, gloriam dicitur accipere: cum sit ipse vita, vivificari dicitur: & in omnes accepit potestatem, cum sit ipse rex omnium: cum Deo simul & Patri obediens fuit, crucem est passus. Verum cum hæc quidem humanitatis mensuræ conveniant; tamen ea familiaria ducit esse cum carne, & implet dispensationem, manens quod erat.

Quomodo unus Christus?

CAPUT VI.

Divinus Paulus scribit: *Etsi sunt dii multi, & domini multi in cælo & in terra; sed nobis unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos ex eo; & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per eum.* At vero sapientissimus Ioannes de Deo Verbo dixit, quod *omnia per ipsum facta sunt, & absque eo factum est nihil.* Euangelizabat autem beatus Gabriel sanctæ virgini, dicens: *Ecce concipies in utero, & paries filium; & vocabis nomen ejus Iesum.* Cum igitur per Christum Iesum omnia divinus Paulus facta esse commemoret; confirmet autem vim sententiæ, & opificem omnium fuisse Deum euangelizet, rem veram dicens, euangelista divinus; designet autem etiam angeli vox, vere ex sancta virgine natum esse Iesum Christum: nec absque humanitate intelligimus Deum Verbum, sed unum dicimus ex ambobus effectum, & Deum hominem factum; eumdem ex Patre, ut verbum, natum divine; & ex muliere humane, ut hominem: non tamquam in secundum substantiæ initium vocatum, tunc cum secundum carnem dicitur natum; sed natum quidem ante omnia sæcula, stante tamen tempore quo debuerat implere dispensationem, natum etiam ex muliere secundum carnem. Ergo etsi alii simili appellatione vocati sunt Christi; unus tamen est, per quem omnia, Iesus Christus: non quod homo sit factus opifex omnium, sed quod Deus Verbum, per quem omnia facta sunt, similiter ac nos participarit carni & sanguini & nuncupatus sit homo, non tamen perdiderit esse quod erat. Ita enim & in carne factus, intelligitur merito opifex omnium.

Margin notes: Part. III. Cap. IV. — 3. 4. 5. & 6. — Ioan. 3 — Ioel. 2. — 1. Cor. 8. — Ioan. 1. — Luc. 1. — Hebr. 2. — [Ma]tth. 1. — [Ex]od. 32. — Idem. — [Psa]lm. 99. — [Ps]al. 94. — [Io]an. 10. — [Ib]id. — [Io]an. 21. — [Io]an. 3. — [Io]an. 8. — [Ib]id. — [1.] Cor. 15.

PART. III. CAP. IV. 7. & 8.

Quomodo unus est Emmanuel?

CAPUT VII.

SEMEL novissimis sæculis Dei verbum homo esse dicitur factum, & sicut ait divinus Paulus, per sacrificium suum manifestatus est. Et quodnam est sacrificium? *Suum enim corpus obtulit pro nobis in odorem suavitatis Deo Patri: & intravit in sancta semel, non per sanguinem hircorum & taurorum, sed per suum sanguinem.* Sic enim credentibus remissionem in æternum comparavit. Ergo plurimi quidem ante ipsum sancti fuere; sed nemo eorum Emmanuel nominatus est. Quam ob causam? Nondum enim venerat tempus, quo A deberet esse nobiscum, id est, in nostram venire naturam per carnem, is qui est omni superior creatura. Unus igitur Emmanuel. Semel enim factus est homo unigenitus, tunc cum per sanctam virginem generationem carnalem perpessus est. Dictum est enim & ad Iesum, *quod ero tecum*. at non erat ille Emmanuel. Fuit etiam cum Moyse: sed nec ille Emmanuel nominatus est. Igitur quoties audimus nomen Filio datum esse *Nobiscum Deus*, sapienter intelligamus, non ita fuisse nobiscum novissimis temporibus, sicut aliquando dicitur fuisse cum sanctis. Illis enim B erat tantum adjutor: nobiscum autem fuit, cum factus est similis nostri, cum suam non amisisset naturam. est enim inconvertibilis ut Deus.

Hebr. 9. Ephes. 5. Iosue 1. ANNO CHRISTI 431.

Quam esse dicimus adunationem.*

* Gr. inquit,

CAPUT VIII.

UNIO ipsa multis modis perficitur. Sejuncti enim nonnulli affectu forte & * voluntate, & discordantes inter se, uniri dicuntur per reconciliationem socialem, deposita simultate. Uniri etiam dicimus ea quæ sibi conglutinantur, sive modis aliis conjunguntur, vel per oppositionem, vel per admixtionem, vel per temperationem. Quoties igitur C unitum esse nostræ naturæ Dei verbum dicimus, omni humana cogitatione unionis ejus modus videtur esse superior. Neque enim per ullum e supra scriptis modis facta est, sed ineffabilis est prorsus, & fortasse nulli penitus nota, nisi soli illi omnia scienti Deo. Nec mirum, si in hujusmodi cogitationibus vincamur, cum res nostras, quomodo se habeant, inquirentes, ultra modum nostræ mentis earum comprehensionem esse confiteamur. Quo namque modo animam hominis suo corpori adunatam esse intelligimus? quis est, qui possit exprimere? Sed si oportet, homines qui vix exigua intelligere solemus, & eloqui D possumus, res adeo subtiles, & omnem intelligentiam & orationem transcendentes, conjectare; dicimus, quod deceat quidem cogitare, quamvis ipsa veritate minor omnino sit oratio, talem esse unionem ipsius Emmanuel, qualem quispiam cogitare possit, esse humanæ animæ cum suo corpore. Anima enim omnia quæ sunt corporis, sua facit, licet per naturam propriam expers sit passionum corporis, naturalium simul, & earum quæ extrinsecus accidunt. Movetur enim corpus in concupiscentias naturales; & simul sentit propter unionem inexistens anima: & quamvis nullo quidem modo participet, tamen opus concupiscentiæ delecta- E tionem propriam dicit: & si forte corpus percutiatur, ac ferro laceretur, condolet quidem, quippe cum suum corpus patiatur, ipsa vero in sua natura nihil omnino patitur ex iis quæ inferuntur. Tamen super hæc quoque dicimus esse unionem ipsius Emmanuel. Necesse enim erat cum suo corpore unitam ei animam dolere, ut dum * timebat passiones, subditam cervicem Deo submitteret. De Deo autem Verbo, simul passionum sensum percipere, nefas est dicere. Impassibilis enim Deus est, & nostrarum rerum longe dissimilis: sed unitus quidem erat carni habenti animam rationalem,

*sententia,

* refugeret passiones, obedientem

Τίνα, φησὶ, λέγομεν εἶναι τὴν ἕνωσιν.

ΤΟ τῆς ἑνώσεως σχῆμα κατὰ πολλοὺς ἐπιτελεῖται τρόπους. διῃρημένοι γάρ τινες κατὰ διάθεσιν καὶ γνώμην, καὶ διχονοοῦντες πρὸς ἀλλήλους, ἑνοῦσθαι λέγονται κατὰ σύμβασιν φιλικὴν, ἐκ μέσου ποιοῦντες τὰς διαφοράς. ἑνοῦσθαι δὲ φαμὲν καὶ τὰ ἀλλήλοις κολλώμενα, ἤγουν συνηνωμένα καθ' ἑτέρους τρόπους, ἢ κατὰ παράθεσιν, ἢ μίξιν, ἢ κρᾶσιν. ὅταν οὖν ἑνοῦσθαι λέγομεν τῇ καθ' ἡμᾶς φύσει τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, κρείττων ὁρᾶται τῆς ἀνθρώπου διανοίας ὁ τῆς ἑνώσεως τρόπος· οὐ γάρ τοι καθ' ἕνα τῶν εἰρημένων ἐστὶν, ἀπόρρητος δὲ παντελῶς, καὶ οὐδενὶ τάχα τῶν ὄντων διεγνωσμένος, πλὴν ὅτι μόνῳ τῷ πάντα εἰδότι Θεῷ. θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ τῶν τοιούτων ἐννοιῶν ἡττώμεθα· ὅτε τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ὅπως ἂν ἔχοι διερευνώμενοι, τῆς ἐνούσης ἡμῖν διανοίας ἐπέκεινα τὴν κατάληψιν ὁμολογοῦμεν ὑπάρχειν. τίνα γὰρ τρόπον ἡνῶσθαι νοοῦμεν τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν τῷ ἰδίῳ σώματι; τίς ὁ φράσαι δυνάμενος; εἰ δὲ χρὴ, μικρὰ καὶ μόλις ἐννοεῖν εἰωθότας, καὶ λαλεῖν ἰσχύοντας, τῶν οὕτως ἰσχνῶν, καὶ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον πραγμάτων κατατεκμήρασθαί φαμεν, ὅτι πρέποι ἂν ἐννοεῖν· μείων δὲ πάντως τῆς ἀληθείας ὁ λόγος· τοιαύτην εἶναι τὴν ἕνωσιν τοῦ Εμμανουὴλ, ὁποίαν περ ἂν λογίσαιτό τις καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν πρὸς τὸ ἴδιον σῶμα. οἰκειοῦται γὰρ ἡ ψυχὴ τὰ τοῦ σώματος, καίτοι κατὰ φύσιν ἰδίαν ἀμέτοχος οὖσα τῶν αὐτοῦ παθῶν φυσικῶν τε ἅμα καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπαγομένων. κινεῖται μὲν γὰρ εἰς ὀρέξεις τὸ σῶμα φυσικὰς, καὶ συναισθάνεται διὰ τὴν ἕνωσιν ἡ ἐνοῦσα ψυχή· συμμετίσχει δὲ κατ' οὐδένα τρόπον, οἴεταί γε μὴν ἰδίαν ἀπόλαυσιν εἶναι τὸ τῆς ὀρέξεως ἀποτέλεσμα· κἂν εἰ κατυπαίοιτο τυχὸν τὸ σῶμα, καὶ σιδήρῳ καταξαίνοιτο, συναλγεῖ μὲν, ὡς ἰδίου πάσχοντος σώματος, αὐτή γε μὴν εἰς ἰδίαν φύσιν οὐκ ἄν τι πάθοι τῶν ἐπενηνεγμένων· πλὴν καὶ ὑπὲρ τοῦτό φαμεν ἐπὶ τοῦ Εμμανουὴλ τὴν ἕνωσιν. ἦν μὲν γὰρ ἀναγκαῖον, τῷ ἰδίῳ σώματι συναλγεῖν τὴν ἑνωθεῖσαν ψυχήν· ἵνα φεύγουσα τὰς αἰκίας, εὐήνιον ὑποφέροι τῷ Θεῷ τὸν αὐχένα. ἐπὶ δέ γε τοῦ Θεοῦ λόγου τὸ συναισθάνεσθαι τῶν αἰκιῶν ἄτοπον εἰπεῖν· ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον, καὶ οὐκ ἐν γε τοῖς καθ' ἡμᾶς· ἀλλ' ἥνωτο μὲν σαρκὶ ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν λογικήν· πασχούσης

NNO RISTI 431.

παρούσης δὲ αὐτῆς, ἀπαθῶς ἦν ἐν εἰδήσει τῶν εἰς αὐτὴν γινομένων· καὶ ἠφάνιζε μὲν ὡς Θεὸς τὰς τῆς σαρκὸς ἀσθενείας, ᾠκειοῦτο γε μὴν αὐτὰς ὡς ἰδίου σώματος· οὕτω καὶ πεινῆσαι λέγεται καὶ καμεῖν, καὶ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν. οὐκοῦν παρεικάζοιτο ἂν ἡ ἕνωσις τοῦ λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τοῖς καθ' ἡμᾶς· ὥσπερ γὰρ ἑτεροφυὲς μὲν τὸ σῶμα πρὸς τὴν ψυχήν, εἷς γε μὴν ἐξ ἀμφοῖν ἄνθρωπος ἀποτελεῖται καὶ λέγεται, οὕτω καὶ ἐκ τελείας ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ μὴν καὶ ἐξ ἀνθρωπότητος τελείως ἐχούσης κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, εἷς ὁ Χριστὸς, ὁ αὐτὸς ὑπάρχων ἐν ταυτῷ Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος. καὶ οἰκειοῦται μὲν ὁ λόγος, ὡς ἔφην, τὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ὅτι καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα καὶ οὐχ ἑτέρου, κοινοποιεῖται δὲ ὥσπερ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ θεοπρεποῦς δυνάμεως τὴν ἐνέργειαν· ὥστε δύνασθαι καὶ ζωοποιεῖν τοὺς νεκροὺς, καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἐν ἀῤῥωστίαις. εἰ δὲ χρὴ καὶ τοῖς ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς παραδείγμασι κεχρημένους, καθάπερ ἐν τύποις τὸν τῆς ἑνώσεως καταδεῖξαι τρόπον, φέρε λέγωμεν.

qua patiente, ipse impassibiliter ea quæ animæ contingerent, cognoscebat: & * pellebat quidem, ut Deus, carnis infirmitates; suas tamen eas, tamquam sui corporis, * esse ducebat. Itaque esuriisse dicitur, fatigatus esse, & passus fuisse pro nobis. Ergo Verbi unio cum humanitate facta, non irrationabiliter rebus nostris comparatur. Nam sicut corpus naturæ est ab anima diversæ, unus tamen ex utroque homo efficitur, & vocatur; ita etiam ex perfecta Dei Verbi subsistentia, & humanitate secundum propriam rationem perfecta, unus est Christus, idem in eodem Deus simul & homo. Et sua quidem facit Deus Verbum, ut ante dixi, ea quæ sunt suæ carnis propria? quia ipsius est corpus, & non alterius. Communes autem facit tamquam cum sua carne divinæ potestatis sibi inexistentis operationes, ita ut possit etiam vivificare mortuos, & sanare infirmos. Quod si opus est exemplis etiam scripturæ divinæ adhibitis, tamquam in figuris modum unionis demonstrare, age dicamus.

PART. III. CAP. IV. 9. & 10.
* in nihilū redigebat
* faciebat

Περὶ ἄνθρακος.

Ὁ Μακάριος Ἠσαΐας, ἀπεστάλη, φησὶ, πρός με ἓν τῶν σεραφίμ· καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ ἦλθε πρός με, καὶ ἥψατο τῶν χειλέων μου, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ. φαμὲν δὲ τὸν ἄνθρακα τύπον ἡμῖν καὶ εἰκόνα πληροῦν τοῦ ἐνανθρωπήσαντος λόγου· ὃς εἴπερ ἅψαιτο τῶν χειλέων ἡμῶν· τουτέστιν, ὅταν τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογήσωμεν πίστιν, τότε καὶ ἁπάσης ἁμαρτίας ἀποφαίνει καθαροὺς, καὶ τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων ἐλευθέρους. πλὴν ἔστιν ἰδεῖν, ὡς ἐν εἰκόνι * τὸν ἄνθρακα, ἑνωθέντα μὲν τῇ ἀνθρωπότητι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, οὐ μὴν ἀποβεβληκότα τὸ εἶναι ὅ ἐστι, * μεταστοιχειώσαντι δὲ μᾶλλον τὸ ληφθὲν, ἤγουν ἑνωθὲν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν τε καὶ ἐνέργειαν. ὅνπερ γὰρ τρόπον τὸ πῦρ ὁμιλῆσαν ξύλῳ, καὶ εἰσδεδυκὸς αὐτὸ, καταδεάττεται μὲν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐξίστησι μὲν τοῦ εἶναι ξύλον, μεθίστησι δὲ μᾶλλον εἰς τὴν τοῦ πυρὸς ὄψιν τε καὶ δύναμιν, καὶ πᾶν αὐτῷ τὸ ἴδιον ἐνεργάζεται, καὶ ὡς ἓν ἤδη λελόγισται μετ' αὐτοῦ, οὕτω νοήσῃς καὶ ἐπὶ Χριστοῦ· ἑνωθεὶς γὰρ ἀποῤῥήτως ἀνθρωπότητι Θεὸς, τετήρηκε μὲν αὐτὴν τοῦθ' ὅπερ εἶναι φαμέν· μεμένηκε δὲ καὶ αὐτὸς ὅπερ ἦν· ἑνωθεὶς δὲ ἅπαξ, ὡς εἷς λελόγισται μετ' αὐτῆς, οἰκειούμενος μὲν τὰ αὐτῆς, ἐμποιήσας δὲ καὶ αὐτὸς αὐτῇ τῆς ἰδίας φύσεως τὴν ἐνέργειαν.

De Carbone.

CAPUT IX.

Beatus Isaias: *Missum est*, inquit, *ad me unum ex seraphim, & in manu habebat carbonem, quem forcipe accepit ab altari, & venit ad me, & tetigit labia mea, & dixit: Ecce tetigit labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua purgabit.* Carbonem autem dicimus figuram & imaginem nobis exhibere Verbi hominis facti: quod si labia nostra tetigerit, id est, cum fidem in ipsum confessi fuerimus, tunc nos ab omni peccato puros efficiet, & pristinis criminibus liberabit. Ceterum tamquam in imagine licet in carbone conspicere unitum quidem humanitati Deum Verbum, non tamen abjecisse quod est, sed potius transformasse assumptam seu unitam naturam, in suam gloriam & operationem. Quemadmodum enim ignis ad lignum accedens, & in id penetrans, comprehendit quidem ipsum, & quamvis a ligni statu ac natura non expellat, tamen speciem illius viresque transmutat, & in eo quidquid sibi proprium est operatur, & cum ipso jam quasi unum aliquid æstimatur: idem intellige & in Christo. Unitus enim ineffabiliter humanitati Deus, servavit quidem ipsam in eo quod est, & ipse permansit quod erat: semel tamen unitus, quasi unus jam cum ipsa putatur, ea quæ sunt illius, sua faciens; conferens autem ei etiam ipse naturæ suæ operationem.

Isa. 6.

Ὅτι τῆς ἀσωμάτου θεότητος σῶμα γέγονεν ἡ σὰρξ ψυχὴν ἔχουσα λογικήν· καὶ ὅτι διϊστάντες ἀπ' ἀλλήλων αὐτὰ, πάντῃ τε καὶ πάντως παραλύσομεν τῆς ἐν Χριστῷ νοουμένης οἰκονομίας τὸν λόγον.

Quod incorporalis divinitatis corpus facta sit ipsa caro, habens animam rationalem: & quod, si ea a se se dividere voluerimus, procul dubio labefactabimus rationem dispensationis, quæ in Christo intelligitur.

CAPUT X.

Ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων αὐτὸς ἡμῖν εἰσκεκόμισται λέγων ὁ κύριος· ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων. ὥσπερ οὖν ἡ ὀσμὴ ἀσώματον μὲν * τοι χρῆμά ἐστι, κέχρηται δὲ ὥσπερ ἰδίῳ σώματι τῷ ἐν ᾧ ἐστι, πλὴν ἓν ἐξ ἀμφοῖν

In Cantico canticorum ipse nobis introductus est dicens dominus [Iesus Christus:] *Ego flos campi, & lilium convallium.* Quemadmodum ergo odor res quidem est incorporea, habet autem quasi proprium corpus id in quo inest; tamen unum ex utroque intelli-

Cant. 2.

PART. III. CAP. IV. 11. & 12. ANN. CHRI. 431.

intelligitur lilium; ſed corrumpitur omnino ratio ipſius, unius rei diſceſſu (in ſubjecto enim corpore odor eſt) ita etiam in Chriſto intelligemus divinitatis * naturam, & illam excellentiſſimam majeſtatem, ut odorem ſuaviſſimum mundo diſpergeret in ipſa humanitate tamquam in ſubjecto ſitam; & id quod incorporale eſt per naturam, per unionem diſpenſatoriam pene dicam factum fuiſſe corporale, propterea quod voluerit ſe cognoſci per corpus. In eo enim divina * ſigna operatus eſt. Igitur id quod incorporale eſt, tamquam in ſuo corpore convenienter intelligi poteſt; quemadmodum etiam odor in flore ſubjecto; lilium tamen jam ſimul utrumque nominatur, & odor, & flos

* naturam diffundere propriam & ſuper-mundanam excellentiã, ut odorem ſuaviſſimũ mundo, in ipſa

* opera

A νοεῖται τὸ κρίνον· καταφθείρεται δὲ πάντως τὸν ἐπ' αὐτῷ λόγον ἡ ἑνὸς ἀπόστασις· ἐν ὑποκειμένῳ γὰρ ἡ ὀσμή, καὶ ἔστι σῶμα τὸ ὑποκείμενον, οὕτω νοήσομεν καὶ ἐπὶ Χριστοῦ, θεότητος φύσιν τὴν ἰδίαν τε καὶ ὑπερκόσμιον ὑπεροχὴν εὐωδιάζειν τῷ κόσμῳ καθάπερ ἐν ὑποκειμένῳ τῇ ἀνθρωπότητι, καὶ τὸ ἀσώματον κατὰ φύσιν, καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν μονονουχὶ γενέσθαι καὶ ἐνσώματον διά τοι τὸ θέλειν ἐπιγινώσκεσθαι διὰ σώματος. ἐνήργηκε γὰρ ἐν αὐτῷ τὰ θεοπρεπῆ. οὐκοῦν νοοῖτ' ἂν εἰκότως ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι τὸ ἀσώματον, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν ὑποκειμένῳ τῷ ἄνθει τῆς εὐοσμίας τὸ χρῆμα· λέγεται δὲ κρίνον τὸ συναμφότερον.

Quod & unito Deo Verbo vere humanitati, inconfuſa tamen ſubſtantiæ permanſerint.

B Ὅτι καὶ πρὸς ἕνωσιν ἀληθινὴν συνενεχθέντος τοῦ λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἀσύγχυτα μεμενήκασι τὰ ἡνωμένα.

CAPUT XI.

ERECTUM eſt ſecundum Dei voluntatem ſanctum tabernaculum per deſertum, & in eo multis modis figurabatur Emmanuel. Ait enim Deus omnipotens ad divinum Moyſem: *Et facies mihi arcam teſtimonii ex lignis imputribilibus: duorum cubitorum & dimidii longitudinem, & cubiti & dimidii latitudinem, & cubiti & dimidii altitudinem: & inaurabis eam auro puro, extra & intra inaurabis eam.* Sed lignum quidem imputribile, figura eſt corporis incorrupti, imputribilis enim cedrus: aurum vero quaſi materies aliis precioſior, divinæ nobis indicat ſubſtantiæ * majeſtatem. Attende igitur, quemadmodum arca tota inaurata ſit auro puro & extra & intra. Unitum ſiquidem fuerat ſanctæ carni Deus Verbum, & id eſt, ut opinor, arcam fuiſſe extra inauratam. Quod vero & animam rationabilem, quæ corpori inerat, propriam fecerit, ex hoc apparet, quod & arcam intra inaurari præceperit. Quod autem naturæ, ſive ſubſtantiæ inconfuſæ manſerint, hinc diſcimus. Aurum enim ſuperlitum ligno, manſit id quod erat; & ditatum eſt lignum ipſa auri gloria, ſed lignum eſſe non deſiit. Quod vero arca in Chriſti accipiatur imaginem, pluribus poteſt probationibus declarari. Præibat enim his qui ſunt ex Iſrael, quærens ipſis requiem. Ait autem alicubi Chriſtus: *Abibo, & parabo vobis locum.*

Exod. 25.

* excellentiam.

Num. 10.

Ioan 14.

Ἐγήγερται κατὰ βούλησιν Θεοῦ κατὰ τὴν ἔρημον ἡ ἁγία σκηνή, καὶ ἦν ἐν αὐτῇ πολυτρόπως μορφούμενος ὁ Ἐμμανουήλ. ἔφη τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῷ θεσπεσίῳ Μωϋσῇ· Καὶ
C ποιήσεις κιβωτὸν μαρτυρίου ἐκ ξύλων ἀσήπτων, δύο πήχεων καὶ ἡμίσους τὸ μῆκος, καὶ πήχεως καὶ ἡμίσους τὸ πλάτος· καὶ καταχρυσώσεις αὐτὴν χρυσίῳ καθαρῷ, ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν χρυσώσεις αὐτήν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἄσηπτον ξύλον εἴη ἂν εἰς τύπον τοῦ ἀφθάρτου σώματος, ἄσηπτος γὰρ ἡ κέδρος· τὸ δὲ χρυσίον, ὡς ὕλη τῶν ἄλλων ὑπερῃρημένη, τῆς θείας ἡμῖν οὐσίας κατασημαίνοιεν ἂν τὴν ὑπεροχήν. ἄθρει δέ, ὅπως ἡ κιβωτὸς ὅλη ἐκεχρύσωτο χρυσίῳ καθαρῷ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν. ἥνωτο μὲν γὰρ τῇ ἁγίᾳ σαρκὶ Θεὸς ὢν ὁ λόγος· καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ἔξωθεν κεχρυσῶσθαι τὴν κιβωτόν. ὅτι δὲ καὶ τὴν ἐνοῦσαν τῷ σώματι ψυχὴν λογικήν, ἰδίαν ἐποιήσατο καταδείξειεν ἂν τὸ καὶ ἔσωθεν αὐτὴν καταχρυσοῦσθαι δεῖν ἐπι-
D τάξαι. ὅτι δὲ ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν ὑποστάσεις, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα. τὸ γάρ τοι χρυσίον ἐπαληλειμμένον τῷ ξύλῳ μεμένηκεν ὅπερ ἦν· καὶ κατεπλούτει μὲν τὸ ξύλον τὴν τοῦ χρυσίου δόξαν, πλὴν οὐκ ἀπέστη τοῦ εἶναι ξύλον. ὅτι δὲ ἡ κιβωτὸς εἰς τύπον παραλαμβάνεται τοῦ Χριστοῦ, διὰ πολλῶν ἄν τις πιστώσεται λόγων. προεβάδιζε γὰρ τῶν ἐξ Ἰσραήλ, ζητοῦσα αὐτοῖς ἀνάπαυσιν· ἔφη δέ που καὶ ὁ Χριστός· Πορεύσομαι, καὶ ἑτοιμάσω τόπον ὑμῖν.

Quod cum eſſet Deus Verbum, factus ſit homo: nec homo ſimpliciter nuda conjunctione honoratus, vocatus ſit ad parem dignitatem Dei Verbi, ſive auctoritatem, ſicut quibuſdam videtur.

CAPUT XII.

DIVINUS Paulus magnum quidem ait eſſe myſterium pietatis; & vere res ita ſe habet: *Manifeſtatus eſt enim in carne, cum ſit Deus Verbum, juſtificatus eſt autem & in ſpiritu.* nullo enim modo noſtris videtur infirmitatibus contineri, licet juxta nos homo ſit factus. *non enim fecit peccatum.* Apparuit autem & angelis: neque enim generationem ipſius ſecundum carnem ignoraverunt. Prædicatus eſt autem & gentibus, quaſi Deus homo factus: ita autem creditus eſt in mundo.
E Probavit autem divinus Paulus, ita ſcribens: *Propter quod memores eſtote, quod aliquando vos gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumciſio in carne manu facta, quia eratis illo tempore ſine Chriſto, alienati a converſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes, & ſine Deo in mundo.* Erant ergo gentes in mundo ſine Deo, cum abſque Chriſto eſſent. Verum quoniam agnoverunt eum, quia vere & natura Deum eſſe agnoverunt, ipſæ quoque ab eo cognitæ ſunt, fidem confitentes. *Et ipſe aſſumptus eſt in gloria,* certe divina. Pſallit enim beatus David: *Aſcendit Deus in jubilo.* Aſcendit enim certe cum corpore, nec in nuda deitate. Deus enim erat incarnatus.

1. Tim. 3.

1. Petr. 2.

1. Tim. 3.

Epheſ. 2.

1. Tim. 3.

Pſalm. 46.

ANNO CHRISTI 431.

carnatus. Credimus enim non in unum nostri similem, deitate per gratiam honoratum, ne cultores esse hominis detegamur; sed in Deum magis, qui in servi forma comparuit, & qui vere fuit nostri similis, in humanitate tamen Deus remansit. Deus enim Verbum, carne assumpta, non deposuit quod erat. Intelligitur autem idem Deus simul & homo: & fidei quidem ratio ita se habet, & recte quidem.

Sed si forte aliquis dicat: Quid mali est, si intelligatur homo similis nostri apprehendere deitatem; ac non magis Deus homo fieri? Respondemus, mille esse, quæ e contrario possint opponi, & pene etiam nutu significantia, nos oportere reniti constanter, nec credere ita esse. Age enim, ante alia dispensationis, quæ cum carne facta est, modum cernamus, & nostrarum rerum naturam subtilius perscrumur. Periclitata est hominis natura, & depressa malis extremis, maledictione & morte damnata, & peccati laqueis irretita, errabat & in tenebris; Deum nesciebat eum, qui est natura & veritate; præter creatorem coluit creaturam. Quomodo igitur hujusmodi malis poterat liberari? An illud dicemus, quod fas erat humanitati divinam naturam apprehendere, quæ nesciret omnino qualis esset dignitas naturæ cælestis, cum esset ignorantiæ tenebris occupata, & peccati sordibus inquinata? Quomodo poterat fieri, ut apprehenderet sanctam naturam, & acciperet gloriam, quam nemo inveniet, nisi acceperit? Concedamus enim quod cognoverit fortasse, & scierit apprehendere dumtaxat; quis est qui docuerit? *Quomodo enim credent, nisi audierint?* Ceterum non id est apprehendere deitatem, & convenientem ei gloriam capere: ergo decentius sit, & recte quidem, ita sentire, quod servare volens id quod perierat, descendens ad nos Deus Verbum, per quod omnia, in id se quod non erat immisit, ut & hominis natura id quod non erat fieret divinæ majestatis dignitatibus per adunationem nitescens, quæ sublevata est magis ultra naturam, quam dejicit * intra naturam invertibilem Deum. Conveniens erat, ut incorruptibilis natura apprehenderet corruptibilem, ut eam peste liberaret: conveniens erat, qui peccare non noverat, cum peccatoribus conformari, ut peccata compesceret. Quemadmodum enim ubicumque lux fuerit, caligo interit tenebrarum: ita etiam immortalitate præsente, omnis certe pestis fugitiva discedet; & præsente eo qui peccatum non novit (qui etiam proprium corpus efficit quod est * in peccatum) cedet omne peccatum.

[Left margin: ...m. 10. — ...nfra — ...Cor. 5. — ...l. impeccatum, ...est, absque macula.]

Quod vero Verbum, cum esset Deus factum sit homo, & non magis homo deificatus intelligatur Christus, etiam ex sacris literis enitar ostendere. Ait igitur beatus Paulus de unigenito: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis Deo; sed se exinanivit, formam servi accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inventus ut homo: humiliavit se, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea & Deus illum exaltavit, & donavit ei nomen, quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu Christi omne genu flectatur, cælestium, & terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quod dominus noster Iesus Christus in gloriam Dei Pa-* A *tris.* Quem igitur dicemus in forma esse & in æqualitate Patris, & hæc non rapinam arbitratum, sed descendisse magis in exinanitatem, & in formam servi, & se humiliantem, & in similitudine nostra fuisse factum? Si hominem factum ex muliere nudum & solum, quomodo is erat in forma & æqualitate Patris? vel quomodo habebat plenitudinem, ut intelligatur exinanitus? vel in qua antea positus celsitudine semet humiliasse dicitur? vel quomodo in similitudine hominum factus est, qui id erat antea per naturam, * etsi non id factus esse forte dicatur? Vbi autem magis exinanitus est, assumens plenitudinem deitatis? vel quomodo non sit factus altissimus, qui in gloriam supernam ascenderit? Igitur non hominem Deum factum dicimus; factum autem magis esse in exinanitione propter humanitatem Dei Verbum, quod erat in æqualitate Patris & forma. Exinanitum est enim hoc modo propter similitudinem nostram, cum esset plenus, ut Deus: humiliatus est propter carnem, cum a divinæ majestatis fastigio non discedat. sedem enim habet altissimam. factus est in similitudine hominum, cum sit ejusdem formæ cum Patre, ut cujus est figura substantię. Verum quoniam semel factus est juxta nos, ascendisse dicitur & cum carne in gloriam deitatis, quam patentem quidem habebat, quasi propriam; alio tamen pacto in ea fuit propter humanitatem. Dominus enim omnium esse creditur etiam cum carne. Flectitur autem ipsi omne genu, & id non ad dolorem, vel contumeliam patris, sed magis ad gloriam. Gaudet enim & glorificatur, dum ab omnibus Filius adoratur, licet factus sit similis nostri. Scriptum est autem rursum: *Non enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit: unde debuit per omnia fratribus assimilari.* Ecce semen Abrahæ apprehendit; * verum quod Deus est; & non homo nescio quis nostri similis deitatem apprehendit: & ipse nobis assimilatur; & nuncupatur frater ut homo, non nos ei, quantum est ad deitatis naturam. Et rursus: *Quoniam pueri communicaverunt sanguini & carni, & ipse similiter participavit eis: ut per mortem destrueret eum, qui imperium obtinebat mortis, idest, diabolum; & liberaret eos, qui timore mortis per omnem vitam obnoxii erant servituti.* Ecce iterum ipse similiter ut nos participavit sanguini & carni; & ea res causam habet conjunctissimam ac proximam. Scriptum est enim: *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem; Deus Filium suum misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato peccatum condemnavit in carne.* Attende iterum, quod non homo affectans divinam naturam ostenditur, & ad ejus dignitatem ascendens; sed mittens magis suum Filium Deus & Pater in similitudine carnis peccati, ut destrueret peccatum. Ergo Verbum, cum sit Deus, se in exinanitionem, homo factus, immisit; & non homo simpliciter divinam gloriam affectans, Christus videtur.

[Left margin: ...ilipp. 2.]

[Right margin: PART III. CAP. IV. 13. — * etiamsi id factus esse non diceretur? — Hebr. 1. — Hebr. 2. — * f. nimirum — Ibid. — Rom. 8.]

Quod Christus Iesus vocetur homo factus Dei Verbum.

CAPUT XIII.

DISPENSATIONIS incarnati unigeniti mysterium subtilius considerantes, id asserimus, fidem rectam servantes & veram, quod ipsum Dei Patris Verbum, qui est Deus verus

Part. III. Cap. IV. 14. verus ex Deo vero, & lumen de lumine incarnatum sit, & homo factum, & descenderit, & passum sit: surrexit autem etiam a mortuis. Ita enim definivit fidei symbolum synodus ingens & sancta. Perquirentes autem & nos, & discere cupientes, quid sit, inquam, incarnatum esse, & hominem factum Dei Verbum; cernimus quod non hoc est, hominem assumere tamquam in conjunctione quæ fiat per æqualitatem dignitatis, sive auctoritatis, per solam filietatis * ὁμόνοιαν, magis autem fieri juxta nos hominem; ita tamen ut nulla conversio, vel commutatio subsequatur, * & sublevante pariter cum sua natura eum, qui in assumptione fuit carnis & sanguinis, dispensatione. Vnus igitur est, qui ante incarnationem quidem divina scriptura nominatur *Vnigenitus*, & *Verbum*, & *Deus*, *imago*, & *lumen*, & *figura substantiæ patris*, *vita*, *gloria*, *splendor*, *sapientia*, *virtus*, *magnificentia*, *dominus sabaoth*, & aliis talibus nominibus, quæ vere conveniant deitati: post incarnationem vero, *homo*, *Christus*, *Iesus*, *propitiator*, *mediator*, *primitiæ dormientium*, *primogenitus a mortuis*, *secundus Adam*, *caput corporis ecclesiæ*, cum eum etiam nomina prisca sequantur. Omnia enim ipsius sunt & propria, & quæ sunt novissimis facta temporibus.

*f. ὁμογνωμίας, — Hebr. 1. — Isa. 6. — 1. Ioan. 2. — 1. Tim. 2. — 1. Cor. 15. — Coloss. 1.

B

Citatur hic locus a sancto Leone papa eadem epist. 97. ubi sup.

Εἷς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως Θεὸς ἀληθὴς, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι μεμενηκὼς ὅπερ ἦν τε, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται. οὐ διαιρετέον ἄρα τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς· ἀλλ᾽ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν εἶναί φαμεν, τὴν τῶν φύσεων εἰδότες διαφορὰν, καὶ ἀσυγχύτους ἀλλήλαις τηροῦντες αὐτάς. C

Vnus igitur est & ante incarnationem Deus verus, & qui in humanitate remansit id quod erat, & est, & erit. Non discernendum igitur unum dominum Iesum Christum in hominem seorsum, & Deum seorsum; sed unum eumdemque Iesum Christum esse dicimus, non ignorantes differentiam naturarum, sed eas inconfusas, inter se servantes. Quoties igitur litera sacra commemorat, quod *in Christo inhabitarit omnis plenitudo divinitatis corporaliter*; non ideo dicimus, tamquam in alio Christo, in homine seorsum inhabitasse Deum Verbum; nec porro dividentes ea quæ unita sunt, duos intelligimus filios: illud autem magis, quod Christum nominat litera sacra & ex parte nonnunquam humanitatis Dei Verbi, quam propriam * habens, in locum posuit templi. Scriptum est autem & de animabus humanis: *Inhabitantes autem domos luteas; de quibus & nos ex eodem luto sumus.* Ergò quoniam domos luteas humana corpora nominat, affirmat autem in his animam habitare, in duos homines unum hominem dividimus? Atqui non irrationabile omnino sit, si & in homine spiritus suus inhabitare dicatur. Ergo etsi per hujusmodi orationis modos figura procedat, quæ aliter fieri non possit; non tamen ideo rerum corrumpi naturas oporteat, sed magis eas recto veritatis tenore servari. Quoties igitur quæpiam, quæ dissimilia sunt, inter se socientur, ut collecta in adunationem per compositionem videantur; deinde alterutrum ex his in altero inhabitare dicatur, non dividendum in duo, adunationis conventionem minime violandam, licet suis nominibus per sese ea quæ

D Coloss. 2. — *faciens, — Iob. 4. apud Septuaginta. — E

A adunata sunt, nominentur a nobis. Dicitur namque, ut ante dixi, & in homine habitare spiritus suus: verumtamen homo dicitur & seorsum spiritus, seorsum & corpus. Quid igitur nobis hujusmodi divinus Paulus obliquam significationem commemorat? *Nam etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem.* Si quis igitur dicat, interiorem nostrum hominem in exteriore homine inhabitare, verum quidem memoravit, ideo tamen unum dividere non videbitur. Ait autem alicubi etiam propheta Isaias: *De nocte vigilat spiritus meus ad te domine.* Vtrumne tamquam alius præter ipsum, spiritus ipsius ad Deum dicetur vigilare? Nonne ineptissimum videatur? Ergo scire quidem necesse est orationis figuras, non tamen ab intellectu discedere competenti; sed referre magis sententiarum vim ad sensum, qui unicuique rei conveniat.

Anno Christi 431. — 2. Cor. 4. — Isai. 26.

Et si dicatur proficere Iesus ætate, & sapientia, & gratia; dispensationis hic ratio est. Deus enim Verbum humanitatem more suo proficere permittebat, & quasi paulatim divinitatis suæ volebat gloriam declarare, & cum corporis ætate etiam sua extendere, ne quid novum videretur, idque nonnullos nimia novitate perterreret; ac tum præsertim sic quoque dicerent: *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Ergo corporale quidem est augmentum; & profectus gratiæ & sapientiæ, humanitatis magis mensuræ convenit: ipsum vero Deum Verbum per suam naturam perfectissimum confitemur, non egenum profectus, non sapientiæ, non gratiæ. Ipsum enim creaturæ & sapientiam, & gratiam, & bona omnia impertit. Etsi Deus passus esse dicatur, passio quidem erat dispensationis ipsius; tamen dicitur, & recte quidem, quia corpus passum est, & quod in corpore patiente erat ipse, qui pati non poterat. Impassibilis enim est ut Deus: quantum tamen ad convitiatorum petulantiam pertinuit, passus esset, si pati posset. Ergo quoniam nostri similis factus est unigenitus, quotiescumque homo nominatur a divina scriptura, intuentes dispensationem, sic Deum ipsum natura quoque confitemur.

Luc. 2. — Ioan. 7.

Exempla divinæ scripturæ, quod Dei Verbum & homo factum manserit Deus.

CAPVT XIV.

AIT alicubi Deus ad pontificem Moysen: *Et facies propitiatorium impositione auri puri, duorum cubitorum & dimidii longitudinem, & cubiti unius & dimidii latitudinem. Et facies duos cherubim aureos ornatos, & impones illos ex utroque latere. Cherub unus de latere hoc, & cherub unus de latere isto propitiatorii. Et facies duos cherubim super duo latera: erunt cherubim extendentes pennas a sursum, super obumbrantes pennis suis super propitiatorium; & vultus eorum adinvicem respicientes propitiatorium erunt.* Ænigma certissimum id sit, Deum Verbum etiam in humanitate Deum mansisse, & in sua gloria & majestate, etsi propter dispensationem factus sit similis nostri. Propitiatorium namque per fidem factus est nobis Emmanuel. Id autem nobis comprobavit sapientissimus Ioannes dicens: *Filioli, hæc scribo vobis, ut non peccetis: sed & si quis peccaverit, consolatorem habemus apud Patrem, Iesum Christum*

Exod. 25. — 1. Ioan. 2.

stum justum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Nec etiam Paulus: *Quem proposuit*, inquit, *Deus propitiatorem in fide in suo sanguine.* Ceterum cerne cherubim circumstantia propitiatorium, superobumbrantia quidem pennis, conversa autem ad propitiatorium, & pene nutui dominico oculum intendentia. Dei enim voluntatem tantum respicit sancta cælestium spirituum multitudo, & nunquam Dei satiatur aspectu. Ita Filium propheta Isaias vidisse se dicit in sede altissima & eminentissima, circumstantibus seraphim, & obsequentibus ei ut Deo.

Aliud, de virga Moysis.

CAPUT XV.

DESTINABATUR aliquando divinus Moyses, ut Israel ab Ægyptiorum violentia liberaret; verum quoniam necesse erat, eos qui sub jugo essent servitutis insolitæ, prius doceri quod Deus jam esset reconciliatus, prodigia eum facere imperabat. Plerumque enim miraculum nos adducit in fidem. Ait igitur Moyses ad Deum omnipotentem: *Si autem non crediderint mihi, neque obaudierint vocem meam, dicentes: Non apparuit tibi Deus; quid dicam illis? Dixit deinde dominus: Quid est hoc, quod est in manu tua? Respondit: Virga. Et ait illi: Projice illam in terram. Et facta est serpens, & fugit Moyses ab eo. Et dixit dominus ad Moysen: Extende manum tuam, & apprehende caudam. Et facta est virga in manu ejus. Et dixit illi: Ut credant tibi, quia apparuit tibi dominus Deus patrum ipsorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob.* Animadverte in his natura & veritate Filium Dei, tamquam si quædam virga sit Patris. Virga autem insigne est regni. In Filio enim habet omnium potestatem. Denique etiam divinus David: *Thronus tuus*, inquit, *Deus in seculum seculi; & virga æquitatis, virga regni tui.* Sed eam projecit in terram, id est, corpore terreno circumdedit, sive per humanitatem misit in terram. Tunc enim in similitudinem factus est malignorum hominum scilicet. Malignitatis autem signum est serpens. Quod autem verum sit, hinc describitur. Ipse enim dominus noster Iesus Christus, in imaginem & figuram dispensationis factæ cum carne, pro serpente accipitur æneo, quem erexit Moyses: *Et sicut*, inquit, *Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: ut omnes qui credunt in ipsum non pereant, sed habeant vitam æternam.* Quemadmodum enim serpens factus ex ære, salutis erat periclitantibus causa; (sanabantur enim in eum respicientes) eodem modo etiam dominus noster Iesus Christus eis qui eum vident quidem in similitudine malignorum, eo quod factus sit homo, non ignorant tamen quod Deus sit vivificus, causa erit vitæ, & dat posse animalia venenosa vitare, id est, contrarias potestates. Id quoque hujus rei figura sit, quod Moysis virga alias devoraret, quas in terram magi projecerant. Igitur virga quidem in terram projecta est, non tamen serpens remansit: resumpta autem, fuit quod erat. Nam licet facta sit, ut ante dixi, in similitudine nostra Patris virga, id est Filius, per quem habet omnium potestatem; hæc tamen impleta dispensatione revolavit in cælum, & fuit iterum tamquam in manu Patris, virga æquitatis ac regni. Sedet enim ad dexteram genitoris sui propria majestate, sedes altissimas obtinens & cum carne.

Aliud, de manu Moysis leprosa, & integre sanata.

CAPUT XVI.

DIXIT autem ad eum iterum dominus Deus, *Iterum infer manum tuam in sinum tuum. Et intulit manum in sinum suum; & protulit manum de sinu suo; & facta est manus ejus tamquam nix. Et dixit iterum: Infer manum tuam in sinum tuum. Et intulit manum in sinum suum; & protulit eam de sinu suo, & iterum restituta est in colorem carnis suæ.* Manum & dexteram Dei & Patris, Verbum & Filium ejus divina scriptura nominat. Induxit enim ipsum dicentem: *Ego enim manu mea firmavi cælum.* Nec non etiam David divinus cantat: *Verbo domini cæli firmati sunt.* Cerne igitur, in sinu quidem Moysis adhuc manum ejus occultari, & nondum factam leprosam, prolatam vero & statim leprosam factam; deinde mox illatam, & rursus prolatam, & de cetero non leprosam. *Restituta est enim*, inquit, *in colorem carnis ejus.* Ergo quamdiu quidem erat in sinu Patris Deus Verbum, divinitatis natura fulgebat: verum quoniam aliquomodo extra fuerat per incarnationem, sive * inhumanationem; *Factus est in similitudine carnis peccati; & inter iniquos reputatus est.* Ait enim divinus Paulus: *Eum qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut nos fieremus justitia Dei in ipso.* Hoc existimo lepra significari. Immundus enim secundum legem leprosus. Sed quoniam iterum fuerit in Patris sinu (assumptus est enim post resurrectionem a mortuis) prolata iterum manus videbitur munda. Adveniet enim, adveniet per tempora dominus noster Iesus Christus in sinceritate divinitatis & gloriæ, quamvis similitudinem nostram non projecerit. Ait enim & beatus Paulus de Christo: *Quia semel mortuus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se, in salutem.* Ergo quoties nobis sacræ literæ nominant Christum Iesum, ne hominem seorsum putaveris non vere adunatum ipsi Deo Verbo: sed existimaveris magis ipsum esse ex Deo & Patre Verbum Iesum Christum, cum factus sit homo.

Quod non erat homo θεοφόρος Christus, nec simpliciter in homine inhabitavit Dei Verbum, sed magis caro sit factum, sive homo perfectus, secundum scripturas.

CAPUT XVII.

QUI fidem habet in Christo immaculatam, & rectis omnium suffragiis comprobatã, dicat videlicet, quod ipsum ex Deo Patre Verbum ad exinanitionem descenderit, formam servi accipiens: proprium autem sibi faciens corpus, quod est natum ex Virgine, factus sit nostri similis, & nuncupatus sit filius hominis. Est autem Deus quidem secundum spiritum, homo autem idem secundum carnem. Denique divinus Paulus Iudæorum populum alloquebatur, dicens: *Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio.* Et quonam modo intelligatur locutus fuisse

Margin notes (left): 1. Ioan. 2. — Rom. 3. — Isai. 6. — Exod. 3. — Exod. 4. — Psalm. 44. — Num. 21. — Ioan. 3. — Exod. 7.

Margin notes (right): PART. III. CAP. IV. — Is 16. & 17. — Psal. 44. — Marc. 16. — Exod. 4. — Isai. 48. — Psalm. 32. — Exod. 4. — * ἐνανθρώπησιν — Rom. 8. — Isa. 53. — 2. Cor. 5. — Levit. 13. — Marc. 16. — Act. 1. — Hebr. 9. — Philipp. 2. — Hebr. 1.

PART. III. CAP. IV. 18. 19. 20, 21. 22. & 23. fuisse Deus & Pater novissimis diebus in Filio? Locutus est enim antiquioribus per se legem: idcirco etiam ipse Filius suos dicit esse sermones per sapientissimum Moysen. Ait enim: *Nolite putare, quia veni solvere legem,* (Matth. 5.) *aut prophetas. non enim veni solvere, sed adimplere. Dico enim vobis, iota unum, aut unus apex non transibit de lege, donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* (Matth. 24.) Ad hoc etiam prophetæ vocem: *Ipse, qui loquebar, præsto sum.* (Isa. 52.) Ergo cum factus est in carne, *tunc locutus est nobis Pater in ipso,* (Hebr. 1.) sicut ait sanctus Paulus, *novissimis diebus.* Sed ne parum credamus, quod ipse sit ille & ante sæcula Filius, intulit statim: *Per quem fecit & sæcula.* (Ibidem.) Splendorem etiam gloriæ, & figuram substantiæ Patris esse commemorat. Homo igitur factus est vere is, per quem fecit & sæcula Deus Pater; & non, ut nonnulli existimant, in homine fuit, ut tamquam homo intelligatur a nobis Deum habens inhabitantem. Nam si hæc recte se habere confidunt, supervacaneus videbitur esse beatus evangelista Ioannes dicens: *Et Verbum caro factum est.* (Ioan. 1.) Ubi enim opus est * inhumanationis? (* ἐνανθρωπήσεως) aut quare incarnatum dicitur Deus Verbum, si non factum est caro? Similem nostri eum factum esse significat & * vis ἐνανθρωπήσεως hoc (* al. vox) declarat; mansisse tamen sic quoque ipsum supra nos, imo etiam supra universam creaturam. Oportere autem existimo, ea quæ dixi, exemplis etiam comprobare, & persuadere, quod factus sit homo unigenitus, & sit Deus etiam cum carne, ac non magis inhabitarit in homine, * deiferum ipsum efficiens, (* θεοφόρον) tamquam & alios qui divinitatis ipsius fuere participes.

Quod Emmanuel Christum Deum in se habitantem habuerit aliter quam nos.

CAPUT XVIII.

AIT alibi Deus de nobis: *Inhabitabo in ipsis, & inambulabo; & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus.* (2. Cor. 6. ex Levit. 26.) Nec non etiam ipse dominus noster Iesus Christus: *Ecce ego venio, & si quis mihi aperuerit, intrabo & ego & Pater, & mansionem apud ipsum faciemus, & apud eum cœnabimus.* (Apoc. 3. Ioan. 14.) Nominati autem sumus etiam templa Dei: *Vos enim,* inquit, *estis templum Dei vivi.* (1. Cor. 6.) & rursus: *Nescitis, corpora vestra templum esse Spiritus sancti, qui est in vobis, quem habetis a Deo?* Verum si ita aiunt & ipsum esse Emmanuel, & tamquam unumquemque nostrum, inhabitantem in sese Deum habuisse; aperte confiteantur, & cum ipsum adorari conspiciunt tam a nobis quam ab angelis in cælo pariter & in terra, erubescant, tamquam diversa sentientes, & literarum sacrarum propositum nescientes, nec habentes in se fidem, quam nobis tradiderunt hi, qui in principio & viderunt, & ministraverunt Verbo. (Luc. 1.) Sin autem dicant, quod propterea Deus sit, & ut Deus glorificetur, quia in eo tantum inhabitaret Dei Patris Verbum, ac non propterea, quia factus sit homo; audient rursus a nobis: Si in eis, qui inhabitantem in se Deum habuerint, satis est ut idcirco vere dii esse possint, & ab omnibus adorentur, omnes sunt dii & adorandi. inhabitat enim in sanctis angelis: habuimus autem & nos ipsum in nobis per spiritum. sed non sufficit hoc natura deos

A ostendere, & adorandos eos qui habent Spiritum: igitur non propterea Deus est adorandus Emmanuel, quod inhabitarit in eo, tamquam in homine communi, & seorsum intelligendo in partem, domini Verbum; sed quod factus sit caro, id est homo. mansit enim idem & Deus & adorandus.

Dicta apostolica, in quibus Deus nominatus sit Christus.

CAPUT XIX.

B DE *mysterio* (dicens secundum Christum) *quod aliis,* inquit, *generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis ejus, quibus voluit revelare divitias gloriæ mysterii hujus in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ, quem nos annuntiamus.* (I. Ephes. 3. Coloss. 1.) Si igitur est theophorus, ac non Deus vere, quomodo ipse est divitiæ gloriæ mysterii, quod annuntiatur gentibus? vel quomodo omnino Deus annuntiatur?

Aliud.

CAPUT XX.

VOLO *enim vos scire, qualem solicitudinem habeam pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & quicumque non viderunt faciem meam* (II. Coloss. 2.) C *in carne: ut consolentur corda ipsorum, instructi in caritate, & in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Christi.* Ecce mysterium Dei, mysterium nominat Christi; & plene intelligere quosdam vult * imaginationem ipsius. Quo igitur intellectu opus erat volentibus Christi mysterium discere, si fuerant audituri quod inhabitarit in homine Deus? Opus enim nimio intellectu, ut scias contra, quod Verbum, cum sit Deus, factum sit homo.

Aliud.

CAPUT XXI.

A *Vobis enim sonuit sermo domini, non solum in Macedonia & Achaia, sed in omni loco, fides vestra quæ est ad Deum, exivit.* (III. 1. Thess. 1.) Ecce iterum in Deum fidem factam esse commemorat, cum etiam Christus dicit: *Qui credit in me, habet vitam æternam.* (Ioan. 6.) Nam sermonem domini, prædicationem dicit de seipso.

Aliud.

CAPUT XXII.

IPSI *enim scitis introitum nostrum ad vos, quomodo non inanis fuit: sed ante multa passi, & contumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis, confisi sumus in Deo nostro loqui ad vos euangelium Dei.* (IV. 1. Thess. 2.) Ecce loquens in Deo, Dei euangelium memoravit, qui prædicat gentibus E Christum.

Aliud.

CAPUT XXIII.

RECORDAMINI, *fratres, laborem nostrum & ærumnam: nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus euangelium Dei inter vos.* (V. Ibidem.) Et iterum: *Propterea & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum percepissetis a nobis verbum auditus Dei, excepistis non ut verbum hominum, sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis.* (VI. Ibid.) Nonne evidenter euangelium Dei, & Dei verbum, prædicationem de Christo commemorat? Quippe id

ANNO CHRISTI 431.

id omnibus manifestissimum est. *Apparuit enim gratia Dei salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie, & juste, & pie vivamus in hoc saculo: expectantes beatam spem & adventum gloria magni Dei & salvatoris nostri Iesu Christi.* Ecce Deus & magnus planissime nominatus est dominus noster Iesus Christus. Ipse est enim, cujus adventum gloriæ expectantes, sobrie vivere & irreprehensibiliter festinamus. Sed si est homo theophorus, quomodo sit magnus Deus? vel quomodo beata est spes in eum? siquidem verus est propheta Ieremias, dicens: *Maledictus qui spem suam ponit in hominem.* Neque enim Deum ipsum possit efficere, ut ante dixi, Deum portare. Denique doceant nos, quid impediat, alios etiam omnes deos esse & adorandos, qui in se habuerint Deum; Deum autem & magnum, & beatam habentem illuminationem, Christum nominat beatus Paulus, qui invenitur dicens de Iudæis & de Emmanuele: *Quorum patres, & testamentum, & promissiones, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum, amen.* Quod vero secundum divinam revelationem, perspicuum fit, ipso dicente: *Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto etiam Tito. Ascendi autem secundum revelationem; & exposui eis evangelium, quod prædico in gentibus, seorsum autem his qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem.* Christum prædicans gentibus ut Deum, divinum nominat ipsius ubique mysterium. Ascendit per revelationem Ierosolymam, & exposuit his qui videbantur aliquid esse, idest, sanctis apostolis, sive discipulis; ne forte in vacuum currat, aut cucurrerit. Cum vero ab Ierosolymis descendisset, & rursus gentium gregibus interfuisset, emendavitne aliquid ex prioribus? Nonne perseveravit, Deum confitens Christum? Atqui scribit quibusdam: *Miror, quod sic cito transferimini ab eo qui vos vocavit, in aliud evangelium: quod non est aliud, nisi aliqui sunt conturbantes vos, & volentes convertere evangelium Christi.* Ait idem iterum: *Sed & si nos, aut angelus de cælo evangelizaverit vobis præter id quod accepistis, anathema sit.* Pro qua igitur causa alios omnes omittens, licet Deum inhabitantem habuerint, solum prædicabat Iesum, sicut Deum?

VII. Tit. 2. — Ierem. 17. — Tit. 2. — VIII. Rom. 9. — Galat. 2. — Galat. 1. — IX. Ibid.

CAPUT XXIV.

Aliud.

X. Ioan. 2.

SCRIPTUM est de Christo: *Cum autem esset in Ierosolymis in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat se illis, quia ipse sciebat omnes, & quia non necesse habebat ut aliquis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.* Si homo esset tantum theophorus, quomodo non decepti sunt multi, qui Ierosolymis in nomine ejus crediderunt? Vel quare solus cognoscit quæ sunt in homine, cum præsertim nemo alius sciat? Finxisse enim Deus dicitur corda nostra singulatim. Vel quare solus remittit peccata? Ait enim: *Quia potestatem habet filius hominis in terra remittere peccata.* Quare solus præter alios

Psal. 32. Matth. 9. Marc. 16.

A assessor est Dei & Patris? quare soli obsequuntur angeli? Et nos quidem docuit communem putare Patrem, qui est in cælis; sibi autem eum specialiter ascribit. Sed forte dices, quod hujusmodi voces inhabitandi deputandæ sint. Nonne igitur eum oportebat, juxta prophetis convenientem mensuram, ipsum quoque dicere: Hæc dicit dominus? Verum cum ea quæ sunt supra legem, sancire vellet, assumens sibi convenientem legislatoris auctoritatem, aiebat: *Ego dico vobis.*

PART III. CAP. IV. 24. — Matth. 4. Matth. 23.

Quomodo liberum se ait, & non obnoxium Deo? Ideo, quia est Filius veritate. Et si esset homo theophorus, essetne etiam liber secundum naturam? Solus enim Deus liberat, quia solus est. Solus enim quasi tributa omnium exigit, & tamquam loco debitorum, ab omnibus recipit religionem. Et si exitus legis & prophetarum Christus est, est autem homo theophorus, nonne dicere liceat, quod propheticarum prædicationum exitus ἀνθρωπολατρείας crimen nobis induxerunt? Deinde quidem lex prædicabat: *Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli servies.* qua nos eruditione perducit ad Christum, quasi ad agnitionem illius, qui in umbris fuerat posteriorum? Spernentesne igitur Deum adorare, adorabimus hominem habentem Deum inhabitantem? Vbi enim præstabilius erat Deum intelligi, in cælo magis, an in homine? in seraphim, an in terreno corpore? Si erat homo theophorus, quomodo perinde ac nos participavit carni & sanguini? Nam si, quia inhabitarit, hoc ei sufficit, ut nostra similiter ac nos participaret (id est, hominem factum esse) inhabitavit & in multis sanctis; homo igitur non semel, sed sæpissime factus est. Quare ergo semel in consummatione sæculorum, id est, in destitutionem peccati, per hostiam suam dicitur apparuisse? Quomodo unum nobis Verbi adventum prædicant divinæ scripturæ, si theophorus erat homo? Templum scilicet & ipse factus est Dei, quomodo etiam in nobis Christus est? Sicut templumne in templis, an ut Deus magis in templis per Spiritum? Si theophorus erat homo, cur est solius ipsius corpus vivificum? Oportuerat enim aliorum etiam corpora esse talia, in quibus inhabitavit Deus omnipotens.

Matth. 5. — Ioan. 8. — Rom. 10. — Matth. 4. ex Deut. 6. — Hebr. 2. — Hebr. 9.

Scripsit autem alicubi etiam divinus Paulus: *Irritam faciens quis legem Mosis, sine ulla miseratione sub duobus vel tribus testibus moritur: quãto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit?* Atqui divina erat lex, & mandata dicta per angelos. Quomodo igitur dignus erit deteriore supplicio, qui pollutum duxerit sanguinem Christi? Vel quomodo potior est religione quæ est secundum legem, fides in Christo? Sed, ut jam ante diximus, est non similis aliorum sanctorum homo theophorus, sed Deus magis vere, & omni mundo celsiorem possidet gloriam; quod cum Deus sit natura Dei Verbum, factum est caro, sive homo perfectus. Animatum enim & rationale esse quod adunatum est corpus, & credimus, & vera omnino est adunatio.

Hebr. 10. ex Deut. 17. & 19.

PART. III. CAP. IV. 25. & 26.

Quomodo oporteat intelligere: Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. *& quomodo mittitur Verbum, quod Deus est. & quomodo proprium ipsius dicitur corpus.*

CAPUT XXV.

Hebr. 2. SEMEN Abrahæ apprehendisse Verbum Dei unigenitum, beatus Paulus commemorat: nec non etiam: quod propemodum ac nos participarit carni & sanguini. Memores autem Ioan. 1. simus etiam vocis Ioannis. ait enim: *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Idne igitur fuit propositum viris spiritalibus docere, quod Dei Verbum conversionis sit patiens? aut quod cum fas sit commutationem, quæ magis creaturæ conveniat, sustinere? adeo ut in id quod non erat forsitan, aut sua sponte deveniat, aut, ut alius, contra ipsius voluntatem ad aliam naturam impellatur? Absit. Manet namque idem, a sua natura commutationem omnem excludens, & conversionis umbram nesciens pati. Fixa est enim semper in suis superna illa cælestisque natura. Quomodo igitur Verbum caro sit factum, videre necesse est. Primum quidem divina scriptura carnem plerumque nominat; & quasi ex parte, animalis totius significationem facit, nec non etiam a sola anima interdum tantumdem ait. Luc. 3. Scriptum est enim: *Quod videbit omnis caro* Galat. 1. *salutare Dei.* Et ipse divinus Paulus: *Non consensi*, inquit, *carni & sanguini.* Allocutus est Deut. 10. Gen. 46. Act. 7. autem eos qui sunt ex Israel, pontifex Moyses: *In septuaginta quinque animabus descenderunt patres tui in Ægyptum.* Sed non idcirco dixeris, quod nudæ & sine carne animæ in Ægyptum descenderint; nec porro, quod inanimis corporibus & solis carnibus salutare suum Deus indulserit. Quoties igitur audimus carnem factum esse Verbum, hominem intelligimus e xanima & corpore factum. Est autem Verbum, cum sit Deus, homo perfectus, corpus accipiens animatum & rationale; idque sibi vere adunavit, (quomodo, ipse scit: nostris enim sensibus hujusmodi cogitationes omnino * cerni non possunt) & nuncupatus est filius hominis. Sed si oportet tamquam in speculum intuentes dicere, conjectat aliquo modo sensus humanus, adunatum fuisse Verbum corpori habenti animam rationalem, qualiter etiam hominis animam suo corpori, ipsam quidem diversæ naturæ, sortitam tamen communionem adunationemque cum corpore, ut pene videatur non esse alia præter corpus, eo quod per compositionem ex utroque animal unum efficiatur; manet ipsa, ut ante memoravi, in sua natura. Ergo non per commutationem, aut conversionem hominem factum dicimus Dei Verbum, nec prorsus quod Deus esse desierit; sed quod carnem accipiens ex muliere, & ei ex utero adunatus, exiit homo idem simul & Deus: neque Dei & Patris generationem arcanam projiciens, sustinuit ex muliere, inde initium ut esset accipiens; permittebat autem carni propriæ naturæ suæ legibus nasci, secundum nativitatis rationem dumtaxat. Ceterum habet in se aliquid ab humana natura dissimile. Natus est enim ex virgine, & solus matrem habet innuptam. Factum autem etiam ipsum carnem, & in nobis inhabitasse commemorat, ut utroque comproba- A ret, & factum fuisse hominem, & suum non perdidisse. Mansit enim quod erat.

ANNO CHRISTI 431.

Νοεῖται γὰρ πάντως ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ, τὸ κατοικοῦν, τουτέστιν ἡ θεία φύσις ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ οὐ παθοῦσα φυρμὸν, ἢ ἀνάχυσίν τινα, καὶ μετάστασιν τὴν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν. τὸ γὰρ ἐνοικεῖν ἑτέρῳ λεγόμενον, οὐκ αὐτὸ γέγονεν ὅπερ ἐστὶ τοῦτο ἐν ᾧ κατοικεῖ, νοεῖται δὲ μᾶλλον ἕτερον ἐν ἑτέρῳ. ἐν δέ γε τῇ φύσει τοῦ λόγου καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, μόνην ἡμῖν σημαίνει διαφορὰν τῶν φύσεων τὸ διάφορον, εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν νοεῖται Χριστός. οὐκοῦν τὸ ἀσύγχυτον εὖ μάλα τετηρηκώς φησιν ἐν ἡμῖν ἐσκηνωκέναι τὸν λόγον. ἕνα γὰρ υἱὸν οἶδε μονογενῆ τὸν B σάρκα γενόμενον, καὶ ἐνανθρωπήσαντα.

Citatur a S. Leone eadē epist. 97. & in concilio Calched. act. 2. in fin.

Intelligitur namque certe tamquam aliud in alio, inhabitare, id est, divina natura in humanitate, non perpessa commixtionem, aut confusionem, aut commutationem, ut esset, quod non erat. Quidquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum fit tale, quale est id, in quo inhabitat, sed aliud in alio magis intelligitur. At vero in Verbi natura & humanitatis, solam nobis differentiam designat diversitas naturarū. Unus C enim ex * utroque intelligitur Christus. Ergo inconfusione, ut ante dixi, servata inhabitasse ait Verbum in nobis. Scit enim, unum esse Filium unigenitum, carnem factum & hominem. * utraque

* * & carnem femoris ejus; cum luctaretur cum eo, & dixit ei: *Dimitte me; ascendit enim ortus. Ille autem dixit: Non te dimitto, nisi benedixeris me.* Et post alia: *Benedixit autem eum ibi, & vocavit nomen loci illius, Faciem Dei. Vidi enim*, inquit, *Deum facie ad faciem, & salva facta est anima mea. Ascendit autem sol, cum transiit faciem Dei; ipse autem titubabat femore suo.* Mysticus quidem est scripturarum sensus. Subindicare enim videtur Iudæorum obluctationem, qua utebantur in Christo, pene cum ipso luctantes; qui tamen superati sunt, & ipsi etiam impetraturi benedictionem ipsius, si per fidem ad eum novissimis temporibus se convertissent. Attamen illud certe homo erat, qui luctabatur cum Iacob, cum Dei faciem nominabat. neque id solum: nam sciebat eum Deum esse veritate: *Vidi enim*, inquit, *Deum facie ad faciem, & salvata est anima mea.* Deus namque est natura Emmanuel. Dicitur etiam facies Dei: nam est figura substantiæ Patris. Ita se vocabat apud Iudæos, cum diceret de Deo & Patre: *Neque * faciem ejus vidistis, & verbum ejus non habetis in vobis manens; quia quem misit ille, huic vos non creditis.* Quod vero Deus verus sit homo ille qui luctabatur cum Iacob, sacra litera iterum faciet fidem. *Dixit enim*, inquit, *Dominus ad Iacob: Surge, ascende in locum Bethel, & habita ibi, & fac ibi* E *altare Deo, qui apparuit tibi cum fugeres a facie Esau fratris tui.* Revertens enim ex Mesopotamia, deinde timens Esau, trajecit Iacob pueros & omnia vasa sua; subremansit autem solus, & luctabatur homo cum eo.

Desunt aliqua Gen. 32. Ibidem. Hebr. 1. * speciem Ioan. 5. Gen. 35. Gen. 28. & 32.

Aliud.

CAPUT XXVI.

BEATUS Daniel horribilem nobis visionem exponens: *Videbam*, inquit, *in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniens, & usque ad vetustum dierum pervenit, & in conspectu ejus adduxerunt eum: & ipsi* Dan. 7.

datus

ANNO CHRISTI 431. *datus est principatus, & honor, & regnum; & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi servient: potestas ejus, potestas in æternum, quæ non transgredietur, & regnum ejus non corrumpetur.* Audis quemadmodum non hominem se vidisse simpliciter commemorat, ne unus ex nobis & juxta nos Emmanuel esse credatur, sed quasi filium hominis? Cum enim Verbum natura sit Deus, in
Philipp. 2. similitudine hominum fuit, & inventus est habitu ut homo, ut in eodem utrumque intelligatur; & neque homo nudus, nec Verbum absque humanitate vel carne: tamen ei principatum & honorem, quem semper habebat, datum esse commemorat. Ait enim, quod *omnes populi, tribus & linguæ ipsi servient.* Cum igitur etiam in humanitate positum unigenitum Dei Verbum, servientem habeat creaturam, & Patris principatum & suum; peperit autem secundum carnem ipsum sancta virgo, quomodo non intelligitur sancta virgo θεοτόκος?

De Christi passione; & quod utile sit, quod secundum aliud & aliud de uno & eodem dicitur, nec dividimus in duo.

CAPUT XXVII.

SANCTUS Paulus salutarem passionem nobis exponit. Ait namque: *Nunc gratia Dei pro omnibus gustavit mortem.* Nec non etiam: *Tradidi enim vobis inprimis quod & accepi; quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die.* Ad hoc etiam sapientissimus Petrus: *Christo,* inquit, *passo pro nobis carne.* Cum unum igitur credamus dominum nostrum Iesum Christum, id est, in humana forma conspectum, sive hominem factum juxta nos Deum Verbum; quonam modo & passionem ipsi deputemus, & impassibilem servemus ut Deum? Ergo passio quidem dispensationis erat, sua quidem ducente Deo verbo ea quæ sunt propriæ carnis, propter inenarrabilem unitatem; manente vero extra passionem, quantum ad ipsius naturam pertinet. Impassibilis enim Deus est. Neque id mirum, cum & ipsam animam hominis videamus, si quid corpus passum fuerit, extra passionem quidem manentem, quãtum pertinet ad naturam suam; attamen non extra passionem esse intelligi, eo quod proprium sit corpus ipsius, quod patitur: & licet incontigua sit & simplex, tamen id quod patitur, non alienum est. Sic intelliges etiam de Christo omnium salvatore. Utar autem exemplis, quæ quasi per ænigmata nobis possunt ostendere, quod communicarit quidem passioni unigenitus, quantum pertinet ad * familiaritatem corporis sui; manserit autem passionis expers ut Deus. Denique Deus omnipotens prodigia sapientissimo Moysi jubebat efficere, ut crederet ei Israel quod esset missus a Deo, & ut a violentia liberaretur. Ait autem: *Et accipies aquam de flumine, & effundes super terram, & erit aqua, quam accipies a flumine, sanguis super terram.* Inquimus autẽ, quod aqua quidem figura sit vitæ, & quod sit per naturam vita Filius, ex Patre tamquam ex flumine exiens ejusdem substantiæ. Ratione itaque omnia vivificat. Sed cum aquam, inquit, effuderis super terram, erit sanguis. Ergo cum factus est caro de terra, id est, quando e terra carnem

A sibi circumdedit, tunc in ea mortem nostræ similem dicitur passus, licet per naturam sit vita. PART. III. CAP. IV. 27.

In Levitico autem pollutum quidem & immundum leprosum esse significat, ita quod eum de castris ejici præcipit oportere: & si sanus fuerit a morbo, hoc eum pacto purgare. Levit. 13.
Et accipient purgati duos pullos mundos, & lignum cedrinum, & coccum, & hyssopum; & præcipiet sacerdos, & occident pullum unum in vas fictile, in aqua viva; & pullum, qui vivit, accipiet illum, & lavabit in sanguine pulli occisi in aqua viva, & asperget super eum, qui purgatus Levit. 14.
B *est a lepra, septies; & mundus erit.* Reddit quidem nos mundos, & pollutionum sordes abluit, & carnalis concupiscentiæ mortalitatem repellis sanguis preciosissimus Christi, & purgatio baptismatis sacrosancti. Ceterum illud aspice. Omittentes enim scriptorum vim subtiliter examinare, quod mysterio expediat in præsentia memorabimus. Pullis duobus comparat Christũ, non quod duo sint Filii, sed quod unus potius ex duobus, ex divinitate & humanitate in unitatem collatus. Mundi autem pulli. neque enim fecit peccatum dominus noster Iesus Christus, sed erat Verbum sanctum & divinitate & humanitate. Volucribus vero compara- 1. Petr. 2.
C tur, quod quasi in sublimi sit super terram, & a cælo desuper. A cælo enim est homo Christus, licet carnem sancta virgo pepererit. Quomodo igitur desuper de cælo? Deus enim Verbum, quod est desuper & ex Patre, carnem ex virgine sancta accipiens, & eam suam propriamque existimans, tamquam si eam desuper de cælo detulisset, dicebat: *Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis.* Ea Ioan. 3.
enim quæ sua sunt, propriæ carni semper attribuit: adunatum vero semel jam cum ipsa, unum scilicet æstimabatur. Ceterum vide, occiso uno pullo, lavari quidem alterum ejus sanguine, tamen non emori. Et quid hoc sic?
D Vivebat enim Verbum, licet sua caro fuisset emortua, & communem passionem esse docebat propter adunationem & familiaritatem quam habebat cum carne. Igitur ipse quidem vivit ut Deus: corpus vero tamquam proprium faciebat, & in se familiariter accipiebat corporis passiones, cum ipse nihil in natura propria pateretur. Prodest igitur & necessarium est, si in uno Christo id accipiamus, quod secundum aliud & aliud de uno eodemque constituatur, & quod in duo dividi non permittatur. Est autem tale, quod dico. Natum esse secundum carnem ex muliere dicimus Deum Verbum, quamvis omnibus ipse præbeat
E nasci, & ad nativitatem, quæ nondum nata sint, vocet, secundum aliud & aliud. Natus est enim, eo quod homo nostri similis intelligatur: vocat autem ad nativitatem omnia, eo quod natura sit Deus. Scriptum est autem de ipso: *Puer proficiebat, & confortabatur, & implebatur sapientia & gratia;* Luc. 2.
cum natura sit perfectus ut Deus, & ex sua plenitudine spiritalia sanctis impertiat; & ipse sit sapientiæ dator & gratiæ. Quomodo proficit puer, & sapientia impletur & gratia? secundum aliud & aliud. Cum sit enim idem ipse homo simul & Deus, propter unitatem quidem propriam ducit humana; est autem perfectus, & sapientiæ & gratiæ dator, ut Deus.

PART. III. CAP. IV. 28.

Nuncupatus est etiam primogenitus & unigenitus. Sed si quis vim ipsam scrutari voluerit dictionum, primogenitus est qui est inter fratres plurimos primo genitus: unigenitus vero, ut unigenitus, non jam primogenitus, nec inter plurimos fratres. Et est ipse & hoc & illud. Et quomodo? Ergo secundum aliud, & aliud. Primogenitus enim, ut inter plurimos fratres, propter humanitatem: Unigenitus porro idem, ut solus ex solo Patre natus & Deo. Sanctificatus fuisse dicitur per Spiritum, cum ipse sanctificare soleat accedentes. Baptizatus est secundum carnem, qui in Spiritu sancto baptizabat. Quomodo igitur idem & sanctificat & sanctificatur, & baptizat & baptizatur? Secundum aliud porro & aliud. Sanctificatur enim humane, sic etiam baptizatur: sanctificat autem divine, & baptizat in Spiritu sancto.

Αὐτὸς ἐγείρων τοὺς νεκροὺς, ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται· καὶ * ζῶν κατὰ φύσιν τυγχάνων, ζωοποιεῖσθαι λέγεται. καὶ πῶς τοῦτο; κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο. ὁ γὰρ αὐτὸς ἐγήγερται μὲν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιεῖσθαί τε λέγεται κατὰ σάρκα, ζωοποιεῖ δὲ καὶ ἀνίστησι τοὺς νεκροὺς ὡς Θεός. πάσχει καὶ οὐ πάσχει, κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο· πάσχει μὲν γὰρ ἀνθρωπίνως σαρκὶ, καθὸ ἄνθρωπος· ἀπαθὴς δέ ἐστι θεϊκῶς ὡς Θεός.

*ζωὴ Lat.

Cum ipse suscitet mortuos, resurrexit a mortuis: & cum sit per naturam vita, vivificari dicitur. Hoc quoque quonam modo? Secundum aliud nempe & aliud. Ipse enim * resurrexit quidem a mortuis, & vivificari dicitur secundum carnem; vivificat autem & suscitat a mortuis, utpote Deus. Patitur, & non patitur, secundum aliud & aliud. Patitur autem * humana carne, eo quod homo sit: impassibilis autem divine manet ut Deus. Adoravit ipse nobiscum: *Vos enim*, inquit, *adoratis quod nescitis; nos adoramus quod scimus.* Adest etiam adorandus. Flectitur enim ipsi omne genu. Hoc quoque secundum aliud & aliud. Adorat enim, quia naturam assumpsit quæ debeat adorare: adoratur autem porro idem, quasi major adorante natura, eo quod intelligitur Deus.

* excitatus quidem est a mortuis,

* humane

Ioan. 4.

Philipp. 2.

Adoratione vero non est dividendum in hominem seorsum, & Deum seorsum: nec vero tamquam Deo conjunctum æqualitate dignitatis & divisis substantiis, cum ipso adorari dicimus hominem, (id enim extremæ impietatis plenissimum est:) sed unum adorandum hominem factum & incarnatum Dei Verbum; ita tamen, ut credamus corpus ei adunatum, animam juxta * habuisse rationalem. Neque enim Deus omnipotens duos primogenitos præcipit oportere tam a nobis, quam a sanctis angelis adorari. unus est enim, qui est introductus in orbem terrarum. Et si introductionis modum curiosius perscrutemur, carnalis dispensationis mysterium inveniemus. Introductus est autem in orbem terrarum tunc, cum factus est homo, licet natura sua distare ab orbe longissime videatur, & in divinitatis eminentia vere esse credatur. Alius est enim præter elementa creator ipsorum. Ergo super ea quæ ipse condidit, secundum naturam est, quod natura sit Deus. Unus tamen, ut ante dixi, adorandus est, & tunc cum in multis fuerit fratribus. tunc enim propterea dictus est primogeni-

* f. nos

Hebr. 1.

A tus. Unum Filium adoravit cæcus a nativitate sua, cum præcipuo mirabilique modo sanatus est. Nam *cum invenisset eum*, inquit, *in templo Iesus, dixit: Tu credis in Filium Dei? Ille autem dixit: Quis est domine, ut credam in eum? Christus vero ei seipsum cum corpore demonstrabat: Et vidisti quidem eum, & qui loquitur tecum, ipse est.* Vides, quod singulari numero utatur, non permittens Deum & hominem seorsum intelligi? Imo vero, & si quis hominem nominaverit Emmanuelem, minime quidem communem hominem significavit, sed Dei Verbum adunatum nostræ naturæ: sicut unum hominem adoravere beati discipuli, cum eum videntes miris modis inter aquas ambulare, adorant, dicentes: *Vere Filius Dei es.* Si vero hominem cum Deo coadorari dixerimus, divisioné spatiosissimam inducemus. Σὺν enim semper, quod Latine est, Cum, si in significatione unitatis quæ est per compositionem, ponatur, duo omnino cogit intelligi. Quemadmodum enim nemo sibi convivere dicitur, neque concœnare, aut coadorare, vel coambulare (duarum enim personarum significationem inducit præpositio verbo præposita) ita etiam si quis coadorari hominem cum Deo dixerit, duos plane Filios dicit, & eos esse disjunctos. Unitatis enim ratio si in sola dignitatis æqualitate sive auctoritatis intelligatur, non esse vera convincitur: idque a nobis jam pluribus ante probatum est.

ANNO CHRIST. 431.

Ioan. 9.

B

Matth.

C

Adversus illos qui aiunt, quod sola relatione Deum Verbum deceant humana.

CAPUT XXVIII.

GARRIUNT nonnulli de carnis dispensatione Unigeniti, & venerabile & magnum ac supernis spiritibus amabilissimum mysterium, per quod etiam salvati sumus, ad sensus fragiles deferentes, decus contaminant pulchritudinemque veritatis, cum eos oporteat si quid non recte habere videatur, roborare conari, sed & magis inspicere subtili acutoque mentis oculo sacrarum propositum literarum, atque rectum ita iter ingredi, sectantes ea quæ patres sanctissimi examinarũt, qui sancti Spiritus illuminationibus eruditi sanxere nobis symbolum fidei. Dicunt autem, ipsum, quod ex Patris substantia inæstimabiliter natum est, Deum Verbum, per quod omnia facta sunt quæ in cælo & quæ in terra, propter nos homines & nostræ salutis causa descendisse, carnem factum, passum, ascendisse in cælum venturum per tempora, judicare vivos & mortuos. Verum nonnulli sunt, doctos se esse scientesque opinantes, & supercilio & tumore inflati, qui si hæc verba audierint, derident, & ea quæ tamquam recte sunt dicta, deliramenta magis existimant; cum præsertim credamus, illuminatione Spiritus sancti patuisse sanctis patribus scientiam veritatis. At illi, tamquam si soli possint meliora sentire, non ipsum existimant unigenitum Dei Filium, quod est ex substantia ejus Deum Verbum, passum esse sua carne pro nobis humane, licet eo quod Deus intelligitur, in sua natura habeat ut pati non possit: hominem autem seorsum & separatim eum ponentes, qui est ex sancta virgine procreatus; deinde ei, quantum ipsis videtur, modum gloriæ tribuentes, adunatum fuisse dicunt Verbo Dei & Patris:

D

E

Patris: & rationem adunationis exponentes, donatam esse ipsi dicunt a Deo æqualitatem dignitatis sive auctoritatis, & ut simili appellatione & Christus & Filius dicatur & dominus. Sin vero etiam passus esse aliquid dicatur homo qui ab ipsis excogitatur, oportere aiunt in ipsum Deum Verbum referri, eo quod conjunctus sit ipsi æqualitate dignitatis, cum naturis diversis unusquisque id sit, quod est.

Explanabo autem vim sententiarum, quantum ipse valuero, sacrarum literarum exempla proponens. Esuriit, Christus, itinere fatigatus est, dormivit, ingressus est in naviculam, pulsatus est a ministris verberibus, a Pilato flagellatus est, sputamina militum excepit, qui lancea latus pungentes, acetum mixtum felle ori ejus obtulerunt; gustavit autem & mortem cruce, passus & alia convitia Iudæorum. Hæc omnia homini quidem contigisse commemorant; referri vero in Filii * veri personam. At nos credimus, sicut in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem, ita etiam in unum dominum nostrum Iesum Christum Filium ejus. dividere vero seorsum in hominem Emmanuelem recusamus, & seorsum in Verbum. Scientes autem, quod Verbum factum sit juxta nos homo, vere ipsum eumdemque dicimus Deum de Deo; humane vero hominem juxta nos ex muliere. Affirmamus autem, propter familiaritatem carnis quidem eum infirmitates fuisse perpessum; servasse vero naturæ suæ impassibilitatem, eo quod non homo erat solum, sed idem etiam Deus natura. Et quemadmodum erat proprium corpus ipsius, ita etiam naturales corporis & & inculpabiles passiones, nec non ea quæ ei illata sunt petulantia nonnullorum. Patiebatur autem impassibiliter, qui non idcirco se humiliavit, ut esset tantum similis nostri, sed quia, ut ante dixi, naturæ suæ, ut istis omnibus superior, reservasset. At si diceremus, quod per conversionem vel commutationem naturæ suæ in naturam transierit carnis, necesse erit omnibus modis nos vel invitos confiteri, arcanam divinamque naturam fuisse passibilem. Sin autem manserit incommutatus, licet juxta nos homo sit factus, & est proprium cælestis naturæ, ut pati non possit; deinde per adunationem ipsius fuerit corpus passibile patitur corpore patiente, eo quod ipsius fuisse dicitur proprium; manet vero ipse impassibilis, eo quod ipsius est porro proprium, ut pati non possit. Et si glorificatus est Emmanuel per passionem, ut ipse dixit, cum pro nobis preciosam crucem esset passurus: *Nunc glorificatus est filius hominis*; cur passionis gloriam homini tribuentes solam habenti conjunctionem cum eo in æqualitate dignitatis, non erubescunt? Nam, sicut ipsi existimant, conjunxit sibi secundum voluntatem Patris & complacitum, hominem: similiter & eum suæ gloriæ parem effecit, & concessit ut simili appellatione Christus & Filius & Deus nominetur & dominus. Ergo neque incarnatum est vere Verbum, nec prorsus homo est factum; & forte etiam falsos mendacesque dicere doctores sanctos mundi totius, nullum patiatur detrimentum. Aut enim dicant, imo magis procedant in medium, probaturi, quod conjunctionis. quæ ab ipsis inducitur, modus habeat vim, & idem Verbum hominem factum: aut si ea non ita habere existimant, quare conjunctionis nobis inconjunctæ modum excogitant, veritate neglecta; cum deceat eos dicere, humanitati nostræ adunatum fuisse Dei Verbum & Patris? Ita enim carne quidem propria intelligitur passus humana; quantum vero pertinet ad divinitatis naturam, molestiæ omnis expers, ut Deus.

Quod vero relationem nominantes, quæ nescio quo modo ab ipsis reperta est, gloriæ detrahant Emmanuel, quodque eum vix unum sanctorum efficiant prophetarum, & quod inter mensuras constituant plurimorum, in eoque procul dubio capiantur, probabo porro, divinæ scripturæ ponens exempla. Murmurabat aliquando in deserto adversus Moysen & Aaron populus Israel, dicens: *Utinam mortui essemus, percussi a domino in Ægypto, cum sedebamus ad ollas carnium, & edebamus carnes usque ad satietatem.* (Exod. 16.) Dicit deinde sapientissimus Moyses (erat enim consequens tam temere impatientes confutare:) *Nos autem qui sumus? neque enim adversum nos est murmuratio vestra, sed adversus Deum.* (Ibid.) Regnabat autem per illa tempora etiam Deus omnipotens per sanctos prophetas in populo Israel. Illi autem in hoc etiam pusillanimes accedebant ad divinum Samuel, dicentes: *Ecce tu senuisti, & filii tui non ambulant in viis tuis: & nunc constitue super nos regem, qui judicet nos, sicut & cætera gentes habent.* (1. Reg. 8.) Moleste quidem nimis ferebat id propheta. Ait autem Deus omnipotens: *Audi vocem populi, sicut locutus est ad te: quia te non spreverunt, sed me, ne regnem super eos.* (Ibid.) Dixit autem alicubi etiam Christus sanctis apostolis: *Qui recepit vos, me recepit.* (Matth. 10.) Nec non etiam misericordes pro tribunali suo allocuturum se pollicetur: *Venite benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi.* (Matth. 25.) Probitatis vero ipsorum mores familiariter agnoscens de his, quibus bene consultum fuerat ab ipsis: *Quamdiu fecertis*, inquit, *uni horum minimorum, mihi fecistis.* (Ibidem.) Ecce in his relationis modus qualis sit cognoscitur. Vehementer murmurabat adversus Moysen & Aaron populus Israel, & res quidem hæc habet relationem in Deum: erant tamen Moyses & Aaron homines similes nostri. Eodem pacto etiam in aliis intelliges, quorum nuper fecimus mentionem: sed erant quidem, ut ante dixi, sancti & admirabiles homines, homines tamen similes nostri. Eone igitur modo etiam homo Deo Verbo conjunctus, ut illi aiunt, relationem in id suarum habeat passionum? Et quomodo jam non sit homo communis, & seorsum, & aliud nihil? Ergo non est vere Deus Emmanuel, non unigenitus Filius, non Deus secundum naturam. Deinde, quam ob causam nemo aliorum a Deo Verbo honoratus est æqualitate dignitatis, sive auctoritatis; solum autem hunc paria omnia sortitum fuisse contendunt; maxime cum Deus salvator omnium non judicat ad personam, sed justum judicium, sicut ipse commemorat? Quare ergo considet solus? (Matth. 22.) quomodo veniet judex obsequentibus angelis? (Ioan. 5.) Quare autem solus tam a nobis, quam a supernis principibus adoratur? Sed valde, * inquit: te enim quoque id agere invenimus. " Passim enim ipsum confiteris, quatenus ei carnis attribuis passiones, licet impassibilem serves ut Deum. At nos, vir optime, cum prius adunaverimus Verbum & hominem, carni quidem

Marg.: Matth. 4. — 4. — Matth. 14. — 19. — [Fili]i Dei — 13. — * Passum,

PART. III. CAP. V.

dem passiones tribuimus, impassibilem vero ut Deum servavimus. Nam licet factus sit similis nostri; attamen scire debemus cælestium dignitatum, & divinæ ejus eminentiæ majestatem. Præmissa igitur unitate ea, qua quasi aliquo fundamento fidei præjacto, carne quidem passum esse confitemur, mansisse vero extra passiones; quippe cum in se habeat ut pati non possit. Sin vero in partem ponamus Deum & hominem, naturas a se dividentes, & secundum solam relationem dicamus Deum Verbum sua duxisse ea quæ corpori contigerunt; Moysis quippe & Aaron modum habebit is, qui ex sancta virgine procreatus
Matth. 1. Emmanuel, quod est interpretatum, *Nobiscum Deus.* Ergo & ipsi per prophetas sanctos B
Isai. 50. dicant: *Dorsum meum posui in flagella, maxillas autem meas in palmas: faciem autem meam* A *non averti a confusione sputorum.* Porro: *Foderunt manus meas & pedes meos, numeraverunt omnia ossa mea.* Et porro: *Dederunt in cibum meum hyssopum, & in siti mea obtulerunt mihi acetum.* Ipsi omnia hæc unigenito attribuimus, quæ pro nobis dispensatorie carne passus est, secundum scripturas. Vivifica enim ejus passione nos sanati sumus, & infirmatus est propter peccata nostra ipse; impassibilem vero eum natura esse cognoscimus. Nam si, ut dudum dixi, idem homo est simul & Deus, sunt quidem certe humanitatis eius passiones: porro Dei proprium est, ut impassibilis intelligatur. Hæc ita sentientes servabimus pietatem, & per rectas cogitationes & sensus ad cælestis vocationis palmam perveniemus in Christo, per quem, & cum quo, Deo & Patri gloria cum Spiritu sancto. Amen.

ANNO CHRI. 431. Psal. 21. Psal. 68. Isa. 53.

BEATI CYRILLI ARCHIEPISCOPI *Alexandrini, de incarnatione Verbi Dei Filii Patris.*

CAP. V.

GERMANUS divinæ scripturæ sensus sanctorum mentibus illapsus, illorum animas exornat, quas Spiritus sanctus in illud perennis scientiæ & sapientiæ Christi pelagus inducit: per quæ pater ille universorum Deus glorificatur. Thesauros proinde
Isai. 45. absconditos & invisibiles, ut est in sacris literis, tibi recludam. Thesauros autem rectæ C cognitionis appello mentis oculos, qui sincere inoffenseque perspiciunt. Neque enim Deus imperfecta, aut humanæ mentis limitibus circumscripta munera iis qui illum agnoverint, impertitur. Nam, quia perfectus est ipse Deus noster omnium dominus, perfectam quoque bonorum suorum copiam illis qui in ipso non indignam vitam agunt, dilargiri solet. Nam qui puro, omnique simulatione vacuo animo illi serviunt, eos singulari amore & benevolentia complectitur. Omnes itaque qui recte sapere instituerunt, ad Christum perennem illum fontem accedant, D illum per euangelium clamantem audientes:
Ioan. 7. *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Neque enim opus est non agnito prius ipso pietatis mysterio, temere de Christo Deo investigare, vel disserere. Sunt ergo qui in auditorum animos furtim ac per fraudem irrepunt, Deum Verbum asserentes hominem assumpsisse, ac idcirco per sanctam virginem prodiisse, & hunc eumdem hominem a Deo Verbo deificatum esse; magnum illud pietatis mysterium non intelligentes, dispensationisque unigeniti cum carne beneficium modicum facientes. Nos autem, fratres, non sic edocti sumus; illum namque qui ex sancta virgine natus est, E unum eumdemque esse agnoscimus, perfectum Deum & perfectum hominem anima rationali præditum. Hac etiam de causa sanctam virginem, Deiparam appellamus, Deumque Verbum substantialiter non opinione, sed re ipsa in illa habitasse dicimus: eumdem bimestrem & trimestrem, Filium Dei simul, & filium hominis. Quin etiam voces illas, quas divinæ literæ modo humanitati, modo divinæ illius potestati tribuunt, in unam dumtaxat personam convenire prædicamus. Eumdem enim agnoscimus

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ *ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ λόγου τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρός.*

Ἡ τῆς θείας γραφῆς ὀρθοτάτη ἔννοια, εἰσοικιζομένη εἰς τὸν τῶν ἁγίων νοῦν, κατακοσμεῖν εἴωθε τὰς τῶν ἁγίων ψυχάς, ἃς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰσάγει εἰς τὰ πελάγη τῆς ἀεννάου γνώσεώς τε καὶ σοφίας Χριστοῦ, δι' ὧν ὁ πατὴρ τῶν ὅλων Θεὸς δοξολογεῖται. θησαυροὺς τοίνυν ἀποκρύφους, καὶ ἀοράτους ἀνοίξω σοι κατὰ τὸ γεγραμμένον. θησαυροὺς δέ φημι τοὺς τῆς ὀρθῆς γνώσεως διανοίας ὀφθαλμούς, ὑγιῶς ὁρῶντας καὶ ἀλωβήτως, οὐ γὰρ χαρίσματα ἀτελῆ δωρεῖται Θεὸς τοῖς ἐπεγνωκόσιν αὐτόν, οὔτε μὴν ὅροις ἀνθρωπίνης διανοίας περιγραφόμενα· τέλειος γὰρ ὢν ὁ τῶν ἁπάντων ἡμῶν δεσπότης Θεός, τελείως δωρεῖται τὰ ἄφθονα τοῖς ἀξίως πολιτευομένοις αὐτοῦ· ἐραστὴς γὰρ πέφυκε τῶν ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ δουλευόντων αὐτῷ ἀνυποκρίτως. ἡκέτω τοίνυν πᾶς ὀρθὰ φρονεῖν ᾑρημένος ἐπὶ τὴν ἀέναον πηγὴν τὸν Χριστόν, ἀκούων αὐτοῦ προσφωνοῦντος διὰ τοῦ εὐαγγελίου· ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. οὐ γὰρ δέον ἐστὶν ἡμᾶς μὴ πρότερον ἐπιγνόντας τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον διερευνᾷν, ἢ ἐκλαμβάνειν ἁπλῶς περὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. ὑποκλέπτειν τοίνυν οἴονταί τινες τῶν ἀκροωμένων τὰς ψυχάς, ἄνθρωπον, φησί, λέγοντες ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν λόγον· καὶ διὰ τοῦτο πρόοδον πεποιῆσθαι διὰ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον ἀποτεθεῶσθαι τῷ Θεῷ λόγῳ· οὐ συνιέντες τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, καὶ τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ μονογενοῦς τὴν χάριν μετρίαν ποιούμενοι. ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω δεδιδάγμεθα· ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἴσμεν, ἀδελφοί, τὸν διὰ τῆς ἁγίας παρθένου θεοτόκου Μαρίας γεννηθέντα, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἔμψυχον, λογικόν. ταύτῃ τοι καὶ θεοτόκον λέγομεν τὴν ἁγίαν παρθένον, καὶ ἐνῳκηκέναι οὐσιωδῶς τὸν Θεὸν λόγον ἐν αὐτῇ, οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἐνεργείᾳ· τὸν αὐτὸν διμηναῖον, καὶ τριμηναῖον, υἱόν τε Θεοῦ ἅμα, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου. ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ μὴν καὶ τὰς ἐν ἐξουσίᾳ τῇ θεοπρεπεῖ φωνάς, ἃς διαγορεύουσιν ἡμῖν αἱ θεῖαι γραφαὶ περὶ αὐτοῦ, εἰς ἓν πρόσωπον συνῆχθαι φαμέν. τὸν αὐτὸν γὰρ ἴσμεν ἐπὶ τὸ

ANNO CHRISTI 431

ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον* καθεύδοντα, τὸν αὐτὸν τῇ θαλάσσῃ ἐπιτιμῶντα ἐν ἐξουσίᾳ καὶ τοῖς ἀνέμοις· τὸν αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῆς ὁδοιπορίας κεκμηκότα, τὸν αὐτὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης περιπατοῦντα ὡς ἐπὶ στερεᾶς γῆς ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. ὁ αὐτὸς τοίνυν Θεὸς, ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ὁμολογουμένως. τί γὰρ τὸ θαῦμα, εἰ ἄνθρωπός τις τῶν καθ᾽ ἡμᾶς * ἐν ἐξουσίᾳ δυνάμεις Θεοῦ ἐνεργεῖν λέγεται; ἀλλ᾽ ἵνα τὸν αὐτὸν Θεὸν λόγον κεκενῶσθαι ὑποδείξωσιν ἡμῖν αἱ θεῖαι γραφαὶ, οὐ δοκήσει ἀλλὰ ἐνεργείᾳ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἡμῖν διαγορεύουσι προφητικοῖς, καὶ μὴν καὶ ἀποστολικοῖς κηρύγμασι, τὸν αὐτὸν εἶπον Θεὸν, τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον. Θεοῦ τοίνυν ἦν ἡ σύλληψις ἡ παρθενική· Θεοῦ ἡ γέννησις· Θεοῦ ἡ κατὰ πάντα πρὸς ἡμᾶς καὶ δι᾽ ἡμᾶς ὁμοίωσις οἰκονομικῶς· Θεοῦ τὸ πάθος· Θεοῦ τοῖς ἐν φυλακῇ καὶ ἐν τῷ σκότει ἡ κήρυξις· Θεοῦ ἀνάστασις· Θεοῦ ἡ ἀνάληψις· ὁ ἀχώρητος ἑαυτὸν δέδωκε κεχωρῆσθαι δι᾽ ἡμᾶς ἐν τῇ τῆς παρθένου μήτρᾳ μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἣν προσελάβετο ἐξ αὐτῆς. ὁ ἀχώρητος ἐν σαρκὶ ἐχωρεῖτο· ὁ ἀναλλοίωτος, ἐν ἀνθρώπου μορφῇ· ὁ ἀπαθὴς πέπονθε δι᾽ ἡμᾶς ἑκουσίως καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῇ ἰδίᾳ σαρκί. ὁ ἀχώριστος τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἐπὶ γῆς ὤφθη, κατὰ τὸ γεγραμμένον· καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. ὁ ἀψηλάφητος λόγχῃ ὑπὸ τῶν παρανόμων κατενύττετο. ὁ ἀπαθὴς σταυρὸν ἐθελούσιον ὑπέμεινε δι᾽ ἡμᾶς. τὸ φῶς τὸ ἀθάνατον θανάτῳ ἑαυτὸν ἐκδέδωκε, θανάτῳ δὲ σταυροῦ. ὁ ὢν ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ πατρὸς, ἀνάληψιν ὑπέμεινε διὰ τῆς ἰδίας σαρκός. τοὺς δὲ λέγοντας, ἄνθρωπόν τινα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ μὴ μᾶλλον αὐτὸν τὸν υἱὸν τὸν ἐνυπόστατόν τε καὶ ἐνεργῆ καὶ ζῶντα γενέσθαι ἄνθρωπον, καὶ ἐν τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς οἰκονομικῶς δι᾽ ἡμᾶς, ἐξορίζει ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ ἐν τῇ Ἐφεσίων πόλει γεγενημένη.

Συζήτησις περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Ἐρώτησις. Πῶς ὁ Θεὸς ὁ ἀχώρητος ἐχωρήθη ἐν μήτρᾳ παρθενικῇ; Ἀπόκρισις. Ἐπειδὴ εὐδόκησε λυτρώσασθαι καὶ ἐλευθερῶσαι τὸ τῆς ἀνθρώπου φύσεως γένος.

Ἐρώτησις. Πῶς ὁ ἄναρχος γέννησιν ὑπέμεινε τὴν διὰ γυναικός; Ἀπόκρισις. Ἐπειδὴ ὑπὸ κατάραν ἐγεγόνει λοιπὸν πᾶς ἄνθρωπος, βεβασίλευτο γὰρ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, διὰ τοῦτο εἰς ἀρχὰς τοῦ εἶναι λελόγισται πρὸς ἡμῶν αὐτῶν; ἵνα καὶ τὴν τῶν ὁμογενῶν γέννησιν καὶ μήτραν ἁγιάσῃ.

Ἐρώτησις. Πῶς ἐν ἀνθρώποις κατελογίσθη, καὶ ἄνθρωπος γέγονεν ἄτρεπτός τε καὶ ἀναλλοίωτος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος; Ἀπόκρισις. Τὸ ἀνθρώπου γένος σῶσαι βουλόμενος, εὐδόκησε δι᾽ ἡμᾶς ἐν τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς οἰκονομικῶς, καὶ ὁμοιῶσθαι ἡμῖν κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας.

Ἐρώτησις. Πῶς τῷ ἀπαθεῖ ὕπνον, καὶ κόπον, καὶ πεῖναν, καὶ σταυρὸν, καὶ πάντα τὰ ὑποκείμενα φθορᾷ, περιάπτειν τολμᾶτε; Ἀπόκρισις. Εὐφήμει, ὦ ἄνθρωπε, παρακαλῶ. ἤδη προεῖπον, σαρκὶ παθητῇ, καθὼς καὶ αἱ θεῖαι γραφαὶ ἡμῖν * παραδεδώκασι, περιῆφθαι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον,

Marg.: καθήμενον, | ἐν ἐξου- σίᾳ Θεοῦ δυνάμεις ἐνεργεῖν | ... | πλα-

A qui super cervical dormiebat, & qui mare & ventos ex potestate increpabat: eumdem qui ex itinere defatigabatur, & qui super mare, perinde ac super solidam terram, sua potestate gradiebatur. Idem itaque citra ullam controversiam Deus simul & homo existit. Quid enim mirum esset, si nostræ conditionis homo quispiam Dei potestate munitus miracula patraret? Verum ut illud ipsum Dei Verbum non imaginatione, aut apparenti quadam ratione, sed re ipsa se exinanivisse, divinæ scripturæ nobis ostendant; unum eumdemque Deum simul & hominem B per prophetas & apostolos nobis diserte pronuntiantes dixerunt. Dei itaque erat illa ex virgine conceptio, Dei nativitas, Dei similitudo, qua nobis nostri causa dispensatorie per omnia assimilatus est; Dei passio; Dei iis qui in carcere & in tenebris erant prædicatio, Dei resurrectio, Dei tandem in cælos assumptio. Qui capi non poterat, per carnem quam nostri causa ex Maria sumpsit, virginali utero concludi ac definiri sustinuit. Qui late omnia excedit, carne continetur. In quem nulla mutatio cadit, humanam formam subiit. Impatibilis, ultro pro nobis & C propter nos per propriam carnem passus est. Deo & Patri indivulse cohærens, *in terra*, ut scripsum est, *visus est, & cum hominibus conversatus.* Qui sub tactum non veniebat, ab iniquis lancea compunctus est. Impassibilis, voluntariam crucem nostri causa pertulit. Immortale lumen morti seipsum obtulit, & morti quidem crucis. Qui in sinu Patris erat, per propriam carnem in cælum assumi non recusavit. Qui autem * Dei Filium, hominem quempiam nostri similem assumpsisse dicunt, ipsum autem vivum & * efficax Dei Verbum, quod in propria persona subsistit, hominem factum, dis-D pensatorieque in humanis propter nos versatum esse inficiantur; illos sacra synodus Ephesina explodit & ejicit.

Disputatio de eodem.

Interrogatio. Cur Deus, qui comprehendi non potest, virgineo utero comprehensus est? *Responsio.* Quia mortalium genus redimere, & a servitute in libertatem asserere placuit.

Interrogatio. Cur initio carens, ex muliere nasci pertulit? *Responsio.* Quandoquidem sub maledicto erant omnes homines E (erant enim sub peccati regno) ideo in naturæ nostræ initia relatus est, ut & cognatorum nativitatem, & ipsum uterum sanctificaret.

Interrogatio. Cur inalterabile & immutabile Dei Verbum inter homines computatum, & homo factum est? *Responsio.* Ob id Dei Verbo dispensative propter nos in humanis versari, nobisque per omnia, solo peccato excepto, assimilari placuit, quia humanum genus salvare voluit.

Interrogatio. Quomodo impatibili somnum, defatigationem, crucem, famem, ceteraque omnia corruptioni subjecta tribuere audetis?

Responsio. Parce quæso maledictis. Iam ante monui, Dei Verbum carne passibili, secundum scripturarum traditionem, se induisse, & se

Marg.: PART. III. CAP. V. | Matth. 4. | Ioan. 4. | Matth. 14. | Baruch. 3. | Ioan. 19. | * Deum Verbum; | * efficacem Dei Filium, qui in propria

A & se illi univisse: per ipsam autem Deum Verbum & Dei Filium apparuisse, & cum ipsa laborem & somnum & humana omnia, peccato tantum excepto, sustinuisse: non quod corruptioni subjaceret, siquidem incorruptibile & vivificum Dei Verbum corruptione & interitu longe superius est; sed ut interitum ab hominum genere submoveret. Nec arbitror regi vitio verti posse, si servare quod ejus proprium est volens, servili habitu se induat. Et quomodo quispiam ei, qui suapte natura liber est, crimini vertere audeat, quod nostri causa homo fieri, dispensatorieque in nostris versari non abnuerit? Patris benignitatem, qui proprium Filium propter nos donavit, B amplectere; in ipsam autem rem curiosius, quæso, noli inquirere. Non enim per gentilitatis sapientiam, aut mundanum sensum percipitur, sed ab utroque est aliena: *Beatus es Simon Bar-Iona*, inquit dominus Petro, *quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in cælis.* Nam divini adventus Filii Dei cognitio, celeste donum est.

Matth. 16.

Interrogatio. Quomodo universorum opifex Deus Verbum, qui nec tangi, nec cerni, nec mutari, nec circumscribi potest, in vili ligno crucem mortemque sustinuit? *Responsio.* Mortem & crucem Dei Verbum per pro- C priam carnem sustinuisse dicimus, ut nos a morte & corruptione immunes redderet. Nam animam propriam ille pro nobis posuit, non peregrinam, aut a Deo Verbo alienam: inexplicabilis enim est unio. ipse enim ait: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Illius animæ proprium tædere, contristari, e corpore emigrare, quemadmodum & carni quoque peculiare est defatigari, crucifigi, exsuscitari, in altum sublatam collocari. Verumtamen omnia hæc & Dei sunt, & Dei esse dicuntur. Dei enim est anima. Dei est caro. D

Ioan. 10.

Interrogatio. Quomodo omnipotens Patris Verbum resurrexit, aut incorruptibile corruptioni obnoxium fuit? *Responsio.* Corruptionem haud sustinuit nec ipsa quidem Dei Verbi caro. nam quia parum legitime distinguitis, parum etiam legitime interrogatis. Iam enim dudum ante propheta de Christo pronuntiarat: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Sane passionem voluntariam sustinuit Dei Filius, qui Patrem immensum in se continet, & ab ipso vicissim Patre continetur. Nam a Patre comprehensus, & in paterno sinu existens, inexplicabili E quodam modo etiam in propria carne continebatur. Idem Dei Filius tertia die revixit inferis despoliatis, & cum propria carne nobis apparuit, quo videlicet nos quoque a morte & corruptione liberaret. Dei itaque est passio, Dei resurrectio, Dei assumptio, Dei denique illa nobiscum per omnia similitudo, peccato excepto: neque imaginarie, sed vere omnia in eo fuerunt. Ipsi simul cum Patre & Spiritu sancto sit gloria, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Psal. 15.
Ioan. 14.
Hebr. 4.

A καὶ ἑνῶσθαι αὐτὸν αὐτῇ, καὶ δι' αὐτῆς πεφηνότα τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν Θεὸν λόγον, μετ' αὐτῆς ὕπνον ὑπομεῖναι, καὶ κόπον, καὶ πάντα τὰ τοῦ ἀνθρώπου χωρὶς ἁμαρτίας, οὐ τῇ φθορᾷ ὑποκείμενον· ἀμείνων γὰρ φθορᾶς καὶ θανάτου ὁ ἄφθαρτος καὶ ζωοποιὸς τοῦ Θεοῦ λόγος. ἀλλὰ τὴν φθορὰν ἀποσοβῶν ἀπὸ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. οὐκ οἶμαι ἔγκλημα περιάπτεσθαι βασιλεῖ, ὁπόταν βουλόμενος σῶσαι τὸ ἴδιον, τὸ τοῦ δούλου σχῆμα ἐνδύηται. καὶ πῶς τολμήσει τις τῷ τῇ φύσει ἐλευθέρῳ ἐγκαλεῖν, ὅτι γέγονε δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος, καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς; ἀποδέχου τοῦ πατρὸς τὴν φιλανθρωπίαν, ὅτι τὸν ἴδιον υἱὸν δω- B ρεῖται δι' ἡμᾶς· μὴ περιεργάζου τὸ πρᾶγμα, παρακαλῶ· οὐ γὰρ ἐξ Ἑλληνικῆς σοφίας τὸ γνώρισμα, οὐ δὲ ἀπὸ φρονήματος κοσμικοῦ· ἀλλότριον γὰρ ἑκατέρων. μακάριος εἶ, φησὶν ὁ κύριος τῷ Πέτρῳ, Σίμων Βαρ-Ἰωνᾶ. ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὐράνιον τὸ δῶρον τὸ τῆς θείας ἐπιφοιτήσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γνώρισμα.

Ἐρώτησις. πῶς ὁ τῶν πάντων ποιητὴς Θεὸς λόγος, ὁ ἀψηλάφητος, ὁ ἀόρατος, ὁ ἀναλλοίωτός τε καὶ περιγραφὴν μὴ ἀνεχόμενος, ἐν εὐτε- C λεῖ ξύλῳ σταυρὸν ὑπέμεινε καὶ θάνατον; Ἀπόκρισις. Θάνατόν φαμεν ὑπομεμενηκότα τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, καὶ σταυρὸν διὰ τῆς σαρκὸς τῆς ἰδίας, ἵνα ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ θανάτου καὶ φθορᾶς· τὴν ἰδίαν γὰρ ψυχὴν τέθεικεν ὑπὲρ ἡμῶν, οὐκ ἀλλοτρίαν οὖσαν, ἢ ξένην τοῦ Θεοῦ λόγου· ἀπόρρητος γὰρ ἡ ἕνωσις· αὐτὸς γὰρ εἶπεν· ἐξουσίαν ἔχω τὴν ψυχήν μου θεῖναι, καὶ ἐξουσίαν πάλιν λαβεῖν αὐτήν. ταύτης ἴδιον τὸ ἀδημονεῖν, τὸ λύπην ὑπομεῖναι, τὸ ἐκδημεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος, ὡς καὶ σαρκὸς τὸ κοπιᾶν, τὸ σταυροῦσθαι, τὸ ἀνίστασθαι, τὸ μετάρσιον ὑπομένειν θέσιν· πλὴν Θεοῦ τὰ πάντα λέγεται καὶ εἰσί· Θεοῦ γὰρ καὶ ἡ ψυχή, Θεοῦ καὶ D τὸ σῶμα.

Ἐρώτησις. Πῶς ὁ παντοδύναμος λόγος τοῦ πατρὸς ἀναστάσει περιεπλάκη, καὶ φθορᾷ ὁ ἄφθαρτος; Ἀπόκρισις. Φθορὰν μὲν οὐχ ὑπέμεινεν οὐδ' αὐτὴ ἡ τοῦ Θεοῦ λόγου σάρξ. νόθως γὰρ διαλαμβάνοντες, νόθως καὶ ἐπερωτᾶτε, προανεκεκράγει γὰρ ὁ προφήτης περὶ αὐτοῦ· οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. πάθος μὲν ὑπέμεινεν ἐθελούσιον ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός, ὁ χωρῶν ἐν ἑαυτῷ τὸν ἀχώρητον πατέρα, χωρούμενος δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ πατρός· χωρούμενος γὰρ ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ὢν ἐν E τῷ κόλπῳ τοῦ πατρὸς, ἐχωρεῖτο ἀρρήτως καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ σαρκί. ἀνεβίω δὲ τριήμερος, λαφυραγωγήσας τὸν ᾅδην· καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός, ἵνα καὶ ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ θανάτου καὶ φθορᾶς. Θεοῦ τοίνυν τὸ πάθος, Θεοῦ καὶ ἡ ἀνάστασις, Θεοῦ καὶ ἡ ἀνάληψις, Θεοῦ καὶ ἡ κατὰ πάντα πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσις χωρὶς ἁμαρτίας. οὐ δοκήσει ἀλλὰ ἀληθείᾳ τὰ πάντα γέγονεν ἐν αὐτῷ. αὐτῷ ἡ δόξα ἅμα τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ λόγου, τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρὸς, ὅρος ἐπισκόπων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναχθέντων ἐν τῇ συνόδῳ· καὶ ἔκθεσις τῆς αὐτῆς συνόδου πρὸς Παῦλον Σαμοσατέα.

ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς κατὰ πνεῦμα πρὸ αἰώνων γεννηθέντα, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐκ παρθένου κατὰ σάρκα τεχθέντα, ἓν πρόσωπον σύνθετον ἐκ θεότητος οὐρανίου, καὶ ἀνθρωπείας σαρκός· καὶ * καθὸ ἄνθρωπος, ἕν· καὶ ὅλον Θεὸν, καὶ ὅλον ἄνθρωπον· ὅλον Θεὸν καὶ μετὰ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐχὶ καθὸ σῶμα Θεόν· καὶ ὅλον ἄνθρωπον μετὰ τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὴν θεότητα ἄνθρωπον. οὕτως ὅλον προσκυνητὸν καὶ μετὰ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὸ σῶμα προσκυνητόν· ὅλον προσκυνοῦντα καὶ μετὰ τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὴν θεότητα προσκυνοῦντα· ὅλον ἄκτιστον καὶ μετὰ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὸ σῶμα ἄκτιστον· ὅλον πλαστὸν καὶ μετὰ τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὴν θεότητα πλαστόν· ὅλον ὁμοούσιον Θεῷ καὶ μετὰ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐχὶ * καθὸ σῶμα ὁμοούσιον τῷ Θεῷ· ὥσπερ οὐδὲ κατὰ τὴν θεότητα ἀνθρώποις ἐστὶν ὁμοούσιος, καίτοι γε μετὰ τῆς θεότητος ὢν κατὰ σάρκα ὁμοούσιος ἡμῖν. καὶ γὰρ ὅταν λέγωμεν αὐτὸν κατὰ πνεῦμα Θεῷ ὁμοούσιον, οὐ λέγομεν κατὰ πνεῦμα ἀνθρώποις ὁμοούσιον· καὶ πάλιν, ὅταν κηρύσσωμεν αὐτὸν κατὰ σάρκα ἀνθρώποις ὁμοούσιον, κηρύσσομεν αὐτὸν κατὰ σάρκα ὁμοούσιον Θεῷ. ὥσπερ γὰρ κατὰ πνεῦμα ἡμῖν οὐκ ἔστιν ὁμοούσιος, ἐπειδὴ Θεῷ ἐστι κατὰ τοῦτο ὁμοούσιος, οὕτως οὐδὲ κατὰ σάρκα ἐστὶ Θεῷ ὁμοούσιος, ἐπειδὴ ἡμῖν ἐστι κατὰ τοῦτο ὁμοούσιος. ὥσπερ δὲ ταῦτα διήρθρωται καὶ σεσαφήνισται, οὐκ εἰς διαίρεσιν τοῦ ἑνὸς προσώπου τοῦ ἀδιαιρέτου, ἀλλ' εἰς δήλωσιν τοῦ ἀσυγχύτου τῶν ἰδιωμάτων τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ λόγου, οὕτω καὶ τὰ τῆς ἀδιαιρέτου συνθέσεως πρεσβεύομεν.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Ἀλεξανδρείας ἐν Ἐφέσῳ, ὡραία πάνυ.

ΟΙ τοῖς ἱεροῖς προσέχοντες γράμμασι, σεσοφισμένην ἔχουσι τὴν καρδίαν, ἔργων τε ἀγαθῶν ἐπισήμονα, καὶ ὀρθῇ πίστει * λελαμπρυσμένην. τὸ δὲ γνώσεως τῆς ἀληθοῦς ἐρᾶν ζωὴν ἔχει τὸ τέλος. καὶ πληροφορήσει πρὸς τοῦτο ἡμᾶς αὐτὸς ὁ σωτὴρ, πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεὸν οὕτω λέγων· αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. οὐκοῦν συμπαρέζευκται τῇ περὶ τοῦ πατρὸς γνώσει καὶ ἡ περὶ τοῦ υἱοῦ. καὶ οὕτως ἐστὶ τὸ πρᾶγμα * ζωοποιόν. ὅταν δὲ χωρίζηται τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, χωλεύει πάντως ἡ γνῶσις. οὕτω καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῖς Ἰουδαίων δήμοις προσεφώνει, λέγων· οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν πατέρα μου. εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ἂν ᾔδειτε. καὶ πάλιν ἐνόμιζον οἱ Ἰουδαῖοι τοὺς ἑαυτῶν πατέρας ἐν τῷ ὄρει τῆς φύσει

De incarnatione Verbi Dei, Filii Patris, definitiones episcoporum qui in Nicæa in synodo convenerunt: & expositio ejusdem synodi adversus Paulum Samosatenum.

CONFITEMUR dominum nostrum Iesum Christum, ex Patre quidem secundum spiritum ante sæcula genitum, novissimis vero diebus ex virgine secundum carnem natum; unam personam compositam ex cælesti divinitate & humana carne. * & secundum quod homo est, unum. Et totum Deum, & totum hominem. Totum Deum etiam cum corpore, sed non secundum corpus Deum. Totum etiam hominem cum divinitate, sed non secundum divinitatem hominem. Sic totum adorabilem etiam cum corpore, sed non secundum corpus adorabilem. Totum adorantem etiam cum divinitate, sed non secundum divinitatem adorantem. Totum increatum etiam cum corpore, sed non secundum corpus increatum. Totum formatum etiam cum divinitate, sed non secundum divinitatem formatum. Totum Deo consubstantialem etiam cum corpore, sed non * secundum corpus consubstantialem Deo: quemadmodum neque secundum divinitatem hominibus coessentialis est, quamvis nobis secundum carnem coessentialis etiam cũ divinitate existens. Etenim cum illum secundum spiritum Deo consubstantialẽ dicimus, non dicimus hominibus secundũ spiritum coessentialem. Contra autem, cum illum secundum carnem hominibus coessentialem prædicamus, non prędicamus illum secundum carnem Deo consubstantialem. Sicut enim secundum spiritum nobis coessentialis non est, quia secundum hunc Deo consubstantialis est: ita neque Deo secundum carnem consubstantialis est, quia secundum hanc nobis est coessentialis. Quemadmodum autem hæc distincta & declarata sunt non ad inducendam unius indivisæ personæ divisionem, sed ad denotandam proprietatum Verbi & carnis minime confusam distinctionem: ita & illa quæ ad indivisam compositionem pertinent, prædicamus.

* quatenus

CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRINI homilia Ephesi habita, valde pulchra.

QUI sacris literis incumbunt, cor sapiens, bonorumque operum gnarum, & rectæ fidei lumine collustratum obtinent. Veræ autem cognitionis amor vitam tandem assequitur. Cujus rei locuples testis est ipse salvator. nam ad cælestem Patrem & Deum hunc in modum ait: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Cognitio itaque Filii, Patris cognitioni conjuncta est, eoque pacto Dei cognitio vivifica est. Quod si alterum ab altero divellas, claudicabit omnino scientia Dei. Ita & dominus quoque noster Iesus Christus Iudæorum populos alloquebatur, dicens: *Neque me scitis, neque Patrem meum. si me cognovissetis, cognovissetis utique & Patrem meum.* Iudæi rursus patres suos in monte verum illum & natura

CAP. VI.

Ioan. 17.

Ioan. 8.

Filium

PART. III. CAP. VI.

Exod.19. Filium & Deum; cum in specie ignis super montem Sina descendit, vidisse existimabant, vere enim illius vocem audivisse putabant, & ea de causa Moysen sacrorum demonstratorem magna admiratione prosequebantur, dominum vero nostrum Iesum Christum propter humanam naturam contemnentes, impie dicebant: *Nos scimus quia Moysi locutus est Deus; hunc autem nescimus unde sit.* (*Ioan. 9.*) Sed quid ad hæc Christus? *Amen amen*, inquit, *dico vobis, neque speciem ejus unquam vidistis, neque vocem audivistis, & verbum ejus non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis.* (*Ioan. 5.*) Veritas omnino verum dicit; neque enim natura Dei erat quæ in monte Sina cernebatur, sed potius ignis. edebantur quoque tubarum voces; fumus etiam succensus erat, & veritatis typi ipsam veritatem præmonstrabant. (*Exod.19.*) Descendit enim universorum Deus supra montem Sina in specie ignis. Et cur in specie ignis? Sane quando illis daturus erat legem, tum salubriter admodum in ignis specie descendisse visus est; nempe quo hinc transgressores illius intelligerent, rem sibi cum igne fore. Quare beatus quoque Moyses, ut peccantes metu saniores redderet, subinde clamare solitus erat: *Deus noster ignis consumens est.* (*Deut.4.*) Oborti sunt etiam fumi & tenebræ. Ac per tenebras, Dei cognitionem comprehendi non posse, apposite insinuabatur: per fumum vero, lacrymas omnino illis, qui Dei legem sponte contemnerent, postea non defuturas, ænigmatice docebatur. nam corporeus oculus in fumo lacrymari cogitur. Iudæi itaque Patris speciem non spectarunt; nos vero illam spectavimus in Christo. Ipse est enim illa exactissima purissimaque genitoris sui pulchritudo, character & splendor. (*Hebr. 1.*) Nam etsi Verbum Deus existens carnem ac sanguinem assumpserit, hominisque filius appellatus sit, corpore non inanimi, menteve destituto, ut demens & hæreticus Apollinarius affirmat, accepto; mansit nihilominus etiam sic Deus. Et hoc modo quondam sanctis patribus mysterium suum revelavit; quemadmodum ex multis sanctorum prophetarum oraculis perfacile monstrari potest. Quia vero particulatim ea proferre oportet, age ex libro Genesis ostendamus, hominis forma spectatum esse Filium, eumque vocatum esse Deum.

Genes. 31. Beatus itaque Iacob relicta Mesopotamia ad domum patris reverti festinabat: cumque duas filias Laban una cum liberis, quos ex illis susceperat, sustulisset, traduxit eos ultra torrentem, cui nomen Iaboc: (*Genes. 32.*) ipse vero, sicut divina scriptura memorat, liberis & uxoribus transmissis remansit solus: & vir luctabatur cum eo usque mane. Qui cum videret quod eum superare non posset, tetigit * nervum femoris ejus, & statim * emarcuit, *Et dixit*, inquit, *ad eum ille homo qui cum eo luctabatur: Dimitte me; jam enim ascendit aurora. At ille respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco: Et vocavit Iacob nomen loci illius, Species Dei,*

*latitudinem

*obtorpuit latitudo femoris Iacob, cum luctaretur cum eo.

καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἑωρακέναι υἱὸν καὶ Θεὸν, ὅτε καταβέβηκεν ἐν εἴδει πυρὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ· ᾤοντο γὰρ κατὰ ἀλήθειαν ἀκηκοέναι τῆς φωνῆς αὐτοῦ. ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας τεθαυμάκασι μὲν τὸν ἱεροφάντην Μωϋσέα, κατασμικρύνοντες δὲ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν διὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἀνοσίως ἔφασκον· ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι Μωσεῖ λελάληκεν ὁ Θεός· τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστί. τί οὖν πρὸς ταῦτα ὁ Χριστός; ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὔτε εἶδος αὐτοῦ πώποτε ἑωράκατε, οὔτε τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἠκούσατε· καὶ τὸν λόγον αὐ-
B τοῦ οὐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν· ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε. ἀληθεύει δὲ πάντως ἡ ἀλήθεια. οὐ γὰρ ἦν ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ φύσις Θεοῦ ἡ ὁρωμένη, πῦρ δὲ μᾶλλον. ἐγίνοντο δὲ καὶ φωναὶ τῆς σάλπιγγος· καπνοὶ ἦσαν ἐξαπτόμενοι, καὶ τῆς ἀληθείας οἱ τύποι προαναφαίνοντες τὴν ἀλήθειαν. * κατέβη μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐν εἴδει πυρὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ. καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ἐν εἴδει πυρός; ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν ὁρίζειν αὐτοῖς τὸν νόμον, ἐν εἴδει πυρὸς τότε δὴ μάλιστα χρησίμως ἐφαίνετο καταβεβηκώς· ἵνα γνῶσιν οἱ παραβαίνοντες,
C ὅτι πρὸς πῦρ ἔχουσιν. οὕτω καὶ ὁ μακάριος Μωϋσῆς σωφρονεστέρους ἀποτελῶν τῷ φόβῳ τοὺς ἁμαρτάνοντας, προσεφώνει πλειστάκις· ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστίν. ἐγίνοντο δὲ καπνοὶ καὶ σκότος, τοῦ μὲν σκότους τὸ ἀκατάληπτον τῆς περὶ Θεοῦ γνώσεως ἀστείως ἡμῖν ὑπεμφαίνοντος, τοῦ δὲ καπνοῦ διδάσκοντος αἰνιγματωδῶς, ὅτι τοῖς καταφρονεῖν ἐθέλουσι τῶν θείων νόμων, πάντη τε καὶ πάντως ἀκολουθήσει τὸ δάκρυον. δακρύειν γὰρ ἀνάγκη τὸν τοῦ σώματος ὀφθαλμὸν ἐν καπνῷ. οὐκοῦν Ἰουδαῖοι μὲν οὐ τεθέανται τὸ εἶδος τοῦ πατρὸς, ἡμεῖς δὲ αὐτὸ * ἐθεασάμεθα ἐν Χριστῷ· ἔστι γὰρ αὐτὸς τὸ
D ἀκραιφνέστατον κάλλος τοῦ γεγεννηκότος, ὁ χαρακτὴρ, καὶ τὸ ἀπαύγασμα. εἰ γὰρ καὶ ἐπελάβετο σαρκὸς δι' ἡμᾶς καὶ αἵματος Θεὸς ὢν ὁ λόγος, καὶ κεχρημάτικεν υἱὸς ἀνθρώπου, οὐκ ἄψυχον, οὐδὲ ἄνουν σῶμα λαβὼν, καθά φησιν ὁ φρενοβλαβὴς καὶ αἱρετικὸς Ἀπολινάριος, ἀλλὰ ἔμεινε καὶ οὕτω Θεός. οὕτω ἁγίοις πατράσιν ἀπεκάλυπτε κατὰ καιροὺς τὸ ἑαυτοῦ μυστήριον. καὶ πολλὴ μὲν λίαν ἡ τούτων ἀπόδειξις ἐν τοῖς ἁγίοις προφήταις. ἐπειδὴ δὲ χρὴ ταμιεύεσθαι κατὰ μέρος, φέρε δεικνύωμεν ἐκ τοῦ τῆς Γενέσεως βιβλίου ἄνθρωπον ὁρώμενον τὸν υἱὸν, καὶ Θεὸν ὀνομαζόμενον.

Οὐκοῦν ὁ μακάριος Ἰακὼβ τὴν Μεσοποτα-
E μίαν ἀφεὶς, ἐπὶ τὴν τοῦ πατρὸς οἰκίαν αὖθις ἠπείγετο· καὶ δὴ καὶ τὰς δύο τοῦ Λάβαν ἀναλαβὼν θυγατέρας, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν αὐτῷ γεγονότα παιδία, διεβίβασεν αὐτὰ τὸν Ἰαβώκ· ὄνομα δὲ τοῦτο χειμάρρου· ἀλλ', ὥς φησιν ἡ θεόπνευστος γραφὴ, διαβιβασθέντων τῶν τέκνων καὶ τῶν γυναικῶν, * ὑπελείφθη Ἰακὼβ μόνος, καὶ ἐπάλαιεν ἄνθρωπος μετ' αὐτοῦ ἕως πρωΐ· καὶ εἶδεν ὅτι οὐ δύναται πρὸς αὐτὸν, καὶ ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνάρκησε τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ Ἰακὼβ ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ· καὶ εἶπε, φησὶν, ὁ ἄνθρωπος ὁ παλαίων μετ' αὐτοῦ· * ἀπόλυσόν με, ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος. ὁ δὲ εἶπεν· οὐ μή σε ἀπολύσω, ἐὰν μή με εὐλογήσῃς. καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν ἐκεῖ. καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, εἶδος Θεοῦ.

*καταβέβηκε γάρ

*τεθεάμεθα

*ἀπελείφθη

*ἐξαπόστειλόν με,

εἶδον

ANNO CHRISTI 431.

PART. III. CAP. VII.

A εἶδον γὰρ, φησὶ, Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. ὢ σοφίας ἁγιοπρεποῦς· ἄνθρωπον ὁρᾷ τὸν παλαίοντα μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ φησιν ὁ πατριάρχης· εἶδον Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. συνῆκε γὰρ εὐθὺς τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸ μυστήριον, ἀποκαλύπτοντος αὐτῷ τοῦ ἁγίου πνεύματος. πλὴν ἐκεῖνο ἐπιτήρει. ὅλην τὴν νύκτα ἐπάλαιε μετ᾽ αὐτοῦ· ὡς δὲ ἐγένετο ὁ ὄρθρος, ἀπόλυσόν με, φησὶν, ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος. τί οὖν ἄρα σημαίνει τὸ αἴνιγμα; τοῖς ὡς ἐν σκότει καὶ νυκτὶ διάγουσι, καὶ τὴν τῆς ἀγνωσίας ἀχλὺν εἰς νοῦν ἔχουσι, καὶ καρδίαν, παλαίει καὶ μάχεται Χριστὸς, ἐχθροὺς γὰρ ἡγεῖται· B. ὅταν δὲ αὐτοῖς ἀνατείλῃ κατὰ τὸν νοῦν ὁ νοητὸς ἑωσφόρος, ὅταν, οἷά τις ἡμέρα τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας αὐτοῖς διαυγάσῃ φῶς, τότε καταλύει τὴν μάχην. παλαίει μὲν γὰρ καὶ μάχεται τοῖς ὡς ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ, τοῖς ἀφεγγῆ καὶ ἀφώτιστον ἔχουσι τὴν καρδίαν. οὐ μάχεται δὲ τοῖς ἐν φωτὶ γεγονόσι, τοῖς τὸν νοητὸν ὄρθρον ἔχουσι κατὰ νοῦν. δέχου τοίνυν ἄνθρωπε τὸν νοητὸν ἑωσφόρον. διαυγαζέτω σοι τῆς ἀληθείας τὸ φῶς. παῦσαι μαχόμενος τῷ Χριστῷ· οὐκ οἶδεν ἡττᾶσθαι· νικᾷ δὲ ἀεὶ καὶ πάντως. εἰ καὶ γέγονεν υἱὸς ἀνθρώπου ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, πλὴν οὐκ ἀπέστη τοῦ εἶναι φύσει Θεὸς, ἄτρεπτός τε καὶ ἀναλλοίωτος ὤν. ὁ αὐτὸς οὖν ἄρα καὶ ἐκ πατρὸς ὡς λόγος, καὶ ἐκ γυναικὸς ὡς ἄνθρωπος κατὰ σάρκα. εἷς γὰρ Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα· καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

dicens: *Vidi Deum facie ad faciem, & salva facta est anima mea.* O ſapientiam ſanctis dignam! Hominem contra ſe luctantem cernit, & exclamat patriarcha: *Deum facie ad faciem vidi, & ſalvata eſt anima mea.* Mox enim Spiritu ſancto revelante incarnationis ſacramentum intellexit. Verumtamen illud obſerva. Totam noctem cum eo luctatus fuerat; cum vero illuceſceret dies: *Dimitte me,* ait, *aſcendit enim aurora.* Quid igitur hoc ænigma? Cum iis, qui velut in tenebris & nocte verſantur, ignorantiæque caliginem in mente & corde habent, luctatur & pugnat Christus; (inimicorum enim loco illos ducit) ut primum vero ſpiritalis lucifer in eorum mentibus exortus fuerit, Deique cognitionis veræ lux quaſi dies quædam illis affulſerit, ſtatim pugnam ſolvit. Luctatur enim & pugnat adverſus illos, qui velut in nocte & in tenebris verſantur, qui caliginoſum obſcurumque cor poſſident. At vero cum illis non pugnat, qui ſunt in luce, ſpiritalemque auroram in mente habent. Complectere itaque, o homo, ſpiritalem auroram, veritatis lumen tibi affulgeat; pugnare cum Christo deſine. Neſcit vinci; vincit autem omnino & ſemper. Quamvis enim unigenitum Dei Verbum factum ſit hominis filius, non ob id tamen natura Deus eſſe deſiit; ut quod mutari aut alterari nullo modo queat. Idem itaque ex Patre quidem eſt tamquam Verbum, ex muliere vero ut homo ſecundum carnem. Eſt enim unus Deus Pater, ex quo omnia; & unus dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia; & unus Spiritus ſanctus, in quo omnia. Ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. 1. Cor. 8.

ΑΚΑΚΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΜΕΛΙΤΗΝΗΣ ὁμιλία, λεχθεῖσα ἐν Ἐφέσῳ.

ACACII EPISCOPI MELITENES homilia, Epheſi in patrum conſeſſu habita.

CAP. VIII.

ΟΡΩΝΤΙ μοι, ἀγαπητοὶ, τὸ φαιδρὸν τοῦτο καὶ πνευματικὸν τῆς ἁγίας συνόδου συνέδριον, χαίρειν τε ὁμοῦ ἐπέρχεται καὶ θαῤῥεῖν· χαίρειν μὲν, ὅτι πάντων ἐλάχιστος ὢν ἐν τῷ μεγίστῳ τούτῳ τῆς σοφίας πελάγει τὸ πενιχρὸν τοῦτο τοῦ λόγου σκάφος ἰθύνειν ἐπείγομαι· θαῤῥεῖν δὲ, ὅτι τὰ τῆς ἐπαναστάσεως ταχέως θεραπευθήσεται κύματα, καὶ τῇ * γαλήνῃ τῆς τοῦ κυρίου εἰρήνης πρὸς τὸ οἰκουμενικὸν τῆς ἐκκλησίας ἐπιστρέψει πέλαγος. εἰ γὰρ δώδεκα ὄντες τοῦ κυρίου μαθηταὶ, ὅτε αὐτοῖς τὸ σκάφος ὑπὸ τῆς βίας τῶν ἀνέμων ἐκυμαίνετο, ὁμοῦ τῷ βοῆσαι πρὸς κύριον, τοῦ χειμῶνος ἀπηλλάττοντο. πόσῳ μᾶλλον τοῦτο νῦν * ἡμῖν ἐλπίζειν ἀναμφίβολον, E ὅτε τοσοῦτοι τοῦ κυρίου μαθηταὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνδραμόντες, ταῖς οἰκείαις ἐκδυσωπήσουσι φωναῖς τὸν κύριον; ὅτι ὁ μέγας * ἔσω πάρεστι καὶ σοφὸς κυβερνήτης, οὔτε βίας ἀνέμων εὐλαβούμενος, οὔτε ζάλης ταραχὰς, ἀλλὰ σὺν τέχνῃ πολλῇ τοὺς * συνερέτας ἐπὶ τὸ πηδάλιον ἄγων, καὶ τούτου συνεφάπτεσθαι πείθων, καὶ πολλῇ τῇ συμφωνίᾳ πρὸς τὸν δεσπότην βοῶν· οὐ μέλει σοι, ὅτι ἀπολλύμεθα; καὶ ταχέως τῇ παρ᾽ αὐτοῦ φωνῇ πρὸς τὸν σάλον τῶν κυμάτων δυσωπῶν, λέγει· σιώπα· πεφίμωσο. θαῤῥεῖν οὖν καὶ εὐχαριστεῖν ἡμῖν * ἔπεισιν ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἁρμοδιώτατον· ὅτι περ ἡ

* ἴσ. ἡ γαλήνη

* τῇ γαλήνῃ

συνέδριον.

* ἠλαύνετο,

* ἐλπίζειν ἡμᾶς ἀναμφίβολον,

* ἔσω

* συνεργάτας

* ἴσ. ἔπεισι

* deeſt hæc vox in mſ. Seg.

CERNENTEM me, dilecti, lætum hunc ſpiritalemque ſacræ ſynodi conſeſſum, gaudium ſimul & fiducia ſubit. Gaudium quidem: nam cum omnium ſim minimus in maximo hoc ſapientiæ pelago, tenuem ſermonis cymbam moderari contendo: Fiducia vero, quod magni illi ſeditionis fluctus propediem ſedabuntur, dominicæque pacis tranquillitas ad univerſalem eccleſiæ cœtum redibit. Si enim domini duodecim numero diſcipuli, cum illorum navis ventorum impetu graviter quateretur, ubi primum dominum invocaverunt, ſtatim tempeſtatem evaſerunt: quanto magis hoc ipſum nunc citra omnem hæſitationem ſperare convenit, cum tot diſcipuli in unum congregati dominum propriis vocibus flectent? cum magnus & ſapiens gubernator hic adeſt, qui nullam neque ventorum, neque procellarum commotionem formidat, ſed magna cum dexteritate ſocios remiges ad clavum adhibet, ipſumque ut ſimul capeſſant perſuadens & magna conſonantia ad dominum clamare non ceſſat: *Domine non ad te pertinet quia perimus?* Qui voce illius ſtatim uſus, non ſine increpatione ſævorum maris fluctuum: *Tace,* inquit, *& obmuteſce.* Congruentiſſimum proinde eſt ut de præſenti rerum ſtatu rectius ſperemus, debitaſque gratiarum actiones Deo perſolvamus; quando- quidem

Matth. 14.

Marc. 4.

PART III. CAP. VII.

quidem tempestas, quæ adversus veritatem excitata videbatur, terrarum orbis lumina in unum coegit: quorum quidem vita (2. Cor. 2.) bonus est Christi odor Deo; sententia vero ad unam eamdemque veritatis prædicationem conspirans. Neque enim aliud eos qui nos adeunt docemus, aliud de rebus ipsis credimus: si quidem unus est nobis dominus Iesus Christus, unigenitus Dei Filius, Deus Verbum: idem ante omnia sæcula ex solo Patre, idem rursum in novissimis diebus in servi forma: solus ex solo superne, solus rursum ex sola inferne; utrumque autem divine, humanitus vero, quod in nostra carne & infantia genitus sit: idem impassibilis divinitate, pro nobis vero sponte passus carne, non involuntarie dispensationem suscipiens, sed seipsum voluntarie exinaniens, (Philipp. 2.) suscepta servi forma. Sed cur suscepta? ut suæ te gloriæ conformem consortemque redderet. Id quod apostolus ejusmodi oratione nobis testatum facit: (Philipp. 3.) *Nostra*, ait, *conversatio in cælis est: Unde etiam salvatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.* Qui igitur servile corpus sponte assumpsit, neque carni uniri ullatenus recusavit, quomodo is serviles detrectasset passiones? Quod si detrectavit, quorsum patibilem servi formam suscepit? Sed ideo non recusavit, quia suscepta servi forma, obediens fit: is qui est in cælo dominator, in terris factus est subditus: qui superne erat Filius, inferne factus est puer. nam te prophetiæ illius admoneo. Quid enim clamabat beatus Isaias? (Isa. 9.) *Puer natus est nobis, filius etiam datus est nobis.* Quid illud est, *Etiam datus est?* Non solum natus est, sed etiam datus. Is enim qui est, datus fuit: (Ibidem.) *Cujus imperium factum est super humerum ejus.* Et quodnam incarnati Dei Verbi imperium est? Ecclesia. Quid autem ipse? Caput corporis ecclesiæ. (Coloss. 1.) At quomodo illud super humerum portat? Quod contritum conquassatumque fuerat, id humeris impositum bajulat. (Isa. 9.) *Cujus imperium super humerum ejus: & vocatur nomen ejus, Magni consilii angelus.* Vocatur autem propter dispensationem. Quid autem sibi volunt, (Ibidem.) *Consiliarius, Deus fortis, dominator, pater futuri sæculi?* Nimirum ille superne dominator, inferne subditus; superne Filius, puerulus in terris; superne admirabilis consiliarius, inferne homo; superne Deus fortis, in terris homo qui colaphis cæditur, ignominia afficitur, cruci affigitur, mortemque per illam perpetitur. Nam hæc omnia ad servi formam pertinentia nullo modo Deus qui illam susceperat, detrectavit, ut per quodlibet jam dictorum ea demoliretur, quæ salutis viam nobis obstruebant, dignamque tanta exinanitione beneficentiam in nos transfunderet. Equidem Dei gratiam non abjicio. Ea quæ mea causa perferre, dedignatus non est, in medium depromere non vereor. (Galat. 2.) nam impassibilis corpori patibili semetipsum conjungens, passiones non recusavit, sed salutis meæ gratia sustinuit. Deiparam virginem eo honore non privo, quem dispensationis ministerium gratuito ipsi impertivit. Etenim, carissimi, absurdum fuerit, crucem ignomi-

A δόξασα καὶ τῆς ἀληθείας γεγενῆσθαι ἀντίστοιχον τοὺς τῆς οἰκουμένης φωστῆρας ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνδραμεῖν παρεσκεύασεν· ὧν ὁ μὲν βίος Χριστοῦ εὐωδία ἐστὶ τῷ Θεῷ, ἡ δὲ διάνοια πρὸς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῆς ἀληθείας συνῆπται ἐκφώνησιν. οὐ γὰρ ἄλλα μὲν τοὺς προσερχομένους διδάσκομεν, ἄλλα δὲ περὶ τῶν διδασκομένων πιστεύομεν· ἀλλ' ἡμῖν εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Θεὸς λόγος ὁ αὐτός· πρὸ μὲν πάντων τῶν αἰώνων ἐκ μόνου πατρὸς, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ· ἄνω μόνος ἐκ μόνου, κάτω μόνος ἐκ μόνης. Τὰ αὐτὰ ἀμφότερα B θεϊκῶς, ἀνθρωπίνως δὲ τῇ ἡμετέρᾳ σαρκὶ καὶ νηπιότητι τεχθεῖσαι· ὁ αὐτὸς ἀπαθὴς θεότητι, παθὼν δὲ ὑπὲρ ἡμῶν ἑκουσίως σαρκί· οὐκ ἀκουσίως τὴν οἰκονομίαν δεξάμενος, ἀλλ' ἑαυτὸν κενώσας ἑκουσίως λαβὼν τὴν τοῦ δούλου μορφήν. καὶ λαβὼν, διὰ τί; ἵνα σε σύμμορφον * τῆς οἰκείας δόξης ἐργάσηται· καὶ μαρτυρεῖ Παῦλος λέγων· ἡμῶν δὲ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει· ἐξ οὗ καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τὸ γενέσθαι καὶ αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. ὁ τοίνυν ἑκουσίως λαβὼν τὴν τοῦ δούλου μορ- C φὴν, ὁ τὴν ἕνωσιν μὴ παραιτησάμενος, πῶς τὰ τοῦ δούλου παρῃτήσατο πάθη; εἰ δὲ παρῃτήσατο, τίνος ἕνεκεν παθητὴν οὖσαν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἀνελάμβανεν; ἀλλ' οὐδὲ οὐ παρῃτήσατο, ὅτι λαβὼν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ὑπήκοος γίνεται· ὁ ἄνω ἐξουσιαστὴς, κάτω ὑπήκοος· ὁ ἄνω υἱὸς, κάτω παιδίον. καὶ ἀναμιμνήσκω σε τῆς προφητείας. τί ἐβόα ὁ μακάριος Ἡσαΐας; παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν. τί ἐστι, καὶ ἐδόθη; οὐ μόνον ἐγεννήθη, ἀλλὰ καὶ ἐδόθη· ὁ γὰρ ὢν ἐδόθη· οὗ ἡ ἀρχὴ ἐγενήθη ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ. τί ἐστιν ἡ ἀρχὴ τοῦ Θεοῦ λόγου γενομένου ἀνθρώπου; ἡ ἐκκλησία· καὶ αὐτὸς ἐστὶν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας· πῶς οὖν ἐπὶ τοῦ ὤμου ταύτην φορεῖ; τὸ συντετριμμένον ἐπὶ τοῦ ὤμου βαστάζει· οὗ καὶ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. καλεῖται δὲ διὰ τὴν οἰκονομίαν. τί δέ ἐστι τὸ, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος; ὁ οὖν ἄνω ἐξουσιαστὴς, κάτω ὑπήκοος· ὁ ἄνω υἱὸς, κάτω παιδίον· ὁ ἄνω θαυμαστὸς σύμβουλος, κάτω ἄνθρωπος· ὁ ἄνω Θεὸς ἰσχυρὸς, κάτω ἄνθρωπος ὁ ῥαπιζόμενός τε, καὶ ὑβριζόμενος, καὶ τῷ σταυρῷ E προσηλωμένος, καὶ τὸν διὰ τούτου δεξάμενος θάνατον· πάντα γὰρ ταῦτα τῆς τοῦ δούλου ὄντα μορφῆς, οὐδαμῶς ἡ ταύτην λαβοῦσα θεότης ἐξέκλινεν, ἵνα δι' ἑκάστου τῶν εἰρημένων λύσῃ μὲν ἡμῖν τὰ πρὸς σωτηρίαν κωλύματα, ἀξίαν δὲ τῆς τοσαύτης κενώσεως τὴν εὐεργεσίαν ἡμῖν χαρίσηται. οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ· οὐ παραιτοῦμαι εἰπεῖν ἃ ἐκεῖνος ὑπέμεινεν ὑπὲρ ἐμοῦ. ἀπαθὴς γὰρ ὢν οὐ παρῃτήσατο, ἀλλὰ τῷ παθητῷ συνάψας ἑαυτὸν, οὕτω τὰ ὑπὲρ ἐμοῦ ἐδέξατο πάθη. οὐκ ἀποστερῶ τῆς τιμῆς τὴν θεοτόκον παρθένον, ἣν αὐτῇ ἡ τῆς οἰκονομίας ὑπηρεσία κεχάρισται. καὶ γὰρ καὶ ἄτοπον, ἀγαπητοὶ, σταυρὸν μὲν τὸν ἐφύβριστον βαστάσαντα

τοῖς

ANNO CHRISTI 431.

γ συνεχάλεσεν.

, ὁ αὐτὸς πρὸ

τὰ ἀμφότερα

* add. ex L. καὶ σύμμορφον.

γενέσθαι καὶ αὐτὸ σύμμορφον τῆς δόξης

οὕτως

τί ἐστι;

τοῖς θυσιαστηρίοις Χριστοῦ συνδοξάζεσθαι, καὶ ἐπὶ τοῦ μετώπου τῆς ἐκκλησίας ἐκλάμποντα φαίνεσθαι, τὴν δὲ ἐπὶ τοσαύτῃ εὐεργεσίᾳ δεξαμένην θεότητα, τῆς θεοτόκου ἀποστερηθῆναι τιμῆς. θεοτόκος οὖν ἡ ἁγία παρθένος. Θεὸς γὰρ ὁ ἐξ αὐτῆς τεχθεὶς, οὐκ ἐκεῖθεν τοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν λαβὼν, ἀλλὰ ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως δεξάμενος. μὴ οὖν ἀμέριμνος ἔσο, αἱρετικὲ, ὡς εἰς ἄνθρωπον τὰς βλασφημίας ἐκτείνων. οὐκ ἄνθρωπός ἐστιν, ὁ ὑπὸ σοῦ εἰς τὴν τοῦ δούλου καὶ τοῦ κτίσματος τάξιν καταγόμενος. μὴ ἀνορθοῦ, Ἰουδαῖε, ὡσεὶ ἄνθρωπον ψιλὸν σταυρώσας. οὐχ ὑπὲρ ἀνθρώπου ψιλοῦ ἀλγῶν ὁ μακάριος Δαυὶδ ἐβόα κατὰ τοῦ ἔθνους λέγων· σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον. μὴ καταπιπτέτω τῆς ἐκκλησίας τὸ φρόνημα, ὡς εἰς ἄνθρωπον μόνον ἐλπιζούσης. ἀλλὰ πειθέσθω τῷ μακαρίῳ Παύλῳ λέγοντι· εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, τί μοι τὸ ὄφελος; οὐ κατὰ ἄνθρωπον, οὐδὲ ὑπὲρ ἀνθρώπου οἱ μακάριοι ἀπόστολοι ἐν πληγαῖς, καὶ φυλακαῖς, καὶ αἰκισμοῖς τὴν ἑαυτῶν ζωὴν κατηνάλωσαν· οὐ κατὰ ἄνθρωπον, ἢ ὑπὲρ ἀνθρώπου οἱ ἅγιοι μάρτυρες κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀθλήσαντες, ἐν κατατομῇ τῶν οἰκείων μελῶν καὶ κακώσει τὴν παροῦσαν ζωὴν κατέλιπον· ἀλλὰ ὑπὲρ τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ, τοῦ πρὸ αἰώνων ὑπάρχοντος, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθέντος, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφέντος, καὶ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀχθέντος, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντος, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναληφθέντος, καὶ πεντακοσίοις ἐφάπαξ ὀφθέντος, καὶ ἐν ὄψεσι τῶν μαθητῶν εἰς οὐρανοὺς ἀναχθέντος, καὶ τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἐρχομένου κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. αὕτη ἡμῶν ἡ πίστις· ἐπὶ τούτῳ τῷ θεμελίῳ ᾠκοδομήθη ἡ ἐκκλησία, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. γένοιτο δὲ πάντων ὑμῶν εὐχαῖς φυλαχθέντας ἡμᾶς, δόξαν ἀναπέμψαι τῷ παναγίῳ Θεῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A moſam quæ Chriſtum portavit, cum altaribus Chriſti conglorificari, atque in fronte eccleſiæ ſplendentem apparere; eam vero quæ ad tantum beneficium deitatem ſuſcepit, deiparæ honore privari. Deipara igitur eſt ſancta virgo. Deus enim eſt qui ex ea natus eſt, non quod initium ut eſſet ex ea ſumpſerit, ſed quod ut homo fieret, principia inde hauſerit. Ne igitur, o hæretice, impunitatem tibi polliceare, quaſi in hominem blaſphemas voces detorqueas. Non enim homo eſt, quem tu in ſervorum & creaturarum ordinem rejicis. Ne extollare, Iudæe, perinde ac ſi merum hominem cru- B cifixeris. Non pro puro homine beatus David indignans contra illam gentem exclamat: *Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurva.* Psal. 68. Non concidat eccleſiæ fiducia, quaſi ſpem ſuam in homine tantum poſuerit; ſed beato Paulo fidem habeat, qui ita ait: *Si ſecundum hominem ad beſtias pugnavi Epheſi, quæ mihi utilitas?* 1. Cor. 15. Non ſecundum hominem, neque pro homine beati apoſtoli in plagis, in carceribus, 2. Cor. 11. in flagellis propriam vitam inſumpſerunt; non ſecundum hominem, neque pro homine ſancti martyres per terrarum orbem paſſim decertantes, conciſi afflictique præſen- C tem lucem reliquerunt; verum pro domino noſtro ac Deo; qui cum omnia ſæcula anteceſſiſſet, noviſſime in terris viſus eſt, & Baruch. 3. cum hominibus converſatus, & ut ovis ad Isa. 53. occiſionem ductus eſt, & tertia die exſuſcitatus eſt, 1. Cor. 15. & in cælum aſſumptus, & quingentis fratribus ſimul viſus, Act. 1. & in conſpectu diſcipulorum in cælos ſublatus, unde etiam olim haud diſſimili modo venturus ad vivos ſimul ac mortuos judicandos. Hæc eſt fides noſtra; ſuper hoc fundamentum eccleſia ædificata eſt, adverſus quam portæ inferi non prævalebunt. Matth. 16. Vtinam veſtris preci- D bus munitus dignas quandoque laudes ſanctiſſimo Deo depromere valeam: Cui ſit gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

BEATI CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini ſermo habitus Epheſi in majori eccleſia, quæ vocatur Maria.

DIVES eſt hodie dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dei & Patris ſortem propriam habens. Flectitur enim ei omne genu, & omnis lingua confitetur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Ipſi dominatio in ſæcula ſæculorum. Amen. CAP. VIII. Videtur exordii & epilogi fragmentum. Philipp. 2.

ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Ἀγκύρας ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς γεννήσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὑπανεγνώσθη δὲ καὶ αὕτη ἐν τῇ αὐτῇ συνόδῳ. E

ΛΑΜΠΡΑ καὶ παράδοξος τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις· λαμπρὰ μὲν, ὅτι κοινὴν ἀνθρώποις σωτηρίαν ἐπήγασε· παράδοξος δὲ, ὅτι τὸν τῆς φύσεως λόγον ἐνίκησε. φύσις μὲν γὰρ τὴν τεκοῦσαν οὐκ οἶδεν οὐκέτι παρθένον· ἡ δὲ χάρις καὶ τίκτουσαν ἔδειξε, καὶ παρθένον ἐφύλαξε· καὶ μητέρα ἐποίησε, καὶ παρθενίαν οὐκ ἔβλαψε. χάρις γὰρ ἦν σωφροσύνην φυλάττουσα. ὢ γῆς ἀσπόρου, καρπὸν βλαστησάσης σωτήριον·

THEODOTI SANCTISSIMI epiſcopi Ancyræ homilia habita in die nativitatis ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ & ipſa lecta eſt in eadem ſynodo.

CLARA & admirabilis præſentis cauſa feſtivitatis. Clara quidem, quoniam communem hominibus ceu fons profudit ſalutem: admirabilis autem, quia rationem naturæ vicit. Natura enim poſt partum neſcit ulterius virginem: gratia vero & parentem oſtendit, & virginem ſervavit; & matrem fecit, & virginitati non nocuit. Gratia enim erat caſtitatem ſervans. O terram non ſatam, quæ fructum germinavit ſalutarem! CAP. IX.

Θ

O virginem, quæ ipsum vicit deliciarum paradisum! Ille namque genus sativarum stirpium protulit, ex virgine terra exortis plantis: hæc autem virgo melior est illa terra. Non enim pomorum protulit arbores, sed virgam Iessæ fructum salutarem hominibus afferentem. & illa terra virgo erat, & ista virgo: sed ibi quidem arbores nasci præcepit Deus; hujus autem virginis ipse creator secundum carnem factus est germen. Neque illa terra ante arbores plantaria suscepit; neque hæc ex partu virginitatem læsit. Virgo paradiso gloriosior facta est. Ille enim Dei cultura factus est; hæc autem secundum carnem Deum ipsum excoluit, ubi voluit hominis copulari naturæ. Vidisti quomodo factum est admirabile sacramentum transcendens naturæ rationem? Rem supernaturalem vidisti sola Dei virtute factam? Vidisti Verbum supra rationem generari? Nam qui genitus est, eum esse Verbum Dei, palam est, ex quo virginitatem non solvit. Quæ parit carnem puram, virgo esse desinit: sed quoniam natus est in carne Verbum Dei, custodit virginitatem, seipsum Verbum ostendens. Quando autem Verbum audis, substantiale verbum & subsistens intellige, non hoc quod per os effunditur. Paritur ergo unigenitus Filius Dei, qui etiam Verbum vocatur, non principium ut sit Verbum ex partu percipiens, sed ut sit homo principium in ipso partu habens. Nam erat quidem ante sæcula Deus Verbum genitori coæternum. quia vero homo propter homines fieri voluit; non mutatione divinæ naturæ, sed miraculo & voluntate Dei, tamquam principium ut fieret homo, partum amplexus est: ac propterea ut homo nascitur, & ut Deus Verbum virginitatem servavit. Neque enim nostrum verbum cum paritur corrumpit mentem; neque Deus Verbum substantiale & subsistens, partum eligens peremit virginitatem. Ultra rationem est ergo naturæ quod factum est: & nequaquam descendas ad rationes naturæ: miraculum tibi dico; noli movere ratiocinationes. Deum natum tibi dico nasci volentem, non initium divinitatis capientem. Deus existens proprium sibi fecit partum, non partus ipsum Deum fecit. Quod non erat cum fieri vellet, etiam quod erat mansit. Elegit partum, tamquam dispensationis initium. Factus est homo non mutata *divinitate, non motis terminis divinæ substantiæ: *Tu enim idem ipse es, & anni tui non deficient*, divina scriptura dicit, & : *Tu qui sedes in æternum.* per hoc ostendens divinæ substantiæ immutabilitatem. Et rursus inquit Deus: *Idem ipse sum, & non mutor.* Non ergo mutata substantia Dei factus est homo, neque conversa in naturam aliam. Nam profecto miraculum non esset quod factum est, si naturæ mutatione aliam naturam suscepisset: multæ enim apud nos fiunt hujusmodi rerum mutationes: sed in hoc miraculum fecit Deus, quia manens quod erat, factus est quod non erat. Quod ipsum significans magnus apostolus dicebat: *Qui cum in forma Dei esset. Cum esset*, ait; non qui fuisset aliquando; ut naturæ permansionem ostenderet. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem*

* natura,
Psal. 101.
Baruch. 3.
Malach. 3.
Philipp. 2.

A ὦ παρθένος, αὐτὸν νικήσασα τῆς Ἐδὲμ τὸν παράδεισον· ἐκεῖνος μὲν γὰρ μοσχευτῶν φυτῶν γένος ἀνέτειλεν, ἐκ παρθένου γῆς ἀνατειλάντων φυτῶν, ἡ δὲ παρθένος αὕτη κρείττων ἐκείνης τῆς γῆς· οὐ γὰρ ὀπώρας ἀνέτειλε δένδρα, ἀλλὰ τὴν ῥάβδον Ἰεσσαὶ, καρπὸν σωτήριον τοῖς ἀνθρώποις παρέχουσαν. κἀκείνη ἡ γῆ παρθένος ἦν, καὶ αὕτη παρθένος. ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν φῦναι δένδρα προσέταξεν ὁ Θεὸς, ταύτης δὲ τῆς παρθένου αὐτὸς ὁ δημιουργὸς κατὰ σάρκα γέγονε βλάστημα. οὐδὲ ἐκείνη μόσχευμα πρὸ τῶν δένδρων ἐδέξατο, οὐδὲ αὕτη ἐκ τοῦ τόκου τὴν παρθενίαν ἠδίκησεν. ἡ παρθένος τοῦ παραδείσου ἐνδοξοτέρα γεγένηται· ὁ μὲν γὰρ B Θεοῦ γεώργιον γέγονεν, ἡ δὲ κατὰ τὴν σάρκα τὸν Θεὸν αὐτὸν ἐγεώργησεν, ἑλόμενον ἀνθρώπου συναφθῆναι τῇ φύσει. εἶδες πῶς γέγονε παράδοξον τὸ μυστήριον, παρερχόμενον τὸν τῆς φύσεως λόγον; εἶδες τὸ ὑπὲρ φύσιν πρᾶγμα, Θεοῦ δυνάμει γενόμενον μόνῃ; εἶδες τὸν λόγον ὑπὲρ τὸν λόγον τικτόμενον; ὅτι γάρ ἐστιν ὁ τεχθεὶς λόγος Θεοῦ, δῆλον ἐξ ὧν τὴν παρθενίαν οὐκ ἔλυσεν. ἡ τίκτουσα σάρκα ψιλὴν, τῆς παρθενίας παύεται. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἐτέχθη σαρκὶ ὁ λόγος Θεοῦ, φυλάττει τὴν παρθενίαν, ἑαυτὸν λόγον δεικνύς. ὅταν δὲ λόγον ἀκούσῃς, οὐσιώδη τε καὶ ἐνυπόστατον νόει, μὴ τοῦτον τὸν διὰ στόματος προλεγόμενον. τίκτεται οὖν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ καὶ λόγος καλούμενος, οὐκ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λόγος ἐκ τοῦ τόκου λαβὼν, ἀλλὰ τοῦ γενέσθαι ἄνθρωπος ἀρχὴν τὸν τόκον ποιούμενος. ἦν μὲν γὰρ πρὸ αἰώνων Θεὸς λόγος τῷ γεννήσαντι συναΐδιος· ἐπειδὴ δὲ ἄνθρωπος γενέσθαι δι᾽ ἀνθρώπους ἠθέλησεν, οὐ μεταβολῇ θεϊκῆς φύσεως, ἀλλὰ θαύματι καὶ θελήσει Θεοῦ, ὡς ἀρχὴν τοῦ γενέσθαι ἄνθρωπος, τὸν τόκον ἠσπάσατο. διὰ τοῦτο καὶ ὡς ἄνθρωπος τίκτεται, καὶ ὡς Θεὸς λόγος παρθενίαν ἐφύλαξεν. οὐδὲ γὰρ ὁ ἡμέτερος λόγος τικτόμενος φθείρει διάνοιαν· οὐδὲ λόγος Θεοῦ οὐσιώδης τε καὶ ἐνυπόστατος, τὸν τόκον ἑλόμενος, παρθενίαν διέφθειρεν. ὑπὲρ λόγον οὖν τῆς φύσεώς ἐστι τὸ γενόμενον. καὶ μηκέτι κατάβαινε πρὸς λόγους τῆς φύσεως, θαῦμά σοι λέγω. μὴ κίνει τοὺς λογισμοὺς, Θεὸν τεχθέντα σοι λέγω, ἑλόμενον τόκον, οὐκ ἀρξάμενον τῆς θεότητος. ὢν Θεὸς ᾠκειώσατο τόκον, οὐχ ὁ τόκος αὐτὸν κατεσκεύασε Θεόν. ὃ οὐκ ἦν, γενέσθαι βουλόμενος, καὶ ὃ ἦν ἔμεινεν· αἱρεῖται τὸν τόκον, ὡς τὴν οἰκονομίας ἀρχήν. γέγονεν ἄνθρωπος, οὐ * μεταβληθεὶς τῆς φύσεως, οὐ κινηθέντων τῶν ὅρων θεϊκῆς οὐσίας. σὺ γὰρ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν, ἡ θεία γραφή φησι. καί· σὺ καθήμενος εἰς τὸν αἰῶνα. τούτῳ δηλοῦσα τῆς θεϊκῆς οὐσίας τὸ ἀμετάβλητον. καὶ πάλιν ὁ Θεὸς φησίν· ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι· οὐ κινηθείσης οὖν τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας γέγονεν ἄνθρωπος, οὐδὲ μεταβληθείσης εἰς φύσιν ἑτέραν. ἦ γὰρ ἂν οὐκ ἦν θαῦμα τὸ γεγενημένον, εἰ φύσεως μεταβολῇ φύσιν ἑτέραν ἐδέξατο· πολλαὶ γὰρ ἡμῖν γίνονται πραγμάτων τοιαῦται μεταβολαί. ἀλλ᾽ ἐν τούτῳ θαυματουργεῖ ὁ Θεὸς, ὅτι μένων ὃ ἦν, γέγονεν ὃ οὐκ ἦν. ὃ δὴ καὶ σημαίνων ὁ μέγας ἀπόστολος ἔλεγεν· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων· ὑπάρχων λέγει, οὐχ ὑπάρξας ποτὲ, ἵνα δείξῃ τῆς φύσεως τὸ μόνιμον· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἶσα Θεῷ·

* ἴσ. μεταβληθείσης

NO RISTI 31. Θεῷ· εἶναι λέγει ἴσα Θεῷ, οὐ γενήσεσθαι ποτέ. εἶτα πάλιν βοᾷ λέγων· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. ὁρᾷς πῶς καὶ μένει ὃ ἦν, καὶ ἑαυτὸν ἐκένωσεν εἰς τὴν τοῦ δούλου μορφήν; κἀκεῖνο ὤν, καὶ τοῦτο γενόμενος; θαυματουργήσας, οὐ φύσιν μεταβαλών; θελήσας, οὐκ ἀναγκασθεὶς μεταβολῇ τῆς οὐσίας; ὃ γὰρ λέγει Θεός, ποιεῖ, κἂν ὑπὲρ τὸν λόγον τῆς φύσεως ᾖ τὸ λεγόμενον· ἔχει γὰρ καὶ δύναμιν θαυματουργεῖν δυναμένην, καὶ οὐκ ἐκδεχομένην τοὺς λόγους τῆς φύσεως. διὰ τοῦτο καὶ ὑπάρχει Θεός, καὶ κενοῦται εἰς δούλου μορφήν· καὶ ἴσος ἐστὶ Θεῷ, καὶ ἄνθρωπος γίνεται· καὶ ἔστι προαιώνιος, καὶ τόκον ὑφίσταται· καὶ ταῦτα θαυματουργεῖ, ἅπερ οὐκ οἶδεν ὁ λόγος τῆς φύσεως.

Ἔνθεν καὶ τοῖς Ἕλλησι μωρία λογίζεται τοῦ Χριστοῦ τὸ μυστήριον, καὶ Ἰουδαῖοι σκάνδαλον λέγουσι τῆς οἰκονομίας τὸν λόγον· ὃ καὶ Παῦλος ἐδήλου, λέγων· κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν. διὰ τί μωρίαν τοῖς Ἕλλησιν; ὅτι ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος, μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστί· τῇ γὰρ φύσει παρακαθήμενος ὁ ψυχικός, καὶ λογισμοῖς ψυχῆς τὰ πάντα διερευνώμενος τὰ θαύματα τοῦ Θεοῦ μωρίαν λογίζεται, οὐκ ἔχοντα μεθ' ἑαυτῶν τὸν λόγον τῆς φύσεως. καὶ γὰρ ἀκούων Ἕλλην, ὅτι κεκλεισμένης τῆς θύρας εἰσῆλθεν ὁ σωτήρ, διαγαγὼν τὸ παχὺ τοῦτο σῶμα, καὶ τόπου δεόμενον, γελᾷ οὐ πιστεύων τῷ θαύματι, ἀλλὰ ζητῶν τὸν λόγον τοῦ πράγματος. καὶ ἀκούων, ὅτι παρθένος τεκοῦσα, μεμένηκε παρθένος, μωρίαν ἡγεῖται τὸν λόγον, οὐ μαθὼν πιστεύειν θαυματουργίαν Θεοῦ. οὐκοῦν καὶ ἀκούων ἀμεταβλήτως Θεὸν γενόμενον ἄνθρωπον, ἀδύνατον τὸ γενόμενον οἴεται, φύσεως κἀνταῦθα μεταβολὰς ἀπαιτῶν. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐδίδαξεν ὁ Παῦλος, εἰπών, τὸν ὄντα ἴσα Θεῷ, γεγενῆσθαι ἄνθρωπον. ἑαυτὸν γὰρ κεκενωκέναι φησί, μὴ ἀποβαλόντα τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος. διὸ καὶ ἔλεγεν· ἡμεῖς κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν. καὶ διὰ τί Ἕλλησι μωρίαν; εἰ ψιλὸς ἐσταύρωται ἄνθρωπος, οὐδενὶ νομίζεται μωρὸν τὸ κατὰ φύσιν γινόμενον· εἰ ὃ ἐπεφύκει, πέπονθε, πῶς νομίζεται μωρὸν τὸ διήγημα; ἀλλ' ἐπειδὴ Χριστόν, φησί, κηρύσσομεν ἐσταυρωμένον, * πάλιν λέγομεν Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν. αὐτοῖς γὰρ τοῖς κλητοῖς, φησί, Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι κηρύσσομεν Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν· τὸν ἐσταυρωμένον, φησί, κηρύττοντες Θεοῦ σοφίαν, μωρίαν λέγειν τοῖς Ἕλλησι νομιζόμεθα, πιστεύειν οὐκ εἰδόσι θαυματουργίαν Θεοῦ, ἀλλὰ περὶ πάντων φύσεως κινεῖν λογισμούς· καὶ ἡγουμένοις ὑβρίζειν Θεόν, οἰκειωσάμενον πάθη, ἵνα σώσῃ τὸ παθητόν. οὐ γὰρ τὸν ἀνυόμενον ὁρῶσι σκοπόν, σωτήριον ὄντα, καὶ τῇ ἀγαθότητι πρέποντα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ μόνον, ὅτι Θεὸς ἑαυτῷ συνῆψε παθήματα, λέγουσιν, οὐ σκοποῦντες τὸ ἐκ τούτου τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας κατόρθωμα. οὐδὲν δὲ τῶν σωζόντων ἄνθρωπον, ὑβρίζει Θεόν, τούτοις δεικνύμενον οὐ παθητόν, ἀλλὰ φιλάνθρωπον. ἀλλὰ ἀνθρώπου πάθη, φησίν, οὐ τολμῶ προσάψαι Θεῷ. οὐκοῦν οὐδὲ σώζειν αὐτὸν τοῖς πάθεσι τὸν ἄνθρωπον λέγεις, οὐδὲ σταυρῷ στηλιτεύειν

δι πα-

Deo. Esse dicit æqualem Deo, non futurum aliquando. Deinde rursus clamat, dicens: *Sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* (Ibidem.) Vides quia & manet quod erat, & seipsum in servi formam exinanivit? Et illud existens, & hoc factus? miraculum faciens, non naturam mutans? volens, non coactus mutatione substantiæ: Quod enim dicit Deus, facit, licet ultra rationem naturæ sit quod dicitur: habet enim & virtutem miraculum facere valentem, & non expectantem naturæ rationes. Propterea & est Deus, & exinanitur in servi forma: & æqualis est Deo, & homo fit: & est ante sæcula, & partum sustinet: & ea miracula facit, quæ ratio naturæ nescit.

Hinc & gentilibus stultitia reputatur Christi sacramentum, & Iudæi scandalum dicunt dispensationis * rationem: quod & Paulus significabat, dicens: *Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* (* doctrinæ. 1. Cor. 1.) Quare stultitiam gentibus? Quia *animalis homo non percipit quæ spiritus sunt: stultitia enim ei est.* (1. Cor. 2.) Naturæ enim adhærens ille animalis, & qui rationibus animæ omnia perscrutatur, miracula Dei stultitiam reputat, cum non habeant secum naturæ rationem. Audiens namque gentilis, quia clausa janua ingressus est salvator, transmittens hoc corpus crassum, & loco egens, ridet non credens miraculo, sed quærens rationem rei. (Ioan. 20.) Et audiens quia virgo cum peperisset, mansit virgo, stultitiam putat sermonem, quia non didicit credere Dei miracula. (Matth. 1.) Ergo cum audit etiam immutabiliter Deum hominem factum, impossibilem eam rem putat, naturæ mutationes hic quoque exigens. Sed non ita Paulus edocuit, dicens, eum qui æqualis est Deo, factum hominem. (Philipp. 2.) semetipsum namque exinanisse dicit, non amittentem plenitudinem divinitatis. Vnde etiam dicit: *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* (1. Cor. 1.) Et quare gentibus stultitiam? si purus crucifigitur homo, nemo putat stultum quod naturaliter agitur. Si quod naturaliter pati poterat, patitur, quomodo putatur stulta narratio? Sed quoniam ait, Christum crucifixum prædicamus, quem rursum dicimus Dei virtutem, & Dei sapientiam, (*ipsis enim*, inquit, *vocatis Iudæis & Græcis prædicamus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam;*) (Ibidem.) eum qui crucifixus est, inquit, esse Dei sapientiam prædicantes, stultitiam loqui nos Græci putant, credere nescientes miracula facienti Deo; sed de omnium rerum natura moventes ratiocinationes, & æstimantes injuriam inferri Deo, si appropriasse sibi passiones dixerimus, ut quod erat passibile salvum faceret. Non enim perfici vident illud propositum salutare, & Dei bonitati conveniens: sed solum, quia Deus sibi copulavit passiones dicunt, non considerantes ex hac re humanæ salutis opus fuisse perfectum. Nihil autem horum, quæ salutaria sunt homini, injuriam Deo facit: quibus non passibilis, sed elemens ostenditur. Sed hominis, inquit, passiones non audeo Deo tribuere. Ergo neq; eum passionibus salvare hominem dicis, neq; cruce quasi titulo notasse potentiam

PART. III. CAP. IX.

diaboli, neque nostrum peccatum affixisse A ligno, neque suis passionibus sanasse hominum passiones, neque morte dicis eum destruxisse mortem. Si enim Deus non sibi proprias asseruit passiones, unde passionibus Christi tot recte facta? quomodo sunt factæ virtutes? quomodo morte perempta esset mors, nisi Deus propriam sibi eam fecisset? Sed istæ passiones propriæ factæ Dei, virtutem quidem tot rerum bene gestarum ex divinitate perceperunt, ut quæ Deo appropriatæ fuerunt, substantiæ vero divinitatis non nocuerunt, in sua semper impassibilitate duranti. Quomodo affixum est ligno quod contra nos erat peccati chirographum, B homine puro sustinente mortem? Quomodo autem crux peccatum crucifixisset, aut mors mortis tyrannidem destruxisset, nisi hæc fuissent Dei, & ab illo virtutem sumpsissent, qui nostra sibi facta propria vindicavit, * non patiente ipsius natura? Quod ipsum significans ille magnus apostolus dicebat: *Quia nullus principum sæculi hujus dominicæ passionis sacramentum cognovit. Si enim cognovissent*, inquit, *nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* Propterea dicimus & manere eum quod erat, & factum quod non erat. In substantia namque manens quod erat, suscepit passiones, cum semetipsum unisset naturæ passibili. Subjectus factus est, C regnum non deponens: factus est homo, manens Deus ac Verbum, cum esset ex natura incorporeus, absque immutatione factus est caro. Quomodo & quemadmodum? Non sicut tu cogitare potes, sed sicut ille ad miracula facienda pollet. Quando enim miraculum tibi dico, desere rationes. Signa enim & prodigia fide in Deum roborantur, non rationibus exquiruntur. Non enim ullum aliud miraculum secundum rationem nostram evenit; & tamen singula facta sunt, licet ratio nostra rem non assequatur. Hæc magi quoque confessi sunt stellæ credentes, & non perscrutantes naturam. Barbari suscipiunt fide miracula, & fidelis tu cur incredulus es, & in rationem humanam concidis? Qui ex Chaldæa venerunt, sicut euangelista dicebat, hodie ipsi suis muneribus mysterium monstraverunt, si quis barbarorum illorum propositum recte considerer. Triplicem namque munerum speciem afferunt, aurum, thus, & myrrham. Aurum quidem, quia is rex est qui honoratur: thus, quia Deus erat qui natus est: id enim secundum consuetudinem offerebant eis quos ipsi putabant deos: obtulerunt quoque & myrrham, passionem, ut E arbitror, mortis per hanc annuntiantes. Vides quomodo etiam magi cognoverunt quia & Deus mansit, & homo factus est, suscipiens mortem? Factus est enim quod ego, ut nostram elevaret naturam ad dignitatem suam. Vnitas enim hoc facit, utrique quæ alterius sunt conjungens. Propterea ergo cum Deus esset, homo factus est, ut homo fieret Deus, hac copulatione ad divinam gloriam elevatus; ut unus idemque sit & divine glorificatus, & quæ sunt humana perpessus. Et hoc nobiscum confessi sunt, confitentes unitatem

Coloss. 2.

* cum in sua natura non pateretur?

1. Cor. 2.

Math. 2.

διαβόλου τὴν δύναμιν· οὐδὲ τὴν ἡμῶν ἁμαρτίαν προσηλωκέναι τῷ ξύλῳ, οὐδὲ τοῖς ἰδίοις πάθεσιν τὰ τῶν ἀνθρώπων ἰᾶσθαι παθήματα, οὐδὲ θανάτῳ λέγεις αὐτὸν καταργῆσαι τὸν θάνατον. εἰ γὰρ οὐκ ᾠκειώσατο τὰ πάθη Θεὸς, πόθεν τοῖς πάθεσι τοῦ Χριστοῦ τὰ τοσαῦτα κατορθώματα; πῶς ἐγίνοντο δυνάμεις; πῶς ἀναιρεῖται θανάτῳ ὁ θάνατος, εἰ μὴ Θεὸς αὐτὸν ἴδιον ἐποιήσατο; ἀλλὰ ταῦτα τὰ πάθη οἰκειωθέντα Θεῷ, τὴν μὲν ἰσχὺν τῶν τοσούτων κατορθωμάτων ἐκ θεότητος ἔλαβεν, ὡς Θεοῦ ἴδια γεγενημένα, οὐσίαν δὲ θεότητος οὐ παρέβλαψεν, ἐν τῇ ἑαυτῆς ἀεὶ μενούσαν ἀπαθείᾳ. πῶς γὰρ προσηλώθη τῷ ξύλῳ τὸ καθ' ἡμῶν τῆς ἁμαρτίας χειρόγραφον, ἀνθρώπου ψιλοῦ τὸν σταυρὸν ὑπομείναντος; πῶς δὲ σταυρὸς ἁμαρτίαν ἐσταύρωσεν, ἢ θάνατος θανάτου τὴν τυραννίδα διέλυσεν, εἰ μὴ ταῦτα γέγονε Θεοῦ, καὶ παρ' ἐκείνου τὴν δύναμιν ἔλαβεν, οἰκειωσαμένου τὰ ἡμέτερα, οὐ παθόντος φύσει; ὃ δὴ καὶ σημαίνων ὁ μέγας ἀπόστολος, ἔλεγεν· ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, τοῦ κυριακοῦ πάθους τὸ μυστήριον ἔγνωκεν· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, φησὶν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τὸν δόξης ἐσταύρωσαν, διὰ τοῦτο λέγομεν, καὶ μένειν αὐτὸν ὃ ἦν, καὶ γεγονέναι ὅπερ οὐκ ἦν. τῇ γὰρ οὐσίᾳ μένων ὃ ἦν, ἐδέξατο πάθη, ἑαυτὸν ἑνώσας τῇ φύσει τῇ παθητῇ. ὑπήκοος γέγονε, βασιλείαν μὴ ἀποθέμενος· γέγονεν ἄνθρωπος, μείνας Θεός τε καὶ λόγος· ἀσώματος ὢν τὴν φύσιν, ἀναλλοιώτως γέγονε σάρξ· πῶς, καὶ τίνα τρόπον; οὐχ ὡς λογίζεσθαι δύνασαι, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνος θαυματουργεῖν ἐστιν ἱκανός. ὅταν γὰρ θαῦμά σοι λέγω, κατάλειπε λογισμούς. σημεῖα γὰρ, καὶ τεράστια τῇ τοῦ Θεοῦ πίστει κρατύνεται, καὶ οὐκ ἐρευνᾶται τοῖς λόγοις. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι τῶν θαυμάτων κατὰ λόγον ἐστὶ τὸν ἡμέτερον, ἀλλ' ὅμως γέγονεν ἕκαστον, κἂν ὁ λογισμὸς ἡμῶν οὐκ ἐφικνεῖται τοῦ πράγματος. ταῦτα καὶ μάγοι ὡμολόγησαν, ἀστέρι πιστεύσαντες, καὶ οὐ πολυπραγμονήσαντες φύσιν. Βάρβαροι δέχονται πίστει θαύματα, καὶ ὁ πιστὸς σὺ τί ἀπιστεῖς, πρὸς λογισμὸν καταπίπτων ἀνθρώπινον; οἱ ἐκ Χαλδαίας παραγενόμενοι, ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς ἔλεγε, σήμερον αὐτοῖς τοῖς δώροις τὸ μυστήριον ἔδειξαν τῷ τὸν σκοπὸν τῶν βαρβάρων συνορῶντι καλῶς. τριττὸν γὰρ εἶδος τῶν δώρων προσκομίζουσι, χρυσὸν, λίβανον, σμύρναν· χρυσὸν μὲν, ὅτι βασιλεὺς ὁ τιμώμενος. λίβανον δὲ, ὅτι Θεὸς ἦν ὁ τεχθείς· τοῦτον γὰρ ἐξ ἔθους προσεκόμιζον τοῖς ὑπ' αὐτῶν νομιζομένοις θεοῖς· προσφέρουσι δὲ καὶ σμύρναν, τὸ πάθος, οἶμαι, τοῦ θανάτου ταύτῃ μηνύοντες. εἶδες πῶς καὶ μάγοι ἐπέγνωσαν, ὅτι καὶ Θεὸς ἔμεινε, καὶ ἄνθρωπος γέγονε, δεχόμενος θάνατον; γέγονε γὰρ ὅπερ ἐγὼ, ἵνα τὴν ἡμετέραν ἀναβιβάσῃ φύσιν πρὸς τὴν ἰδίαν ἀξίαν. ἡ γὰρ ἕνωσις τοῦτο ποιεῖ, ἑκατέρῳ τὰ τοῦ ἑτέρου συνάπτουσα. διὰ τοῦτο οὖν Θεὸς ὢν, ἄνθρωπος γέγονεν, ἵνα καὶ ἄνθρωπος γένηται Θεὸς, τῇ συναφείᾳ ταύτῃ πρὸς θείαν δόξαν ἀναγόμενος· ὡς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι θεϊκῶς τε δοξαζόμενον, καὶ πάσχοντα τὰ ἀνθρώπινα. καὶ ταῦτα * μὲν συνωμολόγησαν, * ὁμολογοῦντες

θεότητα

ANN. CHRIST. 431.

* ἴσ. ἡμῖν

* ἵνα πάντες ἓν ὦσιν, ὁμολογοῦντες

ANNO CHRISTI 431.

θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα. τὸ γὰρ ἑνωθὲν, οὐκέτι δύο, ἀλλ' ἓν ὀνομάζεται. τῇ δὲ ἐννοίᾳ πάλιν εἰ διαιρεῖς, καὶ ἕκαστον κατ' ἰδίαν σκοπεῖς, οὐκοῦν λύεις τὴν ἕνωσιν· ἀδύνατον γὰρ ἅμα καὶ φυλάττειν τὴν ἕνωσιν, καὶ ἑκάτερον κατ' ἰδίαν σκοπεῖν. ἀλλὰ τὸ ἑνωθὲν, ἀλύτως ἓν γέγονε, καὶ οὐκέτι γίνεται δύο. ἀλλ' ἐπινοίᾳ μόνῃ χωρίζω, φησίν. οὐκοῦν τῇ αὐτῇ ἐπινοίᾳ καὶ τὴν ἕνωσιν ἔλυσας· ᾧ γὰρ διΐστᾷς τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, τούτῳ καὶ τὴν συνάφειαν ἔτεμες. τί οὖν ἀναλύεις οἰκονομίαν σωτήριον, δύο νοῶν, καὶ τὴν ἕνωσιν ἀθετῶν; ἀλλὰ καθὰ καὶ ὁ μέγας ἀπόστολός φησιν, Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν λέγων αἰώνιόν τε καὶ Θεὸν, καὶ ἀπὸ χρόνων ἀρχόμενον ἄνθρωπον, τὸ μὲν ὄντα πρότερον, τὸ δὲ γινόμενον ὕστερον. ἀλλὰ πῶς, φησὶν, ὁ μονογενὴς δοῦλος γεγένηται, μείνας ὃ ἦν, καὶ γινόμενος ὃ οὐκ ἦν; εἰ βούλει τοῦτο μαθεῖν, μάθε ὅτι γέγονε· τὸ δὲ πῶς γέγονεν, ὁ θαυματουργήσας ἐπίσταται μόνος. οὐδὲ γὰρ σύ μοι δυνήσῃ λέγειν, πῶς ὁ τῶν Αἰγυπτίων ποταμὸς αἷμα γεγένηται, ἀμεταβλήτου μεινάσης τῆς τοῦ ὕδατος φύσεως. καὶ γὰρ ὡς ὕδατι μὲν οἱ Ἑβραῖοι κέχρηντο, αἷμα δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ Νεῖλος ἐγένετο· καὶ γέγονεν ὃ οὐκ ἦν, μείνας ὃ ἦν. εἰπέ μοι τὸν τρόπον· ἀλλ' οὐκ ἔχεις εἰπεῖν· θαῦμα γάρ ἐστι Θεοῦ, λογισμοὺς παραθεύμενον. πῶς δὲ καὶ τὸ φῶς ἐν Αἰγύπτῳ γέγονε σκότος, οὐ σβεσθὲν, ἀλλὰ μένον ὃ ἦν; ἡμέρα γὰρ τοῖς Ἰσραηλίταις ἦν, καὶ λαμπρὸν αὐτοῖς παρεῖχε τὸ φῶς· τοῖς δὲ Αἰγυπτίοις τὸ φῶς τοῦτο γέγονε σκότος· καὶ ἓν τὸ ὁρώμενον ὂν, φῶς τε ἦν ὁμοῦ καὶ σκότος, οὐδὲ ἐκ τούτου μεταβληθὲν, κἀκεῖνο γινόμενον. οὐδὲ γὰρ τοῦ φωτὸς παθόντος σκότος ἐγένετο, τοῦ Θεοῦ θαυματουργοῦντος, καὶ τὸν λόγον οὐκ ἐκδεχομένου τῆς φύσεως. πῶς οὖν τὸ ὕδωρ τοῦ Νείλου, μεῖναν ὕδωρ, αἷμα γεγένηται; ἢ πῶς ἐπὶ τῆς ἰδίας φύσεως μεῖναν τὸ φῶς, σκότος ἐγένετο; οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἔφθαρται, κἀκεῖνο γεγένηται· οὐδὲ γὰρ ἐφθάρη ἡ φύσις τοῦ ὕδατος· καὶ ἐδήλουν οἱ Ἑβραῖοι, τοῦτο πότιμον ἔχοντες. ἀλλ' ἔμεινε καὶ αὐτὴ ἡ φύσις ἐν ἰδίοις ὅροις, καὶ γέγονεν αἷμα, ὅπερ οὐκ ἦν, Θεοῦ ὑπὲρ λόγον δεικνύντος τὸ θαῦμα. ἡ δὲ Βαβυλωνία φλὸξ πῶς δρόσος τοῖς τρισὶν ἐγένετο παισί; καὶ γὰρ φλὸξ ἦν, καὶ δρόσος ἐγίνετο· καὶ ἄμφω ταῦτα δηλοῦνται τῇ ἐνεργείᾳ· ὅτι μὲν γὰρ δρόσος ἦν, οἱ τρεῖς διδάσκουσι παῖδες, ταύτῃ καταψυχόμενοι· ὅτι δὲ καὶ φλὸξ ἦν, οἱ ταύτῃ κατακαυθέντες μηνύουσι Βαβυλώνιοι. εἶδες πῶς τὸ πῦρ, καὶ δρόσος ἐγένετο, οὐ δύο πράγματα, οὐδὲ δύο φύσεις, ἀλλ' ἓν ἦν, καὶ τὸ ὁρώμενον, ὅπερ ἦν φλὸξ, τοῦτο γέγονε δρόσος· καὶ μαρτυροῦσιν οἱ δίκαιοι. μηκέτι οὖν ἐρώτα με τὸν τῶν Θεοῦ σημείων τὸν τρόπον. πάλιν γὰρ ἐρῶ σοί· τὰ θαύματα δείκνυσι μὲν ὅτι γέγονε, Θεῷ δὲ καταλιμπάνω εἰδέναι τὸν θαυμάτων τὸν λόγον. εἶτα εἰπέ μοι· ταῦτα θαυματουργεῖ Θεὸς, καὶ τὴν φλόγα δρόσον ποιῶν; οὐδὲ φλόγα μεταβαλὼν, καὶ πρὸς δρόσον αὐτὴν μεθιστῶν, τυράννου τὴν ἀπόφασιν λῦσαι βουλόμενος, καὶ ἠδικημένοις ἐκδικῆσαι θέλων, καὶ τοὺς αἰτίους καταναλῶσαι βουλόμενος βαρβάρους· καὶ θαυματουργεῖ

A divinitatis & humanitatis. Quod enim unitum est, nequaquam duo, sed unum nominatur. Mente autem rursus si dividis, & unumquodque seorsum contemplaris, nimirum solvis unitatem. Impossibile est enim simul & custodire unitatem, & utrumque seorsim considerare. Sed quod est unitum, insolubiliter unum factum est, & nequaquam fiunt duo. Sed * mente sola divido, inquis. Ergo eadem * mente unitatem solvisti. nam quo disjungis ab altero alterum, eodem copulationem dividis. Quid ergo dissolvis dispensationem salutarem, duo intelligens, & unitatem repellens? Sed ut magnus quoque apostolus ait: B *Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula*; unum & eumdem dicens æternumq; & Deum, & hominem a tempore initium habentem, ex quibus alterum prius erat, alterum factus est posterius. Sed quomodo, inquit, unigenitus servus factus est, manens quod erat, & factus quod non erat? Si vis cognoscere, disce quia factus est: quomodo vero factus sit, solus ille miraculorum opifex novit. Neque enim tu mihi dicere poteris, quomodo Ægyptiorum fluvius sanguis est factus, immutabili aquarum permanente natura. Etenim velut aqua quidem utebantur Hebræi, sanguis autem Ægyptiis Nilus est factus; & factus est C quod non erat, manens quod erat. Dic mihi modum, sed non poteris dicere. miraculum namque Dei est, fugiens rationem. Quomodo etiam lumen in Ægypto factæ sunt tenebræ, non extincto lumine, sed manente quod erat? Dies enim Israelitis erat, & clarum eos circumfulgebat lumen, Ægyptiis autem hoc lumen factæ sunt tenebræ: & cum unum esset quod videbatur, lumen erat simul & tenebræ, neque ex hoc mutatum, & aliud factum. Non enim lumine patiente tenebræ factæ sunt, Deo nimirum faciente miracula, & rationem non expectante naturæ. Quo- D modo ergo aqua Nili manens aqua, sanguis est facta? aut quomodo in sua natura manens lumen, tenebræ factæ sunt? Neque enim hoc corruptum est, & illud factum. Non enim corrupta est aquarum natura: quod ostendebant Hebræi, hanc habentes potabilem: sed mansit ipsa natura in suis terminis, & facta est sanguis, quod non erat, Deo quippe ultra rationem ostendente miraculum. Babylonica quoque flamma quomodo ros tribus facta est pueris? Nam & flamma erat, & ros facta est: & ambo hæc ipso ostenduntur effectu. Quia quidem ros erat, tres edocent pueri per hanc refrigerati: quia vero etiam flamma erat, qui per hanc exusti sunt indicant Babylonii. Vi- E des quemadmodum ignis mansit ignis, & ros est factus: non duæ res, neque duæ naturæ, sed unum erat, idemque quod videbatur: quod erat flamma, hoc factum est ros, [non flamma mutata, & manifestant hoc Babylonii; sed manente quod erat, facta est ros,] & testatur justi. Nequaquam ergo ultra interroges me modum signorum Dei; rursus enim dicam tibi: Miracula ostendunt quidem quia facta sunt, Deo autem relinquo miraculorum nosse rationem. Proinde dic mihi, hæc miracula fecit Deus, & flammam rorem fecit, neque flammam mutans, & in rorem illam convertens; solvere volens tyranni sententiam, & vindicare studens injustitiam passos, atque noxios consumere barbaros: & hujusmodi mira-

PART. III. CAP. IX.

* intelligentia

* intelligentia

Hebr. 13.

Exod. 7.

Exod. 10.

Dan. 3.

miracula Deus operatus est, ignem in suis A custodiens terminis, & rorem ostendens. Et ut tres pueri liberarentur, talia miracula fecit Deus: ut autem mundum salvum faceret Deus, dubitas quia ipse manens Deus factus est homo? Non indiguit flammam mutare ut rorem efficeret; & ipse fieri volens homo propter salutem hominum, suam naturam permutare necesse habuit? Ignis manens factus est ros, & tu dicis, Quomodo permanet Deus & fit homo? Quia naturam nostram salvare volens Deus, non per alios salutem nostram, sed per semetipsum molitus est: quia omnis creatura infirma erat ad salutem nostram, cum inolitus in nobis esset vitii & erroris habitus: nam longa nequitiæ consuetudo pro natura hominibus erat, & repellebat naturam. Prophetabat propheta, at deficiebat ratio, cum a nequitia superaretur. Angeli nostræ salutis ministri erant; & attestatur magnus Paulus de angelis dicens: *Numquid omnes sunt administratorii spiritus, ad ministerium destinati propter eos qui salutem hereditate possessuri sunt?* Angelus melior natura, ministrabat ad salutem nostram; sed non liberabatur homo, ad nequitiam sponte incumbens. Imbecilla igitur erant omnia ad vincendam hominum negligentiam. Nequitia enim improborum, bonorum studia superabat. non quia vincitur Deus; sed quia arbitrio liberæ potestatis virtutem committit. Necessitate enim non cogit te ad recte facta, neque nolentem trahit ad virtutem, ut voluntariam ipse virtutem comparans, illam tuum opus efficias. Quid ergo? Quoniam & prophetæ victi erant, nihil proficiebant doctores, & lex infirma erat, & angelorum studia frustra erant, voluntate hominum non sequente quæ bona sunt; ipse naturæ creator advenit, ut naturam victam erigeret; & advenit non sonitu perstrepens tamquam Deus, neque tonitruis aures percutiens, neque nube circumamictus, & ignem terribilem in nube demonstrans, neque tubæ sono audientes terrens, sicut olim Iudæis apparuit, ut timorem injiceret [indevotis;] neque arcens famulum, sed eum gratia magis & bonitate evocat. [Propterea non venit cum imperiali fastigio,] nec satellitium inducit archangelorum; non movet angelorum exercitus; non enim terrere volebat fugitivum suarum legum: sed venit omnium dominus in servi forma, paupertate circumamictus, ut prædam non absterreret; in ignobili nascitur loco, obscurum agrum ad nativitatem eligens; de paupere nascitur virgine, & omnia vilia suscipit, ut sine strepitu ad salutem hominem venaretur. Nam si nobiliter natus esset, & divitiis multis circumamictus accessisset, dicerent utique infideles quoniam divitiarum largitas mutationem orbis terrarum fuisset operata. Si maximam Romam elegisset, rursus potentiæ civium mutationem orbis terrarum tribuerent. Si filius fuisset imperatoris, potentiæ utilitatem ascriberent. Si legislatoris factus fuisset filius, ejus præceptis utilitatem

Hebr. 1.

Exod. 19.

Scripſi itaque tum veſtræ pietati, tum inclytis quoque reginis, recte admodum id faciens, non ut diſſenſionem, aut perturbationem aliquam ſacratiſſimæ veſtræ aulæ cierem; abſit. non enim ita excors, mentiſque inops ſum: ſed non ignarus, illos qui ad hoc ordinati ſunt ut ſanctiſſimo Deo ſacrificent, ſobrios vigilanteſque eſſe debere, & illud diſpicere, quod illi probetur, idque non negligenter facere, veritos ſi in ea functione aliquatenus ſocordes extiterint, certam ſibi perniciem impendere. Oportet enim ut eos in fide confirmemus, qui jam in dominum noſtrum Ieſum Chriſtum crediderunt, quos ſanguine ſuo acquiſivit, ſinceroſque adoratores effecit, ac genus electum, regale ſacerdotium, gentem ſanctam, populumque acquiſitionis vocavit; ut virtutes ejus annuntient, qui omnes [e tenebris] vocavit in admirabile lumen ſuum. Itaque ubi de his præcepit, qui in ſacerdotum ordinem cooptati ſunt, ad Ezechielem prophetam ita loquitur: *Fili hominis, loquere filiis populi tui, & dic ad eos: Terra, ſupra quam induxero gladium, & tulerit populus terræ hominem unum de ſuis, & dederit eum in ſpeculatorem; & viderit gladium ſuper terram venientem, & cecinerit tuba, ac ſignificaverit populo meo; is autem qui tubæ vocem audierit, ſe non cuſtodiverit, & ideo gladius veniens ipſum comprehenderit; ſanguis ipſius in caput ejus erit, eo quod cum tuba vocem audiſſet, ſibi non caverit: & alter quia cuſtodivit ſe, animam ſuam eripuit. Si vero ſpeculator viderit venientem gladium, & tuba non ſignificaverit, nec populus ſe cuſtodiverit, veneritque gladius, & animam ex ipſis abripuerit; ipſa quidem propter ſuam iniquitatem capta eſt; ſanguinem tamen ejus de manu ſpeculatoris requiram.* Operæ precium autem erit horum verborum vim non indiſcuſſam præterire. Non enim mediocriter juvabit, ſi eorum abdita intelligentia in appertum latius proferetur. Cum ergo barbarica aliqua irruptio expectatur, civitatis præſides, curamque illius gerentes, in ſpeculis aut editioribus turribus quoſdam collocant, qui directo in agrum proſpectu indeſinenter oculos hac illac circumferant, pervigili ſtudio ne quis hoſtium irrumpat obſervantes. Quod ſi hoſtiles inſidias tempeſtive civitati denuntiaverint, digni cenſentur haud mediocri honore: ſi vero per illorum deſidiam civitatem capi, hoſtileve quid pati contigerit, ipſi pœnas capitibus ſuis luent, ultimaque ſupplicia expendent. Ad eumdem fere modum unuſquiſque ſacerdotum, (quandoquidem ſpeculator a domino conſtitutus eſt) ſiquidem populis curæ ſuæ commiſſis malum quod lædere ſolet annuntiaverit, coronam hac vigilantia ſibi conciliabit. Quod ſi tacuerit, incidet in mala

1. Petr. 2.

Ezech. 33.

PART. III CAP. XIII.

ANNO CHRISTI 431.

quæ per iram Dei irrogari solent; quippe cum suo silentio haud mediocri damno affecerit eos, quos vocibus ad rectam viam dirigendos acceperat. Susceptum itaque erat bellum non adversus aliquem vulgarem, nobisve similem hominem, sed adversus omnium nostrum salvatorem Christum dominum. Scriptum namque est, neminem dicere anathema Iesum, nisi in Beelzebub, hoc est, neminem negare Christum, nisi satanam habeat, qui ad hoc illum instiget. neque quisquam est, qui hoc in dubium vocet. Draco igitur apostata ille, hoc est satanas, virum sacerdotem incautum, ac potius mente seductum nactus, & linguam adeptus temerariam, & ad veritatis dogmata inconsiderate calumniandum Christique salvatoris nostri gloriæ detrahendum promptissimam, (erat enim petulans, effrenatoque impetu quævis etiam absurdissima audacter aggrediens,) turbis seditionibusque omnes ecclesias adimplevit. Oppugnata autem ad hunc modum recta fide, ubique oriebantur dissensiones, & multa cura solicitabantur ei etiam, qui jam crediderant, num erraverint quod Christum verum Deum esse putassent. Et quid inde secutum est? Pestifera quædam lues orbem depascebatur universum, originem quidem habens ex mendacio, patrem vero satanam. Cum itaque a Deo speculatores constituti simus, ut populorum curam geramus; quomodo nobis non incumbebat, ut admodum alacriter sacra ecclesiasticaque tuba arrepta; his qui pietatem servare cupiunt, diabolici *laquei invasionem detegeremus? Quam enim pœnam Deus paravit tacentibus? *Sanguinem*, inquit, *ejus de manu tua requiram.* At erat religiosissime rex, tutum immotumque cor tuum. Erat sane, & hoc ipse profiteor; potius autem res ipsæ hoc clamant, longusque præterea temporum tractus testatur, quo omnium approbatione, cum pietatem colueritis, cum majorum vestrorum gloria certatis: imo vero, quia illis gloriosum est quod a vestra serenitate superantur, nihil veritus merito dixerim, meliorem hac de re honestioremque vos tulisse sententiam. Novi quam immota vobis insit fides, quam firma in Christum dilectio. Scripsi vero non inutiliter, ad hoc ut ipsi aliis, imo vero ecclesiis omnibus turbatis opem feratis: vestri enim moris est conservare. Vt ergo tuba, quæ barbarorum insultus denuntiat, robustissimum quidem ac pugnacissimum quemque tantum condecentis generositatis admonet, timidum vero tironemque cautum reddit, ne qua ratione in hostium acies per imprudentiam incidens, crudelitatis ipsorum præda fiat: ita quæ ego de Christo conscripsi, vestræ quidem pietatis aculeos adversus diaboli laqueos excitabant, ceteros vero qui levi mobilique in malum mente sunt, cautos in fide stabilesque reddebant, Christi mysterium non ita facile a multis capitur, illius enim doctrina admodum profunda est; & illis etiam qui mente plurimum valent, divinasque scripturas exquisite versant, vix tamquam in speculo atque ænigmate cognita. Cum autem, ut sacratissimus Paulus dixit, *corrumpant bonos mores colloquia malæ*; *guttaque distillans* secundum Solomonis

1. Cor. 12. — * gladii — Ezech. 33. — 1. Cor. 15. — Iob. 14.

πάλιν τοῖς ἐκ θείας ὀργῆς ἐπισυμβαίνουσι κακοῖς, ἀδικήσας οὐ μετρίως ταῖς σιωπαῖς τὸ ταῖς παρ᾽ αὐτοῦ φωναῖς εἰς ὀρθότητα διοικούμενον. ἐκινοῦ ὁ πόλεμος ἦν οὐ καθ᾽ ἑνὸς τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἀνθρώπου κοινοῦ, κατ᾽ αὐτοῦ δὲ μᾶλλον κινούμενος τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. γέγραπται μὲν γὰρ, ὅτι οὐδεὶς λέγει ἀνάθεμα Ιησοῦ, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβούλ· τουτέστιν, οὐδεὶς ἀρνεῖται τὸν Χριστὸν, εἰ μὴ ἔχει πρὸς τοῦτο διανιστάντα τὸν σατανᾶν. ἀληθὲς δὲ ὅτι τὸ εἰρημένον, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις. ἐκινοῦ ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης, τουτέστιν ὁ σατανᾶς, ἀνδρὸς ἱερέως, οὐκ ἀσφαλοῦς, μᾶλλον δὲ καὶ πεπλανημένου τὴν διάνοιαν ᾽τυχὼν, καὶ γλώσσης εὐπορήσας ἑτοιμοτάτης, καὶ ἀπεριπκέπτως τοῖς τῆς ἀληθείας ἐνυβριζούσης δόγμασι, καὶ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καταμικρυνούσης δόξαν, θρασεῖα γὰρ ἦν, καὶ *ἰχαλίνοις ὁρμαῖς πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀπηχεστάτων ἴεσα θερμῶς. θορύβων μὲν πάσας ἐπίμπλα τὰς ἐκκλησίας. πολιορκουμένης δὲ οὕτω τῆς ὀρθῆς πίστεως, διχόνοιαι πανταχοῦ, καὶ πολὺς ἦν ὁ λόγος καὶ παρὰ τοῖς ἤδη ᾽πιστεύσασι, μὴ ἄρα πεπλάνηνται, Θεὸν εἶναι κατ᾽ ἀλήθειαν ᾽νομίσαντες τὸν Χριστόν. καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; νόσος οἷά τις λοιμικὴ τὴν ὑφ᾽ ἥλιον κατεβόσκετο, ῥίζαν ἔχουσα τὸ ψεῦδος, καὶ πατέρα τὸν σατανᾶν. ἐπειδὴ δὲ παρὰ Θεοῦ τεθείμεθα σκοποὶ, καὶ τῶν *λαῶν κηδεμόνες, πῶς οὐκ ἔδει, καὶ μάλα προθύμως, τὴν ἱεράν τε καὶ ἐκκλησιαστικὴν λαβόντας σάλπιγγα τοῖς εὐσεβεῖν ἑλομένοις τὴν τοῦ διαβόλου ᾽παγίδος κατασημῆναι τὴν ἔφοδον; τίνα γὰρ ἐπήρτησε δίκην τοῖς σιωπῶσι Θεός; τὸ αἷμα, φησὶν, ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω. ἀλλ᾽ ἦν, ὦ φιλόχριστε βασιλεῦ, ἀσφαλὴς καὶ ἀκλόνητος ἡ σὴ καρδία· ναὶ, καὶ αὐτὸς ὁμολογῶ· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὰ τοῦτο βοῶσι τὰ πράγματα· καὶ πρός γε τούτῳ μακρὸς μαρτυρήσει χρόνος, καθ᾽ ὃν εὐδόκιμοι γεγονότες εἰς εὐσέβειαν, ταῖς τῶν προγόνων ἁμιλλᾶσθε δόξαις. καὶ ἐπείπερ ἐστὶν ἐκείνοις εὐκλεὲς τὸ καὶ τῆς ὑμετέρας γαληνότητος ἡττᾶσθαι, τυχὸν φαίην ἂν εἰκότως καταδείσας οὐδὲν, ὅτι τὴν ἀμείνω καὶ προφερεστέραν ὑμεῖς ἀνεδήσασθε ψῆφον. οἶδα τῆς ἐνούσης ὑμῖν πίστεως τὸ ἀκλόνητον, τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὸ *ἱδρυμένον. ἔγραφον δὲ χρησίμως, ἵνα τοῖς ἄλλοις, μᾶλλον δὲ ταῖς ἐκκλησίαις ἁπάσαις θορυβουμέναις ἐπικουρήσητε. σώζειν γὰρ ἔθος ὑμῖν. ἡ βαρβαρικὰς ἐφόδους σημαίνουσα σάλπιγξ, τὸν μὲν εὐσθενῆ τε καὶ μαχιμώτατον τῆς αὐτῷ πρεπούσης εὐανδρείας ὑπομιμνήσκει μόνον, τὸν δὲ οὐ σφόδρα γοργὸν ἢ ἐμπειροπόλεμον ἀσφαλίζεται, μὴ ἄρα πως ταῖς τῶν πολεμίων φάλαγξιν ἀδοκήτως ἐμβαλὼν, τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ὠμότητος γένηται θήραμα· ὁ ἐμὸς τοιγαροῦν περὶ Χριστοῦ λόγος τῆς μὲν εὐσεβείας τῆς ὑμετέρας τὸ κέντρον ἐκίνει κατὰ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, ἠσφαλίζετο δὲ πρὸς πίστιν τοὺς ἐλαφρόν τε καὶ εὐπαρακόμιστον ἔχοντας τὸν νοῦν. οὐ πολλοῖς εὐκατόπτόν ἐστι τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον, βαθὺς δὲ λίαν ὁ λόγος ὁ περὶ αὐτοῦ· καὶ τοῖς ὅτι μάλιστα νουνεχεστάτοις, καὶ τὰς θείας ἠκριβωκόσι γραφὰς, μόλις, ὡς ἐν αἰνίγματι καὶ ὡς ἐν ἐσόπτρῳ γνώριμος. καὶ καθά φησιν ὁ ἱερώτατος Παῦλος· φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί· καὶ μὴν καὶ κατά γε τὸν Σολομῶντος λόγον,

* ἔχοι πρὸς τοῦτο διανιστῶντα — ' εὑρὼν, — * ἀχαλινώτοις — ' πεπιστευκόσι, μὴ ἄρα πῶς πεπλάνηνται, ' ἐννοήσαντες — * ἄλλων — ' ῥομφαίας — * ἡδρασμένον

ANNO CHRISTI 431.

PART. III. CAP. XI.

λόγοι, σταγὼν στάζουσα κοιλαίνει πέτραν· τὸ γὰρ φορτικὸν συχνῶς εἰς νοῦν τὸν ἀνθρώπινον σταγόνος δίκην τοῖς ἀδικεῖν πεφυκότας καθιέναι λόγοις, οὐ μετρίαν, ἔσθ' ὅτε, μᾶλλον δὲ ὡς ἐπίπαν ἐργάζεται τὴν ζημίαν. ἀναγκαία τοιγαροῦν καὶ ἐπωφελὴς ἡ παρ' ἐμοῦ γέγονεν ὑπόμνησις πρός τε ἐκεῖνον αὐτὸν, τὸν παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα Χριστῷ πολεμήσαντα, καὶ πρός γε τοὺς ἄλλους, οἳ τὴν τοῦ μυστηρίου γνῶσιν οὐ λίαν ἠκριβωκότες, τοῖς τοῦ πλανῶντος λόγοις οὐ μετρίως κατεχειμάζοντο. ὅτι γὰρ ἔγραφον ἀναγκαίως, καὶ αὐτὴ πιστώσεται τῶν πραγμάτων ἡ δύναμις. κατὰ μὲν γὰρ τοὺς ἄνωθεν καὶ παρῳχηκότας ἤδη καιροὺς διειστήκει Θεοῦ τὰ ἀνθρώπινα. πεπλάνητο γὰρ ἡ σύμπασα γῆ· καὶ καθά φησιν ὁ μακάριος Δαυΐδ· πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· οὐκ ἔστιν ὁ ποιῶν χρηστότητα· οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. ἀλλ' ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, ἐπέφανεν ἡμῖν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ συνανεστράφη τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, καθ' ἡμᾶς γεγονὼς ἄνθρωπος μετὰ τοῦ * μεῖναι φύσει Θεός· αὐτὸς ἡμᾶς συνῆψε δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, περιελὼν τὸ μεσολαβοῦν, καὶ ἀμνησικάκως ἀπαλλάξας τῆς διϊστάσης ἡμᾶς ἁμαρτίας, καὶ δικαιώσας τῇ πίστει. καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς ἡ εἰρήνη ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς. ἔμελλε τοίνυν ὁ τῆς πρὸς Θεὸν εἰρήνης ἡμῶν σύνδεσμος διαῤῥήγνυσθαι, παραλυομένης τῆς πίστεως· ἔμελλεν ἡ τῆς δικαιοσύνης ὁδὸς ἐκ τῶν ἡμετέρων κρύπτεσθαι διανοιῶν, ἵνα μή τι λέγωμεν φορτικόν. δικαιούμεθα γὰρ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ καταγγέλλοντες, προσομολογοῦντες δὲ καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ. πλὴν οὐκ ἀνθρώπου κοινοῦ θάνατον καταγγέλλομεν, ὦ φιλόχριστε βασιλεῦ, ἀλλ' ἐνανθρωπήσαντος Θεοῦ, καὶ παθόντος μὲν ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καθὰ γέγραπται, ζῶντος δὲ ὡς Θεοῦ, καὶ τῇ ἰδίᾳ φύσει μεμενηκότος ἀπαθοῦς. κινδυνευούσης τοιγαροῦν τῆς χριστιανῶν ἐλπίδος, τό γε ἧκον εἰς τοὺς τοῦ πλανῶντος λόγους, καὶ τὴν ἀτεχνῆ καὶ ἀπύλωτον γλῶτταν, ἀναγκαῖόν πως ἦν καὶ ἀπαραίτητον, βασιλεῦ, σύνοπλον ἡμᾶς ἔχοντας τὴν ἀλήθειαν, τοῖς ὀρθὴν ἔχουσιν ἐπαμῦναι πίστιν. τὸ δὲ δὴ μάλιστα ἡμᾶς πρὸς τοῦτο παρεξῦνον ἐλθεῖν, ἐκεῖνο * ἐστίν. ἐνταῦθα μὲν γὰρ οἱ μακάριοι πατέρες ἡμῶν θαρσηθέντες παρὰ Θεοῦ, τὴν ἱερωσύνην ταῖς τῶν αἱρέσεων κατὰ καιροὺς ἀντετάξαντο δυστροπίαις, μάλιστα δὲ τῇ τῶν ἀνοσίων, Ἀρειανῶν· καὶ τοι κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ οἱ τῶν ἀνθρωπίνων κρατοῦντες πραγμάτων οὐκ ᾔδεισαν τὴν ἀλήθειαν, ἐφρόνουν δὲ μᾶλλον τὰ ἐκείνων, καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν * ἐπέτριζον τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν διδασκάλοις. ἀλλ' ἦσαν ἐκεῖνοι παντὸς ἀμείνους δείματος, τὸν ὀρθόν τε, καὶ ἀνεπίληπτον τῆς πίστεως διακηρύττοντες λόγον. ᾔδεισαν γὰρ λέγοντα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. ὅτε τοίνυν ἐκεῖνοι τοὺς τῶν ὅλων κρατοῦντας κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ πολεμιωτάτους ἔχοντες, οὐ σεσιγήκασιν εἰς δόξαν ἀδικουμένου τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς αὐτοῖς κατ' ἴχνος ἰέναι τῆς ἐκείνων ἐπιεικείας καὶ τῆς εἰς Χριστὸν

Margin (Greek): al. ἄρτοι ἐχθρὸς; al. εἶναι; al. ἰστάσης; al. ἐξοιμα; al. ἀπειρατὸν; al. ἐν ἐκείνῳ … οἱ μὲν γὰρ … μακάριοι … ἀφοσιώσαν-; al. ἔτριζον; al. ἀνεπίληπτον

dictum, *saxa excavet*; si noxii illi sermones in humanam mentem instar distillantis guttæ subinde incidant, fit quandoque, ut non mediocre, imo plerumque maximum afferant damnum. Instituta itaque utiliter ac necessario hæc a me est admonitio, tum ad eum ipsum [retundendum,] qui præter omnem opinionem Christo bellum intulerat, tum ad alios quoque [confirmandos instruendosque] qui cum mysterii hujus cognitionem non admodum exacte tenerent, seductoris verbis non secus ac gravi tempestate jactabantur. Quod autem necessario scripserim, ex ipsa rei natura confirmari potest. Superioribus quidem temporibus; multisque retro sæculis, res humanæ a Deo diffidebant. (errabat enim universa terra, & sicut beatus David canit: *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est usque ad unum.*) *sed visitavit nos oriens ex alto*: apparuit nobis unigenitum Dei Verbum, & cum iis qui in terris degunt, conversatum est, nostri similis factus homo, ita ut maneret secundum naturam Deus; ac interstitio sublato, per seipsum Deo & patri nos conjunxit; & injuriarum oblitus, a peccato, per quod ab illo dirimebamur, nos liberavit, fideque justificavit. Est enim ipse pax nostra secundum scripturas. Futurum itaque erat, ut fide violata, vinculum pacis nostræ, quo Deo connectimur, disrumperetur, justitiæque via a mentibus nostris absconderetur, ne quid dicam gravius: Iustificamur enim per sanctum baptisma, mortem Christi annuntiantes, simulque resurrectionem ejusdem confitentes. Verumtamen, Christianissime rex, mortem annuntiamus non vulgaris hominis, sed inhumanati Dei, passi quidem nostra causa secundum carnem, ut scriptum est, viventis autem tamquam Dei, & secundum propriam naturam impassibilis manentis. Cum ergo Christianorum spes, quod quidem ad seductoris sermones, imperitamque & effrenatam ejusdem linguam attinebat, in apertum periculum adduceretur; necessitate quadam adacti non potuimus, o rex, socia habentes ipsius veritatis arma, illos qui recte credunt, non defendere. Vt autem hoc faceremus, illud maxime nos impulit. Beati namque patres nostri, * cum sacerdotium a Deo accepissent, hæreticorum perversitati suo quique tempore sese intrepide opposuerunt, maxime vero impiorum Arianorum; etiamsi ii qui tunc humanarum rerum dominium obtinebant, veritatem ignorarent, imo magis cum illis quoque sentirent, dentibusque adversum ecclesiæ doctores infremerent. Verum illi omni metu superato, rectam & irreprehensibilem fidei doctrinam libere prædicabant. Noverant enim dominum nostrum Iesum Christum dixisse: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt; sed potius timete eum; qui animam & corpus potest perdere in gehenna.* Cum igitur illi, tametsi infensissimos eos haberent qui universale per id tempus in omnes imperium obtinebant, nihilo minus non siluerint, ut salvatoris nostri omnium gloriam ab injuria vindicarent; quomodo necesse non erat ut nos quoque pro-

Margin: *Psal.* 13. *Luc.* 1. *Baruch.* 3. *Ephes.* 2. *Ibidem.* *Rom.* 6. *Matth.* 10.

* a Deo animi viribus acceptis, hæreseon perversitati suo cujusq; tẽpore existenti sacerdotium objecerunt, maximevero hæresi impiorum Arian.

bitatis

PART III. CAP. XIII.

ANNO CHRISTI 431.

bitatis sinceritatisque illorum erga Christum vestigia sequeremur? Quomodo blasphemi illius vocibus veritas opponenda non erat? Sciebam, sicut dixi, vestræ pietatis in fide stabilitatem: certo persuasus eram, illum non magis vobis placere, quam me: quænam res silentium suadebat? Me propemodum ab officii decoro hæsitatio dimovit, & ad Deum offendendum adduxit. Verum ad me ipsum ita dicebam: Heus tu, silentium tuum excusari non potest; [imo vero si silueris,] & apud Deum & apud homines gravem noxam incurres: pius & Christi amans est is, quem Deus regia gloria decoravit: sed & clarissimarum Augustarum egregium par, æquis laudibus elucere perspicitur: consentiunt quoque venerabilia ipsa & admirabilia virginitatis germina: tum reliqui & ordine & dignitatum excellentia his proxime accedentes, rectaque & inculpata fide ornati, non vulgari propter spretam salvatoris nostri gloriam & ipsi quoque tristitia afficiuntur. Cur ergo quæ Deo grata fore intelligis, non audacter exequeris? An non iners nauta ille censendus, qui secundis ventis vela implentibus navigare nollet? Nonne velut ignavus & imbellis damnaretur, qui in acie constitutus, fortissimorumque militum manu adjutus, cum victoria potiri posset, meticulosus foret, & clypeum abjiceret? Talibus me ipsum cogitationibus exacuens, vestræque majestatis pietate fretus, imperterrite in medium prodii, necessarium ratus, ut Christi indigna contumelia affecti causam susciperem. Verum ad ea quæ hactenus dicta sunt, & hoc quoque adjiciendum existimo. Electus fuit Nestorius tamquam in apostolicis euangelicisque doctrinis exercitatus, promovendæque pietatis artifex, quique rectam & omnino inculpatam fidem teneret: ac talem esse hunc hominem cupiebat etiam pia vestra majestas, universique sanctarum ecclesiarum præsides, & ego ipse. Etenim cum de illius ordinatione literas a piissimis episcopis, qui eum promoverant, accepissem, nihil cunctatus, gaudens & laudans illique tamquam fratri & comministro, optima quæque per divinam sententiam obtingere exoptans, rescripsi. Quæ vero postea consecutæ sunt accusationes, non nostræ dilectioni, sed illius potius improbitati imputandæ sunt. Electus est ut ovis, sed inventus est lupus: ut sincerus fidelisque famulus, sed dilexit contrarium: ut vinea uvarum ferax, *sed*, sicut scriptum est, *spinas protulit*: ut industrius agricola, sed insidiatus est agro: ut bonus pastor, sed feris agrestibus efferatior evasit. Deinde cum jam pravis nescio quomodo opinionibus laboraret, admonitus est sæpenumero, idque a multis. Num igitur per admonitiones melior evasit? num redargutus conscientia remorsus est? num in melius consilia retractavit? num boni aliquid animo concepit? num mendacium odio habuit? num veritatem dilexit? num inscitiæ caliginem repudiavit? num lucem quæsivit? num adversus Christum nugari desiit? num contradicentium multitudinem reveritus est? numquid, cum multos, ac pene innumeros offensos animadverteret, abstinuit? numquid cum ec-

Isa. 5.

γνησιότητος; πῶς οὐκ ἔδει ταῖς τοῦ δυσφήμου φωναῖς, ἀντερεύγεσθαι τὴν ἀλήθειαν; ᾔδειν, ὡς ἔφην, τῆς εὐσεβείας ὑμῶν τὸ ἐρηρεισμένον. ἠπιστάμην ἀκριβῶς, ὡς οὐκ ἐκεῖνος μᾶλλον ἤρεσκεν, ἀλλ' ἐγώ. τί τὸ σιωπᾶν ἀναπεῖθόν με; μικροῦ με τοῦ πρέποντος ἐξέστησεν ὄκνος, καὶ Θεῷ προσκροῦσαι παρεσκεύασεν. ἀλλ' ἔφην αὐτὸς ἐμαυτῷ· ἀπαραίτητον ἔχεις, ὦ οὗτος, τὴν σιωπήν. δεινὰ κατά σου τὰ ἐγκλήματα παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις· εὐσεβὴς καὶ φιλόχριστος ὁ τῇ βασιλίδι δόξῃ κατεστεμμένος παρὰ Θεοῦ. καὶ μὴν καὶ αὐτὴ τοῖς ἴσοις εὐφήμασιν ὁρᾶται διαπρεπὴς ἡ τῶν εὐκλεεστάτων βασιλίδων δυάς· ὁμογνωμονεῖ καὶ αὐτὰ τὰ σεμνά τε καὶ ἀξιάγαστα τῆς παρθενίας βλαστήματα. οἱ στάσιν ἔχοντες τὴν ἐγγὺς, καὶ ταῖς τῶν ἀξιωμάτων ὑπεροχαῖς ἐκλελαμπρυσμένοι, ὀρθῇ τε καὶ ἀδιαβλήτῳ διαπρέπουσι πίστει, λελύπηνται καὶ αὐτοὶ τῆς τοῦ σωτῆρος δόξης ἀθετουμένης. εἶτα πῶς οὐ σφόδρα νεανικῶς τὰ Θεῷ δοκοῦντα πληροῖς; ἢ οὐκ ἀδρανὴς ὁ ναυτίλος, ὅταν ἐξ οὐρίας αὐτῷ τοῦ πνεύματος καταχεομένου τῶν λίνων παραιτῆται τὸ πλεῖν; οὐχὶ ἀσθενής τε καὶ φυγοπόλεμος εἴη ἂν ὁ τεταγμένος ἐν στρατιώταις, εἰ νικᾶν ἐξὸν, τῆς τῶν ἀρίστων χειρὸς ἐπικουρούσης αὐτῷ, ῥίψασπίς τις ὁρῷτο καὶ ἄνανδρος; τοιαύταις ἐμαυτὸν παραθήγων ἐννοίαις, καὶ τῇ εὐσεβείᾳ τοῦ ὑμετέρου κράτους τεθαῤῥηκὼς, ἀοκνότατα παρῆλθον ἐπὶ τὸ χρῆναι συνειπεῖν δυσφημουμένῳ Χριστῷ. ἄλλως τε χρὴ γὰρ, ἔγωγέ φημι, προσενεγκεῖν οἷς ἔφην καὶ τόδε. ἐπελέχθη Νεστόριος, ὡς τοῖς ἀποστολικοῖς καὶ εὐαγγελικοῖς κηρύγμασιν ἐγγεγυμνασμένος, ὡς τεχνίτης εἰς εὐσέβειαν, ὡς ὀρθὴν ἔχων τὴν πίστιν ἀμώμητον παντελῶς· καὶ τοιοῦτον εἶναι τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸ εὐσεβὲς ὑμῶν κράτος ἐπεθύμει, καὶ πάντες δὲ οἱ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν προεστηκότες, κἀγώ τε αὐτός. καὶ γοῦν ὅτε τὰ περὶ τῆς χειροτονίας αὐτοῦ παρὰ τῶν εἰς τοῦτο παρενεγκόντων θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων διεπέμφθη γράμματα, ἀντέγραφον, ἀμελλητὶ, χαίρων, ἐπαινῶν, ἐπευχόμενος ὡς ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ τὰ πάντων ἐξαίρετα τῶν ἀγαθῶν διὰ τῆς ἄνωθεν ὑπάρξαι ψήφου· ἀλλ' οὐ τῆς ἡμῶν φιλαδελφίας τὰ μετὰ τοῦτο κατηγορήματα, μᾶλλον δὲ τῆς ἐκείνου σκαιότητος· ἐπελέχθη μὲν γὰρ ὡς πρόβατον, ἀλλ' εὕρηται λύκος· ὡς πιστὸς καὶ γνήσιος οἰκέτης, ἀλλ' ἠγάπησε τὸ ἐναντίον· ὡς εὔβοτρυς ἀμπελὼν, ἀλλ' ἐκτέτοκεν ἀκάνθας, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὡς γηπόνος εὔτεχνος, ἀλλ' ἐπεβούλευσε τῷ χωρίῳ· ὡς ποιμὴν ἀγαθὸς, ἀλλὰ θηρῶν ἀγρίων γέγονεν ἀπηνέστερος. εἶτα νενοσηκὼς, οὐκ οἶδ' ὅπως, τὴν κακοδοξίαν, νενουθέτηται πλειστάκις, καὶ τοῦτο παρὰ πολλῶν· ἆρα οὖν ὠφελήθη νουθετούμενος; ἐδήχθη τὸν νοῦν, ἐλεγχόμενος; μετεβουλεύσατο τὰ ἀμείνω; πεφρόνηκέ τι τῶν ἀγαθῶν; ἆρα μεμίσηκε τὸ ψεῦδος; ἠγάπησε τὴν ἀλήθειαν; * παρῃτήσατο τὴν τῆς ἀμαθίας ἀχλύν; ἐζήτησε δὲ τὸ φῶς; κατέληξε τῆς κατὰ Χριστοῦ γλωσσαλγίας; τῶν ἀντειρηκότων ἐδυσωπήθη τὸ πλῆθος; ἐφείσατο πολλοὺς καὶ ἀναριθμήτους σκανδαλιζομένους ὁρῶν; ᵃ λελύπηκεν αὐτὸν τὸ * κένανδρον τῶν πεπιστευκότων τὴν ἐκκλησίαν

τῷ μὴ ... σιωπᾶν δ' ἀπ... θανον ἐμῷ. μ... κροῦ τε ...

* παρετηρήσατο

ᵃ desunt duæ lineæ in ms. Seg.

* κενὸν ἀνδρῶν

Anno Christi 431.

Part III. Cap. XIII.

ἐκκλησίαν ὁρᾷν; οὐδαμῶς, καθὰ καὶ αὐτὸ τῶν πραγμάτων τὸ πέρας διεβοήσατο ἄν. ἐπειδὴ γὰρ ἡμῖν ἡ ἁγία σύνοδος κατὰ θέσπισμα τοῦ ὑμετέρου κράτους συνηγήγερτο πανταχόθεν κατὰ τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν, ἀφίκετο δὲ καὶ αὐτὸς τότε δὴ τότε, καίτοι δέον τοῖς ἤδη παρῳχηκόσιν ἐπολοφύρεσθαι, καὶ κλαίειν αὐτὸν, ὥσπερ οὐδενὸς ἀγανακτοῦντος ὅλως, ἐφ' οἷς τετόλμηκεν εἰπεῖν ἔτι ποιούμενος τὰς διατριβὰς ἐν ἐκείνῃ τῇ μεγαλωνύμῳ πόλει, προσετίθει τὰ χείρω, κατεφλυάρει τὰ αἴσχιονα, καὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καταθεθρασύνετο δόξης, ὀλίγου παντελῶς ἀξιώσας λόγου, μᾶλλον δὲ τοῦ μηδενὸς ὅλως, τῆς εἰς αὐτὸν δυσφημίας τὸ ἔγκλημα. οἷα γὰρ τετόλμηκεν εἰπεῖν, σιωπᾷν ἄμεινον· καὶ ταῦτα διαλεγόμενος ἐπισκόποις θείοις, καὶ εὖ πρεπεστάτην ἔχουσι τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς ψῆφόν τε καὶ δόξαν. ἦσαν δὲ καὶ τῶν θείων γραφῶν ἐμπειρότατοί τε καὶ ἐπιστήμονες· οἳ καὶ πολὺ λίαν ταῖς κατὰ Χριστοῦ δυσφημίαις ἐπιπληγηκότες, καὶ τὴν ἀκρατῆ καὶ ἀπύλωτον αὐτοῦ μισήσαντες γλῶτταν, ἀπονιψάμενοί τε τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ταῦτα τῇ συνόδῳ δακρυρροοῦντες ἀπήγγελλον, οὐκ ἐν παραβύστῳ καὶ λεληθότως, θαρσήσαντες δὲ ἐπ' αὐτῆς τῆς πίστεως τῶν ὑπομνημάτων εἰπεῖν, καὶ ἑτοίμως ἔχοντες διελέγχειν αὐτὸν, ἃ μὴ δὲ θέμις ἐννοεῖν, κατειρηκότα Χριστοῦ. ἔδρων δὲ τοῦτο, τὴν ἐπὶ τοῦ θείου βήματος δεδιότες κρίσιν· οὐ γὰρ ἀφιλόστοργοί τινες ἦσαν, φιλόθεοι δὲ μᾶλλον, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης γνήσιοι φύλακες. ὥσπερ γὰρ τοὺς ὑπὸ σκῆπτρα κειμένους τῆς εὐαγοῦς ὑμῶν βασιλείας, ἢ γενναίους στρατηγοὺς, ἢ γοῦν καὶ ἑτέρους τινὰς τῶν ἐν ἀξιώμασι καὶ ὑπεροχαῖς, λαμπρούς τε καὶ φιλτάτους ὑμῖν ἀποφαίνει τὸ καθηκόντως ἀγανακτεῖν, εἰ δήπου τινὲς ἢ ἀσελγῆ καὶ ἀκόλαστον κατά γε τοῦ ὑμετέρου κράτους κινήσαιεν γλῶτταν, ἢ καὶ δρᾷν ἕλοιντό τι τῶν ἔξω λόγου καὶ τοῦ εἰκότος· οὕτω καὶ τὸν θεῖον ἱερουργὸν ἐπαίνου παντὸς ἄξιον ἀπεργάζεται παρά τε Θεῷ καὶ ἀγγέλοις, τὸ μὴ ἀνέχεσθαί τινος τῶν τῆς θείας καταφλυαρούντων δόξης, ἐν μοίρᾳ δὲ μᾶλλον αὐτοὺς τῶν ὅτι μάλιστα πολεμιωτάτων ποιεῖσθαι φιλεῖν. καὶ γοῦν ὁ μακάριος Δαυὶδ αὔχημα λαμπρὸν ἑαυτῷ δὴ τοῦτο περιτιθεὶς, ἀνεφώνει· οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ * τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην; τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς· εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. εἰ μὲν οὖν ἀγαπῶσι Χριστὸν οἱ δυσφημοῦντες αὐτὸν, λογισμοῦ τοῦ πρέποντος ἁμαρτάνουσιν οἱ πολεμοῦντες αὐτοῖς· εἰ δὲ μισοῦσιν ἀναφανδὸν, καὶ τὸ πρᾶγμά ἐστι κατ' οὐδένα τρόπον ἀμφίβολον, πῶς οὐκ ἀξιάγαστοι καὶ θεοφιλεῖς, οἱ ταῖς ἐκείνων βδελυρίαις τὸν εὐδρανῆ καὶ φιλόθεον ἀντεξάγοντες λόγον;

Ἦν δὲ καὶ ἕτερος χρήσιμόν τε καὶ ἀναγκαῖον τῷ ὑμετέρῳ κράτει; τὸ τῶν θείων ἐλαύνεσθαι θυσιαστηρίων τὸν βεβηλοῦντα αὐτά. καὶ τίνα τρόπον; ἐρῶ, τὰ ἐκ τῆς θείας γραφῆς παρενεγκὼν εἰς πληροφορίαν. ὀλιγωρήσαντές ποτε τῶν διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως τεθεσπισμένων οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τῆς δοθείσης αὐτοῖς ἀλογήσαντες ἐντολῆς, ἐτράποντο πρὸς ἀποστασίαν τὴν ἀπὸ Θεοῦ, καὶ προσκεκυνήκασιν εἰδώλοις, καὶ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καθὰ γέγραπται.

ecclesiam fidelium cœtu vacuam destitutamque cerneret, indoluit? Nequaquam, ut ipse rerum eventus clare probavit. Etenim cum sancta nostra synodus in Ephesiorum metropoli juxta majestatis vestræ decretum undique convenisset, venit eo tum ipse quoque: cumque super præteritis lamentari plorareque debuisset; perinde ac si neminem prorsus per ea offendisset, quæ cum in illa magni nominis civitate etiamnum versaretur, effutire ausus fuerat, pejora adhuc adjecit, turpioraque contra salvatoris nostri gloriam evomere non dubitavit, blasphemiæ in illum conjectæ crimen parvi omnino, imo prorsus nihil faciens. Quæ enim ausus est dicere, satius est tacere; idque cum dissereret cum episcopis sanctis, optimumque in omnis virtutis genere testimonium & existimationem habentibus, divinarum quoque scripturarum peritissimis, apprimeque gnaris. Qui proinde blasphemiis illius contra Christum plurimum offensi, incontinentemque & effrenatam ejusdem linguam detestati, manus apud illum laverunt, & quæ ab illo audierant, sanctæ synodo non sine lacrymis renuntiarunt; non latenter aut occulte, sed ea fiducia, ut id in ipsa fide rerum gestarum deponerent, parati etiam ad revincendum ipsum, quod ea adversus Christum dixerit, quæ vel cogitare nefas esset. Fecerunt autem hoc, divini illius tribunalis judicium metuentes. Non enim sine ullo affectu ac sine sensu amoris erant; sed divino amore magis ardebant, sinceramque dilectionem erga Christum servabant. Quemadmodum enim ii qui sacri vestri imperii sceptris parent, sive illi sint generosi duces, sive in quacumque alia dignitate vel præeminentia constituti, præclari vobisque amicissimi cognoscuntur, si indignatione in illos commoventur, qui petulantem infrenemque linguam in vestram dominationem moverunt, vel aliquid aliud contra jus & fas admittere voluerint: ita domini quoque sacerdotem omni laude apud Deum & angelos dignum reddit, si neminem contra divinam gloriam nugari patiatur, sed potius omnes tales summorum hostium loco habeat. Quin & beatus quoque David magnæ gloriæ id sibi ducens, ita prædicat: *Nonne qui oderunt te, domine, oderam & contra inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos; inimici facti sunt mihi.* Psal. 138. Quod si Christum diligunt, qui illum blasphemant; utique a recta ratione aberrant, qui eos impugnant. Si vero palam Christum oderunt, nec ullo modo ea res in dubium cadit; qui fieri potest ut non suspiciendi sint, Deoque egregie cari, qui efficacem piamque doctrinam abominandis illorum dogmatibus opponunt?

Erat autem & alia quoque ratione vestro imperio utile & necessarium, ut a divinis arceretur altaribus is qui illa contaminarat. Si causam quæris, dicam, ea ex divinis literis in medium afferens, quæ rem confirment. Israelitæ aliquando ea parvifacientes quæ per sapientissimum Moysen constituta fuerant, mandatumque quod acceperant, aspernantes, a Deo desciverunt, *& ad simulacra, & omnem militiam cæli adorandam*, ut scriptum est, *sunt conversi.* 4. Reg. 17.

PART. III. CAP. XIII. Ad tantam autem miseri illi improbitatem A impietatemque devenerunt, ut & ipsum divinum templum pollucrent. Succensuit ob hæc Deus, tradiditque illos in manus inimicorum. Posteaquam autem Ezechias vir sanctus & bonus adeptus est regnum, ea in quibus peccatum erat, emendavit, sacroque templo repurgato, omnipotenti Deo quæ conveniebant obtulit. Scriptum autem de illo ad hunc modum extat: *Et Ezechias*

2. Paral. 29. *regnare cœpit cum viginti quinque esset annorum; allocutusque est Levitas, dicens: Viri Levitæ audite. Nunc purificamini, & purificate domum domini Dei patrum nostrorum,* B *& ejicite omnem immunditiam e sanctis: quoniam rebellarunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu domini, & dereliquerunt eum.* Cum autem istis & alia quædam audientibus salutaria adjecisset, subintulit iterum: *Et nunc non differatis; quoniam vos elegit do-*

Ibidem. *minus ut stetis in conspectu ejus ad ministrandum, & ut sitis sibi ministrantes, &* [thus] *adolentes. Et surrexerunt*, inquit, *Levitæ, & congregaverunt fratres suos, & purificati sunt juxta mandatum regis per præceptum domini, ad mundandam domum domini. Et ingressi sunt sacerdotes intus in domum domini, & ejecerunt omnem immunditiam inventam in domo domini; & in atrium domus domini.* Subjungit deinde sancta scriptura: *Et sextadecima* C *die primi mensis, quod cœperant compleverunt. Ingressique ad regem Ezechiam, dixerunt ei: Purificavimus omnia quæ in domo domini.* Deinde subjungitur hic rursum: *Et surrexit mane Ezechias rex, & congregavit principes civitatis, & ascendit in domum domini, & obtulit vitulos septem, & hircos caprarum septem pro peccato, pro regno, pro sanctis, & pro Israel.* Intellige hinc, o Christianissime rex, optimum illum sanctumque Ezechiam, quamvis Deo sacrificare instituerit, non prius templum Dei ingressum esse, & ea quæ in votis habebat perfecisse, quam sacerdotibus D Dei domum domini repurgare, omnemque immunditiam inde ejicere præcepisset. Eo autem facto adolebat splendide, atque gaudebat, & valde recte, ut qui tum acceptum Deo sacrificium obtulisset, ubi maxime templum ab immunditia liberasset. Ejusmodi quidpiam a vestra quoque majestate factum est ad Christi gloriam. Est enim vobis in more positum, ut incensum adoleatis, ornetis ecclesias, largissimaque manu quæ sunt ad Dei gloriam semper offeratis. Verum necessarium erat, ut templum ab omni macula, omnique inquinamento prius repurgaretur & liberaretur, ac tum denique oppor- E tunum sacrificium a vobis offerretur. Blasphemia autem in Christum, sceleris omnis crimen excedit. Sed præcepistis sacerdotibus, qui, ut modo dixi, repurgarunt vobis templum, illudque sanctificaverunt, imperitam, impiamque linguam compescentes; ut vos hac ratione apud Deum & angelos, & homines magis commendemini.

Sancta itaque & œcumenica synodus, Christo omnium nostrum salvatori grata, fidei quæ in ipsum est, patrocinari studens, illudque quod scriptum est, tantumnon dicens:

ἧκον δὲ ἤδη πρὸς τοῦτο ᾽δυσσεβείας οἱ τάλανες, ANNO CHRISTI 431 ᾽δυσσεβ.
ὡς καὶ αὐτὸν τὸν θεῖον καταμιᾶναι νεών. ἠγανάκτει πρὸς ταῦτα Θεὸς, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν. ἐπειδὴ δὲ βεβασίλευκεν Ἐζεκίας, ἀνὴρ ὅσιός τε καὶ ἀγαθὸς, ἐπηνώρθου τὰ διεπταισμένα· καὶ δὴ τὸν θεῖον διακαθάρας ναὸν, προσεκόμιζεν οὕτω τὰ νενομισμένα τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ. γέγραπται δὲ οὕτω περὶ αὐτοῦ· καὶ Ἐζεκίας * ἐβασίλευσεν, ὢν *ἐβασίλευ
εἴκοσι πέντε ἐτῶν· εἶτα προσεφώνει τοῖς λευίταις· ἄνδρες λευῖται, ἀκούσατε· νῦν ἁγνίσθητε, καὶ ἁγνίσατε τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἐκβάλλετε τὴν ἀκαθαρσίαν ἐκ τῶν ἁγίων, ὅτι ἀπέστησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ ἐποίησαν τὸ πονηρὸν ἐναντίον κυρίου, καὶ ἐγκατέλιπον αὐτόν. προσθεὶς δὲ τούτοις καὶ ἕτερά τινα τῶν χρησίμων τοῖς ἀκροωμένοις, ἐπιφέρει πάλιν· καὶ νῦν μὴ διαλίποιτε, ὅτι ἐν ὑμῖν ᾑρέτικε κύριος στῆναι ἐναντίον αὐτοῦ λειτουργεῖν, καὶ εἶναι αὐτῷ λειτουργοῦντας καὶ θυμιῶντας. καὶ ἀνέστησαν οἱ λευῖται, φησὶ, καὶ συνήγαγον τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, καὶ ἡγνίσθησαν κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ βασιλέως διὰ προστάγματος κυρίου, καθαρίσαι τὸν οἶκον κυρίου· καὶ εἰσῆλθον οἱ ἱερεῖς ἔσω εἰς τὸν οἶκον κυρίου, καὶ ἐξέβαλον πᾶσαν τὴν ἀκαθαρσίαν τὴν εὑρεθεῖσαν ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου, καὶ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ οἴκου κυρίου. εἶτά φησι τὸ γράμμα τὸ ἱερόν· καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου συνετέλεσαν, καὶ εἰσῆλθον ἔσω πρὸς Ἐζεκίαν τὸν βασιλέα, καὶ εἶπον· ἡγνίσαμεν πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου. γέγραπται δὲ πάλιν· ὅτι καὶ ὤρθρισεν Ἐζεκίας ὁ βασιλεὺς, καὶ συνήγαγε τοὺς ἄρχοντας τῆς πόλεως, καὶ ἀνέβη εἰς οἶκον κυρίου, καὶ ἀνήνεγκε μόσχους ἑπτὰ, καὶ χιμάρους αἰγῶν ἑπτὰ, περὶ ἁμαρτίας, περὶ τῆς βασιλείας, περὶ τῶν ἁγίων, καὶ περὶ Ἰσραήλ. συνίες ἐντεῦθεν, ὦ φιλόχριστε βασιλεῦ, ὅτι, καίτοι θυμιάσαι τῷ Θεῷ προτεθυμημένος ὁ πανάριστος, καὶ ὅσιος Ἐζεκίας, οὐ πρότερον εἰσβέβηκεν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τετέλεκε τὰ ᾽κατὰ τὴν εὐχὴν, εἰ μὴ προσενετείλατο τοῖς ἱερεῦσι ᾽καθ᾽ εὐχὴν
τοῦ Θεοῦ καθαρίσαι τὸν οἶκον κυρίου, καὶ ἐκβαλεῖν αὐτοῦ πᾶσαν ἀκαθαρσίαν· οὗ δὴ γεγονότος ἐθυμία λαμπρῶς, ἔχαιρέ τε καὶ λίαν ὀρθῶς, ὡς εὐπαράδεκτον ἤδη θυσίαν προσκομίσας Θεῷ, διὰ τὸ μάλιστα τῆς ἐνούσης ἀκαθαρσίας ἀπαλλάξαι τὸν νεών. τοιοῦτό τι πέπρακται καὶ παρὰ τοῦ ὑμετέρου κράτους εἰς δόξαν ᾽Θεοῦ. ἔθος γὰρ ὑμῖν ᾽θυμιάζειν * ἐν ἐκκλησίαις, ᾽Χριστοῦ. καὶ χειρὶ πλουσιωτάτῃ προσκομίζειν ἀεὶ τὰ εἰς ᾽θυσιάζειν. δόξαν ᾽Θεοῦ. ἀλλ᾽ ἦν ἀναγκαῖον προαποκαθᾶραι τὸν ναὸν, μώμου τε καὶ μολυσμοῦ παραπαλλάξαι παντὸς, οὕτω δὲ θύειν ἐπὶ καιροῦ. μολυσμοῦ δὲ παντὸς ἐπέκεινα πρὸς διαβολὴν ἡ κατὰ Χριστοῦ δυσφημία. ἀλλ᾽ ἐκελεύσατε τοῖς ἱερεῦσι, οἳ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, καὶ προεξεκάθηραν ὑμῖν τὸν ναὸν, ᾽ἥγνισαν αὐτὸν, τὴν ἄτεχνη καὶ ἀνόσιον παύσαντες γλῶσσαν, ἵνα ὑμεῖς εὐδοκιμῆτε μειζόνως παρά τε Θεῷ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις.

*, πυκάζειν ἐκκλησίας ᾽Χριστοῦ. ᾽ἁγνίσαντες

Ἡ μὲν οὖν ἁγία τε καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, καὶ ᾽τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστὸν εὐφραίνουσα, καὶ τῇ εἰς αὐτὸν πίστει ᾽συναγορεύουσα, μονονουχὶ λέγουσα· ἐρῶσα, ᾽συναγο-

ζηλοῦσα

ANNO CHRISTI 431.

ζηλοῦσα ἐζήλωκα τῷ κυρίῳ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἐκ μέσου γενέσθαι παρεσκευάσατε τὴν σκανδάλου τὴν ἀφορμήν. οὓς δὲ ἦν εἰκὸς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀναγκαῖον, συναράσθαι νεανικῶς, καὶ συναθλῆσαι προθύμως τοῖς πεπονηκόσι, καὶ μερίσασθαι μεθ' ἡμῶν τῆς διὰ Χριστὸν εὐανδρείας τὰ γέρα, τὸν αὐτὸν ἡμῖν ἀναλαβόντας ζῆλον, καὶ θεοφιλοῦς εὐψυχίας τὸν οἰκεῖον ἀναπιμπλῶντας νοῦν, οὗτοι γεγόνασι σκληροὶ καὶ ἀφιλοικτίρμονες, καὶ τῆς τοῦ δυσφήμου σκαιότητος κατ' οὐδὲν ἐν μείοσι. λελυπημένοι δὲ καὶ ἀλγήσαντες, οὐχ ὑπέρ γε μᾶλλον τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ πλεῖστά τε καὶ ἀνοσίως κατ' αὐτοῦ πεφλυαρηκότος, τῶν γνησίων κατεστρατεύοντο μαχητῶν, καὶ τοῖς τὰ τοῦ Χριστοῦ φρονεῖν ἐθέλουσιν ἀντεφέροντο, δι' ὧν δρᾶσαι τετολμήκασι, μονονουχὶ κεκραγότες· τί τὴν ἀσελγῆ καὶ ἀχάλινον ἐπαύσατε γλῶτταν, καὶ τὸ τοῦ προβάτου περιελόντες κώδιον, τὸν ἅρπαγα λύκον τοῖς ἁπανταχοῦ γνώριμον * κατεστήσατε; τὸ γὰρ ἐφ' οἷς ἐκεῖνος ἐλήλεγκται δυσφορεῖν, ἕτερον οὐδὲν, ὥς γε οἶμαι, πλὴν ὅτι τουτὶ διακεκραγότων ἐστίν. ὁ γάρ τοι τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας προεστηκὼς ἀπελιμπάνετο μὲν τῆς ἁγίας συνόδου, καί τοι παρεῖναι κεκελευσμένος κατά γε τὴν ὁρισθεῖσαν ἡμέραν παρὰ τοῦ ὑμετέρου κράτους· ἀνεδύετο δὲ τὴν ἄφιξιν, ταῖς τοῦ πεφλυαρηκότος κατὰ Χριστοῦ δυσεπείαις τὴν μέλλησιν χαριζόμενος· μᾶλλον δὲ, ὡς εἰκὸς, ἢ καὶ ἀληθῶς, καὶ ἀναμφιλόγως, ἐκείνῳ τὰ ἴσα φρονῶν. ἕκτης γὰρ ἐπὶ δεκάτῃ διαγενομένης ἡμέρας, ἧκόν τινες μόλις τῶν σὺν αὐτῷ, τῶν ἄλλων οἱ προὔχοντες, μητροπολῖται γὰρ οὗτοι· καὶ δὴ καὶ ἀπήγγελλον ὡς παρ' αὐτοῦ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, μὴ δὴ χρῆναι πάντως ἀναμένειν αὐτοῦ τὴν ἄφιξιν, πληροῦν δὲ μᾶλλον ἐπείγεσθαι τὰ τεθεσπισμένα. τότε δὴ μόλις ἡ ἁγία σύνοδος συνηγήγερτο μὲν ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, τῇ καλουμένῃ Μαρίᾳ, σύνεδρον δὲ ὥσπερ καὶ κεφαλὴν ἐποιεῖτο Χριστόν· ἔκειτο γὰρ ἐν ἁγίῳ θρόνῳ τὸ σεπτὸν εὐαγγέλιον, μονονουχὶ καὶ ἐπιβοῶν τοῖς ἁγίοις ἱερουργοῖς· κρίμα δίκαιον κρίνατε· δικάσατε τοῖς ἁγίοις εὐαγγελισταῖς καὶ ταῖς Νεστορίου φωναῖς. κοινῇ δὴ οὖν τῇ παρὰ πάντων ψήφῳ τὰ μὲν ἐκείνου κατεκρίνετο, τῆς δὲ ἀποστολικῆς τε καὶ εὐαγγελικῆς παραδόσεως τὸ ἀκραιφνὲς ἐδείκνυτο κάλλος· καὶ τῆς ἀληθείας ἡ δύναμις ἐκρατύνετο. ὡμολόγητο γὰρ παρὰ πάντων ἡ ὀρθή τε καὶ ἀδιάβλητος πίστις· τοῦτο καὶ ὑμῖν δοκοῦν, ὦ φιλόχριστοι βασιλεῖς· ὅλος γὰρ ὑμῶν ὁ σκοπὸς εἴς τε τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν καὶ εἰς εὐσέβειαν βλέπει· προτετιμήκατε γὰρ πώποτε τῆς ἀληθείας οὐδέν· ὁ δὲ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας προεστάναι λαχὼν Ἰωάννης, ἀμελητὴς, καὶ ῥᾴθυμος, καὶ ἀνεξίκακος μὲν ἀδικουμένου Χριστοῦ, ὀξὺς δὲ καὶ μισοπόνηρος, ὅτε τῆς κατ' αὐτοῦ γλωσσαλγίας ὁ ταύτην κεκινηκὼς, ἐπράττετο δίκας, πτηνοῦ δίκην τὴν Ἐφεσίων καταλαβὼν, καὶ ὥσπερ ἐνὸν ἐπ' ἐξουσίας αὐτῷ τὸ, ὅσα περ ἂν βούλοιτο, δρᾶν, οὐδενὸς ἐπιτιμῶντος ὅλως, ὡς ἀνῃρημένων εἰς ἅπαν τῶν τῆς ἐκκλησίας θεσμῶν, ὡς οὐκ ἐφορῶντος Θεοῦ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ἀλογίᾳ μᾶλλον ἢ φρονήσει διοικούμενος, καὶ θυμῷ δοὺς τὸ πλέον,

(Marg.: ἀναπιμπλάντας. — μειώσει. — πεποίηκασι. — ἀναμφιβόλως. — ἐπιφανοῦς. — κατέκρινε. — ὑπ' ἐξουσίας.)

PART. III. CAP. XIII.

A *Zelo zelata sum pro domino*: sedulo curavit, ut scandali occasio e medio tolleretur. Verum quos æquum erat, imo potius necessarium, simul cum his qui laborabant, strenue dimicare, prompteque & cupide pugnare, & munera strenui laboris propter Christum insumpti nobiscum participare, eumdemque zelum nobiscum suscipere, & animum pia alacritate implere: hi duri & immisericordes evaserunt, blasphemique illius hominis improbitati omnino pares. Dolentes autem & mœrentes, non propter Christi gloriam, sed propter eum qui plurima contra Christum impie nugatus fuerat, eos impugnabant, qui animose dimicarant, eorumque qui quæ Christi sunt sapere volebant, per ea quæ temere ausi sunt adversarios se declarabant, illud tantumnon vociferantes: Cur petulantem infrenemque linguam compescuistis? cur rapacem lupum ovina pelle detracta, omnibus mortalibus notum reddidistis? Nam blasphemum illum deprehensum esse ægre ferre, nihil aliud, ut opinor, est, quam hoc ipsum quod jam dicebam, proclamare. Etenim qui Antiochenæ ecclesiæ præest, a vestra majestate ad præfinitum diem adesse jussus, a sancta synodo absuit. Studio enim in itinere hærebat, ut ea cunctatione illius improbitati gratificaretur qui contra Christum nugatus fuerat; vel etiam (quod verisimile est, aut verum potius ac indubitatum) quod eadem cum illo sentiret. Nam cum sextusdecimus dies jam abiisset, primarii quidem ex iis qui cum illo erant, (erant enim metropolitani) vix tandem venere, illiusque nomine sanctæ synodo denuntiarunt, expectandum prorsus non esse illius adventum, sed maturandum potius, ut decreta perficerentur. Tunc demum itaque sacra synodus in sancta ecclesia quæ appellatur Maria, congregata, Christum veluti consessorem & veluti caput constituit. venerandum enim euangelium in sancto throno collocatum erat, illud tantumnon sanctorum sacerdotum auribus insonans: *Iustum judicium judicate*; litem inter sanctos euangelistas, & Nestorii voces dirimite. Itaque communi omnium sententia illius quidem dogmata condemnavit, euangelicæ vero apostolicæque traditionis puritatem ac venustatem demonstravit: atque ita veritatis vis obtinuit. Omnes enim rectam sinceramque fidem asseruerunt; juxta vestram quoque, Christianissimi reges, sententiam. Omnis namque vester scopus ad id tendit, quod Deo placet, & cum pietate conjunctum est. Nunquam enim aliquid veritati præposuistis. Ioannes vero Antiochenæ ecclesiæ præsulatum sortitus, negligens quidem & segnis ac patiens, ubi Christus injuria afficitur; acer vero & rigidus, ubi condemnatur is, qui maledicam linguam contra eumdem Christum aperuerat; ubi primum alitis more volans Ephesum venit, perinde ac si quodcumque vellet, privata auctoritate facere ipsi licuerit, nullo prorsus accusante, quasi in universum leges ecclesiasticæ sint sublatæ, neque Deus res humanas quidquam curet; cum stultitia potius, quam prudentia ageretur, iræ indulgens magis,

(Marg.: 3. Reg. 19. — Zach. 7.)

PART. III. CAP. XIII. quam sobriæ rationi dominatum permittens, cum vix curru desiliisset, cubiculumque ingressus esset, adhuc pulverulentus, iis assumptis qui eadem cum illo sentiebant, putidam ac plane iniquissimam sententiam tulit (erant autem factionis illius socii viri exules, Cælestiani depositi, Nestorianæque dementiæ satellites, nec non ex magna quadam stupiditate in blasphemiæ contra Christum crimine cum illo participes,) universamque synodum insigni contumelia afficere studuit, utpote excommunicationis titulo involvens, quotquot ex universo orbe Ephesum venerunt; viros celebres, vestræque majestati notissimos, & in omni virtutum genere laudatissimos: mihi vero, & Ephesiorum antistiti graviorem contumeliam intulit, mentiens ac dicens, quod cum impio Apollinario sentiamus, & execranda impiaque Arii & Eunomii dogmata approbemus. Fecit autem hoc, ut dixi, implacabilis iræ impulsibus omnem lapidem movens, totasque impio furori & arrogantiæ habenas permittens. quod sane admiror, cum semper amicum ac benevolum animum erga me ostenderit, nec unquam sermones meos reprehenderit, quin & magna cum benevolentia ad me scripserit, measque vicissim literas susceperit, atque ante ipsas Ephesi portas dulcibus me dilectionis affatibus pene complexus sit, suisque ad me literis hæc inseruerit: Domino meo piissimo, sanctissimoque comministro Cyrillo, Ioannes in domino salutem. Non mediocriter me angit, quod cum sanctitas vestra Ephesum advenerit, pauci plane hi itineris dies mihi reliqui sint. Desiderium enim tuæ sanctitatis me magis urget ut iter hoc celeriter absolvam, quam ulla alia necessitas. Et post alia: Ora igitur domine, ut hos quinque aut sex dies nobis adhuc residuos sine molestia transigamus; occurrentesque sacrum nobis divinumque caput tuum complectamur. Dominus meus religiosissimus episcopus Ioannes, Paulus & Macarius, sanctitatem tuam salutant. Universam quæ tecum est fraternitatem, ego ceterique qui mecum sunt plurimum salutamus. Vale, & pro nobis orare perge, domine piissime & sanctissime. Quomodo igitur qui me comministrum & fratrem appellabat, ex inopinato factus est inimicus, nihil a me læsus? Verum ut commissi in me delicti culpam repellat, illum sibi videri acute dicere audio, quod scripserit, inimicitiam adhuc celans, quam suo tempore in lucem prolaturus esset. Quomodo itaque, si hæreticus eram, si impiæ Apollinarii & Arii & Eunomii improbitatis consors, me comministrum vocabat? Cur caput meum sanctum ac præterea sacrum? An non omnibus perspicuum est, quod si quis cum barbaris conspirat, is sacerrimi vestri regni inimicus omnino futurus sit? Sed inimicitiam occuluisse ait, & dulcem sermonem usurpasse, cor autem dolo & amarulentia refertum habuisse. At quis eum laudare audeat, qui ad hunc modum vivere consuevit? Vultne forsan," Græcorum lectissimos quosque nos inquirere? Sed illi etiam oderunt

Habetur sup. part. I. cap. 36.

*has q. a. s. mansiones n. a. residuas

"Gentilium

A ἢ λογισμῷ τῷ σώφρονι κρατεῖν ἐπιτρέψας, ἄρτι καὶ μόλις τοῦ ὀχήματος ἀποπηδήσας, καὶ τὸ δωμάτιον εἰσδὺς, ἔτι τε κεκονιασμένος, ψῆφον ἐκφέρει σαθρὰν καὶ *ἐκνομωτάτην, ὁμοῦ τοῖς τὰ αὐτὰ φρονοῦσιν αὐτῷ· ἄνδρες δὲ ἦσαν ἀπόλιδες, καὶ Κελεστιανοὶ καθῃρημένοι, καὶ οἱ τῆς Νεστορίου φρενοβλαβείας ὑπασπισταὶ, καὶ ἐκ πολλῆς ἄγαν ἐμβροντησίας μεριζόμενοι σὺν αὐτῷ τῆς κατὰ Χριστοῦ δυσφημίας τὰ ἐγκλήματα. ὑβρίζει τοίνυν ἅπασαν μὲν τὴν ἁγίαν σύνοδον, τῷ τῆς ἀκοινωνησίας ὀνόματι περιβαλὼν τοὺς ἐκ πάσης ἥκοντας τῆς ὑπ' οὐρανὸν, ἄνδρας ἀοιδίμους, καὶ τῷ ὑμετέρῳ B κράτει γνωριμωτάτους, καὶ πολλὴν λαχόντας ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀρίστοις τὴν εὐφημίαν. ἐμὲ δὲ, καὶ τὸν τῆς Ἐφεσίων ἱερουργὸν φορτικωτέρᾳ περιέβαλεν ὕβρει, ψευδηγορῶν, καὶ λέγων, ὡς τὰ τοῦ δυσσεβοῦς Ἀπολιναρίου πεφρονήκαμεν, καὶ τοῖς τοῦ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου βδελυροῖς τε καὶ ἀνοσίοις συναινοῦμεν δόγμασιν. ἔδρα δὲ τοῦτο, ὡς ἔφην, πάντα κάλων ἀνασείων ταῖς ἀπιθάσοις ὀργαῖς, καὶ ὅλας ὥσπερ ἡνίας ἀνεὶς τοῖς ἐκ θυμοῦ καὶ ὑπεροψίας ἀφιλοθέοις κινήμασιν· ὃ δὴ καὶ θαυμάσαι ἔχω. ὁ γὰρ ἀεὶ φίλος καὶ ἀγαπητὸς, ὁ μηδὲ πώποτε τοῖς ἐμοῖς ἐπισκώψας λόγοις, ὁ γράφων ἀσμένως, καὶ C τὰ παρ' ἐμοῦ κομιζόμενος γράμματα, ὁ πρὸ αὐτῶν τῶν τῆς Ἐφέσου πυλῶν τοῖς ἐξ ἀγάπης προσφθέγμασι μονονουχὶ περιφὺς, καὶ ταῖς ἰδίαις ἐπιστολαῖς ἐνθείς· Τῷ δεσπότῃ μου τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ συλλειτουργῷ. Κυρίλλῳ, Ἰωάννης ἐν κυρίῳ χαίρειν. οὐδὲ ἐμὲ μετρίως δάκνει τὸ *ὅλως τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος εἰς τὴν Ἐφεσίων παραγενομένης, τὰς μικρὰς ταύτας ὑστερῆσαι ἡμέρας· τῆς γὰρ χρείας ὁ περὶ τὴν σὴν ἁγιωσύνην πόθος πλέον μοι ἐπείγει), συντόνως τὴν ὁδὸν ἐξανύσαι. καὶ μεθ' ἕτερα· εὔχου οὖν *δέσποτα, καὶ ταύτας D τὰς πέντε, ἢ ἓξ μονὰς ὥστε ἀλύπως ἡμᾶς ὁδεῦσαι, καὶ δραμεῖν, καὶ περιπτύξασθαι τὴν ἱερὰν ἡμῖν καὶ *θείαν κεφαλήν. οἱ περὶ τὸ κύριόν μου τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην, Παῦλον, Μακάριον, προσφθέγγονταί σου τὴν ὁσιότητα. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πλεῖστα προσαγορεύομεν. ἐρρωμένος, ὑπερευχόμενος ἡμῶν διατελοίης, δέσποτα θεοφιλέστατε καὶ ἁγιώτατε. πῶς οὖν ὁ συλλειτουργὸν καὶ ἀδελφὸν ὀνομάσας, ἀδοκήτως ἦν ἐχθρὸς, ἠδικημένος οὐδέν; ἀκούω δὲ, σοφὸν οἴεσθαί τι λέγειν, αὐτὸν τῆς κατ' ἐμοῦ πλημμελείας ἀποκρουόμενον τὰ ἐγκλήματα. ὅτι γέγραφα, κρύ-E πτων ἔτι τὴν ἔχθραν, καιρῷ τῷ δέοντι ταμιευόμενος τὴν φανέρωσιν. εἶτα πῶς εἴπερ ἦν αἱρετικὸς ἐγὼ, καὶ τῆς τοῦ δυσσεβοῦς Ἀπολιναρίου, καὶ Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου φαυλότητος κοινωνὸς, συλλειτουργὸν ὠνόμασε; τί δὲ καὶ ὁσίαν τὴν ἐμὴν κεφαλὴν, καὶ πρός γε τούτῳ καὶ ἱεράν; ἢ οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὡς εἴπερ τις ἕλοιτο φρονεῖν τὰ βαρβάρων, οὗτος ἔσται πάντως τῆς εὐαγεστάτης ὑμῶν βασιλείας ἐχθρός; ἀλλ' ἔκρυπτεν, ὥς φησι, τὴν ἔχθραν· καὶ γλυκὺς μὲν ἦν τό γε ἧκον εἰς λόγους, δόλου δὲ, καὶ πικρίας ἐπίμεστος τὴν καρδίαν. εἶτα τίς ὁ ἐπαινέσαι τολμῶν τὸν οὕτω ζῆν εἰωθότα; ἆρα βούλεται τοὺς Ἑλλήνων ἡμᾶς πολυπραγμονῆσαι λογάδας; ἀλλὰ κἀκεῖνοι μεμισήκασι τὸν

ἑτερό-

ANNO CHRISTI 431.

*ἐκνομον, ἔκνοον

"ἐπισκήψας

*τὸ, ὅλως τῆς

*, ὦ μονὰς ἀλύπως

*ὁσίαν

ἤμην ἢ μὴν καὶ

ANNO CHRISTI 431.

ἑτερόγλωσσον καὶ ἑτερογνώμονα. ἐξετάσωμεν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς τὸν σκοπόν. ἀλλὰ Θεοῦ λέγοντος ἀκηκόαμεν ἐναργῶς περὶ τῶν ὁμοτρόπων ἐκείνῳ· βολὶς τιτρώσκουσα ἡ γλῶσσα αὐτῶν. δόλια τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτῶν· τῷ πλησίον αὐτοῦ λαλεῖ εἰρηνικά, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὴν ἔχθραν. μὴ ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐπισκέψομαι; λέγει κύριος, ἢ ἐν λαῷ τῷ τοιούτῳ οὐκ ἐκδικήσει ἡ ψυχή μου; δόλος γὰρ, καὶ ἀπάτη, καὶ κεκρυμμένη πικρία μεμίσηται παρὰ Θεῷ· καὶ τὸ λαλεῖν μὲν εἰρηνικά, διανοεῖσθαι δὲ δυσμενῶς, ἀφόρητόν τι χρῆμα λελόγισται παρ' αὐτῷ. τοιγάρτοι καὶ ἐκδικεῖν ἐπαγγέλλεται. προφασιζόμενος δὲ ἴσως προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὁ νεανίσκος, εἰς ὕβρεις, καὶ ὁ τεχνίτης εἰς συκοφαντίας, ποιήσεταί τινα πρὸς τοῦτο λόγον, οὐκ ἀκομψον ἴσως, ὥς γε οἴεταί τε καὶ φρονεῖ. φησὶ γάρ· ὅτι κἀγὼ ἐζήλωκα τῷ κυρίῳ, καθὰ καὶ ἡ ἁγία σύνοδος· αἱρετικοὺς δὲ ὄντας ὑμᾶς, ταῖς παρ' ἐμαυτοῦ λελύπηκα ψήφοις. ὅτι δὲ ταῦτα λέγων, ἐκείνοις ἔσται προσεοικὼς, οὓς καὶ ὁ προφήτης ἡμῖν Ἡσαΐας εἰσκεκόμικε λέγοντας· ἐθέμεθα ψεῦδος τὴν ἐλπίδα ἡμῶν, καὶ τῷ ψεύδει σκεπασθησόμεθα· κἂν εἰ μή τις λέγοι τυχὸν, αὐτὰ βοήσει τὰ πράγματα· πρῶτον μὲν γὰρ ὑπέροφρύς τε καὶ ἀλαζὼν εὑρεθήσεται, τοὺς κατὰ πᾶσαν ὄντας τῆς οἰκουμένης ἁγίους ἱερουργοὺς ὕβρει τε περιβαλὼν, καὶ ῥάβδῳ μιᾷ καταπαίων, ἀκοινωνήτους δὲ εἶναι προστέταχεν, οὐκ ἐκείνους μᾶλλον διὰ τούτου λυπῶν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἔξω τῆς πρὸς αὐτοὺς κοινωνίας τιθείς. ἔθος γάρ πως ἀεὶ τοῖς ὀλιγογνώμοσιν, οἴεσθαι μὲν, ὅτι πλήττουσί τινας, δρᾶν ἐπιχειροῦντες ἃ μὴ θέμις ἐστὶν, ἑαυτοὺς δὲ μᾶλλον ἢ ἑτέρους ἀδικεῖν. πῶς δὲ ἦν ἀκόλουθον καὶ τοῖς προύχουσιν ἐπιτιμᾶν, καὶ τοῖς τὴν ἀμείνω λαχοῦσι τάξιν ἀφυλάκτως ἐπιπηδᾶν, καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας θεσμῶν τὴν τῆς εἰρήνης * πρόμνηστριαν καταλιπεῖν εὐταξίαν, μηδὲ αὐτῶν ὑπομιμεῖσθαι φιλεῖν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τὴν ἐπιστήμην; μέτρα μὲν γὰρ τοῖς ἀξιώμασι τὸ εὐσεβὲς ἡμῶν ὡρίσατο κράτος· ἕκαστος δὲ τῶν τετιμημένων τὴν ἑαυτοῦ τάξιν οὐκ ἠγνοηκὼς, εἴκει τε τῷ προύχοντι, καὶ περὶ τῶν ἴσων οὐ φιλονεικεῖ. ὁ δὲ καὶ τοῦτο παρεὶς ὡς ἔωλον, καὶ ἀλογήσας τοῦ πρέποντος, ἀχαλίνοις ὥσπερ καὶ ἀπεριστέπτοις ὁρμαῖς κεχώρηκε κατὰ πάντων· καὶ τῆς πρὸς ἅπαντας κοινωνίας ἑαυτὸν ἐκβαλὼν, οἴεταί τι δρᾶσαι τῶν ὀνησιφόρων ἑαυτῷ. ἀλλ' εἴπερ ὄντως ἐμέ, καὶ τὸν τῆς Ἐφεσίων ἱερουργὸν, αἱρετικοὺς ὄντας ἠπίστατο, τί τὸ κωλῦον ἦν, καὶ πρὶν εἰς τὴν Ἐφεσίων ἀφικέσθαι πόλιν, αἰτιᾶσθαι διὰ γραμμάτων, καὶ ἐμφανῆ καταστῆσαι τὰ ἐφ' οἷς ἦν αὐτῷ καθ' ἡμῶν ὁ λόγος; ἀφιγμένον δὲ εἰς τὴν Ἐφεσίων, τί κεκώλυκε συντυχεῖν, αἰτιᾶσθαι μετὰ παῤῥησίας, εἰς μέσον ἀγαγεῖν τὰ ἐγκλήματα, συνεδρεύοντα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, καλέσαι πρὸς ἀπολογίαν, οὕτω τε ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις ἢ ἀπαλλάξαι τῆς αἰτίας ὀρθὰ φρονοῦντας καὶ λέγοντας, ἢ γοῦν ὑποθεῖναι ψήφῳ δικαίᾳ τὰ τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἀπᾴδοντα δόγμασι φρονεῖν ᾑρημένους; ἐπειδὴ δὲ ἠπίστατο μάτην ἐγκαλῶν, καὶ συντιθεὶς ἀνοσίως τὰς κατὰ τῶν ὀρθοδόξων συκοφαντίας, καὶ τῇ πρὸς Νεστόριον αἰδοῖ καὶ φιλίᾳ τὰ καθ' ἡμῶν δωρούμενος, λεληθότως ἠδίκει· καὶ καθά-

A eum, qui aliud in ore, aliud in corde gerit. Inquiramus divinæ scripturæ scopum. Deum hic clare de his qui eodem cum illo sunt ingenio, dicentem audivimus: *Sagitta vulnerans lingua eorum, dolosa verba oris eorum: proximo suo loquitur pacifica, & in seipso habet inimicitiam. Numquid super his non visitabo, dicit dominus? aut in populum hujusmodi non ulciscetur anima mea?* Dolus enim & impostura & tecta amarulentia execrabiles sunt coram Deo: & pacifice quidem loqui, sed inimicum animum gerere, res apud eum intoleranda reputatur. Quare & horum quoque vindicem se fore interminatur. Verum B strenuus ille convitiator, callidusque calumniator, excusationes in peccatis, ut scriptum est, prætendens, nonnihil ad hæc, fortasse haud inscite, ut ipse putat, respondebit, ac dicet: Et ego quoque pro domino zelatus sum, sicut & sancta synodus: sed cum hæretici essetis, mea vos sententia contristavi. At dum hæc dicit, similem se illis ostendit, quos Isaias propheta adducit dicentes: *Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protegemur.* Quod si nemo fortasse hoc dicat, res ipsa tamen clamat. Primum namque superbus & arrogans deprehendetur, C quod omnes, quotquot per universum orbem degunt, sanctos sacerdotes contumelia afficiens, eademq; virga feriens, sua sententia a communione exclusos esse voluerit: qua re non tam illos læsit, quam seipsum ab illorum communione sejunxit. Familiare est enim stolidioribus, dum quidpiam adoriuntur quod nefas erat, ut se magis lædant, quam alios, quos lædere se arbitrabantur. Ad hæc, quomodo sit ordine ac rite factum, majoribus pœnas irrogare, & in homines sublimiorem ordinem sortitos imprudenter insilire, & ecclesiasticarum legum disciplinam pacis conciliatricem deserere, & ne eorum quidem qui D in sæculo versantur, prudentiam imitari? Enimvero pia vestra majestas dignitatibus modum præfinivit. Vnusquisque autem ex iis qui aliquo honore potiti sunt, ordinis locique sui non ignarus, præstantiori cedit, nec paria cum illis habere contendit. Hic autem istud ut rem parvi momenti negligens, omnemque decori rationem contemnens, effreni quodam temerarioque impetu in omnes fertur: & cum omnium communione sese privaverit, credit tamen res suas egregie se promovisse. Verum si me & Ephesiorum episcopum hæresi infectos esse certo noverat, quid prohibebat, quo minus antequam ad Ephesiorum civitatem venisset, literis nos accusaret, E eaque de quibus nobiscum illi certamen erat, manifesta faceret? Postea vero quam Ephesum venerat, quid prohibuit, quo minus nos conveniret, libere accusaret, in medium crimina proferret, considens in sancta synodo ad respondendum vocaret, ac denique una cum aliis aut crimine liberaret, si quidem recte sapiebamus, & loquebamur, aut certe ab ecclesiasticis dogmatibus aliena sentire volentes justæ condemnationi subjiceret? Verum quia non ignorabat, frustra se nos accusasse, impiamque contra orthodoxos calumniam se struxisse; Nestoriique reverentiæ & amicitiæ tribuere, quod nos insectaretur, abscondite nos læsit; & velut in

PART. III. CAP. XIII.

Ierem. 9.

Psal. 140.

Isa. 28.

PART. III. CAP. XIII.

ANNO CHRISTI 431.

in nocturna quadam pugna non visus, jaculo nos petiit: siquidem chartam falsis accusationibus plenam concinnavit, eamque ad pias vestras aures deferre ausus est, nequaquam id quod divinis literis proditum est, animo perpendens: *Nullum mendacium coram rege protuleris.* Nos vero ubi hoc rescivimus, libellos sanctæ & œcumenicæ synodo exhibuimus, cum rectam illibatamque ecclesiæ fidem profitentes, tum eos quoque qui Arii, Eunomii & Apollinarii dogmata sectantur, anathematizantes. Rogavimus etiam ut juxta ecclesiasticas leges in medium ille prodiret, suos sermones firmaturus, erroriſque nos convinceret. Erant autem, opinor, quæ agebamus legi consentanea. Ipse autem in eam stultitiam, imo vero timiditatem ac desperationem prolapsus est, ut neque ad nos venire, neque sanctam synodum intueri ausus fuerit; cum tamen potius fortiter instare oportuisset, neque expectare ut vocaretur, sed sponte occurrere, diserte redarguere, damnationis reos pronuntiare, ac pro sua ipsius sententia decertare. Verum male sibi conscius id minime fecit; adeoque sanctæ synodi præsentiam metuebat, ut ne ex ædibus quidem prodire auderet. At quomodo verisimile erat, electos sacerdotes, memores sacrificii, memores Dei dicentis: *Justum judicium judicate*; Et *Personam in judicio non accipies*; *Dei enim judicium est*: nos condemnationis sententiæ omnino subjecturos non fuisse, si hæresi infectos deprehendissent? Erat enim necessarium, ut & actorum commentarii conficerentur, & hæc ipsa vobis palam fierent. Regionibus etenim totis, magnisque civitatibus dominationis vestræ nutu unus judex præficitur, cui capitalium rerum judicia committuntur, vos legislatores veretur, vestrisque decretis ad jus investigandum dirigitur. Cum itaque hæc ita habeant, quomodo credibile sit, homines a Deo ad sacerdotium electos, tantoque numero, qui propter vitæ splendorem existimatione admirabili essent, nos magis reverituros fuisse, quam divinum præceptum? Quod autem illius animus ad superbiam & arrogantiam fuerit plane infrenis, id ex aliis quoque rebus perfacile cognoscere licet. Iam per tres fere totos annos, ex quo novorum dogmatum inventor Nestorius blasphemias suas in ecclesia evomere non destiterat. Postquam vero suis etiam literis sanctissimo Romanæ ecclesiæ episcopo Cælestino animi sui morbum patefecisset, non statim duram severamque sententiam excepit, sed admonitus est potius, ut prava illa, qua laborabat, opinione rejecta, rectam & inculpatam fidem complecteretur. Admonitus est autem non semel, sed sæpius. Ipse vero diligens, ut putat, divinorum dogmatum scrutator, (nolo enim gravius aliquid in illum dicere,) quique propter divinarum legum cognitionem mire sibi blanditur, cum nunquam eos quos læsit, commonefecisset, nec verbum ullum cum illis communicasset, imo neque temeritatem suam tueri ausus fuisset; impia tamen sententia sua contumeliam illis intulit: & forte magnifice ea de re sese jactat; ut etiam audiat beatum Davidem dicentem, vel potius Spiritum sanctum per

Prov. 24. secundum LXX.

Deut. 1.

περ ἐν νυκτομαχίᾳ τετόξευκεν οὐχ ὁρώμενος· καὶ ψευδηγορίας μεστὸν συντάξας χαρτίον, τετόλμηκεν ἀνενεγκεῖν εἰς τὰς εὐσεβεῖς ὑμῶν ἀκοάς, οὔτ' ἐκεῖνο λαβὼν εἰς νοῦν, τὸ παρὰ τῇ θείᾳ κείμενον γραφῇ· μηδὲν ψεῦδος ἀπὸ γλώσσης βασιλεῖ λεγέσθω· ἡμεῖς δὲ τοῦτο μαθόντες, βιβλίων ἐπίδοσιν πεποιήμεθα τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, τὴν μὲν ὀρθὴν καὶ ἀβέβηλον τῆς ἐκκλησίας ὁμολογοῦντες πίστιν, ἀναθεματίζοντες δὲ τοὺς τὰ Ἀρείου, καὶ Ἀπολιναρίου, καὶ Εὐνομίου φρονοῦντας. παρεκαλοῦμεν δὲ, κατὰ τοὺς τῆς ἐκκλησίας θεσμοὺς ἥκειν τε αὐτὸν εἰς μέσον, τοῖς ἰδίοις συστησόμενον λόγοις, καὶ διελέγχειν ἡμᾶς. ἔννομα δὲ ἦν, ὥς γε οἶμαι, τὰ παρ' ἡμῶν. ὁ δὲ εἰς τοῦτο κατώλισθεν ἀμαθίας, μᾶλλον δὲ δειλίας τε καὶ ἀπορίας, ὡς καταναρκῆσαι τὴν ἄφιξιν, καὶ μηδὲ ὅσον ἰδεῖν καθαρσῆσαι μόνον τὴν ἁγίαν σύνοδον. καίτοι ἐχρῆν ' δήπου μᾶλλον ἐνστῆναι νεανικῶς, καὶ τὴν κλῆσιν οὐκ ἀναμείναντα δραμεῖν αὐτόμολον, ἐλέγξαι σαφῶς, ἀποφῆναι κατεγνωσμένους, καὶ ταῖς ἰδίαις αὐτὸν ἐπαγωνίσασθαι ψήφοις. ἀλλ' οὐκ ' ἔδρασε τοῦτο, σαθρῷ συνειδότι χρώμενος· δεδιὼς δὲ οὕτω τὴν ἄφιξιν τὴν εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον, ὡς μηδὲ ὅσον εἰπεῖν τῆς ἑστίας προκύψαι τολμᾶν. καίτοι πῶς ἦν εἰκὸς, τοὺς ἐξειλεγμένους ἱερουργοὺς; μεμνημένους ἱερουργίας, μεμνημένους Θεοῦ λέγοντος· κρίμα δίκαιον κρίνατε· καί· οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, ὅτι ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ ἐστι· μὴ οὐχὶ πάντη καὶ πάντως ἐληλεγμένους ἡμᾶς ὡς αἱρετικοὺς, ταῖς τῆς κατακρίσεως ὑποθεῖναι ψήφοις; ἦν γάρ πως ἀνάγκη καὶ ὑπομνημάτων συστῆναι πρᾶξιν; καὶ ταῦτα ὑμῖν γενέσθαι καταφανῆ. χώραις μὲν ' γὰρ ὅλαις καὶ πόλεσι ταῖς μεγάλαις νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους, εἷς ἀναδείκνυται δικαστὴς, θαρσεῖ τε δὲ κρίσεις τὰς ἐφ' αἵματι καὶ ψυχῇ, δέδιέ τε τοὺς νομοθετοῦντας ὑμᾶς, καὶ τοῖς παρ' ὑμῶν θεσπίσμασι πρὸς τὴν τοῦ δικαίου θήραν * ἀπευθύνεται. εἶτα πῶς ἤμελλον οἱ παρὰ Θεοῦ πρὸς ἱερουργίαν ἐξειλεγμένοι, τοσοῦτοί τε ὄντες τὸν ἀριθμὸν, καὶ οὐκ ἀθαύμαστον ἔχοντες τὴν ὑπόληψιν, τὴν ἐπί γέ φημι τῷ βιῶναι λαμπρῶς, ἡμᾶς, αἰδεσθῆναι μᾶλλον; καὶ οὐχὶ τὴν θείαν ἐντολήν; ὅτι δὲ ἀχάλινος αὐτοῦ πρὸς ' ὑπεροψίαν τε καὶ ὕβριν γέγονεν ὁ νοῦς, καὶ δι' ἑτέρων πραγμάτων ἀταλαίπωρον ἰδεῖν. τρίτον μὲν γάρ που διατετέλεκεν ἔτος δυσφημῶν ἐπ' ἐκκλησίας ὁ τῶν νέων δογμάτων εὑρετὴς Νεστόριος· ἐπειδὴ δὲ καὶ δι' οἰκείων γραμμάτων τῷ ὁσιωτάτῳ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ Κελεστίνῳ καταφανῆ τῆς ἑαυτοῦ διανοίας ἐποίει τὴν νόσον, οὐκ ἀπότομον οὐδὲ ἀσυμπαθῆ τὴν ψῆφον ὑπέμεινε, παρεκαλεῖτο δὲ μᾶλλον, ἀποφοιτῆσαι μὲν τῆς ἐνούσης κακοδοξίας αὐτῷ, καὶ τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον ἀνθελέσθαι πίστιν. παρεκαλεῖτο δὲ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πλειστάκις. ὁ δὲ ἀκριβὴς, ὡς οἴεται, τῶν θείων δογμάτων ἐρευνητής· ἵνα μή τι λέγοιμι φορτικόν· ὁ μέγα φρονῶν ἐπὶ τῇ τῶν θείων εἰδήσει νόμων, οὐχ ὑπομνήσας πώποτε τοὺς ἠδικημένους παρ' αὐτοῦ, οὐ λόγου μεταδοὺς, μᾶλλον δὲ οὐδὲ συστῆναι ταῖς ἑαυτοῦ προπετείαις θαρρήσας, ὑβρίζει μὲν ἀνοσίῳ ψήφῳ· τάχα δὲ καὶ μέγα πεφρόνηκεν ἐπὶ τούτῳ, ἵνα καὶ ἀκούῃ λέγοντος τοῦ μακαρίου Δαυὶδ, μᾶλλον δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ φωνῆς τοῦ Δαυίδ.

' αὐτὸν δὴ

' ἔδρασεν εἰς τοῦτο

' γάρ δὴ

* ἴσ. ex s[...] præpositis, θαρσεῖται, inf. etiam

* ἀπευθύνεσθ[...]

' ὑπεροψίας τε καὶ ὕβρεις

ANNO CHRISTI 431. Δαυΐδ· τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ ὁ δυνατὸς ἀνομίαν; ὅλην τὴν ἡμέραν ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου· ὡσεὶ ξυρὸν ἠκονημένον ἐποίησας δόλον· ἠγάπησας κακίαν ὑπὲρ ἀγαθωσύνην, ἀδικίαν ὑπὲρ τὸ λαλῆσαι δικαιοσύνην· ἠγάπησας πάντα ῥήματα καταποντισμοῦ, γλῶσσαν δολίαν. διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς * καθελεῖ σε εἰς τέλος, ἐκτίλαι σε καὶ μετανασεύσαι σε ἀπὸ σκηνώματός σου, καὶ τὸ ῥίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων. (* καθέλοι σε)

Ἐπυθόμην δὲ, ὅτι τῆς καθ' ἡμῶν πλημμελείας ἀπαλλάττειν αὐτὸν ἐπιχειροῦσί τινες, λελυπῆσθαι δικαίως διαβεβαιούμενοι, διά τοι τὸ δίχα αὐτοῦ τὸ ἐπὶ τῷ δεδυσφημηκότι γενέσθαι συνέδριον. B ἀλλ' ἦν ἄμεινον οὐχ ἡμᾶς αἰτιάσασθαι μᾶλλον, γράφεσθαι δὲ τὴν οἰκείαν αὐτῶν ἐπὶ τούτῳ μέλλησιν. εἶτα τοὺς προαφιγμένους καὶ προαπηγγελκότας τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, μὴ δεῖν χρῆναι περιμένειν αὐτὸν, καὶ οὐκ αὐτομόλους εἰς τοῦτο ἐλθεῖν, ἀλλὰ γὰρ ταῖς παρ' αὐτοῦ διακονουμένους φωναῖς, τί μὴ μᾶλλον ἐποιεῖτο κατεστυγημένους, ὡς ψευδηγορήσαντας, ὡς ἠπατηκότας, ἀλλ' ἐν τοῖς ὅτι μάλιστα γνησιωτάτοις ἔχει; ἀλλ' ἔστω τυχὸν, καὶ λελύπηται. ταύτης οὖν ἕνεκα τῆς αἰτίας ἔδει τῶν θείων αὐτὸν ἀλογῆσαι νόμων, ἐπιλαθέσθαι δὲ Θεοῦ λέγοντος· ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς; ἔδει κατακτεῖναι τοὺς ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀτόπων κατεγνωσμένους; ἐχρῆν * ἀδελφῶν τὸ τῆς ἀνοσιότητος καθεῖναι ξίφος; θεσμοὺς ἐκκλησιαστικοὺς περιϋβρίσαι; συκοφαντῆσαι; ψεύσασθαι; καὶ τοῦτο τὰς εὐσεβεστάτας ὑμῶν ἀκοάς; ἐχρῆν ἡγήσασθαι παρ' οὐδὲν τὴν ὀρθότητα τῆς πίστεως, καὶ τὸ ἐθελῆσαι φρονεῖν ὅσα μῶμον ἔχει παντελῶς οὐδένα, χαρίσασθαι δὲ τὴν ἐπικουρίαν τῷ δυσφημοῦντι κατὰ Χριστοῦ, καὶ ἀναστῆσαι ζητεῖν τὸ ψεῦδος, καταστρέφειν δὲ τὴν ἀλήθειαν; ταῦτα φρενὸς ἁγίας δοίη τις ἂν εἶναι καρπόν; ταῦτα βουλῆς ἱερατικῆς εὑρέματα; καίτοι λέγοντος ἀκούω Θεοῦ· ὅτι, χείλη ἱερέως φυλάξεται κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. πρόδηλον οὖν, ὅτι δι' ὧν ἂν οἴεται τῆς καθ' ἡμῶν ἀπονοίας τὰς αἰτίας ἀποσκευάζεσθαι, διὰ τούτων αὐτῶν ἀνόσια πεπραχὼς καταφωρᾶται μειζόνως. ἐγὼ δὲ, ὦ φιλόχριστε βασιλεῦ, ἔχαιρον μὲν τῆς ἐνεγκούσης ἀπαίρων, καὶ τῆς ἡμετέρας Ἀλεξανδρείας ἐκδεδημηκώς· πνεύματος δὲ λαύρου καταχεομένου τῶν ἱστίων, καὶ μονονουχὶ καταβροντῶντος τῆς νεὼς, αἰρομένου τε εἰς ὕψος τοῦ κύματος, καὶ ταῖς τῶν οἰάκων περιπαφλάζοντος κεφαλαῖς, εὔθυμος καὶ οὕτω διετέλουν, τὸν ἐκ τοῦ χειμῶνος κίνδυνον ὀπίσω τιθεὶς τῆς εὐκταιοτάτης μοι θέας τοῦ ὑμετέρου κράτους. καὶ μὴν ὅτε τὴν Ἐφεσίων ἀφέντες, ἐπὶ τὴν λαμπρὰν ἐκείνην ἀνεκομίζοντο πόλιν οἱ ἐκ τῆς ἁγίας συνόδου προκεχειρισμένοι πρός γε τὸ χρῆναι συνειπεῖν τοῖς παρ' αὐτῆς πεπραγμένοις, ἐπεθύμουν γενέσθαι τοῖς ἀνδράσιν ἐνάριθμιος, πρῶτον μὲν ὑπὲρ τοῦ τὸ ὑμέτερον κράτος ἰδεῖν, εἶτα πρὸς τούτῳ, ἵνα καὶ αὐτῷ τῷ τῆς Ἀντιοχείας ἐφ' ὑμῶν δικάσωμαι, καὶ δείξω συκοφαντήσαντα, καὶ παρανόμως λελυπηκότα, καὶ μανίαις ἀκράτοις νενικημένον, ὅτι τὰ Νεστορίου δυσφημιῶν ἀνεθεμάτισα κεφάλαια. τῇ γὰρ ἐμῇ πίστει μεμαρτύρηκε τὴν ὀρθότητα καὶ ἡ Ῥωμαίων ἐκκλησία, καὶ μὴν καὶ ἡ ἁγία σύν-

(Margin: * ἀδελφῷ; φυλάξει; ἡμετέρας; λελυσσηκότα,)

A ejus vocem: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die injustitiam cogitavit lingua tua: sicut novacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam super benignitatem; iniquitatem magis, quam loqui æquitatem. Dilexisti omnia verba præcipitationis, linguam dolosam. Propter hoc Deus destruet te in finem, evellet te, & emigrare faciet te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viventium.* PART. III. CAP. XIII. Psal. 51.

Intelligo autem non deesse, qui illum a delicto in nos commisso absolvere conentur, asserentes eum juste ob id nobis succensuisse, quod ipso adhuc absente contra blasphemum Nestorium concilium sit celebratum. Verum hi longe rectius facerent, si in nos culpam conjicere omittentes, suam illorum potius cunctationem accusarent. Adhæc eos, qui adventum ejus præcurrerunt, & sacræ synodo denuntiarunt, ipsum expectandum non esse, nec se venisse sponte, sed ipsius mandata ferentes, cur non potius exosos habuit ut mendaces ac seductores, sed eosdem inter præcipuos amicos habet? Sed esto, forsan offensus sit: oportuitne ob id illum divinas leges aspernari, Deique oblivisci dicentis: *Insontem ac justum non occides?* Debebatne Exod. 23. eos condemnare, qui de nullo crimine fuerant convicti? debebatne fratres gladio impietatis impetere? Ecclesiasticas leges contemnere, calumniari, mentiri, idque piissimis vestris auribus? Debebatne rectam fidem nihili facere, & velle sapere quæ nullam omnino falsitatis maculam habent? & interea illius causæ patrocinari, qui contra Christum blasphemias effudit; ac quærere mendacium statuere, veritatem evertere? Dabitne quisquam, hæc esse sanctæ mentis fructum? hæc esse sacerdotalis consilii inventa? Atqui Deum dicentem audio: *Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus.* Malach. 2. Clarum est itaque, quod per ea ipsa, quibus vesaniæ, qua contra nos usus est, crimen amoliri se putat, impie egisse apertius deprehendatur. Ego vero, Christi amans rex, gaudebam quidem cum e patria discederem, Alexandria vestra relicta, etiamsi magna vis venti velis sese infunderet, atque instar tonitrui navem percelleret, ac fluctus in sublime elatus summa gubernacula circumstreperet: tamen alacri tranquilloque animo eram, & tempestatis periculum posthabui, ut optatissimo majestatis vestræ aspectu potiri quandoque daretur. Rursum cum ex Ephesiorum civitate ad illustrem illam urbem deveherentur ii, qui ad hoc a sancta synodo delecti sunt, ut quæ ab illa acta fuerant, defenderent, ex illorum numero esse cupiebam: primo quidem, ut majestatem vestram coram viderem: deinde vero, ut in vestra præsentia contra episcopum Antiochenum disceptarem, palamque ostenderem eum calumniatum fuisse, & * inique insanisse, & quasi impotentibus furiis actum esse, eo quod capita blasphemiarum Nestorii anathematizassem. Fidei namque meæ rectitudini testimonium perhibuit & Romana ecclesia, & sancta quoque synodus

(* ac per injuriam offendisse,)

PART. III. CAP. XIII. ANNO CHRI[STI] 431

dus ex universo, ut ita dicam, orbe qui sub cælo est, congregata. Quod enim nulla ex parte ab euangelica & apostolica traditione aberrarim, imo vero quod rectam, minimeque obliquam sacrorum dogmatum semitam teneam, id posteaquam epistolas, quas ad Nestorium perscripseram, legissent, communi sententia confessi sunt omnes, & quidem scripto in ipsa fide monimentorum, rerumque gestarum. Optabam autem non horum tantum gratia eo venire, sed ut aliorum quoque declarationes, quas contra me meosque instituerunt, falsas esse monstrarem: siquidem Nestorii dogmatum propugnatores, invidiæ odiique arcum in me tendentes, impotentisque insaniæ suæ ausus variis modis adversum me concinnantes, viros quosdam (*quorum deus venter est, & gloria in confusione eorum*, sicuti beatus Paulus dicit) mercede pararunt, & accusatores adornarunt, ac ut vestro imperio molesti essent, & quidem frequenter, curaverunt; cum nulla injuria a me sint affecti. neque enim illis mecum quidquam rei prorsus erat. Qui insidiatoribus meis nugaces linguas suas cum vendidissent, frustra contra me obloquebantur, nihil intentatum relinquentes. Hujusmodi vero homines nihil non audent. coalitam enim malitiam habent. Quare etiam pro nihilo ducunt, si calumniandi crimine convicti teneantur, sæpissimeque adversus quos libuerit mentiantur, quanquam ne eos quidem cognoscant, quos accusant. Norunt autem eos esse tales, talemque vitæ consuetudinem inivisse, quotquot Alexandriam vestram inhabitant. Oblocuti sunt itaque illi, propinantes hoc iis, qui ad id eos incitarant, & velut acceptorum munerum precium temerariam in me linguam ostentantes. Tuli autem ista equidem admodum ægre. Quomodo enim id ægre non ferrem? Verumtamen recordatus sum omnium nostrum salvatoris dicentis: *Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quia merces vestra copiosa est in cælis: sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos.* Sane cum iniquitatis pater satanas ecclesiis, iisque qui rectam fidem habent, laqueos tendere molitur, apostolicæque & euangelicæ fidei traditionem per suos satellites & administros adulterare conatur, ac deinde illi, qui rectæ fidei custodes sunt, veritatem ipsi opponunt, & recta pervertentibus obsistunt, Christum ipsum, qui veritas est, belli socium & auxiliatorem habentes, tunc statim mendacii pater multos qui mentiantur excitat; statim sæva illa calumniatorum multitudo adversus illos qui pie vivere volunt, bellum ciet. Hanc molestiam ipsos quoque sacros prophetas perpessos comperimus. Etenim prophetabat olim beatus Amos; & Israelitas vehementer reprehendit, quod dilectionem erga Deum pro nihilo habuissent, legesque sibi datas neglexissent. Verum mox in medium prodiit, & restitit illi * Amasias, (erat autem hic pseudopropheta, & cultor dæmoniorum) detulitque ad regem Israelis virum vere sanctum ac prophetam, ad hunc modum illum accu-

Philipp. 3.

Matth. 5.

*Paschor, al. Pashur.

δος, ἡ ἐξ ἁπάσης ὡς ἔπος εἰπεῖν τῆς ὑπ' οὐρανὸν συναγηγερμένη. ὅτι γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον ἔξω γεγονὼς ἀλοίην αὐτῆς τε ἀποστολικῆς καὶ εὐαγγελικῆς παραδόσεως, ὀρθήν τε καὶ ἀδιάστροφον τῶν ἱερῶν δογμάτων διελαύνω τρίβον, παμψηφεὶ διωμολογήκασι, καὶ τοῦτο ἐγγράφως ἐπὶ πίστεως ὑπομνημάτων, ἀναγινωσκομένων τῶν παρ' ἐμοῦ 'γραφέντων πρὸς Νεστόριον. ηὐχόμην δὲ οὐχὶ τούτων ἕνεκα μόνων ἐκεῖσε γενέσθαι, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰς τῶν ἑτέρων διαβολὰς κατ' ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμῶν ψευδεῖς ἀποφήνω. οἱ γὰρ τῶν Νεστορίου δογμάτων ὑπασπισταὶ τὸ ἐκ φθόνου καὶ βασκανίας ἐπ' ἐμοὶ συντείνοντες τόξον, καὶ τὰ ἐξ 'ἀκράτου μανίας πολυτρόπως ἀρτύοντες, ἄνδρας ἐξωνούμενοι, καὶ κατηγόρους 'ἱστῶντες, ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, τῷ ὑμετέρῳ κράτει δι' ὄχλου γενέσθαι παρεσκεύαζον καὶ μάλα συχνῶς· καίτοι παρ' ἐμοῦ πεπονθότες τῶν ἀτόπων οὐδέν, οὐδὲ γὰρ ἦν τις αὐτοῖς πρὸς ἐμὲ λόγος παντελῶς. ἀπομισθώσαντες δὲ, ὡς ἔφην, τοῖς ἐπιβουλεύουσιν ἐμοὶ τὰς ἑαυτῶν γλωσσαλγίας, 'ἐφλυάρουν εἰκῇ, πάντα δρῶντες ἑτοίμως· ἀτόλμητον δὲ τοῖς τοιούτοις οὐδὲν, σύντροφον γὰρ ἔχουσι τὸ κακὸν, καὶ οὐδὲν λελόγισται παρ' αὐτοῖς τὸ καὶ *γραφὴν ἁλῶναι συκοφαντίας, καὶ ψευδηγορῆσαι πλειστάκις καὶ καθ' ὧν ἂν βούλοιτό τις, καὶ εἰ μή τις εἴη γνώριμος αὐτοῖς τῶν κατηγορουμένων. ἴσασι δὲ ὄντας τοιούτους, οὕτω τε ζῆν εἰωθότας, οἱ κατὰ πᾶσαν ὄντες τὴν 'ἡμετέραν Ἀλεξάνδρειαν. κατεφλυάρουν μὲν οὖν ἐκεῖνο, τοῖς εἰς τοῦτο παρορμηκόσι τὸ χρῆμα προπίνοντες, καὶ ἀντέκτισιν ὥσπερ τινὰ τῆς δωροδοκίας, τῆς κατ' ἐμοῦ γλωσσαλγίας ποιούμενοι τὴν ἐπίδειξιν. καὶ δεδυσφόρηκα μὲν λίαν ἐπὶ τούτοις ἐγώ. πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον; πλὴν ἐμεμνήμην λέγοντος τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα, καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ. χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ * ὑμῶν. ὅτε γὰρ ὁ τῆς ἀνομίας πατὴρ, τουτέστιν ὁ σατανᾶς, ταῖς ἐκκλησίαις παγίδας, καὶ τοῖς ὀρθὴν ἔχουσι πίστιν ἐξαρτύειν * ἐπιχειρεῖ, καὶ διὰ τῶν ἰδίων ὑπασπιστῶν παραχαράττειν ἀποτολμᾷ τῆς ἀποστολικῆς τε καὶ εὐαγγελικῆς πίστεως τὴν παράδοσιν, εἶτα τῆς ὀρθῆς δόξης οἱ φύλακες ἀντανιστῶσιν αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοῖς τὰ ὀρθὰ διαστρέφουσιν ἀντιφέρονται, σύνοπλον ἔχοντες καὶ συμπαραστάτην αὐτὸν τὸν Χριστὸν, ὅς ἐστιν ἀλήθεια, τότε δὴ πάντως ὁ τοῦ ψεύδους πατὴρ πολλοὺς ἐγείρει τοὺς ψευδηγόρους· τότε δὴ καὶ συκοφαντῶν ἀγρία πληθὺς τοῖς εὐσεβεῖν ᾑρημένοις ἀντανίσταται. τοῦτο παθόντας καὶ αὐτοὺς εὑρίσκομεν τοὺς ἁγίους προφήτας. προεφήτευε μὲν γὰρ κατὰ * καιροὺς ὁ μακάριος Ἀμὼς, κατηπᾶτο δὲ σφόδρα τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ὡς τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ἠφειδηκότας, καὶ τῶν δοθέντων αὐτοῖς ὑπερορῶντας νόμων· ἀλλ' εἰς μέσον * ἦλθε παραχρῆμα, καὶ ἀντέπραττεν ὁ Παχώρ· ψευδοπροφήτης δὲ οὗτος, καὶ δαιμονίων θεραπευτής· εἶτα τῷ βασιλεῖ τοῦ Ἰσραὴλ διαβέβληκε τὸν ἀληθῶς ἅγιον, καὶ προφήτην, ὧδε γεγραφώς·

'γραφ[έντα] πρὸς Ν[εστό]ριον ἐπισ[το]λῶν.

'ἀκρατ[οῦς] ἢ μανίας

'ἱστάντες

'κατεφλυ[άρουν] στέρουν

* γραφῇ

'ὑμετέραν

* ἡμῶν.

* ἐπιχειρῇ,

* χαιρῶν

'ἧκε, καὶ ἀντέπραξεν.

Anno Christi 431.

φώς· συστροφὰς ποιεῖται κατά σου Ἀμώς· οὐ μὴ δυνήσεται ἡ γῆ ὑπενεγκεῖν πάντας τοὺς λόγους αὐτοῦ. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ μακάριος προφήτης Ἱερεμίας πλημμελοῦντα τὸν Ἰσραὴλ ἐπανορθοῦν ἐκέλευε τὰς οἰκείας ὁδούς. ἀλλ' οὐκ ἀπῆσαν οἱ ἐνδιαβάλλοντες· παρώξυναν γὰρ κατ' αὐτοῦ τὸν Σεδεκίαν, τοὺς τῆς βασιλείας διέποντα θρόνους. καὶ φορτικὸν ἦν τοῖς ἁγίοις τὸ χρῆμα, καὶ δύσοιστον ἀληθῶς: πλὴν τὸ Θεῷ δοκοῦν καὶ φίλον τῆς ἑαυτῶν προθέντες ζωῆς, εἴχοντο καὶ οὕτω τῶν ἐν χερσὶ σπουδασμάτων, οὐκ ἀγνοοῦντες τὸ γεγραμμένον· ὅτι καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ· οὗ δ' ἂν θέλοι νεῦσαι, ἐκεῖ ἔκλινεν αὐτήν. πρᾴους γὰρ αὐτοὺς ἀπετέλει καὶ φιλοικτίρμονας, καίτοι πλειστάκις παροξυμμένους, τοὺς τῶν Ἰουδαϊκῶν κρατοῦντας πραγμάτων. ἀλλὰ γὰρ παρήσομεν τὰ ἐκείνων, ὡς πᾶσιν ἐγνωσμένα. μεμνήσομαι δὲ τοῦ πανευφήμου καὶ τρισμακαρίου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, τοῦ γεγονότος κατὰ καιροὺς ἐπισκόπου τῆς ἡμετέρας Ἀλεξανδρείας. ἐμάχετο μὲν γὰρ ταῖς Ἀρείου κακοδοξίαις. οἱ δὲ τῆς ἐκείνου βδελυρίας ὑπασπισταί, συκοφαντοῦντες αὐτὸν διετέλουν· ἀσελγῆ δὲ καὶ ἀχάλινον ἐπ' αὐτῷ τὴν γλῶσσαν ἀνέντες, ὡς οὐκ ἀρκούντων αὐτοῖς τῶν ψευσμάτων, χεῖρα τεμόντες ἀνθρώπου, περιεκόμιζον φρικτὸν τοῖς ὁρῶσι παρατιθέντες θέαμα, ταύτην αὐτὸν ἔφασκον ἀποτεμεῖν· Ἀρσένιον δέ τινα τοῦτο παθεῖν διετείνοντο. χρόνοις δὲ μακροῖς διατετελέκασι συναρπάζοντες, ἄχρις οὗ διαλανθάνων κατελήφθη ζῶν ὁ Ἀρσένιος· πεφώραται δὲ οὕτω μόλις τῆς ἐκείνων σκαιότητος τὸ ἐγχείρημα. δύσοιστον μὲν οὖν, καὶ σφόδρα δριμὺ ψυχαῖς ἐλευθέραις, καὶ καθαρὸν ἐχούσαις τὸ συνειδός, ἡ συκοφαντία. ἀλύει δὲ σφόδρα τῶν πεπονθότων ὁ νοῦς· καὶ τὸ εἰκῇ καὶ μάτην ἐπιβουλεύεσθαι παρὰ τῶν ἠδικημένων οὐδέν, παγχάλεπον ὁμολογουμένως. πλὴν ὅτι ταῦτα συμβήσεται τοῖς πρεσβεύουσι τὴν ἀλήθειαν, προκαταμεμήνυκεν ἡ θεία γραφή. ἔφη γάρ· ἕως θανάτου ἀγώνισαι περὶ τῆς ἀληθείας, καὶ κύριος πολεμήσει ὑπὲρ σοῦ. καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς ἀγαθὴν εὐτολμίαν ἐπαλείφων τοὺς μαθητάς, καὶ ψευδηγορίας ἁπάσης ἀλογεῖν ἀναπείθων, καὶ τῶν ἐπὶ τῷ διώκεσθαι πόνων· εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, φησί, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν· εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, πολλῷ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ. ἐκδυσωπεῖ δὲ καὶ σφόδρα χρησίμως προσεπειπών· οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. εἰ γὰρ αὐτοῦ κατειρήκασι τοῦ Χριστοῦ, πῶς, ἢ ποῖος ἡμῶν ὁ λόγος; καὶ εἰ κατὰ παντὸς ἁγίου γεγόνασιν αἱ συκοφαντίαι, πῶς ἦν ἄρα διαφυγεῖν τοὺς ἐλαχίστους ἡμᾶς; ἀκρατὴς μὲν ἡ κατὰ τῶν ἁγίων γλῶττα, φέρεται δὲ ὥσπερ κατὰ πρανοῦς, ἀλλ' ἔστιν ἐπάρατος, καὶ Θεῷ κατεστυγημένη. ψάλλει γοῦν ὁ μακάριος προφήτης Δαυίδ· ἐξολοθρεύσαι κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια, καὶ γλῶσσαν μεγαλοῤῥήμονα.

Πεπείραται σὺν ἐμοὶ τῶν ἐκ γλώττης ἀχαλίνου βελῶν καὶ ὁ ἀγαπητὸς μονάζων Βίκτωρ. ἐπεφήμισαν γάρ τινες αὐτῷ τῶν τάχα που ψευδηγορεῖν εἰωθότων, ὅτι καὶ αὐτὸς τῶν ἐκτόπων

Quid est, aut aliter legit interpres.

PART. III. CAP. XIII.

sans: *Conjurationes facit contra te Amos: non poterit terra sustinere universos sermones ejus.* Pari modo beatus quoque Ieremias propheta peccantem populum Israel vias suas corrigere jussit. verum non defuerunt qui illum calumniarentur. Incitaverunt enim contra illum Sedechiam, qui regni solium tunc obtinebat. Erat profecto sanctis res hæc gravis, & vere molesta: at quod Deo placitum gratumque sciebant, propriæ vitæ præferentes, in suscepto studio constanter persistebant, scriptum esse recolentes: *Cor regis in manu Dei est: quocumque voluerit, inclinabit illud.* Reddebat enim eos qui Iudaicarum rerum potiebantur, clementes ac misericordes, quamvis sæpe vehementer essent incitati. Sed mittamus quæ illis acciderunt, tamquam omnibus nota: in mentem revocemus celeberrimum beatissimumque patrem nostrum Athanasium, qui olim Alexandriæ vestræ episcopus fuit. Impugnabat ille perversam Arii opinionem: nugacitatis vero illius assentatores pertinaci studio illum calumniabantur, petulantemque & infrenem linguam adversus illum exerebant. Neque mendaciis contenti manum quoque cujusdam hominis absciderant, eamque circumferentes, horrendum videntibus spectaculum exhibebant. Dicebant autem Athanasium illam abscidisse, quemdam vero Arsenium nomine istud passum esse. Multo autem tempore ignaros decipere perstiterunt, donec tandem Arsenius ille, qui hactenus latuerat, adhuc vivus compertus est: atque ita vix tandem eorum improbitatis conatus detectus est. Sane quidem calumnia animis liberis, bonamque conscientiam habentibus; molesta est, valdeque acerba. angitur autem vehementer illorum animus, quibus ista accidunt: & gravissimum certe est, gratis & sine causa ab iis ejusmodi molestias insidiasque perferre, qui nulla unquam re læsi fuerant. Verumtamen quod ista veritatis cultoribus eventura essent, divina scriptura prænuntiaverat. Dicit enim: *Usque ad mortem certa pro veritate, & dominus pugnabit pro te.* Sed & ipse quoque dominus noster Iesus Christus discipulos suos ad bonam confidentiam instruens, suadensque ut quodvis mendacium, omnemque persecutionis molestiam contemnerent, ita aiebat: *Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus?* Non mediocri autem afficit verecundia, & valde utiliter quod subjungit: *Non est*, inquit, *discipulus supra magistrum, nec servus supra dominum suum.* Si enim Christo contradixerunt, quæ nostri habenda erit ratio? Et si contra quemvis sanctum instructæ sunt calumniæ, quomodo nos minimi illas effugeremus? Petulans quidem est adversus sanctos viros impia lingua, ac præceps quodammodo fertur; verum execrabilis & odibilis est coram Deo. Psallit igitur beatus propheta David: *Disperdat dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam.*

Expertus est mecum infrenatæ linguæ jacula etiam dilectus solitarius Victor. Sparserant enim de illo quidam ex iis qui mentiri consueverunt, quod is quoque contra me

Amos. 7. Ierem. 26. Prov. 21. Theodoret. lib. 1. hist. eccles. c. 30. Sozom. lib. 2. c. 24. Socrat. lib. 1. c. 21. Eccl. 4. Ioan. 15. Matth. 10. Ibidem. Psal. 11.

PART. III. CAP. XV.

me absurda quædam nugatus esset, ut etiam cum Ephesum ad me venisset, nonnulli ex sancta synodo plurimum ipsum accusarint; imo vero universi veluti unum ex impiorum numero perosi, illum aversati sint; persliteruntque parricidam & fratricidam, aliisque ejusmodi nominibus appellare. Cum autem ille senex hoc intellexisset, multis admodum sanctis episcopis ipsum circumstantibus, sublatis in cælum manibus, præter morem suum per sacrosanctum baptisma & veneranda Christi mysteria, nullius horum scelerum sibi conscium esse juravit: ac denique offensorum animos ægre ego & ipse simul hac ratione placare potuimus. Verum enimvero licet plurimi mentiri volentes extiterint, & insurrexerint, & frustra insilierint, seu potius a Nestorii studiosis ad hoc incitati fuerint; suffecit tamen ad opem nobis ferendam salvatoris nostri gratia, vestræque pietatis justitia. Nam velut ex ardenti camino ereptos, placidissimis vestris nutibus servastis, ut una cum aliis, qui per universam vestram Ægyptum sparsi sunt, sanctis episcopis & monachis continue pro imperio vestro, & victoria, ac stabilitate, gratiarum actiones sanctissimo Christo offeramus. Per quem, & cum quo, Deo & Patri sit gloria, cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

A τινὰ πεφλυάρηκε, κατ' ἐμοῦ· ὥστε καὶ ἀφιγμένον εἰς τὴν Ἐφεσίων πρός με, κατηπιῶντο σφόδρα τῶν ἀπὸ τῆς ἁγίας συνόδου τινές· μᾶλλον δὲ καὶ ἀπεστράφησαν ἅπαντες, ὡς ἕνα τῶν ἀνοσίων μεμισηκότες. διατετελέκασι καὶ πατρολῴαν ὀνομάζοντες, καὶ ἀδελφοκτόνον, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια. καὶ τοῦτο γνοὺς ὁ πρεσβύτης, πλείστων ὅσων αὐτὸν περιεστηκότων ἁγίων ἐπισκόπων, ἀνατείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, ὀμώμοκεν ἀσυνήθως, κατά τε τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ τῶν σεπτῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, μηδὲν ἑαυτῷ * συνειδέναι τοιοῦτον· οὕτω τε μόλις ἐγὼ καὶ B αὐτὸς ἰσχύσαμεν τὰς τῶν λυπουμένων θεραπεῦσαι ψυχάς. πλὴν εἰ καὶ πολλοὶ λίαν οἱ ψευδορκεῖν ἐθέλοντες, ἐπιφυόμενοί τε καὶ ἐπιπηδῶντες μάτην, μᾶλλον δὲ καὶ ' παροξυνόμενοι πρὸς τοῦτο παρὰ τῶν Νεστορίου σπουδαστῶν· ἀλλ' ἤρκεσεν εἰς ἐπικουρίαν τοῦ σωτῆρος ἡ χάρις, καὶ τῆς ὑμετέρας * εὐσεβείας τὸ μισοπόνηρον· ὥσπερ γὰρ ἐκ καμίνου καιομένης ἁρπάσαντες, ὑμερωτάτοις νεύμασι διεσώσατε· ἵνα τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ, τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ' ἡμετέραν Αἴγυπτον ἁγίοις ἐπισκόποις, καὶ μονασταῖς, ἀκαταλήκτους εὐχαριστίας, τὰς ὑπέρ τε τοῦ ὑμετέρου κράτους, νίκης C τε, καὶ διαμονῆς, ἀναφέρωμεν τῷ παναγίῳ Χριστῷ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

* συνιέναι
' παρωτρυμμένοι
* σωτηρίας
' ὑμετέραν

*DECRETI REGII, QUO NESTORIO exilium aperte & publice indicitur, relatio.**

* & de ordinatione Maximiani episcopi Constantinopolitani.

Cum septem & septem ex utraque parte episcopi Constantinopolim venissent, imperator certo comperit, sanctam & œcumenicam synodum canonico legitimoque ordine in omnibus servato Nestorium deposuisse. Itaque legatorum synodi sententia approbata, orientales quidem condemnat, Nestorium vero exilio multat. Iis præterea qui ex sanctæ synodo legati venerant, injungit, ut ad ecclesiam se conferant; ibidemque sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ episcopum creent. Illi in ecclesiam ingressi, Maximianum episcopum creant. Post hoc jussit imperator ut singuli episcopi ad suas provincias & civitates revertantur. Remansit autem Ioannes Antiochenus, cæterique episcopi qui partes illius tuebantur, in separatione permanentes. [Ingressus autem est Cyrillus episcopus Alexandriam † Athyr tertia, & suscepit eum civitas cum multa exultatione & gloria.

† Est xxx. dies Octobris. Deest decretum.

ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ ΘΕΣΠΙΣΜΑ ΤΟ ' δημοσιεῦσον, καὶ ἐξορίζον Νεστόριον.

' δημοσιοῦν

ΑΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἑπτὰ καὶ ἑπτὰ ἐπισκόπων ἐξ ἑκατέρου μέρους, ἐπληροφορήθη ὁ βασιλεὺς, ὡς ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος πάντα κανονικῶς καὶ ἀκολούθως πράξασα καθεῖλε Νεστόριον. διὸ καὶ ἀποδεξάμενος αὐτοὺς, κατέγνω τῶν ἀνατολι- D κῶν, καὶ λοιπὸν ἐξώρισε μὲν Νεστόριον. ἐκέλευσε δὲ, τοὺς ἐκ τῆς ἁγίας συνόδου * εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον τῇ ἁγίᾳ Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίᾳ. καὶ * συνελθόντες ἐχειροτόνησαν Μαξιμιανὸν ἐπίσκοπον. καὶ μετὰ τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς, πάντας τοὺς ἐπισκόπους, ἕκαστον ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν τε καὶ πόλιν. ἔμεινε δὲ Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχείας καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ χωρίσει ὄντες.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

* συνεισελθεῖν
* συνεισελθόντες ' εἰσελθόντες
* Λείπει τὸ θέσπισμα.

ANTIGRAPHUM INTERPRETAtionis decreti imperatorii, scripti ad Isidorum præfectum prætoriorum & consulem, de exilio Nestorii.

CAP. XV. Sententia adversus Nestorium.

Licet nostrum erga rempublicam studium conspicuum sit; non minori tamen nobis est curæ, ut sacrosancta religio tuta consistat: qua videlicet a nobis custodita, in publicis quoque rebus nos adjuvari confidimus. Quare cum Nestorius catholicæ ecclesiæ quondam sacerdos, nunc vero fidei proditor, tantorum

E ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ βασιλικοῦ θεσπίσματος γραφέντος πρὸς Ἰσίδωρον ἔπαρχον πραιτωρίων καὶ ὕπατον, περὶ τῆς * ἐξορίσεως.

* ἐξορίας Νεστορίου.

ΕΙ καὶ τῆς τῶν δημοσίων πραγμάτων φροντίδος περιφανής ἐστιν ἡ ὑμετέρα σπουδὴ, ὅμως οὐχ ' ἧττον παρ' ἡμῖν τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας ἡ ἀσφάλεια. ἥσπερ θεραπευομένης παρ' ἡμῶν, καὶ ἐν ταῖς δημοσίαις χρείαις πιστευόμεθα ἑαυτοῖς βοηθεῖσθαι. καὶ διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ Νεστόριος, ὁ τῆς καθολικῆς ποτε ἐκκλησίας ἱερεὺς, νῦν δὲ τῆς πίστεως προδότης, τηλικούτοις

Κατὰ Νεστορίου ἀπόφασις.
' ἧττον

μυσαρῶν

Anno Christi 431.

μυσαρῶν μεγέθεσιν ἐνδεδεμένος φαίνεται, καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἵνα ἀποφάσει τῆς ἡμετέρας γαληνότητος ὑποβληθεὶς, τῇ ἁρμοζούσῃ τοῖς οἰκείοις τρόποις ταλαιπωρίᾳ καταβαρυνθείη· ὅστις καταλειφθέντων τῶν σεβασμίων νόμων τῆς ἐκκλησίας, ἀθεμίτου αἱρέσεως αὐθέντης ἐφάνη. καὶ ἐν τῷ διαφθείρειν αὐτῶν τὴν πίστιν, οὕς τινας τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἑαυτοῦ προδοσίας συνῆψεν, εἰς τὸ οἰκεῖον ἑαυτοῦ πρόσωπον ἀνέλαβε καὶ τὸ ἔγκλημα τῆς προδοσίας τῆς ἀλλοτρίας· ἡ ἔνδοξος τοιγαροῦν σου αὐθεντία, τοῦ πραγματικοῦ τύπου τούτου, ἤτοι ἰδικῆς αὐθεντίας ὑποδειχθείσης, τὸν μνημονευθέντα Νεστόριον, εἰς ἐξορίαν Πέτρας εἰς τὸ διηνεκὲς προσταξάτω ὑπὲρ τῶν ἠσεβημένων αὐτῷ καταχθῆναι οὕτως, ὥστε πάντα αὐτοῦ τὰ ὑπάρχοντα τῇ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως προσκυρωθῆναι, πρὸς τὸ τοῦ σεβασμιωτάτου τόπου τὰ πράγματα αὐξηθῆναι, οὗ προέδωκε πρώην τὸ μυστήριον. οὕτω γὰρ ἔσται ἐν τῇ ψυχῇ τῶν ἀνθρώπων ἡ εὐλάβεια τῆς ἁγιωτάτης πίστεως ἀβλαβὴς, καὶ τῆς ὑμετέρου βασιλείας ἡ εὐδαιμονία ὀχυρωθεῖσα τῇ θρησκείᾳ αὐξήσει.

Margin: ἐξορίας

Part. III. Cap. XVI.

scelerum mole oppressus teneatur; necessarium est, ut nostræ serenitatis sententiæ subjiciatur, calamitateque moribus illius digna opprimatur, ut qui venerandis ecclesiæ legibus abjectis, nefandæ hæreseos auctor extiterit: & dum illorum, quos proditionis suæ socios sibi adjunxit, fidem corrupit, alienæ corruptionis crimen in suam ipsius personam recepit. Tua proinde celebris dominatio hac pragmatica sanctione, sive peculiari auctoritate ostensa, prædictum Nestorium ob admissam a se impietatem in perpetuum exilium Petras deportari jubeat; omniaque illius bona ecclesiæ Constantinopolitanæ addicat; quo augustissimi loci illius opes, cujus ille sacra mysteria nuper prodidit, auctiores evadant. Hac enim ratione religio sanctissimæ fidei in mentibus hominum intacta perseverabit, & regni nostri felicitas religione munita florebit.

Margin: Evagr. l. 1. cap. 7. Oasim, quæ & Ibis, in Libya, relegatum fuisse Nestorium scribit. "Non unus fuit exilii Nestoriani locus

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΥΝΟΔΙΚΗ ΓΡΑΦΕΙΣΑ ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως.

Τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ εὐσεβεστάτοις ἀδελφοῖς, καὶ συνεπισκόποις πᾶσι τῆς παλαιᾶς Ἠπείρου, Μαξιμιανὸς, Ἰουβενάλιος, Ἀρκάδιος, Φίλιππος, Φλαυιανὸς, Φίρμος, Θεόδοτος, Ἀκάκιος, Εὐόπτιος, Δανιὴλ, καὶ ἡ συμπαροῦσα αὐτοῖς ἁγία σύνοδος, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Εἰδότες τὴν τῶν ἀποσχισάντων * ἐπιβουλήν τε καὶ ἀπάτην, τὴν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν παρ' αὐτῶν γινομένην, καὶ ὅτι περιτρέχοντες ἑκάστην ἐκκλησίαν, ὡς κοινωνικοὶ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τῆς ἐν Ἐφέσῳ, σπουδάζουσιν ἀπατᾶν ἕκαστον, καὶ τὴν πρὸς λαούς τε καὶ κλήρους κοινωνίαν ἐφέλκεσθαι, πολλὴν περὶ τούτου πρόνοιαν ποιούμενοι ἐδικαιώσαμεν ἅμα τῷ καταστῆναι τὸν τὰ πάντα θεοφιλέστατον καὶ ἁγιώτατον κύριον ἐπίσκοπον Μαξιμιανὸν τῆς μεγάλης πόλεως, τὸ γράμμα τοῦτο πρὸς ὑμᾶς σὺν αὐτῷ διαπέμψασθαι· ἵνα γνόντες τὰ κατ' αὐτοὺς, παντοίως αὐτούς τε καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν φυλάξησθε. ὑπὲρ δὲ πλείονος ἀσφαλείας, καὶ τοῦ γνῶναι ὑμᾶς, ὅτι οὐχ ἡμετέροις μόνοις πειθαρχεῖτε γράμμασιν, ἀλλὰ καὶ δόγμασι τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῆς ἐν Ἐφέσῳ, ὑπετάξαμεν τὸ συνοδικὸν γράμμα, ὥστε ὑμᾶς καὶ ἐξ ἐκείνου πληροφορηθῆναι, τίνα τέ ἐστι τὰ τυπωθέντα περὶ τῶν ἀποστατησάντων, καὶ τὰ Νεστορίου φρονησάντων; καὶ οἷα τὰ ἐπιτίμια κατὰ τῶν κοινωνεῖν αὐτοῖς τολμώντων. πᾶσαν τὴν σὺν ὑμῖν ἀδελφότητα ἡμεῖς τε καὶ οἱ σὺν ἡμῖν πάντες προσαγορεύομεν. ἐῤῥωμένοι ἐν κυρίῳ ὑπερεύχεσθέ μου θεοφιλέστατοι ἀδελφοί.

Margin: ἐπιβουλὴν τε

Ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ οἱ προγεγραμμένοι ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

Ἔστι δὲ τὸ συναποσταλὲν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ συνοδικὸν γράμμα, τοῦτο:

EPISTOLA SYNODALIS Constantinopoli missa.

Religiosissimis piissimisque fratribus, omnibusque veteris Epiri coepiscopis, Maximianus, Iuvenalis, Arcadius, Philippus, Flavianus, Firmus, Theodotus, Acacius, Euoptius, Daniel, & quæ una cum ipsis versatur sancta synodus, in domino salutem.

Cap. XVI.

Schismaticorum * consilium & imposturam, quam contra ecclesias machinati sunt, compertam habentes, certique quod singulas ecclesias, tamquam qui cum sancto magnoque concilio Ephesino societatem habeant, circumcursitantes, unumquemlibet circumvenire, populorumque & cleri communionem modis omnibus aucupari studeant, in hoc solicite incumbentes, æquum judicavimus, simulatque sanctissimus, Deoque per omnia dilectissimus Maximianus magnæ civitatis episcopus institutus est, has literas una cum eo ad vos transmittere; quo statum, artesque illorum perspectas habentes, ipsos ipsorumque communionem aversemini. Vt autem securiores sitis, & sciatis quod non literis tantum nostris paretis, sed etiam decretis sanctæ & œcumenicæ synodi Ephesi congregatæ, subjecimus synodicas literas, ut vos ex illis certiores reddamini de iis quæ contra schismaticos, & Nestorianos decreta sunt; & qualis item pœna illis constituta est, qui cum ipsis communicare præsumpserint. Vniversam quæ vobiscum est fraternitatem, & nos & qui nobiscum sunt, salutamus omnes. Valete in domino, & orate pro me, Deo dilectissimi fratres.

Margin: * insidias,

Subscripserunt simili modo & reliqui quoque prænotati episcopi.

Scriptum autem synodale una cum hac epistola missum, hujusmodi est.

PART III. CAP. XVII.

A

ANNO CHRIST. 431.

Sancta & œcumenica synodus ex decreto piissimorum imperatorum Ephesi congregata, singularum provinciarum ac civitatum episcopis, presbyteris, diaconis, & universo populo.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ ἐν Ἐφέσῳ συγκροτηθεῖσα ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, τοῖς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τε καὶ πόλιν ἐπισκόποις τε καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, καὶ παντὶ τῷ λαῷ.

Habetur sup. act. 7. pag. 801. D.

CUM essemus in Ephesiorum metropoli secundum pias imperatorum literas congregati, defecerunt a nobis quidam numero paulo plus triginta, *&c.*

ΣΥΝΑΧΘΕΝΤΩΝ ἡμῶν κατὰ τὸ εὐσεβὲς γράμμα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, ἀπέστησάν τινες ἐξ ἡμῶν, ὄντες τὸν ἀριθμὸν τριάκοντα, μικρῷ πρός. καὶ τὰ λοιπά.

ὡς πρὸς γράμμα. (margin: ὡς πρὸς ... χαπίαι.)

EXEMPLUM EPISTOLÆ scripta a Maximiano creato episcopo Constantinopolitano, ad Cyrillum archiepiscopum Alexandrinum.

B

ΙΣΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΓΡΑΦΕΙΣΗΣ παρὰ τοῦ γενομένου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Μαξιμιανοῦ πρὸς Κύριλλον ἀρχιεπίσκοπον Ἀλεξανδρείας.

Religiosissimo & reverendissimo comministro Cyrillo, Maximianus episcopus in domino salutem.

Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ εὐλαβεστάτῳ συλλειτουργῷ * Κυρίλλῳ, Μαξιμιανὸς ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ἀγαπητῷ

CAP. XVII. EXPLETUM est desiderium tuum, Deo devotissime; perfectum est quod religionis causa susceperas; ad finem perductum est pietatis tuæ votum; spectaculum factus es & angelis & hominibus, universisque Christi sacerdotibus. Neque enim solum in Christum credidisti, sed etiam pro ipso passus es: solus dignus habitus es qui ferres Christi passiones, qui stigmata illius in corpore tuo portares. Confessus illum coram hominibus, promeritus es ut ipse te confiteretur coram Patre, in conspectu sanctorum angelorum. Redimitus es coronis, quæ pro pietate certantibus debentur: potuisti omnia in Christo, qui te confortavit: humiliasti satanam per patientiam; contempsisti tormenta, conculcasti furorem principum, famem pro nihilo duxisti; panem enim habebas, qui de cælo descendens cælestem vitam hominibus dedit. Quia vero nos quoque ab his non abfuimus, dum & hic sensibiliter erudimur, & vestras afflictiones, quas, dum principatibus & potestatibus, dum mundi dominis & tenebrarum sæculi hujus rectoribus, dum nequitiæ spiritibus resistitis, tolerastis, auditione accepimus, & quia ad magnæ hujus civitatis archiepiscopatum promoti sumus; dignare, Deo dilectissime, & precibus nos fulcire, & consiliis informare, & omni denique benevolentiæ studio prosequi, ut hac ratione illud scripturæ dictum in nobis adimpleatur: *Frater qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma.* Vere enim spiritalis dilectio munita civitas est, quæ neque cuniculis a diabolo suffodi, neque scalis ab eodem potest superari. Neque enim illa bellicis satanæ machinis cedere novit, ut quæ a Christo domino custodiatur, Christo utique illo, qui & mundum hunc devicit, & sempiterna bona tibi præparavit, qui dixit: *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.* Cum itaque Christo domino dignus evaseris, propterea quod crucem tuam sustulisti, & illum secutus es, Christum pro nobis deprecari ne omittas, fraternæ virtutis ornamenta proprias prærogativas esse ratus.

I Cor. 4. *Philipp. 1.* *Galat. 6.* *Matth. 10.* *Joan. 6.* *Ephes. 6.* *Prov. 18.* *Matth. 10.*

C D E

ΠΕΠΛΗΡΩΤΑΙ σοι τὰ τῆς ἐπιθυμίας, θεοφιλέστατε· λέλυταί σοι ὁ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας σκοπός· εἰς πέρας ἐλήλυθεν ὁ ὑπὲρ εὐσεβείας πόθος· θέατρον ἐγένου καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις, καὶ πᾶσι τοῖς τοῦ Χριστοῦ ἱερεῦσιν. οὐ μόνον ἐπίστευσας εἰς Χριστὸν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἔπαθες. μόνος ἄξιος ἐκρίθης τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων, καταξιωθεὶς τὰ στίγματα αὐτοῦ ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι βαστάσαι. ὡμολόγησας αὐτὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὡμολογήθης * παρ' αὐτοῦ ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ἐπὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. ἀνεδήσω τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας στεφάνους. πάντα ἴσχυσας ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί σε Χριστῷ. ἐταπείνωσας τὸν σατανᾶν διὰ τῆς ὑπομονῆς. κατεγέλασας κολαστηρίων. ἐπάτησας θυμὸν ἀρχόντων. λιμοῦ κατεφρόνησας· εἶχες γὰρ τὸν ἄρτον τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατελθόντα, καὶ ζωὴν δεδωκότα τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἄνωθεν· ἐπεὶ τοίνυν οὐδὲ ἡμεῖς ἀπελείφθημεν τούτων, τὰ μὲν αἰσθητῶς παιδευόμενοι ἐνταῦθα, τὰ δὲ ἐν τῇ ἀκοῇ τῆς θλίψεως τῆς * περὶ ὑμῶν, πρὸς τὰς ἀρχὰς ἀντικαταστάντων, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, παρήχθημεν δὲ εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην τῆς μεγαλοπόλεως, καταξίωσον θεοφιλέστατε, εὐχαῖς τε ἡμᾶς ὑποστηρίζειν, καὶ συμβουλαῖς στοιχειοῦν, καὶ πάσῃ περὶ ἡμᾶς κεχρῆσθαι εὐνοίᾳ· ὥστε πληρωθῆναι καὶ ἐφ' ἡμῖν τὸ γραφικὸν ῥητόν· ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρά· ἀληθῶς γὰρ ἡ πνευματικὴ ἀγάπη πόλις ἐστὶν ὀχυρὰ, οὐ δυναμένη καταγωνισθῆναι, οὔτε πολιορκηθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου οὔτε ὑπορυγαῖς, οὔτε ὑπερβάσεσιν. οὔτε γὰρ εἴκει ταῖς ἑλεπόλεσι τοῦ σατανᾶ, διὰ τὸ παρὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ φυλάττεσθαι· Χριστοῦ, τοῦ τὸν κόσμον νικήσαντος, καὶ τὰ αἰώνιά σοι ἀγαθὰ ἑτοιμάσαντος· τοῦ εἰρηκότος· ὅστις οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. ἄξιος οὖν ὑπὸ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ φυλάττεσθαι, Χριστοῦ τοῦ τὸν κόσμον νικήσαντος, διὰ τὸ λαβεῖν τὸν σταυρὸν, καὶ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ, * γενόμενος, μὴ ἀμέλει τῆς περὶ ἡμῶν πρὸς τὸν δεσπότην Χριστὸν πρεσβείας, τὰ δὲ ἀδελφικὰ κατορθώματα, οἰκεῖα προτερήματα λογιζόμενος.

ἐρρωμένος

παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν ἀγγέλων. *ὑμετέρας, θλίψεως πρὸς,* *τῷ λαβεῖν τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ*

ANNO CHRISTI 431.

ἔῤῥωσο ἐν κυρίῳ, ὑπὲρ ἡμῶν προσευχόμενος, θεοφιλέστατε καὶ ἁγιώτατε ἀδελφὲ καὶ συλλειτουργέ.

A Vale in domino, & pro me, Deo dilectissime & sanctissime frater ac comminister, ora.

PART. III. CAPUT XVIII.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ἐπιστολὴ πρὸς Μαξιμιανὸν τὸν Κωνσταντινουπόλεως.

CYRILLI EPISCOPI EPISTOLA ad Maximianum Constantinopolitanum episcopum.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Μαξιμιανῷ, Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΠΡΕΠΟΝ οἶμαι καὶ νῦν εἰπεῖν, τῆς σῆς τελειότητος τὴν πολύευκτον ἡμῖν λαχούσης ἱερωσύνην· εὐφρανθήτω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, χαιρέτω δὲ ἡ σύμπασα γῆ, καὶ βοάτω μετ' εὐφροσύνης, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. οὐ γὰρ ἔτι στόμα λαλοῦν μεγάλα τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κατεπαίρεται δόξης· οὔτε μὴν ὁ τοῦτο δρᾷν εἰωθὼς, τὸ κέρας εἰς ὕψος ἐπαίρει, καὶ ἀδικίαν λαλεῖ κατὰ τοῦ Θεοῦ, τὸν ἀγοράσαντα ἡμᾶς δεσπότην ἀρνούμενος. ἐξηγοράσατο γὰρ ἡμᾶς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὁ εἷς τε καὶ μόνος, καὶ ἀληθῶς, υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ, τεθεικὼς δὲ μᾶλλον ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ ὡς ἄμωμον ἱερεῖον ἑαυτὸν προσκομίσας εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ δοὺς ἀντάλλαγμα τῆς πάντων ζωῆς τὸ ἴδιον αἷμα. καὶ γὰρ ἦν ἁπάντων ἀξιώτερος, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν, εἰ καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς τέλειος ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, οὐ τροπὴν, οὐκ ἀλλοίωσιν, οὐ τὴν θρυλλουμένην ἀνάχυσιν ὑπομείνας, οὐ φυρμὸν, οὐ μετάστασιν τὴν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν· μεμενηκὼς δὲ μᾶλλον καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητι καθ' ὅπερ ἦν. πεπίστευται δὲ, καί ἐστιν ἀληθῶς ζῶν τε καὶ ἐνυπόστατος λόγος τοῦ πατρός. φέρε τοίνυν ὡς ἀπὸ γλώττης μιᾶς, καὶ θεοφιλοῦς διανοίας, τῆς ὀρθῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν αὐτῷ προσφέρωμεν, λέγοντες μετὰ τοῦ μακαρίου Βαρούχ· οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. οὐ γὰρ ἕτερος μὲν ἦν υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὁ πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνων, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα παρήχθη πρὸς γένεσιν, ἕτερος δὲ πάλιν ὁ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς διὰ τῆς ἁγίας παρθένου κατὰ σάρκα γεγεννημένος· ὁ αὐτὸς δὲ μᾶλλον σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαβόμενος, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὴν, καὶ παραπλησίως ἡμῖν μετεσχηκὼς αἵματος καὶ σαρκός, ὁμοιωθεὶς δὲ κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς, τουτέστιν ἡμῖν, δίχα μόνης ἁμαρτίας. ἐψυχῶσθαί γε μὴν ψυχῇ νοερᾷ προσομολογοῦμεν τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ κατ' ἀλήθειαν σῶμα. οὐ γὰρ ταῖς τοῦ φρενοβλαβοῦς Ἀπολιναρίου προσκείμεθα δόξαις· ἀναθεματίζομεν δὲ, φρονοῦντες ὀρθῶς, Ἀπολινάριόν τε, καὶ Ἄρειον, καὶ Εὐνόμιον, καὶ σὺν αὐτοῖς Νεστόριον. τὴν γὰρ ἄνωθεν ἡμῖν παραδοθεῖσαν πίστιν, ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὁμολογοῦμεν τοίνυν, ὡς ἔφην, ἕνα, καὶ μόνον καὶ ἀληθῶς υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

πρεσβυτέρας [margin, partly cut off: ...υτέρας]

Reverendissimo, Deoque dilectissimo comministro Maximiano, Cyrillus in domino salutem.

OPPORTUNE, ut arbitror, convenienterque hoc tempore, quo tua integritas exoptatum illud sacerdotium sortita est, cum Cap. XVIII.
B propheta nobis dicere liceat: *Laetentur desuper caeli, & exultet universa terra, & clamet cum laetitia.* Non enim os, quod magna loquebatur, contra salvatoris nostri gloriam ultra se extollit; neque cornu amplius in altum subrigit, qui hoc facere solebat; neque iniquitatem, domino qui nos redemit negato, contra Deum amplius loquitur. *Redemit enim nos Iesus Christus, unus & solus & verus Dei & Patris Filius, non corruptibilibus argento vel auro, sed magis ponens animam suam pro nobis, & semetipsum offerens immaculatum sacrificium Deo & Patri in odorem suavitatis, & suum ipsius sanguinem dans redemptionem pro vita omnium.* Cunctis enim preciosior erat, imo vero supra universam
C creaturam, quamvis homo perfectus, nobisque similis factus sit, illud inquam unigenitum Dei Verbum; non ob id tamen versionem, aut alterationem, aut illam plurimorum sermone jactatam confusionem aux mixtionem perpessum, nec in id, quod ante non erat, demutatum. mansit autem potius & in nostra natura quod prius erat. Creditur namque, vereque est vivens subsistensque Dei Patris Verbum. Sed agendum, tamquam ab una lingua, unoque Dei amante animo rectae fidei confessionem illi offeramus. dicentes cum beato Baruch: *Hic est Deus noster, & non aestimabitur alius ad*
D *eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinae, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israeli dilecto suo. Post haec visus est in terra, & cum hominibus conversatus est.* Neque enim alius quidem erat Dei & Patris Filius, qui ante omne aevum & tempus fuit, per quem omnia ad ortum perducta sunt; & alius rursum, qui novissimis saeculi temporibus ex sancta virgine secundum carnem natus est; sed unus idemque potius, *qui semen Abrahae*, juxta beati Pauli vocem, *apprehendit*, & carnis & sanguinis perinde ac unus ex nobis particeps factus, fratribusque, hoc est
E nobis, per omnia, solo peccato excepto, assimilatus est. Sed corpus ipsi vere unitum anima intelligente animatum confitemur. Neque enim vesani Apollinarii commentis adhaeremus; sed rectam sententiam tenentes, Apollinarium, & Arium, & Eunomium, & cum illis Nestorium quoque anathematizamus. Fidem namque initio nobis traditam, sicut ancoram habemus animae tutam ac firmam, sicut scriptum est. Confitemur itaque dominum nostrum Iesum Christum unum & solum & verum, ut modo dicebamus, Dei & Patris Filium; scien-

[Right margin references: 1. Paral. 16. — Psal. 74. — 1. Petr. 1. — Ioan. 10. — Ephes. 5. — Ephes. 1. — 1. Tim. 2. — Baruch. 3. — Heb. 2. — Heb. 6.]

PART. III. CAPUT XVIII.

ſcientes eumdem ex Patre quidem & Deum & Verbum eſſe, hominem vero ex muliere: eumdem ſupra legem tamquam Deum; ſub lege autem propter humanæ naturæ conditionem: eumdem in domini dignitate exiſtentem ſecundum propriam naturam; in forma autem ſervi propter incarnationis diſpenſationem. Hanc nobis traditionem commendarunt Moyſis ſermones, ac propheticæ prædictiones, & illi ipſi præterea, qui Verbi hujus ab initio miniſtri & ſpectatores extiterunt; tum ſancti quoque patres, qui nos anteceſſerunt: vitæque ſermonem habentes, luminaria mundi facti ſunt. Quorum proinde converſationis exitum ſpectantes fidem imitamur, hoc eſt, eadem cum ipſis ſentire & loqui ſatagimus, nullo pacto ſuſtinentes, ut a recto pietatis tramite declinemus. Meminimus enim divinæ ſcripturæ ita clamantis: *Rectas ſemitas fac pedibus tuis, & vias tuas dirige.* Nam qui rectas ſemitas magnifaciunt, hi ad deſtinatum currunt, ad bravium ſupernæ vocationis in Chriſto. Qui vero apoſtolica & euangelica traditione contempta, novitiam; * inutilemque ac ſane ridiculam mentis ſuæ adinventionem in precio habent, hi ab omnibus audiant: *Non transferas terminos ſempiternos, quos poſuerunt patres tui.* Non eſt enim recta ejuſmodi hominum via; ſed perverſæ eorum ſemitæ; atque in profundum inferni & mortis laqueum præcipitem agunt. Ac mihi videtur ſapientiſſime Salomon impudenti mulieri perſonam cujuſcumque hæreſis imponere: quam proinde mulierem vitandam ac fugiendam eſſe admonet, quæ laqueus eſt, & ſagena cor ejus; vincula ſunt in manibus ejus. Qui bonus ante faciem Dei, eruetur de illa: qui autem peccator eſt, capietur in illa. At e venatoris hujus inexplebili laqueo erepti, & per Chriſtum omnium noſtrum ſalvatorem ſalvati ſumus: quem & Deum eſſe credentes, & genitricem illius ſecundum carnem deiparam eſſe profitentes, accedimus ad eum dicentes: *Vivificabis nos, neque recedemus a te, & nomini tuo confitebimur in ſæcula.* Horum autem omnium exoptatiſſimorum bonorum cauſa & conciliatrix nobis extitit divina illa arcanaque ac ſuperna ſententia, & illa cæleſti nutui conſentiens religioſiſſimi Chriſtique amantis regis voluntas. Decebat namque illius ſerenitatem, ut non modo viſibiles, verum etiam inviſibiles hoſtes expugnaret: tum rurſum; ut non tantum barbaricas phalanges contereret, ſed diaboli quoque improbitatem enervaret: & per tuam pietatem, eorum qui in Chriſtum credunt, ſecuritati conſuleret. Qui enim temere in eccleſia nugabatur, blaſphemiiſque effrenato ore Chriſtum inſectabatur, a ſacris diviniſque atriis amotus eſt: in cujus locum integritas tua veluti pacis planta, ut ſcriptum eſt, ſucceſſit. Et hoc rurſum illuſtre pii regis munus eſt, prævio, ut modo aiebam, cæleſti ſuffragio. Proinde congratulamur etiam vobis rectam inculpatamque fidem habentibus. Surrexit enim ſacrorum miniſter, quem ſcitis, & diuturnum tempus vobis commendavit, & ipſa rerum experientia decoravit: quique in ſolicitudine pro vobis gerenda multum temporis in-

Luc. 1.
Philipp. 2.
Prover. 4.
* pernicioſamque
Prover. 22.
Eccl. 16.
Pſal. 79.

A τὸν αὐτὸν εἰδότες καὶ Θεὸν καὶ λόγον ἐκ πατρὸς, καὶ ἄνθρωπον ἐκ γυναικός· καὶ ὑπὲρ νόμον ὡς Θεὸν, καὶ ὑπὸ νόμον διὰ τὸ ἀνθρώπινον· ἐν ἀξιώματι τῷ δεσποτικῷ κατὰ φύσιν, καὶ ἐν δούλου μορφῇ διὰ τὴν οἰκονομίαν. ταύτην παρέδοντο τὴν παράδοσιν καὶ λόγοι Μωσαϊκοὶ, καὶ προαγορεύσεις προφητικαὶ, καὶ αὐτοὶ δὲ πρὸς τούτοις οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται, καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, καὶ μὴν καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν γεγονότες ἅγιοι πατέρες. οἳ καὶ γεγόνασι φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες. ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, τὴν πίστιν ἀπομιμούμεθα· τουτέστι, τὰ αὐτὰ καὶ B φρονεῖν αὐτοῖς, καὶ λαλεῖν σπουδάζομεν, κατ' οὐδένα τρόπον ἔξω φέρεσθαι τῆς ' εὐσεβείας ἀνεχόμενοι τρίβου· μεμνήμεθα γὰρ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς βοώσης· ὀρθὰς τροχιὰς ποίει σοῖς ποσὶ, καὶ τὰς ὁδούς σου κατεύθυνε. οἱ μὲν γὰρ τὰς ὀρθὰς τιμῶντες τροχιὰς, κατὰ σκοπὸν τρέχουσιν εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως ἐν Χριστῷ· οἱ δὲ τῆς ἀποστολικῆς καὶ εὐαγγελικῆς παραδόσεως ἀλογήσαντες, καὶ τὴν νεωτέραν καὶ ἀνωφελῆ, καὶ καταγέλαστον ὡς ἀληθῶς τῆς ἑαυτῶν διανοίας τιμῶντες εὕρεσιν, ἀκουέτωσαν παρὰ πάντων· μὴ ' μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες ' σου. οὐ γὰρ ἀστεία τῶν τοιούτων C ἡ ὁδὸς, καμπύλαι δὲ μᾶλλον αἱ τροχιαὶ, καὶ εἰς πέταυρον ᾅδου, καὶ παγίδα θανάτου καταχομίζουσι. καί μοι δοκεῖ σοφὸς ὢν ἄγαν ὁ Σολομὼν, ἀσέμνῳ γυναικὶ τὸ ἑκάστης τῶν αἱρέσεων περιθεῖναι πρόσωπον, εἶτα περὶ αὐτῆς εἰπεῖν, ὡς χρὴ παραιτεῖσθαι καὶ φεύγειν τὴν τοιαύτην γυναῖκα, ἥτις ἐστὶν θήρευμα, καὶ ' σαγήνη καρδία αὐτῆς, ' δεσμὸς εἰς χεῖρας αὐτῆς· ὁ ἀγαθὸς πρὸ προσώπου * τοῦ Θεοῦ, ἐξαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς· καὶ ὁ ἁμαρτάνων συλληφθήσεται ἐν αὐτῇ. ἀλλ' ἐξῃρήμεθα μὲν ἡμεῖς τῆς τοῦ θηρεύοντος ἀπλήστου παγίδος, σεσώσμεθα δὲ διὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ὃν καὶ Θεὸν D εἶναι πιστεύοντες, ὁμολογοῦντες δὲ θεοτόκον καὶ τὴν κατὰ σάρκα τεκοῦσαν αὐτὸν, αὐτῷ ' προσίμεν λέγοντες. ζωώσεις ἡμᾶς, καὶ οὐ μὴ ἀποστῶμεν ἀπὸ σοῦ· καὶ τῷ ὀνόματί σου ἐξομολογησόμεθα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἁπάντων δὲ τούτων ἡμῖν τῶν περιποθήτων ἀγαθῶν γέγονε πρόξενος ἡ θεία τε καὶ ἀπόρρητος καὶ ἄνωθεν ψῆφος, καὶ ἡ τοῖς ἄνωθεν νεύμασι συντρέχουσα γνώμη τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου βασιλέως. ἔπρεπε γὰρ τῇ γαληνότητι ' αὐτῶν, μὴ μόνον ὁρατοὺς καταπαλαίειν ἐχθροὺς, ἀλλὰ γὰρ πρὸς τούτῳ καὶ ἀοράτους· καὶ βαρβαρικὰς μὲν συνθραύειν φάλαγγας, ἀπράκτους δὲ καὶ τὰς τοῦ διαβόλου δυστροπίας ἀποτελεῖν, καὶ τοῖς εἰς Χριστὸν πιστεύουσι διὰ E τῆς σῆς θεοσεβείας πρυτανεύειν τὴν ἀσφάλειαν. ὁ μὲν γὰρ εἰκῇ βατταρίζων ἐν ' ἐκκλησίᾳ, καὶ ταῖς κατὰ Χριστοῦ δυσφημίαις ἀκρατὲς ἀνοίγων τὸ στόμα, τῆς ἱερᾶς τε καὶ θείας ὑπεχώρησεν αὐλῆς, ἀντανέφυ δὲ καὶ ἀνεβλάστησεν ἡ σὴ τελειότης, ὡς φυτὸν εἰρήνης, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ξένιον δὲ καὶ τοῦτο βασιλέως εὐσεβοῦς λαμπρὸν, προηγουμένης, ὡς ἔφην, τῆς ἄνωθεν ψήφου. συνηδόμεθα τοίνυν καὶ ὑμῖν, τοῖς τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον ἔχουσι πίστιν· ἐγήγερται γὰρ ἱερουργὸς ἀνὴρ, ὃν ἴστε, καὶ χρόνος ὑμῖν παρέθετο μακρὸς, καὶ αὐτὴ δὲ τῶν πραγμάτων ἐστεφάνωσεν ἡ πεῖρα. ἀνὴρ ταῖς εἰς ὑμᾶς ἀγαθαῖς φροντίσι μακροὺς δαπανήσας χρόνους, καὶ τὴν

ANN. CHRISTI 431.

' εὐθείας
' μεταίρετε
' ὑμῶν.
' σκολιῶν
" δεσμοῦσι εἰς χεῖρας αὐτῆς ἢ ἁμαρτάνων ἢ συλληφθήσεται ἐν αὐτῇ
* κυρίου ἐξαιρεθήσεται
' προσίεμεν
' αὐτοῦ,
' ἐκκλησίαις

καὶ τὴν οὕτω πάνσεμνον πολιὰν ἐξεληλυθηκώς. A ἔδει γὰρ, ἔδει ταῖς ἐξαιρέτοις μάλιστα τοῦ σωτῆρος ἀγέλαις σοφόν τε καὶ ἐπιστήμονα δοθῆναι τὸν ἐπιστάτην, ποιμενικῆς εὐτεχνίας ἐπίμεστον ἔχοντα τὸν νοῦν, ἐν νομῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν τόπῳ πίονι καταγέμειν εἰδότα, δεδοκιμασμένον δὲ διὰ πραγμάτων, ὡς πιστὸν καὶ γνήσιον οἰκονόμον. τοὺς μὲν γὰρ οὕτω ζῆν εἰωθότας καὶ προσίεται Χριστὸς, καὶ λόγου παντὸς ἀξιοῖ, τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ἐξίστησι τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτοῖς οἰκονομίας. καὶ τοῦτό ἐστιν * ἀληθὲς ἰδεῖν ἐξ αὐτῶν τῶν ἱερῶν γραμμάτων. ἔφη γάρ που Θεὸς πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ἡσαΐαν· πορεύθητι εἰς τὸ παστοφόριον πρὸς B *Σῶμαν τὸν ταμίαν, καὶ εἰπὸν αὐτῷ· τί σὺ ὧδε καὶ τί σοὶ ὧδε; ἰδοὺ κύριος Σαβαὼθ ἐκβαλεῖ, καὶ ἐκτρίψει ἄνδρα, καὶ ἀφελεῖ τὴν στολήν σου, καὶ τὸν στέφανόν σου, τὸν ἔνδοξον, καὶ ῥίψει σε εἰς χώραν μεγάλην καὶ ἀμέτρητον, καὶ ἐκεῖ ἀποθανῇ, καὶ ἀφαιρεθήσῃ * ἀπὸ τῆς οἰκονομίας σου, καὶ ἐκ τῆς στάσεώς σου. καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καλέσω τὸν παῖδά μου Ἐλιακεὶμ τὸν τοῦ Χελκίου, καὶ ἐνδύσω αὐτὸν τὴν στολήν σου, καὶ τὸν στέφανόν σου δώσω αὐτῷ, καὶ τὴν οἰκονομίαν σου δώσω εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ· καὶ ἔσται ὡς πατὴρ τοῖς ἐνοικοῦσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῖς ἐνοικοῦσιν ἐν Ἰούδα· C καὶ δώσω τὴν δόξαν Δαυὶδ αὐτῷ, καὶ ἄρξει, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἀντιλέγων· καὶ στήσω αὐτὸν ἄρχοντα ἐν τόπῳ πιστῷ· καὶ ἔσται εἰς θρόνον δόξης τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ ἔσται πεποιθὼς ἐπ' αὐτὸν πᾶς ἔνδοξος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου· καὶ ἔσονται ἐπικρεμάμενοι αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. τάδε λέγει κύριος Σαβαώθ· κινηθήσεται ὁ ἄνθρωπος, ὁ ἐστηριγμένος ἐν τόπῳ πιστῷ, καὶ πεσεῖται, καὶ ἀφαιρεθήσεται ἡ δόξα ἡ ἐπ' αὐτὸν, ὅτι ὁ κύριος ἐλάλησεν. ἀγαπᾷ τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸν πιστὸν ἀληθῶς καὶ γνήσιον οἰκονόμον· τὸν δὲ μὴ τοιοῦτον, ὡς βέβηλον ἀποστρέφεται. D συγκροτήσει δὲ ὅτι τὴν σὴν ὁσιότητα, καὶ τοῖς ἄνωθεν εὐφρανεῖ χαρίσμασι πλουσίᾳ χειρὶ, τεθαρσήκαμεν· ἵνα τὸν τῆς ἀληθείας ὀρθοτομοῦσα λόγον, καὶ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων ἰχνηλατοῦσα πίστιν, εὐδόκιμος διαμείνῃ διὰ φειδοῦς τε καὶ εὐμενείας τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ σὺν ἁγίῳ πνεύματι ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. πρόσειπε τὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα· ὅτι σε ἡ σὺν ἡμῖν ἐν κυρίῳ προσαγορεύει. ἐρρῶσθαί σε, καὶ μνημονεύειν ἡμῶν, τῷ κυρίῳ εὔχομαι, εὐλαβέστατε καὶ θεοφιλέστατε ἀδελφέ.

PART. III. CAPVT XIX.

A sumpsit, venerandamq; adeo canitiem emisit. Oportebat enim, oportebat selectis salvatoris nostri gregibus sapientem peritumque præsidem dari, cui animus esset pastorali industria refertus, quique pabulo bono & loco pascuo pascere sciret; qui deniq; rebus ipsis probatus foret, tamquam fidelis sincerusq; œconomus. Qui enim ita vivere instituerunt, eos Christus recipit, & quovis honore dignos censet: secus vero affectos a ministerio quod ipsis crediderat, explodit. Quod dicimus, verum esse, ex sacris literis perfacile cognoscas. Loquitur enim alicubi Deus ad beatum prophetam Isaiam: B *Vade in pastophorium ad Sobnam quæstorem, & dic ei: Quid tu hic, & quid tibi hic est? Ecce Dominus Sabaoth ejiciet & conteret virum: & auferet stolam tuam, & coronam tuam gloriosam; & abjiciet te in regionem latam & immensam, ibique morieris, & tolleris a dispensatione tua, & de gradu tuo. Et erit in die illa, vocabo puerum meum Eliacim filium Chelciæ, & induam illum stola tua, & coronam tuam dabo ei: & dispensationem tuam dabo in manus ejus: & erit tamquam pater omnibus habitantibus in Ierusalem, & qui habitant in Iuda: & dabo ei gloriam David; & principatum geret, & non erit qui contradicat: & ponam eum principem in loco C tuto, & erit in thronum gloriæ domui patris ipsius: & fiduciam in eum habebit quisquis gloriosus est in domo patris ejus, a modico usque ad magnum; & pendebunt ab eo die illa. Hæc vero dicit dominus exercituum: Amovebitur homo, qui jam in loco tuto confirmatus est, & cadet; & auferetur ab eo gloria quæ est super eum, quia dominus locutus est.* Diligit itaque omnium Deus vere fidelem sincerumque œconomum; eum vero qui talis non est, tamquam profanum aversatur. Hic, ut speramus, sanctitati tuæ opem feret, eamdemque opulenta manu cælestibus donis exhilarabit quo D verbum veritatis recte tractando, & sanctorum patrum fidei veluti vestigiis quibusdam insistendo, laudabilis perseveret per misericordiam & benevolentiam Christi salvatoris nostri omnium: per quem & cum quo, Deo & Patri cum sancto Spiritu, gloria & potestas in sæcula sæculorum. Amen. Saluta fraternitatem, quæ tecum est. Salutat te, quæ mecum est, in domino. Valere te, nostri memorem, precor a domino, reverendissime Deoque dilectissime frater.

Isa. 22.

EPISTOLA CYRILLI EPISCOPI ad Iuvenalem episcopum & ceteros concilii legatos Constantinopolim missos.

Dominis desiderabilibus & Dei cultoribus & comministris Iuvenali, Flaviano, Arcadio, Projecto, Firmo, Theodoto, Acacio, & Philippo presbytero, Cyrillus in domino salutem.

SATISFACTUM nobis est iterum, & ipso experimento cognovimus quia veritas vivit & vincit, secundum sancti vocem: resistit autem ei * omnium nihil: est autem sic validissima, ut insurgat adversus omnes inimicos, & resistentium sibi virtutem solvat. Ecce enim, ecce falsè quidem loquentium ora * destruxit, & illicitarum blasphemiarum caligo cessavit; resplenduit autem veritatis dogmatum pulcritudo, ordinato episcopo secundum decretum Dei atque concilium per sanctitatem vestram reverendissimo & Dei cultore Maximiano, quem etiam & longa ætas ornavit non in desidiis & deliciis constitutum, sed in laboribus & virtute; & qui multa rerum decoratus est cura pro veritate & dogmatibus pietatis. Congaudens igitur universis ecclesiis & populis ibidem constitutis, merito proclamabo: *Benedictus dominus, quia visitavit & fecit redemptionem plebis suæ.* Non enim poterat dormitare sic bonus pastor, ut etiam suam animam poneret pro ovibus: & semper salvificare

*obstruxit,

Luc. 1.

PART III CAP. XX. salvificare sciens, * antiquam quidem bestiam a sacra & divina aula repulit, sapientissimum autem & totius virtutis insignem præceptorem elegit, quem etiam credimus decorari in omni bono, & venerabili atque præcipua virtute pollentem, gubernare sub sua manu populum constitutum. Incolumes vos esse in domino, & nostri memores, oramus, carissimi & desideratissimi.

*malignam

EPISTOLA SANCTÆ MEMORIÆ Cælestini Papæ post damnationem Nestorii ad sanctam synodum Ephesinam scripta.

Cælestinus episcopus sanctæ synodo apud Ephesum constitutæ.

CAP. XX. TANDEM malorum fine gaudendum est; tandem nobis omnibus in commune dicendum: *Dextera tua domine glorificata est in virtute, dextera manus tua confregit inimicos.* Proprie namque ipsi confracti sunt, quando iniqua loquentiū, dicente David, os videamus esse obstructum. Hujusce tamen tam fideliter peractæ rei vos executores nobiscum videmus fuisse * fidei defensores; qui convenientes in unum, & secundum apostolum, *non quæ vestra sunt quærentes, sed quæ Christi Iesu*, negotium domini communis egistis. Apud vos ergo de vestra loquimur sanctitate, quorum in omnem terram sonum gaudemus exisse, cum & in finem ejusdem orbis prædictæ veritatis a vobis verba venerunt. Deus noster non patitur latere quod præstitit: quia nunquam beneficia superna celantur. Ita namque fit, ut tanto munere innotescente cælesti, pro voluntate divina, sicut scriptum est, *omnis homo salvus fiat, & veniat ad scientiam veritatis.* Loquor * ergo victoribus, & qui in prælium solam contra hostem portaverunt fidem, *quæ*, & Ioanne apostolo dicente, *vicit & mundum*: vobis ejusdem proprie præscribo sermonibus, qui secundum divinam paginam, ut patres cognovistis quod ab initio est; & ut juvenes, dum fortes estis, & verbum domini in vobis manet, vicistis malignum. In talibus sociis gratulantes, de hoc eventu minime dubitamus. Habuit animum nostrum fiducia superandi, qui vobis videremus divinæ causæ pondus incumbere, quos bene admodum noveramus, secundum illud propheticum, odisse congregationem malignorum, & cum impiis non esse sessuros. Obtinui ergo quod credidi, quia *contra nocentes atque perversos*, sicut supradictus ait, *innocentes & recti adhæserunt mihi.* Una igitur eademque relatione per filios nostros religiosos & Deo amabiles viros Ioannem presbyterum & Epictetum diaconum, dejectionem justam, & exaltationem didicimus justiorem; illud quod in euangelio legimus approbantes, quia *Deus noster exaltat humiles, & potentes de sede deponit.* A qua sententia illa noster sapientissimus minime deviavit, qui ait, a Deo nostro humilium servatam memoriam, & perditam superborum. Quod quando magis videatur impletum, quam nunc, cum salvator noster parans meritos honorare, ossa hominum sibi placentium dissipavit, & proviso pastore dignissimo, feralem lupum de ovilibus suis immaculatus agnus ejecit? Legimus ejus a vestra fraternitate scripta præconia; nec quisquam nostrum mirari potuit, quia nota dixistis. Assertio impendatur incertis: testimonium comperta non quærunt. Bonorum hunc actuum palæstra semper exercuit: talem hunc didicimus, qualem in literis invenimus: talem certe, ut breviter dicam, qualem doctor noster esse præcepit sacerdotem, ut convenienter omnium judicio mereatur audire: *Ecce homo vere Israelita, in quo dolus non est.* Nonne laudibus in eum vestris ista conveniunt? Taliter denique quæ dixistis, audistis. Talem successorem quærebat sanctæ memoriæ Sisinnii beata simplicitas, ut locum suum non nisi sui similis obtineret. Etenim melius agimus, si abstinentes jam ab illius sacrilegi nomine, sedem vacasse dicamus. Actum est divino judicio, ut hunc ecclesia pro remedio mereretur. Denique discordiam sustulit, & concordiam reddidit ordinatus. Quid non poterit præstare per tempora, cujus hoc primordia præstiterunt? Hæc de eo invicem dicimus, quem pax reparanda quærebat. Interfuimus, nec nos diximus absentes, cum ejus capiti verba mystica dicerentur, cum redderetur omnibus divina lætitia salutaris: postremo nemo illic catholicorum defuit, ubi omnes in commune vicerunt. Lætati præterea sumus de hoc clementissimi & Christianissimi principis testimonio, cum epistolis dilectionis vestræ ejus sententiam videremus esse concordem. Nec nimirum est, si cor regis, quod est in manu Dei, cum his senserit, quos ejus noverit sacerdotes. Itaque sermo regalis divinas res exequendo militavit * Augusto. Felix imperium, cui militat executio divinorum: nec hic minus felix, quem prædicat dominatio mundanorum. Hoc testimonio dignus est qui ordinandus probari, non qui improbari potuit ordinatus. Scimus quo itinere sanctus frater & coepiscopus noster Maximianus, quibus gradatim stipendiis ad fastigium sacerdotale pervenit. Non hunc divitiarum gloria, non velut * in potentia cupidum, qui solet inesse ambientibus, honorum saltus evexit: suffragio pauperum, quibus fidelis servus & prudens cibum dabat in tempore, super omnia domini sui constitutus est bona. & tamen etiamsi desiderium fuit episcopatus, non nisi propter opus bonum, sicut ait apostolus, concupivit. ita Deus noster & quid velimus, & cur velimus attendit. Quis dubitet posse magis agere præsidentem, quod potuit exercere subjectus? Exosus & blasphemus istud officium non poterat habere, id est corporum curas, qui nitebatur animas vulnerare. Facta est ruina ejus magna, tam ruina magna, quam prava doctrina. Nunc qui de præteriti emendatione gaudemus, cavere nos convenit in futurum, ne possint magis ac magis quæ abscissa sunt pullulare: quia necesse est, quocumque pestis hæc loci fit, nostri corporis membra vexentur, & per patientiam nostram pejora prioribus nutrita videantur. Scripsimus clementiæ principali, ut de sanitatis medio longius infirmitas auferatur. Didicimus namque hunc Antiochiam revertisse, atque sibi illic, unde venerat, vivendi præstitam facultatem. Innocentum exitium est istud exilium. Aspiciamus diligentius quid illic possent parere, quæ illic sunt ante concepta. Non est notis suadere difficile. In oculis est ejusdem civitatis ecclesia, quæ per hunc * perdidit sacerdotem: & tamen laboramus advertere, quis cui fuerit causa peccati. Nisi forte, quod pro quiete

Marginalia: *fideles Dei sacerdotes; Exod. 15. Psal. 61. Philipp. 2. Psal. 18. 1. Tim. 2. *ego 1. Ioan. 5. Ioan. 2. Psal. 25. Psal. 24. Luc. 1. Eccl. 10. Psal. 52. ANNO CHRISTI 431. Ioan. 1. Prov. 21. *f. Christo. Matth. 24. 1. Tim. 3. *f. periit

quiete ecclesiarum dicimus, deceptum se ille demonstret, deserendo damnatum. Sed quis illic speret aliquem posse corrigere; ubi arcem tenere videat perversitatis auctorem? ubi colatur ab omnibus exulatus? Magna illic est (quod lugentes dicimus) desperatio sanitatis, ubi sicut Isaias dicit, *omne caput in dolore, & omne cor in mœstitia a pedibus usque ad caput.* Quando ibi membrum aliquod habere poterit spem salutis, ubi periclitatur corporis tota compago? Elaborate, fratres carissimi, elaborate obsecro, ut vere tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Sola decet tales homines solitudo. Vbi enim debet hic invenire solatium, qui sic tractavit ubiq; regnantem? Peracta est a vobis totius summa negotii: agendum nunc est quod instat & restat, ne sit in vacuum laboratum. Longius quidem sumus positi; sed per solicitudinem totum propius intuemur. Omnes habet beati Petri apostoli cura præsentes. non nos ante Deum nostrum de hoc possumus excusare quod scimus. Nam quamquam hæc quæ loquimur, sanctitas vestra tacuerit; agnovimus tamen omnia diligentius requirentes. Tantæ igitur causæ finis, qui superest, actibus vestris quæso respondeat: quia nolumus in modico vos deesse, qui maxima peregistis. Adjutorio apud reges terræ his estote quæ scripsimus. Norunt & ipsi quid suis debeant præstare temporibus: sciunt quod catholicæ fidei fundamento sua regna subsistant. Pura ab heredibus sanctis paternæ & avitæ credulitatis vena servatur: fluit ab illis incorrupta per posteros, nec hanc in his aliquis unquam limus infecit. Custodit fortis sui fidelis cursus exordium, cum id quod in origine acceptum est, videtur in prole. Canem & operarium malum pariter persequamur. Facite præsentes, quod hortamur absentes. Nam cum hanc curam generaliter omnibus debeamus; precipue tamen nos convenit Antiochenis præcipitatibus subvenire, quos pestifer morbus obsedit. Absolvamus modis talibus civitatem, *in qua*, sicut Actus apostolorum loquuntur, *dictos primum legimus Christianos*. Omnibus ergo virtutem prestemus, quibus secundum religionem debere nos novimus quod vocamur. Hanc autem solicitudinem nostram præsentes probarunt Deo amabiles filii, & carissimi atque animis nostris acceptissimi Ioannes presbyter & Epictetus diaconus, quos reversos, ad vos festinato remisimus, solicitius hoc agentes, ut quos diebus dominicæ nativitatis accepimus, resurrectionis dominicæ tempore redderemus. De his autem qui cum Nestorio videntur * pari impietate sensisse, atque se socios ejus sceleribus addiderunt, quamquam legatur in eos vestra sententia, tamen nos quoque decernimus quod videtur. Multa perspicienda sunt in talibus causis, quæ apostolica sedes semper aspexit. Quod loquimur, Cælestianorum testantur exempla, quod spem de synodo hucusque gesserunt. Habent, si resipiscunt, copiam revertendi; quod his solis non permittitur, quos proprie cum auctoribus hæreseos omnium fratrum constat subscriptione damnatos. Per Dei namque misericordiam aliquos ex eorum numero ad nos jam rediisse gaudemus. Quod hoc consilio factum est, ut quos conscientia * mixta non poterat, saltem sententia separaret. Hoc, moneo, vestra fraternitas sequatur exemplum: sit caput sceleris cum his quos synodalia loquuntur statuta damnatum: reliqui, quos cum hoc sentientes in communione ecclesiastica non habemus, ejiciantur e civitatibus suis, & se in nostro collegio noverint non futuros, nisi secundum ecclesiasticum & Christianorum principum cōstitutum, damnata cum auctoribus sociisque damnantes, se profiteantur catholicos sacerdotes. Quam formam etiam circa eos volumus custodiri, qui * subrependum in ecclesiasticis causis Christianis principibus crediderunt; & alio ordine rursus ecclesias occuparunt. Antiochenum vero, si habet spem correctionis, * epistolis a vestra fraternitate volumus conveniri: ut nisi quæ sentimus, senserit, novellam blasphemiam eodem exemplo scripta sua professione condemnans, intelligat de se quoque ecclesiam, quod fidei nostræ respectus imperat, ordinare. Credendum tamen de divina est misericordia, quod omnes in viam redeant veritatis, si de supradicto loco horum malorum caput & causa auferatur. Data Idibus Martiis, Aetio & Valerio Coss.

Marginal notes: Isai. 1. — Philipp. 2. — Act. 11. — * patrum — PART III. CAP. XXI. — * subripiendum ex ecclesiasticis causas a Christianis — * episcoporum

EPISTOLA SANCTI CÆLESTINI papæ ad Theodosium juniorem Augustum post synodum.

Cælestinus episcopus Theodosio juniori Augusto.

CAP. XXI. CAUSIS suis divinam providentiam præstitisse quod sperabamus, agnovimus. nec enim aliud futurum mentes poterant æstimare fidelium regnantibus vobis, quam id quod evenisse. gaudemus, ut predicatio in Deum impia conciderct, & cum suo auctore novi dogmatis damnata pravitas deperiret. Illata quidem fidei bella sunt, & regis æterni sacrilegiis verborum jaculis nativitas appetita: sed vos Christo Deo nostro auctore regnantes, hostes impios fidei vestra virtute vicistis, cælestem revocantes triumphum, per quod religioso munimen in perpetuum præsteris imperio. Vere enim prophetica gloriæ vestræ vox convenit, & regnum vestrum dici potest regnum omnium sæculorum, quod defensæ fidei meritis propagatur; & crescente sanctæ religionis observantia, Christianæ incertum reverentiæ semper augetur, gloriosissime & tranquillissime imperator Auguste. Ecce nunc domus domini orationibus vacant, & vestrum, per omnes ecclesias Deo nostro oblatis sacrificiis, commendant imperium. Nihil, amoto perturbatoris ausu, scandalis licet: pestifer ulterius animas hominum sermo non vulnerat: salutem omnibus suarum animarum, dum universali ecclesiæ consulitis, reddidistis. Hæc est vestra prædicandi regni vestri clementia, per quam non terræ, non provinciæ, sed omnium animæ sunt defensæ. Imputabitis hanc omnimodo victoriam, quam non bellis, non gladiis, sed sola devotione, qua Deo estis dediti, conquisivistis. Manet hic vestræ glorię titulus, & manebit, ut nulla illum ętas, nulla vetustas aboleat. Æterna enim sunt, quæ ęterni regis amore præstantur. Sic Abrahæ fides sæculis durat: David regis meritum Dei zelus fecit esse perpetuum, cum inimicos Dei suos credidit inimicos, & odisse quos Deo odibiles approbasset. Elias etiam propheta falsa prophetantes non fuit contentus

Marginal notes: Psal. 144. — Psal. 138. — 3. Reg. 18.

PART. III. CAP. XXII.

tentus refellere, sed etiam in illos voluit vindicare, ut eos persequendo perderet, quos in perditionem sui populi niti pervideret. Par tibi cum illo gloria. Ille falsa prophetantibus restitit, tu falsa docentibus: ille mentientes in Deum prophetas persecutus est; tu de Christo Deo nostro prædicantes impia abigis sacerdotes: ille tantum vindictæ intentus est; vestra pietas sic impia vindicat, ut quæ sunt religiosa defendat. Nec enim sufficeret abegisse morbos, & pestilentiam repulisse, nisi & salubres auras redderes, & vitalem infectis substantiam ministrares, talem illi ecclesiæ constituendo pontificem, qui olim hoc se dignum fastigio omnibus, quibus notus est, approbasset. Fert illi, ac si sui corporis parti, Romana testimonium, quæ hunc semper inter suos habuit & numeravit, ecclesia: ferunt suorum merita, quibus sancte adhæserat, decessorum. Ita enim reverendissimæ memoriæ viro Attico, catholicæ fidei propugnatori fortissimo, mente pariter & officio cohærebat, ut jam tunc futuri in eodem episcopatus insignia prælucerent. Sed sit hoc arcano divinæ majestatis arbitrio, ut in posterum quæcumque sunt meliora serventur, & ad quietem per aliqua turbatorum scandala veniatur. Debitum est fratris mei Maximiani episcopi gloriæ, ut aliquem illi prælatum fuisse in hoc quod sustinuit civitas, pœniteret; & nunc electo eodem, illi se integritatem fidei debere sentiret. Sed huic tantæ pro suo merito illius ecclesiæ sacerdoti electo taliter, & consensu sanctæ congregationis quæ interfuit, ordinato, ad componendum ecclesiæ statum, & omne vulnus pravæ hæresis radicitus evellendum, ne audeant quæ abscissa sunt pullulare; obsecramus & poscimus sub illius invocatione quem colitis, fidei* nostræ, ut consuestis, arma præstetis. Nunc enim est omnis opponenda custodia, ne rapax lupus ovilibus dominici gregis cum sævierit exclusus, rursus serpentino lapsu ad mortem perveniat animarum, effossis qua potest parte cuniculis. Nec enim potest quiescere, cum prædæ suæ rabidus cupiat incubare. Munimen sanis, remedia præbere sanandis: vallate muris vestræ fidei religionis catholicæ veritatem, per quos & credentes muniti sint, & tanti sequaces erroris non audeant introire. Hic enim plenus victoriæ vestræ fructus est, nihil relinquere, quod rursus Dei ecclesia debeat formidare. Quem igitur universorum ejecit sententia sacerdotum in prædicatione sacrilega perdurantem, cum vestra clementia ab omni societate removeat, ut facultatem aliquos perdendi non habeat. Religiosos vero filios meos Ioannem presbyterum & Epictetum diaconum tantæ rei nuntios cum totius ecclesiæ gratulatione suscepimus, & lectis in tota Christianæ plebis congregatione apud beatissimum apostolum Petrum vestræ pietatis apicibus, Deo nostro pro vobis vota persolvimus. Ita enim ad nos agente domino pervenerunt, ut ad eum diem, quo celebramus Christi Dei nostri natalem secundum carnem, cui quæstio inferebatur, concurrerent, & impietatem convicti universa congregatio confutaret.

* vestræ,

Causæ fidei congrue & ecclesiasticæ & pauperum utilitatis causa subjungitur: ut qui integritatem fidei præstitistis, pauperum quoque commodis consulatis. Illustris & sanctæ recordationis Proba possessiones in Asia constitutas longa a majoribus vetustate sic reliquit, ut majorem summam redituum clericis pauperibus & monasteriis annis singulis præciperet erogandam: sed hæ possessiones ibidem constitutæ, in damnum pauperum hujus negligentia, ut gravius nil dicamus, qui his præfuerat, ea sunt ratione tractatæ, ut non solum consueta non solverent, verum etiam subreptitia impetratione earum * jus dominiumque violetur. Rogamus pietatem vestram, ut religiosæ & illustri domui & ecclesiæ id pro clementia vestra præstetis, ut omnis ab his insidiantium inquietudo discedat, & tam ecclesiæ, quam suis dominis sit tuta possessio: ut quod inde alimoniæ pauperum acquiritur, vestrum esse credatur. Data Idibus Martiis, Flav. Aetio & Valerio vv. cc. Coss.

ANNO CHRIST. 431.

* justum dominium

EIUSDEM CÆLESTINI PAPÆ epistola ad Maximianum episcopum Constantinopolitanum, post synodum.

Cælestinus episcopus Maximiano episcopo Constantinopolitano.

CA. XXI

Vidimus & amplexi sumus fraternitatem tuam in literis tuis, talemque sanctitatem tuam, qualem noveramus, inspeximus, simplici scilicet puritate gloriosam, & mentis fulgore potius, quam * sermone perspicuam. * Sed in se atque in statum suum illa, de cujus fide semper gloriabamur, ecclesia, quæ nunc te præsulem divino judicio accepit, postquam illum qui eam obsidebat, ejecit. Sume gubernacula notæ tibi navis, eamque ut didicisse te a tuis prioribus novimus, rege. Obsiste undis, quas ille ventus, qui & a navi * vectores abegerat, sed omnibus inimicus, excivit, omni eam laterum cupiens compage dissolvere, ut rapidis eam posset vorticibus devorare; professus falsum (quid enim non iniquitas profitetur?) gubernatoris officium, ut videretur regere quos perdere nitebatur. Adhuc te excitatæ ab eodem undæ circumsonant, & elati fluctus vel procellæ solicitant. Resiste pervigil, & commissæ tibi navis magister, saluti commissorum tibi qua potes cura succurre. Fac quietum mare esse quo navigas: fac tua arte tutam navem post eas tēpestates, quas sustinuerat quam gubernas. Illum sequere piscatorem, qui maris aquas pedibus, ut ad Christum dominum nostrum, quem ambulantem in mari viderat, posset pervenire, calcavit. Sequere priorum, a quibus eruditus es & nutritus, exempla pontificum; beatissimi Ioannis in prædicando scientiam, sancti Attici in repurgandis hæresibus vigilantiam, decessoris tui Sisinnii, cujus te successorem credimus, simplicem puritatem; ut de illa, sicuti solebamus, gratulemur ecclesia. Congrega sparsos, piumque animum, qualem te habere novimus, in eos quos dissipaverat perturbator, exerce. Congrega populos tuos ad matris suæ ubera, revoca quos * invitos veneni sapore abstraxerat inimicus. Confirma in fide, quos videris * appetitos, cura quos inspexeris vulneratos; remove qui non * sentiūt medicinā. Interdum enim dolore * tollitur, & cum ea quæ sunt noxia præciduntur, salus reliquis præparatur. Latus campus est, frater carissime, in quo gloriam

* honore
* f. Redit
* rectores
Matth. 14.
* f. illito vel. imbibito
* d. insidiis
* f. recipiunt

ANNO CHRISTI 431.

gloriam & vigilantis pastoris & benigni sacerdotis exerceas, & saporem Christianæ salubritatis infundas; ut plus in reparando potuisse te liqueat, quam ille potuit in lædendo, qui imitator diaboli maluit esse quam Christi, perturbans omnium ecclesiarum quietem: cui nunc debemus operam in commune præstare, ut omnium una fides, & unus sit animus sacerdotum. Teneat manus tua dominicum ventilabrum, & purget aream creditam tibi, ut a frumentis paleæ separentur, & omne juxta mandatum Christi Dei nostri horreis triticum aggregetur. Locum impietas novella non habeat, & B compresso olim per totum orbem sua damnatione noto Cælestiano errori, tua vigilantia resistatur; ut quicumque hujus dogmatis sunt sequaces, ab omni societate hominum repellantur. Obsistat illis per te Spiritus sanctus his in omnibus, qui ad has quascumque conatur provincias pervenire, ne eorum impia prædicatio resurgat. Obsistite eis: ita enim, ut damnentur quocumque perveniunt, innotescunt; & tamquam non illis sententia toties repetita sufficiat, longinquas terras remotasque provincias inquietant. Sed eos ille persequitur, cujus fidem sua pravitate persequi nitebantur: &, quo se abscondant, ad quas latebras confugiant, sua se impietate prodentes, *non possunt. Filios vero nostros religiosos C viros Ioannem presbyterum & Epictetum diaconum cum magna lætitia suscepimus, & cum majore gratulatione remisimus. Data Idibus Martiis, Fl. Aetio & Valerio vv. cc. Coss.

[margin: ...c. 3. — ...cus cor...tus. — *...nvenire]

EIVSDEM CÆLESTINI EPISTOLA ad clerum & plebem Constantinopoli constitutam, post synodum.

Cælestinus episcopus clero & plebi consistentibus Constantinopoli.

XXIII. EXVLTATIO matris est congregatio filiorum: denique lætatur ecclesia ita se filios, D quos diabolus disperserat, iterum congregasse, ut ex his, nisi filius perditionis, nemo sit perditus, quia eum filium suum nequaquam pater agnovit. Illum namque, ex quo erat, sicut legimus, imitatus, vobis legitimis Dei filiis hereditatem conabatur auferre, quos dicente apostolo, pro fide vestra & heredes Dei, & Christi nostri futuros credimus coheredes. Non ergo ei palmam de his referre permissum est, qui de ipso magis per arma fidei triumpharunt. Victores vos, imo communis regis de hoste victoriam loquitur tyrannus exclusus: vicit in nobis, cujus incerta fieri divinitas putabatur. * Separetur * pravitas; quæstionem E dixerim quam sibi unusquisque bene credens debet simpliciter aperire. Quis enim ad examen vocare audeat Deum, eumque discutere qualiter venerit subvenire? Non fuit difficile Deo posse quod voluit, cum dignatus est liberare, qui potuit. Sed unde illi peccatori in tanta caligine sua lumen non videre? unde terrenis argutiis in superioribus positam colligere veritatem? Hæc in tenebris suis videre non possunt, qui lucernæ illius verbum nesciunt, quod esse lumen semitis suis David propheta testatur. Cum quo Psalmographo, ut supra diximus, matrem lætantem, in uterum suum, quem dissipatio hucusque ridicula & blasphe-

[margin: ...s. 6. — ...tivitas, — ...f. 118. — ...l. 112.]

A ma turbaverat, reversis filiis, cantare delectat: *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum.* Competenter hæc ergo verba de eo fuerim mutuatus, mihi namque ex parte maxima, venerandæ trinitatis auxilio, ecclesiæ universalis quietem & summam præsentium vindico gaudiorum, quem hucusque qui scandalizabantur, urebant, & infirmitas aliquantorum faciebat infirmum. Meminit caritas vestra apud vos mihi dudum de patientia fuisse sermonem: jactavi quæ debui semina sacerdos in animo Christiano, nec me in vobis seges expectata decepit. Quid enim patientiæ vestræ messis intulerit, ipsis fructibus approbatis. His invidens severat peritura zizania intra aliquantorum mentes agricola periturus: severat longe aliud quam acceperat seminandum, vel invenerat seminatum. Habemus certe fidei nostræ semina, quæ ipsius domini sermo vel apostolorum doctrina jactavit: quæ quoties ista contingunt, non ea quæ terra suscepit, sed alia superfusa corrumpunt. Nihil vestræ simplici fidei messis domini poterit imputare, qui in euangelio auctorem zizaniæ interrogatus ostendit. Illi tunc dixerunt: *In bono semine unde zizania?* nos dicamus: In tanto regno fidei unde perfidia? Respondemus tamen vobis sermonibus Christi: *Homo inimicus hoc fecit.* Qualiter vos exercuit priorem palæstra doctorum, fortitudo vestræ mentis adstruxit. ipsis agnitionem debetis hujus erroris, quorum hic indignus laudibus fuit, qui bona tam gloriosa despexit; non partem columbæ simplicitati, sed in toto studuit serpentis astutiæ. Nec mirum, si parans occidere simplices animos, eum suadendo secutus est, qui suadendo primus occidit. Denique verbis illum legimus decepisse, hic inferre mortem non nisi per verba tentavit. Non tamen impune suum est secutus auctorem, quando Iudæ * episcopatum ejus alter accepit. Iure utrumque tenet una sententia, quia in unum, sicut legimus, ambo peccaverunt. Sit licet uterque ante oculos nostros, salvatoris nostri calumniator, & traditor; tamen deliberare difficile est inter discussorem nativitatis, & mortis auctorem. Facti sui videlicet vacuum statim Iudam pœnituit, prævenit * exitum traditori supplicium proditoris. Ille statim laqueum, peccatum suum confessus, elegit: hic impietatis pertinacia gloriatur. Nec ego perfidiæ huic dabo nomen erroris: non est error impietas omnis. Denique quoties ecclesiæ vel ejus quieti diabolus invidus fuerit, intra eam nata contentio salvam servavit ipsius certaminis causam. Quo proficiebat iste conflictus, quo laborabatur non ut religione quis vinceret, sed ut ipsa religio vinceretur? Meministis certe ejus, quia necesse est meminisse blasphemiæ. Sed jam oblivionem tantorum malorum volo sanctis mentibus imperatam: ex animis tollatur qui sublatus est oculis: tollatur inquam, qui sic vocatus est præcursor inferni. Habuit crebras sinister prædicator insidias, tendit arcum suum frequenter; ut legimus, & ore suo spicula venenata jactavit; neminem tamen vestro in numero quem feriret invenit: retorta in se tela redierunt, postquam sagittare in obscuro rectos corde non potuit, & nihil in filios lucis licuit filio tenebrarum. Quæ nos de vobis in bello intestino positis cura atque solicitudo tunc habuit? In modum

[margin: PART III. CAPVT XXIII. — Psal. 132. — 1. Cor. 11. — Matth. 13. — * vestræ — Ibid. — Matth. 10. — Genes. 3. — * f. exemplo — Act. 1. — *f. exitium oris supplicium — Psal. 10. — Ibid.]

 dierum

PART. III. CAPVT XXIII. dierum duximus noctes, quia talibus causis A
omne tempus angustum est: non oculos somno declinavimus inquietes. Quem enim caperet dilectio dormiendi, sic vigilante raptore
nesciebamus. Quis intra caulas timor? quanta
intra septa formido? quoties luporum jejuna
esuries multa circuit, aditu quærit prædam,
* inconsummata pernicies? sævit & absentibus * minata perniciem? quanta hic pro sua cautione grex dignus est laude,
quem non attigit secum raptor inclusus? Patet causa tuitionis hujusce; in aperto est qui
Ioan. 10. restiterit inimico. Intelligamus & fateamur
omnes, quod vos ille tutatus est pastor, qui
in euangelio se dicit esse pastorem. adfuit, nec B
vos deseruit qui patiebatur in vobis. In hunc
namque quotidianis acuebatur lingua blasphemiis, in ipsum dentes suos impius tractator armabat: inani tamen semper elusus est
Psal. 22. morsu, quando ejusdem pastoris virga vos
consolabatur & baculus, cui gregem suum
etiam pascendum tradidit iturus ad cælum.
Hæc vobis hucusque non mutata sunt pascua;
eisdem pabulis estis impleti; apostolico vos doctores & pio semper sermone paverunt. Verum
noxia fuerat pro salubribus cibis esca supposita,
quando adversarius esurientibus animabus
mixtas spinas floribus exhibebat: nec tamen
fraus ista decepit vos, qui Christi suavis odor C
2. Cor. 2. estis in domino, postquam vobis longe aliud
Eccl. 28. oluit, quam solebat. Herbam mortiferi graminis horruistis: sepsistis aures vestras spinis,
ne linguam nequam potuissetis audire. Non
ergo pervenit ad sensum, quod offendit auditum; nec interiorem ferire potuit, quod exterior non recepit. Vitastis eum, cui (quantum
didicimus) & in faciem restitistis. Vitastis,
quem a memoria digna sancta Alexandrina ec-
1.Cor.5. clesia, secundum beati Pauli apostoli sententiam, jam sciretis esse correctum. Legistis namque, & memoriter jam tenetis sacerdotis, hoc
est, catholici ad hunc scripta doctoris, quibus
eum ita correptum, ut vellet esse correctum,
studuit: nixus est labentem revocare colle- D
gam; porrexit dexteram magisterii sui, in uno
volens plurimis subvenire. Percellebat animum veteris sacerdotis, quod nutat episcopus
* ruina multorum. egit sicut scriptum est: Benedicam opus domini diligenter. In nullo ei
officio apostoli vir apostolicus defuit: obsecravit, admonuit, increpavit. At ille, qui in pro-
2. Tim. 4. fundum blasphemiarum suarum pondere mergeretur, tanti viri doctrinam renuens, & abusus hortatu, docilis esse noluit, cum doctor
esse non posset: egit injuriis tenacem recti, perversitatis assertor: gloriatur hinc; nec contristatus est frater, secum reputans, quod merito sibi conservo non parceret, qui suo domino E
derogaret. Inventus est per diligentiam ille de
euangelio frugi filius, & providus servus.
Matth.25. Nam & paternam servavit substantiam, & auxit numerum talentorum. Nec duplicasse eum,
sed multiplicasse dixerim sortem, quem videbamus etiam longe positis pio fœnore subvenisse. O sanctæ prædicationis usura! Quam hic
gratiam ante communem dominum fidei negotiator inveniet, qui propter animarum lucrum
* talenta negotium & illic exercuit, ubi * alter accepit?
Nonne hic merito a patrefamilias auditurus
Ibidem. est: *Euge serve bone & fidelis, intra in gaudium domini tui*? Hæc huic competunt, qui illa quoque, quæ aliis sunt commissa, servavit. Quid

ille auditurus est, quidve dicturus, cum a se ANNO CHRISTI 431.
commissæ sibi rei ratio requiretur, qui utique
involvitur reatu, etiam si vobis per alios perditis esset ipse servatus? Nostis profecto pro
vestra eruditione quæ pœna negligentes maneat sacerdotes, quippe quos apostolus præ- 1. Tim. 3.
esse etiam domibus suis jubeat diligenter. De- 1. Reg 3. & 4.
nique Heli sacerdos per se inculpabilis, divinam per filios incurrit offensam. Offendit pontifex pater; offendit potestas & pietas. Si igitur
ille cum præsumptionem filiorum non refrenat, incurrit; quanto magis hic dominum, dum
nec ipsi parcit, offendit? Non hunc desidem,
non hunc dixerim negligentem. Habuistis hominem sermonis assidui, atque (apud expertos
loquor) habuistis vigilem * perditorem. Nec * proditorem.
tamen beatus Petrus apostolus deseruit tam
graviter laborantes. Nam cum separari tale
* ulcus de ecclesiastico corpore horrens omni- * f. membrum
bus putredo suaserit, cum ferro obtulimus &
fomentum. Sed ille abusus nostro studio, quo Matth.18
illum sequimur qui nec de pusillis aliquem
vult perire, mortem * desideratus optavit. De- *desperatus
nique & medicinam respuens elegit abscindi:
tulit de se apostolicum, vel hoc nobiscum sen- Galat.5.
tiens, ipse judicium, ut abscinderetur qui nos
contristabat, & volebat convertere euangelium Christi. Nulla suo vitio languenti medico, ut diximus, arte defuimus. Non factum est Matth. 18.
nostræ celeritate sententiæ, ut esset nobis publicanus aut ethnicus. Scimus qualiter & quoties hos qui ad hæc tendunt, scriptura jubeat
conveniri: quod nunc quoque videtur impletum. dicendum denique adhuc. Tunc frater fratrem admonuit; dehinc pertinax uno
& altero, imo & multis testibus conventus
est; consequenter ab universali ecclesia,
nostro quoque sermone correptus. Nihil
præcoquum, nihil in hoc egimus immaturum,
quem diuturnæ constitutionis servatus ordo
damnavit. Non potuimus ultra differre; ne, si- Psal.49.
cut scriptum est, cum furante currere videamur, & cum adultero fidei nostram ponere portionem; maxime quando oculus scandalizans Matth. 5.
jubeatur auferri. Ad hæc, ille compendio toties oblata remedia, campum ad certamen exposcit: sacerdotale postulat cui non erat interfuturus examen: egrediturus ad bellum, castrorum dux hostem professus, & doctor fidei contra fidem portans arma perfidiæ; cum non tam
profectus, quam videtur expulsus. Non quæro
qualia tunc ad dominum vestra vota fudistis,
cum exitus doceat quid potueritis optare. Nec
nos gestarum rerum puteris ignaros, quarum
nobis ordinem sancti fratris nostri Cyrilli relatio patefecit. Admonuit hominem, quem
nunc inexcusabilem faceret ex more conventio: adesse contempsit. Quis petitorem synodi
synodo crederet abfuturum? * Perculsa est * Pressa
illic falsitatis levitas pondere veritatis: nec se
ausa est fulgori radiantium sacerdotum latitantis perfidi caligo miscere: lucem tenebræ fuge-
runt, quia societatem legimus his esse non posse: invicem se contraria semper offendunt. Vbi 2.Cor.6.
est quod sibi dictum est, quod loqueretur in lumine, & supra tecta, quod audiret in auribus, Matth. 10.
prædicaret? Sed idcirco volens præsens latere,
ut ferendam sententiam verecundia, judicante conscientia, præveniret; lucernam suam cur Matth. 5.
voluit habere sub modio, si eam bene putabat
accensam? Toto sancto cōventui lucere debuit,
ut ha-

ANNO CHRISTI 431. ut habere lumen omnium lumine probaretur. A Non fallit divina sententia; quoniam qui in tenebris sunt, lucem videre non possunt. Man- ...n. 3. sit absconditus, ut vitando sacerdotale collegium, ipsi renuntiaret quodammodo dignitati. Sic se ille primus homo Adam, peccati sui conscius, ante faciem domini nudus occuluit; & ...nes. 3. qui non in eum, sed in ejus mandata peccasset, expavit illam quam contempserat vocem, & timorem deceptus incurrit, postquam simplicitatis fiduciam vitio prævaricationis amisit. Nam facit dubitare de crimine confessio latebrarum: nemo se in causis gravibus innocenter abscondit. Sic ergo illius nostræ mortis auctoris, perdito honoris & gloriæ vestimento, secutus exemplum, merito hoc cum primo homine Adam fecerit, qui deitatem Adæ novis- ...Cor. 15. simi sic negavit. Non fuit ante oculos tantorum B vexatio sacerdotum, non congregatum ex omni pene mundi parte concilium: abfuit ab his, cum quibus se esse nesciret. Quid illi profuit hoc vitasse? Refugere voluit, quos effugere non dabatur. Qua enim ratione possit evadere persequente eo, cui se nullus abscondit? An quia talibus sociis usus est, sine peccato se existimans, negare indignatus quod Propheta clamavit: *Quo ibo a facie tua, & ab aspectu* ...al. 138. *tuo quo fugiam? Si ascendero in cælum, tu ibi es: si descendero in infernum, tu ades.* Ille clamat, latebram suis deesse peccatis, nec a Deo posse celari. Ille enim fatetur ubique præsentem, quem hic conatur asserere intra uterum defuisse C susceptum. Tandem in sacerdotibus suis sanctus, sicut semper, Spiritus vivens unus in omnibus statuit, quod omnibus subveniret. nulla de putredine, nulla de vulnere nascente suscepit; quia diligenter amputatum est, quod manus spiritalis abscidit. *Ejice*, inquit Salomon, ...ov. 22. *de concilio contentiosum, & exiet cum illo discordia.* Secum scandalum suum, quod intulerat, amputavit, quia apud vos quod invenerat, hoc reliquit. Non poterat, loquente domino, eradicari ...atth. 15. plantatio, quam plantaverat Pater, & quæ in eo uberem fructum probaretur afferre. Servavit vineam suam dominus Israel: domus D ...i. 5. ejus est vinea domini, & ideo mirandum non est, si furem domus ejus evasit, cujus legimus nec dormire nec dormitare custodem. Quid a- ...al. 120. get impius pertinax? quid sibi spei? quid permansit auxilii? Non habet locum veniæ, cui ...atth. 12. scriptum, quod nec hic, nec in futuro possit ignosci. Inclinatur omnis elatus; contra, exal- ...i. 66. tationem parit humilitas Christiana, quia hunc ipse, qui supra eum requiescit, exaltat. Illius per Prophetam verba sunt: *Non habitat in me-* ...al. 100. *dio domus meæ faciens superbiam:* qui per apo- ...Cor. 1. stolum promittit se stultam mundi sapientiam perditurum. Audiat nunc a nobis quod Paulus tunc, & cum prædicaret, audivit: *Ad insaniam* E ...ct. 26. *multarum pervenit itinere literarum.* Absit tamen ab eo hujus exemplum. Non enim quod de doctore dictum est, dignus est audire indoctus. Cur præterea contra vas abjectionis, vas electionis vocemus in medium, cum ad exprobrandum * hunc ille sufficiat, quem in cruce cum ...huic ...uc. 23. Christo post scelera tanta pendentem, supplicii beneficium fecit dominum confiteri? Sui ab eo memoriam poscit in regno: hoc brevi sermone diluit quidquid admisit, criminibus temporum ...zech. 18. & 23. temporis puncto subveniens. nec moratur præmium confitentem: statim ejus remune-

ratio & vicissitudo respondit, qui libenter excipit hora ad se quacumque conversum: *Mecum*, inquit, *eris in paradiso.* Promittit ei futuram societatem, qui secum præsens jam pateretur. Ad justitiam corde credulitas, Rom. 10. ad salutem facta est ei ore confessio. Exclamare hic in tanta contrarietate rerum pariter & flere debemus: nefas est, hoc episcopum, quod latro * potuit, non invenire. O fidei & perfidiæ præmium! o judicia Dei abyssus multa! Latro paradisum meruit, & sacerdos Psal. 35. exilium. Habemus tamen hujusce rei veros interpretes. Hunc ille positus inter tormenta cognovit, quem hic positus in honore nescivit. Nonne hoc illud est: *Et homo cum in* Psal. 48. *honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus?* Quid est aliud intellectus Baruch. 3. & judicium, nisi scire sapientiam & disciplinam, & intelligere verba prudentiæ? Illa est vera sapientia, quæ ipso Salomone dicente, Prov. 1. de timore domini sumit exordium; quam se inter perfectos loqui beatus apostolus affirmat: & non tam grave est, quod eam tunc 1. Cor 2. minime mundus agnovit, quam quod nunc episcopus ignoravit. Hoc loco utar domini nostri per Ieremiam sermonibus: *Cultores le-* Ierem. 2. *gis meæ nescierunt me; & prophetantibus iniquitatem prophetis plauserunt manibus sacerdotes.* Et per eumdem alibi: *Sacerdotes mei sacrificaverunt mihi ficte.* Vtebatur tamen defensione & laude gentilium, episcopum talem nunquam fuisse testantium. Vere hæc & probabiliter loquebantur. Nam quando potuit episcopus inveniri, qui Christianus esse nesciret? Ideo tamen * inimicus esse probatus est, quia nunquam displicent hostibus proditores. Audivimus hunc agentem contra legem, & iniquum quæ sint solatia prosecuta: adfuerunt inter alios, nec deseruerunt eum Cælestiani iniquitatis operarii, quos Hymnidici nostri persequitur manifesta sententia; jam dudum quippe inimici Dei dispergunturm & pereunt qui operantur iniquitatem; Psal. 91. * sicut idem dicit, velut cibum panis plebem dominicam devorabant. Habuit er- Psal. 13. go secum sui magistros exilii; habuit hujusce rei perfectos tiro doctores. Nam separare difficile est quos scelera sola junxerunt; quia majore ligantur glutino fœdera vitiorum. Quis tamen horum finis est? nempe ille quem legimus: * *Irritavit in illo dominus, & erunt post hoc decidentes sine honore in contumelia inter mortuos in æternum.* Sapient. 4. Sed quid diutius immoramur? Fastidium forsitan faciat sermo prolixior: dimittamus mortuos sepelire mor- Matth. 8. tuos suos. Audite nunc & capite simplicis verba doctoris: audite ab eo quæ a majoribus nostris nobiscum positus frequenter audivit: audite certe semper audita, nec studio novitatis inventa. Nostro vobis loquitur ore collega, quia una fides necesse est * uniter prædicetur. Non hic in ejus persona alicujus testimonium mutuatur: a nobis datus est, qui est electus ex nostris. non est incognitus, non aliunde deductus. habuistis laudabilem de præsenti judicio suo; fama dudum decepit absentes: plura de eo loqui cautio est, quia opera supervacua est nota laudare. Nunc tamen vos nostris propriis sermonibus decet cavere commonitos. Nemo in vobis illud quatiat fundamentum, quod firma petra &

Margin: PART. III. CAPUT XXIII. Luc. 23. — * petiit. — * non — * qui, — * Irridebit illos — * f. unanimiter

Part. III. Ca. XXIV. 1. Cor. 3.

angularis lapis ille construxit. Ædificate super hoc, quod soletis. Didicistis quid sit superædificare quod ardeat. Hoc detrimento illud pensabitur, cum opera singulorum probare cœperit ignis examen. Gaudeo vos fundamento huic non stipulam, non ligna, non fenum, sed illas imposuisse divitias, quas architectorum sapientium præcepta mandabant imponi. Bene manebitis, quia tam solicite fabricatis. Habitaculum magnum tales pollicentur expensæ: auro, argento & lapidibus preciosis, illam vobis quæ æstimari non potest, construitis mansionem. Nullo precio taxantur æterna, quippe quæ non injuria, non vetustate solvuntur, quæ jam ab institutione mundi justis dominus præparavit. (Matth. 25.) *Confortentur manus fidelium fatigatæ: labantia*, hortante propheta, *genua roborentur: qui pusillo sunt animo convalescant.* (Isa. 35.) Noster salvator apparuit: ostendit falsitati Deus, quid sit pulsare & incessere veritatem, postquam sibi controversia inde facta est, unde subvenit. Unde filii carissimi, permanete in eum qui est, ut vincatis in vobis. In ipso sensu & in eadem sententia estote perfecti: ut a filio hominis, cum venerit in majestate sua, non audiatis: *Discedite a me maledicti*; sed: *Venite benedicti*, (Matth. 25.) possitis audire. Maneat hœdos repulsa venturi: vos tales volumus inveniri, ut cum in igne stent abjecti a sinistris, vos a dextris invitet ad regnum. Non expectabitis ut paretur, quod olim vos ut regnetis expectat. Angustam nunc (Matth. 7.) portam festinanter intrate, quæ eos accepit, quos nunquam spatiosa invenerunt. Hæc dilectioni vestræ pro lætitia catholicorum dicta sufficiant: quæ sepe recensere vos volumus, ut triumpho fidei gratulantes, intelligatis Deum caritatis & pacis esse nobiscum. Data Idibus Martiis, Flavio Aetio & Valerio vv. cc. Coss.

Anno Christi 431.

EXEMPLUM SACRÆ IMPERATORIÆ per Aristolaum tribunum & notarium missæ ad Ioannem Antiochenum episcopum, de sanctarum ecclesiarum pace & unione constituenda.

Imperatores Cæsares, victores, triumphatores, maximi, semper Augusti, Theodosius & Valentinianus, Ioanni episcopo Antiochiæ.

Ca. XXIV.

ANIMI nostri scopus, collapsæ pacis redintegratio est; quam vos juxta vitæ vestræ institutum profitemini; ceterosque omnes, utpote * caritatis causa ad sacerdotium adsciti, docere nunquam desinitis. Quia ergo hanc, unde minime decebat, * turbari contigit, operæprecium visum est ad id vos urgere, ad quod alios universos, si quidem admonerentur, alacriter venturos nihil dubitamus. Res etenim detestanda, planeque inexpectata nostris temporibus accidit; nempe sacerdotum veræ religionis discordia, & ea quidem tanta, ut omnem narrationis modum excedat. Enimvero cum spes erat fore, ut omnis omnino contentio vel ad minimam suscipionem usque e medio facesseret, perfectæque unionis fructus exurgeret, tum gravia dissidiorum tumultuationumque incendia exarserunt. Vehemens proinde ægritudinis, magnique mœroris occasio ea ex re nobis offertur, quod ecclesiasticæ pacis doctores, ipsique concordiæ fontes eo discordiarum prolapsi sint, ut talibus indigeant qui illos suo hortatu ejus rei commonefaciant, quam pro officii sui ratione prædicare debuerant. Quapropter hujus tanti mali exitum inde invenire sperantes, unde originem traxit, enixeque ac diligenter, ut hoc conficiatur, curantes, ne hoc contentionis vitium latius serpat; consilii hoc cepimus, sanctissimo celebris hujus civitatis episcopo Maximiano, ceterisque omnibus qui in ea comperti sunt sanctissimis episcopis, & universo illorum clero in eamdem ac nos sententiam convenientibus, ad orthodoxæ fidei membra, quæ ante bene unita, infelicis casus interventu misere divulsa sunt, denuo conglutinanda, ut vos, hoc est, tu & Cyrillus religiosissimus Alexandriæ epi-

* ejus causa
* collabi

ΙΣΟΝ ΘΕΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΟΣ ἀποσταλέντος δι' Ἀριστολάου τριβούνου, καὶ νοταρίου, Ἰωάννῃ ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας περὶ τῆς εἰρήνης καὶ ἑνώσεως τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν.

Αὐτοκράτορες Καίσαρες, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι καὶ ἀσέβαστοι, Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς, Ἰωάννῃ ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας.

ΣΚΟΠΟΣ ἡμῖν τῆς εἰρήνης τὸ κατόρθωμα· ἣν δὴ τῷ ἐπιτηδεύματι τῷ ἑαυτῶν ἑπόμενοι, διηνεκῶς πληροῦν ἐπαγγέλλεσθε. τούς τε ἄλλους πάντας ἀνθρώπους, ὡς διὰ ταύτης ἱερεῖς προβαλλόμενοι, διδάσκειν οὐ παύεσθε. καιρὸς οὖν, ἐπειδὴ ταύτην ἡμῖν ὀκλάζειν, ὅθεν οὐκ ἐχρῆν, συμβέβηκεν, εἰς τοῦτο προτρέπειν, εἰς ὅπερ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἐνάγοντες, * ἐνομίζομεν ὡς προθύμως ἐλεύσεσθαι. πρᾶγμα γὰρ φευκτὸν καὶ ἀπροσδόκητον ἐπὶ τῶν ἡμετέρων καιρῶν συνέβη, ἱερέων τῆς ἀληθοῦς θρησκείας διχόνοια, ἥτις καὶ πᾶσαν διηγήσεως δύναμιν ὑπερβέβηκεν. ὅτε γὰρ ἠλπίσθη παντοία καὶ μέχρις ὑποψίας περιαιρεθήσεσθαι φιλονεικία, καὶ τὸ τῆς τελειοτάτης ἑνώσεως παρακολουθήσειν συμπέρασμα, τότε διαστάσεως καὶ μεγίστου θορύβου προφάσεις ἐξήφθησαν. ἀδημονία τοιγαροῦν ἐν τῷ πράγματι, καὶ πολλῆς ἀθυμίας ἀφορμὴ, τὸ τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, καὶ τὴν πηγὴν τῆς ὁμονοίας εἰς τοσοῦτον διχονοίας τραπῆναι, ὡς δεῖσθαι τῶν αὐτοὺς προτρεπόντων, ὥστε μεμνῆσθαι τούτων, ἃ πρεσβεύειν ἐτάχθησαν. τὴν τοσούτου τοίνυν κακοῦ λύσιν, ὅθεν καὶ τὴν ἀρχὴν * ἔσχεν, εὑρέσθαι προσδοκήσαντες, καὶ ἐπιμελῶς ὅπως ἂν τοῦτο κατορθωθείη φροντίσαντες· ἵνα μὴ ἕρπον * ἐπὶ πλέον νεμηθῇ τὸ τῆς φιλονεικίας ἐλάττωμα, τοῦτο ἐσκοπήσαμεν, πάντων ἡμῖν συνδραμόντων, τοῦ τε ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς ἐνδόξου ταύτης πόλεως, καὶ πάντων τῶν εὑρεθέντων ἐνταῦθα θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, καὶ τοῦ παντὸς αὐτῶν κλήρου, εἰς τὸ τὰ καλῶς πρότερον ἡνωμένα, δυστήνου τε πάθους παρεμπεσόντος, διασπασθέντα τῆς ὀρθοδόξου πίστεως μέλη συναρμόσαι· ὥστε ὑμᾶς, σέ τέ φαμεν, καὶ τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον τῆς Ἀλεξανδρείας Κύριλλον,

' ἀγάπην ἱερεῖς
' ἀνάγοντες
* ἴσ. νομίζομεν
' ὑπονοίας
' παρακολουθῆσαι
' πρὸς τὸ μεμνῆσθαι
* εἴληφε
' εὑρέσθαι
* ἐπινεμηθῇ πλέον τὸ
' ἐπινεμηθέν
' ὠλαβεστάτου

Κύριλλος, συμβάντας ἀλλήλοις, ἀποθέσθαι τὴν μεταξὺ ὑμῶν δυσχέρειαν καὶ ἀμφισβήτησιν· ἐπαγγελλαμένων ὧν προείπομεν εὐλαβεστάτων ἀνδρῶν, ὡς εἰ ὑπογράψῃς τῇ καθαιρέσει Νεστορίου, καὶ τὴν τούτου ἀναθεματίσῃς διδασκαλίαν, οὐδεμία περιλειφθήσεται ἀντιλογίας ἀφορμή· ἀλλ' εὐθὺς ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Κύριλλος, καὶ αὐτοὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ ὁ ὁσιώτατος τῆς ἐνδόξου Ῥώμης ἐπίσκοπος Κελεστῖνος, καὶ πάντες οἱ πανταχοῦ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἱερεῖς, τῇ σῇ θεοσεβείᾳ κοινωνήσουσι· τῶν ἄλλων, εἴ γέ τινα εἴη τὰ ὀφείλοντα διορθωθῆναι, τὴν πρέπουσαν εὐχερῶς δεχομένων λύσιν, ἣν αὐτοὶ ἀναγκαίως ἀναλαβόντες, καὶ συμπείσαντες αὐτοὺς ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ πάντας, ἐπάξετε. γνοὺς τοίνυν ταύτην ἡμῶν εἶναι τὴν σπουδὴν καὶ τοῦτο τὸ βούλευμα, μηδενὸς ἄλλου θελήσῃς φροντίδα ποιήσασθαι, ἢ τοῦ πάσης ἐκποδὼν ἔριδος καὶ ζηλοτυπίας γενομένης, τὴν εἰρήνην ταύτην ἐπιμελῶς καὶ βεβαίως ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, ταῖς ἁπανταχοῦ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ διὰ τούτων πᾶσι τοῖς ὑφ' ὑμᾶς τῇ τοῦ κρείττονος βοηθείᾳ πήξασθαι, καὶ ἐλθεῖν μετὰ πάσης ταχύτητος ἐν τῇ Νικομηδέων πόλει, μηδένα τὸ σύνολον ἐπισκόπων μετὰ σαυτοῦ ἐπαγόμενος, πλὴν ὀλίγων τῶν ὑπηρετουμένων τῇ σῇ ἁγιότητι κληρικῶν. καὶ δίχα πάσης ὑπερθέσεως σπούδασον, εἰδὼς, ὡς καὶ Κύριλλον τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον ὁμοίως ἐκεῖσε ἐπειχθῆναι, καὶ συνδραμεῖν τῇ αὐτῇ προθυμίᾳ, θείοις ἡμῶν γράμμασι προσετάξαμεν· αὐτῷ τε παρεγγυήσαντες, μὴ ἄλλως αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς ἐλεύσεσθαι, πρὶν ἢ ἂν συντυχόντες ἀλλήλοις, καὶ * τῆς πρὸς ἑαυτοὺς * ἔχθρας ἀποθέμενοι, εἰς τὸ τὴν εἰρήνην βεβαιωθῆναι δι' οἰκείας ὁμονοίας, τῷ σκοπῷ τῶν πάντων συνέλθητε. ὅπερ ἔσεσθαι καὶ ἐπὶ τῇ σῇ εὐλαβείᾳ σημαινόμεθα. * ἄνδρες γὰρ ὄντες τοσοῦτοι, οὐκ ἐνδέχεται καὶ τὰ τῆς εἰρήνης ἀγαθὰ καὶ τὰ τῆς διχονοίας κακὰ λαθεῖν οὐκ ἀνέξονται, * οὐ πρότερον παρ' ἡμῶν ὀφθήσεσθαι, ἄχρις ἂν διορθωθῇ ταῦτα, ἅπερ ἡμᾶς οὐ μικρῶς ἀθυμῆσαι πεποίηκεν. καὶ τοσούτῳ δὲ, ἐν ὅσῳ ἥ τε σπουδαζομένη τῆς εἰρήνης, καὶ τῆς ὁμονοίας τῆς ἡμετέρας, καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους φιλίας, καὶ ἐκ ταύτης τῆς πρὸς ἡμᾶς προοδοποιηθείσης συντυχίας βεβαιοῦται συγκρότησις, μηδεμία τῶν ἐπισκοπικῶν καταστάσεων, ἢ καθαιρέσεων, ἢ καὶ οἱασδηποτοῦν χειροτονίας προαχθήτω καινοτομία· ἀλλ' εἴ τι καὶ μεταξὺ γενέσθαι συμβέβηκε, τοῦτο ἐν ἡσυχίᾳ μένον ἀτάραχον, τὴν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας φυλαττέτω κατάστασιν· ἐπαρκούντων τῶν ὄντων εὐλαβεστάτων κληρικῶν, ἄχρις ἂν τελεία ἕνωσις παρακολουθήσῃ, πρὸς τὸ τὰς θείας ὑπηρεσίας ἐπιτελεῖν. ἔχεις παρ' ἡμῶν ταῦτα· καὶ οὐκ ἀμφιβάλλομεν, ὡς παντὶ σθένει καὶ πάσῃ δυνάμει, εἰλικρινῆ καὶ ἀμετάτρεπτον ἑωρακὼς τὴν ἡμετέραν πρόθεσιν, καὶ ἀξίαν Χριστιανικῆς ἐνστάσεως, συμπράξεις καὶ αὐτὸς, καὶ οὐδένα κάματον, ἢ σκυλμὸν, οὐχ ὕβρεως καταφρόνησιν, οὐκ ἀμνησικακίαν ὀργῆς ἀναδέξασθαι παραιτήσῃ ὑπὲρ τοῦ τὰ παρὰ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἕνεκα τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ τῆς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ἑνώσεως προσταχθέντα, πέρατι παραδοθῆναι. εἰ δὲ, ὅπερ οὐ πιστεύομεν, ἐναντία ταύτης

A scopus, inter vos convenientes, omni simultate molestaque contentione, quæ inter vos exarsit, deposita, ad pristinam concordiam rediretis; cum prædicti piissimi episcopi sponderent, si Nestorii depositioni subscriberes, illiusque doctrinam anathematizares, fore ut omnis altercationis materia mox e medio tolleretur; Cyrillusque sanctissimus Alexandriæ episcopus cum suis, & sanctissimus Cælestinus quoque gloriosæ Romæ episcopus, ac reliqui omnes, quotquot ubique sunt orthodoxæ fidei sacerdotes, cum tua pietate ad communionem redirent: ceteris, si qua forte erunt quæ emendationem de- B siderent, facile eam solutionem suscepturis, quam vos ipsi necessario sumentes, & simul vobis privatim & communiter omnibus persuadentes, afferetis. Cum itaque hoc nostrum esse studium & consilium non ignores, omnibus aliis curis posthabitis in hoc unum incumbe, ut omni contentione & æmulatione sublata, pax hæc diligenter ac firmiter sanctissimis orbis ecclesiis, quæ ubique orthodoxam fidem profitentur, & per illas omnibus subditis * nostris cum Dei au- C xilio restituatur: utque ad Nicomediæ civitatem summa cum celeritate venire matures; nec ullum omnino episcoporum tecum adducas, sed paucos tantum clericos, qui sanctitati tuæ famulentur. Omni ergo dilatione postposita festina, certo tibi persuasum habens, Cyrillo sanctissimo episcopo per majestatis nostræ literas mandatum esse, ut ipse quoque eadem animi promptitudine ad eumdem locum accurrat; ipsique denuntiatum, nullum prius ad nos aditum habiturum, quam inter vos conveneritis, omnemque mutuam inimicitiam penitus exueritis, & ad confirmandam pacem per propriam D concordiam communi omnium proposito consenseritis. Atque hoc ipsum & tuæ quoque reverentiæ denuntiatum volumus. Etenim viris adeo celebribus, ut eos aut bona pacis, vel mala discordiæ latere possint, nullo modo prius eos in conspectum nostrum admittemus, quam ea omnia correcta emendataque fuerint, quæ maxima nos ægritudine affecerunt. Interea vero dum exoptata pacis concordiæque & mutuæ inter vos amicitiæ conventio per iter quoque ad nostrum colloquium confirmatur, nulla prorsus quorumcumque episcoporum aut creatio, aut depositio, aut quæcumque ordinatio tentabitur: sed si quid interim hujusmodi factum esse contigerit, id immotum & imperturbatum, ecclesiæ catholicæ compo- E sitionem expectet; cum religiosissimi clerici ad divina ministeria exequenda sufficere queant, donec perfecta unio consequatur. Habes hæc a nobis; nec dubitamus, si sinceram immotamque & Christiana sedulitate dignam animi nostri sententiam inspexeris, quin totis viribus, totaque mentis virtute in hoc incumbes, ut ea omnia, quæ a nostra pietate orthodoxę fidei, sanctarumque ecclesiarum uniendarum causa, sancita & ordinata sunt, tempestive conficiantur, nullum ejus rei gratia laborem, aut fatigationem, aut ignominiæ contemptum, aut injuriarum condonationem recusans. Si vero (quod non credimus) nostram hanc

*vestris

PART. III. CAP. XXV.

ANNO CHRISTI 431.

hanc sententiam, rectumque propositum privato consilio, humanæque alicujus perturbationis impulsu contemnere ausus fueris, nostraque alia decreta parvifeceris, tibi imputabis, si sanctitas tua promptitudinis, quæ sanctæ Dei ecclesiæ componendæ debetur, neglectæ, meritas pœnas dederit.

ἡμῶν τῆς γνώμης, καὶ τοῦ οὕτως ἡμῶν ὀρθοῦ βουλεύματος, * φρονῆσαι, ἰδίῳ τινὶ σκοπῷ, ἢ ἐνστάσει ἀνθρωπίνου πάθους ἐπιχειρήσειας, τῶν τε ἄλλων * τῶν παρ' ἡμῶν κελευσθέντων ἀμελήσειας, σαυτῷ λογιεῖ, εἰ τῆς προθυμίας τῆς περὶ τὴν συγκρότησιν τῶν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν ἡ σὴ ὁσιότης καταφρονήσασα, ἀξίας ἀμοιβὰς ἀπενέγκηται.

* καταφρονῆσαι,
* περὶ

LITERÆ IMPERATORUM * ad beatum Simeonem Styliten.

* al. ad Acacium episcopum Berrhœensem. Et fortasse hujus epist. exemplum missum fuit ad utrumque.

CAP. XXV.

QUONIAM exploratum habemus, totam reverentiæ tuæ vitam ad Deum esse conversam, sicque vivere, ut divinam erga nos benevolentiam, certa quadam fiducia provocare queas; non potuimus in præsentia has ad te literas non perscribere, ut negotium, quod a divina providentia vere dependet, hoc potissimum tempore quammaxime conficere satagas, nimirum ut tua opera bene radicata pax firmetur, dissidiumque diaboli technis injectum, e medio tollatur. Id quod tuæ sanctitatis precibus freti, ejusdemque apud illos, qui eam confirmare, dissipatamque restituere possunt, hortatu impulsuque futurum minime dubitamus. Nam si Ioannes piissimus ecclesiæ Antiochenæ episcopus, ejus qui contentionis injecit semina, depositioni subscripserit, fidemque fecerit, se novo insanoque dogmati non consentire divulsorum membrorum unio subsequetur; cum omnes in hoc conveniant, atque concurrant: si, inquam, Ioannes hoc fecerit, religiosissimoque episcopo Cyrillo consenserit, cui occidentales, & * Constantinopolitani, ac reliqui omnes terrarum orbis episcopi consentiunt; quæ quondam fuerant conjuncta Dei benignitate rursus coalescent. Hanc enim molestiam turbamque peperit supervacanea, * parumque utilis; imo vero noxia doctrina. Quæ quidem per vestras preces explosa, proculque ab animis nostris eliminata, pacatos nos reddere, & ut in Dei auxilio ac præsidio speramus, recreare poterit. Nam contentio & discordia adeo nos conturbat, ut hanc existimemus præcipuam omnium nostrarum calamitatum esse causam; & confidamus, regni nostri res ex voluntate benignitatis Dei esse processuras, si res ecclesiæ, & orthodoxæ fidei membra conjuncta copulataque fuerint. In hoc egregio opere certa pulcerrimum certamen, ut superes dæmonis conatus. Hoc enim tibi pro maximo * certamine, & pro clarissima victoria imputabitur. Quam si adipisceris, teipsum sequeris, dum ea facis quæ profiteris; quibus etiam tibi fidem paras, consuetis orationibus, quæso, nos ipsos & nostrum imperium, quique ei parent, sine intermissione Deo commenda: ut nobis præcipue, qui convenientem curam de pace religionis ipsius gerimus, bona ab ipsius potestate copiose suppeditentur.

* harum partium,
* ac stulta,
* al. præmio,

ΘΕΙΟΝ ΓΡΑΜΜΑ ΑΠΟΣΤΑΛΕΝ πρὸς τὸν μακάριον Συμεῶνα τὸν Στυλίτην.

' Ἀκάκιον ἐπίσκοπον Βεῤῥοίας. ita ms. Seg.

ὍΛΟΝ τὸν τῆς σῆς * εὐσεβείας βίον ἐπεστράφθαι πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ οὕτω ζῆν, ὥστε δύνασθαι τῇ παῤῥησίᾳ καὶ τὴν περὶ ἡμᾶς προσκαλεῖσθαι εὐμένειαν, ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι, ἀναγκαίως νῦν ἐπὶ τάδε τὰ γράμματα ἐλθεῖν προετράπημεν· ἵνα ἀληθῶς πρᾶγμα τὸ τῆς Θεοῦ προνοίας ἐχόμενον, ἐν τούτῳ μάλιστα τῷ χρόνῳ κατορθῶσαι ' σπουδάσῃς· φαμὲν δὴ τὴν καλῶς ῥιζωθεῖσαν εἰρήνην βεβαιωθῆναι, τὴν δὲ διαβόλου τινὸς κακομηχανίᾳ ἐμβληθεῖσαν μάχην ἐκποδὼν γενέσθαι παρασκευάσῃς. ἔσται δὲ τοῦτο, εὖ ἴσμεν πεποιθότες ταῖς εὐχαῖς τῆς σῆς ὁσιότητος, καὶ τῇ πρὸς τοὺς δυναμένους ταύτην θεμελιῶσαι, καὶ διεσπασμένην ἀνακαλέσασθαι, ἐνστάσει τε καὶ προτροπῇ. ὁ μὲν γὰρ εὐλαβέστατος Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος ἐὰν τῇ καθαιρέσει τοῦ ἐμβαλόντος τὰ τῆς φιλονεικίας σπέρματα ὑπογράψαι βουληθείη, καὶ πείσει, ὡς οὐ συναινεῖ τῷ κατὰ καινοτομίαν φρονήματι, καὶ * ἀφροσύνην ἐπιχειρηθέντι δόγματι, πάλιν ἡ τῶν ἀποσπασθέντων μελῶν ἕνωσις ἐπακολουθήσει, εἰς τοῦτο πάντων ὁμοῦ συντρεχόντων. εἰ γὰρ τοῦτο ποιήσει, καὶ τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς Ἀλεξανδρείας Κυρίλλῳ ὁμονοήσειεν, ὥσπερ οἱ ἐν τῇ δύσει, καὶ οἱ ἐνταῦθα, καὶ οἱ πανταχοῦ συντρέχουσι, τὰ πάλαι τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ συγκροτηθέντα, καὶ νῦν ἁρμοσθήσεται. τὴν γὰρ ἀηδίαν καὶ τὸν θόρυβον ἡ περιττὴ καὶ * ἀνόητος, μᾶλλον δὲ ἐπιβλαβὴς διδασκαλία ἐγέννησεν. ἥ τις ἐξωθεῖσα, καὶ πόῤῥω που τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἐλαθεῖσα ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς, ἡμᾶς ἀναπαῦσαι, καθὼς εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ προστασίαν ἐλπίζομεν, καὶ ἀνακτήσασθαι δυνήσεται. οὕτω γὰρ καὶ ἡμᾶς διχόνοια καὶ φιλονεικία ταράττει, ὥστε καὶ πρώτην αἰτίαν ταύτην εἶναι τῶν συμβαινόντων δυσχερῶν λογίζεσθαι", θαῤῥεῖν δὲ, ὡς πάντα τὰ τῆς ἡμετέρας βασιλείας κατὰ γνώμην τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας προβήσεται, τῶν τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως μελῶν συναπτομένων τε καὶ ἑνουμένων ἐπὶ τούτῳ τῷ κατορθώματι καὶ ἀγώνισαι ἀγῶνα τὸν κάλλιστον, ὥστε περιγενέσθαι τῶν τοῦ δαίμονος ἐπιχειρημάτων· λογισθήσεται γάρ σοι καὶ τοῦτο ἆθλον μέγιστον, καὶ νίκη ἰσχυροτάτη· ἧς τευξόμενος σαυτῷ ἀκολουθήσεις, ταῦτα πράττων, ἅπερ ἐπαγγέλλῃ· * οἷς δὲ καὶ πιστούμενος, παρακέκλησο πρεσβείαις ταῖς συνήθεσιν ἀδιαλείπτως ἡμᾶς τε καὶ τὴν ἡμετέραν βασιλείαν, πάντας τε τοὺς ὑφ' ἡμῶν ἀρχομένους τῷ Θεῷ παρατίθεσθαι, πρὸς τὸ ἡμῖν ἐξαιρέτως, τοῖς ποιουμένοις τὴν ἁρμόζουσαν περὶ τὴν εἰρήνην τῆς αὐτοῦ θρησκείας φροντίδα, τὰ ἀγαθὰ παρὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἄφθονα χορηγεῖσθαι.

* εὐλαβείας
' σπουδάζῃς καὶ τῆς καλῶς ῥιζωθείσης εἰρήνης τὴν διαβολὴν πῶς
* ἴσως, ἢ τῇ κατ' ἀφροσύνην Lat. non habet φρονήματι, nec est in ms. Græco Seg.
* ἀνόνητος Lat.
" reliqua desiderantur in ms. Seg.
* ἴσ. οἷς δὴ

ΙΣΟΝ

ANNO CHRISTI 431.

ΙΣΟΝ ΣΑΚΡΑΣ ΓΡΑΦΕΙΣΗΣ πρὸς Ἀκάκιον τὸν τῆς Βερροιαίων, καὶ Συμεῶνα τὸν Ἀντιοχείας ἀναχωρητήν, καὶ ' ἄλλας ἐπαρχίας, ἰδίᾳ ἑκάστῃ.

' ἄλλαις ἐπαρχίαις, ἰδίᾳ ἑκάστῳ.

A

ΟΥΔΕΝ παντελῶς ἡμῖν παραλέλειπται τῶν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν ὀφειλόντων σπουδασθῆναι θρησκείας. καὶ τοῦτο ἀκριβῶς εἴσεταί σου ἡ ὁσιότης παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Ἀντιοχέων, καὶ τῶν λοιπῶν μαθοῦσα τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων ἐπισκόπων. γεγένηνται δέ τινες περὶ τὸ πρᾶγμα φιλονεικίαι καὶ δυσκολίαι, ἃς ἐξαλεῖψαι πειραθέντες, ὑπὸ τῶν πολλῶν τέως πραγμάτων διεκωλύθημεν. B οὐ μὴν ἀποστῆναι ταύτης τῆς σπουδῆς αἱρησόμεθα, πρὶν ἂν ἡμῖν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς τὴν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἕνωσιν χαρίσοιτο δι' ὑμετέρων εὐχῶν· ὥστε προσήκειν, μετὰ πάσης σπουδῆς ταῦτα παρὰ Θεοῦ αἰτεῖν τὴν σὴν ἁγιότητα, τῆς Ῥωμαϊκῆς θρησκείας ἱερέας * ἐπιδείξαντα δοκίμους.

** ἴσ. ἐπιδείξοντος ἐπιδείξαντας εὐδοκίμους.*

ΙΩΑΝΝΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Ἀντιοχείας, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν σὺν αὐτῷ ἐπιστολή, πρὸς Ξύστον ἐπίσκοπον Ῥώμης, καὶ πρὸς Κύριλλον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, καὶ Μαξιμιανὸν ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως. C

Τοῖς ὁσιωτάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις ἀδελφοῖς, καὶ συλλειτουργοῖς, Ξύστῳ, Κυρίλλῳ, καὶ Μαξιμιανῷ, Ἰωάννης, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες οἱ σὺν ἐμοί, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΚΑΙ σπουδὴ καὶ σκοπὸς πᾶσι τοῖς ἱερᾶσθαι λαχοῦσι, καὶ τὴν θείαν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν πεπιστευμένοις παρὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, τὸ ἐν ὀρθῇ πίστει διαπρέπειν, οὕτω τε διδάσκειν τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαούς· οὕτω τοίνυν ἔχοντος τοῦ πράγματος, κατὰ τὸ παρῳχηκὸς ἔτος ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, D ἁγία σύνοδος θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων * συνήχθη κατὰ τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν, τῆς κατὰ Νεστόριον ὑποθέσεως χάριν. οἳ καὶ συνεδρεύσαντες ἅμα τοῖς ἀποσταλεῖσιν ἐκδίκοις παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Κελεστίνου, τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς ἁγίας Ῥωμαίων ἐκκλησίας, ψήφῳ καθαιρέσεως ὑποβεβλήκασι τὸν μνημονευθέντα Νεστόριον, ὡς βεβήλῳ διδασκαλίᾳ χρώμενον, καὶ σκανδαλίσαντα πολλούς, καὶ οὐκ ὀρθοποδήσαντα περὶ τὴν πίστιν· συνδεδραμηκότες δὲ καὶ ἡμεῖς, εἶτα τοῦτο γεγονὸς εὑρόντες, λελυπήμεθα. E ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, διαφορᾶς μεταξὺ γενομένης ἡμῶν τε καὶ τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ πολλῶν μεταξὺ πεπραγμένων τε καὶ εἰρημένων, εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐκκλησίας τε καὶ πόλεις ὑπεστρέψαμεν, οὐ συνενεχθέντες τὸ τηνικαῦτα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ δι' ὑπογραφῆς εἰς τὴν ἐξενεχθεῖσαν κατὰ Νεστορίου τῆς καθαιρέσεως ψῆφον, διῃρημένων πρὸς διχόνοιαν τῶν ἐκκλησιῶν. ἐπειδὴ τούτου μάλιστα πάντας φροντίσαι ἐχρῆν, ὅπως συναφθεῖεν, ἐκ μέσου γενομένης διχονοίας ἁπάσης, καὶ τῶν θεοσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων αὐτὸ δὴ τοῦτο γενέσθαι θεσπισάντων, καὶ εἰς τοῦτο πεπομφότων τὸν ' θαυμάσιον τριβοῦνον καὶ νοτάριον Ἀριστόλαον,

** γέγονε*

' θαυμασιώτατον

PART. III. CA XXVI. ET XXVII.

EXEMPLUM SACRÆ AD Acacium Berrhœensem episcopum, & Simeonem Antiochensem anachoretam, aliasque provincias, ad unamquamque seorsum.

CA. XXVI.

NIHIL omnino eorum a nobis est prætermissum, quæ religionis nostræ causa nostro studio effici debuerant. Atque hoc ipsum sanctitas vestra tum a Ioanne piissimo ecclesiæ Antiochenæ episcopo, tum a ceteris sanctis episcopis qui cum illo sunt, dilucide cognoscere poterit. Acciderunt autem nonnullæ circa hoc negotium difficultates & controversiæ, quas de medio tollere & abolere conati, negotiorum adhuc multitudine impediti sumus. Certa nihilo minus fixaque stat sententia, ab hoc studio non prius desistere, quam misericors Deus, vestris intercedentibus precibus, unionem & pacem ecclesiis restituere dignabitur. Decet proinde tuam sanctitatem, omni diligentia & studio hæc a Deo deposcere, qui probatos Romanæ religionis sacerdotes declaret.

EPISTOLA IOANNIS ANTIOcheni, ceterorumque qui illo erant, ad ' Sixtum episcopum Romanum, & Cyrillum Alexandrinum, & Maximianum Constantinopolitanum.

' Xystum

Sanctissimis Deoque dilectissimis fratribus & comministris, Sixto, Cyrillo, & Maximiano, Ioannes & reliqui omnes qui mecum sunt, in domino salutem.

CAPUT XXVII.

PRÆCIPUUM eorum studium, qui sacerdotio funguntur, divinumque episcopatus ministerium a Christo omnium salvatore sortiti sunt, primariusque eorumdem scopus hic esse debet, ut in fide recta excellant, eamque populum sibi concreditum fideliter doceant. Cum itaque res ita habeat, anno proxime lapso sacra Deo dilectissimorum episcoporum synodus juxta religiosissimorum Christique amantium imperatorum nostrorum decretum in Ephesiorum metropoli, profligandæ Nestorianæ hæreseos causa convenit, consessuque celebrato una cum * legatis a beatæ memoriæ Cælestino Romanæ ecclesiæ quondam episcopo missis, prædictum Nestorium tamquam profana doctrina utentem, multorumque scandalorum auctorem, & in fide catholica graviter errantem, depositionis sententiæ subjecit. Cum vero posteaquam & nos quoque eodem advenissemus, remque omnem gestam comperissimus, ægre tulimus. Hac de causa cum non parva inter nos & synodum controversia intercessisset, multaque ultro citroque dicta & facta essent, ad nostras tamdem ecclesias & civitates reversi sumus: neque, quod ad Nestorii depositionem attinebat, synodi sententiæ per id tempus subscripsimus. Porro autem cum mutuis inter se discordiis ecclesiæ dissiderent, unumque illud omnes maxime curare oportere visum esset, ut omni dissidio sublato, amice inter se iterum congruerent; religiosissimis & Christi amantibus imperatoribus id ipsum quoque fieri volentibus, severeque jubentibus celeberrimo tribuno & notario Aristolao

** defensoribus*

PART. III. CAPVT XXVIII.

A ea de causa ad nos missio, ut omnis contentio tolleretur, ac Dei ecclesiarum pax ubique vigeret; placuit & nobis quoque, in sanctæ synodi sententia, qua Nestorium deposuit, acquiescere, ipsumque pro deposito habere, ac blasphemam illius doctrinam anathematizare; eo quod nostræ ecclesiæ, perinde ac vestra sanctitas, rectam semper inculpatamque fidem tenuerint, ac servaverint, eamdemque populis tradiderint. Assentimur etiam ordinationi Maximiani sanctissimi & religiosissimi sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ episcopi: & cum omnibus universi orbis religiosissimis episcopis, quicumque orthodoxam sinceramque fidem habent, eamque servant, communicamus. B

LIBELLVS QVEM PAVLVS episcopus Emisenus Cyrillo archiepiscopo Alexandriæ obtulit, a Ioanne Antiocheno episcopo missus.

Domino meo per omnia sanctissimo & sacratissimo archiepiscopo Cyrillo, Paulus episcopus in domino salutem.

CAPVT XXVIII.

RELIGIOSISISMI invictissimique imperatores nostri curam ac solicitudinem, quam jam inde ab initio circa subditos, maxime vero circa sanctas Dei ecclesias habuerunt, declarantes, fidemque quam a majoribus susceperunt, piam, rectam, minimeque adulteratam sese obtinere demonstrantes; per virum spectabilem Aristolaum tribunum ac notarium & ad tuam sanctitatem, & sanctissimum quoque & religiosissimum Ioannem episcopum, & ad sanctissimum ac religiosissimum patrem nostrum Acacium Berrhœensium, antistitem literas miserunt, quibus præcipiunt, ut vel corpore, vel saltem animi sententia inter nos coeuntes, controversias illas inter pientissimos episcopos, qui in Ephesina civitate convenerunt, & nos exortas, diluamus, acceptamque Deo pacem sanctis ejus ecclesiis conciliemus, turbas quotidie in sanctas Dei ecclesias desævientes consopiamus, ac Nestorii depositioni consentiamus, & perversam illius doctrinam anathematizemus. Cum itaque Ioannes & Acacius sanctissimi episcopi has pias vereque Christianas literas accepissent, perpendentes multa esse quæ personalem congressum vestrum desiderent, ne in hac re multum temporis consumatur, me ad tuam E sanctitatem miserunt, ut simul dispiciamus ac pertractemus quanam ratione & via pax firma constitui, præsentique optimo negotio conveniens utilisque finis possit imponi. Proinde cum huc venissem, atque congressus essem, sermonemque ultro citroque contulissem, comperi tuam etiam sanctitatem benevole affectam, & ut pontificem decebat, præsens negotium pacifice tractare. Quare tua sanctitas scriptum quod immaculatam & rectam fidem complectitur, qualem a majoribus nostris prædicatam accepimus, nobis obtulit: quod in primis labore ac studio dignum erat. At vero quia ea quoque, quæ ad Nestorium pertinent, juxta constitutionem a vobis editam

ANNO CHRISTI 431.

A συνήρεσεν εἰς ἀναίρεσιν πάσης φιλονεικίας, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὴν εἰρήνην βεβαιωθῆναι ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς συνθέσθαι τῇδε τῇ ψήφῳ τῆς ἁγίας συνόδου, τῇ ἐξενεχθείσῃ κατὰ Νεστορίου, ἔχειν τε αὐτὸν καθῃρημένον, καὶ ἀναθεματίσαι τὰς δυσφήμους αὐτοῦ διδασκαλίας, διὰ τὸ τὰς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίας τὴν ὀρθὴν ἀεὶ καὶ ἀβέβηλον ἐσχηκέναι πίστιν, καθὰ καὶ ἡ ὑμετέρα ὁσιότης, καὶ ταύτην ἀεὶ φυλάττειν καὶ παραδιδόναι τοῖς λαοῖς. συναινοῦμεν δὲ καὶ τῇ χειροτονίᾳ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἁγίας ἐκκλησίας ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ· καὶ κοι- B νωνικοὶ πᾶσίν ἐσμεν τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις, ὅσοι τὴν ὀρθόδοξον καὶ ἀμώμητον ἔχουσί τε καὶ τηροῦσι πίστιν.

ΛΙΒΕΛΛΟΣ ΕΠΙΔΟΘΕΙΣ ΤΩι ἀρχιεπισκόπῳ Κυρίλλῳ παρὰ Παύλου ἐπισκόπου Ἐμέσης, τοῦ ἀποσταλέντος παρὰ Ἰωάννου Ἀντιοχείας ἐπισκόπου.

'Λίβελλοι ἐπιδοθέντες τῷ ἁγιωτάτῳ 'ἀποσταλέντες παρὰ

Τῷ δεσπότῃ μου τῷ πάντων ἕνεκα ἁγιωτάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κυρίλλῳ, Παῦλος ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΙ 'εὐλαβέστατοι καὶ καλλίνικοι ἡμῶν βασιλεῖς, ἣν ἄνωθεν ἔχειν ἀξιοῦσι σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν περὶ τὸ ὑπήκοον, καὶ μάλιστα περὶ τὰς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ τὴν εὐσεβῆ καὶ εἰλικρινῆ καὶ ὀρθὴν πίστιν, ἣν ἐκ πατέρων διεδέξαντο, ἐνδεικνύμενοι, γράμμα ἐξέπεμψαν διὰ τοῦ περιβλέπτου τριβούνου καὶ νοταρίου Ἀριστολάου πρός τε τὴν σὴν ὁσιότητα, καὶ πρὸς τὸν ὁσιώτατον καὶ ἁγιώτατον Ἰωάννην ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς τὸν ὁσιώτατον καὶ ἁγιώτατον πατέρα ἡμῶν Ἀκάκιον τὸν ἐπίσκοπον τῆς Βερροιαίων, τὸ κελεῦον, ὥστε συνελθόντας ἢ κατὰ πρόσωπον ἢ κατὰ γνώμην ', λύσιν δοῦναι ταῖς ἀνακυψάσαις διαφοραῖς μεταξὺ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν εἰς τὴν Ἔφεσον συνεληλυθότων, καὶ ἡμῶν αὐτῶν, καὶ ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις τὴν τῷ Θεῷ φίλην εἰρήνην πρυτανεῦσαι, παῦσαί τε τὰς ὁσημέραι ἐγγινομένας ταραχὰς ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις, συνθέσθαι τε τῇ Νεστορίου καθαιρέσει, καὶ ἀναθεματίσαι τὴν φαύλην αὐτοῦ διδασκαλίαν. δεξάμενοι οὖν τὸ εὐσεβὲς τοῦτο καὶ φιλόχριστον γράμμα ὅ, τε προειρημένος ἅγιος Ἰωάννης, καὶ ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Ἀκάκιος, καὶ λογισάμενοι ὡς ἔστι E πολλὰ δεόμενα τῆς κατὰ πρόσωπον ὑμῶν συντυχίας, εἰς τὸ μὴ 'μακρὸν ἐντριβῆναι τῇ ὑποθέσει, ἀπέστειλάν με πρὸς τὴν σὴν ὁσιότητα· ὥστε συσκοπῆσαί σε τῇ ἁγιότητι, τίνα δὴ τρόπον τὰ τῆς εἰρήνης ὀφείλει ἀσφαλῶς διατεθῆναι, καὶ τῇ ἀρίστῃ ταύτῃ πράξει τέλος τὸ δέον καὶ λυσιτελὲς 'ἐπιτεθῆναι. ἐλθὼν οὖν, καὶ συντυχὼν, καὶ διαλεχθεὶς εὗρον καὶ τὴν σὴν ὁσιότητα παρεσκευασμένην ἡμέρως καὶ εἰρηνικῶς, καὶ ὡς ἀρχιερεῦσι πρέπει, διαθεῖναι τὰ ἐν χερσί. καὶ δὴ γράμμα ἡμῖν ἐνεχείρισεν ἡ σὴ ὁσιότης *περιέχον, ἣν τινα κηρυττομένην ἐκ πατέρων διεδεξάμεθα ὀρθὴν καὶ ἀκηλίδωτον πίστιν· ὃ πρῶτον ἦν ἄξιον πόνου καὶ σπουδῆς. ἐπειδὴ δὲ ἔδει καὶ τὰ κατὰ Νεστόριον τύπον λαβεῖν τὸν ἄνωθεν ὑμῖν δοθέντα, πεποίημαι, παρὼν πρὸς παροῦσαν σὴν ὁσιότητα τόδε

' εὐσεβέστατοι

' γνώμῃ,

' μακρὸν χρόνον ἐντριβῆναι

' ἐπιθεῖναι.

* κηρύττον ἣν ἐκ πατέρων

ANNO CHRISTI 431.

τόδε τὸ γράμμα· δι᾽ οὗ ὁμολογῶ καταδέχεσθαι ἡμᾶς τὴν κατάστασιν τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ, ἔχειν δὲ Νεστόριον τὸν πρὸ τούτου γεγονότα τῆς μεγάλης Κωνσταντινουπόλεως, καθῃρημένον· καὶ ἀναθεματίζομεν τὰ ἐν διδασκαλίας μέρει ἀσεβῶς αὐτῷ εἰρημένα· καὶ ἀσπαζόμεθα τὴν καθαρὰν καὶ εἰλικρινῆ πρὸς ὑμᾶς κοινωνίαν, κατὰ τὴν ἐπιδοθεῖσαν τῇ σῇ θεοσεβείᾳ παρ᾽ ἡμῶν διὰ βραχέων περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου ἐνανθρωπήσεως ἔκθεσιν· ἣν καὶ ἐπῄνεσας, καὶ ὡς ἰδίαν ἐδέξω πίστιν· ἧς καὶ τὸ ἴσον ἐντέτακται τῷδε τῷ γράμματι. καὶ ταύτῃ τῇ καθαρᾷ κοινωνίᾳ λύσιν διδόαμεν πᾶσι τοῖς ἐν μέσῳ παρ᾽ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, ὡς ἐν ταραχαῖς γεγενημένοις· καὶ ἐπανερχόμεθα εἰς τὴν προτέραν τῶν ἐκκλησιῶν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι γαλήνην.

A firmanda sunt; præsens præsenti sanctitati tuæ has literas offero, quibus confiteor, nos Maximiani sanctissimi episcopi ordinationem suscipere; Nestoriumque qui ante illum maximæ urbis Constantinopolitanæ episcopus exstiterat, pro deposito habere: ad hæc, illa quæ ille impiam doctrinam tradendo dixit, anathematizamus: puramque & sinceram vobiscum communionem complectimur, juxta expositionem de Verbi Dei incarnatione breviter a nobis editam, tuæque sanctitati traditam, quam tu ipse quoque collaudasti, perinde ac propriam fidem suscepisti: cujus quoque exemplum his insertum est literis. Atque ita tandem sincera hac communione iis omnibus, B quæ interim utrimque ut in tumultuatione fit hactenus acciderunt, finem imponimus; & per Dei gratiam, ad pristinam ecclesiarum pacem & tranquillitatem revertimur.

HOMILIA CYRILLI EPISCOPI habita ad populum * vigesima octava die mensis Pharmuthi.

Apud Romanos est XII. dies Aprilis.

CAP. XXIX.

Eos qui pietate firmi sunt, & sacrorum dogmatum certissimam atque ornatam habent fidem, terram uberem propheta nominat, dicens: *Et eritis vos terra pinguis, dicit dominus omnipotens, & benedicent vobis omnes gentes.* (Malach. 3.) C Terram vero uberem esse dicit fecundissimam & fructiferam, & fructuum domesticorum matrem atque nutricem. Hujusmodi autem est omnis Deo amabilis & sancta anima, cultorem veluti quemdam & seminatorem totius boni * omnium sortita Christum, qui etiam sacrorum nobis dogmatum coruscat scientia.

Sed omnium inimicus, hoc est satanas, excitat per tempora superseminantes tritico maligna zizania. (Matth. 13.) Verumtamen licet floreant, reciduntur: eritque sic ager purissimus. Expulsus igitur est ab omni ecclesia Nestorius impius, amara diaboli vere zizania, & concordant de cetero per omnem consistentes orbem terrarum Dei cultores episcopi, rectam & unam confitentes fidem. Copulati siquidem sunt nostris ecclesiis; magis autem totius orbis terrarum, etiam apud orientem constitutæ. Confessi etenim sunt Deo amantissimi episcopi ibi constituti rectam & sine profanatione fidem. Quæ autem scripsit ad me Deo amantissimus & reverendissimus episcopus Antiochiæ Ioannes, quæve ego ad eum rescripserim, Deo favente audietis.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΩΑΝΝΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Ἀντιοχείας πρὸς Κύριλλον ἀρχιεπίσκοπον Ἀλεξανδρείας.

Τῷ δεσπότῃ μου τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ, Ἰωάννης ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Πρώην ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων ἐκελεύσθη σύνοδος θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων κατὰ τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν συναθροισθῆναι, ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως. καταλαβόντων δὲ καὶ ἡμῶν τὴν μνημονευθεῖσαν πόλιν, καὶ ὑποστρεψάντων ἐκτὸς τῆς πρὸς ἀλλήλους συντυχίας· περιττὸν δὲ τὰς αἰτίας τῆς διχονοίας ἐν καιρῷ εἰρήνης νῦν εἰπεῖν· διῃρημένων δὲ πρὸς διχόνοιαν τῶν ἐκκλησιῶν τούτῳ τῷ τρόπῳ, ἐπειδὴ τούτου μάλιστα φροντίσαι πάντας ἐχρῆν, ὅπως συναφθεῖεν ἐκ μέσου γενομένης διχονοίας ἁπάσης, καὶ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων αὐτὸ δὴ τοῦτο χρέος θεσπισάντων, τὸ ἑνῶσαι τὰς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας, καὶ εἰς αὐτὸ δὴ τοῦτο ἀποστειλάντων τὸν κύριόν μου καὶ θαυμασιώτατον καὶ περίβλεπτον τριβοῦνον καὶ νοτάριον Ἀριστόλαον, ἐπιφερόμενον τὸ εὐσεβὲς αὐτῶν γράμμα, τὸ παρακελεῦον, ἐντεῦθεν ἤδη συμβῆναι ἡμᾶς, καὶ περιελεῖν τὰ σκάνδαλα ἐκ τοῦ μέσου, καὶ καταλῦσαι πᾶσαν ταραχὴν, καὶ πᾶσαν λύπην· ᾧ εἴκοντες εὐσεβεῖ γράμματι, εὐθὺς καὶ παραχρῆμα ἀπεστείλαμεν τὸν κύριόν μου, καὶ κατὰ πάντα θεοφιλέστατον καὶ ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Παῦλον,

EPISTOLA IOANNIS Antiocheni episcopi ad Cyrillum archiepiscopum Alexandrinum.

D *Domino meo religiosissimo, & sanctissimo comministro Cyrillo, Ioannes in domino salutem.*

CAP. XXX.

Piissimorum imperatorum nostrorum edicto, religiosissimorum episcoporum synodus ad Ephesiorum metropolim, tum ecclesiasticarum rerum & controversiarum, tum rectæ quoque fidei causa dudum convenire jussa est. Cum autem ad prædictam civitatem & nos pervenissemus, ac citra mutuum colloquium inde rursum abiissemus, (superfluum est autem dissensionis causas nunc pacis tempore commemorare;) cumque ecclesię hoc modo in graves discordias incidissent; quandoquidem omnes id maxime curare oportebat, ut omni animorum dissensione e medio sublata, Christi ecclesiæ denuo consociarentur; ipsique religiosissimi, ac Christi amantissimi reges hoc ipsum ut fieret, mandassent, ejusq; rei gratia dominum meum præclarissimum, & spectabilem tribunum & notariũ Aristolaum misissent, pias ipsorum literas afferentem, quæ deinceps nos convenire juberent, atq; scandala e medio tollere, omnemque perturbationem & offensionẽ consopire: nos piis literis morem gerere volentes, recta mox dominum meum Deo per omnia dilectissimum ac sanctissimum episcopum Paulum misimus.

PART. III. CAP XXX.

ANNO CHRISTI 431.

Quod conſilium ſanctiſſimo piiſſimoque patri noſtro Acacio, ceteriſque qui nobiſcum erant, Deo dilectiſſimis epiſcopis probatum fuit. Fecimus autem hoc majoris compendii cauſa, eo quod quæ a religioſiſſimis imperatoribus noſtris ſancita ſunt, perficere nobis ipſis in unum convenientibus non liceat. Mandavimus autem illi, ut vice noſtra & pro nobis & nomine noſtro conſtituat quæ ad pacem faciunt; id quod hujus legationis præcipuum caput eſt; ſimulque pietati tuæ exhibeat expoſitionem de domini noſtri Ieſu Chriſti incarnatione concorditer a nobis editam. Quam proinde pietati tuæ per prædictum piiſſimum virum miſimus, quæ eſt hæc.

De virgine autem Dei genitrice Maria, quomodo ſentiamus & loquamur, deque unigeniti Filii Dei incarnationis modo neceſſario, non additamenti loco, ſed plena ſatisfactionis forma, dicemus breviter, ſicuti ab initio ex divinis literis, ſanctorumque patrum traditione hauſimus; Fidei in Nicæa a ſanctis patribus expoſitæ nihil prorſus adjicientes. Illa enim, ut antea diximus, ad omnem pietatis cognitionem, omniſque hæreticæ pravæ doctrinæ depulſionem abunde ſat eſt. Nec illa etiam quæ conſequi non poſſumus, audacter aggrediemur; ſed propriæ infirmitatis confeſſione excludemus eos qui adoriri nos volunt in his, in quibus conſideramus quæ ſupra humanum captum ſunt.

Confeſſio orientalium epiſcoporum.

Confitemur igitur dominum noſtrum Ieſum Chriſtum unigenitum Dei Filium, eſſe Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore: ante ſæcula quidem ex Patre ſecundum divinitatem genitum, poſtremis vero temporibus eumdem ipſum propter nos & propter noſtram ſalutem ex Maria virgine ſecundum humanitatem natum: eumdem conſubſtantialem Patri ſecundum divinitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem. Siquidem duarum naturarum facta eſt unio: propter quod unum Chriſtum, unum Filium, unum dominum confitemur. Secundum hunc inconfuſæ unitatis intellectum confitemur ſanctam virginem Dei genitricem eſſe, propterea quod Deus Verbum incarnatum eſt, & homo factum, & ex ipſa conceptione univit ſibi templum, quod ex illa aſſumpſit. Euangelicas autem & apoſtolicas de domino voces, ſcimus graves theologos alias quidem communes facere, tamquam ad unam perſonam pertinentes; alias vero, propter duarum naturarum diverſitatem, diviſim nuncupare: & illas quidem quæ Deo conveniunt, ad Chriſti divinitatem; humiles vero, ad ejuſdem humanitatem referre ſolere.

Hac fide ſuſcepta, placuit nobis, ut omnis tollatur contentio, univerſaliſque ſanctis Dei eccleſiis per orbem ſparſis pax reddatur, nec non ſcandala omnia quæ exorta ſunt, e medio auferantur, Neſtorium quondam Conſtantinopolitanum epiſcopum pro depoſito habere; tum pravas illius profanaſque vocum novitates anathematizare, propterea quod eccleſiæ Dei,

A τοῦτο συναρέσαι καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ πατρὶ ἡμῶν Ἀκακίῳ, καὶ τοῖς παρ' ἡμῖν θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις. ὑπὲρ δὲ πλείονος συντομίας τοῦτο πεποιήκαμεν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἡμᾶς συνελθόντας τὰ θεσπισθέντα ὑπὸ τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων κατὰ πρόσωπον εἰς πέρας ἀγαγεῖν· ἐντειλάμενοι αὐτῷ, ὥστε καὶ ἀνθ' ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ εἰς πρόσωπον ἡμέτερον τυπῶσαι μὲν τὰ περὶ τῆς εἰρήνης, ὅπερ ἐστὶ προηγούμενον, ἐγχειρίσαι δὲ τῇ σῇ θεοσεβείᾳ τὴν ἔκθεσιν τὴν παρ' ἡμῶν συμφώνως γενομένην περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν ἀπεστείλαμεν τῇ B σῇ θεοσεβείᾳ διὰ τοῦ προλεχθέντος θεοφιλεστάτου ἀνδρὸς, ἥ τίς ἐστιν αὕτη.

ʹἀσφαλείας

Περὶ δὲ τῆς θεοτόκου Μαρίας παρθένου, ὅπως καὶ φρονοῦμεν καὶ λέγομεν, τοῦ τε τρόπου τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἀναγκαίως, οὐκ ἐν προσθήκης μέρει, ἀλλ' ἐν πληροφορίας εἴδει, ὡς ἄνωθεν ἔκ τε τῶν θείων γραφῶν, ἔκ τε τῆς παραδόσεως τῶν ἁγίων πατέρων παρειληφότες ἐσχήκαμεν, διὰ βραχέων ἐροῦμεν, οὐδὲν τὸ σύνολον προστιθέντες τῇ τῶν ἁγίων πατέρων τῇ ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσῃ πίστει· ὡς γὰρ ἔφθημεν εἰρη- C κότες, πρὸς πᾶσαν ἐξαρκεῖ καὶ εὐσεβείας γνῶσιν, καὶ πάσης αἱρετικῆς κακοδοξίας ἀποκήρυξιν. ἐροῦμεν δὲ οὐ κατατολμῶντες ἀνεφίκτων ἀλλὰ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς οἰκείας ἀσθενείας ἀποκλείοντες τοῖς ἐπιφύεσθαι βουλομένοις, ἐν οἷς τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον διασκεπτόμεθα.

Ὁμολογοῦμεν τοιγαροῦν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχά- D των δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε· διὸ καὶ ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν. κατὰ ταύτην τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως, ἔννοιαν ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν παρθένον θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἑνῶσαι ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. Τὰς δὲ εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ κυρίου φωνὰς ἴσμεν τοὺς ʹθεολόγους ἄνδρας τὰς μὲν κοινοποιοῦντας ὡς ἐφ' ἑνὸς προσ- E ώπου, τὰς δὲ διαιροῦντας ὡς ἐπὶ δύο φύσεων· καὶ τὰς μὲν θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, τὰς δὲ ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ παραδιδόντας.

Ὁμολογία τῆς ἀνατολικῆς ἐπισκόπων.

ʹθεηγόρους

Ἧς λεχθείσης, συνήρεσεν εἰς ἀναίρεσιν ἁπάσης φιλονεικίας, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὴν οἰκουμενικὴν εἰρήνην * βεβαιωθῆναι ταῖς τοῦ Θεοῦ ἁγίαις ἐκκλησίαις, καὶ ἐκποδὼν τὰ ἀναφύντα γενέσθαι σκάνδαλα, ἔχειν ἡμᾶς Νεστόριον καθῃρημένον, τὸν πάλαι γενόμενον ἐπίσκοπον τῆς Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ἀναθεματίζομεν τὰς φαύλας αὐτοῦ καὶ βεβήλους καινοφωνίας, διὰ τὸ τὰς παρ' ἡμῖν ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας

* βεβαιωθῶσι

τὴν

ANNO CHRISTI 431.

τὴν ὀρθὴν καὶ ὑγιῆ ἐσχηκέναι πίστιν, καὶ φυλάττειν, καὶ παραδιδόναι τοῖς λαοῖς, καθὰ καὶ ἡ ὑμετέρα ὁσιότης. συναινοῦμεν δὲ καὶ τῇ χειροτονίᾳ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας· καὶ κοινωνικοὶ πᾶσίν ἐσμεν τοῖς κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις, ὅσοι τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν ἔχουσί τε καὶ κηρύττουσιν. ἐρρωμένος, ὑπερευχόμενος ἡμῶν διατελοίης, δέσποτα θεοφιλέστατε καὶ ὁσιώτατε, καὶ πάντων ἐμοὶ γνησιώτατε ἀδελφέ.

A quæ apud nos sunt, rectam sanamque fidem teneant, illamque custodiant, ac populis, quemadmodum & vestra quoque sanctitas, tradant. Consentimus autem & in ordinationem quoque sanctissimi piissimique Maximiani sanctæ Dei ecclesiæ Constantinopolitanæ episcopi: & communicamus universis orbis terræ religiosissimis episcopis, rectam inculpatamque fidem habentibus & * retinentibus. Vale, domine piissime & sanctissime, fraterque mihi sincerissime, ac pro nobis orare perge.

PART. III. CAPUT XXXI.

* prædicantibus.

ΟΜΙΛΙΑ ΠΑΥΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Ἐμίσης, λεχθεῖσα κθ΄. Χοιὰκ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Ἀλεξανδρείας, καθημένου τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, εἰς τὴν γέννησιν τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ ὅτι θεοτόκος ἡ ἁγία παρθένος Μαρία· καὶ ὅτι οὐ δύο υἱοὺς λέγομεν, ἀλλ᾽ ἕνα υἱὸν καὶ κύριον τὸν Χριστόν. καὶ εἰς τὸν ἀρχιεπίσκοπον ἐγκώμιον.

B *HOMILIA PAULI EPISCOPI Emiseni, habita * vigesimo nono die mensis Chœac, in magna Alexandriæ ecclesia, præsente beato Cyrillo, de nativitate domini & salvatoris nostri Iesu Christi, & quod beata virgo Maria sit Dei genitrix, & quod non duos, sed unum Filium & dominum Christum dicamus: & laus archiepiscopi Cyrilli.*

* Est xxv. dies Decembris.

ΕΥΚΑΙΡΟΝ σήμερον τὴν ὑμετέραν παρακαλέσαι εὐλάβειαν, ἱερόν τινα χορὸν ἅμα ἡμῖν συστήσασθαι, καὶ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἀναβοῆσαι· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. σήμερον γὰρ ἡμῖν παιδίον ἐγεννήθη, ἐφ᾽ ᾧ πᾶσα ἡ ὁρωμένη καὶ ἀόρατος κτίσις βεβαίας τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας κέκτηται. σήμερον ἡ ὑπερφυὴς λύεται λοχεία, καὶ τῆς ἀπειρογάμου παρθένου λύονται αἱ ὠδῖνες. ὢ τοῦ θαύματος. τίκτει ἡ παρθένος, καὶ μένει παρθένος· γίνεται μήτηρ, καὶ οὐ πάντα τὰ μητρὸς ἀκριβῶς ὑπομένει. ἔτεκε μὲν γὰρ ὡς νόμος γυναιξὶν ἡ παρθένος, ἔμεινε δὲ παρθένος, ὡς οὐ νόμος ταῖς τικτούσαις γυναιξίν. ἄνωθεν προορώμενος ὁ προφήτης Ἡσαΐας τὸ θαῦμα, ἐβόα· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. τοῦτο διασαφῶν ὁ εὐαγγελιστὴς εἶπεν, ἑρμηνευόμενον, μεθ᾽ ἡμῶν ὁ Θεός. τίκτει οὖν ἡ θεοτόκος Μαρία τὸν Ἐμμανουήλ.

Ἐβόησεν ὁ λαός· ἡ πίστις ἰδοὺ * αὕτη ἐστί· Θεοῦ δῶρον, Κύριλλε ὀρθόδοξε· τοῦτο ἀκοῦσαι ἐζητοῦμεν. ὁ τοῦτο μὴ λέγων, ἀνάθεμα ἔστω. λοιπὸν εἶπεν ὁ ἐπίσκοπος Παῦλος.

Ὁ τοῦτο μὴ λέγων, καὶ νοῶν, καὶ φρονῶν, ἀνάθεμα ἔστω ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. ἔτεκεν οὖν ἡμῖν ἡ θεοτόκος Μαρία τὸν Ἐμμανουήλ· Ἐμμανουὴλ δέ, Θεὸν, ἐνανθρωπήσαντα. ὁ γὰρ πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ πατρὸς ἀῤῥήτως καὶ ἀνεκφράστως γεννηθεὶς Θεὸς λόγος, ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τίκτεται ἐκ γυναικός. τὴν γὰρ ἡμετέραν τελείως ἀνειληφὼς φύσιν, καὶ τὸ ἀνθρώπινον ἐκ πρώτης συλλήψεως οἰκειώσας ἑαυτῷ, καὶ τὸ ἡμέτερον σῶμα ναὸν ἑαυτῷ κατασκευασάμενος, προῆλθεν ἐκ τῆς θεοτόκου, Θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτός. δύο γὰρ φύσεων τελείων συνδρομὴ, θεότητός φημι καὶ ἀνθρωπότητος, τὸν ἕνα ἡμῖν ἀπετέλεσεν υἱὸν, τὸν ἕνα Χριστὸν, τὸν ἕνα κύριον.

Ὁ λαὸς ἐβόησε· καλῶς ἦλθες ὀρθόδοξε ἐπίσκοπε· ὁ ἄξιος τῷ ἀξίῳ. Χριστιανοὶ λέγουσι· Θεοῦ δῶρον, Κύριλλε ὀρθόδοξε. ὁ ἐπίσκοπος Παῦλος εἶπεν·

CA XXXI.

OPPORTUNUM est hodierno die vestram pietatem hortari, ut sacrum quemdam nobiscum chorum constituatis, unaque cum sanctis angelis exclamemus: C *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* Nam hodie puerulus nobis natus est, in quo universa visibilis invisibilisque creatura solidam salutis spem obtinet. Hodie supernaturale puerperium editur, & virginis nuptiarum expertis solvitur partus. O rem admirandam! Parit virgo, & mater virgo: fit mater, neque omnia tamen, quæ matres solent, experitur. Peperit enim ut matribus mos est, virgo tamen remansit præter mulierum parturientium legem. Hoc miraculum olim propheta Isaias prævidens exclamabat: D *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabitur nomen ejus Emmanuel.* Quod euangelista exponens, idem sonare docuit, quod, Nobiscum Deus. Parit itaque Dei genitrix Maria Emmanuelem.

Luc. 2.

Isa. 7.

Matth. 1.

Populus acclamavit: Ecce fides hæc est, Dei hoc donum est, orthodoxe Cyrille: istud audire quærebamus. Qui ita non loquitur, anathema sit. Prosecutus est episcopus Paulus:

Qui ita non dicit, intelligit, ac sentit, anathema sit ab ecclesia. Peperit proinde nobis deipara Maria Emmanuelem: Emmanuelem autem, hoc est, Deum hominem factum. Nam Deus Verbum, qui ante E sæcula arcano ineffabilique modo ex Patre genitus est, novissimis temporibus natus est ex muliere: Natura namque nostra perfecte assumpta, humanitateque ex prima conceptione sibi conjuncta, ac nostro corpore sibi in templum fabrefacto, ex deipara virgine Deus perfectus, & homo itidem perfectus prodiit. Nam duarum naturarum perfectarum concursus, humanæ scilicet & divinæ, unum nobis constituit Filium, unum Christum, unum dominum.

Populus acclamavit: Bene venisti, orthodoxe episcope: dignus digno conjungitur. Dicunt Christiani: Hoc Dei donum est, orthodoxe Cyrille. Episcopus Paulus subjunxit:

PARS III. CAPVT XXXII. ANNO CHRISTI 431.

Noram & ego, dilectissimi, quod ad orthodoxum patrem venirem. Neque enim nos quaternitatem adoramus, sed trinitatem, Patrem videlicet, & Filium, & Spiritum sanctum. Qui vero dicunt duos esse Filios, eos anathematizamus, & e sacris ecclesiæ septis explodimus. Non igitur duos filios asserimus, neque merum hominem Emmanuelem, qui ex deipara virgine natus est; neque gratiam, veluti prophetam, aut justum aliquem, plus aliis consecutum. *In ipso enim complacuit omnem divinitatis plenitudinem inhabitare corporaliter*, hoc est, veluti in proprio corpore; siquidem corpus nostrum sibi proprium fecit. Super hanc fidem, super hanc spem, super hanc petram a domino Deo posita sunt ecclesiæ fundamenta. Cum igitur Christus dominus proficisceretur Ierosolymam, interrogabat discipulos suos, dicens: *Quem me dicunt homines esse filium hominis?* apostoli dixerunt: *Alii quidem Eliam, alii vero Ieremiam, aut unum ex prophetis. Et dixit illis: Vos autem*, hoc est, qui a me electi estis, falsas dicitis opiniones, quod alii quidem Eliam dicant, alii Ieremiam, aut unum ex prophetis. Vos autem, qui me tres jam annos secuti estis, quique meam virtutem & prodigia vidistis, & me super mare ambulantem spectastis, & in eadem mensa mecum communicastis, *quem me esse dicitis?* Mox Petrus apostolorum vertex, & os discipulorum respondit: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Tu es Christus natura constans gemina, utpote homo factus. *Tu es Christus.* Non dixit autem, Filii; sed, *Filius Dei vivi.* agnovit enim personæ unitatem. Rogemus itaque hunc Patrem, ut solitam nobis mensam apponat, preciosaque ac varia Spiritus sancti opsonia, doctrinæ craterem coronet, nec non ut nos illa ebrietate, quæ sobrietatis est mater, inebriet. Dicamus: Exurge, o Pater, *exurge gloria mea, exurge psalterium, & Spiritus sancti cithara.* Cui gloria & imperium in sæculorum sæcula. Amen.

Coloss. 1. & 2.

Matth. 16.

Matth. 14.

Ibidem.

Psal. 56.

A Ἤδειν κἀγὼ, ἀγαπητοὶ, ὡς πρὸς ὀρθόδοξον ἀφικόμην πατέρα. διὰ τοῦτο τριάδα, οὐ τετράδα προσκυνοῦμεν, πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ πνεῦμα ἅγιον. ἀναθεματίζομεν δὲ τοὺς λέγοντας δύο υἱοὺς, καὶ τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλομεν περιβόλων. οὔτε οὖν δύο υἱοὺς λέγομεν, οὔτε ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Ἐμμανουὴλ, τὸν ἐκ τῆς θεοτόκου γεννηθέντα, οὔτε χάριτος ἠξιωμένον, ὡς προφήτην, ἢ ὡς δίκαιον, πλέον τῶν ἄλλων. ἐν αὐτῷ γὰρ ηὐδόκησε κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, τουτέστιν, ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι· τὸ γὰρ ἡμέτερον, ἴδιον ἐποιήσατο σῶμα. ἐπὶ ταύτῃ τῇ πίστει τεθεμελίωται ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ· ἐπὶ ταύτῃ τῇ B προσδοκίᾳ, 'ἐπὶ ταύτης τῆς πέτρας ἔθετο τὰ θεμέλια τῆς ἐκκλησίας ὁ δεσπότης Θεός. 'ὅτε οὖν ἦλθεν ὁ δεσπότης Χριστὸς ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, ἠρώτα τοὺς μαθητὰς, λέγων· τίνα με λέγουσιν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; λέγουσιν οἱ ἀπόστολοι· οἱ μὲν Ἠλίαν, ἕτεροι δὲ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν.' καὶ λέγει· ὑμεῖς, τουτέστιν, ἡ ἐμὴ ἐκλογὴ, τὰς διεψευσμένας λέγετε δόξας, ὅτι οἱ μὲν Ἠλίαν ἔλεγον, ἕτεροι δὲ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν· ὑμεῖς δὲ, οἱ παρακολουθήσαντές μοι τρία ἔτη, καὶ ἰδόντες μου C τὴν δύναμιν, καὶ τὰ τεράστια, καὶ θεασάμενοί με ἐπὶ θαλάσσης περιπατοῦντα, οἱ τραπέζης μοι κοινωνήσαντες, τίνα με λέγετε; εὐθέως ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων, τὸ στόμα τῶν μαθητῶν, ὁ Πέτρος. σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ἡ διπλῆ φύσις, ὁ ἐνανθρωπήσας· σὺ εἶ ὁ Χριστός· καὶ οὐκ εἶπεν, 'οἱ υἱοὶ, ἀλλ' ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· ἐπέγνω καὶ τὸ μοναδικὸν πρόσωπον. παρακαλέσωμεν οὖν τὸν πατέρα, τὴν συνήθη παραθεῖναι ἡμῖν τράπεζαν, καὶ τὰ πολυτελῆ καὶ ποικίλα τοῦ πνεύματος ὄψα· στεφανῶσαι τὸν κρατῆρα τῆς διδασκαλίας· καὶ μεθύσαι ἡμᾶς μέθην, σωφροσύνης D μητέρα· εἴπωμεν, ἐξεγέρθητι, ὦ πάτερ, ἐξεγέρθητι, ἡ δόξα μου· ἐξεγέρθητι ψαλτήριον, καὶ κιθάρα τοῦ ἁγίου πνεύματος. ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

' ἐπὶ τῆς ' ὅταν ἦλθεν ὁ δεσπότης περὶ τὰ

' λέγει αὐτοῖς· ὑμεῖς δέ;

' υἱός,

*EIVSDEM PAVLI HOMILIA in magna Alexandriæ ecclesia, * Tibi sexta die, in Christi domini & salvatoris nostri nativitatem, & in Cyrilli archiepiscopi laudem dicta.*

* Apud nos est prima dies Ianuarii.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΟΜΙΛΙΑ, ΛΕΧΘΕΙΣΑ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Ἀλεξανδρέων, Τυβὶ ἕκτῃ· καὶ εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ εἰς τὸν ἀρχιεπίσκοπον Κύριλλον ἐγκώμιον.

C.XXXII. NVPER apud dilectionem vestram enixius differentes, finem sermoni imponere non valuimus, sed propter fratrum nostrorum frequentiam, certaminis locum deserere compulsi sumus. Sed age, rursus exuti, idem certamen denuo tentemus. Strenuus autem hic pater, & palæstræ hujus magister, quod tum faciebat, etiam nunc faciat; judicet de certaminibus. Tunc enim alacri vultu, blandaque arrisione pueri certamine se oblectari declarabat, dexteramque veluti olivæ ramum obtendens, se a nobis stare significabat, puerumque suum præconio laudari, coronaque redimiri, ac victorem declarari se cupere demonstrabat.

Populus acclamavit: Hoc Dei donum est, Cyrille; omnes reddidisti tui similes: dignus digno conjungitur. Populus tuus dixit;

ΠΡΩΗΝ πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγωνιστικώτερον διαλεγόμενοι ἀγάπην, πέρας ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ οὐκ ἰσχύσαμεν· στενοχωρία δὲ τῶν E ἡμετέρων ἀδελφῶν ἐξῶσεν ἡμᾶς τῶν σκαμμάτων. φέρε οὖν αὖθις 'ἀποδυσάμενοι, τῶν αὐτῶν ἀψώμεθα παλαισμάτων. ὁ δὲ γενναῖος οὗτος 'πατὴρ καὶ παιδοτρίβης ὅπερ 'ποτὲ ἐποίει, καὶ αὖθις ποιείτω· κρινέτω τὰ παλαίσματα. καὶ γὰρ τότε 'γεγαννυμένῳ τῷ προσώπῳ, καὶ φαιδρῷ τῷ μειδιάματι ἐδείκνυτο χαίρων τοῖς ἀγῶσι τοῦ παιδός· καὶ θαλλοῦ δίκην τὴν δεξιὰν ἡμῖν ἐπισείων, δῆλος ἦν ἡμῖν τιθέμενος, καὶ ἐπιθυμῶν τὸν παῖδα ἀναρρηθῆναι, καὶ στεφανίτην καὶ νικητὴν ἀναδειχθῆναι.

' ἀποσάμενοι ' ἀνὴρ ' τότε ' γεγαννωμένῳ

Ὁ λαὸς ἐβόησε. Θεοῦ δῶρον 'Κύριλλος, ὅλους ἐποίησας ὡς σεαυτόν. ὁ ἄξιος τῷ ἀξίῳ. ὁ 'λαὸς εἶπε. τῶν

' Κύριλλε ' λαός σου εἴρηκε.

ANNO CHRISTI 431.

τῶν ἐπισκόπων τὸν πατέρα κύριε σῶσον. καλῶς ἦλθες ἐπίσκοπε ὀρθόδοξε, τῆς οἰκουμένης παιδευτά. ὁ πιστεύων οὕτω, φιλεῖται· μεγάλου διδασκάλου μέγας ἐπαινέτης. ὁ ἐπίσκοπος Παῦλος εἶπεν.

Ἐπανέλθωμεν οὖν ἐπὶ τὴν θεοτόκον Μαρίαν, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα Ἐμμανουὴλ, τὸν Θεὸν τὸν ἐνανθρωπήσαντα. ἔτεκε γὰρ ἡμῖν ἡ παρθένος τὸν Ἐμμανουὴλ, κατὰ μὲν τὴν θεότητα τῷ πατρὶ ὁμοούσιον. κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα τὸν αὐτὸν ἡμῖν ὁμοούσιον, ἐπεὶ πῶς ἂν λεχθείη ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί; πῶς δὲ σπέρματος Ἀβραάμ; πῶς δὲ υἱὸς Δαυίδ; πῶς δ' ἂν νοηθείη τό· ἐξ αὐτῶν κατὰ σάρκα Χριστὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός; τὸ δὲ τοῦ θεσπεσίου Παύλου πῶς ἂν ἐκλάβωμεν· περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ * Θεοῦ ἡμῶν; ἔτεκεν οὖν ἡ ἁγία Μαρία τὸν Ἐμμανουὴλ, κατὰ μὲν τὴν θεότητα, καθὰ προειρήκαμεν, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα ἡμῖν ὁμοούσιον· κατὰ μὲν τὴν θεότητα, ἀπαθῆ, κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητόν· εἰ γὰρ καὶ οἰκειοῦται τοῦ ἰδίου σώματος τὰ πάθη ὁ Θεὸς λόγος, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρει, ἀλλά γε μεμένηκεν αὐτὸς ἐν τοῖς τῆς ἀπαθείας ὅροις. κἂν ἀκούσῃς αὐτοῦ λέγοντος· ἔδωκα τὸν νῶτόν μου εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων· μηδὲν αὐτὸν πεπονθέναι εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν ὑπολάβῃς· οἰκειώσασθαι δὲ μᾶλλον τοῦ ἰδίου σώματος τὰς μάστιγας· ὁ γὰρ Θεὸς λόγος μεμένηκεν ἀπαθής. οἱ δὲ ἀντιπαττόμενοι ταῖς θείαις γραφαῖς, καὶ ταῖς ὀρθαῖς δόξαις, ἐροῦσιν ἡμῖν· εἰ ἀπαθὴς ὁ * Θεός λόγος, καὶ ἄτρεπτος, καὶ ἀναλλοίωτος, πῶς ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο; ἄκουε ἀγαπητέ. ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐ μεταπεπτωκὼς εἰς σάρκα· οὔτε γὰρ ὁ Θεὸς λόγος μεταπέπτωκεν εἰς σάρκα, οὔτε ἀναληφθεῖσα σὰρξ ἐχώρησεν εἰς τὴν φύσιν τοῦ ἀνειληφότος. τί οὖν ἐστιν, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο; τουτέστι, σάρκα ἔλαβε, καὶ σάρκα οὐ ψιλὴν, ἀλλὰ τὴν μετὰ ψυχῆς λογικῆς καὶ νοερᾶς, ὅπερ ἐστὶ τελεία ἡ ἡμετέρα φύσις. οὕτως ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. ἐβουλόμην δὲ ὑμᾶς καὶ τὴν διάνοιαν τοῦ μεγαλοφωνοτάτου Ἰωάννου γνῶναι, ἵνα εἰδῆτε τοῦ προειρημένου τὴν δύναμιν. ὁ θεολόγος Ἰωάννης, ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς, ὁ καταξιωθεὶς ἐπὶ τοῦ δεσποτικοῦ στήθους ἀνακλιθῆναι, κἀκεῖθεν ἡμῖν τὰ ὑψηλότερα καὶ θειότερα ἀρυσάμενος δόγματα, βούλεται παραστῆσαι τὴν ὑπερβάλλουσαν τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς φιλανθρωπίαν· καὶ πρῶτον εἰρηκὼς τὰ θειότερα· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν· ὅτε ἔδειξεν αὐτὸν συναΐδιον τῷ πατρί. τοῦ γὰρ ἐν ἀρχῇ οὐδὲν πρεσβύτερον εὑρίσκομεν· κἂν ἀναδράμῃς τῇ διανοίᾳ, περιλαμβάνει σε τὸ, ἦν, τοῦ γὰρ ἦν οὐδὲν τέρμα εὑρίσκεται· ὅτε ταῦτα εἴρηκε, καὶ ἔδειξε συναΐδιον τῷ πατρὶ, καὶ

PART. III. CAPVT XXXII.

A Episcoporum patrem serva domine: bene venisti episcope orthodoxe, orbis terrarum doctor. Qui sic credit, diligitur. magni doctoris magnus laudator. Episcopus Paulus dixit:

Redeamus itaque ad deiparam Mariam, & Emmanuelem, qui ex ea natus est, nempe ad Deum hominem factum. * Virgo enim Emmanuelem nobis peperit, secundum divinam quidem naturam Patri consubstantialem, secundum humanam vero eumdem nobis consubstantialem. Nam quomodo alias virga de radice Iesse dici posset? quomodo B de semine Abraham? quomodo filius David? quomodo intelligeretur illud: *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus?* & illud rursum beati Pauli quomodo interpretabimur: *De Filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri?* Peperit itaque * sacra virgo Emmanuelem, Patri quidem, ut modo diximus, secundum divinitatem, nobis vero, secundum humanitatem consubstantialem: eumdem secundum divinam naturam impatibilem, secundum huma- C nam patibilem. Nam etsi Deus Verbum proprii corporis passiones sibi appropriet, easque ad seipsum referat, ipse tamen semper intra impassibilitatis suæ terminos perseverat. Et quamvis ipsum dicere audias: *Dorsum meum dedi ad flagella, genas meas ad alapas; faciem autem meam non averti a confusione sputorum*: nihil tamen in propria natura perpessum arbitreris; sed potius sui corporis flagella sibi appropriasse cogites. nam Deus Verbum permansit impatibile. Sed objicient hic forte nobis, qui divinis scripturis, rectæque doctrinæ D obniti consueverunt: Si Deus Verbum impatibile est, quomodo factum caro est? Audi dilecte. *Verbum caro factum est*, non in carnem demutatum. Neque enim Deus Verbum in carnem versus est; neque assumpta caro in assumentis naturam transmutata est. Quid ergo sibi vult, *Verbum caro factum est?* Aliud nihil, quam Verbum carnem assumpsit; & carnem quidem non solam, sed cum rationali & intelligente anima conjunctam, quæ duo naturam humanam perfecte absolvunt. Ad hunc modum Verbum caro factum est. Optarem magniloquentissimi Ioannis sensum vos intelligere, quo propositæ sententiæ vim pernosceretis. Ioannes theologus tonitrui filius, E qui super dominicum pectus recumbere meruit, indeque nobis sublimiora divinioraque dogmata hausit, cum eximiam Dei erga nos benignitatem commendare vellet, ac primo quidem diviniora illa præmisisset, nempe hæc: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. hoc erat in principio apud Deum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est.* ubi ostendit, illum Patri esse coæternum (siquidem nihil eo antiquius comperimus, quod in principio esse perhibetur.) nam etsi cogitatione ad anteriora recurras, semper tamen præcedet ipsum Erat. ipsius enim Erat nullus invenitur terminus: cum, inquam, hæc præmisisset, Patrique coæternum, & omnium

* Maria igitur

Isa. 11. *Heb.* 2. *Matth.* 1. *Rom.* 9.

Rom. 1.

* sancta Maria

Isa. 50.

Ioan. 1.

Marc. 3. *Ioan.* 13.

Ioan. 1.

omnium opificem ostendisset, tandem subjungit: *Et Verbum caro factum est.* tantumnon istud dicens: Qui Patri coæternus, rerumque omnium conditor ac dominus existit, adeo propter nos & propter nostram salutem semetipsum humiliavit, ut factus sit caro; quo nimirum viliori naturæ nostræ portione excellentes illas Dei erga nos miserationes patefaceret. Ait ergo: *Et Verbum caro factum est.* Verum hucusque progressus, non constitit. Addit enim: *Et habitavit in nobis.* Posterius prioris explanatio est. Nam quid est, *Verbum caro factum est*; nisi quod habitarit in nobis, hoc est, in nostra natura? Adverte etiam Ioannem duas naturas prædicare, unum autem Filium. Aliud est enim habitaculum, & aliud quod inhabitat: aliud templum, & aliud Deus qui in templo degit. Attende quid dicatur. Non dixi, Alius & alius, veluti de duabus personis, aut duobus Christis, aut duobus Filiis; sed, Aliud & aliud, tamquam de duabus naturis. Postquam ergo dixit: *Et habitavit in nobis*; duasque naturas prædicavit, mox adjunxit: *Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Vnigeniti.* Non dixit, duorum Filiorum, sed *Vnigeniti.* Isaias igitur Emmanuelem, hoc est, Deum humanatum; Petrus autem dicit: *Tu es Christus Filius Dei vivi*; naturæ dualitatem, personæ autem unitatem exprimens. Ioannes vero theologus ait: *Et habitavit in nobis*; duas naturas, & unam Vnigeniti personam subindicans.

Ibidem.

Ibid.

Matth. 16.

Ioan. 1.

Mansit autem Deus Verbum impatibilis. nam huc iterum regredimur. Adverte quid dicatur. Diviniora quidem assumptæ naturæ communicavit; verum eorum quæ humanæ sunt naturæ, nihil in se transtulit. Ambulavit super maria, sed id non absque proprio corpore. Increpavit mare & ventos, sed per proprium corpus. Occurrit illi leprosus, dicens: *Domine, si vis, potes me mundare. dicit ei: Volo: Mundare.* Et tetigit illum corpus dominicum, & fugatus est morbus, lepraque decessit. Pavit quinque millia hominum quinque panibus, sed per nostrum corpus. Nam accepto pane gratias egit Patri, & fregit, deditque discipulis suis; discipuli autem turbæ. Et superfuerunt duodecim cophini fragmentorum. Solius Dei est peccata dimittere. dicit autem: *Vt sciatis quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata.* Rursus dicit: *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo.* Cernis quomodo diviniora communicavit! Cum autem vides illum esurientem, sitientem, defatigatum, sudantem, Pilato traditum, lictorum manibus ductum circumactumque, agonizantem, orantem: *Eloi, Eloi, lammah sabacthani*; hoc est, *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* clamantem. rursum: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non quod ego volo, sed quod tu:* cum vides in crucem actum, clavis manus & pedes illius fixos, latusque confossum; tum cogita Deum Verbum permansisse impatibile; hæc autem omnia, quæ suo illata sunt corpori, sibi appropriasse. Vt autem ostenderet, quod ne passionis quidem tempore a proprio recessisset templo, quando Iudæi hæc tragica contra dominum agebant, tamquam Deus compressit solis radios, diffudit tenebras per

Matth. 14. Marc. 4. & Luc. 8.

Matth. 8.

Ioan. 6.

Marc. 2.

Ioan. 3.

Mtth. 4. Ioan. 4. & 19.

Marc. 15.

Matth. 16.

Luc. 23. Matth. 27.

A δημιουργὸν τῶν πάντων, τότε ἐπάγει· ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, μονονουχὶ λέγων· ὅτι ὁ συναΐδιος τῷ πατρὶ, καὶ τῶν πάντων κύριος καὶ δημιουργὸς, τοσοῦτον ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν δι᾽ ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ὥστε σὰρξ ἐγένετο, ἵνα ἀπὸ τοῦ εὐτελεστέρου τῆς φύσεως ἡμῶν μέρους τοὺς ὑπερβάλλοντας τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμοὺς περὶ ἡμᾶς δείξῃ. ὁ λόγος οὖν, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο. καὶ οὐκ ἔστη μέχρι τούτου, ἀλλ᾽ ἐπήγαγε· καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, τὸ δὲ δεύτερον τοῦ προτέρου ἑρμηνεία ἐστί. τί ἐστιν, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο; ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, τουτέστιν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει. ὅρα καὶ τὸν Ἰωάννην δύο φύσεις κηρύττοντα, καὶ ἕνα υἱόν. ἕτερον σκηνὴ, καὶ ἕτερον τὸ
B σκηνοῦν· ἕτερον ναὸς, καὶ ἕτερον ὁ ἐνοικῶν Θεός. πρόσεχε τῷ λεγομένῳ. οὐκ εἶπον, ἕτερος καὶ ἕτερος, ὡς ἐπὶ δύο προσώπων, ἢ δύο Χριστῶν, ἢ δύο υἱῶν· ἀλλ᾽ ἕτερον καὶ ἕτερον, ὡς ἐπὶ δύο φύσεων. ὅτε οὖν εἶπεν· ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐκήρυξε τὰς δύο φύσεις, τότε ἐπήγαγε· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς. οὐκ εἶπε· δύο υἱῶν, ἀλλὰ, μονογενοῦς. Ἡσαΐας οὖν κηρύσσει τὸν Ἐμμανουὴλ, τουτέστι Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα. Πέτρος δὲ λέγει· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, τὴν διττὴν φύσιν, καὶ τὸ μοναδικὸν πρόσωπον τοῦ υἱοῦ. ὁ θεολόγος Ἰωάννης λέγει· καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, δύο φύσεις, καὶ τοῦ μονογενοῦς τὸ ἓν πρόσωπον. ἔμεινε δὲ ὁ Θεὸς λόγος ἀπα-
C θής. πάλιν γὰρ ἐπ᾽ ἐκεῖνο ἔρχομαι· πρόσεχε τῷ λεγομένῳ. καὶ τῶν μὲν θειοτέρων μεταδέδωκε τῇ ἀνειλημμένῃ φύσει, τῶν δὲ τῆς ἀνθρωπότητος οὐδενὸς μετέλαβε. περιεπάτησεν ἐπὶ θαλάσσης, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἰδίου σώματος. ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἰδίου σώματος. ἀπήντησεν αὐτῷ λεπρὸς, λέγων· κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι· λέγει· θέλω· καθαρίσθητι· καὶ ἥψατο αὐτοῦ τὸ σῶμα τὸ δεσποτικὸν, καὶ ἐθεραπεύθη τὸ νόσημα· ἀπεξύσθη ἡ λέπρα. ἔθρεψε πεντακισχιλίους ἐκ πέντε ἄρτων, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἡμετέ-
D ρου σώματος· λαβὼν γὰρ ηὐχαρίστησε τῷ πατρὶ, καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, οἱ δὲ μαθηταὶ τῷ πλήθει· καὶ ἐπερισσεύσαν δώδεκα κόφινοι κλασμάτων. μόνου Θεοῦ ἐστιν ἀφιέναι ἁμαρτίας· πάλιν λέγει· ἵνα εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἁμαρτίας. πάλιν λέγει· οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. ὁρᾷς, πῶς τῶν θειοτέρων μεταδέδωκεν; ὅταν δὲ ἴδῃς αὐτὸν πεινῶντα, καὶ διψῶντα, κοπιῶντα, καὶ ἱδροῦντα, παραδιδόμενον Πιλάτῳ, ἀγόμενον καὶ περιαγόμενον χερσὶ δημίων, ἀγω-
E νιῶντα, εὐχόμενον· Ἐλωῒ Ἐλωῒ, λαμμᾶ σαβαχθανί; τουτέστι, Θεέ μου Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; καὶ πάλιν· εἰ δυνατὸν, πάτερ, παρελθέτω ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ᾽ ὡς σύ. ὅταν ἴδῃς αὐτὸν ἀνασκολοπιζόμενον· ὅταν ἴδῃς ἥλους ἐπὶ τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν; καὶ κεκεντημένον τὴν πλευρὰν, τότε νόει, ὅτι ὁ Θεὸς λόγος ἀπαθὴς μεμένηκε, ταῦτα δὲ πάντα οἰκειοῦται τὰ γινόμενα εἰς τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα. ἵνα δὲ δείξῃ, ὅτι οὔτε ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους ἀπέστη τοῦ ἰδίου ναοῦ, ὅτε καὶ οἱ Ἰουδαῖοι ταῦτα ἐδραματούργουν κατὰ τοῦ δεσπότου, ἀπέσβεσεν ὡς Θεὸς ἀκτῖνα ἡλιακήν. σκότον

κατέχεε

'εἶπεν

ANNO CHRISTI 431.

PART. III. CAPUT XXXIII.

κατέχεε τοῦ κόσμου· ἔσχισε τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ· πέτρας διέρρηξε· νεκροὺς ἤγειρε. ταῦτα πάντα εἰργάσατο, ἵνα γνῷς, ὅτι συνῆν τῷ πάσχοντι. καὶ τὰ μὲν πάθη ᾠκειοῦτο, αὐτὸς δὲ ἀπαθὴς ἅπαντα εἰργάζετο.

Τὰ ὑμῶν ὑμῖν παρεθήκαμεν, αὕτη γὰρ τοῦ πατρὸς ἡ διδασκαλία. οὗτος ὁ θησαυρὸς προγονικὸς ὑμῶν· τοῦ μακαρίου Ἀθανασίου τὰ δόγματα· τοῦ μεγάλου Θεοφίλου τὰ διδάγματα, τῶν στύλων τῆς ὀρθοδοξίας. ἀλλ' ἐπειδὴ μακροθύμως τῶν ἡμετέρων ἠνέχεσθε ψελλισμάτων, ἀναμείνατε τοῦ πατρὸς τὴν σοφίαν. ἠκούσατε καλάμου ποιμενικοῦ, ἀκούσατε καὶ σάλπιγγος μεγαλοφωνοτάτης.

Ὁ λαὸς εἶπεν· υἱὲ Θεοφίλου, καὶ Ἀθανασίου, Κυρίλλου σοφίας ἀκούσωμεν .... ὁ ἐπίσκοπος Παῦλος εἶπεν.

Ἡμῶν μὲν τῶν ὀρθοδόξων τὰ φρονήματα διεγειρούσης, τῶν δὲ ἐναντίων τῆς ἐκκλησίας τὰ ξίφη καταβαλλούσης. τῷ Θεῷ τοίνυν δόξαν ἀναπέμψωμεν νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A terrarum orbem, discidit templi velum, disrupit petras, excitavit mortuos. Hæc omnia operatus est, ut intelligeres adfuisse illum patienti, & ejusmodi passiones sibi appropriasse, sed ipsum impatibilem omnia hæc perfecisse.

Quæ vestra sunt vobis apposuimus. hæc enim est patris vestri doctrina, hic thesaurus est vobis avitus, hæc beati Athanasii sunt dogmata, hæc magni Theophili est doctrina, columnarum orthodoxæ doctrinæ. Sed quoniam patienter nostram tulistis balbutiem, expectate nunc patris sapientiam: audistis calamum pastoralem, audite nunc & tubam clare personantem.

B

Populus dixit: Fili Athanasii & Theophili, Cyrilli sapientiam audiamus...... episcopus Paulus dixit:

Quæ nostras quidem orthodoxorum mentes exsuscitat, hostium vero ecclesiæ acies prosternit. Deo itaque gloriam reddamus nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕξανδρείας εἰς τὸν προεξηγησάμενον, καὶ εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου.

CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRINI, de Paulo qui ante disseruerat, & de incarnatione dominica.

CAPUT XXXIIII.

Ὁ Μακάριος προφήτης Ἡσαΐας τῶν ἐν Χριστῷ διδασκάλων τὰς εὐστομίας προανακηρύττων, ἔλεγεν· ἀντλήσατε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. ἰδοὺ τοίνυν ἠντλήσαμεν ὑμῖν ὕδωρ ἐξ ἁγίας πηγῆς, τοῦ προλαβόντος, φημὶ, διδασκάλου, ὃς καὶ ταῖς διὰ τοῦ πνεύματος δᾳδουχίαις λελαμπρυσμένος διεσάφησεν ἡμῖν τὸ μέγα καὶ σεπτὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μυστήριον, δι' οὗ σεσώσμεθα πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν, ἀπεφορτισάμεθα τὴν δυσαχθῆ καὶ δυσφόρητον ἁμαρτίαν· καὶ προσέτι τούτοις τὰ τοῦ θανάτου διαρρήξαντες δεσμὰ, ἐκεῖνό φαμεν τὸ προφητικόν· ποῦ ἡ νίκη σου θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου ᾅδη; οὐκοῦν ὁ ὢν ἐν ἀρχῇ Θεὸς λόγος, ἐν κόλποις ὢν τοῦ πατρὸς, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, τὴν δι' ἡμᾶς κένωσιν ὑπέμεινεν ἑκὼν, καὶ γέγονε σὰρξ, τουτέστιν, ἄνθρωπος. ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ ἐχρημάτισεν υἱὸς ἀνθρώπου, ἵνα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ πλουτήσωμεν πατέρα τὸν Θεόν. δεδιδάγμεθα γὰρ λέγειν ἐν προσευχαῖς· πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὐκοῦν διὰ τοῦτο γέγονεν ὁ μονογενὴς πρωτότοκος· ἵνα ἡμεῖς, ὡς ἔφην, τὰ αὐτοῦ πλουτήσωμεν· ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, καὶ δέδωκεν ἑκὼν τῷ θανάτῳ τὸ ἴδιον σῶμα, οὐχ ἵνα μεθ' ἡμῶν ὑπὸ θάνατον ὑπομείνῃ νεκρὸς, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς ἑαυτῷ συναναστήσῃ, πατήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος. εὐχαριστήσωμεν οὖν τῷ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντι λόγῳ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

C

BEATUS propheta Isaias Christianorum doctorum facundiam prænuntians aiebat: *Haurite aquas in gaudio de fontibus salvatoris.* (Isa. 12.) En igitur hausimus vobis aquam ex sacro fonte, doctoris inquam, qui ante nos disseruit; qui Spiritus sancti lumine illustratus, exposuit nobis magnum ac venerandum salvatoris nostri mysterium, per quem credentes in ipsum salvati, & gravi ac intolerabili peccatorum mole exonerati sumus; ac præterea vinculis mortis dissipatis, propheticum illud dicimus: *Ubi est mors victoria tua? ubi est stimulus tuus, inferne?* (Ose. 13. 1. Cor. 15.) Itaque Deus Verbum, quod erat in principio, quod- (Ioan. 1.)

D

que in Patris est sinu, per quod omnia & in quo omnia, ultro nostri causa sese exinanivit, & factum est caro, hoc est homo. Humiliavit semetipsum propter nos, & factus est filius hominis, ut nos vicissim per ipsum Deo Patre ditemur. (Philipp. 2.) Edocti enim sumus, cum oramus, dicere: *Pater noster, qui es in cælis.* (Matth. 6.) Ob id proinde unigenitus factus est primogenitus, quo nos, ut dixi, bonis ejus ditemur. Sustinuit crucem confusione contempta; obtulit sponte corpus suum morti, non ut nobiscum, qui morti sumus obnoxii, mortuus maneat, sed ut mortis imperio proculcato, nos secum exsuscitet. (Heb. 13.)

E

Gratias itaque agamus Verbo propter nos incarnato, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

PART. III. CAPVT XXXIV.

ANNO CHRISTI 431.

EPISTOLA CYRILLI ARCHIepiscopi Alexandriæ, ad Ioannem Antiochenum episcopum, missa per Paulum episcopum Emesæ.

Domino meo dilecto fratri & comministro Ioanni Cyrillus in domino salutem.

CA. XXXIV. * Psal. 95. Ephes. 2.

LÆTENTVR *cæli, & exultet terra.* Solutus est enim medius paries maceriæ, & quod mœrorem afferebat, conquievit, & omne dissidiorum genus sublatum est, omnium nostrum salvatore Christo pacem ecclesiis suis tribuente, religiosissimis autem, Deoque dilectissimis imperatoribus nostris ad id nos vocantibus: qui cum avitæ religionis optimi æmulatores existant, fidem rectam animis suis firmam, immotamque custodiunt: quin & singularem quoque sanctis ecclesiis curam impendunt, ut celeberrimam gloriam obtineant perpetuam, & regnum suum florentissimum constituant: quibus & ipse supernarum virtutum dominus Christus larga manu impertit bona, datque potiri hostibus, ac victoriam donat.. Non enim mentitur dicens: *Vivo ego, dicit dominus, quia glorificantes me glorificabo..* Cum itaque dominus meus religiosissimus Paulus comminister & frater Alexandriam venisset, magna animi voluptate affecti sumus, nec immerito, utpote cum talis vir mediator esset interpositus, & majores, quam pro viribus, labores adire ausus esset, ut diaboli inuidiam superaret, ac disjuncta conjungeret, nostrasque & vestras ecclesias, quæ intervenerant offensionibus sublatis, concordia & pace coronaret. Quibus autem de causis illæ dissidere cœperint, commemorare supervacaneum est. Opportunius autem censeo, si ea sentiamus, de iis loquamur, quæ pacis tempori conveniunt. Oblectati sumus itaque memorati piissimi viri congressu: qui fortasse non parva certamina se obiturum suspicabatur, ut nobis persuaderet, opus esse ut in concordiam & pacem connecterentur ecclesiæ, tolleretur que hominum aliter sentientium irrisio, ac diabolicæ improbitatis acies retunderetur. Verum ita nos ad eam rem paratos comperit, ut nullum penitus laborem sustinuerit. Memores enim sumus salvatoris nostri dicentis: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Quin edocti quoque sumus, ut in quotidianis precationibus dicamus: *Domine Deus noster pacem da nobis: omnia enim reddidisti nobis.* Quisquis igitur pacis, quæ a Deo tribuitur, particeps est, nullius boni indigebit. Quod vero ecclesiarum dissensio superflua prorsus & citra ullam justam causam acciderit, id ex charta, quam dominus meus religiosissimus episcopus Paulus nunc attulit, evidenter cognovimus. quæ irreprehensibilem continet fidei confessionem; eamque cum a tua sanctitate, tum a ceteris quoque religiosissimis episcopis qui illic degunt, compositam asserebat: quam etiam ad verbum huic nostræ epistolæ inserere placuit. [habet autem huncin modum.]

1. Reg. 2.

Ioan. 14.

Isai. 26. secundum LXX.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙσκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς Ἰωάννην Ἀντιοχείας, ἀποσταλεῖσα διὰ Παύλου ἐπισκόπου Ἐμίσης.

Τῷ κυρίῳ μου ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Ἰωάννῃ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΥΦΡΑΙΝΕΣΘΩΣΑΝ οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ· λέλυται γὰρ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ· καὶ πέπαυται τὸ λυποῦν· καὶ διχονοίας ἁπάσης ἀνῄρηται τρόπος, τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ ταῖς ἑαυτοῦ ἐκκλησίαις τὴν εἰρήνην βραβεύσαντος· κεκληκότων δὲ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς καὶ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφιλεστάτων βασιλέων· οἱ προγονικῆς εὐσεβείας ἄριστοι ζηλωταὶ γεγονότες, ἀσφαλῆ μὲν καὶ ἀκατάσειστον τὴν ὀρθὴν ἐν ἰδίαις ψυχαῖς φυλάττουσι πίστιν, ἐξαίρετον δὲ ποιοῦνται φροντίδα τὴν ὑπὲρ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν· ἵνα διαβόητον ἔχωσιν εἰς αἰῶνα τὴν δόξαν, καὶ εὐκλεεστάτην ἀποφήνωσι τὴν ἑαυτῶν βασιλείαν. οἷς καὶ αὐτὸς ὁ τῶν δυνάμεων Χριστὸς κύριος πλουσίᾳ χειρὶ διανέμει τὰ ἀγαθά. καὶ δίδωσι μὲν κατακρατεῖν τῶν ἀνθεστηκότων, χαρίζεται δὲ τὸ νικᾶν. οὐ γὰρ ἂν διαψεύσηται λέγων· ὅτι ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος, ὅτι τοὺς δοξάσαντάς με δοξάσω. ἀφικομένου τοίνυν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν τοῦ κυρίου μου τοῦ θεοφιλεστάτου συλλειτουργοῦ καὶ ἀδελφοῦ Παύλου, θυμηδίας ἐμπεπλήσμεθα, καὶ σφόδρα εἰκότως, ὡς ἀνδρὸς τοιούτου μεσιτεύοντος, καὶ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν πόνοις ἑλομένου προσομιλεῖν, ἵνα τὸν τοῦ διαβόλου νικήσῃ φθόνον, καὶ συνάψῃ τὰ διῃρημένα, καὶ τὰ μεταξὺ * διερριμμένα σκάνδαλα περιελὼν, ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ στεφανώσῃ τάς τε παρ' ἡμῖν καὶ τὰς παρ' ὑμῖν ἐκκλησίας. τίνα μὲν γὰρ διῄρηνται τρόπον, περιττὸν εἰπεῖν· χρῆναι δὲ ὑπολαμβάνω τὰ τῷ τῆς εἰρήνης πρέποντα καιρῷ καὶ φρονεῖν καὶ λαλεῖν. ἥσθημεν τοίνυν τῇ συντυχίᾳ τοῦ μνημονευθέντος θεοσεβεστάτου ἀνδρός. ὃς τάχα που καὶ ἀγῶνας ἕξειν οὐ μικροὺς ὑπενόησεν, ἀναπείθων ἡμᾶς, ὅτι χρὴ συνάψαι πρὸς εἰρήνην τὰς ἐκκλησίας, καὶ τὸν τῶν ἑτεροδόξων ἀφανίσαι γέλωτα, ἀπαμβλῦναί τε πρὸς τούτῳ τῆς τοῦ διαβόλου δυστροπίας τὸ κέντρον. ἑτοίμως δὲ οὕτως ἔχοντας ἐπὶ τούτῳ κατέλαβεν, ὡς μηδένα πόνον ὑποστῆναι παντελῶς· μεμνήμεθα γὰρ τοῦ σωτῆρος λέγοντος· εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. δεδιδάγμεθα δὲ καὶ λέγειν ἐν προσευχαῖς· κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰρήνην δὸς ἡμῖν, πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν. ὥστε εἴ τις ἐν μεθέξει γένοιτο τῆς παρὰ Θεοῦ χορηγουμένης εἰρήνης ἀνενδεὴς ἔσται παντὸς ἀγαθοῦ. ὅτι περιττὴ παντελῶς καὶ οὐκ εὐάφορμος ἡ τῶν ἐκκλησιῶν διχοστασία γέγονε, νυνὶ μάλιστα πεπληροφορήμεθα, τοῦ κυρίου μου τοῦ εὐσεβεστάτου Παύλου ἐπισκόπου χάρτην * προκομίσαντος, ἀδιάβλητον ἔχοντα τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν, καὶ ταύτην συντετάχθαι διαβεβαιουμένου παρά τε τῆς ὁσιότητος, καὶ τῶν αὐτόθι θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων. ἔχει δὲ οὕτως ἡ συγγραφὴ καὶ αὐταῖς λέξεσιν ἐντέθειται τῇδε ἡμῶν τῇ ἐπιστολῇ.

* γεγονότα,

* προσκομίσαντος,

Περὶ δὲ

ANNO CHRISTI 431.

PART III. CAPUT XXXIV.

Περὶ δὲ τῆς θεοτόκου παρθένου ὅπως καὶ φρονοῦμεν καὶ λέγομεν, τοῦ τε τρόπου τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἀναγκαίως οὐκ ἐν προσθήκης μέρει, ἀλλ' ἐν πληροφορίας εἴδει, ὡς ἄνωθεν ἔκ τε τῶν θείων γραφῶν, ἔκ τε τῆς παραδόσεως τῶν ἁγίων πατέρων παρειληφότες ἐσχήκαμεν, διὰ βραχέων ἐροῦμεν, οὐδὲν τὸ σύνολον προστιθέντες τῇ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσῃ πίστει. ὡς γὰρ ἔφθημεν εἰρηκότες, πρὸς πᾶσαν ἐξαρκεῖ καὶ εὐσεβείας γνῶσιν, καὶ πάσης αἱρετικῆς κακοδοξίας ἀποκήρυξιν. ἐροῦμεν δὲ οὐ κατατολμῶντες τῶν ἀνεφίκτων, ἀλλὰ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς οἰκείας ἀσθενείας ἀποκλείοντες τοῖς ἐπιφύεσθαι βουλομένοις, ἐν οἷς τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον διασκεπτόμεθα.

[Ὁμ]ολογία τῆς ἀνα[τολ]ικῆς ἐπι[σκόπ]ων.

Ὁμολογοῦμεν τοιγαροῦν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν μονογενῆ, Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ σώματος· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε· διὸ ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν. κατὰ ταύτην τὴν τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως ἔννοιαν ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν παρθένον θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἑνῶσαι ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. τὰς δὲ εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ κυρίου φωνὰς, ἴσμεν τοὺς θεολόγους ἄνδρας, τὰς μὲν κοινοποιοῦντας, ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου, τὰς δὲ διαιροῦντας, ὡς ἐπὶ δύο φύσεων· καὶ τὰς μὲν θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, τὰς δὲ ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ παραδιδόντας.

Ταύταις ὑμῶν ἐντυχόντες ταῖς ἱεραῖς φωναῖς, οὕτω τε καὶ ἑαυτοὺς φρονοῦντας εὑρίσκοντες· εἷς γὰρ κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, ἐδοξάσαμεν τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Θεὸν, ἀλλήλοις συγχαίροντες, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, καὶ τῇ παραδόσει τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων συμβαίνουσαν ἔχουσι πίστιν αἵ τε παρ' ἡμῖν, καὶ αἱ παρ' ὑμῖν ἐκκλησίαι. ἐπειδὴ δὲ ἐπυθόμην τῶν φιλοψογεῖν εἰωθότων τινὰς σφηκῶν ἀγρίων δίκην περιβομβεῖν, καὶ μοχθηροὺς ἐρεύγεσθαι κατ' ἐμοῦ λόγους; ὡς ἐξ οὐρανοῦ κατακομισθὲν, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου λέγοντος τὸ ἅγιον σῶμα Χριστοῦ, δεῖν ᾠήθην ὀλίγα περὶ τούτου πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν. ὦ ἀνόητοι, καὶ μόνον εἰδότες τὸ συκοφαντεῖν, πῶς εἰς τοῦτο παρηνέχθητε γνώμης, καὶ τοσαύτην νενοσήκατε τὴν μωρίαν; ἔδει γὰρ, ἔδει σαφῶς ἐννοεῖν, ὅτι σχεδὸν ἅπας ἡμῖν ὁ περὶ τῆς πίστεως ἀγὼν συγκεκρότηται, διαβεβαιουμένοις, ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία παρθένος. ἀλλ' εἴπερ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ ἐξ αὐτῆς τὸ ἅγιον σῶμα γεγενῆσθαί φαμεν τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, πῶς ἂν ἔτι νοοῖτο θεοτόκος; τίνα γὰρ ὅλως τέτοκεν, εἰ μὴ ἐστὶν ἀληθὲς, ὅτι γεγέννηκε κατὰ σάρκα τὸν Ἐμμανουήλ; γελάσθωσαν τοίνυν οἱ ταῦτα περὶ ἐμοῦ πεφλυαρηκότες·

A De virgine autem Dei genitrice quomodo sentiamus & loquamur, deque unigeniti Filii Dei incarnationis modo, necessario, non quasi aliquid adjungamus, sed in satisfactionis forma, ut jam inde ab initio ex divinis literis, sanctorumque patrum traditione accepimus, breviter dicemus, nihil omnino addentes fidei in Nicæa a sanctis patribus expositæ. Illa namque, ut prius dictum est a nobis, ad omnem pietatis cognitionem, omnisque hæreticæ pravitatis refutationem sufficit. Dicemus autem non quasi ea aggrediamur quæ captum nostrum excedunt; B sed ut propriæ infirmitatis cõfessione excludamus eos qui nos adoriri velint, ubi ea consideramus quę humanam intelligentiam superant.

Confessio episcoporum orientalium.

Confitemur itaque dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei unigenitum, Deum esse perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore constitutum; ante sæcula quidem ex Patre natum secundum divinitatem, postremis vero temporibus eumdem ipsum propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundum humanitatem: eumdem Patri consubstantialem secundum divinitatem, nobis item coessentialem secundum humanitatem. siquidem C duarum naturarum facta est unio: & propterea unum Christum, unum Filium, unum dominum confitemur. Secundum hunc inconfusæ unitatis intellectum sanctam virginem deiparam esse confitemur, propterea quod Deus Verbum incarnatum sit & homo factum, & ex ipso conceptu templum ex illa sumptum sibi univerit. Euangelicas autem & apostolicas de domino voces, scimus theologos alias quidem tamquam ad unam personam pertinentes, communes facere; alias vero tamquam in duabus naturis divisim usurpare: & illas quidem Deo dignas secun- D dum Christi divinitatem; alias vero humiles secundum illius humanitatem tradere.

Cum has ergo sacras vestras voces legissemus, & nos ipsos quoque non aliter sentire animadvertissemus; (*unus est enim dominus, una fides, & unum baptisma*) glorificavimus omnium salvatorem Deum, nobis invicem congratulantes, quod nostræ vestræque ecclesiæ fidem divinis scripturis, sanctorumque patrum traditionibus congruentem habeant. Quoniam vero comperi, quosdam ex iis, quibus cavillari mos est, instar agrestium vesparum circumstrepere, improbosque sermones contra me eructare, quasi dicerem, sanctum Christi corpus non ex sancta E virgine sumptum, sed e cælo allatum esse, operæpretium ratus sum; pauca hac de re contra illos disserere. O stolidi, & tantum calumniandi periti! quomodo in hanc abducti estis sententiam? quomodo in tantæ insipientiæ morbum incidistis? Intelligere namq; plane oportuit, universum fere certamen pro fide a nobis esse susceptum, quod sanctam virginem Dei genitricem esse constanter affirmamus. At si sanctum corpus nostri omniũ salvatoris Christi non ex virgine natum, sed e cælo allatum asserimus, quomodo illam Dei genitricem esse intelligemus? Quem enim tandem illa peperit, si Emmanuelem secundum carnem vere non peperit? Risu proinde explodendi sunt, qui ejusmodi nugas contra me garriunt.

Ephes. 4.

PART. III. CAPUT XXXIV.

ANN. CHRIST. 431.

A Neque enim mentitur beatus propheta Isaias dum ait : *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel.* Isa. 7. Matth. 1. quod est interpretatum, *Nobiscum Deus.* Vera quoque prorsus prædicat & sanctus Gabriel, dum beatam virginem ita affatur : Luc. 1. *Ne timeas Maria ; invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Iesum.* Matth. 1. *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Cum autem dominum nostrum Iesum Christum e cælo & e supernis descendisse dicimus, non ita hoc dicimus quasi sanctam B illius carnem superne & e cælo allatam significare velimus ; sed potius beatum Paulum sequimur, diserte prædicantem : 1. Cor. 15. *Primus homo de terra, terrenus ; secundus homo de cælo.* Meminimus etiam ipsius salvatoris dicentis : Ioan. 3. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis.* Quamvis enim ex sancta virgine, ut modo dixi, secundum carnem natus sit : tamen quia Deus Verbum e supernis deorsum descendit, servilique forma assumpta semetipsum exinanivit, ac filius hominis appellatus fuit, manens quod erat, hoc est Deus ; (immutabilis enim & inalterabilis est secundum propriam naturam) tamquam unus jam cum C propria carne consideratus, e cælo descendisse dicitur. Nominatur autem & homo quoque de cælo, cum perfectus in divinitate sit, idemque in humanitate perfectus, & in una persona intelligatur. Unus est enim dominus Iesus Christus, quamvis naturarum differentia non ignoretur, e quibus inexplicabilem illam unionem factam fuisse dicimus. Tua vero sanctitas illorum ora comprimere dignetur, qui concretionem, vel confusionem, vel commixtionem Verbi Dei cum carne factam esse dicunt. Verisimile namque est nonnullos esse, qui ista quoque de me in vulgus jactent, quasi talia sensee- D rim aut dixerim. Atqui tantum abest ut eos etiam insanire existimem, qui vel aliquam conversionis adumbrationem in divinam Verbi naturam cadere posse suspicantur. Manet enim illa quod est semper ; neque alterata est, sed neque unquam alterabitur, neque ullius erit mutationis capax. Impatibile præterea ipsum Dei Verbum confitemur omnes, etiamsi admirabili quadam sapientia mysterium hoc ipse dispensans, eas sibi adscribere cernatur passiones, quæ propriæ carni acciderunt. Hinc quoque sapientissimus Petrus : 1. Petr. 4. *Christo*, inquit, *pro nobis passo in carne*, non autem illa ineffabili divinitatis natura. Ut enim ipse omnium E salvator esse credatur, dispensatoria quadam appropriatione, propriæ carnis passiones, quasi proprias in seipsum, ut jam dixi, refert. Cujusmodi est illud, quod velut ex illius persona per prophetæ vocem prædicitur : Isa. 50. *Dorsum meum dedi ad flagella, & maxillas meas ad alapas, faciem autem meam non averti a confusione sputorum.* Quod vero sanctorum patrum, maxime autem beati celeberrimique patris nostri Athanasii, sententias ubique sequamur, & caveamus, ne vel minima in re declinemus, id tua quidem sanctitas certo sibi persuadeat, neque alius quisquam ambigat.

A οὐ γὰρ ψεύδεται λέγων ὁ μακάριος προφήτης Ἠσαΐας· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. ἀληθεύει δὲ πάντως καὶ ὁ ἅγιος Γαβριὴλ, πρὸς τὴν μακαρίαν παρθένον εἰπών· μὴ φοβοῦ Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. ὅταν δὲ λέγωμεν, ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἄνωθεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν B Χριστὸν, οὐχ ὡς ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθείσης τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς, τὰ τοιαῦτά φαμεν, ἑπόμενοι δὲ μᾶλλον τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ, διακεκραγότι σαφῶς· ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς, χοϊκὸς, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ. μεμνήμεθα δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος λέγοντος· καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· καί τοι γεγέννηται κατὰ σάρκα, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. ἐπειδὴ δὲ ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταφοιτήσας ὁ Θεὸς λόγος κεκένωκεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ κεχρη- C μάτικεν υἱὸς ἀνθρώπου, μετὰ τοῦ μεῖναι, ὃ ἦν, τουτέστι Θεός. ἄτρεπτος γὰρ, καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ φύσιν ἐστίν· ὡς εἷς ἤδη νοούμενος μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἐξ οὐρανοῦ λέγεται κατελθεῖν. ὠνόμασται δὲ καὶ ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ, τέλειος ὢν ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ ὡς ἐν ἑνὶ προσώπῳ νοούμενος· εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, κἂν ἡ τῶν φύσεων μὴ ἀγνοῆται διαφορὰ, ἐξ ὧν τὴν ἀπόρρητον ἕνωσιν πεπρᾶχθαι φαμέν. τοὺς δὲ λέγοντας, ὅτι κρᾶσις, ἢ σύγχυσις, ἢ φυρμὸς ἐγένετο τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα, καταξιωσάτω ἡ σὴ ὁσιότης ἐπιστομίζειν. εἰκὸς γάρ τινας καὶ ταῦ- D τα περὶ ἐμοῦ θρυλλεῖν, ὡς ἢ πεφρονηκότος, ἢ εἰρηκότος. ἐγὼ δὲ τοσοῦτον ἀφέστηκα τοῦ φρονῆσαί τι τοιοῦτο, ὥστε καὶ μαίνεσθαι νομίζω τοὺς οἰηθέντας ὅλως, ὅτι τροπῆς ἀποσκίασμα περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου φύσιν συμβῆναι δύναται· μένει γὰρ, ὅ ἐστιν, ἀεὶ, καὶ οὐκ ἠλλοίωται, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀλλοιωθείη πώποτε, καὶ μεταβολῆς ἔσται δεκτική. ἀπαθῆ δὲ πρὸς τούτῳ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ὑπάρχειν ὁμολογοῦμεν ἅπαντες, κἂν εἰ πανσόφως αὐτὸς οἰκονομῶν τὸ μυστήριον, ἑαυτῷ προσνέμων ὁρῷτο τὰ ἰδίᾳ σαρκὶ συμβεβηκότα πάθη. ταύτῃ τοι καὶ ὁ πάνσοφος Πέτρος· Χριστοῦ, φησὶ, παθόντος σαρκὶ, καὶ οὐχὶ τῇ φύσει E τῆς ἀρρήτου θεότητος. ἵνα γὰρ αὐτὸς τῶν ὅλων σωτὴρ εἶναι πιστεύηται, κατ' οἰκείωσιν οἰκονομικὴν εἰς ἑαυτὸν, ὡς ἔφην, τὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ἀναφέρει πάθη· ὁποῖόν ἐστι τὸ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς προαναφωνούμενον ὡς ἐξ αὐτοῦ· τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. ὅτι δὲ ταῖς τῶν ἁγίων πατέρων δόξαις ἑπόμεθα πανταχοῦ, μάλιστα δὲ τοῦ μακαρίου καὶ πανευφήμου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, τὸ κατά τι γοῦν ὅλως ἔξω φέρεσθαι παραιτούμενοι, πεπείσθω μὲν ἡ σὴ ὁσιότης, ἐνδοιαζέτω δὲ τῶν ἄλλων μηδείς.

(marg.: ἐξ — ἐκ κύρ... ; ὢν ἐν ἀνθρωπότητι)

καὶ χρή-

ANNO CHRISTI 431.

παρέθηκα δ' ἂν καὶ χρήσεις αὐτῶν πολλάς, τοὺς ἐμαυτοῦ λόγους ἐξ αὐτῶν πιστούμενος, εἰ μὴ τὸ μῆκος ἐδεδίειν τοῦ γράμματος, μὴ ἄρα πως γένηται διὰ τοῦτο προσκορές. καὶ κατ' οὐδένα δὲ τρόπον σαλεύεσθαι πρός τινων ἀνεχόμεθα τὴν ὁρισθεῖσαν πίστιν, ἤτοι τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, παρὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων κατὰ καιρούς. οὔτε μὴν ἐπιτρέπομεν ἑαυτοῖς, ἢ ἑτέροις ἢ λέξιν ἀμεῖψαι τῶν ἐγκειμένων ἐκεῖσε, ἢ μίαν γοῦν παραβῆναι συλλαβήν· μεμνημένοι τοῦ λέγοντος· μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου· οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοὶ οἱ λαλοῦντες, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός· ὃ ἐκπορεύεται μὲν ἐξ αὐτοῦ, ἔστι δὲ οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς οἱ τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν πιστοῦνται λόγοι. ἐν μὲν γὰρ ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων γέγραπται· ἐλθόντες δὲ κατὰ τὴν Μυσίαν, ἐπείραζον εἰς τὴν Βιθυνίαν πορευθῆναι, καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ πνεῦμα Ἰησοῦ. ἐπιστέλλει δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. ὅταν δέ τινες τῶν τὰ ὀρθὰ διαστρέφειν εἰωθότων τὰς ἐμὰς παρατρέπωσι φωνὰς εἰς τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, μὴ θαυμαζέτω τοῦτο ἡ σὴ ὁσιότης, εἰδυῖα, ὅτι καὶ οἱ ἀπὸ πάσης αἱρέσεως ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς τὰς τῆς ἑαυτῶν πλάνης συλλέγουσιν ἀφορμάς, τὰ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὀρθῶς εἰρημένα, ταῖς ἑαυτῶν κακονοίαις παραφθείροντες, καὶ ταῖς ἰδίαις ἑαυτῶν κεφαλαῖς τὴν ἄσβεστον ἐπαντλοῦντες φλόγα. ἐπειδὴ δὲ μεμαθήκαμεν, ὅτι καὶ τὴν πρὸς τὸν μακάριον Ἐπίκτητον ἐπιστολὴν τοῦ πανευφήμου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, ὀρθοδόξως ἔχουσαν, παραφθείραντές τινες ἐκδεδώκασιν, ὡς ἐντεῦθεν ἀδικεῖσθαι πολλούς, διὰ τοῦτο χρήσιμόν τι καὶ ἀναγκαῖον ἐπινοοῦντες τοῖς ἀδελφοῖς, ἐξ ἀντιγράφων ἀρχαίων τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ ἁπλῶς ἐχόντων, ἀπεστείλαμεν τὰ ἴσα τῇ σῇ ὁσιότητι· Ἔρρωσο.

PART. III. CAPVT XXXV.

A Multa his adjunxissem illorum testimonia, fidem huic orationi meæ concilians, nisi metuissem, ne literatum longitudo fastidium afferret. Nullo autem modo patimur, ut ab aliquo fides illa, sive fidei symbolum concutiatur, quod a sanctis quondam patribus Nicænis editum est. Neque enim aut nobis, aut ulli omnino alteri, vel unam voculam ibi positam immutare, aut unam etiam syllabam præterire permittimus; memores ejus qui dixit: *Ne transferas terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* Prov. 22. Non enim ipsi locuti sunt, sed ipse Spiritus Dei ac Patris: Matth. 10. qui procedit quidem ex ipso; est autem B non alienus a Filio, exigente hoc essentiæ ratione: idque nobis sanctorum, qui mysteria tradiderunt, verba confirmant. Etenim in apostolorum Actis ita scriptum est: *Venientes autem circa Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos Spiritus Iesu.* Act. 16. Scribit & divinus Paulus: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Rom. 8. Quod autem nonnulli ex eis, qui recta pervertere solent, voces meas detorquent ad id quod eis videtur; istud sanctitas tua non miretur, cum sciat, cujusvis hæreseos sectatores ex divina scriptura sui erroris occasiones colC ligere, ea quæ per Spiritum sanctum recte dicta sunt, perversa intelligentia corrumpendo; atque ita inextinguibilem flammam super capita sua congerendo. Quia vero didicimus, quosdam orthodoxam præclarissimi patris nostri Athanasii epistolam, quam ad beatum Epictetum scripsit, adulteratam depravatamque edidisse, multosque graviter hinc lædi; rati hoc utile & necessarium fratribus fore, ex vetustis exemplaribus, quæ sincera incorruptaque apud nos extant, exempla ad sanctitatem tuam transmisimus. Vale. D

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ πρὸς Ἀκάκιον ἐπίσκοπον Μελιτινῆς, μεμψάμενον αὐτὸν δι' ἐπιστολῆς, ὡς συνθέμενον τοῖς ἀνατολικοῖς.

Τῷ κυρίῳ μου ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Ἀκακίῳ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΧΡΗΜΑ μὲν ἀδελφοῖς ἡ πρόσρησις γλυκύ τε καὶ ἀξιάγαστον, καὶ τοῦ παντὸς ἄξιον λόγου παρά γε τοῖς ἀρτίφροσιν ἀληθῶς· χρῆναι δέ φημι, τοὺς ὁμοπίστους τε καὶ ὁμοψύχους ἀδιαλείπτως ἐπείγεσθαι τοῦτο δρᾷν, οὐδενὸς ὄντος ἐμποδών, οὔτε μὴν ἀνακόπτοντος τὴν εἴς γε τοῦτο θερμὴν ἔφεσίν τε καὶ προθυμίαν. ἀλλ' ἔσθ' ὅτε βασκαίνει καὶ οὐχ ἑκοῦσιν ἡμῖν ἢ τῶν τοῦ μεταξὺ διαστημάτων τὸ μῆκος, ἢ τῶν τοῦ γράμματος διακομιστῶν ἡ σπάνις. καιροῦ δὲ τὸ δύνασθαι προσειπεῖν εἰσφέροντος, εὕρεμα * προσηνὲς ποιεῖσθαι προσήκει τὸ πρᾶγμα, καὶ τοῖς οὕτω ποθητοῖς ἀσμένως ἐπιπηδᾷν. ἥσθεις δὴ οὖν ἄγαν ἐπὶ τοῖς παρὰ τῆς σῆς τελειότητος ἀπεσταλμένοις, καὶ τεθαυμακὼς

ἴσ. διαστη- κότων

* προσήκει μᾶλλον τὸ γράμμα, καὶ εἰς τελειο- τοις

EPISTOLA CYRILLI AD ACACIVM Melitenæ episcopum, qui de eo conquestus erat per epistolam, quod consensisset orientalibus.

Domino meo dilecto fratri & comministro Acacio, Cyrillus in domino salutem.

CAPVT XXXV.

RES sane dulcis & commendabilis est fratribus salutatio, & maximo æstimanda apud vere prudentes: iisque qui ejusE dem sunt animi & fidei, cum nihil alioqui occurrit, quod impediat, fervensque hoc desiderium impetumve sistat, enitendum esse censeo, ut id assidue præstent. At sæpenumero usu venit, ut vel invitis nobis, aut longa loci distantia, aut tabellariorum infrequentia, bonum istud invideat. Cum vero tempus salutandi facultatem offert, tum ea res pro insperato jucundoque lucro habenda est, & ad vota adeo exoptata libenter est accurrendum. Majorem itaque in modum sanctitatis tuæ literis lætitia affectus sum, & admiratus

PART. III. CAPUT XXXV.

ANNO CHRISTI 431.

affectionem animi tui, arbitratus sum pacatarum ecclesiarum rationem & modum integritati tuæ ordine pandendum, singulaque ut gesta sunt, indicanda esse.

Religiosissimus & Christi amantissimus imperator quod plurimam & necessariam sanctarum ecclesiarum curam gereret, illarum dissensionem intolerabilem judicabat. Ad se ergo accersens reverendissimum pientissimumque ecclesiæ Constantinopolitanæ episcopum Maximianum, ac alios non paucos, qui pro tempore ibidem comperiebantur, serio cum illis consultabat, quonam pacto ecclesiarum dissidium e medio tolli, divinorumque mysteriorum ministri ad concordiam & pacem possent redigi. Illi vero non aliter unquam id fieri posse, neque prius illos, de quibus agebatur, in concordiam venturos aiebant, quam unanimitatis & consonæ fidei vinculum iis præfulgeret, & quasi præferretur: & oportere aiebant, ut pientissimus Ioannes Antiochenus anathematizaret Nestorii dogmata, ac scripto illius depositionem approbaret. Episcopum vero Alexandrinum privatas offensiones oblivioni traditurum, & contumelias, licet eæ gravissimæ & maximæ extitissent, quas Ephesi perpessus fuerat, propter caritatem nihili facturum. Cum itaque religiosissimus imperator iis assentiret, magnamque ex eo consilio voluptatem caperet, missus est, qui hoc ipsum perficeret, dominus meus præclarissimus tribunus & notarius Aristolaus. Posteaquam vero orientalibus regium decretum expositum est, & tamquam factum ex eorum episcoporum sententia qui Constantinopoli aderant; consilio nescio quo apud sanctissimum piissimumque Berrhœensem episcopum Acacium congressi, scribi ad me curarunt, conventionis modum, id est, sanctarum ecclesiarum pacis, nisi eo modo quem ipsi præscriberent, fieri non debere. Erat autem ea petitio gravis ac molesta. Volebant enim ea omnia aboleri, quæ vel epistolis, vel tomis, vel libris evulgaveram, & soli fidei, quæ a sanctis patribus nostris Nicææ edita fuerat, consentire. Ego vero ad ista ita rescripsi: Expositioni fidei, quam Nicæni patres ediderunt, adhæremus omnes, nihil prorsus eorum quæ in ipsa continentur, labefactantes: sunt enim ea omnia recte inculpateque tradita, neque tutum est, post illam fidei editionem, quidquam adhuc curiosius tractare. Quæ vero recte contra Nestorii blasphemias scripsimus, ea ejusmodi esse, ut nulla nobis ratione persuaderi possit, ut recte scripta esse negemus. Opus proinde magis esse, ut ipsi juxta pientissimi Christique amantis imperatoris decretum: imo vero sanctæ synodi Ephesinæ sanctionem, illum qui contra salvatoris Christi gloriam pugnavit ejicerent, impiasque illius blasphemias anathemate insectarentur, ejusque depositioni consentirent, ac sanctissimi piissimique episcopi Maximiani ordinationem approbarent. His itaque literis sibi redditis, miserunt Alexandriam religiosissimum & piissimum episcopum Paulum Emisenum, cum quo diu multumque de iis rebus disserui, quæ Ephesi præter jus & offi-

A τὴν διάθεσιν, δεῖν ᾠήθην τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης καταμηνῦσαι τὸν τρόπον, ἕκαστά τε ὅπως γέγονε διειπεῖν.

Ὁ εὐσεβέστατος καὶ φιλόχριστος βασιλεὺς, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν φροντίδα πλείστην οὖσαν καὶ ἀναγκαίαν ποιούμενος, οὐ φορητὴν ἡγεῖτο τὴν τούτων διχόνοιαν. μεταπεμψάμενος τοίνυν τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας Μαξιμιανὸν, καὶ ἑτέρους δὲ πλείστους τῶν αὐτόθι κατειλημμένων, τίνα δὴ τρόπον ἐκ μέσου μὲν γένοιτ' ἂν τῶν ἐκκλησιῶν ἡ διαφορὰ, κεκλήσονται δὲ πρὸς εἰρήνην οἱ τῶν θείων ἱερουργοὶ μυστηρίων, διεσκέπτετο. οἱ δὲ ἔφασκον, ὡς
B οὐκ ἂν ἑτέρως γένοιτο τοῦτό ποτε, οὐδ' ἂν εἰς ὁμοψυχίαν ἔλθοιεν τὴν πρὸς ἀλλήλους οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος, μὴ προανατείλαντος αὐτοῖς, καὶ οἱονεὶ προεσκεκομισμένου τοῦ συνδέσμου τῆς ὁμοψυχίας καὶ ὁμοπιστίας· ἔφασκόν τε, ὅτι τὸν τῆς θεοσεβείας ἔμπλεον ἐπίσκοπον Ἰωάννην τῆς Ἀντιοχείας ἀναθεματίσαι δεῖ τὰ Νεστορίου δόγματα, καὶ ἐγγράφως ὁμολογῆσαι τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ. καὶ, τό γε ἧκον, εἰς λύπας ἰδίας, ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος ἀμνημονήσει τε διὰ τὴν ἀγάπην, καὶ παρ' οὐδὲν ἡγήσεται τὸ ὑβρισθῆναι
C κατὰ τὴν Ἐφεσίων, καίτοι παγχάλεπόν τε καὶ δύσοιστον ὄν. συναινέσαντος τοίνυν, καὶ ἡσθέντος ἄγαν ἐπὶ τούτοις τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, ἀπεστάλη αὐτὸ τοῦτο κατορθώσων ὁ κύριός μου ὁ θαυμασιώτατος τριβοῦνος καὶ νοτάριος Ἀριστόλαος. ἐπειδὴ δὲ τοῖς κατὰ τὴν ἑῴαν τὸ βασιλικὸν ἐνεφανίσθη θέσπισμα, καὶ ὡς μετὰ γνώμης γεγονὸς τῶν εὑρεθέντων ἐπισκόπων κατὰ τὴν μεγάλην Κωνσταντινούπολιν, οὐκ οἶδ' ὅ, τι σκοπήσαντες, συνήχθησαν μὲν πρὸς τὸν ὁσιώτατον καὶ θεοσεβέστατον τῆς Βερροιαίων ἐπίσκοπον Ἀκάκιον, γράψαι τε πρός με παρεσκεύασαν, ὅτι τὸν τῆς συμβάσεως τρόπον, ἤτοι τὸν τῆς εἰρήνης τῶν ἁγίων ἐκκλη-
D σιῶν, οὐχ ἑτέρως γενέσθαι προσήκει, εἰ μὴ κατὰ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν. ἦν δὲ δὴ ἄρα τοῦτο φορτικὸν καὶ βαρὺ τὸ αἴτημα· ἤθελον γὰρ ἀργῆσαι μὲν σύμπαντα τὰ παρ' ἐμοῦ γραφέντα ἔν τε ἐπιστολαῖς, καὶ τόμοις, καὶ βιβλίοις, μόνῃ δὲ ἐκείνῃ συνθέσθαι τῇ ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων ὁρισθείσῃ πίστει. ἐγὼ δὲ πρὸς ταῦτα γέγραφα, ὅτι τῇ μὲν ἐκθέσει τῆς πίστεως, τῇ ὁρισθείσῃ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων κατὰ τὴν Νικαέων πόλιν, ἑπόμεθα πάντες, οὐδὲν 'τι παράπαν τῶν ἐν αὐτῇ κειμένων *παρασαλεύοντες· ἔχει γὰρ πάντα ὀρθῶς καὶ ἀλήπτως, καὶ τὸ περίεργον ἔτι μετ' ἐκείνην οὐκ ἀσφαλές· ἃ δὲ γεγράφαμεν ὀρθῶς κατὰ τῶν τοῦ Νεστορίου δυσφημιῶν, οὐδεὶς ἡμᾶς ἀναπείσει ' λόγος, ὡς οὐκ εὖ γεγόνασιν, εἰπεῖν·
E χρῆναι δὲ μᾶλλον, αὐτοὺς κατά γε τὸ δόξαν καὶ τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ, καὶ αὐτῇ δὲ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ τὴν Ἐφεσίων πόλιν ' συναναγηγερμένῃ, ποιῆσαι μὲν ἀποκήρυκτον τὸν τῇ τοῦ σωτῆρος δόξῃ μεμαχημένον, ἀναθεματίσαι δὲ καὶ τὰς ἀνοσίους αὐτοῦ δυσφημίας, ὁμολογῆσαί τε τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ, καὶ συναινέσαι τῇ χειροτονίᾳ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ. τούτων τοίνυν αὐτοῖς τῶν γραμμάτων ἀποδοθέντων, πεπόμφασιν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Παῦλον τῆς Ἐμισηνῶν· πρὸς ὃν πλεῖστοι μὲν ὅσοι καὶ μακροὶ γεγόνασι λόγοι περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἐφεσίων * ἀνόμως καὶ ' οὐ καθηκόντως

'τῶν πάντων * παρασημαίνοντες 'ὅλως 'συνειλεγμένῃ ποιῆσαι * ὠμῶς 'ἀκαθηκόντως

ANNO CHRISTI 431.

κόντως εἰρημένων τε καὶ πεπραγμένων. ἐπειδὴ δὲ τούτων ἀμνημονήσαντες, τῶν ἀναγκαιοτέρων ἔχεσθαι μᾶλλον ἐχρῆν σπουδασμάτων, ἠρόμην, εἰ ἐπικομίζεται γράμματα τοῦ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Ἰωάννου. εἶτα ἐμοὶ προσεκόμισεν ἐπιστολὴν, ἃ μὲν ἐχρῆν ἔχειν οὐκ ἔχουσαν, ὑπαγορευθεῖσαν δὲ μᾶλλον οὐ καθ' ὃν ἔδει τρόπον· παροξυσμοῦ γὰρ, οὐ παρακλήσεως εἶχε δύναμιν. καὶ ταύτην οὐ προσηκάμην· καί τοι γε δέον ταῖς ἀπολογίαις τὴν ἐμὴν καταγοητεῦσαι λύπην τὴν ἐπί γε τοῖς φθάσασι, καὶ παρ' αὐτῶν γεγονόσι κατὰ τὴν Ἐφεσίων· καὶ διαφόρμως ἔφασκον παρωξῦνθαι κατ' ἐμοῦ, διά τοι τὸν ζῆλον τὸν ὑπὲρ τῶν ἱερῶν δογμάτων. ἀλλ' ἤκουον, ὅτι οὔτε ὁ ζῆλος αὐτοὺς κεκίνηκεν ὁ θεῖος, οὔτε τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων ὑπερμαχόμενοι συνεφράττοντο κατ' ἐμοῦ, ἀλλὰ ταῖς ἀνθρώπων εἴξαντες κολακείαις, καὶ τὰς τῶν ἰσχυόντων τὸ τηνικάδε φιλίας ἐφ' ἑαυτοὺς ἁρπάζοντες· ὅμως τοῦ θεοσεβεστάτου Παύλου ἐπισκόπου φάσκοντος, ἑτοίμως ἔχειν ἀναθεματίζειν τὰς Νεστορίου δυσφημίας, καὶ ὁμολογεῖν αὐτοῦ τὴν καθαίρεσιν ἐγγράφως, καὶ τοῦτο δρᾶν ὑπὲρ πάντων, καὶ ὡς ἐκ προσώπου πάντων τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων, * ἀντενήνεγμαι λέγων, τὸν παρ' αὐτοῦ προσκομιζόμενον χάρτην περὶ τούτου, ἀρκέσειν αὐτῷ μόνῳ πρὸς τὸ χρῆναι τυχεῖν τῆς παρὰ πάντων ἡμῶν κοινωνίας. διεβεβαιούμην δὲ, ὅτι πάντως τε καὶ πάντη ἔγγραφον ὁμολογίαν περὶ τούτων ἐκθέσθαι προσήκει τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοσεβέστατον τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπον Ἰωάννην· ὃ δὴ καὶ γέγονε· καὶ πέπαυται τὸ μεσολαβοῦν, καὶ ἀποφοιτᾶν ἀλλήλων ἀναπεῖθον τὰς ἐκκλησίας; ἀλλ' ἦν οὐδαμόθεν ἀμφίβολον, ὅτι τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν τοὺς ὑπασπιστὰς κατατήξειν ἔμελλε τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἡ εἰρήνη. καί μοι δοκοῦσι τοιοῦτόν τι παθεῖν, ὁποῖόν τι συμβαίνειν ἔθος τοῖς νήχεσθαι μὲν οὐκ εἰδόσι, νεώς γε μὴν ἀδοκήτως ἀπολισθήσασιν· οἳ ἐπειδὰν καταποντίζωνται, πόδας τε καὶ χεῖρας ὧδε κἀκεῖσε διαρριπτοῦντες ἀτάκτως, τοῦ παρατυχόντος ἁπλῶς ἐπιδράττονται, φιλοψυχοῦντες οἱ δείλαιοι. ἢ οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς τεθορύβηνται λίαν, ἐκπεσόντες, καὶ μεμονωμένοι, καὶ ἔξω γεγονότες τῶν ἐκκλησιῶν, ἃς ἐνόμιζον ἔσεσθαι πρὸς ἐπικουρίαν αὐτοῖς; ἢ οὐκ ἀγανακτοῦσι, καὶ τοῦτο οὐ φορητῶς, ἀποπηδῶντας αὐτῶν τοὺς ἠπατημένους ὁρῶντες, καὶ λοιπὸν ἀνανήφοντας εἰς ἀλήθειαν τοὺς ταῖς παρ' αὐτῶν βεβήλοις καινοφωνίαις οἱονείπως ἐκμεμεθυσμένους; καί τοι φαίη τις ἂν αὐτοῖς, καὶ λίαν ἐπὶ καιροῦ, τὸ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς· συνάχθητε, καὶ συνδέθητε τὸ ἔθνος τὸ ἀπαίδευτον, πρὸ τοῦ γενέσθαι ὑμᾶς ὡσεὶ ἄνθος παραπορευόμενον. διὰ τί γὰρ γεγόνασιν ἀλλοτρίων ἐμέτων παράσιτοι, οὐκ αἰσχύνονται δὲ τοῖς ἑτέρου βορβόροις τὰς ἑαυτῶν καρδίας καταμιαίνοντες; οἱ κωφοὶ ἀκούσατε, καὶ οἱ τυφλοὶ ἀναβλέψατε ἰδεῖν. φρονήσατε περὶ τοῦ κυρίου ἀληθῆ· καὶ ἐν ἁπλότητι καρδίας ζητήσατε αὐτόν. ποία γὰρ χρεία πολυπλόκων ὑμῖν εὑρεμάτων, καὶ λόγων διεστραμμένων; τί τὴν ἐπ' εὐθὺ περιϋβρίζοντες τρίβον, καμπύλας ποιεῖτε τὰς ἑαυτῶν τροχιάς; νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ σπείρετε

(margin: παρεξωσθῆναι; ἀντενήνοχα; ἱερός)

A cium dictæ factæque fuerant. Quia vero istis oblivioni contraditis, iis potius curis insistendum videbatur, quæ majoris momenti ac ponderis erant; interrogavi, num quid literarum a piissimo Ioanne episcopo attulisset: mox ille epistolam reddidit, non ea quæ debebat, habentem; sed potius non quo conveniebat modo dictatam. Complectebatur enim irritationis vim potius, quam exhortationis. Hanc itaque non acceptavi. Nam cum meam animi ægritudinem, qua fueram affectus ex iis quæ præcesserant, & ab ipsis Ephesi facta fuerant, excusatione aliqua demulcere B debuissent, tantum abest ut id fecerint, ut se quoque propter sacrorum dogmatum zelum jure optimo mihi succensuisse dicerent. At ex me audiebant, nec divinum zelum ipsos movisse, nec quod pro veritatis dogmatis pugnarent, aciem adversum me componere: sed quod hominum assentationibus locum darent, ac eorum qui tunc potentes videbantur, amicitias sibi conciliarent. Verumtamen cum religiosissimus episcopus Paulus paratum se diceret Nestorii blasphemias anathematizare, scriptoque in illius depositionem consentire, atque id pro omnibus, & tamquam ex communi omnium orientalium religiosissimorum episcoporum persona sese facere affirmaret; inferebam rursum, chartam ab ipso prolapsam ipsi soli ad hoc sufficere, ut in omnium nostrum communionem reciperetur: modis autem omnibus opus esse affirmabam, ut religiosissimus reverendissimusque Ioannes Antiochenus episcopus scriptam his de rebus confessionem ederet. Id quod jam factum est; cessavitque quod ecclesias disjungebat, & a se invicem divellebat. Verum nullatenus dubium erat, fore ut Nestorii blasphemiarum propugnatores invidia extabescerent, ubi primum sanctarum ecclesiarum pax redintegraretur. Quibus sane ejusmodi quidpiam accidisse videtur mihi, cujusmodi illis usu venire so-D let, qui cum natare nesciant, e navi tamen subito prolapsi sunt. Hi enim posteaquam mergi incipiunt, pedes manusque hac illac incomposite jactant, retinendæque vitæ cupidi, quidquid in manus forte venerit, id temere arripiunt miseri. An non vere dici potest, eos vehementer perturbatos consternatosque esse, quod se desolatos, & extra eas ecclesias ejectos pulsosque animadvertunt, quas sibi adjumento futuras sperabant? Quid? an non indignissime ferunt, cum vident quos seduxerant, profanisque E suis vocum novitatibus quodammodo temulentos reddiderant, a se resilire, & jam ad veritatis sobrietatem redire? Atqui peropportune illis objici potest quod prophetica voce proditum extat: *Congregamini*, inquit, *& colligamini gens inerudita, antequam efficiamini veluti flos transiens?* Vt quid enim alienorum vomituum facti sunt parasiti? nec pudefiunt alieno cœno sua ipsorum corda dedantes? *Surdi audite, & cæci ut videatis suspicite. Sentite de domino quæ vera sunt, & in simplicitate cordis quærite illum.* Quæ enim vobis est multiplicium adinventionum & perversarum opinionum utilitas? ut quid rectam vituperantes semitam, incurvas facitis vestras orbitas? *Novate vobis ipsis novalia, & nolite seminare*

PART. III. CAPVT XXXV.

Sophon. 2.
Isa. 42.
Sapient. 1.
Prov. 4.
Ierem. 4.

Part. III. Caput XXXV.

nare inter spinas. Quandoquidem vehementer propter sanctarum ecclesiarum pacem, ut dixi, consternati, eos qui eadem cum ipsis sentire nolunt, malitiosissime lacerant, sanctorumque episcoporum, orientalium inquam, apologiam non absque amarulentia proscindunt, eamdemque ad id quod sibi gratum amicumque est detorquentes, praveque interpretantes, a Nestorii * vocum novitatibus non abhorrere contendunt. Quin & nos quoque una vituperant, quasi iis quæ jam scripsimus, contraria senserimus. Intelligo vero & hoc quoque illos nobis objicere, nempe quod fidei expositionem, sive novum symbolum receperimus, quasi vetus illud venerandumque aspernati. At *stultus quidem stulta loquetur, & cor illius vana meditabitur.* Illud tantummodo dicimus, nos neque novam fidei expositionem ab ullo exegisse, neque ab aliis innovatam admisisse. Sufficit enim nobis divina scriptura, sanctorumque patrum prudentia, & symbolum fidei ad omnia recta dogmata apte riteque concinnatum. Quia vero sanctissimi orientales episcopi cum Ephesi essent, a nobis dissentiebant, eaque de causa, quasi blasphemiarum Nestorii laqueis irretiti tenerentur, suspecti erant; ut eo crimine se liberarent, inculpatæque fidei amatoribus per omnia satisfacerent, ac Nestorianæ impietatis se expertes esse ostenderent, apologiam composuerunt, & id quidem admodum prudenter, tantum abest ut hoc istorum factum aliqua omnino nota aut reprehensione dignum videatur. Quid enim, si ipse Nestorius eo tempore, quo a nobis omnibus illi proponebatur, oportere ut sua ipse dogmata condemnaret, veritatemque amplecteretur, scriptam iis de rebus confessionem exhibuisset, quispiam dicturus erat, illum novum fidei symbolum nobis conscripsisse? Quid igitur temere conviciis insectantur sanctissimos Phœniciæ episcopos, eorum consensum novum symbolum appellantes, quem illi utiliter & necessario ediderunt, ut nimirum se purgarent, eosque demulcerent, qui ipsos Nestorianam * doctrinam approbare existimaverant? Sancta quippe & œcumenica synodus quæ Ephesi convenerat, necessario providit, non oportere aliam fidei expositionem in ecclesias Dei inferre, præter eam quæ jam extabat; quam beatissimi patres nostri sancto Spiritu locuti definiverant. Illi tamen ab hac semel, nescio quo modo, dissentientes, & quod neque recte sentirent, neque apostolicis & euangelicis dogmatibus adhærerent, in suspicionem adducti, numquid taciturnitate ab hac ignominiosa nota se liberassent, an plena potius satisfactione, suæque sententiæ declaratione? Atqui divinus Christi discipulus scriptum reliquit: *Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe.* Qui ergo hoc vult facere, nihil utique novi molitur, nec fidei expositionem innovare deprehenditur; sed potius eam, quam de Christo habet fidem, interrogantibus perspicuam reddit.

Audivi præterea veritatis hostes piissimorum episcoporum concordiam ægerrime

* vanitatibus

Isa. 32.

* vocum novitatem, vel, vanitatem

1. Petr. 3.

ἐπ' ἀκάνθαις. ἀλύοντες γὰρ, ὡς ἔφην, ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, τοὺς μὴ ἀνεχομένους τὰ ἴσα φρονεῖν αὐτοῖς, κακουργότατα διασύρουσι, καὶ καταγορεύουσι πικρῶς τῆς ἀπολογίας τῶν ἁγίων ἐπισκόπων, τῶν ἀπὸ τῆς ἑῴας φημί· εἶτα περιέλκοντες αὐτὴν πρὸς τὸ ἑαυτοῖς ἡδύ τε καὶ φίλον, καὶ νοοῦντες οὐκ ὀρθῶς, οὐκ ἀπᾴδοντας γενέσθαι φασὶ * ταῖς Νεστορίου κενοφωνίαις. συγκαταψέγουσι δὲ καὶ ἡμᾶς, ὡς οἷς ἤδη γεγράφαμεν, πεφρονηκότας τὰ ἐναντία. μανθάνω δὲ, ὅτι κἀκεῖνο φασίν· ὅτι πίστεως ἔκθεσιν, ἤτοι σύμβολον καινὸν, ἀρτίως κατεδεξάμεθα, τάχα που τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνο καὶ σεπτὸν ἀτιμάσαντες. καὶ ὁ μὲν μωρὸς μωρὰ λαλήσει, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ μάταια νοήσει. πλὴν ἐκεῖνο φαμέν· οὐ πίστεως ἔκθεσιν ἐξῄτηνται παρ' ἡμῶν τινες, ἤγουν καινοτομηθεῖσαν παρ' ἑτέρων κατεδεξάμεθα· ἀπόχρη γὰρ ἡμῖν ἡ θεόπνευστος γραφὴ, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἡ νῆψις, καὶ τὸ πρὸς πανὸ τοιοῦ τῶν ἐχόντων ὀρθῶς ἐκτετορνευμένον τῆς πίστεως σύμβολον. ἐπειδὴ δὲ ἦσαν οἱ κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι διχονοήσαντες πρὸς ἡμᾶς κατὰ τὴν τῶν Ἐφεσίων, καὶ γεγόνασί πως ἐν ὑποψίᾳ τοῦ καὶ ἐναλῶναι βρόχοις τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν, ταύτῃ τοι καὶ μάλα ἐμφρόνως, ὡς ἀπαλλάττοντες ἑαυτοὺς τῆς ἐπὶ τούτοις αἰτίας, καὶ τοὺς τῆς ἀμωμήτου πίστεως ἐραστὰς πληροφορεῖν σπουδάζοντες, ὅτι τῆς ἐκείνου βδελυρίας ἀμοιρεῖν ἐγνώκασι, πεποίηνται τὴν ἀπολογίαν· καὶ τὸ χρῆμά ἐστι λόγου τε παντὸς, καὶ μώμου μακράν. ἆρα γὰρ εἰ καὶ αὐτὸς Νεστόριος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν αὐτῷ προετείνετο παρὰ πάντων ἡμῶν τὸ χρῆναι καταψηφίσασθαι τῶν ἑαυτοῦ δογμάτων, καὶ ἀνθελέσθαι τὴν ἀλήθειαν; ἔγγραφον ἐποιήσατο τὴν ἐπὶ τούτοις ὁμολογίαν, καὶ αὐτὸν ἄν τις ἔφη πίστεως ἡμῖν καινοτομῆσαι σύμβολον; τί τοίνυν διαλοιδοροῦνται μάτην, ἔκθεσιν συμβόλου καινὴν ὀνομάζοντες τὴν συναίνεσιν τῶν κατὰ τὴν Φοινίκην θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων, ἣν πεποίηνται χρησίμως τε καὶ ἀναγκαίως, ἀπολογούμενοί τε καὶ θεραπεύοντες τοὺς οἰηθέντας, ὅτι ταῖς Νεστορίου * ἀκολουθοῦσι καινοφωνίαις; ἡ μὲν γὰρ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ κατὰ τὴν Ἐφεσίων πόλιν συνειλεγμένη, προενόησεν ἀναγκαίως τοῦ μὴ δεῖν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ πίστεως ἔκθεσιν ἑτέραν εἰσκρίνεσθαι παρά γε τὴν οὖσαν, ἣν οἱ τρισμακάριοι πατέρες, ἐν ἁγίῳ πνεύματι λαλοῦντες, ὡρίσαντο. οἵ γε μὴν ἅπαξ, οὐκ οἶδ' ὅπως, πρὸς αὐτὴν διχονοήσαντες, γεγονότες δὲ καὶ ἐν ὑποψίαις τοῦ μὴ ὀρθῶς ἑλέσθαι φρονεῖν, μήτε μὴν τοῖς ἀποστολικοῖς τε καὶ εὐαγγελικοῖς ἕπεσθαι δόγμασιν, ἆρα σιωπῶντες ἀπηλλάγησαν ἂν τῆς ἐπὶ τούτῳ δυσκλείας, ἢ μᾶλλον ἀπολογούμενοι, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς δόξης τὴν δύναμιν ἐμφανίζοντες; καί τοι γέγραφεν ὁ θεσπέσιος μαθητής· ἕτοιμοι ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος. ὁ δὲ τοῦτο δρᾷν ᾑρημένος καινουργεῖ μὲν οὐδὲν, ἀλλ' οὐδὲ πίστεως ἔκθεσιν ὁρᾶται καινοτομῶν, ἐναργῆ δὲ μᾶλλον καθίστησι τοῖς ἐρομένοις αὐτὸν, ἣν ἂν ἔχοι πίστιν περὶ Χριστοῦ.

Ἐπυθόμην δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι ταῖς τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων ὁμοψυχίαις οὐ μετρίως ἐπισυγνάζοντες

Anno Christi 431.

* τὰς Νεστορίου καινοφωνίας.

ἢ καινοφωνίαις

ἢ γοῦν

καὶ

* καινοῖς ἀκολουθοῦσι κενοφωνίαις;

αὐτὸ δὴ

ANNO CHRISTI 431.

γνάζοντες οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, ἄνω τε καὶ κάτω διακυκῶσι τὰ πάντα, καὶ τοῖς ἀνοσίοις ἑαυτῶν * εὑρήμασι συμβαίνειν φασὶ τῆς παρ' αὐτῶν γεγενημένης ὁμολογίας τὴν δύναμιν· ἣν ἐπὶ τῇ ὀρθῇ πεποίηνται πίστει, καινοτομοῦντες μὲν, ὡς ἔφην, ἥκιστα προστιθέντες τοῖς πάλαι διωρισμένοις τὸ σύμπαν οὐδὲν, ἑπόμενοι δὲ μᾶλλον τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ἀνεπιπλήκτοις δόγμασιν. ἵνα δὲ ψευδοεποιοῦντας ἐλέγχωμεν, φέρε, παραγάγωμεν εἰς μέσον τὰς Νεστορίου φλυαρίας, καὶ τὰς τούτων φωνάς. * ἐνδείξει γὰρ ὧδε καὶ οὐχ ἑτέρως τὸ ἀληθὲς ἡ βάσανος.

Marg.: ῥήμασι — ἐνδείξειεν ... γὰρ

Οὐκοῦν Νεστόριος μὲν ἀναιρῶν εἰς ἅπαν διέῤῥιπται τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν· οὐ γάρ τοι τετέχθαι φησὶν αὐτὸν ἐκ γυναικὸς, κατὰ τὰς γραφάς. ἔφη γὰρ οὕτω· τὸ παρελθεῖν τὸν Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου παρθένου, παρὰ τῆς θείας ἐδιδάχθην γραφῆς· τὸ δὲ γεννηθῆναι Θεὸν ἐξ αὐτῆς, * οὐδαμοῦ ἐδιδάχθην. ἐν ἑτέρᾳ δὲ πάλιν ἐξηγήσει· οὐδαμοῦ τοίνυν ἡ θεία γραφὴ Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου παρθένου λέγει γεγεννῆσθαι, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν, υἱὸν, καὶ κύριον. Ὅτι δὲ ταῦτα λέγων εἰς υἱοὺς δύο μερίζει τὸν ἕνα, καὶ ἕτερον μὲν ἰδικῶς εἶναί φησιν υἱὸν καὶ Χριστὸν καὶ κύριον, τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς γεννηθέντα λόγον, ἕτερον δὲ πάλιν ἀνὰ μέρος τε καὶ ἰδικῶς υἱὸν καὶ Χριστὸν καὶ κύριον, τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις, αὐτὸ δὴ τοῦτο σαφῶς μονονουχὶ βοῶντος ἐκείνου; οἱ δὲ θεοτόκον ὀνομάζουσι τὴν ἁγίαν παρθένον, ἕνα τε εἶναί φασιν υἱὸν, καὶ Χριστὸν καὶ κύριον, τέλειον ἐν θεότητι, τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι, ἅτε δὴ καὶ ἐψυχωμένης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς ψυχῇ νοερᾷ. ὅτι γὰρ οὐχ ἕτερόν φασιν εἶναι υἱὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἕτερον δὲ πάλιν τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, καθὰ Νεστορίῳ δοκεῖ, ἕνα δὲ μᾶλλον καὶ τὸν αὐτὸν, σαφὲς ἂν γένοιτο καὶ μάλα ῥᾳδίως διά γε τῶν ἐφεξῆς. προσεπάγουσι γὰρ, τίς ἂν εἴη, σημαίνοντες· ὅτι τέλειος ὡς Θεὸς, τέλειος δὲ καὶ ὡς ἄνθρωπος· τὸν πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς ἁγίας παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. οὐκοῦν ἥκιστα μὲν εἰς δύο διαιροῦσι τὸν ἕνα υἱὸν καὶ Χριστὸν καὶ κύριον Ἰησοῦν, τὸν αὐτὸν δὲ εἶναί φασι τὸν πρὸ αἰώνων, καὶ ἐν ἐσχάτοις, δῆλον δὲ ὅτι τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς ὡς Θεὸν, καὶ ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα ὡς ἄνθρωπον. πῶς γὰρ ἂν νοοῖτο πρὸς ἡμᾶς ὁμοούσιος εἶναι κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, καίτοι γεννηθεὶς ἐκ πατρὸς, κατά γέ φημι τὴν θεότητα, εἰ μὴ νοοῖτο καὶ λέγοιτο Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός; ἀλλ' οὐχ ὧδε ταῦτ' ἔχειν Νεστορίῳ δοκεῖ· τέτραπται δὲ μᾶλλον ὁ σκοπὸς αὐτῷ πρὸς πᾶν τοὐναντίον. ἔφη γοῦν ἐπ' ἐκκλησίας ἐξηγούμενος· διὰ τοῦτο καὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς λόγος ὀνομάζεται, ἐπειδήπερ ἔχει τὴν συνάφειαν τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν διηνεκῆ. καὶ πάλιν· ἀσύγχυτον τοίνυν τὴν τῶν φύσεων τηρῶμεν συνάφειαν· ὁμολογῶμεν τὸν ἐν ἀνθρώπῳ Θεόν· σέβωμεν τὸν τῇ θείᾳ συναφείᾳ τῷ παντοκράτορι Θεῷ συμπροσκυνούμενον ἄνθρωπον. ὁρᾷς οὖν; ὅσον

Marg.: ...μοῦς — ὅτι τὸν — ἔχει

A ferre, & rursum ac deorsum miscere omnia, atque jactare, confessionis, quam illi de recta fide, nihil, ut dixi, innovantes, hoc est, nihil ad ea quæ olim constituta sunt, adjicientes, sed potius inculpatis sanctorum patrum dogmatis adhærentes, ediderunt, sensum & vim cum impiis suis commentis congruere. Verum ut mendacia illorum aperte ostendamus, Nestorii nugas illorumque sententias in medium afferamus. Hac una enim ratione, non aliter, veritas examinata patefiet. PART. III. CAPUT XXXV.

B Nestorius itaque unigeniti Filii Dei nativitatem secundum carnem prorsus e medio tollere comperitur. negat enim illum ex muliere secundum scripturas natum. Verba illius sic habent: Deum ex Christipara virgine processisse, ex divina scriptura edoctus sum: at vero Deum ex ipsa genitum esse, id nusquam edoctus sum. Et in alia quadam expositione rursum: Nusquam igitur divina scriptura Deum ex Christipara virgine genitum esse dicit, sed Iesum Christum, Filium, dominum.] Quod autem dum ista dicit, illum qui unus est, in duos filios divellat; & alium quidem Verbum, quod ex Patre genitum est, seorsum per se sumptum, Filium & Christum & dominum dicat; C alium rursus seorsum per se Filium & Christum & dominum, qui e sancta virgine natus est, cui dubium esse potest, cum hoc ipsum ille tantumnon elata voce clamet? Illi autem sanctam virginem deiparam nominant, unumque Filium & Christum & dominum esse prædicant; perfectum in divinitate, perfectum in humanitate, eo quod caro illius intelligente anima fuerit animata. Quod enim non alium esse dicant Filium, illud ex Deo Patre Verbum, & alium rursus illum ex sancta virgine natum, sicuti Nestorio videtur, sed potius unum eumdemque, id perfacile ex iis quæ consequuntur, cognoscere licet. Explanantes enim quisnam sit, D adjiciunt, quod perfectus ut Deus, & perfectus etiam ut homo: qui ante sæcula secundum divinitatem natus est ex Patre, novissimis autem diebus propter nos & propter nostram salutem ex sancta virgine secundum humanitatem: idem Patri consubstantialis secundum divinitatem, & nobis coessentialis secundum humanitatem. Minime itaque unum Filium & Christum & dominum Iesum in duos dividunt; sed eumdem esse dicunt illum qui ante sæcula, & qui postremis temporibus, nimirum illum ex Deo Patre E ut Deum ex muliere secundum carnem ut hominem. Quomodo enim nobis secundum humanitatem coessentialis intelligatur, qui, secundum divinitatem inquam, ex Patre genitus est, nisi idem Deus simul & homo esse intelligatur ac dicatur? Hæc vere longe aliter se habere Nestorio videntur: imo vero ejus sententia his omnino adversatur. Itaque in ecclesia edisserens, ita dicere ausus est: Propterea etiam Deus Verbum nominatur Christus, quia perpetuam cum Christo conjunctionem habet. Rursum: Inconfusam itaque naturarum copulam retineamus. Confiteamur in homine Deum: veneremur hominem illum, qui propter divinam cum omnipotente Deo conjunctionem simul adoratur.] Audis igitur quam

PART. III. CAPVT XXXV.

quam absurde loquatur? Equidem plena impietatis est ejus oratio. Docet namque Dei Verbum seorsum per se Deum nominari; habere autem cum Christo perpetuam copulationem. Num igitur non duos Christos apertissime dicit? Nonne hominem una cum Deo adorandum nescio quomodo se colere profitetur? Numquid ista iis cognata videntur, quæ ab orientalibus sunt posita? Nonne sententiis pugnant? Ille namque duos Christos diserte ponit; illi vero unum tantum Christum & Filium & Deum & dominum se adorare confitentur: eumdem ex Patre secundum divinitatem, & ex sancta virgine secundum humanitatem. Nam etsi duarum naturarum unionem factam prædicemus; unum tamen Christum, & unum Filium, & unum dominum perspicue profitemur. Verbum enim factum est caro secundum scripturas, coitionemque dispensatoriam, & revera ineffabilem, factam esse dissimilium rerum ad indivulsam unionem fatemur. Neque enim cum priscis quibusdam hæreticis Dei Verbum ex propria, hoc est, ex divina natura corpus sibi construxisse putabimus: sed divinis scripturis ubique adhærentes, ex sancta virgine carnem accepisse constanter affirmamus. Quapropter ea ex quibus est unus & solus Filius ac dominus Iesus Christus, dum cogitationibus apprehendimus, duas quidem naturas unitas esse dicimus; verum post hanc adunationem, tamquam sublata jam in duos sectione, unam esse credimus Filii naturam, tamquam unius, verum inhumanati & incarnati. Cum ergo Deus Verbum inhumanatum & incarnatum dicatur, procul facessat omnis conversionis suspicio (mansit enim quod erat) & unio confusionis omnis plane expers a nobis agnoscatur. Verum dicent forte adversarii: En manifeste qui rectæ fidei confessionem edunt, duas naturas nominant, ac pro illarum discrimine, theologorum voces distingui asserunt. Quomodo autem hæc tuæ assertioni non adversantur? Neque enim pateris, ut duabus personis, hoc est subsistentiis, illorum voces adscribantur. Sed bona vestra venia dicam, in duodecim capitibus hunc in modum scripsimus: Si quis duabus personis, id est subsistentiis voces distribuit; & alias quidem tamquam homini seorsum a Verbo, quod ex Deo Patre est, intellecto accommodat; alias vero, ut quæ Deum deceant, soli Dei Patris Verbo adaptat, damnationi sit ille obnoxius. Quamvis ergo eos damnemus, qui voces ita secernunt, ut alias seorsim Dei Verbo ex Patre nato, alias rursum seorsim homini ex muliere orto adscribant: vocum tamen differentias nullatenus sustulimus. Vnam enim Verbi naturam esse certissimum est; sed eam incarnatam & humanatam novimus, ut jam dixi. Quo autem modo incarnata sit & humanata, si quis curiosius inquirat, ei considerandum erit, Verbum quod ex Deo est, formam servilem accepisse, & in similitudinem hominum factum fuisse, sicut scriptum est. Atque secundum hoc unum intelligi licet naturarum sive substantiarum discrimen. Non enim idem sunt secundum naturalem qualitatem divinitas & humanitas. Alioqui quomodo Verbum, quod Deus erat, exinanitum est, seipsum ad minorationem demittens, hoc est, ad naturæ nostræ

Hoc ab eodem Cyrillo clarius explicatur inf. cap. seq. in commonitorio ad Eulogium. Vide etiam concil. Calchedon. act. 1.

Anath. 4.

Philipp. 2.

A ἔχει τὸ ἀπηχὲς ὁ λόγος αὐτοῦ; δυσσεβείας γὰρ τῆς ἀνωτάτω μεμέστωται. * Θεὸν μὲν ἰδικῶς ὀνομάζεσθαί φησι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ἔχειν δὲ τὴν συνάφειαν τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν διηνεκῆ. ἆρ' οὖν οὐ δύο Χριστοὺς ἐναργέστατα λέγει; οὐκ ἄνθρωπον Θεῷ συμπροσκυνούμενον σέβειν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ὁμολογεῖ; ταῦτ' οὖν ἀδελφὰ τοῖς παρ' ἐκείνων ὁρᾶτε; οὐκ ἀντεξάγουσαν ἔχει πρὸς ἄλληλα τῶν ἐννοιῶν τὴν δύναμιν; ὁ μὲν γὰρ δύο φησὶν ἐναργῶς, οἱ δὲ Χριστὸν ἕνα καὶ υἱὸν καὶ Θεὸν καὶ κύριον ὁμολογοῦσι προσκυνεῖν, τὸν αὐτὸν ἐκ πατρὸς κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου κατὰ τὴν B ἀνθρωπότητα. δύο μὲν γὰρ φύσεων ἕνωσιν γεγενῆσθαι φαμὲν, πλὴν ἕνα Χριστὸν, καὶ ἕνα υἱὸν, καὶ ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν σαφῶς. γέγονε γὰρ σὰρξ ὁ λόγος κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ σύμβασιν οἰκονομικὴν καὶ ἀπόρρητον ἀληθῶς πεπρᾶχθαί φαμεν ἀνομοίων πραγμάτων εἰς ἕνωσιν ἀδιάσπαστον. οὐ γάρ τοι κατά τινας τῶν ἀρχαιοτέρων αἱρετικῶν, ἐξ ἰδίας λαβόντα φύσεως, τουτέστι τῆς θεϊκῆς, ἑαυτῷ κατασκευάσαι τὸ σῶμα τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ὑπονοήσομεν, ἑπόμενοι δὲ πανταχῇ ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου λαβεῖν αὐτὸν τὴν σάρκα διαβεβαιούμεθα. ταύτῃ τοι τὰ, ἐξ ὧν ἐστιν ὁ εἷς καὶ μόνος υἱὸς καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ἐν ἐννοίαις δεχόμενοι, δύο μὲν φύσεις ἡνῶσθαί φαμεν, μετὰ δέ γε τὴν ἕνωσιν, ὡς ἀνῃρημένης ἤδη τῆς εἰς δύο διατομῆς, μίαν εἶναι πιστεύομεν τὴν τοῦ υἱοῦ φύσιν ὡς ἑνὸς, πλὴν ἐνανθρωπήσαντος καὶ σεσαρκωμένου. εἰ δὴ λέγοιτο σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι Θεὸς ὢν ὁ λόγος, διερρίφθω που μακρὰν τροπῆς ὑποψία· μεμένηκε γὰρ ὅπερ ἦν· ὁμολογείσθω δὲ πρὸς ἡμῶν καὶ ἀσύγχυτος παντελῶς ἡ ἕνωσις. ἀλλὰ γὰρ ἴσως φαῖεν ἂν οἱ δι' ἐναντίας· ἰδοὺ δὴ σαφῶς οἱ τῆς ὀρθῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν ποιούμενοι, δύο μὲν ὀνομάζουσι φύσεις, διῃρῆσθαι δὲ τὰς τῶν θεηγόρων φωνὰς διατείνονται κατά γε τὴν διαφορὰν αὐτῶν· εἶτα πῶς οὐκ ἐναντία ταῦτα τοῖς σοῖς; οὐδὲ γὰρ ἀνέχει προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, τὰς φωνὰς διανέμειν. ἀλλ' ὦ βέλτιστοι, φαίην ἄν, γεγράφαμεν ἐν τοῖς κεφαλαίοις· εἴ τις προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, διανέμει τὰς φωνὰς, καὶ τὰς μὲν, ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσάπτει, τὰς ' δὲ ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγῳ, οὗτος ἔστω κατάE κριτος. φωνῶν δὲ διαφορὰς κατ' οὐδένα τρόπον ἀνῃρήκαμεν, εἰ καὶ ἀπόβλητον πεποιήμεθα τὸ μερίζειν αὐτὰς, ὡς υἱῷ καταμόνας τῷ ἐκ πατρὸς λόγῳ, καὶ ὡς ἀνθρώπῳ καταμόνας πάλιν υἱῷ νοουμένῳ τῷ ἐκ γυναικός· μία γὰρ ὁμολογουμένως ἡ τοῦ λόγου φύσις. ἴσμεν δὲ, ὅτι σεσάρκωταί τε καὶ ἐνηνθρώπησε, καθάπερ ἤδη προεῖπον. τὸν δὲ τρόπον, ὃν ἐσαρκώθη τε καὶ ἐνηνθρώπησεν, εἰ περιεργάζοιτό τις, καταθρήσειεν ἂν τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν λόγον δούλου τε λαβόντα μορφὴν, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον, καθὰ γέγραπται. καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον νοηθείη ἂν ἡ τῶν φύσεων, ἤγουν ὑποστάσεων διαφορά· οὐ γάρ που ταὐτὸν ἐν ποιότητι φυσικῇ θεότης καὶ ἀνθρωπότης. ἐπεὶ πῶς κεκένωται) Θεὸς ὢν ὁ λόγος, καθεὶς ἑαυτὸν ἐν μειώσει, τουτέστιν ἐν τοῖς καθ'

ANNO CHRISTI 431.

* Χριστὸν μὲν γὰρ ἰδι-κῶς

' δὲ θεοπρεπεῖς

ANNO CHRISTI 431.

PART. III. CAPVT XXXV.

καθ᾽ ἡμᾶς; ὅταν τοίνυν ὁ τῆς σαρκώσεως πολυπραγμονῆται τρόπος, δύο τὰ ἀλλήλοις ἀπορρήτως τε καὶ ἀσυγχύτως συνενηνεγμένα καθ᾽ ἕνωσιν ὁρᾷ δὴ πάντως ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, ἑνωθέντα γε μὴν διΐστησιν οὐδαμῶς, ἀλλ᾽ ἕνα τὸν ἐξ ἀμφοῖν, καὶ Θεὸν, καὶ υἱὸν, καὶ Χριστὸν, καὶ κύριον * εἶναί τε καὶ ἀραρότως εἰσδέχεται.

εἶναί τε καὶ ἀναῤῥήτως ἐνδέχεται.

Ἑτέρα δὲ παντελῶς παρὰ ταύτην ἡ Νεστορίου κακοδοξία. ὑποκρίνεται μὲν γὰρ ὁμολογεῖν, ὅτι καὶ ἐσαρκώθη καὶ ἐνηνθρώπησε Θεὸς ὢν ὁ λόγος, τὴν δέ γε τοῦ σεσαρκῶσθαι δύναμιν οὐκ εἰδὼς, δύο μὲν ὀνομάζει φύσεις, ἀποδιαιρεῖ δὲ ἀλλήλων αὐτὰς, Θεὸν ἰδίᾳ τιθεὶς, καὶ ὁμοίως ἄνθρωπον ἀνὰ μέρος, συναφθέντα Θεῷ σχετικῶς, κατὰ μόνην τὴν ἰσοτιμίαν, ἤγουν αὐθεντίαν. ἔφη γὰρ οὕτως· ἀχώριστος τοῦ φαινομένου Θεός. διὰ τοῦτο τοῦ μὴ χωριζομένου τὴν τιμὴν οὐ χωρίζω· χωρίζω τὰς φύσεις, ἀλλ᾽ ἑνῶ τὴν προσκύνησιν. οἱ δέ γε κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἀδελφοὶ τὰ μὲν ἐξ ὧν νοεῖται Χριστὸς, ὡς ἐν ψιλαῖς καὶ μόναις δεχόμενοι, φύσεων μὲν εἰρήκασι διαφορὰν, ὅτι μὴ ταυτὸν, ὡς ἔφην, ἐν ποιότητι φυσικῇ θεότης καὶ ἀνθρωπότης, ἕνα γε μὴν υἱὸν καὶ Χριστὸν καὶ κύριον, καὶ ὡς ἑνὸς ὄντος ἀληθῶς, ἓν αὐτοῦ καὶ τὸ πρόσωπον εἶναι φασίν· μερίζουσι δὲ κατ᾽ οὐδένα τρόπον τὰ ἡνωμένα· οὔτε μὴν φυσικὴν παραδέχονται τὴν διαίρεσιν, καθὰ φρονεῖν ἔδοξε τῷ τῶν ἀθλίων εὑρημάτων εἰσηγητῇ· διαιρεῖσθαι δὲ μόνας διατείνονται τὰς ἐπὶ τῷ κυρίῳ φωνάς· πρέπειν τέ φασιν αὐτὰς, οὐ τὰς μὲν ὡς υἱῷ καταμόνας τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγῳ, τὰς δὲ καὶ ὡς ἑτέρῳ πάλιν υἱῷ τῷ ἐκ γυναικὸς, ἀλλὰ τὰς μὲν τῇ θεότητι αὐτοῦ, τὰς δὲ πάλιν τῇ ἀνθρωπότητι αὐτοῦ, Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος· εἶναι δέ φασι καὶ ἑτέρας κοινοποιηθείσας τρόπον τινὰ, καὶ οἷον ἐπ᾽ ἄμφω βλεπούσας, θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα λέγω: οἷον δή τι φημί· αἱ μὲν γάρ εἰσι τῶν φωνῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεῖς, αἱ δὲ οὕτω πάλιν ἀνθρωποπρεπεῖς, αἱ δὲ ὅτι μάλιστα μέσην τινὰ τάξιν ἐπέχουσιν, ἐμφανίζουσαι τὸν υἱὸν Θεὸν ὄντα καὶ ἄνθρωπον ὁμοῦ τε καὶ ἐν ταυτῷ. ὅταν μὲν γὰρ τῷ Φιλίππῳ λέγῃ· τοσοῦτον χρόνον μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς * με Φίλιππε; οὐ πιστεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· θεοπρεπεστάτην εἶναι διαβεβαιούμεθα τὴν φωνήν. ὅταν δὲ τοῖς Ἰουδαίων ἐπιπλήττῃ δήμοις, ἐκεῖνο λέγων· εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν· νυνὶ δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησεν· ἀνθρωποπρεπῶς εἰρῆσθαι τοιαῦτα φαμέν· πλὴν τοῦ ἑνὸς υἱοῦ τὰς θεοπρεπεῖς, καὶ μέν τοι τὰς ἀνθρωπίνας. Θεὸς γὰρ ἂν γέγονεν ἄνθρωπος, οὐ τὸ εἶναι Θεὸς ἀφεὶς, ἐν προσλήψει δὲ μᾶλλον σαρκὸς καὶ αἵματος γεγονώς. ἐπειδὴ δὲ εἷς ἐστιν υἱὸς καὶ Θεὸς καὶ κύριος, ἓν αὐτοῦ καὶ πρόσωπον εἶναί φαμεν ἡμεῖς τε κἀκεῖνοι. μέσας δὲ εἶναι φωνὰς ἐκείνας διαβεβαιούμεθα, οἷον ὅταν ὁ μακάριος Παῦλος γράφῃ· Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

κενοδοξία

ἀποδεί-κνυσι

μὲ; Φίλιππε, οὐ

A conditiones? Cum itaque incarnationis modus studiose inquiritur, duo prorsus ineffabiliter & citra confusionem inter se unita, mens humana considerat, attamen unita neutiquam disjungit; sed unum ex utroque & Deum & Filium & dominum existere credit, & convenienter admittit.

At vero Nestorii prava sententia ab hac doctrina est plane diversa. Nam etsi Deum Verbum incarnatum, hominemque factum confiteri simulet; attamen incarnationis virtutem ignorans, duas naturas nominat, easque a se invicem divellit, Deum seorsum ponens, & itidem seorsum hominem B habitudine quadam Deo conjunctum, per solam honoris æqualitatem, seu auctoritatem. Hæc enim sunt verba illius: Inseparabilis est Deus a visibili. unde honorem ejus qui non separatur, non separo: separo naturas, sed conjungo adorationem.] At vero Antiocheni fratres ea ex quibus Christus constitutus intelligitur simplici solaque cogitatione complectentes, naturarum quidem differentiam dixerunt, (neque enim, ut supra dicebam, idem naturali qualitate sunt divinitas & humanitas) attamen unum Filium & Christum & dominum agnoscunt; & tamquam unus vere sit, unam quoque esse ejusdem personam dicunt. quæ vero inter se unita sunt, C ea nullo pacto distrahunt. Sed neque ullam naturalem divisionem recipiunt; ut infelicium inventionum auctori sentire placuit: solas autem voces, quæ de Christo dicuntur, secernendas contendunt: competere autem eas asserunt, non alias quidem Dei Patris Verbo tamquam filio seorsim per se posito; alias vero illi ex muliere genito, tamquam alteri rursus distincto filio: sed alias quidem divinitati illius, alias rursum humanitati. Vnus enim idemque simul Deus & homo existit. Addunt nihilominus, quasdam esse quodammodo communes, & velut ad utramque naturam spectantes, divinitatem inquam & humanitatem. Quod dico, ejusmodi est. D Voces quædam divinitati potissimum conveniunt; aliæ autem magis ad humanitatem pertinent: aliæ denique quasi mediæ Filium Deum & hominem simul & in eodem esse declarant. Etenim cum Philippo dicit: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovisti me Philippe? Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est? Qui videt me, videt & Patrem. Ego & Pater unum sumus.* vocem divinitati maxime convenientem esse affirmamus. Cum vero Iudæorum populum increpans ait: *Si filii Abrahæ essetis, opera* E *Abrahæ faceretis. Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum: hoc Abraham non fecit.* ejusmodi exponi dicimus, quæ homini proprie competunt. Verumtamen & illæ quæ divinitati conveniunt, & illæ rursum voces quæ ad humanitatem pertinent, uni tantum Filio adscribuntur. Cum enim Deus esset, homo factus est, divinitate non amissa, sed carne & sanguine assumptis. Quoniam vero unus est Filius & Deus & dominus, unam quoque tantum personam, tam nos quam ipsi agnoscamus. Medias autem voces illas esse asseveramus, ut cum beatus Paulus scribit: *Iesus Christus heri & hodie; idem & in sæcula:* &

Ioan. 14.

Ioan. 10.

Ioan. 8.

Hebr. 13.

PART. III. CAPUT XXXV.

A & rursum: *Si quidem sunt dii multi & domini multi in cælo & in terra; nobis tamen unus est Deus Pater, ex quo omnia, & nos ex ipso: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* (1. Cor. 8.) & alibi iterum: *Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum est adoptio filiorum, & legislatio, & testamentum, & gloria; quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.* (Rom. 9.) En Christum Iesum nominans, heri & hodie & in sæcula eumdem esse asserit: & per ipsum omnia facta esse ait: & illum, qui secundum carnem ex B Iudæis est, Deum super omnia appellat, & in sæcula esse benedictum affirmat.

In his igitur ejusmodi voces, quæ de domino prædicantur, ne dividas: simul enim in eodem complectuntur & quod Deo & quod homini convenit: sed adapta illas ut uni Filio, hoc est incarnato Dei Verbo. Aliud est ergo naturas ipsas dirimere, idque post adunationem, hominemque secundum solam honoris æqualitatem Deo conjunctum esse asserere; aliud rursum, vocum differentiam agnoscere. Quomodo igitur illorum dicta Nestorianis* vocum novitatibus congruunt? (* al. vanitatibus) Nam etiamsi dictionum structura, sententia- C rumque enuntiatio ejusmodi sit, ut a subtiliore illa diligentia nonnihil recedere quibusdam videatur, non est valde mirum. etenim non parum difficile est hæc apte explicare. Nam & divinus Paulus sermonem a Deo in oris sui apertione quærit. (Ephes. 6.) Quod enim unum dominum Iesum Christum in duos non dividant, cum si voces illas quæ Deo conveniunt, divinitati ejus, alias rursum quæ homini competunt, humanitati illius aptandas esse dicant, quis dubitat? Affirmant enim, ut ante dixi, ipsum illud Dei Patris Verbum, quod ante sæcula genitum est, postremis temporibus ex sancta virgine D secundum carnem natum esse. Addunt autem, propter inenarrabilem illam inconfusamque unionem etiam sanctam virginem deiparam esse se credere; nec non unum Filium & Christum & dominum aperte profitentur. Est autem omnino improbabile putare, eos, cum unum dicant, in duos nihilo minus illum unum dividere. Nec enim ita insaniunt, ut transgressores seipsos constituant, inconsulte ea reædificantes, quæ recte everterant. Si enim Nestorii opinionibus consentiunt, quomodo illas tamquam profanas & detestandas anathematizant? Arbitror autem E causas quoque assignandas esse, propter quas orientales ad eam dicendi subtilitatem devenerint. Quia enim Arianæ impietatis propugnatores, vim veritatis impie adulterantes, Dei Verbum hominem quidem factum fatentur; attamen inanime corpus sibi adjunxisse nugantur (faciunt hoc autem malitiose; ut dum voces humanæ naturæ convenientes illi tribuunt, iis quos in fraudem adduxerunt, infra Patris excellentiam constitutum, & non ejusdem cum Patre substantiæ esse ostendant ac persuadeant) eam ob causam veriti orientales, ne qua ratione Verbi Dei gloria & natura propter ea quæ ob susceptam cum carne dispensationem humano more de illo prædicantur,

ANNO CHRISTI 431.

A καὶ πάλιν· εἴπερ εἰσὶ θεοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ ἔν τε τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ἐξ αὐτοῦ· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. (' ἐπὶ τῆς γῆς, ' κύριος Θεὸς πατήρ.) καὶ πάλιν· ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται, ὧν ἐστιν ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ διαθήκη, καὶ ἡ δόξα· ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ Χριστὸν Ἰησοῦν ὀνομάσας, χθὲς καὶ σήμερον τὸν αὐ- B τὸν εἶναί φησι, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ δι' αὐτοῦ γενέσθαι τὰ πάντα· καὶ τὸν κατὰ σάρκα ἐξ Ἰουδαίων, ἐπὶ πάντων ὀνομάζει Θεόν· καὶ μὴν καὶ εὐλογητὸν εἶναί φησιν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Μὴ τοίνυν διέλῃς ἐν ' τούτοις τὰς ἐπὶ τῷ κυρίῳ φωνὰς (' τούτῳ), ἔχουσι γὰρ ἐν ταυτῷ τὸ θεοπρεπὲς καὶ τὸ ἀνθρώπινον. ἐφάρμοσον δὲ μᾶλλον αὐτὰς, ὡς ἑνὶ τῷ υἱῷ, τουτέστι τῷ Θεῷ λόγῳ σεσαρκωμένῳ. ἕτερον τοίνυν ἐστὶ τὸ διαιρεῖν τὰς φύσεις, καὶ τοῦτο μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ κατὰ μόνην ἰσοτιμίαν συνῆφθαι λέγειν ἄνθρωπον Θεῷ, καὶ ὁμοίως ἕτερον τὸ φωνῶν εἰδέναι διαφοράν. ποῦ C τοιγαροῦν ταῖς Νεστορίου * κενοφωνίαις τὰ ἐκείνων ' συντρέχει; (* κενοφωνίας. ' συμβαίνει.) εἰ γάρ καί τισι δοκεῖ τῶν λέξεων ἡ συνθήκη, καὶ τῶν * νοημάτων ἡ προφορὰ τῆς ἰσχνῆς ἄγαν ἀκριβείας ' ἀπολιμπάνεσθαι (* ῥημάτων ἡ διαφορὰ, ἡ προφορὰ. ' καταλιμπάνεσθαι), θαυμαστὸν, οὐδέν, δυσεκφώνητα γὰρ τὰ τοιάδε λίαν. ταύτῃ τοι καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐζήτει παρὰ Θεοῦ λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος αὐτοῦ. ὅτι γὰρ οὐ μερίζουσιν εἰς δύο τὸν ἕνα Ἰησοῦν Χριστὸν, χρῆναι λέγοντες ἐφαρμόζεσθαι τὰς φωνὰς, τῇ μὲν θεότητι αὐτοῦ τὰς θεοπρεπεῖς, τῇ δὲ ἀνθρωπότητι πάλιν αὐτοῦ τὰς ἀνθρωπίνας, πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργές; διαβεβαιοῦνται γὰρ, ὡς ἔφην, ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, γεννηθεὶς πρὸ D αἰώνων, καὶ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἐγεννήθη κατὰ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. προσεπάγουσι δὲ, ὅτι διὰ τὴν ἄφραστον καὶ ἀσύγχυτον ἕνωσιν καὶ θεοτόκον εἶναι πιστεύουσι τὴν ἁγίαν παρθένον· καὶ ἕνα υἱὸν, καὶ Χριστὸν, καὶ κύριον ὁμολογοῦσι σαφῶς. ἀπίθανον δὲ παντελῶς τὸ καὶ ἕνα λέγειν, καὶ διατέμνειν εἰς δύο τὸν ἕνα, νομίζειν αὐτούς. οὐ γὰρ * αὖ εἰς τοῦτο προῆλθον ἀποπληξίας (* εἰς), ὡς παραβάτας ἑαυτοὺς συνιστάνειν, ἃ κατέλυσαν ὀρθῶς, οἰκοδομοῦντες ἀβούλως. εἰ γὰρ ταῖς Νεστορίου συμφέρονται δόξαις, πῶς αὐτὰς ἀναθεματίζου- E σιν ὡς βεβήλους καὶ μυσαράς; Οἶμαι δεῖν καὶ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, δι' ἃς εἰς τοῦτο προῆλθον ' ἰσχνοφωνίας (' ἰσχνομυθίας). ἐπειδὴ γὰρ οἱ τῆς Ἀρείου δυσσεβείας ὑπασπισταὶ, τῆς ἀληθείας τὴν δύναμιν ἀνοσίως ἐκκαπηλεύοντες, τὸν ἐκ Θεοῦ φασι λόγον γενέσθαι μὲν ἄνθρωπον, πλὴν ἀψύχῳ προσχρήσασθαι σώματι· πράττουσι δὲ τοῦτο φιλοκακούργως, ἵνα τὰς ἀνθρωπίνας φωνὰς αὐτῷ προσνέμοντες, ὡς ἐν μειόσιν ὄντα τῆς τοῦ πατρὸς ὑπεροχῆς τοῖς παρ' αὐτῶν πλανωμένοις ἐπιδεικνύωσιν, ἑτεροφυᾶ τε αὐτὸν εἶναι λέγωσι, ταύτῃ τοι δεδιότες οἱ ἐκ τῆς ἀνατολῆς, μὴ ἄρα πως ἡ τοῦ Θεοῦ λόγου ' κατασμικρύνοιτο δόξα τε καὶ φύσις ἀπό γε τῶν ἀνθρωπίνως εἰρημένων διὰ τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίαν, (' κατασμικρύνηται)

διορίζουσι

ANNO CHRISTI 431.

διορίζουσι τὰς φωνὰς, οὐκ εἰς δύο τέμνοντες, ὡς ἔφην, τὸν ἕνα υἱὸν καὶ κύριον, ἀλλὰ τὰς μὲν τῇ θεότητι αὐτοῦ προσνέμοντες, τὰς δὲ τῇ ἀνθρωπότητι πάλιν τῇ αὐτοῦ, πλὴν τὰς ἁπάσας ἑνί. ἐπυθόμην δὲ, ὅτι γέγραφέ τισι τῶν ἐπιτηδείων ὁ εὐλαβέστατος καὶ θεοσεβέστατος Ἰωάννης ἐπίσκοπος, ὡσανεὶ ἐμοῦ σαφῶς διδάξαντος καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, ὁμολογεῖν μὲν τῶν φύσεων τὸ διάφορον, διαιρεῖν δὲ τὰς φωνὰς καταλλήλως ταῖς φύσεσι· καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ σκανδαλίζονταί τινες. ἦν οὖν ἀναγκαῖον καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς εἰπεῖν. οὐκ ἠγνόηκεν ἡ σὴ τελειότης, ὅτι τῆς Ἀπολιναρίου δόξης τὸν μῶμον τῶν ἐμῶν καταχέοντες ἐπιστολῶν, ᾠήθησαν, ὅτι καὶ ἄψυχον εἶναί φημι τὸ ἅγιον σῶμα Χριστοῦ· καὶ ὅτι κρᾶσις ἢ σύγχυσις, ἢ φυρμὸς, ἢ μεταβολὴ τοῦ Θεοῦ λόγου γέγονεν εἰς τὴν σάρκα, ἢ γοῦν τῆς σαρκὸς μεταφοίτησις εἰς φύσιν θεότητος, ὡς μηδὲν ἔτι σώζεσθαι καθαρῶς, μήτε μὴ εἶναι ὅ ἐστιν. ᾠήθησαν δὲ πρὸς τούτῳ καὶ ταῖς Ἀρείου με συμφέρεσθαι δυσφημίαις, διά τοι τὸ μὴ ἐθέλειν διαφορὰν εἰδέναι φωνῶν, καὶ τὰς μὲν εἶναι λέγειν θεοπρεπεῖς, τὰς δὲ ἀνθρωπίνας, καὶ πρεπούσας μᾶλλον τῇ οἰκονομίᾳ τῇ μετὰ σαρκός. ἐγὼ δὲ ὅτι τῶν τοιούτων ἀπήλλαγμαι, μαρτυρήσειεν ἂν ἑτέροις ἡ σὴ τελειότης. πλὴν ἔδει σκανδαλισθεῖσιν ἀπολογήσασθαι. ταύτῃ τοι γέγραφα πρὸς τὴν θεοσέβειαν αὐτοῦ, ὡς οὔτε πεφρόνηκά ποτε τὰ Ἀρείου καὶ Ἀπολιναρίου, οὔτε μὴν μεταπεποιῆσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον εἰς σάρκα φημὶ, ἀλλ' οὐδὲ εἰς φύσιν θεότητος * μεταφυῆναι τὴν σάρκα, διὰ τὸ ἄτρεπτον εἶναι καὶ ἀναλλοίωτον τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ἀνέφικτον δὲ καὶ τὸ ἕτερον. οὔτε μὴν ἀνήρηκά ποτε φωνῶν διαφοράς· ἀλλ' οἶδα τὸν κύριον θεοπρεπῶς τε καὶ ἀνθρωπίνως ἅμα διαλεγόμενον, ἐπείπερ ἐστὶν ἐν ταυτῷ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. οὐκοῦν αὐτὸ δὴ τοῦτο κατασημῆναι θέλων, γέγραφεν· ὅτι * ἐδίδαξεν ὁμολογεῖν τῶν φύσεων τὸ διάφορον, καὶ διαιρεῖν τὰς φωνὰς καταλλήλως ταῖς φύσεσιν. αἱ δὲ τοιαῦται διαλέξεις ἐμαὶ μὲν οὐκ εἰσιν, ἐξεφωνήθησαν δὲ παρ' αὐτοῦ.

Κἀκεῖνο δὲ οἶμαι τοῖς εἰρημένοις προσεπενεγκεῖν ἀναγκαῖον. ἀφίκετο γὰρ πρός με ὁ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος Παῦλος τῆς Ἐμισηνῶν. εἶτα λόγου κεκινημένου περὶ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως, διεπυνθάνετό μου καὶ μάλα ἐσπουδασμένως, εἰ συναινῶ τοῖς γραφεῖσι παρὰ τοῦ τῆς ἀοιδίμου μνήμης, καὶ τρισμακαρίου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου πρὸς Ἐπίκτητον ἐπίσκοπον τῆς Κορινθίων. ἐγὼ δὲ ἔφην· ὅτι εἰ σώζεταί παρ' ὑμῖν οὐ νενοθευμένον τὸ γράμμα· παραπεποίηται γὰρ τῶν ἐν αὐτῷ πολλὰ παρὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν. συναινέσαιμι ἂν πάντῃ τε καὶ πάντως. ὁ δὲ πρὸς τοῦτο ἔφασκεν, ἔχειν μὲν καὶ αὐτὸς τὴν ἐπιστολὴν, βούλεσθαι δὲ καὶ ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν ἀντιγράφων πληροφορηθῆναι, καὶ μαθεῖν, πότερόν ποτε τὰ αὐτῶν βιβλία παρεποιήθη, ἢ μή. καὶ δὴ καὶ λαβὼν ἀντίγραφα παλαιὰ, καὶ οἷς ἐπεφέρετο συμβαλὼν, ηὕρισκε ταῦτα νενοθευμένα· καὶ προέτρεψεν ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν βιβλίων ἴσα ποιῆσαι, πέμψαι τε τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ· ὃ δὴ καὶ γέγονε· καὶ τοῦτό ἐστιν,

detrimentum acciperet, voces discernunt: non quidem unum Filium ac dominum in duos scindentes, ut dixi; sed alias quidem illius divinitati, alias vero ejusdem humanitati, omnes tamen uni eidemque personæ assignantes. Audivi autem reverendissimum piissimumque Ioannem Antiochenum episcopum familiaribus quibusdam scripsisse, me diserte docere, claraque voce profiteri quidem naturarum differentiam, sed voces pro naturarum convenientia dividere, & ob eam causam nonnulli graviter offenduntur. Erat itaque necessarium, ut & de hac quoque re nonnulla exponerem. Novit integritas tua, eos qui Apollinarii dogmatis notam epistolis meis inusserunt, opinatos esse, me sanctum Christi corpus inanime esse dicere: & mixtionem, vel confusionem, vel concretionem, vel mutationem Dei Verbi in carnem fuisse factam; aut certe in divinitatis naturam transisse carnem, ita ut nihil jam permanserit purum & impermixtum, neque id ipsum sit quod est. Opinati sunt & Arii quoque blasphemiis me assentiri, propterea quod vocum differentiam nolim agnoscere, & alias divinitati, alias vero humanitati convenire (ut quæ dispensationi cum carne magis competant) nolim affirmare. Ego vero quod ab hujusmodi erroribus immunis sim, id tua integritas aliis facile testatum facere potest. Verumtamen opus erat ut illis quoque satisfieret, qui offensi fuerant. Scripsi itaque ad illius pietatem, me neque cum Ario, neque cum Apollinario sensisse unquam; neque Verbum Dei in carnem mutatum, aut e contra, carnem in divinam naturam transformatam dixisse aliquando, propterea quod Dei Verbum immutabile & inalterabile sit; alterum vero impossibile: neque vocum differentias usquam negavisse, ut qui scirem dominum, modo ut Deum, modo ut hominem disserere: quandoquidem simul & Deus & homo est. Hoc ipsum itaque significare volens, scripsit quod docuerit confiteri naturarum differentiam, vocesque pro naturarum inter se conditione distinguere. Hujusmodi autem sermones non mei sunt, sed ab ipso prolati.

Arbitror & illud quoque jam dictis addendum esse necessario. Venit ad me Paulus religiosissimus episcopus Emisenus: qui postquam de recta & inculpata fide aliquamdiu sermonem contulissemus, rogavit ex me, & quidem instanter, iisne assentirer, quæ celebris memoriæ beatissimus pater noster Athanasius ad Epictetum Corinthiorum episcopum quondam scripserat. Ego vero respondi, prorsus & per omnia iis me assentiri, modo tamen scriptum illud apud vos extet incorruptum. Multa enim ab inimicis veritatis in eo depravata esse. Tum ille, se quoque epistolam illam apud se habere aiebat: velle autem ex iis quæ apud nos erant exemplaribus cognoscere, ipsorum libri corruptine sint, an secus. Porro autem cum vetusta exemplaria accepisset, eaque cum illis quæ secum attulerat, contulisset, invenit illa esse adulterata; petiitque ex libris qui apud nos erant, exempla describere, ut ad Antiochenam ecclesiam transmitteret: quod & factum est. Et hoc est,

PART. III. CAPUT XXXV.

PART. III CAPUT XXXVI.

quod reverendissimus ac pientissimus episcopus Ioannes Careno de me scripsit; nempe quod quæ de incarnatione Christi sunt, exposuerit, patrumque una nobiscum contexuerit traditionem, quam propemodum, ut ita dicam, ex hominum animis expungi periculum erat. Quod si qui epistolam tamquam a Philippo reverendissimo Romanæ ecclesiæ presbytero scriptam attulerint perinde sonantem ac si sanctissimus episcopus Sixtus depositionem Nestorii moleste acceperit, eique opem tulerit; ne credat hoc sanctitas tua. Scripsit enim consona sanctæ synodo, omniaque illius gesta confirmavit, ac nobiscum sentit. Si qua vero etiam epistola a quibusdam circumferatur, tamquam a me de iis quæ Ephesi acta sunt, pœnitentiam agente, perscripta; & id quoque contemnatur. Nam per gratiam salvatoris nostri sane mente sumus, neq; rationis usu excidimus. Fraternitatem quæ tecum est, saluta. Quæ nobiscum agit, in domino te salutat.

ἃ γέγραφεν ὁ εὐλαβέστατος καὶ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Ἰωάννης τῷ * Καρ[illegible] περὶ ἐμοῦ· ὅτι ἐξέθετο τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως, συνυφάνας ἡμῖν καὶ τὴν πατρῴαν παράδοσιν, μικροῦ καὶ ἐξ ἀνθρώπων, ἵν' οὕτως εἴπω, γενέσθαι ' κινδυνεύουσαν, ἐὰν δὲ * περικομίζωσί τινες ἐπιστολὴν, ὡς γραφεῖσαν παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Φιλίππου, ὡσανεὶ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Ξύστου χαλεπήναντος ἐπὶ τῇ Νεστορίου καθαιρέσει, καὶ ' ἀρήξαντος αὐτῷ, μὴ πιστευέτω τοῦτο ἡ σὴ ὁσιότης. σύμφωνα γὰρ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ γέγραφε, καὶ πάντα ἐβεβαίωσε τὰ παρ' αὐτῆς πραχθέντα, καὶ ἔστιν ' ὁμόφρον ἡμῖν. εἰ δὲ δὴ καὶ ὡς παρ' ἐμοῦ γραφεῖσα περικομίζοιτο πρός τινων ἐπιστολὴ, ὡς μετανοοῦντος ἐφ' οἷς πεπράχαμεν κατὰ τὴν Ἐφεσίων πόλιν, γελάσθω καὶ τοῦτο· ἐσμὲν γὰρ διὰ τὴν τοῦ σωτῆρος χάριν ἐν καλῷ φρενὸς, καὶ τοῦ εἰκότος οὐκ ἐκπεφορήμεθα λογισμοῦ. πρόσειπε τὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα. σὲ ἡ σὺν ἡμῖν ἐν κυρίῳ προσαγορεύει.

ANNO CHRISTI 431.

* Μαρίῳ

' κινδυνεύσασαν.

* παρακομίζωσι

' ἀρήξαντος

' ὁμόφρονοῦ

EXEMPLUM EPISTOLÆ SCRIPTÆ *ab eodem Cyrillo ad Acacium episcopum de capro emissario.*

ΙΣΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΓΡΑΦΕΙΣΗΣ παρὰ τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἀκάκιον ἐπίσκοπον, περὶ τοῦ ἀποπομπαίου.

CAPUT XXXVI.

PERLECTIS literis, quas sanctitas tua paulo ante ad me dederat, majorem in modum exhilaratus sum: ac propemodum complexus eas exosculatus sum. Eo namque mentis cogitatione ferebar, ut quodammodo coram adesse viderer. siquidem sincerorum amicorum salutationes ejus sunt efficaciæ, ut ejusmodi affectum facile pariant. Hic erat animi mei habitus: persuasum autem habeo tuam quoque pietatem non secus affectam esse. Quia vero indicandum putasti, ut nonnulla de capro emissario edisseram, per quæ mysterium, quod in eo abditum latet, perspicuum evadat: illud præfari necesse est, cum prudentia tua satis polleat ingenio, & insignem admirandamque sacrarum literarum notitiam habeat, supervacaneum forsan esse, quemvis alium de hac quæstione verba facere. Attamen quia nihil prohibet ea dicere, quæ mihi quoque in mentem veniunt; scripsimus quidem (neque enim recusare licebat quod abs te esset injunctum;) verumtamen si ab exacta illa indagine nonnihil aberravero, veniam dabis. Nam quæ difficilia sunt ad contemplandum, difficulter explanantur, nec facile comprehenduntur. Bona nihilo minus spe tenemur fore ut per sanctitatis tuæ preces Christus hac etiam in re nos dirigat, qui profunda ex tenebris revelat, cæcosque * illuminat, & verbum dat, sicut scriptum est.

Job. 12. * sapientes facit; Psal. 67.

Scribitur itaque in Levitico de capro emissario hunc in modum: *Et sumet duos hircos, & statuet eos coram domino ad ostium tabernaculi testimonii: & imponet Aaron super duos hircos sortes, sortem unam domino, & sortem unam emissario. & adducet Aaron hircum, super quem supervenit sors super eum domino, & offeret pro peccato; & hircum, super quem superveniet super eum sors emissarii, statuet eum viventem coram domino, ad propitiandum super eum, ut emittat eum in emissionem: dimittet eum in desertum.*

Levit. 16.

ΤΟΙΣ παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος ἀρτίως ' ἀπεσταλμένοις ἐντυχὼν ἥσθην ἄγαν· ' μονονουχὶ καὶ περιφυεὶς ἠσπαζόμην. γνώμης γὰρ εἰς τοῦτο προῆλθον, ὡς τάχα που μηδὲ ἀπεῖναι δοκεῖν. αἱ γὰρ τῶν γνησίων προσρήσεις ἱκαναὶ τοιαύτην ἐμποιῆσαι διάθεσιν. τὰ ἐμὰ μὲν ἐν τούτοις· πέπεισμαι δὲ, ὅτι καὶ τὰ τῆς σῆς θεοσεβείας οὐχ ἑτεροτρόπως ἔχει. ἐπειδὴ δὲ μηνῦσαι κατηξίωσας, ὡς χρὴ παρ' ἐμοῦ γενέσθαι τινὰς λόγους περὶ τοῦ ἀποπομπαίου, δι' ὧν ἔσται καταφανὲς τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον, ἀναγκαίως ἐκεῖνο φημί· τῆς σῆς ἀγχινοίας ἀποχρώντως ἐχούσης τὸ εὐμαθὲς, καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων εὐφυᾶ καὶ οὐκ ἀθαύμαστον ἐπιστήμην· περιττὸν μὲν ἴσως τὸ λέγεσθαί τι παρ' ἑτέρου περὶ τῶν ζητουμένων. ἐπειδὴ δὲ τὸ λυποῦν οὐδὲν καὶ τὰ εἰς νοῦν * ἰόντα καὶ τὸν ἐμὸν εἰπεῖν, γεγράφαμεν· οὐ γὰρ ἦν ἀνήνασθαι τὸ ἐπιταχθέν. εἰ δὲ δὴ τῆς εἰς λῆξιν ἀκριβείας βραχύ πως ἀφαμαρτεῖν ἡμᾶς συμβαίνει, συγγνώμων ἔσο. τὰ γάρ τοι δυσπρόσιτα τῶν θεωρημάτων δυσχερῆ πρὸς διασάφησιν, καὶ οὐ ῥᾳδίαν ἑλεῖν τὴν κατάληψιν ἔχει. πλὴν ἐλπίδος ἐσμὲν οὐ μακρὰν, ὡς διὰ τῶν τῆς σῆς θεοσεβείας εὐχῶν καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς κατευθυνεῖ Χριστὸς, ὁ ἀποκαλύπτων βαθέα ἐκ σκότους, καὶ σοφῶν τυφλοὺς, καὶ ῥῆμα διδοὺς, ὡς λόγος.

' ἐπεσταλμένοις

' μόνον δὲ οὐχὶ καὶ περιφύς

* ἰσ. ἰόντα τὸν ἐμὸν

Γέγραπται τοίνυν ἐν τῷ Λευιτικῷ περὶ τοῦ ἀποπομπαίου· καὶ λήψεται τοὺς δύο χιμάρους, καὶ στήσει αὐτοὺς ἔναντι κυρίου παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου· καὶ ἐπιθήσει Ἀαρὼν ἐπὶ τοὺς δύο χιμάρους κλήρους, κλῆρον ἕνα τῷ κυρίῳ, καὶ κλῆρον ἕνα τῷ ἀποπομπαίῳ· καὶ προσάξει Ἀαρὼν τὸν χίμαρον, ἐφ' ὃν ἐπῆλθεν ὁ κλῆρος ἐπ' αὐτὸν τῷ κυρίῳ, καὶ προσοίσει περὶ ἁμαρτίας· καὶ τὸν χίμαρον, ἐφ' ὃν ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὸν ὁ κλῆρος τοῦ ἀποπομπαίου, στήσει αὐτὸν ζῶντα ἔναντι κυρίου τοῦ * ἐξιλάσκεσθαι ἐπ' αὐτοῦ· ὥστε ἀποστεῖλαι αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπομπήν. ἀφήσει αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον.

* ἐξιλάσασθαι

καὶ

ANNO CHRISTI 431.

καὶ μεθ' ἕτερα· καὶ σφάξει τὸν χίμαρον τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας, τὸν περὶ τοῦ λαοῦ, ἔναντι κυρίου· καὶ εἰσοίσει τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος· καὶ ποιήσει τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὃν τρόπον ἐποίησε τὸ αἷμα τοῦ μόσχου· καὶ ῥανεῖ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ἱλαστήριον κατὰ πρόσωπον τοῦ ἱλαστηρίου, καὶ ἐξιλάσεται τὸ ἅγιον ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων αὐτῶν ἐπὶ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν· καὶ οὕτω ποιήσει τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, τῇ ἐκτισμένῃ ἐν αὐτοῖς ἐν μέσῳ τῆς ἀκαθαρσίας αὐτῶν. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ σφαζομένου χιμάρου, (B) καὶ ἁγιάζοντος τῷ αἵματι τὴν ἁγίαν σκηνήν. περὶ δέ γε τοῦ ζῶντος καὶ ἀφιεμένου πάλιν ὧδέ φησι· καὶ προσάξει τὸν χίμαρον τὸν ζῶντα, καὶ ἐπιθήσει Ἀαρὼν τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χιμάρου τοῦ ζῶντος καὶ ἐξαγορεύσει ἐπ' αὐτοῦ πάσας τὰς ἀνομίας τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, καὶ πάσας τὰς ἀδικίας αὐτῶν, καὶ πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· καὶ ἐπιθήσει αὐτὰς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χιμάρου τοῦ ζῶντος, καὶ ἐξαποστελεῖ ἐν χειρὶ ἀνθρώπου ἑτοίμου εἰς τὴν ἔρημον· καὶ λήψεται ὁ χίμαρος ἐφ' ἑαυτῷ τὰς ἀδικίας αὐτῶν εἰς τὴν ἄβατον· καὶ ἐξαποστελεῖ τὸν χίμαρον εἰς τὴν ἔρημον. Πᾶσα (C) μὲν οὖν γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος· ὃ γὰρ ἂν φθέγξηται Θεὸς, τοῦτο δὴ πάντως ἐστὶ καὶ σωτήριον. καὶ τοῖς μὲν οὖσιν οἵοις τε συνιδεῖν τῆς ἀληθείας τὴν δύναμιν, τὸ ταύτης κάλλος ὑπαντᾷ, φωτὸς δίκην ἐναστράπτον τῷ νῷ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὴν γνῶσιν· τοῖς γε μὴν οὐκ ἔχουσιν εὖ βεβηκότα τὸν νοῦν, ἀλλ' οἷον ἔτι σκάζοντά τε καὶ νηπιάζοντα, τούτοις εἶεν ἂν καὶ τὰ ἐξαίρετα τῶν θεωρημάτων ὑπὸ μῶμον ἔσθ' ὅτε καὶ γραφήν. καὶ ταῦτά φημι, τοῖς παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας γραφεῖσιν οὐκ ἀβασανίστως ἐντυχών. ᾠήθησαν γὰρ ἴσως τῶν αὐτόθι τινὲς, τὸν μὲν ἕνα τῶν χιμάρων, ἤτοι τῶν τράγων, τῷ ἐπὶ πάντων ἐκνεμηθῆναι (D) Θεῷ πρὸς καθιέρωσιν καὶ θυσίαν· τόν γε μὴν ἕτερον ἀποπομπαίῳ τινὶ, καὶ πονηρῷ, καὶ ἀκαθάρτῳ δαίμονι πεμφθῆναι κατὰ τὴν ἔρημον· καὶ τοῦτο διὰ χειρὸς ἱερᾶς, καὶ ἐκ νομικοῦ θεσπίσματος. αὐτόθεν μὲν οὖν τὸ χρῆμά ἐστιν εὔηθές τε καὶ καταγέλαστον. φαίη δ' ἄν τις τοῖς οὕτω ταῦτα ἔχειν ὑπειληφόσι· καί τοι πῶς οὐκ ἔδει μᾶλλον ἐκεῖνο περινοεῖν; ὁ γάρ τοι τῶν ὅλων δημιουργὸς, ὁ καὶ παντὸς ἐπέκεινα καὶ νοῦ καὶ λόγου, καὶ μόνος ὢν φύσει Θεὸς καὶ κύριος, πῶς ἂν ἠνέσχετο κοινωνὸν ὥσπερ τινὰ τῆς αὐτοῦ [marg.: ἑαυτοῦ] βασιλείας καὶ δόξης τὸν ἀπο- (E) στάτην εἰσδέξασθαι σατανᾶν; καί τοι λέγοντος ἀκηκόαμεν ἐναργῶς δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω. εἰ δὲ αὐτῷ καὶ μόνῳ τὸ χρῆναι καθιεροῦν, ἃ ἂν βούλοιτό τις, ὁ διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως προστέταχε νόμος, εἶτα αὐτὸς ὁ λαλήσας τὸν νόμον κατεχρησμῴδησε δεῖν καὶ πνεύμασι πονηροῖς τὴν αὐτῷ καὶ μόνῳ πρεπωδεστάτην ἀπονέμεσθαι δόξαν, πῶς οὐχὶ τοῖς ἰδίοις ἀντιτάξεται λόγοις; ὃ γὰρ ἀπέφησε δρᾶν, τοῦτο γενέσθαι προστέταχεν. ἀλλ' ἔστι τῶν ἄγαν ἐκτοπωτάτων τὸ οἴεσθαι μὲν ἀλογεῖν τῆς ὀφειλομένης αὐτῷ τιμῆς τε καὶ δόξης τὸν τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντα Θεὸν, ἀνάψαι δὲ καὶ ἑτέροις ἐθέλειν αὐτήν, καί τοι σαφῶς λέγοντα διὰ Μωϋσέως· κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις; καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις· καί· οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ

PART. III. CAPUT XXXVI.

A Et post alia: *Et jugulabit hircum qui pro peccato, eum qui pro populo, ante dominum, & inferet de sanguine ejus intra velum, & faciet sanguinem ejus quemadmodum fecit sanguinem vituli, & asperget sanguinem ejus super propitiatorium contra faciem propitiatorii, & expiabit sanctuarium ab immunditiis filiorum Israel, & ab injustitiis eorum pro omnibus peccatis. Et sic faciet tabernaculo testimonii, quod extructum est intra eos in medio immunditiæ eorum.*] Et hæc quidem de mactato capro sanguineque suo sanctum tabernaculum sanctificante. De vivente vero ac emissario rursum sic ait: *Et adducet caprum viventem; & imponet Aaron manus suas super caput hirci viventis, & confitebitur super ipso omnes iniquitates filiorum Israel, & omnes injustitias eorum, & omnia peccata eorum, & imponet ea super caput hirci viventis, & emittet illum in manu hominis parati in desertum. Et tollet hircus super seipsum iniquitates eorum in terram inviam: & emittet hircum in desertum.*] Omnis igitur scriptura divinitus inspirata utilis est. Nam quodcumque Deus locutus fuerit, hoc totum non potest non utile ac salutare esse. Equidem his qui veritatis vim contemplari possunt, venustas ejus velut coruscum quoddam lumen sese offert, mentemque ad cognitionem mysterii Christi illustrat. Quorum vero mens non firmiter incedit, sed quodammodo claudicat adhuc, & puerili est sensu, talibus etiam præcipuæ scripturarum speculationes reprehensibiles nonnunquam & culpandæ videntur. Atque hæc dico, iis quæ pietas tua scripserat, non sine attentione lectis. Nam aliqui ex illis qui istic degunt, fortasse putarunt, alterum quidem caprum vel hircum Deo, qui est super omnia, ad sacrificium hostiamque deputari; alterum vero execrando cuipiam & malo immundoque dæmoni in desertum fuisse amandatum; atque hoc ipsum per sacram manum, legisque decretum. Id autem ex se omnino stultum est & ridiculum: meritoque dixerit aliquis iis qui hujusmodi opinione tenentur: Cur non illud potius cogitatis? Nam quomodo universorum opifex, qui omnem mentem ac sermonem excedit, solusque est secundum naturam Deus & dominus, satanam apostatam, regni sui ac gloriæ veluti socium consortemque admisisset? cum per quemdam sanctorum prophetarum illum clare pronuntiare audiamus: *Gloriam meam alteri non dabo.* Quod si lex per sapientissimum Moysen præcipit, ut quæcumque offerre quis voluerit, ea soli Deo offerat: postea idem ipse qui legem hanc tulit, manifesto oraculo sanxerit, ut gloria quæ ipsi soli maxime convenit, immundis spiritibus deferatur; qui fieri potest, ut non suis ipse verbis contrarius manifeste deprehendatur, cum hoc ipsum quod inhibuerat, fieri jubeat? Verum longe absurdissimum fuerit, si existimes, Deum, qui universorum dominium obtinet, debiti sibi honoris & gloriæ nullam curam ducere, & aliis quoque eam velle impertiri; cum per Moysen manifeste denuntiet: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* rursumque: *Non erunt tibi dii*

Ibidem. | Ibid. | 2 Tim. 3. | Isa. 42. | Deut. 6. & 10. & Matth. 4. Exod. 20.

alii

PART. III. CAPUT XXXVI.

ANNO CHRISTI 431.

alii præter me. Quapropter divinus quoque Moyses * supernæ divinæque sententiæ sese conformans, his qui ex Israelitico sanguine sunt, sic dicit: *Et hæc sunt præcepta & judicia quæ custodire debetis ut faciatis ea in terra, quam dominus Deus patrum nostrorum sorte daturus est vobis in possessionem cunctis diebus, quibus vivetis super terram. Perditione perditis omnia loca, quæ sorte possidebitis, in quibus coluerunt gentes deos suos, super montes excelsos, & colles, & subter omne lignum frondosum: & destruetis aras eorum, & confringetis statuas eorum, & lucos eorum excidetis, & sculptilia deorum ipsorum igni comburetis, & disperdetis nomina eorum de loco illo.* Iam quomodo probabile sit, ut qui suos ex gentilitatis errore ad veritatis lumen per Moysen traduci, atque ut idola una cum illorum templis comburerentur, nec non aræ quoque eorum subverterentur, lucique exscinderentur, ne ullæ abominationum istarum reliquiæ superessent præceperat; is gloriam suam illis, ut modo aiebam, voluerit impartiri, in eamque sententiam venerit, ut ipsa quoque animantia sibi in sacrificium destinata, illis sacrificare juberet, & alterum hircum in desertum emittere? Enimvero Israelem, quod vitulum in deserto erexisset, gravissime accusavit, admirandoque Moysi dicebat: *Vade, descende cito: peccavit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti; feceruntque sibi idolum.* Quin & illis quoque qui Beelphegor initiati fuerant, quando cum Moabitarum mulieribus miscebantur, formæ illarum venustate ad defectionem irretiti, non mediocrem intulit punitionem. nam ea de causa non pauci ex illis interierunt. Esset porro divina illa inculpataque voluntas haud mediocriter culpabilis, si posteaquam illos e medio sustulerat, qui deos alienos adoraverant, Deus ipse rursum, qui suis desertoribus succensuerat, pravam illam adversariamque potestatem donis sacrificiisque honorari jussisset: quam quidem adversariam potestatem nonnulli fortasse divinarum scripturarum vim interno occultoque mentis oculo minime penetrantes, * emissarium nominatam esse dicent. Nos vero divinis oraculis animum neque negligentem, neque segnem adhibentes, sed diligentem, & quoad ejus fieri potuit vigilantem, admirandam veritatis pulcritudinem assequi enitemur.

Dicimus igitur, universorum Deum, cum ad evertendum gentilium errores, qui multos deos colebant, eorumque illuminationem qui in tenebris sedebant, priscis illis legem suam per Mosen tulisset, nunquam passurum fuisse, ut ipsemet via & ostium, imo vero etiam doctor ac magister ad hoc ut impuri dæmones honorarentur, existeret. Proinde si accuratius ea quæ in divinis literis abdita sunt, exquisierimus, latentem veritatem reperiemus. Ceterum inspectis legalibus umbris, id dicamus par est, quod per quemdam prophetarum recte dictum est: *Quis sapiens, & intelliget hæc? quis intelligens, & cognoscet ista? Umbram enim habet lex futurorum bonorum, & non ipsam imaginem rerum,* ut scriptum est: attamen umbræ veritatem pariunt, etsi ipsæ omnino veritas ipsa non sint.

* supernis divinisque decretis favens,

Deut. 12.

B

Exod. 32.

C

Num. 25.

D

*id est, depulsorem malorum

E

Ose. 14.

Heb. 10.

A ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεσπέσιος Μωϋσῆς ταῖς ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ ψήφοις εὖ μάλα 'συμπεράττεται· καὶ δὴ καί φησι τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· καὶ ταῦτα τὰ προστάγματα, καὶ ταῦτα τὰ κρίματα, ἃ φυλάξεσθε ποιεῖν ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς κύριος ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν δίδωσιν ὑμῖν ἐν κλήρῳ πάσας τὰς ἡμέρας, ἃς ὑμεῖς ζῆτε ἐπὶ τῆς γῆς. ἀπωλείᾳ ἀπολεῖτε πάντας τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἐλάτρευσαν ἐκεῖ τὰ ἔθνη τοῖς θεοῖς αὐτῶν, οὓς ὑμεῖς κληρονομεῖτε αὐτούς, ἐπὶ τῶν ὀρέων τῶν ὑψηλῶν, καὶ ἐπὶ τῶν θινῶν, καὶ ὑποκάτω δένδρου δασέος· κατασκάψετε τοὺς βωμοὺς αὐτῶν, καὶ συντρίψετε τὰς στήλας αὐτῶν, καὶ ἄλση αὐτῶν ἐκκόψετε, καὶ τὰ γλυπτὰ τῶν θεῶν αὐτῶν κατακαύσετε πυρί, καὶ ἀπολεῖτε τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐκ τοῦ τόπου ἐκείνου. εἶτα πῶς ἦν εἰκός, τὸν ἐξ ἀπάτης Ἑλληνικῆς πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας μεθορμίζεσθαι φῶς διὰ Μωϋσέως προστάττοντα, καὶ εἰδώλοις ὁμοῦ τὰ τεμένη καταπιμπρᾶν, καὶ ἀναβοθρεύειν βωμούς, ἄλση τε ἐκκόπτειν, ὡς μηδὲν τῆς ἐκείνων βδελυρίας ἀπομεῖναι λείψανον, μερίζεσθαι πρὸς αὐτὰ τὴν δόξαν, καθάπερ ἤδη προεῖπον· καὶ εἰς τοῦτο γνώμης ἐλθεῖν, ὥστε καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐκνεμηθέντας αὐτῷ πρὸς ἱερουργίαν, θύειν αὐτοῖς ἐπιτάξαι, ἀφιέντας εἰς τὴν ἔρημον τὸν ἕτερον τῶν χιμάρων; καί τοι μοσχοποιήσαντος μὲν ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ Ἰσραὴλ κατῃτιᾶτο σφόδρα, τῷ θεσπεσίῳ λέγων Μωσῇ· βάδιζε, κατάβηθι τὸ τάχος ἐντεῦθεν· ἠνόμησε γὰρ ὁ λαός σου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ἐποίησαν ἑαυτοῖς εἴδωλον. καὶ μὴν καὶ τοῖς τελεσθεῖσιν τῷ Βεελφεγὼρ, * ὅτι ταῖς Μωαβιτῶν συνεπλέκοντο γυναιξὶ, ταῖς τῶν σωμάτων ὥραις 'σεσαγηνευμένοι πρὸς ἀπόστασιν, πικρὰν ἐπαρτήσας ὁρᾶται δίκην. ἀπολώλασι γὰρ οὐκ ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας. γένοιτο δ' ἂν οὐ μικρὰ κατὰ τῆς θείας τε καὶ ἀκαταψέκτου βουλῆς κατάρρησις, εἰ πεπτώκασι μὲν καὶ ἀπώλοντο τινὲς θεοῖς ἑτέροις προσκυνήσαντες, αὐτός γε μὴν ὁ τοῖς ἀποστάταις ἐπιμηνίσας Θεὸς γερῶν ἀξιοῦσθαι καὶ θυσιῶν προστέταχε πονηρὰν καὶ ἀντικειμένην δύναμιν· ἣν ἀποπομπαῖον ὠνομάσθαι, φαῖεν ἂν ἴσως τινὲς, τὴν τῶν ἱερῶν γραμμάτων δύναμιν τοῖς εἰς νοῦν ἔσω κεκρυμμένοις οὐχ ὁρῶντες ὄμμασιν. ἡμεῖς δὲ τοῖς θείοις θεσπίσμασιν ἐπαφιέντες τὸν νοῦν, οὐκ ἀτημελῆ καὶ ῥάθυμον, ἀκριβῆ δὲ μᾶλλον καὶ καθ' ὅσον οἷόν τε φιλεγρήγορον, τῆς ἀληθείας τὸ ἀξιάγαστον κάλλος φιλοθηρεῖν εὖ μάλα σπουδάσομεν.

Καὶ δὴ καί φαμεν, ὡς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς πολυθέου πλάνης, καὶ ἐπὶ φωτισμῷ τῶν ἐν σκότῳ, καταχρησμῳδήσας τὸν νόμον τοῖς πάλαι διὰ Μωσέως, ἠνέσχετο ἂν οὐδαμῶς, ὁδὸς γενέσθαι καὶ θύρα, μᾶλλον δὲ καὶ διδάσκαλος τοῦ χρῆναι τιμᾶν τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας. πολυπραγμονοῦντες δὲ τὰ ἐν ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς 'κεκρυμμένην εὑρήσομεν τὴν ἀλήθειαν. πρέποι δ' ἂν ταῖς τοῦ νόμου σκιαῖς ἐνορῶντας εἰπεῖν τὸ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ὀρθῶς εἰρημένον· τίς σοφὸς, καὶ συνήσει ταῦτα; καὶ συνετὸς, καὶ ἐπιγνώσεται αὐτά; σκιὰν γὰρ ὁ νόμος ἔχει τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, ὡς γέγραπται· πλὴν ὠδίνουσιν αἱ σκιαὶ τὴν ἀλήθειαν, εἰ καὶ

'συμπλάττεται,

*ἴτε ἄτε 'σεσαλευμένοι

'κεκρυμμένα,

ANNO CHRISTI 431.

εἰ καὶ αὐτὸ οὐ πάντως εἰσὶ τὸ ἀληθές. διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεσπέσιος Μωϋσῆς κάλυμμα ἐτίθη ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, * προσελάλει τε οὕτω τοῖς υἱοῖς Ισραὴλ, μονονουχὶ δι᾽ αὐτοῦ κεκραγὼς τοῦ πράγματος· ὅτι τῶν δι᾽ αὐτοῦ θεσπισμάτων τὸ κάλλος κατίδοι τις ἂν οὐκ ἔν γε τοῖς ἔξω φανεῖσι τύποις, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ἔσω κεκρυμμένοις θεωρήμασι. φέρε δὴ οὖν περιελόντες τοῦ νόμου τὸ κατασκίασμα, καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιβλημάτων τὸ Μωϋσέως πρόσωπον ἀπαλλάττοντες, γυμνὴν ἴδωμεν τὴν ἀλήθειαν. δύο μὲν γὰρ χιμάρους προσκομισθῆναι προστέταχε, καὶ δύο γράφεσθαι κλήρους ἐπ᾽ αὐτοῖς· ὡς τὸν μὲν ἕνα τῶν χιμάρων ὀνομασθῆναι κύριον, τόν γε μὴν ἕτερον ἀποπομπαῖον. οὐκοῦν ὀνόματα τοῖς χιμάροις, κύριός τε, καὶ ἀποπομπαῖος. σημαίνεται δὲ δι᾽ ἀμφοῖν ὁ εἷς καὶ μόνος υἱὸς καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστός. καὶ τίνα τρόπον; ἐροῦμεν ὡς ἔνι, τῇ τῶν θεωρημάτων ἀκριβείᾳ προσβάλλοντες. αἲξ τοίνυν, ἢ τράγος, ἤγουν ἔριφος, ἦν ὑπὲρ ἁμαρτίας τὸ θῦμα κατά γε τὸν νόμον δηλονοῦν. προβάτῳ μὲν γὰρ ἀφομοιοῖ τὸν δίκαιον πλειστάχου ἡ θεόπνευστος γραφή, αἰγὶ δὲ τὸν φιλαμαρτήμονα. καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; πλήρης μὲν γὰρ ὁ δίκαιος αὐχημάτων τῶν εἰς ἀρετήν· ἔγκαρπος δὲ διὰ τοῦτο νοοῖτ᾽ ἂν εἰκότως· ἐριοφορεῖ δὲ τὸ πρόβατον· ταύτῃ τοι καὶ μάλ᾽ εἰκότως προβάτῳ παρεικάζεται. γυμνὴν δὲ καὶ ἄκαρπον, καὶ ἀγαθοεργίας ἁπάσης ἐρήμην τὴν τοῦ πλημμελοῦντος ψυχὴν κατίδοι τις ἄν. αἲξ οὖν ἄρα τύπος αὐτῆς· ἀπρακτον δὲ τὸ ζῶον καὶ τῆς τοῦ προβάτου τιμῆς κατόπιν ἔρχεται. διὰ τοῦτο καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὅταν καθίσῃ, φησὶν, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ στήσῃ τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. καὶ τοῖς μὲν ἐκ δεξιῶν, ἅτε δὴ τοὺς τῆς δικαιοσύνης ἔχουσι καρποὺς, τὴν ἡτοιμασμένην αὐτοῖς ἀποκαθίστησι βασιλείαν, τοῖς δὲ ἐξ εὐωνύμων πῦρ καὶ κόλασιν, καὶ τὰς τῷ διαβόλῳ πρεπούσας ἐποίσει ποινάς. ἐσφάζετο τοίνυν ὑπὲρ ἁμαρτίας ἔριφος· καὶ τοῦτο μαθήσῃ, τοῦ νόμου λέγοντος ἐναργῶς· ἐὰν δὲ ὁ ἄρχων ἁμάρτῃ, καὶ ποιήσῃ μίαν ἀπὸ πασῶν τῶν ἐντολῶν κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, ἣ οὐ ποιηθήσεται ἀκουσίως, καὶ ἁμάρτῃ, καὶ πλημμελήσῃ, καὶ γνωσθῇ αὐτῷ ἡ ἁμαρτία, ἣν ἥμαρτεν ἐν αὐτῇ, καὶ προσοίσει τὸ δῶρον αὐτοῦ χίμαρον ἐξ αἰγῶν, ἄρρεν, ἄμωμον. ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς * περὶ τῶν ἱερᾶσθαι λαχόντων κατὰ τὸν νόμον· ἁμαρτίας λαοῦ μου φάγονται· τουτέστι τὰ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν θύματα· μερὶς γὰρ καὶ κλῆρος τοῖς ἱερεῦσι κάρπωμα κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον. γέγονε τοίνυν σφάγιον ὁ Χριστὸς ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς· ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας ἁμαρτίαν αὐτὸν ὠνομάσθαι φαμέν. γράφει γοῦν ὁ πάνσοφος Παῦλος. ὅτι τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ δηλονότι. οὐ γάρ τοί φαμεν ἁμαρτωλὸν γενέσθαι Χριστόν· μὴ γένοιτο· ἀλλ᾽ ὄντα δίκαιον, μᾶλλον δὲ αὐτόχρημα δικαιοσύνην, οὐ γὰρ οἶδε πλημμελεῖν, σφάγιον ἐποίησεν ὁ πατὴρ ὑπὲρ τῶν τοῦ κόσμου πλημμελημάτων· καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, ψῆφον ὑπομείνας τὴν τοῖς ἀνόμοις πρεπωδεστάτην.

A Quare divinus ille Moyses velamento super faciem suam posito filios Israel alloquebatur, tantum non ipso hoc facto clamans; Decretorum legalium venustatem non in exterioribus figuris, sed in interioribus occultisque speculationibus cerni posse. Agedum igitur velamine legis ablato, depositoque operimento quod Moysi faciem exterius adumbrat, ipsam nudam veritatem contemplemur. Duos hircos offerri, & duas sortes illis inscribi præcepit: voluit autem ut alter ex illis nominaretur dominus, alter vero emissarius. Nomina itaque capris imposita, dominus, & emissarius. Designatur autem per utrosque unus & solus Filius & dominus Iesus Christus. B Quo autem modo id ita sit, speculationis subtilitati, quantum fieri poterit, animum adjicientes, indicabimus. Caper itaque, vel hircus, vel hœdus, erat pro peccato sacrificium, si legis statutum spectes: siquidem sacra scriptura justum ovi, capro vero peccatorem passim comparat. Cur ita? Quia cum justus virtutum gloria abundet, merito frugifer censetur: oves autem laningeræ sunt. recte proinde illis comparantur justi. At vero scelerati animam nudam, sterilem, omnique bonorum operum ornamento destitutam videas. Figura itaque ejus est caper. Est enim animal infructuosum ac sterile, ovisque precio inferius. Et hanc ob causam dominus quoque noster Iesus Christus dicebat: C *Quando sedebit filius hominis super sedem majestatis suæ, statuet oves quidem a dexteris, hœdos autem a sinistris.* Et his quidem, qui a dexteris illius erunt, tamquam qui justitiæ fructus possideant, assignaturus est paratum regnum: iis vero qui a sinistris erunt, ignem & supplicium, pœnamque diabolo dignam inferet. Immolabatur itaque hœdus pro peccatis: quod aperte cognosces ex ipsa lege dicente: *Si peccaverit princeps, & fecerit involuntarie unum ex omnibus mandatis domini Dei sui quod fieri prohibetur, & peccaverit & deliquerit, & postea intellexerit peccatum* D *suum; offeret hostiam coram domino hircum ex capris masculum immaculatum.* Dixit & ipse quoque universorum Deus alicubi de his qui legale sacerdotium fuerant sortiti: *Peccata populi mei comedent;* hoc est, sacrificia pro peccatis oblata. Pars enim & sors sacerdotum, ut ait lex, id erat quod domino offerebatur. Christus itaque secundum scripturas factus est hostia pro peccatis nostris: & hac etiam de causa peccatum ipse nominatur. Quare scribit sapientissimus Paulus: *Eum, qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit*: nimirum Deus & Pater. Neque enim dicimus Christum fuisse E peccatorem: absit hoc: sed hunc justum, imo illam ipsam justitiam (peccare enim non novit) victimam fecit Pater pro mundi peccatis. *Et cum iniquis reputatus est*, cum sententiam sustinuit iniquis convenientissimam.

PART. III. CAPVT XXXVI.

2. Cor. 3. — Levit. 16. — Matth. 25. — Levit. 4. — Osee. 4. — Deut. 18. — 2. Cor. 5. — Isai. 53.

PART. III. CAPUT XXXVI.

Cui quidem rei fidem facit Iſaias divinus propheta: *Omnes*, inquit ille, *quaſi oves erravimus, unuſquiſque in via ſua erravit: & dominus tradidit eum iniquitatibus noſtris; & ipſe pro nobis dolet, & livore ejus ſanati ſumus.* (Ibid.) Scribit & ſapientiſſimus Petrus, dicens *Quod peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum:* (1. Petr. 2.) Iis ergo qui in terris erant, ſors illa impendebat, ut mori neceſſe eſſet; idque tum propter tranſgreſſionem in Adam, (Rom. 5.) tum propter peccatum, quod ab eo ad nos uſque tyrannidem ſuam extendebat. Verum Dei Patris Verbum, largum ad benignitatem atque clementiam, factum eſt caro, hoc eſt, homo nobis peccato obnoxiis conformis; & ſortem noſtram ſubiit. Nam ut optimus Paulus ſcribit: *Gratia Dei pro omnibus guſtavit mortem.* (Hebr. 2.) ſuamque animam pro omnium vita redemptionem dedit. Sed & unus quoque pro omnibus mortuus eſt, ut omnes (Rom. 5.) Deo vivamus, ſanctificati & vivificati per ſanguinem ejus; *juſtificati etiam gratis per gratiam ipſius.* (Rom. 3.) Nam & beatus euangeliſta Ioannes ſcribit: *Ieſu Chriſti ſanguis ab omnibus peccatis nos emundat.* (1. Ioan. 1.) Nomen itaque capro immolato erat, dominus; ſorteque mactabatur, & ſancta erat ſacraque victima in typum Chriſti, qui non pro ſeipſo, ſed, ut dixi, pro nobis mortuus eſt, ſanguineque ſuo eccleſiam ſanctificavit. *Mactabit*, inquit, *hircum pro peccato, eum qui pro populo, ante dominum: & inferet de ſanguine ejus intra velum, & aſperget ſanguinem ejus ſuper propitiatorium, contra faciem propitiatorii, & expiabit ſanctuarium ab immunditiis filiorum Iſrael, & ab injuſtitiis eorum. Et ſic faciet tabernaculo teſtimonii, quod extructum eſt inter eos, in medio immunditiæ eorum.* (Levit. 16.)] Ingreſſus eſt enim Chriſtus in ſancta ſanctorum non per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem, æterna redemptione inventa, (Hebr. 9.) & ſanctificans, ut dixi, verius illud tabernaculum, hoc eſt eccleſiam, & omnes quotquot ſunt in ipſa. Scribit igitur beatus Paulus alicubi: *Propter quod & Ieſus, ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.* (Hebr. 13.) Et alibi rurſum: *Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filii cariſſimi: & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam in odorem ſuavitatis.* (Epheſ. 5.) Conſiderandum eſt igitur in capro immolato Emmanuelem ſubiiſſe mortem ſecundum carnem, ſed hoc ad mortis peccatique deſtructionem. Erat enim inter mortuos liber, (Pſal. 87.) hoc eſt neque a peccato victus, neque mortis ſententiæ, ſicut nos, obnoxius. In altero quoque, hoc eſt, in vivo ac dimiſſo hirco eumdem ſpectemus, dum in eo quod ſecundum humanam naturam patitur, non patitur ſecundum divinam; & dum carne moritur, mortis victor evadit: neque ſecundum Iudæorum amentiam: nobiſcum in monumento remanſit, neque una cum aliis intra inferni portas detentus fuit. Nam, ut diſcipulus illius aſſerit,

ANNO CHRISTI 431.

καὶ πιστώσεται λέγων ὁ θεσπέσιος προφήτης Ἡσαΐας· ὅτι πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἕκαστος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἀνομίαις ἡμῶν· καὶ αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. γράφει δὲ καὶ ὁ πάνσοφος Πέτρος. ὅτι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνενήνοχεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον. οὐκοῦν ἐπεκρέματο μὲν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ὁ κλῆρος, τὸ χρῆναι παθεῖν τὸν θάνατον, (τοῦ) διά τε τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, καὶ τὴν ἐξ ἐκείνου μέχρις ἡμῶν τυραννήσασαν ἁμαρτίαν· ἀλλ' ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ὁ πολὺς εἰς ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν, γέγονε σάρξ, τουτέστιν ἄνθρωπος, σύμμορφός τε ἡμῖν τοῖς ὑφ' ἁμαρτίαν, καὶ τὸν ἡμῶν ὑπέστη κλῆρον. ὡς γὰρ ὁ πανάριστος γράφει Παῦλος· χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου, καὶ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐποιήσατο· εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ πάντες Θεῷ ζήσωμεν, (ζήσωσιν) ἁγιαζόμενοί τε καὶ ζωοποιούμενοι διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, δικαιούμενοί τε δωρεὰν τῇ παρ' αὐτοῦ χάριτι. ὡς γάρ φησιν ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, τὸ αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. ὄνομα δὴ οὖν τῷ σφαζομένῳ χιμάρῳ κύριος. καὶ κληρωτὴν ἐδέχετο τὴν σφαγήν· ἅγιόν τε θῦμα καὶ ἱερὸν ἦν εἰς τύπον Χριστοῦ, οὐ δι' ἑαυτὸν ἀποθνήσκοντος, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς ἔφην, καὶ ἁγιάζοντος τὴν ἐκκλησίαν τῷ ἰδίῳ αἵματι. σφάξει γὰρ τὸν χίμαρον, φησὶν, τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας, τὸν περὶ τοῦ λαοῦ, ἔναντι κυρίου· καὶ εἰσοίσει τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, καὶ ῥανεῖ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ἱλαστήριον, κατὰ πρόσωπον τοῦ ἱλαστηρίου, καὶ ἐξιλάσεται τὸ ἅγιον ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων αὐτῶν περὶ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν· καὶ οὕτω ποιήσει τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, τῇ ἐκτισμένῃ ἐν αὐτοῖς, ἐν μέσῳ τῆς ἀκαθαρσίας αὐτῶν. εἰσῆλθε γὰρ ὁ Χριστὸς εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, οὐ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος, καὶ ἁγιάζων, ὡς ἔφην, τὴν ἀληθεστέραν σκηνὴν, τουτέστι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἅπαντας δὲ τοὺς ἐν αὐτῇ. γράφει οὖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ποτὲ μέν. ὅτι διὸ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ τῷ ἰδίῳ αἵματι τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε. ποτὲ δὲ πάλιν. γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητὰ, καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. ἀθρητέον δὴ οὖν ἐν τῷ σφαγέντι χιμάρῳ γινόμενον μὲν ἐν θανάτῳ σαρκὸς τὸν Ἐμμανουὴλ, πλὴν ἐπὶ λύσει θανάτου καὶ ἁμαρτίας. ἦν γὰρ ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. τουτέστιν, ἀνάλωτος ἁμαρτίαις, καὶ οὐκ ἔνοχος μεθ' ἡμῶν τῇ τοῦ θανάτου δίκῃ. ἴδωμεν αὐτὸν ἐν τῷ ἑτέρῳ χιμάρῳ τῷ ζῶντι καὶ ἀφιεμένῳ, καὶ ἐν τῷ παθεῖν ἀνθρωπίνως, μὴ πάσχοντα θεϊκῶς· καὶ ἐν τῷ τεθνάναι σαρκὶ, θανάτου κρείττονα· καὶ οὐ κατὰ τὴν Ἰουδαίων ἀπόνοιαν ἀπομείναντα μεθ' ἡμῶν ἐν μνήματι, καὶ κάτοχον γεγονότα ταῖς ᾅδου πύλαις τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ. ὡς γὰρ ὁ αὐτοῦ φησι μαθητής· (ἀπόνοιαν)

οὔτε

ANNO CHRISTI 431.

οὔτε ἐγκατελείφθη εἰς ᾅδην ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, οὔτε ἡ σάρξ αὐτοῦ οἶδε διαφθοράν· ἀνεβίω γὰρ σκυλεύσας τὸν ᾅδην, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς εἰπών. ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει· ἀνακαλύφθητε· καὶ πρὸς τὸν ἄνω καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα, καὶ εἰς τὸν ἀνθρώποις ἄβατον ἀνεπήδησε χῶρον, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀναλαβών, καὶ ἱλασμὸς ὑπάρχων περὶ αὐτῶν. γράφει γοῦν ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι· τεκνία, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμαρτάνητε· καὶ ἐάν τις δὲ ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον· καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ὅλου κόσμου. οἶμαι δὲ δεῖν, καὶ αὐτὴν ποιήσασθαι τὴν παράθεσιν τῶν νομικῶν γραμμάτων εἰς ἀνάμνησιν τοῖς ἀκροωμένοις. ἔχει δὲ οὕτω· καὶ προσάξει τὸν χίμαρον τὸν ζῶντα, καὶ ἐπιθήσει Ἀαρὼν τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χιμάρου τοῦ ζῶντος. καὶ ἐξαγορεύσει ἐπ' αὐτοῦ πάσας τὰς ἀνομίας τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ πάσας τὰς ἀδικίας αὐτῶν. καὶ πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· καὶ ἐπιθήσει αὐτὰς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χιμάρου τοῦ ζῶντος· καὶ ἐξαποστελεῖ ἐν χειρὶ ἀνθρώπου ἑτοίμου εἰς τὴν ἔρημον. ἄθρει δὴ οὖν, ὅπως καί τοι τοῦ πρώτου σφαγέντος χιμάρου, ζῶντα πλειστάκις τὸν ἕτερον ὀνομάζει· ἦν γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν ἀμφοῖν γραφόμενος εἷς καὶ μόνος υἱὸς καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ἐν πάθει σαρκὸς ἰδίας, καὶ ἔξω πάθους· ὡς ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὲρ θάνατον. ἔζη γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος καὶ γευομένης θανάτου τῆς ἁγίας σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ μεμένηκεν ἀπαθής· καί τοι τοῦ ἰδίου σώματος τὸ πάθος οἰκειούμενος, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων αὐτό. ἴδοι δ' ἄν τι τοῦτο τὸ βαθὺ, καὶ μέγα μυστήριον καὶ ἑτέρως ἡμῖν γραφόμενον ἐν τῷ Λευιτικῷ. μεμολυσμένον γὰρ ἀποφαίνει τὸν λεπρὸν ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος· ἐκπέμπεσθαι δὲ προσέταξε τῆς παρεμβολῆς ὡς ἀκάθαρτον. εἰ δὲ συμβαίη καταλωφῆσαι τὸ πάθος, τότε δὴ τότε παραδεκτὸν γενέσθαι κελεύει· καὶ δὴ καὶ φησίν· οὗτος ὁ νόμος τοῦ λεπροῦ· ᾗ ἂν ἡμέρᾳ καθαρισθῇ, καὶ προσαχθήσεται πρὸς τὸν ἱερέα· καὶ ἐξελεύσεται ὁ ἱερεὺς ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ ὄψεται ὁ ἱερεὺς, καὶ ἰδοὺ ἰᾶται ἡ ἁφὴ τῆς λέπρας ἀπὸ τοῦ λεπροῦ· καὶ προστάξει ὁ ἱερεὺς, καὶ λήψονται τῷ κεκαθαρμένῳ δύο ὀρνίθια ζῶντα καθαρά· καὶ προστάξει ὁ ἱερεὺς, καὶ σφάξουσι τὸ ὀρνίθιον τὸ ἓν εἰς ἀγγεῖον ὀστράκινον * ἐφ' ὕδατι ζῶντι· καὶ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν λήψεται αὐτὸ, καὶ βάψει εἰς τὸ αἷμα τοῦ ὀρνιθίου τοῦ σφαγέντος ἐφ' ὕδατι ζῶντι· καὶ περιρρανεῖ ἐπὶ τὸν καθαρισθέντα ἀπὸ τῆς λέπρας ἑπτάκις, καὶ καθαρὸς ἔσται. καὶ ἐξαποστελεῖ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν εἰς τὸ πεδίον. Δύο μὲν οὖν τὰ πτηνὰ, καὶ ἀκίβδηλα, τουτέστι καθαρὰ, καὶ μηδεμίαν ἔχοντα διαβολὴν, τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου φημί. καὶ τὸ μὲν ἓν ἐσφάζετο ἐφ' ὕδατι ζῶντι, τό γε μὴν ἕτερον ἔξω μένον σφαγῆς, εἶτα βαπτισθὲν ἐν τῷ αἵματι τοῦ τετελευτηκότος, καὶ ἐφ' ὕδατι ζῶντι, κατὰ τὸν ἴσον τῷ χιμάρῳ τρόπον εἰς τὴν ἔρημον ἐξεπέμπετο. ὑπεμφήνειεν δ' ἂν ὁ τύπος ἡμῖν κἀν τούτῳ δὴ πάλιν τὸ μέγα μυστήριον καὶ σεπτὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν.

A *non derelicta est in inferno anima ejus, neque caro ejus vidit corruptionem.* Revixit enim spoliatis inferis; & iis qui vincti detinebantur dixit: Exite; & iis qui in tenebris erant, Revelamini: & ad supernum cælestemque Patrem, locum utique hominibus inaccessum, abscessit; peccatis nostris in se susceptis, & propitiatio pro illis existens. Scribit enim beatus Ioannes his qui in illum credebant: *Filioli mei hæc scribo vobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum justum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris:* B *non pro nostris autem tantum; sed etiam pro totius mundi.* Arbitror autem non abs re fore, si & de legalibus quoque scripturis commonefaciendi auditoris gratia nonnulla hic repetam. Habent autem ad hunc modum: *Et adducet hircum viventem; & imponet Aaron manus suas super caput hirci viventis, & confitebitur super ipso omnes iniquitates filiorum Israel, & omnes injustitias eorum, & omnia peccata eorum: & imponet ea super caput hirci viventis, & emittet eum in manu hominis ad hoc parati in solitudinem.* Vide igitur quo pacto etiam priore hirco mactato, C alterum subinde vivum appellet. Erat enim, ut jam dixi, in utroque unus & solus Filius & dominus Iesus Christus adumbratus; ut qui, licet secundum propriam carnem pateretur, tamen extra omnem passionem ageret: ut morti subjectus, & supra mortem. Vivebat enim Dei Verbum etiam interea dum sancta illius caro mortem gustabat: manebatque impatibile, quamvis proprii corporis passionem propriam in se transferret. Videre est autem magnum hoc profundumque mysterium & alia quoque figura in Levitico nobis delineatum. Lex enim D per Moysen data leprosum esse immundum pronuntiat: & tamquam pollutum a castris excludit. Quod si morbum cessare contigerit, tunc demum admitti jubet. Et quidem ait: *Lex leprosi sic habet: Quacumque die mundatus fuerit, adducetur ad sacerdotem. & egredietur sacerdos extra castra, & inspiciet eum, & ecce sanatur tactus lepræ a leproso, & præcipiet sacerdos & sument ei qui purificatur, duos passeres vivos mundos; & præcipiet sacerdos, & unum ex passeribus immolabunt in vase fictili super aquam viventem; alterum autem vivum sumet, ac tinget in sanguine passeris immolati super aquam vivam; & asperget illum qui mundatus est a lepra, septies, &* E *mundus erit. Et dimittet passerem vivum in agrum.*] Duæ itaque sunt aviculæ inculpatæ, hoc est mundæ, nullumque habentes reprehendendum vitium juxta inquam legis statuta; & altera quidem mactabatur super aquam vivam, altera vero a cæde libera, deinde tincta sanguine super aquam vivam occisæ, ad exemplum hirci in solitudinem dimittebatur. Et hic rursum typus magnum illud venerandumque salvatoris nostri mysterium nobis indicat:

PART. III. CAPUT XXXVI.

Act. 2. ex Psal. 15. Isa. 49.

1. Ioan. 2.

Levit. 16.

Levit. 14.

PART. III CAPUT XXXVI.

Venerat enim Verbum e supernis, hoc A est, ex Patre & e cælo: quare recte admodum volucri comparatur. Descendit autem per carnis dispensationem ad nostram similitudinem, & formam servi accepit: verumtamen & hoc quoque pacto e supernis est. Diserte namque ad Iudæos dixit: *Vos de deorsum estis, ego de supernis sum.* [*vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.* Et iterum: *Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo, filius hominis.* Sicut enim paulo ante dixi, etiam postcaquam caro, hoc est, perfectus homo factus est, non terrenus erat, aut e pulvere sicut nos, B sed cælestis ac supermundanus, quatenus animo concipitur ut Deus. Ceterum quod ante visum est in hircis, hoc ipsum & in passeribus ipsis observare licet, Verbum carne quidem passum esse secundum scripturas; sed tamen quavis perpessione majus extitisse: & humanitus quidem mortuum, divinitus vero vivum permansisse. Verbum namque vita erat. Quare & sapientissimus discipulus ille, carne quidem mortificatum dicit, vivificatum autem spiritu. Verum enimvero licet Verbum secundum propriam naturam mortis expers permanserit, at suæ tamen carnis, ut jam dixi, passiones veluti proprias C in se transtulit. Tingebatur enim passer vivus in sanguine occisi: & sanguine quidem illius cruentatus, passionisque propemodum particeps, in solitudinem dimittebatur. Ad cælum enim unigenitum Dei Verbum una cum carne sibi unita abiit? eratque novum hoc in cælis spectaculum. Obstupuit enim sanctorum angelorum multitudo, cum regem gloriæ, exercituumque dominum in forma humana cernerent. Aiebant enim: *Quis iste est qui venit ex Edom*, hoc est ex terra; *& rubor vestimentorum ejus ex Bosor?* Bosor autem interpretatum significat carnem, vel angustiam & tribulationem. Deinde illud etiam D percontabantur: *Quæ sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Ille vero vicissim ad illos: *His percussus sum*, inquit, *in domo dilecti mei.* Quemadmodum enim Thomæ non absque singulari Dei dispensatione hæsitanti, post suam ex mortuis resurrectionem manus & in manibus clavorum figuras ostendit, jussitque etiam lateris vulnus palpare; ita & in cælis constitutus, sanctis angelis planum fecit, jure merito ex ipsorum amicitia prolapsum ejectumque esse dilectum Israelem. Unde & vestimentum sanguine rubricatum, & plagas in manibus ostendit: non quod illas abjicere non queat (ex mortuis enim excitatus corruptionem, & cetera omnia quæ ex illa erant, penitus exuit) sed ut, quemadmo- E dum dixi, multiformis sapientia Dei, quam in Christo secundum æternum propositum exhibuit, per ecclesiam principatibus & potestatibus in supercælestibus dispensatorie nunc patefieret. Ita enim sacratissimus Paulus quibusdam scribit. Sicut ergo in duobus hircis manifeste delineatum est Christi mysterium, ita & in duobus quoque passeribus. Dicit autem fortasse quispiam: Quomodo unum & eumdem dicis esse Filium & dominum Iesum Christũ, cum duo hirci & duo passeres in medium adducti sint? Numquid lex per hoc clare ostendit duos omnino Filios & Christos esse?

Ioan. 8. — Ioan. 3. — 1. Pet. 3. — Isa. 63. — Zach. 3. — Ioan. 20. — Ephes. 3.

A ἦν μὲν γὰρ ἄνωθεν, τουτέστιν, ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐξ οὐρανῶν ὁ λόγος· ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως πτηνῷ παρεικάζεται. καταπεφοίτηκε δὲ οἰκονομικῶς εἰς ὁμοίωσιν τὴν πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἔλαβε δούλου μορφήν. πλὴν καὶ ἄνωθεν ἐστὶν ἦν. * οὕτως καὶ γοῦν ἔφασκεν ἐναργῶς, Ἰουδαίοις προσλαλῶν. ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί· ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. καὶ πάλιν· οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. ὡς γὰρ ἔφην ἀρτίως, καὶ σὰρξ γεγονὼς, ἤγουν τέλειος * τελείως B ἄνθρωπος, οὐ γήϊνος ἢ χοϊκὸς καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' οὐράνιός τε καὶ ὑπερκόσμιος, καθὸ νοεῖται Θεός. πλὴν ἔστιν ἰδεῖν ἐν τοῖς ὀρνιθίοις καθὰ καὶ ἐν τοῖς χιμάροις, σαρκὶ μὲν παθόντα κατὰ τὰς γραφὰς, μείναντα δὲ καὶ ἐπέκεινα τοῦ παθεῖν· καὶ ἀποθνήσκοντα μὲν ἀνθρωπίνως, ζῶντα δὲ θεϊκῶς· ζωὴ γὰρ ὁ λόγος ἦν. καὶ γοῦν ὁ πάνσοφος μαθητὴς θανατωθῆναι μὲν αὐτὸν ἔφη σαρκὶ, ζωοποιηθῆναι δὲ πνεύματι. πλὴν ὅτι κἂν εἰ τοῦ παθεῖν τὸν θάνατον εἰς ἰδίαν φύσιν ἄμοιρος ἦν ὁ λόγος, ἀλλ' οὖν οἰκειοῦται τὸ πάθος τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς, ὡς ἤδη προεῖπον. ἐβαπτίζετο γὰρ C τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν ἐν τῷ αἵματι τοῦ τετελευτηκότος, πεφυρμένον δὲ τῷ αἵματι, μονονουχὶ δὲ καὶ κοινωνῆσαν τοῦ πάθους, εἰς τὴν ἔρημον ἐξεπέμπετο. ἀναπεφοίτηκε γὰρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ * λόγος μετὰ τῆς ἑνωθείσης * παῖς αὐτῷ σαρκός· καὶ ξένον ἦν ἐν οὐρανοῖς τὸ θέαμα. κατεπλήττετο γὰρ ἡ τῶν ἁγίων ἀγγέλων πληθὺς, ἐν εἴδει βλέπουσα τῷ καθ' ἡμᾶς τὸν βασιλέα τῆς δόξης, καὶ τὸν τῶν δυνάμεων κύριον. καὶ δὴ ἔφασκον· τίς ἐστὶν ὁ παραγινόμενος ἐξ Ἐδὼμ, τουτέστιν ἐκ τῆς γῆς, ἐρύθημα ἱματίων ἐκ Βοσόρ; ἑρμηνεύεται δὲ τὸ Βοσὸρ σὰρξ, ἤτοι συνοχὴ καὶ θλίψις. εἶτα τοῦτο προσεπυνθάνοντο· τί αὗται αἱ πλη- D γαὶ ἀνὰ μέσον τῶν χειρῶν σου; ὁ δὲ πρὸς αὐτούς· ἃς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀγαπητοῦ μου. ὥσπερ γὰρ ἀπιστήσαντι τῷ Θωμᾷ οἰκονομικώτατα λίαν καὶ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἐδείκνυ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς ἐν αὐταῖς τῶν ἥλων τύπους, ἐκέλευσε δὲ ψηλαφᾶν καὶ τὰς ἐν τῇ πλευρᾷ διατρήσεις, οὕτω καὶ ἐν οὐρανῷ γεγονὼς πεπληροφόρηκε τοὺς ἁγίους ἀγγέλους, ὅτι δικαίως τῆς πρὸς αὐτοὺς οἰκειότητος ἐκβέβληται, καὶ ἀπώλισθεν ὁ ἠγαπημένος Ἰσραήλ. διὰ τοῦτο πεφυρμένον αἵματι τὸ ἄμφιον, καὶ τὰς ἐν χερσὶν ἐπεδείκνυ πληγὰς, οὐκ ἀναποβλήτους ἔχων αὐτάς· ἐγηγερμένος γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀπεδύσατο τὴν φθορὰν, καὶ σὺν αὐτῇ E πάντα τὰ ἐξ αὐτῆς· ἀλλ' ἵνα, ὡς ἔφην, οἰκονομικῶς γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις διὰ τῆς ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ, ἣν ἐποίησεν ἐν τῷ Χριστῷ κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων. γράφει γὰρ οὕτω τισὶν ὁ ἱερώτατος Παῦλος. ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς χιμάροις ἐγράφετο σαφῶς τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον, οὕτω καὶ ἐν τοῖς δυσὶν ὀρνιθίοις. ἀλλ' ἴσως τις ἐρεῖ· πῶς οὖν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν φῂς εἶναι υἱὸν καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καί τοι δύο χιμάρων παρενηνεγμένων, ὀρνιθίων τε δύο; ἢ τάχα που καταδείξειεν ἂν οὐκ ἀσυμφανῶς ὁ νόμος, ὡς δύο που πάντως εἰσὶν υἱοὶ καὶ Χριστοί;

καὶ

ANNO CHRISTI 431.

Anno Christi 431.

καὶ δυσσεβείας μὲν εἰς τοῦτο κατεβιβάσθησαν ἤδη τινὲς, ὡς οἴεσθαι καὶ λέγειν, ἕτερον μὲν εἶναι Χριστὸν ἰδικῶς τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἕτερον δ' αὖ τὸν ἐκ σπέρματος Δαυΐδ. ἡμεῖς δὲ φαμὲν τοῖς ὧδε ταῦτ' ἔχειν ἐξ ἀμαθίας ὑπειληφόσιν· ὡς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος· ὅτι εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. οὐκοῦν εἰ δύο φασὶν υἱοὺς, δύο που πάντως εἶεν ἂν οἱ κύριοι, δύο δὲ καὶ πίστεις, τοσαῦτα δὲ καὶ βαπτίσματα. ψευδομυθήσει δὴ οὖν ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα, καθά φησιν αὐτός. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα· μὴ γένοιτο. οὐκοῦν εἷς κύριος, καὶ μία πίστις, ἓν βάπτισμα. πιστεύομεν γὰρ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τουτέστι τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ λόγον ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον. διὰ τοῦτο καὶ εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ βαπτιζόμεθα. καὶ μόνον ἴσμεν αὐτὸν κύριον ὡς Θεὸν, οὐκ ἀνὰ μέρος τιθέντες ἄνθρωπον, καὶ Θεὸν, ἀλλ' αὐτὸν, ὡς ἔφην, τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον ἄνθρωπον γενέσθαι διαβεβαιούμενοι μετὰ τοῦ μεῖναι Θεόν· ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ φύσιν ἐστίν. ἐπεὶ φραζέτωσαν οἱ δι' ἐναντίας, εἰ δύο φασὶν υἱοὺς, ἕνα μὲν ἰδικῶς τὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυΐδ, ἕτερον δ' αὖ καὶ ἀνὰ μέρος τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἆρ' οὐκ ἀμείνων κατὰ φύσιν ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος τοῦ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυΐδ καὶ ἀσυγκρίτοις διαφοραῖς; τί γὰρ ἀνθρώπου φύσις, ὡς πρός γε τὴν θείαν καὶ ὑπερτάτην; ἀλλ' οἶμαι καὶ οὐχ ἑκόντες ἐροῦσιν, ὡς ἀμείνων ἐστὶ κατὰ φύσιν ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος. εἶτα τί δράσομεν, τοὺς χιμάρους ὁρῶντες οὐχ ἑτεροφυεῖς ὄντας ἀλλήλοις, ὁμοειδεῖς δὲ μᾶλλον, καὶ κατ' οὐδὲν ἀλλήλων διαφέροντας, κατά γε τὸ εἶναι τοῦθ' ὅπερ εἰσίν; ὁ αὐτὸς δ' ἂν γένοιτο λόγος καὶ ἐπὶ τοῖς δυσὶν ὀρνιθίοις. οὐκοῦν συγχωρείτωσαν διὰ τὸ τῶν χιμάρων, ἢ γοῦν ὀρνιθίων ὁμοειδὲς, μηδὲν ἀνθρώπου διαφέρειν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον· ἀλλ' οὐκ ἀνέξονται, καθάπερ ἐγῷμαι, τοῦ τοιοῦδε λόγου· πλεῖστον γὰρ ὅσον τὸ μεταξὺ θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος. ἐφῶμεν δὴ οὖν τοῖς παραδείγμασι κατὰ τὸν αὐτοῖς πρέποντα νοεῖσθαι λόγον· ἥττηται γὰρ λίαν τῶν ἀληθῶν, καὶ μερικὴν ἔσθ' ὅτε ποιεῖται τῶν σημαινομένων τὴν ἔνδειξιν. φαμὲν δὲ, ὅτι σκιὰ καὶ τύπος ὁ νόμος ἦν, καὶ οἷόν τις γραφὴ παρατεθεῖσα πρὸς θέαν τοῖς ὁρῶσι τὰ πράγματα· αἱ δὲ σκιαὶ τῆς τῶν γραφόντων ἐν πίναξι τέχνης τὰ πρῶτα τῶν χαραγμάτων εἰσίν· αἷς εἴπερ ἐπενεχθεῖεν τῶν χρωμάτων τὰ ἄνθη, τότε δὴ τότε τῆς γραφῆς ἀπαστράπτει τὸ κάλλος. ἔδει δὴ οὖν, τὸν διὰ Μωσέως νόμον καταγράψαι σαφῶς, ἐθέλοντα τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον, οὐχ ἑνὶ τῶν χιμάρων, ἤτοι τῶν ὀρνιθίων, ἀποθνήσκοντά τε ὁμοῦ καὶ ζῶντα καταδεικνύειν αὐτόν; ἵνα μὴ τερατοποιΐα σκηνικὴ δόξῃ πως εἶναι τὸ δρώμενον· ἀλλ' ἐδέχετο μὲν ὡς ἐν ἑνὶ παθόντα τὴν σφαγὴν, κατεδείκνυ δὲ τὸν αὐτὸν ἐν ἑτέρῳ ζῶντά τε καὶ ἀφιέμενον. ἀποφῆναι δὲ τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον οὐκ ἔξω βαίνοντα τοῦ εἰκότος οἴησομαι δεῖν, καὶ ἑτέραν οἷς ἔφην * ἐπεισφρήσας εἰκόνα. γέγραπται τοίνυν ἐν τῷ τῆς κοσμοποιΐας βιβλίῳ· Καὶ ἐγένετο μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, ὁ Θεὸς ἐπείραζε τὸν Ἀβραὰμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀβραὰμ, Ἀβραάμ· ὁ δὲ εἶπεν· ἰδοὺ

* ...πεισφο- ...τας

Part. III. Caput XXXVI.

A Et in hanc quoque impietatem aliqui jam prolapsi sunt, ut alium seorsim & per se Christum esse dicant & sentiant Verbum, quod ex Patre est; & alium rursus eum qui ex semine David ortus est. Nos vero his, qui ex inscitia id ita habere suspicantur, dicimus, apud divinum Paulum scriptum extare, unum esse dominum, unam fidem, unum baptisma. *Ephes.* 4. Quapropter si duos Filios esse dixerint, duo etiam prorsus erunt domini, & duæ fides, & totidem baptismata. Mentietur is igitur, qui, ut ipsemet ait, Christum in se loquentem habebat. *2. Cor.* 13. Sed absit ut horum aliquid sit. Unus itaque est dominus, una fides, unumque baptisma. Credimus enim in unum dominum Iesum Christum, hoc est, B unigenitum Dei Verbum, hominem factum & incarnatum. *Rom.* 6. Unde & in ejus quoque mortem baptizamur, & ipsum solum dominum, utpote Deum, agnoscimus: non separantes a se invicem hominem & Deum; sed ipsum, ut dixi, Dei Patris Verbum, salva deitate (est enim secundum naturam suam immutabile & inalterabile) hominem factum confitentes. Etenim dicant nobis adversarii, si duos Filios asserunt, unum quidem seorsum, qui sit ex semine David ortus; alterum rursum & separa- C tim ipsum Verbum ex Deo Patre genitum; an non Dei Patris Verbum suapte natura incomparabilibus * excellentiis præstantius sit illo qui ex semine David natus est? Quid enim est hominis natura, si cum divina & suprema illa natura comparatur? Arbitror autem, quod inviti etiam dicturi sint, Verbum quod ex Deo Patre est secundum naturam præstantius esse: Hoc autem posito, quid faciemus quod hircos videmus non diversæ inter se naturæ esse, sed unius ejusdemque speciei potius, nec ulla re inter se differre, in eo quod hirci sunt? Eadem utique ratio est & duorum passerum. Concedant ergo propter eamdem hircorum vel passerum speciem, Deum Verbum nihil D differre ab homine. Sed non concedent, ut ego puto, hanc doctrinam. Est enim plurimum omnino discriminis inter divinitatem & humanitatem. Sunt igitur exempla secundum rationem quæ ipsis conveniat, accipienda. Multum enim veris rebus inferiora sunt, & aliquam tantum partem eorum designant, quorum typi sunt. Legem autem umbram ac typum extitisse asserimus, *Hebr.* 10. & veluti quamdam picturam ad spectandum propositam aspicientibus res ipsas. Umbræ autem sunt prima in pictorum tabulis delineamenta: quibus si colorum flosculi accesserint, illustris picturæ venustas mox exoritur. Oportebat itaque, ut lex per Moysen data cum Christi mysterium perspicue delineare vellet, non in uno hirco vel pas- E sere simul illum vivum & mortuum spectandum proponeret, ne scenica quædam portenta proponi viderentur: sed illum cædem perpessum in uno admisit, eumdemque viventem ac demissum ostendit in altero. Ut vero hujus rei declarationem non excedere consentaneam rationem demonstrem, arbitror aliam quoque imaginem iis, de quibus locutus sum hactenus, adjiciendam esse. Scriptum est igitur in libro de origine mundi: *Et factum est post hæc verba, tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham Abraham. At ille respondit: Ecce* *Genes.* 22.

* differentiis

PART. III. CAPVT XXXVI.

ANNO CHRISTI 431.

ego. Et dixit: Tolle filium tuum dilectum quem dilexiſti Iſaac, & vade in terram ſublimem, atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper unum montium, quem monſtravero tibi. Surgens itaque mane, ſtravit aſinam ſuam; ſumpſitque ſecum duos famulos, & Iſaac filium ſuum. Cumque concidiſſet ligna in holocauſtum, ſurgens abiit ad locum, quem dixerat ei Deus, die tertia. Et reſpiciens Abraham oculis ſuis, vidit locum a longe. dixitque Abraham ad pueros ſuos: Sedete hic cum aſina: ego autem & puer tranſibimus uſque illuc, & cum adoraverimus, revertemur ad vos. Tulit autem ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum. Sumpſit vero in manibus & ignem & gladium; & perrexerunt ambo ſimul. Et poſt alia: *Et ædificavit Abraham in eo loco altare, & impoſuit ligna. Cumque alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altari ſuper ſtruem lignorum. Et extendit Abraham manum ſuam ut arriperet gladium, ut immolaret filium ſuum.* Iam ſi quiſpiam ex nobis hanc Abrahæ hiſtoriam in tabella quadam depictam cernere velit, quo quæſo modo pictor depingeret illum? Numquid ſimul delineabit facientem ea omnia quæ jam dicta ſunt; an vero per partes aliter & aliter, hoc eſt, alia & alia forma eumdem ſæpenumero depinget? Exempli cauſa: modo quidem aſinæ, puero aſſumpto, famuliſque ſequentibus, inſidentem; modo rurſum, aſina cum famulis infra in campeſtribus relictis, ligna Iſaac imponentem, manibuſque gladium & ignem geſtantem: modo tandem eumdem illum Abraham alia rurſum figura adoleſcentulum ſupra lignorum ſtruem ligantem, gladioque dexteram ad mactandum armantem? Atqui non erat alius atque alius Abraham, licet alia & alia effigie & ſchemate ſubinde ſpectetur; ſed ubique idem, pictoris arte rerum uſibus ubique ſeſe accommodante. Neque enim par erat, aut fieri poterat, ut omnia hæc quæ dicta ſunt, ſimul obire oſtenderetur. Erat itaque lex pictura quædam, ac rerum typis veritatem utero geſtans. Quamvis ergo uſus poſtulabat, ut duo hirci, ac duo itidem paſſeres ad exprimendum Chriſti myſterium inducerentur: unus tamen in utriſque Chriſtus continebatur, hinc quidem ut paſſioni obſtrictus, inde vero ut extra paſſionem conſtitutus: hinc rurſum morti ſubjectus, inde vero morte ſuperior, cæloſque conſcendens, veluti ſecundæ quædam humanitatis primitiæ ad incorruptionem inſtauratæ. Nam ipſe nobis viam ad cæleſtia innovavit, & cum tempus erit, illum ſequemur. (Ioan. 14.) *Vado*, inquit, *parare vobis locum: & iterum veniam, & accipiam vos ad meipſum; ut ubi ſum ego, & vos mecum ſitis.* Et hanc veram ſpem habemus. Hactenus quidem quæ ſciebam ſcripſi: pietatis vero tuæ fuerit, exactius ſcripta iſta examinare, ut ſi quid melius invenire contigerit, id & nobis, & ceteris quoque qui iſtic ſunt proſit. (Matth. 11.) Chriſtus enim eſt qui & profunda & abſcondita revelat, & (Coloſſ. 2.) intelligentiam cordi inſerit. In ipſo namque & ab ipſo omnes ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Per ipſum & cum ipſo

A ἐγώ. καὶ εἶπε· λαβὲ τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, ὃν ἠγάπησας, τὸν Ισαάκ· καὶ πορεύθητι εἰς τὴν γῆν τὴν ὑψηλὴν, καὶ ἀνένεγκε αὐτὸν ἐκεῖ εἰς ὁλοκάρπωσιν, ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων, ὧν ἄν σοι δείξω. ἀναστὰς δὲ πρωῒ, ἐπέσαξε τὴν ὄνον αὐτοῦ· παρέλαβε δὲ μεθ' ἑαυτοῦ δύο παῖδας, καὶ Ισαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ σχίσας ξύλα εἰς ὁλοκάρπωσιν, ἀναστὰς ἐπορεύθη· καὶ ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, ὃν εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ· καὶ ἀναβλέψας Αβραὰμ τοῖς ὀφθαλμοῖς, εἶδε τὸν τόπον μακρόθεν, καὶ εἶπεν Αβραὰμ τοῖς παισὶν αὐτοῦ· καθίσατε αὐτοῦ μετὰ τῆς ὄνου, ἐγὼ δὲ καὶ τὸ παιδάριον διελευσόμεθα ἕως B ὧδε, καὶ προσκυνήσαντες ἀναστρέψομεν πρὸς ὑμᾶς. ἔλαβε δὲ τὰ ξύλα τῆς ὁλοκαρπώσεως, καὶ ἐπέθηκεν Ισαὰκ τῷ υἱῷ αὐτοῦ. ἔλαβε δὲ μετὰ χεῖρας τὸ πῦρ καὶ τὴν μάχαιραν· καὶ ἐπορεύθησαν οἱ δύο ἅμα. καὶ μεθ' ἕτερα· καὶ ᾠκοδόμησεν Αβραὰμ ἐκεῖσε θυσιαστήριον, καὶ ἐπέθηκε τὰ ξύλα· καὶ συμποδίσας Ισαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἐπέθηκεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἐπάνω τῶν ξύλων· καὶ ἐξέτεινεν Αβραὰμ τὴν χεῖρα αὐτοῦ λαβεῖν τὴν μάχαιραν τοῦ σφάξαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ. ἆρ' οὖν, εἴπερ τις τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπεθύμησεν ἰδεῖν καταγεγραμμένην ἐν πίνακι τὴν ἐπὶ τῷ Αβραὰμ ἱστορίαν, πῶς ἂν αὐτὸν ἐχάραξεν ὁ ζωγράφος; C ἆρα ἐν ἑνὶ πάντα δρῶντα τὰ εἰρημένα, ἢ ἀνὰ μέρος καὶ ἑτέρως, ἤγουν ἑτεροειδῶς, πλεισταχοῦ τὸν αὐτόν; οἷόν τί φημι, ποτὲ μὲν ἐφιζήσαντα τῇ ὄνῳ, συμπαραληφθέντος τοῦ παιδαρίου, καὶ ἑπομένων τῶν οἰκετῶν. ποτὲ δ' αὖ πάλιν ἀπομεινάσης τῆς ὄνου κάτω τοῖς οἰκέταις ὁμοῦ, καταφορτίσαντα μὲν τοῖς ξύλοις τὸν Ισαὰκ, ἔχοντα δὲ μετὰ χεῖρας τὴν μάχαιραν καὶ τὸ πῦρ· καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι τὸν αὐτὸν ἐν εἴδει πάλιν ἑτέρῳ συμποδίσαντα μὲν τὸ μειράκιον ἐπὶ τὰ ξύλα, ὁπλίσαντα δὲ τῇ μαχαίρᾳ τὴν δεξιὰν, ἵνα ἐπαγάγῃ τὴν σφαγήν; ἀλλ' ἦν οὐχ ἕτερος καὶ ἕτερος Αβραὰμ, πλεισταχοῦ τῆς γραφῆς ὁρώμενος ἑτέρως; ἀλλ' ὁ D αὐτὸς πανταχοῦ, ταῖς τῶν πραγμάτων χρείαις συγκαθισταμένης ἀεὶ τῆς τοῦ γράφοντος τέχνης· οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς, ἤγουν τῶν ἐνδεχομένων, ἐν ἑνὶ κατιδεῖν αὐτὸν πάντα δρῶντα τὰ εἰρημένα. γραφὴ τοιγαροῦν ὁ νόμος ἦν, καὶ τύποι * πραγμάτων, ὠδίνοντες τὴν ἀλήθειαν. ὥστε κἂν * εἰ δύο χιμάρους παρεκόμισεν ἡ χρεία πρὸς παράδειξιν τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου, κἂν εἰ δυὰς ὀρνιθίων ἦν, ἀλλ' εἷς ἦν ὁ ἐν ἀμφοῖν, καὶ ὡς ἐν πάθει καὶ ἔξω πάθους, καὶ ἐν θανάτῳ καὶ ὑπὲρ θάνατον, καὶ ἀναβαίνων εἰς οὐρανοὺς, ἀπαρχή τις ὥσπερ δευτέρα E τῆς ἀνθρωπότητος ἀνανεωθείσης εἰς ἀφθαρσίαν. αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἐνεκαίνισε τὴν εἰς τὰ ἄνω τρίβον, καὶ ἑψόμεθα κατὰ καιροὺς αὐτῷ· * πορεύσομαι γὰρ, φησὶν, ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν, καὶ πάλιν ἔρχομαι, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς μετ' ἐμαυτοῦ· ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς μετ' ἐμοῦ ἦτε. ταύτας ἔχομεν τὰς ἀληθεῖς ἐλπίδας. Ἐγὼ μὲν οὖν ἅπερ ᾔδειν γέγραφα, τῆς δὲ σῆς θεοσεβείας ἐστὶν, ἀκριβεστέραν τοῖς γεγραμμένοις ἐπενεγκεῖν τὴν βάσανον· ἵνα εἴπερ τι τῶν ἀμεινόνων εὑρεθῆναι συμβῇ, ἡμᾶς τε καὶ τοὺς αὐτόθι λαοὺς ὠφελῇ. Χριστὸς γάρ ἐστιν ὁ ἀποκαλύπτων βαθέα καὶ ἀπόκρυφα, καὶ σύνεσιν ' καρδίαις ἐνιείς· ἐν αὐτῷ γὰρ, καὶ παρ' αὐτοῦ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι· δι' αὐτοῦ τε καὶ σὺν αὐτῷ

Marginal variants: ! ἤγουν · * γραμμάτων · * δύο · * πορεύομαι · ' καρδίας

τῷ

NNO RISTI 431.

τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ δόξα καὶ κράτος σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A sit Deo ac Patri & sancto Spiritui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

PART. III. CAPUT XXXVII.

ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ ΕΥΛΟΓΙῼ πρεσβυτέρῳ, παραμένοντι ἐν Κωνσταντινουπόλει, παρὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου.

COMMONITORIUM AB ARCHIEpiscopo Cyrillo ad Eulogium presbyterum Constantinopoli agentem missum.

Κύριλλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας Εὐλογίῳ χαίρειν.

Cyrillus Alexandrinus Eulogio salutem.

CAPUT XXXVII.

A & ipsam præterea carnis mortem quam pertulit, adimunt; easque illi qui ex muliere, veluti alteri seorsum filio adscribunt. Ipsis namque propositum est, nescio quo modo, per viam gradientibus quæ ad pietatem recta non est, præcipitari in abruptum inferni, & in inferni profundum, sicut scriptum est. Sane quidem impatibilis & penitus impalpabilis est divinitas. Neque enim est corporea, sed ultra omnem creaturam visibilem atque intelligibilem, & in incorporea & immaculata & intractabili & incomprehensibili natura. Sed B quia, cum unigenitum Dei Verbum corpus ex sancta & Dei genitrice virgine suscepisset, susceptumque, ut sæpenumero jam monui, proprium sibi fecisset; semetipsum pro nobis Deo & Patri immaculatam hostiam in odorem suavitatis obtulit: fit ea de causa, ut ea quæ in ejus carnem facta sunt, ipsum sustinuisse dicamus. Nam cujus est corpus proprium, jure illi etiam omnia quæ sunt corporis, solo excepto peccato, tribuuntur. Igitur quoniam Deus Verbum homo factus est, mansit quidem secundum naturam divinam impatibilis, ea tamen quæ suæ carnis erant, necessario propria sibi faciens, ideo quæ carnis erant pertulisse C dicitur: etiamsi secundum divinam naturã nulli penitus passioni esset obnoxius. Unde falsa pietatis persuasio a veritate eos abducit. Non enim animadvertunt, impatibilitatem quidem illi mansisse quatenus erat ab initio & est Deus; sed tamen quod secundum carnem pro nobis pertulit, illi adscribitur, quatenus Deus natura existens, factus est caro, hoc est, perfectus homo. Nam quis, quæso, erat, qui ad Patrem qui est in cælis, ac Deum loquebatur, dicens: *Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, holocautomata & pro peccato noluisti. tunc di-* D *xi: Ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam?* Qui enim corporis expers erat ut Deus, corpus sibi aptatum fatetur, ut eo pro nobis oblato, suo nos omnes livore, juxta prophetæ vocem, sanaret. Quo pacto etiam unus pro omnibus mortuus est, qui justum pro omnibus precium exolveret, si illa passio puri cujuspiam hominis fuisse putatur? Quod si secundum humanam naturam est passus, ut qui suæ carnis passiones sibi proprias fecit; tunc demum unius mortem secundum carnem, justum pro omnium hominum vita precium fuisse rectissime asserimus: non quod unius vulgaris hominis nostri similis fuerit, E etiam si nostri similis factus sit; sed quod cum per naturam Deus esset, incarnatus homoque factus sit, secundum sanctorum patrum confessionem. Quod si sunt qui ob id passionem secundum carnem unigenito adimunt, quod turpis, incongrua, indecensque videatur; adimant ipsi pari ratione & ipsam quoque secundum carnem ex virgine nativitatem. Nam si illi turpe est quod carne passus esse dicitur; quomodo non ante hoc turpis erit illa secundum carnem nativitas, quæ passionem antecedit; aut, ut semel dicam, ipsius humanationis modus? Periit itaque hac ratione universum Christianorum mysterium; & salutis nostræ spes jam inanis redditur.

Ex Prov. 9. & 16.

Ephes. 5.

Hebr 10. ex Psal. 39.

Isa. 53.

2 Cor. 5.

Sed dixeris: Quomodo pati potest, qui nulli passioni est obnoixius? Illud igitur ex Deo Verbum

PART. III. CAPUT XL.

Verbum procul dubio, ut jam dictum est, secundum propriam naturam nullatenus est patibile: dicitur tamen secundum scripturas propria carne passum, quoniam ipse erat in patiente corpore. Quod beatus Petrus confirmat, hunc in modum de illo scribens: *Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum.* (1. Petr. 2.) Quocirca licet Verbum, cum ut Deus secundum naturam consideratur, sit impatibile; secundum dispensatoriam tamen appropriationem, passiones carni competentes ipsius propriæ censentur. Alioqui quomodo (Coloss. 1.) ille primogenitus omnis creaturæ, ille per quem facti sunt principatus & potestates, throni & dominationes, & in quo consistunt omnia, factus est primogenitus ex mortuis, (1. Cor. 15.) & primitiæ dormientium, si Deus Verbum corpus, quod pati natum erat sibi proprium non fecit? Quemadmodum autem Deus ex muliere secundum carnem ortus, nostram sibi humanitus nativitatem appropriavit, quamvis propriam ex Patre nativitatem haberet: ita idem etiam carne dicitur pati secundum nos, & humanitus, etiamsi, ut Deus intelligatur, nulla patibilitas in illum ex natura conveniat. Ad hunc namque modum Christus agnoscitur: ad hunc modum etiam cum Patre considet; non ut homo per Dei Verbi inhabitationem honoratus; sed ut vere Filius etiam tum, cum homo est factus. Siquidem præeminentiæ dignitas, quæ essentialiter illi inest, integra ei permansit, etiamsi dispensatorie in servi forma apparuerit. Quare, ut dixi, licet nostræ naturæ particeps fuerit ut homo, cum hoc ipso tamen supra omnem creaturam erat ut Deus.

Ceterum audivi quemdam, qui cum reditus illius in cælum causam exponeret, dicebat abiisse illum in locum tutum, nullique violentiæ expositum; tum ea quoque dignitate & prærogativa potitum ut cum Patre consideret, ubi, ait, naturæ nostræ adversarius propius ad ipsum accedere, insidiisque eumdem rursus impetere non potest. Ergo cælum factum est illi pro munimine; & recessus ille a nobis, de quo gloriamur, non assumptio fuit, sed potius fuga? Timebat scilicet fortassis, ne malignus ille alterum ei laqueum injiceret; ac nisi ascendisset, etiam post resurrectionem ejusdem insidiis pateret. Quis, obsecro, ab hujusmodi sordibus quam longissime non abscedat? Quis adeo turpia verborum portenta non aversetur; & iis qui hujusmodi nugas tenere, aut docere audent, non multam salutem dicat? Apage cum sceleratissima ista sordidissimaque sententia, qua nihil anilius, nihil stultius excogitari poterat. Rem enim ad eam sensus ineptiam redigunt, ut nihil esse turpius possit. Etenim cum Christus nostræ conditionis dispensationem consummasset, satanamque protrivisset, & omnem ejus vim fregisset, ac mortis imperium destruxisset, novam viventemque nobis viam instauravit, *in cælos ascendens, ut vultui Dei & Patris,* (Hebr. 9.) sicut scriptum est, *pro nobis appareat*: considetque cum ipso etiam cum carne, non ut homo seorsum consideratus, neque ut alius Filius ab ipsius Verbo diversus, neque ut qui ipsum Verbum inhabitatorem habeat; sed ut vere Filius unus & solus etiã tum, cũ factus est homo.

μένως κατ' ἰδίαν φύσιν ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, λέγεται δ' οὖν σαρκὶ τῇ ἰδίᾳ παθεῖν κατὰ τὰς γραφάς. ἦν γὰρ αὐτὸς ἐν τῷ πάσχοντι σώματι· καὶ πιστώσεταί σε γράφων ὁ Πέτρος περὶ αὐτοῦ· ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον. οὐκοῦν ἀπαθὴς μὲν ὁ λόγος, καθὸ φύσει νοεῖται Θεός, αὐτοῦ γε μὴν νοεῖται κατ' οἰκείωσιν οἰκονομικὴν τὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ πάθη. ἐπεὶ τίνα τρόπον ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ὁ δι' οὗ γεγόνασιν ἀρχαί τε καὶ ἐξουσίαι, θρόνοι τε καὶ κυριότητες, * ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέστηκε, πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ γέγονε τῶν κεκοιμημένων, εἰ μὴ τὸ παθεῖν πεφυκὸς ἴδιον ἐποιήσατο σῶμα Θεὸς ὢν ὁ λόγος; ὥσπερ δὲ γέγονε κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός, τὴν καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως ἀπότεξιν οἰκειούμενος, καίτοι γέννησιν ἰδίαν ἔχων τὴν ἐκ πατρός, οὕτω καὶ σαρκὶ λέγεται παθεῖν καθ' ἡμᾶς τε καὶ ἀνθρωπίνως, καίτοι φύσει * προσὸν αὐτῷ τὸ ἀπαθῶς ἔχειν, καθὸ νοεῖται Θεός· οὕτω γὰρ νοεῖται Χριστός. οὕτως ἐστὶ καὶ σύνεδρος τῷ πατρί. οὐχ ὡς ἄνθρωπος τῇ ἐνοικήσει τοῦ Θεοῦ λόγου τετιμημένος, ἀλλ' ὡς υἱὸς ἀληθῶς καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος. τετήρηται γὰρ αὐτῷ τῆς οὐσιωδῶς ἐνυπαρχούσης ὑπεροχῆς τὸ ἀξίωμα, καὶ εἰ πέφηνεν οἰκονομικῶς ἐν δούλου μορφῇ. οὐκοῦν * καθά φησιν, εἰ καὶ κοινωνὸς τῆς ἡμετέρας φύσεως ἦν καθὸ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἦν μετὰ τούτου καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν ὡς Θεός.

Ἐπυθόμην δέ * τινος τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου τὴν αἰτίαν * ἐξηγουμένου, εἰς χωρίον αὐτὸν ἀναφοιτῆσαι λέγειν, ἀσφαλές τε καὶ ἄσυλον, ἠξιῶσθαι δὲ καὶ τῆς πρὸς τὸν πατέρα συνεδρίας· ἔνθα, φησίν, ὁ ἐχθρὸς τῆς ἡμετέρας φύσεως οὐ δύναται πλησιάσας αὐτῷ πάλιν ἐπιβουλεῦσαι. φρούριον οὖν, εἰπέ μοι, γέγονεν ὁ οὐρανὸς αὐτῷ, καὶ φυγὴ μᾶλλον, οὐκ ἀνάληψις ἡ ἀποδημία ἡ ἀφ' ἡμῶν γέγονεν, ἐφ' ᾗ καὶ καυχώμεθα; ἐδεδίει δὲ κατὰ τὸ εἰκός, μὴ ἄρα πως δευτέραν αὐτῷ συμπήξῃ πάγην ὁ πονηρός· καὶ εἰ μὴ γέγονεν ἀνελθεῖν, ἐπεβουλεύθη ἄν, ὡς ἔοικε, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν. τίς τῶν τοιούτων ἐμέτων οὐκ ἀποφοιτήσει μακράν; ἢ τίς τῆς οὕτως αἰσχρᾶς τερατολογίας οὐκ ἀπαναστήσεται, πολλὰ χαίρειν εἰπὼν τοῖς τὰ τοιαῦτα τολμῶσι φρονεῖν ἢ λέγειν; ἄπαγε τῆς οὕτω μυσαρωτάτης καὶ χαμαιπετοῦς ἐννοίας. οὐδὲν οἶμαι τούτων γραοπρεπέστερον ἢ ἀμαθέστερον. ἥκει γὰρ εἰς τοῦτο χυδαιότητος ἐννοιῶν τὸ χρῆμα αὐτοῖς, ὡς οὐδὲν εἶναι τὸ αἴσχιον. ἀποπεράνας γὰρ ὁ Χριστὸς τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκονομίαν, καὶ πατήσας τὸν σατανᾶν, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν κατασείσας, καταλύσας δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου τὸ κράτος, ἀνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν, ἀναφοιτήσας εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ἐμφανισθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, καθὰ γέγραπται· συνεδρεύει δὲ αὐτῷ καὶ μετὰ σαρκός, οὐχ ὡς ἄνθρωπος ἰδικῶς νοούμενος, καὶ ἕτερος υἱὸς παρὰ τὸν αὐτοῦ λόγον· οὐδὲ ὡς ἔνοικον ἔχων αὐτόν, ἀλλ' ὡς υἱὸς ἀληθῶς εἷς τε καὶ μόνος ὑπάρχων, καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος.

συνεδρεύει

* ἐν ᾧ

* μὴ προσὸν αὐτῷ τὸ πάθος ἔχειν,

* ἴσ. καθά φημι, φύσει

* τινας

* ἐξηγουμένοις,

ANNO CHRISTI 431. | PART III. CAPUT XL.

συνεδρεύει τοίνυν ὡς Θεὸς Θεῷ, καὶ κύριος κυρίῳ, καὶ υἱὸς πατρὶ τῷ κατὰ ἀλήθειαν, φύσει τοῦτο ὑπάρχων· κἂν νοοῖτο μετὰ σαρκός. Καὶ ἦν μὲν ἴσως οὐ χαλεπὸν, διὰ μακροτέρων ἔτι λόγων τῆς * ἐκείνου ἀμαθίας καταδεῖξαι τὸ βάραθρον· τὸ δὲ τοῖς οὕτω ψυχροῖς ἀντιλέγειν διὰ πλειόνων ἔτι, τάχα που συναμαθαίνειν ἐστὶ τοῖς ἐκεῖνα πεφλυαρηκόσι. προσεπενεγκεῖν δὲ τοῖς εἰρημένοις ἀναγκαῖον οἶμαί που τὰ, δι᾽ ὧν οἴονται καταπτοεῖν δύνασθαι τὴν συναγωγὴν κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ κατατοξεύειν ἐν σκοτομήνῃ τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, τουτέστι τοὺς ἐν ἁπλότητι γνώμης διαβιοῦν ᾑρημένους, καὶ τῆς πίστεως τὴν παράδοσιν, καθάπερ τινὰ παρακαταθήκην λαβόντας εἰς νοῦν, ἁγίαν καὶ ἀδιάφθορον τηροῦντας αὐτήν. οἱ γάρ τοι δεινοὶ πρὸς ἀπάτην, καὶ ἐννοιῶν εὑρήμασι, πολυπλόκως ἐξυφασμένοις τῆς τῶν ἀληθῶν ἀποκομίζοντες θήρας τοὺς ἀμαθεστέρους, οἱ τὰς τῶν ἑτέρων αἱρετικῶν κακίας ἀπομιμούμενοι, προτείνουσιν ἀμαθῶς, ἃ δὴ κἀκείνοις ἔθος, οὐκ ἐννοοῦντες τὸ γεγραμμένον· οὐαὶ * οἱ ποτίζοντες τὸν πλησίον * αὐτῶν ἀνατροπὴν θολεράν. οἱ μὲν γὰρ τῆς Ἀρείου δυσσεβείας ὑπασπισταὶ τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ λόγον ἑτεροούσιον εἶναί φασι, καὶ ἐν * δευτέρᾳ τίθενται τοῦ γεννήσαντος, κτιστόν τε καὶ γενητὸν εἶναι διατείνονται, καὶ τῇ κτίσει συντάττουσι τὸν δι᾽ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα. εἶτα τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ μονογενοῦς πολυπραγμονοῦντες τὸ μυστήριον, κακουργότατα παραφθείρουσι τῆς ἀληθείας τὴν δύναμιν· καὶ τῆς Ἀπολιναρίου δόξης τὰ ἐγκλήματα προσαρρωστοῦντες αὐτοὶ, σάρκα μὲν λαβεῖν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον διϊσχυρίζονται, ἐμψυχωμένην γε μὴν νοερῶς ἥκιστά γε, εἶναι δὲ μᾶλλον αὐτὸν ἀντὶ νοῦ καὶ ψυχῆς ἐν τῷ σώματι. πανουργότατα δὲ, ὡς ἔφην, τοῦτο δρῶντες ἁλίσκονται. ἵνα γὰρ τὰς ἀνθρωπίνας τοῦ κυρίου φωνὰς μὴ οἰκονομικῶς εἰρῆσθαι νομίζωμεν, καὶ κατά γε τὸ πρέπον τῇ ἀνθρωπότητι μέτρον, ἐπειδὴ γέγονεν ἄνθρωπος· ὑποκλέπτουσι τῆς σαρκὸς τὴν νοεράν τε καὶ ἔνοικον αὐτῇ ψυχήν. οὕτως αὐτὸ καὶ ὑποβιβάζουσι, καὶ ἐν μείοσιν εἶναί φασιν οὐσιωδῶς τοῦ πατρὸς, τῆς κατ᾽ αὐτοῦ συκοφαντίας τὰς ἀφορμὰς ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἀνοσίως ἐρανιζόμενοι. ἀλλ᾽ ἰδοὺ δὴ καὶ νῦν τῆς ἐκείνων ἀμαθίας οἱ ζηλωταὶ κατεπιφύονται πικροὶ τῶν τὰς Νεστορίου * κενοφωνίας οὐ προσιεμένων· καὶ τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον ἐκπολιορκοῦσι πίστιν· συρφετοὺς εἰκαίων συναγείροντες ἐννοιῶν, φασὶ μὲν γὰρ, τὸν θεσπέσιον Παῦλον εἰπεῖν περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ὅτι κεκένωκεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος· ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθί που φησίν· ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων. καὶ πάλιν· ἐν ᾧ κατῴκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. ἐφαρμόζονται δὲ καὶ ταῖς τοῦ Πέτρου φωναῖς, ποτὲ μὲν λέγοντος· Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει·

Marginal notes (Greek): al. ἐκείνων; ποτίζων; τῷ; δευτέροις ... ται; κενοφωνίας

A Considet itaque tamquam Deus cum Deo, & dominus cum domino, & Filius cum Patre vero, hoc ipsum obtinens ex natura, licet cum carne consideretur. Ac fuerat fortasse non magnæ difficultatis fusius adhuc istorum stultitiæ barathrum demonstrare: verum nugis usque adeo frivolis ineptisque, pluribus velle repugnare, haud aliud fere esset, quam cum eas ineptias fundentibus simul insanire. Illa nihilo minus ceteris quæ dicta sunt necessario fere adjecero, per quæ illi populum domini, sicut scriptum est, (Num. 22.) perterrefacere, rectosque corde, hoc est, eos B qui in simplicitate animi vitam traducunt, & fidei traditionem veluti quoddam depositum in mente conditum retinent, sanctamque ac incorruptam eamdem conservant in obscuro sagittare se posse existimant. Itaque (Psal. 10.) acres isti impostores, & qui sententiarum commentis multipliciter contextis, rudiores a veritate investiganda abducunt, aliorumque hæreticorum malitiam æmulati, stulte proponunt quæ illi solent, parum id quod scriptum est reputantes: *Væ illis qui proximo suo turbidam subversionem propinant.* (Abac. 2.) Enimvero Arianæ impietatis propugnatores unigeni- C tum Dei Verbum alterius essentiæ esse dicunt, & post ipsum generantem secundo loco constituunt, nec non creatum & conditum esse contendunt, & illum, per quem omnia, & in quo omnia, in creaturarum ordinem redigunt. (Rom. 11. Coloss. 1.) Deinde dum unigeniti in carne dispensationis mysterium curiose inquirunt, per summam fraudem vim veritatis corrumpunt: cumque præterea Apollinarii opinionis crimine laborent, Dei Verbum carnem quidem sumpsisse asserunt, sed intelligente anima minime præditam fuisse. Ipsum enim Verbum mentis & animæ vices in assumpto corpore D explere; idque, ut dixi, per summam fraudem facere deprehenduntur: quandoquidem ne voces illas domini nostri, quæ in humanam naturam conveniunt, dispensatoria ratione dictas arbitremur, & ex mensura quæ humanitati convenit posteaquam factus est homo, furtim adimunt carni animam intelligentem & in carne habitantem: qua fraude illum dejiciunt, Patreque secundum essentiam inferiorem esse aiunt: & suæ hujus adversus eum calumniæ ansas ex sacris literis impie colligunt. Sed ecce nunc quoque illorum stultitiæ æmulatores acerbi nos adoriuntur, quæ Ne- E storii profanas vocum novitates non admittimus, & rectam inculpatamque fidem aggere structo obsident, ac inanium sententiarum quisquilias in unum conglomerant. Aiunt enim beatum Paulum de Christo omnium salvatore dixisse: *Exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo: humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltavit illum; & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.* (Philipp. 2.) & alio rursum loco: *Deus erat in Christo; mundum reconcilians sibi.* (2. Cor. 5.) & iterum: *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* (Coloss. 2.) Suam quoque sententiam Petri vocibus accommodant, qui nunc quidem dicit: *Iesum a Nazareth, quomodo eum unxit Deus Spiritu sancto & virtute,* (Act. 10.) qui

PART. III. CAPUT XL.

ANNO CHRISTI 431.

qui pertransivit benefaciendo, & sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat cum eo. & rursum: *Et tempora quidem hujus ignorantiæ despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant, eo quod statuit diem, in quo judicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis.* (Act. 17.) Hæc proponentes, & quæ alio modo secundum humanitatem dicta sunt, ex pravis sententiis * acerbo sermone contexto statim interrogant: Cuinam Deus & Pater nomen dedit, quod est super omne nomen? Numquid proprio Verbo? At quo pacto non admodum absurda res est? inquiunt. Erat enim illud semper Deus, ex ipso secundum naturam genitum. Id ipsum autem esse nomen illud, quod est super omne nomen, recte accipitur. Deo namque secundum naturam, quod sublimius cogitari potest? Rursum, quem unxit Spiritu sancto? aut cum quonam erat Deus? Multa præterea alia hujuscemodi coacervantes, confundunt admodum simpliciorum animos, multumque conturbant. Sed ubique dividere, (sunt enim animales, spiritum non habentes) (Iuda.) & unum Christum & Filium & dominum in duos filios distinguere, ex suis ipsorum argumentis deprehendentur. Simulant enim unum se Christum & Filium confiteri, unamque ipsius personam esse dicunt: sed rursus cum in duas hypostases distinguant invicem disiunctas atque diversas, mysterii doctrinam prorsus pervertunt. Aiunt enim, illum ex muliere, seu illam formam servi, seorsum & per se nomen illud, quod est super omne nomen, accepisse, sanctique Spiritus unctionem suscepisse, & Deum, hoc est, Dei Patris Verbum semper apud se manentem habere: ac sermones summam dementiam redolentes palam eructant. Cum enim, juxta salvatoris vocem, mali sint, bona loqui non possunt. (Matth. 11.) Nam is qui invisibilem ineffabilemque ex Deo Patre nativitatem obtinet, erat procul dubio & est semper Deus & dominus: posteaquam vero secundum carnem ex muliere natus est, sed admirabili modo, & supra nos, nimirum sancti Spiritus illapsu, divinæque virtutis obumbratione, ortum quidem sicuti nos sortitus, (Luc. 1.) (sic namque semetipsum exinanivisse & humiliasse, nec non factus obediens usque ad mortem & crucem dicitur) ea ratione, & quidem merito, nomen quod est super omne nomen, accepisse perhibetur, (Philipp. 2.) omneque genu, cælestium, terrestrium & infernorum ipsi incurvatur; & omnis lingua confitebitur, quod dominus Iesus Christus in gloriam Dei Patris. Neque enim ratione prædita creatura Deum esse illum qui homo factus erat, nesciebat. Nam quamvis nostra susceperit, perindeque ac nos carni & sanguini communicaverit, (Hebr. 2.) Deus tamen esse non desiit; neque hoc ipsum quod erat, abjecit. mansit enim adorandus in gloriam Dei Patris. Nam ei gloria est, proprium habere Filium cum ipso una regnantem atque adorandum; etiamsi is propter mundi salutem dispensatorie factus sit homo.

* acriter

A ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν, καὶ ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὅτι Θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ. καὶ πάλιν· τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τανῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις, πάντας πανταχοῦ μετανοεῖν, καθότι ὥρισεν ἡμέραν κρίσεως, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. ταῦτα παραθέντες, καὶ τὰ καθ' ἕτερον τρόπον ἀνθρωποπρεπῶς εἰρημένα, * προσερωτῶσιν εὐθὺς, ἐκ μοχθηρῶν ἐννοιῶν πικροὺς * ἀνάπτοντες λόγους· B τίνι δέδωκεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα; ἆρα τῷ ἰδίῳ λόγῳ; καὶ πῶς οὐκ ἀπίθανον κομιδῇ τὸ χρῆμα; φασίν· ἦν γὰρ ἀεὶ Θεὸς, ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γεγεννημένος· ὄνομα δὲ τοῦτο τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα νοοῖτ' ἂν εἰκότως. τί γὰρ ἐπέκεινα τοῦ κατὰ φύσιν Θεοῦ; τίνα δὲ καὶ κέχρικεν ἁγίῳ πνεύματι; ἢ μετὰ τίνος ἦν ὁ Θεός; προσεπάγοντες δὲ τούτοις τὰ ἕτερα, διακυκῶσι λίαν, καὶ θορύβου * πιμπλᾶσι τῶν ἀκεραιοτέρων τὸν νοῦν· διορίζοντες δὲ πανταχῇ, ψυχικοὶ εἰσὶ γὰρ, πνεῦμα μὴ ἔχοντες, καὶ * ἀποδιϊστάντες εἰς υἱοὺς δύο τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ υἱὸν C καὶ κύριον, ἐξ αὐτῶν ἁλώσονται τῶν ἰδίων ἐγχειρημάτων. ἕνα μὲν γὰρ Χριστὸν καὶ υἱὸν ὁμολογεῖν ὑποπλάττονται, καὶ ἓν αὐτοῦ πρόσωπον εἶναι φασί· διαιροῦντες δὲ πάλιν εἰς ὑποστάσεις δύο κεχωρισμένας τε καὶ ἀποφοιτώσας ἀλλήλων, εἰς ἅπαν τὸν τοῦ μυστηρίου * παρασύρουσι λόγον. φασὶ μὲν γὰρ δὴ τὸν ἐκ γυναικὸς, ἤτοι τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, ἰδίᾳ τε καὶ καταμόνας τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα λαβεῖν, ὑπομεῖναι δὲ καὶ τὴν χρίσιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τὸ ἔχειν ἀεὶ συνόντα τὸν Θεὸν, τουτέστι τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον· D ἀβελτηρίας δὲ τῆς ἁπασῶν ἐσχάτης ὄζοντας ἐναργῶς ἐρεύγονται λόγους. πονηροὶ γὰρ ὄντες ἀγαθὰ λαλεῖν οὐκ ἂν δύναιντο, κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνήν. ἦν μὲν γὰρ ὁμολογουμένως, καὶ ἔστιν ἀεὶ Θεὸς καὶ κύριος ὁ τὴν ἐκ Θεοῦ πατρὸς γέννησιν ἄποπτόν τε καὶ ἀπόρρητον ἔχων· ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα, παραδόξως δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἐν ἐπιφοιτήσει πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐπισκιασμῷ δυνάμεως Θεοῦ, τὴν γοῦν καθ' ἡμᾶς ἀπότεξιν ὑπομείνας· οὕτω γὰρ ἑαυτὸν κεκενῶσθαι λέγεται, ταπεινῶσαί τε καὶ ἐν ὑπακοῇ γενέσθαι τῇ μέχρι θανάτου καὶ σταυροῦ· ταύτῃ τοι, καὶ μάλα εἰκότως E λέγεται λαβεῖν τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. καὶ αὐτῷ κάμπτει πᾶν γόνυ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός. οὐ γὰρ ἠγνόησεν ἡ λογικὴ * φύσις, ὅτι Θεὸς ἦν ὁ ἐνανθρωπήσας· εἰ γὰρ καὶ γέγονεν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ παραπλησίως ἡμῖν μετέσχηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, ἀλλ' οὖν οὐκ ἀποπεφοίτηκε τοῦ εἶναι Θεὸς, οὐδὲ ἀπόβλητον ἐποιήσατο * τὸ εἶναι ὃ ἦν· μεμένηκε γὰρ προσκυνητὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός. δόξα γὰρ αὐτῷ, συμβασιλεύοντα καὶ συμπροσκυνούμενον ἑαυτῷ τὸν ἴδιον ἔχειν υἱόν· εἰ καὶ γέγονεν οἰκονομικῶς ἄνθρωπος, ἵνα σώσῃ τὴν ὑπ' οὐρανόν.

* προσεπιρατῶσι
* ἀναπτύοντες
* ἐμπιμπλῶσι
* ἀποδιϊστῶντες
* παρευθύνουσι, ἢ, διασύρουσι
* κτίσις
* τοῦ

Οὔκουν

ANNO CHRISTI 431.

PART III. CAPVT XL.

Οὐκοῦν ὅτε παρά τε τῶν ἁγίων ἀγγέλων, A καὶ ἡμῶν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἐπιστεύθη καὶ μετὰ σαρκὸς, ὡς εἴη Θεὸς φύσει τε καὶ ἀληθῶς, τότε τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα νοεῖται λαβὼν, οὐκ ἐν προσθήκης μοίρᾳ τὸ χρῆμα κερδαίνων αὐτός. ὁ γὰρ ἦν τε καὶ ἔστι καὶ ἔσται ἀεὶ, πῶς ἂν ὡς οὐκ ἔχων λάβοι; ἐλλάμψαντος δὲ μᾶλλον ταῖς ἁπάντων διανοίαις τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ τὸν σαρκωθέντα λόγον, ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν ἀγνοῆσαι μὴ συγχωρήσαντος. οὐδεὶς γὰρ, φησὶ, δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν. γέγονε δὲ καὶ ἡ χρίσις αὐτοῦ περὶ B τὸ ἀνθρώπινον· ἅγιος γὰρ ὢν κατὰ φύσιν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ πατὴρ, καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ * γεννηθεὶς υἱὸς μονογενὴς, κεχρίσθαι λέγεται καθ' ἡμᾶς, ἤγουν ἡγιάσθαι παρὰ τοῦ πατρὸς, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος. γράφει γοῦν ὁ πάνσοφος Παῦλος περί τε αὐτοῦ, καὶ ἡμῶν· ὅ τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες· δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν, λέγων· ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. οὐκοῦν καὶ φύσιν ἅγιος ὢν ὁ μονογενὴς, καὶ ἁγιάζων τὴν κτίσιν, ὅτε κεχρημάτικεν ἡμῶν ἀδελφὸς, τότε καὶ μεθ' ἡμῶν, ἀνθρωπίνως κεχρίσθαι λέγεται, τὸ τῇ C ἀνθρωπότητι πρέπον τε καὶ εἰκὸς οὐκ ἀτιμάσας μέτρον διὰ τὴν οἰκονομίαν. οὕτω γάρ πού φησι καὶ πρὸς τὸν θεσπέσιον Βαπτιστήν· ὅτι πρέπον ἡμῖν ἐστι πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. εἰ δὲ δὴ λέγοιτο καὶ ὁ Θεὸς εἶναι μετ' αὐτοῦ, πῶς ἠγνόησαν οἱ δεινοὶ σοφισταὶ, ὅτι σύνεστιν ἀεὶ φυσικῶς ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ, αὐτός τε ὢν ἐν αὐτῷ, καὶ ἔχων αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ; ἢ οὐ διαμεμνήκασι λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· οὐ πιστεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; ἔφη δὲ καὶ ἑτέρωθι, τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ D μαθηταῖς προσλαλῶν· ἔρχεται ὥρα, καὶ ἐλήλυθεν, ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, καὶ ἐμὲ μόνον ἀφῆτε· καὶ οὐκ εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ πατήρ μου μετ' ἐμοῦ ἐστίν. οὐ γάρ τοι, καθὰ νομίζουσιν οἱ τῶν ἀλλοτρίων ἐμέτων ἀσυνέτως ἀναπιμπλάμενοι, Θεὸς ὢν ὁ λόγος, ὡς ἕτερος ὢν υἱὸς μεθ' ἑτέρου γέγονεν υἱοῦ, τοῦ ἀναληφθέντος ἀνθρώπου· τομὴ γὰρ τοῦτο καὶ διαίρεσις, υἱῶν δυάδα παρακομίζουσα· ἀλλ' ἦν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ μετὰ τοῦ υἱοῦ, τουτέστι μετὰ τοῦ σαρκωθέντος τε καὶ ἐνανθρωπήσαντος τοῦ Θεοῦ λόγου· ἀχώριστος γὰρ ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ.

Εἰ δὲ δὴ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην * ὁ E Θεὸς ἐν ἀνδρὶ, ᾧ ὥρισεν, * οὐκ ἂν οἴοιτό τις εὖ φρονῶν ὅτι τὸν μονογενῆ φησι τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, ὡς ἐν ἀνδρὶ νοουμένῳ κατὰ μόνας υἱῷ τῷ ἐκ γυναικὸς, δικάσειν τὴν ὑπ' οὐρανόν. ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον εὐσεβὲς ὑπάρχειν διαβεβαιούμεθα, τὸ ἐκεῖνως νοεῖν, ὅπερ ἔφη Χριστός· οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ· ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. ὁ γάρ τοι Θεὸς λόγος γεγονὼς ἄνθρωπος, καὶ τελέσας ἐν ἀνδράσιν, ἤγουν τοῦτο μεθ' ἡμῶν ὀνομασθεὶς, οὐδὲν ἧττον ἔσται κριτὴς, ὡς Θεὸς καὶ κύριος, καὶ εἷς ὢν υἱὸς,

Marginal notes: πεφηνὼς (at * γεννηθεὶς); [φη]σί, πίστιν πα[ρα]σχὼν, οὐκ (at * ὁ Θεὸς / * οὐκ)

Quando ergo cum a sanctis angelis, tum a nobis quoque qui in terra versamur, carnem etiam indutus natura & veritate Deus esse creditus est, tunc illud nomen quod est super omne nomen, accepisse intelligitur: non quasi id velut auctarii loco consecutus fuerit; (quomodo enim id quod erat & est & semper erit, tamquam non habens accipiat, sed quod Deus & Pater mentes omnium illustrarit; & incarnatum Verbum esse secundum naturam Deum ignorari non permiserit, *Nemo*, inquit, *venire potest ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit illum.* Ioan. 6. Simili modo & ipsa quoque ejus unctio circa humanam naturam fuit. Nam cum unigenitus, qui ex Patre gignitur, secundum naturam sanctus esset non secus ac Pater, secundum nos unctus, hoc est, a Patre sanctificatus dicitur, quatenus nimirum homo apparuit. Qua de re sapientissimus Paulus de illo ac de nobis ita scribit: *Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes.* Hebr. 2. propter quam caussam non confunditur fratres eos vocare, dicens: *Annuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Psal. 21. Ergo cum unigenitus secundum naturam suam sanctus sit, ipsamque creaturam sanctificet; attamen cum frater noster est factus, tunc secundum humanam naturam nobiscum quoque unctus dicitur, utpote mensuram humanæ naturæ convenientem & consentaneam propter dispensationem nequaquam aspernatus. Ita enim beatum Ioannem Baptistam profecto alloquitur: *Quoniam decet nos implere omnem justitiam.* Matth. 3. Quod si Deus cum ipso quoque esse dicatur; quomodo acuti illi sophistæ non intelligunt Patrem naturaliter semper esse cum Filio, cum & ipse in illo sit, & illum in seipso habeat? An non meminerunt quid Christus dicat: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovisti me, Philippe? qui vidit me, vidit & Patrem.* Ioan. 14. *Ego & Pater unum sumus.* Ioan. 10. *Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est?* Ioan. 14. Et alibi rursum discipulos alloquens ait: *Venit hora, & jam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quoniam Pater meus mecum est.* Ioan. 16. Non enim, ut ii persuasum habent qui alieno vomitu insipienter replentur, Verbum quod Deus erat, tamquam alter Filius cum altero Filio, nempe cum assumpto homine fuit, (id enim aliud quam sectio est atque divisio, filiorum dualitatem inducens) sed erat Deus & Pater cum Filio, hoc est, cum incarnato inhumanatoque Deo Verbo. Pater namque a Filio separari nequaquam potest.

Iam etsi Deus judicaturus sit orbem terrarum in viro, quem statuit, nemo tamen prudens sacram scripturam affirmare existimet, Act. 17. unigenitum Dei tamquam in viro seorsim considerato Filio, illo inquam ex muliere terrarum orbem judicaturum esse, quinimo id pium esse asserimus, si illud intellexerimus quod Christus dixit: *Pater*, inquit, *non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.* Ioan. 5. Etenim Deus Verbum homo factus, & inter homines numeratus, hoc est, ita nobiscũ appellatus, nihilo minus judex erit tamquam Deus & dominus, & tamquam unus Filius,

quippe cum sic quoque Deus & Pater in ipso sit. Habet namque, ut modo aiebam, Patrem in se manentem, & ipse vicissim in Patre inest. (Ioan. 14) Quemadmodum autem unus est (1. Cor. 8.) Deus & Pater, ex quo omnia; ita quoque unus est dominus Iesus Christus, per quem omnia. Quin & illud etiam quod recte beati Pauli voce pronuntiatum est, in deteriorem sensum detorquent. Ille enim dicit, & (2. Cor. 5.) quidem recte: *Deus erat in Christo, mundum sibi reconcilians*. Isti vero uni Christo & Filio crassam quamdam sectionem inferentes, Deum Verbum prorsus divellunt, & tamquam in alio quodam Christo seorsim considerato ipsum esse asserunt, ita ut jam in homine habitasse verius, quam carnem sumpsisse intelligatur. Sed vos alloquor, viri sapientes, ipse divinarum literarum scopus hæc ita se habere non permittit. Confunditis enim lectionem, sententiarumque vim ad ea (2. Cor. 10.) distorquetis, quæ non decet; cum tamen omnem intellectum in obsequium Christi nos (2. Cor. 5.) captivare oporteat, sicuti scriptum est. Erat enim Deus in ipso, mundum sibi in Christo reconcilians. Christo namque reconciliati, Deo quoque & Patri reconciliamur: quandoquidem Deus Verbum, quod ex Patre ortum est, quantum ad essentiæ idemtitatem spectat, non est ab eo diversum, cum etiamsi factum sit homo, nulla tamen ex parte lædatur, quo minus sit secundum naturam Filius: id enim etiam carne assumpta (Ephes. 2.) permansit. Quod autem reconciliationem in Christo habuerimus, quodque ipse sit pax (Ioan. 10. & 14.) nostra, quis audeat negare? Ipse est enim (Coloss. 2.) ostium, & via: & in ipso omnis divinitatis plenitudo habitavit corporaliter.

Sed rursum ille acer ad contemplandum, & vehemens ad calumniandum, aures arrigit, ac dicit: Si alius est qui inhabitat, & alius similiter ille, in quo inhabitare perhibetur; qua igitur ratione fieri potest, ut hypostases non dividamus, seorsumque & per se utramque subsistere non dicamus? Deinde ubi jam tandem, dic mihi, una persona erit? Nam unam dumtaxat personam se statuere fingunt. Sed duabus hypostasibus per se & seorsum positis, omnino duæ quoque personæ erunt. Verum ingrediuntur ut legislatores, quod sibi videtur, quasi etiam rectum sit, omnino ratum habentes. Nam secernendo hypostases, inquiunt, unimus personam. Atqui quomodo id non est incredibile, & stultum, & impossibile? Nam quod ad contemplationem ac rationem attinet, ut dixi, quivis facile intelligit, carnem alterius esse substantiæ a Verbo, quod ipsi conjunctum est. Sed quia divinæ scripturæ unum Filium, unum dominum, & unum Christum nobis tradiderunt, & ita quoque, & nō aliter habet fidei traditio; ideo nos Dei Patris Verbū indissociabili unione cum sua carne anima intelligente prædita conjungentes, unum Christum & Filium esse cōfitemur. Et quemadmodum unus est Filius, ita unam quoq; tantum personam ipsius asserimus; sacram sanctamq; fidei prędicationem, eosque qui ab initio viderunt, ipsiusque Verbi ministri extiterūt, ubiq; secuti. Qui autē quiddam ab hoc diversum sapere consueverunt, ineptorumque syllogismorum commentis ad ea deflectunt, ad quæ non oportet; eos a nostra

A ἐνόντος αὐτῷ καὶ τότε τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ἔχει γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν ἑαυτῷ τὸν γεννήσαντα· καὶ αὐτὸς δέ ἐστιν ἐν αὐτῷ. ὥσπερ δέ ἐστιν εἷς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, οὕτω καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. παραθύνουσι δὲ οὐδὲν ἧττον ἔτι τὸ ἀκαλλὲς καὶ τὸ ὀρθῶς εἰρημένον διὰ τῆς τοῦ μακαρίου Παύλου φωνῆς. ὁ μὲν γὰρ ἔφη, καὶ μάλα ὀρθῶς· ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ· οἱ δὲ πάλιν παχεῖαν τινα τῷ ἑνὶ Χριστῷ καὶ υἱῷ τὴν τομὴν ἐπιφέροντες, ἀποδιϊστῶσιν, εἰς ἅπαν τὸν Θεὸν λόγον· καὶ ὡς ἐν ἑτέρῳ τινὶ νοουμένῳ Χριστῷ καταμόνας εἶναί φασιν αὐτὸν, ἵνα μὴ μᾶλ-
B λον σεσαρκωμένος, ἀλλ' ἐνοικήσας ἀνθρώπῳ νοῆται. ἀλλ' ὅγε τῶν ἱερῶν γραμμάτων σκοπὸς οὐχ ὧδε ταῦτα ἔχειν ἐφίησιν, ὦ σοφοί. συγχεῖτε γὰρ τὴν ἀνάγνωσιν, τὴν τῶν ἐννοιῶν δύναμιν ἐφ' ἃ μὴ προσήκεν ἀποκομίζοντες. καίτοι δέον, ἡμᾶς αἰχμαλωτίζειν πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, καθὰ γέγραπται. ἦν γὰρ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ, τὸν κόσμον καταλλάσσων ἐν Χριστῷ· καταλλαττόμενοι γὰρ τῷ Χριστῷ, τὰς πρὸς Θεὸν καὶ πατέρα ποιούμεθα καταλλαγάς. ὅτι μὴ ἕτερος παρ' αὐτὸν κατά γε τὸ ἐν οὐσίᾳ ταυτὸν ὁ ἐξ αὐτοῦ Θεὸς λόγος, ἀδικούμενος οὐδὲν εἴς γε τὸ εἶναι κατὰ φύσιν υἱὸς, καὶ εἰ γέγονεν ἄνθρωπος· ἦν γὰρ τοῦτο καὶ μετὰ σαρκός. ὅτι δὲ τὴν καταλλαγὴν ἐσχήκαμεν
C ἐν Χριστῷ. καὶ αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, τίς ὁ μὴ φάναι τολμῶν; αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ θύρα, καὶ ἡ ὁδὸς, καὶ ἐν αὐτῷ κατῴκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς.

Ἀλλ' ὀρθὸς μοι πάλιν ἵστησι τὸ οὖς ὁ πικρὸς εἰς θεωρίας, καὶ δεινὸς εἰς συκοφαντίας· καὶ δή φησιν· εἰ ἕτερος ὁ κατοικῶν, ἕτερος δὲ ὁμοίως ὁ ἐν ᾧ κατοικῆσαι λέγεται, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον διαιρεῖσθαι τὰς ὑποστάσεις, καὶ ὑφεστάναι λέγειν ἀνὰ μέρος * ἑκατέραν; εἶτα ὅποι ποτὲ λοιπὸν τὸ ἓν πρόσωπον; εἰπέ μοι, εἰ ἓν γὰρ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ προσποιοῦνται λέγειν, δύο δὲ ὑποστάσεων ἰδίᾳ τε καὶ (* ἑκάτερον)
D ἀνὰ μέρος κειμένων, ἔσονταί που πάντως καὶ πρόσωπα δύο. ἀλλ' εἰσβαίνουσιν ὡς νομοθέται, τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, ὡς ὀρθῶς ἔχον, πάντη τε καὶ πάντως κρατύνοντες. διαιροῦντες γὰρ, φασὶ, τὰς ὑποστάσεις, ἑνοῦμεν τὸ πρόσωπον. καὶ πῶς οὐκ ἀπίθανον τοῦτο, καὶ ἀμαθὲς, καὶ ἀμήχανον; * θεωρίᾳ μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, ἑτερούσιον οὖσαν τὴν σάρκα παρὰ τὸν ἑνωθέντα αὐτῇ λόγον κατίδοι τις ἄν. ἐπειδὴ δὲ υἱὸν ἕνα, (* θεωρίαι) καὶ Χριστὸν, καὶ κύριον αἱ θεόπνευστοι λέγουσι γραφαὶ, καὶ τῆς πίστεως ἡ παράδοσις οὕτως
E ἔχει καὶ οὐχ ἑτέρως, συνενεγκόντες ἡμεῖς εἰς ἀδιάτμητον ἕνωσιν ἐψυχωμένῃ νοερῶς τῇ σαρκὶ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἕνα Χριστὸν καὶ υἱὸν ὁμολογοῦμεν ὑπάρχειν. ὡς δὲ ἑνὸς ὄντος τοῦ υἱοῦ, καὶ ἓν αὐτοῦ φαμὲν εἶναι πρόσωπον, ἑπόμενοι πανταχοῦ τῷ θείῳ τε καὶ ἱερῷ κηρύγματι, καὶ τοῖς ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπταις, καὶ ὑπηρέταις γενομένοις τοῦ λόγου. τοὺς δὲ ἕτερόν τι παρὰ τοῦτο φρονεῖν εἰωθότας, καὶ συλλογισμῶν ἀσυνέτων εὑρήμασιν, ἐφ' ἃ μὴ προσήκεν, ἐκτετραμμένους, * ἀποπεμψόμεθα τῆς πρὸς ἑαυτοὺς κοινωνίας, (* ἀποπεμψάμεθα)

ANNO CHRISTI 431.

κοινωνίας, λέγοντες· πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ἡμῶν, καὶ τῇ φλογὶ, ᾗ ἐξεκαύσατε. ἐπειδὴ δὲ μανθάνω, τῶν ἀσυνέτων τινὰς περινοστοῦντας λέγειν· ὡς κεκράτηκε παρὰ τοῖς κατὰ τὴν ἑῴαν ἅπασι θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις ἡ Νεστορίου κακοδοξία, καὶ εὖ ἔχειν ὑπείληπται παρ' αὐτοῖς, καὶ * ταύτῃ μᾶλλον ἕπεσθαι χρὴ, δεῖν ᾠήθην κἀκεῖνο μηνῦσαι· οἱ γάρ τοι κατὰ τὴν ἑῴαν πᾶσαν θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, ἅμα τῷ κυρίῳ μου τῷ θεοσεβεστάτῳ τῆς Αντιοχέων ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ Ιωάννῃ, δι' ἐγγράφου καὶ σαφοῦς ὁμολογίας φανερὸν ἅπασι κατέστησαν, ὅτι τὰς μὲν Νεστορίου βεβήλους * καινοφωνίας κατακρίνουσί τε καὶ ἀναθεματίζουσι μεθ' ἡμῶν, καὶ οὐδενὸς ἠξίωσαν αὐτὰς πώποτε λόγου, ἀλλὰ τοῖς εὐαγγελικοῖς, καὶ ἀποστολικοῖς ἕπονται δόγμασι, καὶ τὴν τῶν πατέρων ὁμολογίαν κατ' οὐδένα λυποῦσι τρόπον. ὡμολόγησαν γὰρ καὶ αὐτοὶ μεθ' ἡμῶν, ὅτι καὶ θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία παρθένος, καὶ οὐ προσέθεσαν, ὅτι χριστοτόκος ἐστὶν, ἢ ἀνθρωποτόκος, καθά φασιν οἱ Νεστορίου τὰ δύστηνα καὶ ἀπόπτυστα δοξάρια θεραπεύοντες. ἀλλὰ γὰρ καὶ ἔφασαν ἐναργῶς, ἕνα εἶναι Χριστὸν καὶ υἱὸν καὶ κύριον τὸν ἐκ Θεοῦ μὲν πατρὸς πρὸ παντὸς αἰῶνος ἀπορρήτως γεννηθέντα Θεὸν λόγον, ἐν ὑστέροις δὲ καιροῖς τὸν αὐτὸν καὶ ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα· ὥστε τὸν αὐτὸν εἶναι Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον, τέλειον ἐν θεότητι, τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι τὸν αὐτόν· καὶ ἓν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον εἶναι πιστεύουσι, κατ' οὐδένα διαιροῦντες τρόπον εἰς δύο υἱοὺς, ἢ Χριστοὺς, ἢ κυρίους. ἐὰν τοίνυν καταψευδόμενοί τινες λέγωσιν ἕτερά τινα παρὰ ταῦτα φρονεῖν αὐτοὺς, μὴ πιστευέσθωσαν. ἀλλ' ὡς ἀπατεῶνες καὶ ψεῦσται κατὰ τὸν αὐτῶν πατέρα τὸν διάβολον, ἀποπεμπέσθωσαν· ἵνα μὴ ταράττωσι τοὺς ἐθέλοντας ὀρθοποδεῖν. ἐὰν δὲ καὶ ἐπιστολὰς ἑαυτοῖς συντιθέντες τινὲς * περιφέρωσιν, ὡς ἐκ προσώπου γραφείσας ἀνδρῶν ἐπιφανεστέρων, οὐκ ὀφείλουσι θαρσεῖσθαι. οἱ γὰρ ἅπαξ ἐγγράφως ὁμολογήσαντες τὴν πίστιν, πῶς ἕτερα γράφειν δύνανται, καθάπερ ἐκ μετανοίας εἰς τὸ μηκέτι βούλεσθαι φρονεῖν ὀρθῶς παρενηνεγμένοι; πρόσειπε τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα. σὲ ἡ σὺν ἡμῖν ἐν κυρίῳ προσαγορεύει. ἐῤῥῶσθαί σε ἐν κυρίῳ εὔχομαι.

Marg.: * αὐτῇ — * κενοφω-νίας — * προφέ-ρουσιν

A communione rejicimus; dicentes: *Ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam succendistis.* Verum enimvero quoniam audio stolidos quosdam circumcursare, ac dictitare, perversam Nestorii doctrinam apud omnes piissimos orientis episcopos obtinuisse, & apud eos rectam existimati, eamque potius sequendam putari; illud quoque indicandum esse arbitratus sum: quandoquidem religiosissimi totius orientis episcopi una cum domino meo Ioanne religiosissimo ecclesiæ Antiochenæ episcopo scripta dilucidaque confessione omnibus palam fecerunt, se profanas Nestorii vocum novita- B tes æque ac nos condemnasse & anathematizasse, seque nullo unquam loco eas habuisse; verum euangelica & apostolica dogmata sectatos esse, sanctorumque patrum confessioni nullo modo adversari. Professi enim sunt perinde ac nos, sanctam virginem Dei genitricem esse, nec adjecerunt quod Christi genitrix sit, aut hominis genitrix; quemadmodum dicunt qui infelices execrandasque Nestorii opiniones tuentur. Asseruerunt quippe disertis verbis, unum esse Filium, unum dominum, unum Christum; Deum nimirum Verbum, ante omne sæculum ineffabili modo ex Deo Patre genitum, idemque novissimis temporibus secundum carnem ex muliere natum: ita ut C idem Deus sit & homo, idem perfectus in deitate, perfectus rursum in humanitate. Credunt denique unam illius esse personam. nec ulla ratione in duos filios, aut duos Christos, aut duos dominos dispertiuntur. Si qui igitur sunt, qui illos diversa ab his sentire falso affirmaverint, nulla eorum dictis fides habeatur; verum tamquam impostores & mendaces secundum patrem suum diabolum amandentur, ne illos qui recte incedere cupiunt conturbent. Quod si qui epistolas a se concinnatas circumferunt, tamquam quæ a viris spectatis editæ sint; eorum audacia nullo modo est admittenda. Qui enim semel fidem suam per scriptum pro- D fessi sunt, qui fieri potest ut jam contraria scribant, quasi pœnitentia ducti eo jam prolapsi sint, ut recta sapere diutius nolint? Saluta quæ tecum est fraternitatem. quæ mecum est te salutat. Opto te in domino valere.

PART. III. CAPVT XLI.

Isa. 50.

EPISTOLA SANCTI SIXTI PAPÆ ad Cyrillum Alexandrinum, post pacem factam inter ipsum Cyrillum & Ioannem.

Sixtus episcopus Cyrillo episcopo Alexandrino.

...XLI. ...I.

MAGNA sumus lætitia alacritatis impleti, *postquam*, sicut legimus, *ex alto nos oriens* E *visitavit.* Ecce enim solicitis nobis, quia neminem perire volumus, sanctitas tua redintegratum corpus ecclesiæ suis epistolis indicavit, redeuntibus ejus in sua membra compagibus: neminem foris jam videmus errare, quia intus omnes positos fides una testatur. Lætamur e medio nostrum qui hoc opus fecit ablatum: soli sibi nunc non credenti, quod sensit intelligit obfuisse, qui contra hunc nixus, quem profitemur omnibus profuisse. Sed convenit a tristibus nos ad læta transire, quia ipse, cui quæstio mota fuerat, de ecclesia universali mœrore sublato, tempus nobis præstitit gaudiorum. Christus denique Deus noster quam vera sit sua causa monstravit, quando ita res dignatus est gubernare, ut tantæ rei & talis judicium servaret suorum conventui sacerdotum. In unum congregati apostoli de fide sæpe tractarunt: in unum nunc convenientes apostolici de ejus victoria gratulantur. O relatio digna mittente, digna conventu! Gaudii cælestis judicium tales habere debuit cognitores. & quia res & causa deposcit, locum quoque convenit * non taceri. Ad beatum apostolum Petrum fraternitas universa convenit. Ecce auditorium congruens, auditoribus conveniens audiendis. Habuerunt coepiscopi nostri illum congratulationis testem, quem habemus honoris exordium. Sanctæ namque & venerabili synodo, quam natalis mihi dies favente domino congregarat, quia sic credendum est, ipse præsedit;

...or. 5.

Marg.: * intueri.

PART. III. CAPUT XLI. ET XLII.

quandoquidem probatur nec spiritu, nec corpore defuisse. Adfuit palmæ, qui contentioni non defuit: juvit animorum vota nostrorum, qui videt symbolo primum inter apostolos tradito derogari: non passus est nefandum caput gaudere solatiis, nec turbari diu sivit lutulento gurgite fontis illius perspicui puritatem. Ad nos reversi fratres, ad nos inquam, qui morbum communi studio persequentes, animarum curavimus sanitatem. Non se exuli vestro sanctus frater noster Ioannes addiderat, non ejus est blasphema prædicatione deceptus: nam quantum rerum exitus docet, suspendit suam sententiam, non negavit. Nam quid in inventorem malorum posset aliud judicare, nisi quod probatur ipse per sacerdotes suos, cujus agebatur causa, sentire? Statuerat hoc nimirum de nostrorum desertore castrorum, quod a ducibus fidei * suaderet perfidia judicari. Nunquam se a nostro numero separasset, in quem potuit & reverti. Exulta, frater carissime, & ad nos recollectis fratribus victor exulta. Quærebat ecclesia quos recepit. Nam si neminem perire volumus de pusillis, quanto magis gaudendum nobis est sanitate rectorum? Legimus una ovis quantum gaudii reportata præstiterit: & idcirco intelligendum est quid laudis habeat tantos revocasse pastores. Greges aspiciuntur in singulis; nec unius hic causa tractatur, quoties agitur de sanitate * multorum. Lætamur hic nihil egisse nos præcoquum, quando fructu nostræ sententiæ gratulamur. Sustinuimus, fratres, certi eos non spinas, sed uvas esse * facturos. In evidenti est nostrorum vindemia gaudiorum, quæ sanctam synodum largitate gratulationis implevit. Vineam suam custos ille curavit, quem ad custodiendam domum Israel nec dormitare, nec obdormire David propheta testatur: infecundum illud Christo nostro, nec afferens fructum, suscepit flamma sarmentum. Sed ut hoc videmus convenire damnato, ita de reversis ad nos fratribus convenit dicere, quia non potuit a diabolo eradicari plantatio, quam plantaverat Pater. Illum ergo sibi ignis æternus, hos possessoris æterni vinea vindicavit, in tantum ut Antiochenæ ecclesiæ sacerdotem vocari a sanctitate tua jam nunc venerabilem virum & domnum gaudeamus. Et merito vocatur domnus, qui communem dominum recognovit, qui incarnationis ejus mysterium voce catholica nobiscum confitetur. Bene nobis breviter tua fraternitas quæ sunt super eodem negotio gesta narravit: sed mirati non sumus, quod a dissentientibus in te compositam legimus * dejectionis injuriam. Novimus frequenter patere calumniis veritatem, nec tamen unquam posse falsitate superari. votivæ sunt semper molestiæ fidem prædicanti. his namque cum beatitudine copiosa merces paratur in cælo, quibus propter justitiam maledictiones, persecutiones, & omne malum præcipitur sustinere. Passus es falsitatem, ut victricem faceres veritatem: & ideo nunc insultandum est falsitati, quia nullus perire potuit veritati. Expectamus igitur memorati fratris nostri Ioannis clericos, & optamus venire. scimus ei & pro honore & pro labore tuo dare responsum. Non est, sicut fratri & coepiscopo nostro Maximiano sæpe jam scripsimus, etiam ipse redeuntibus difficilis aperire januam: ut vere, nisi perditionis filius, nemo sit perditus; sitque ei major causa lugendi, quod meruit solus excludi. Hæc ad venerationem tuam fraternitas mecum sancta scribit, probans tuos in omnibus & confirmans labores; qui tamen graves aut amari esse non poterunt, quia huic impensi sunt, cujus onus leve, & jugum suave portamus. Datum xv. Kalendas Octobris Theodosio XIII. & Maximo consulibus.

Margin notes (left column): * f. sua deberet — Luc. 15. — * f. rectorum. — * laturos. Matth. 7. — Psal. 120. — Ioan. 15. — Matth. 15. — * dictionis — Matth. 5.

Margin notes (right, first part): ANNO CHRISTI 431. — Ioan. 17. — Matth. 11.

SIXTUS EPISCOPUS, IOANNI *episcopo Antiocheno.*

Respondet epistolæ Ioannis, quæ habetur supra cap. 27. CAP. XLII.

Si ecclesiastici corporis gloriam, si ejus integritatem dilectio tua considerare dignetur; profecto lætitiæ nostræ non quæret interpretem. Ipsæ namque res evidentissime loquuntur, mœrorem nostrum repentino sancti fratris nostri Cyrilli sermone in gaudium esse conversum. Tantam hanc ergo solicitudinem nostram nos evasisse delectat, postquam reo nostræ fidei tua fuit * sanctitas plenitudo. Nunc vere se exulem, nunc se sentit ejectum. Abundant ei in deserto spinæ, quia deest uva quam colligat. Hos habet fructus, qui erga vineam domini * nostri noluit exercere culturam. Credo ad dilectionem tuam rerum cursus & ordo pervenerit, qualiter ei voluimus nostra admonitione succurrere. Retinuimus in præceps euntem, qui erat blasphemiarum pondere in profunda mergendus. Si negotii qualitatem justa lance pensemus, nulli non videbitur Nestorius sero * damnatus. Hic fuerit debitus sermo præteritus. Fruamur nunc præsentibus bonis, nec diu hæreamus in tristibus, quibus dominus gaudere concessit. Audivit universa fraternitas, quæ ad natalis mei convenerat diem, qualiter bono humani generis, apostolicæ sedis me præside, * . . . excedant licet meritum meum, & extra me hæc esse cognoscam: exordium tamen sui sermonis gratus accipio, quia non est tibi controversia perferenda, qui Christum dominum nostrum bono humani generis, ita ut natus est, confiteris: subsequenter ecclesiæ addis luciferum, & ubique lucentem: sed & nunc vos, imo omnes qui lucis illius signum fronte gestamus, luciferos confitemur. Sint ergo omnes fidem prædicantes domini sacerdotes luciferi, & ubique lucentes: sit & Nestorius ille lucifer, de quo scriptum est: *Cecidit lucifer, qui mane oriebatur.* cecidit, sed superbiens cecidit, sed elisus; cum ascendere disponit in cælum, & ponere super cæli sidera sedem suam, & promittit altissimo similem se futurum. Ille ad similitudinem se aptabat altissimi: iste in suam similitudinem vocabat altissimum, hominem namque natum eum tantummodo prædicabat, auferens incarnationis mysterium, & illud evacuans, imo illud impugnans, quo secundum symbolum fides & salus nostra subsistit. Non est certandi jam tempus hoste prostrato: transeundum nobis ab his est quæ bella moverunt. importunum est victoriæ tempore adhuc de præliis disputare. Quæ hic evidentior rerum fides, quæ ratio major potest esse, quam palma? Fruamur auctore domino, bono atque jucundo, quia in unum fratres rursus cœpimus habitare. Hæc sanctitatem tuam volumus prædicare, quæ scribis.

Margin notes (right, second part): * f. sanitas pœnitudo. — Matth. 7. — * nostram — * damnatus, cui non profuerit — * Deest aliquid. — Isa. 14. — Psal. 132.

ANNO CHRISTI 431.

bis. Expertus es negotii præsentis eventu, quid sit sentire nobiscum. Beatus Petrus apostolus in successoribus suis, quod accepit, hoc tradidit. Quis ab ejus se velit separare doctrina, quem ipse inter apostolos primum magister edocuit? Non hunc auditus per alterum, non sermo lectus instruxit. doctus est cum aliis ore doctoris: non scripturæ, non scriptorum passus est quæstionem. absolutam & simplicem fidem, & quæ controversiam non haberet, accepit; quam utique meditari semper, & in qua manere debemus; ut sensu puro sequentes apostolos, inter apostolicos esse mereamur. Non parum nobis oneris, non parum laboris incumbit, ut ecclesiæ domini macula desit & ruga. Quam super hoc esse soliciti nos debeamus, clementissimorum & Christianissimorum regum cura testatur. Aspice, frater carissime, cælesti negotio quam se vigilanter impenderint. Cogitationum ferias nesciverunt: nec dignati sunt terrena curare, nisi cælestibus paruissent. Quoties apostolicam sedem, quoties diversos fratres eorum sermo commovit? Impenderunt se ejus negotio, qui se eorum nunquam nega-

A vit imperio. Sciunt se illi fenerare solicitudinem suam, qui eam cum grandi reddat usura. De qua re nos convenit gloriari, quia cælestem regem videmus fœderatos reges habere terrarum. *Intelligunt*, sicut ait David, *& erudití sunt qui judicant terram*; quando, sicut dicit alibi, *ipsi & omnes populi laudant nomen domini.* † Ergo quia, sicut dicit apostolus, *Fides una est*, * *& vincentes obtinuit*, dicenda credamus, & tenenda dicamus. Nihil ultra liceat novitati, quia nihil adjici convenit vetustati. Dilucida & perspicua majorum credulitas nulla cœni permixtione turbetur. B Habet probatum nobis virum fratrem & coepiscopum nostrum Maximianum Constantinopolitanæ ecclesiæ sacerdotem, divino illic judicio consecratum; ut ægritudinis morbum, quem astutiæ venena * solius infuderant, superet simplicitatis dulcedo succedens: qui non illic aliud quam credimus poterit prædicare, nisi quod a decessoribus meis nobiscum positus frequenter audivit. Datum xv. Kalendas Octobris, Theodosio xiv. & Maximo consulibus.

PART. III. CAPUT CAP. XLIII

Psal. 2.

Psal. 148.

Ephes. 4.

† Citat hunc locum Vincentius Lirinensis advers. hæres. in fine.

* *qua evidenter obtinuit.*

* sopitis

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
Ἀλεξανδρείας εἰς τὸ ἅγιον σύμβολον.

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις, Ἀναστασίῳ, Ἀλεξάνδρῳ, Μαρτινιανῷ, Ἰωάννῃ, Παρηγορίῳ πρεσβυτέρῳ, καὶ Μαξίμῳ διακόνῳ, καὶ λοιποῖς ὀρθοδόξοις πατράσι μοναχῶν, καὶ τοῖς σὺν ὑμῖν τὸν μονήρη βίον ἀσκοῦσι, καὶ ἐν πίστει Θεοῦ ἱδρυμένοις, Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΤΟ φιλομαθὲς καὶ φιλόπονον τῆς ὑμετέρας ἀγάπης καὶ νῦν οὐ μετρίως ἐπαινέσαι ἔχω, καὶ ἄξιον εἶναί φημι τοῦ παντὸς λόγου. τὸ γάρ τοι θείων ἐφίεσθαι μαθημάτων, καὶ τῆς τῶν ἱερῶν δογμάτων ὀρθότητος μεταποιεῖσθαι φιλεῖν, πῶς οὐκ ἂν ὑπεραγάσαιτό τις; καὶ γάρ ἐστι ζωῆς τῆς ἀπεράντου καὶ μακαρίας τὸ χρῆμα πρόξενον, καὶ οὐκ ἄμισθος ἡ ἔν γε τούτοις σπουδή. φησὶ γάρ που πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεὸν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. ὀρθὴ γὰρ πίστις καὶ ἀκατάσκωπτος, σύνδρομον ἔχουσα τὴν ἐξ ἔργων ἀγαθῶν φαιδρότητα, παντὸς ἡμᾶς ἐμπίπλησιν ἀγαθοῦ, καὶ διαπρεπῆ λαχόντας τὴν δόξαν ἀποφαίνει. πράξεων δὲ λαμπρότης, εἰ ἀμοιροῦσα φαίνοιτο δογμάτων ὀρθῶν, καὶ ἀδιαβλήτου πίστεως, ὀνήσειεν ἂν, ὥς γε οἶμαι, κατ' οὐδένα τρόπον τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχήν. E ὥσπερ γὰρ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν, οὕτως εἶναί φαμεν ἀληθὲς καὶ τὸ ἔμπαλιν. οὐκοῦν συναναλαμπέτω τοῖς τῆς εὐζωΐας αὐχήμασι καὶ τὸ ἀμώμητον ἐν πίστει· ἄρτιοι γὰρ οὕτως ἐσόμεθα, κατὰ τὸν τοῦ πανσόφου Μωϋσέως νόμον· τέλειος γὰρ ἔσῃ, φησὶν, ἔναντι κυρίου *. οἱ δὲ τὴν πίστιν ἔχειν ὀρθὴν ἐξ ἀμαθίας ὀλιγωρήσαντες, εἶτα ταῖς ἐπιεικείαις τὸν ἑαυτῶν ἐπισεμνύνοντες βίον, ἐοίκασί πως ἀνδράσιν εὐφυᾶ μὲν λαχοῦσι τοῦ προσώπου τὸν χαρακτῆρα, πεπλανημένην δὲ καὶ διάστροφον τῶν ὀμμάτων τὴν βολήν· ὥστε καὶ πρέπειν αὐτοῖς τὸ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, φημὶ δὴ τὴν Ἱερουσαλὴμ, εἰρημένον παρὰ τοῦ Θεοῦ· ἰδοὺ οὐκ εἰσὶν οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθοὶ, οὐδὲ ἡ καρδία σου καλή. χρὴ τοίνυν ὑμᾶς ὑγιᾶ καὶ πρό

* ...ῦ Θεοῦ ...

CYRILLI ARCHIEPISCOPI
Alexandrini in sanctum symbolum.

Dilectis & amantissimis Anastasio, Alexandro, Martiniano, Ioanni, Paregorio presbytero, & Maximo diacono, ceterisque orthodoxæ fidei patribus monachorum, & vobiscum monasticam vitam agentibus, ac in fide Dei solidatis, Cyrillus in domino salutem.

REGIAM nostram majestatem decere arbitramur, ut subditos nostros de pietate admoneamus. Hac enim ratione futurum speramus, ut majorem quoque Dei & salvatoris nostri Iesu Christi favorem & benevolentiam nobis conciliemus, si nos & ipsi pro viribus illi placere studeamus, & nostro subjectos imperio ad hoc ipsum incitemus. Decernimus igitur, ut quæcumque Porphyrius propria impulsus vesania contra piam Christianorum religionem conscripsit, apud quemcumque inventa fuerint, igni tradantur: siquidem omnia scripta, quæ divinam iram provocant, & animas lædunt, ea ne ad aures quidem hominum pervenire volumus. Decernimus etiam, ut quicumque impiam Nestorii * opinionem æmulantur, vel nefariam ejusdem doctrinam sectantur, siquidem episcopi, aut clerici fuerint, ex sacris ecclesiis expellantur; sin vero laici anathematizentur, prout jam quoque a sacra majestate nostra lege cautum est. Omnibus præterea orthodoxis volentibus, qui piam hanc nostram * admonitionem sequuntur, potestatem facimus, ut hujusmodi homines citra ullum metum, ullumve damnum publice divulgent atque redarguant. Quoniam vero ad pias ac sacras nostras aures pervenit, a nonnullis doctrinas quasdam conscriptas & editas fuisse ambiguas, & non plane & aperte consentientes cum orthodoxa fide exposita a synodo sanctorum patrum Nicææ & Ephesi congregatorum, & a piæ memoriæ Cyrillo magnæ Alexandrinorum urbis quondam episcopo: mandamus ut hujuscemodi scripta, sive antehac, sive hoc quoque tempore composita fuerint, comburantur, ac prorsus aboleantur, ut nullo modo cuiquam

* fidem
* sanctionem

ΙΣΟΝ ΘΕΙΟΥ ΘΕΣΠΙΣΜΑΤΟΣ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου, κατὰ Πορφυρίου, καὶ Νεστοριανῶν, καὶ κατὰ Εἰρηναίου τοῦ Τυρίων ἐπισκόπου.

ΠΡΕΠΕΙΝ ἡγούμεθα τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ, τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους περὶ τῆς εὐσεβείας ὑπομιμνήσκειν. οὕτω γὰρ καὶ πλείονα κτήσασθαι τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐμένειαν δυνατὸν εἶναι νομίζομεν, ὅταν καὶ ἡμεῖς τὰ κατὰ δύναμιν αὐτῷ ἀρέσκειν σπουδάζωμεν, καὶ τοὺς ἡμῖν ὑπακούοντας εἰς τοῦτο προτρέπωμεν. θεσπίζομεν τοίνυν, ὥστε πάντα, ὅσα Πορφύριος ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ μανίας ἐλαυνόμενος κατὰ τῆς εὐσεβοῦς θρησκείας τῶν χριστιανῶν συνέγραψε, παρ᾽ οἱῳδήποτε εὑρισκόμενα πυρὶ παραδίδοσθαι· πάντα γὰρ τὰ κινοῦντα ' πρὸς ὀργὴν τὸν ' Θεὸν συγγράμματα, καὶ τὰς ψυχὰς ἀδικοῦντα, ' οὐδὲν εἰς ἀκοὰς ἀνθρώπων ἐλθεῖν βουλόμεθα. ἔτι ' θεσπίζομεν, ὥστε τοὺς ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου ' δόξαν, ἢ τῇ ἀθεμίτῳ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ' ἀκολουθοῦντας, εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν, ἢ κληρικοὶ, τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐκβάλλεσθαι, εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀναθεματίζεσθαι, κατὰ τὰ ἤδη νομοθετηθέντα παρὰ τῆς ἡμετέρας θειότητος· ἐξουσίαν ἐχόντων τῶν βουλομένων ὀρθοδόξων, τῶν ἑπομένων τῇ ἀσεβεῖ ἡμῶν ' νουθεσίᾳ, δίχα φόβου καὶ βλάβης δημοσιεύειν αὐτοὺς, καὶ ἐλέγχειν. ἐπειδὴ δὲ ἦλθεν εἰς τὰς εὐσεβεῖς καὶ θειοτάτας ἡμῶν ἀκοὰς, ὡς τινες διδασκαλίας τινὰς συνέγραψαν καὶ ἐξέθεντο ἀμφιβόλους, καὶ οὐκ ἀκριβῶς συμφωνούσας τῇ ἐκτεθείσῃ ὀρθοδόξῳ πίστει παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τῶν συνελθόντων ἐν Νικαίᾳ, καὶ ἐν Ἐφέσῳ ἁγίων πατέρων, καὶ Κυρίλλου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης, τοῦ γεγονότος τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ἐπισκόπου, κελεύομεν, τὰ μὲν γεγονότα τοιαῦτα συγγράμματα, ἢ καὶ πρὸ τούτου, ἢ καὶ νῦν, ἐμπίμπρασθαι, καὶ τελείῳ ἀφανισμῷ παραδοθῆναι, ὥστε μήτε εἰς

'εἰς
'οὐδὲ
'πίστει
'νομοθεσίᾳ.

ANNO CHRISTI 431.

εἰς ἀνάγνωσιν τινος ἐλθεῖν· τῶν τὰ τοιαῦτα συγγράμματα, ἢ βιβλία, ἔχειν καὶ ἀναγινώσκειν ἀνεχομένων, τὴν ἐσχάτην τιμωρίαν ὑφορωμένων. τοῦ δὲ λοιποῦ, μηδενὶ ἐξεῖναι, παρὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν, καθάπερ εἰρήκαμεν, ἔν τε Νικαίᾳ, καὶ ἐν Ἐφέσῳ, λέγειν τι ἢ διδάσκειν. δηλαδὴ τῶν παραβαινόντων τοῦτο ἡμῶν τὸ θεῖον θέσπισμα, τῇ ἐγκειμένῃ τιμωρίᾳ τῷ ἐκπεμφθέντι περὶ τῆς δυσσεβοῦς πίστεως Νεστορίου νόμῳ, ὑποβαλλομένων. ὥστε δὲ πάντας τῇ πείρᾳ μαθεῖν, ὡς ἡ ἡμετέρα θειότης ἀποστρέφεται τοὺς ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου πίστιν, θεσπίζομεν, Εἰρηναῖον, τὸν πάλαι διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην παρ' ἡμῶν ἀγανακτήσει ὑποβληθέντα, καὶ μετὰ τοῦτο, οὐκ ἴσμεν ὅπως, μετὰ δύο γάμους, ὡς μεμαθήκαμεν, παρὰ τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας, τῆς Τυρίων πόλεως γεγονότα ἐπίσκοπον, τῆς μὲν ἐν Τύρῳ ἁγίας ἐκκλησίας ἐκβληθῆναι, ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ μόνῃ πατρίδι διάγειν *ἡσυχάζοντα, παντελῶς τοῦ σχήματος καὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἱερέως ἐστερημένον. ταῦτα τοίνυν ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια, ἀκολουθοῦσα τῷ σκοπῷ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, παραφυλάξαι, καὶ πέρατι παραδοῦναι σπουδάσει.

*ἡσυχάζοντα παντελῶς.

ad legendum suppetere possint: illis qui ejusmodi scripta aut libros apud se habere ac legere ausi fuerint, extremum supplicium formidantibus. In posterum vero nemini licere volumus, præter fidem, ut diximus, Nicææ & Ephesi expositam, quidquam dicere vel docere. Qui vero sacrum hoc nostrum decretum violaverint, non dubitent eamdem se pœnam incursuros, quæ in lege contra impiam Nestorii fidem lata continetur. Ut autem omnes experimento discant, quantopere majestas nostra impiæ Nestorii fidei zelatores detestetur, statuimus ut Irenæus, qui hac de causa nostram indignationem olim incurrit, & postea, nescio quomodo, post secundas nuptias, sicuti accepimus, contra apostolicos canones Tyriorum urbis episcopus creatus est, a sancta quidem Tyriorum ecclesia expellatur, privatus autem in patrio tantum solo degat, habitu & nomine sacerdotis prorsus exutus. Magnificentia itaque tua nostræ pietatis propositum sequens curet hæc observari, & ad finem perduci.

PARS III. CAPUT XLVIII. — 1. Tim. 3.

ΔΙΑΤΑΓΜΑ ΠΡΟΤΕΘΕΝ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ἐπάρχων, μετὰ τοῦ θείου πραγματικοῦ, κατὰ Πορφυρίου, καὶ Νεστορίου, καὶ Εἰρηναίου.

ΚΑΙ νόμων, καὶ αὐτῆς τῆς πολιτείας σύστασιν εἶναι τὴν ὀρθόδοξον θρησκείαν, καλῶς δοκιμάσας ὁ θειότατος ἡμῶν αὐτοκράτωρ, διὰ ἰδίου θεσπίσματος πᾶν ἀσεβείας ἀνεῖλε σπέρμα· ἰώμενος μὲν διὰ σωφρονισμοῦ συμμέτρου τοὺς ταύτην νοσοῦντας, ὁδὸν δὲ εὐζωΐας πᾶσι ὑποδεικνύς. οἷα τοίνυν κατά τε τῶν βιβλίων Πορφυρίου, τῶν κατὰ τῆς εὐαγοῦς τῶν χριστιανῶν θρησκείας συγγραφέντων, καὶ τῶν τὰς ἀθεμίτους Νεστορίου διδασκαλίας συγγραψαμένων ἐθέσπισε· καὶ ὡς οὐδὲν δόγμα περὶ τῆς θρησκείας δεῖ κρατεῖν, εἰ μὴ τὸ δοκιμασθὲν παρὰ τῶν συνελθόντων εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων πάλαι τε ἐν Νικαίᾳ, καὶ μετὰ ταῦτα ἅμα Κυρίλλῳ τῷ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης κατὰ τὴν Ἐφεσίων πόλιν· ἔτι μὴν καὶ περὶ τῆς καθαιρέσεως Εἰρηναίου τοῦ γεγονότος τῆς Τυρίων πόλεως ἐπισκόπου, ἅπαντες εἴσεσθε ἐκ τοῦ προλαβόντος θείου θεσπίσματος, δηλουμένου Ἑλληνίδι φωνῇ· ὥστε μηδένα τούτων ἄγνοιαν προφασίζεσθαι. προσήκει τοίνυν, ἅπαντας μετὰ πάσης ἀκριβείας ταῦτα παραφυλάξαι, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντας τὴν τῷ θείῳ γράμματι περιεχομένην ἀγανάκτησιν.

τε — εὐλαβοῦς

Ἀνεγνώσθη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν μοναζόντων ἐν τοῖς ἐρημικοῖς, Φαρμουθὶ κγ'. ἰνδικτιῶνος α'. ἔτους Διοκλητιανοῦ ρξδ'.

EDICTUM PROPOSITUM a præfectis cum sacra pragmatica, adversus Porphyrium, & Nestorium, & Irenæum.

PIISSIMUS imperator noster cum probe noverit, orthodoxam religionem esse, qua leges & respublicæ ipsæ consistunt, suo edicto omne semen impietatis abstulit; eos quidem qui ea laborant, moderata castigatione sanans; viam vero bene vivendi omnibus indicans. Qualia ergo adversus libros Porphyrii, quos ille contra sanctam Christianorum religionem composuerat, nec non contra illos, qui nefariam Nestorii doctrinam conscripserunt, decreverit; & quod nullum de religione dogma vim ullam habere debeat, nisi quod a reverendissimis piissimisque episcopis, qui quondam in civitate Nicæa, & postea in Ephesina cum venerandæ memoriæ Cyrillo convenerunt, probatum est: præterea de depositione Irenæi, qui fuit Tyriorum civitatis episcopus; ex superiori sanctione Græco sermone declarata omnes cognosceris, ut nemo harum rerum ignorationem prætexat. Decet proinde omnes summa cum diligentia hæc observare, atque indignationem regiis literis insertam ante oculos habere.

CAPUT XLVIII.

Lecta sunt hæc in ecclesia monachorum in desertis degentium, * die XXIII. Pharmuthi, indictione prima, anno Diocletiani CLXIV.

* Apud Romanos est XVIII. Aprilis.

Finis actorum sancti concilii Ephesini primi.

** OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, SOC. IESU.

Editores Romani anno 1608. concilii Ephesini actis duo subjecerunt, quæ prætermiserunt in suo conciliorum corpore Binius, Regiusque collector. I. S. Cyrilli archiepiscopi Alexandrini adversus Nestorii blasphemias contradictionum libros quinque, κατὰ τῶν Νεστορίου πεντάβιβλον ἀντίρρησιν, hoc initio; τοῖς μὲν τὴν θείαν γραφὴν, &c. interprete Antonio Agellio episcopo Acernensi. II. duas ejusdem S. Cyrilli epistolas ad successum Diocæsareæ Isauriæ episcopum G. & L. interprete Dionysio exiguo. Nos idem quoque in nostra hac editione præstitimus, sola, quam Binius omisit, S. Procli ad Armenos de fide epistola contenti, cujus Romanam regiamque editionem cum nupera Vincentii Riccardi clerici regularis Theatini contulimus.

PROCLI ARCHIEPISCOPI Constantinopolitani ad Armenos, de fide.

Dei amantissimis ac religiosissimis episcopis & presbyteris & archimandritis per universam Armeniam orthodoxæ sanctæ ecclesiæ, Proclus in domino gaudere.

NON mediocriter, fratres, animum rationemque nostram violento mœrore confudit ac sauciavit rumor novellorum ac fallacium zizaniorum, quæ nuper in vestra regione communis ille nostræ naturæ inimicus callide superseminavit. Solet enim tristium rerum rumor intolerabili vulnere animum percutere nondum ejusmodi exercitationibus assuetum: tantoque acerbius ferit, telaque altius infigit, quanto periculum non in concreta corporis natura sistit, sed gliscente fama subtiliorem animi statum obsidet sermone dispergens preciosam illam fidei vestem aut discissam esse, aut prorsus deprædatione sublatam. Omnem etenim virtutem ii expetendam putant, in quibus rationis vis non fuerit culpa naturæ materialis obscurata. omne quoque vitium a prudentibus viris jure fugiendum censetur, quippe cum ex adverso pugnet cum ipsa natura eo ipso quod est contra naturam. Sicut enim id quod utile est eligentibus, necessario tuendum est, ita quod ejusmodi non est, ac potius contrarium, aut præsens repellendum est, aut si metuitur, ne eveniat solicite præcavendum. Virtutis igitur multæ sunt species. hanc autem varie definierunt, sive Gentiles qui errore ducuntur, & quorum discernendi subtilitatem ignoratio divinitatis obscurat; seu Christiani, qui fidei luce mentis oculos illuminatos habentes, solem justitiæ per confessionem clarius intuentur. Illi namque in suis cogitationibus velut in tenebris offendentes, & propter anticipatam opinionem animum habentes duce ac rectore destitutum, suarum ratiocinationum ductu periculosum iter ingrediuntur; nihil in iis quæ decernunt, præter fluxam & instabilem visibilium rerum naturam attrectantes, cum veræ contemplationis aciem aut vi temporis hebetem habeant, aut erroris vitio obcæcatam amiserint. Aiunt enim quatuor esse species virtutis, id est, justitiam, prudentiam, temperantiam ac fortitudinem: quæ licet bonæ atque honestæ esse videantur, humi tamen repunt, & circa terram innatant, & longe inferiora sunt cælesti fastigio. Cum enim fortitudinem dixerint quæ adversus materiam luctatur, ac temperantiam quæ vitia passionesque superat, & prudentiam quæ in gubernatione reipublicæ plurimum pollet, justitiam præterea optimam illam æqualitatis distributionem, huic quidem vitę, ut ipsi putabant, ordinem constituerunt, cum hac definitione illam in utramque partem excessus immoderantiam repressissent: sed sublimius aliquid, & pręsenti vita prestantius neque cogitare, neque exprimere potuerunt: sed per obscurati cordis insipientiam, quantum in ipsis fuit, virtuti vim afferentes, eam in his tantum quæ videntur incluserunt, nihilque illi sublime & cælesti conversationi persimile concesserunt. Qui vero per fidem illuminatos habent oculos

ΠΡΟΚΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Κωνσταντινουπόλεως, πρὸς Ἀρμενίους, περὶ πίστεως.

Τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ ἀρχιμανδρίταις τοῖς οὖσι κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀρμενίαν τῆς ὀρθοδόξου ἁγίας ἐκκλησίας, Πρόκλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΥ μετρίως, ἀδελφοί, συνέχεεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν καὶ τὸν λογισμὸν τῇ τυράννῳ λύπῃ, καὶ ἔτρωσεν ἡ φήμη τῶν νεαρῶν τῆς ἀπάτης ζιζανίων, ἅπερ ἔναγχος τῇ ὑμετέρᾳ πανούργως ἐπέσπειρε χώρᾳ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως ἐχθρός. πλήττειν γὰρ ἀφορήτως ἡ τῶν ἀπευκτῶν εἴωθεν ἀκοὴ τὴν μήπω προγυμνασθεῖσαν ἐν τῇ τοιαύτῃ μελέτῃ ψυχήν. καὶ τοσούτῳ πλέον χαλεπώτερον τοξεύει, καὶ κατὰ βάθους εἰσωθοῦσα τὰ βέλη, ὅσῳ τὸν κίνδυνον οὐ περὶ τὴν τοῦ σώματος ἵστησι παχύτητα, ἀλλὰ τὴν ἄϋλον πολιορκεῖ ταῖς φήμαις, τὸ ἔντιμον τῆς πίστεως διαθρυλλοῦσα, ἢ ἐλεεινῶς διερρῆχθαι, ἢ παντελῶς σεσυλῆσθαι ἱμάτιον. πᾶσα μὲν γὰρ ἀρετὴ περισπούδαστος ὑπάρχει, τοῖς τὸν λογικὸν μὴ ἀμαυρωθεῖσιν ὑπὸ τῆς ὕλης· πᾶσα δὲ κακία βδελυκτὴ οὐκ ἀπεικότως τοῖς εὖ φρονοῦσι κρίνεται, οἷα δὴ κατ' ἐναντιότητα πολεμοῦσα τῇ φύσει τὰ παρὰ φύσιν. ὥσπερ γὰρ τὸ συμφέρον τοῖς αἱρουμένοις, ἀναγκαίως περιμάχητον, οὕτω τὸ μὴ τοιοῦτον, ἀλλ' ἀντικείμενον, ἢ παρὸν ἀποβολῆς ἄξιον, ἢ προσδοκώμενον τὸ μὴ συμβῆναι, φροντίδος οὐκ ἀλλότριον. Ἀρετῆς μὲν οὖν εἴδη πολλά. διαφόρως δὲ ὡρίσαντο περὶ ταύτης, οἵ τε ὑπὸ πλάνης * ἀγχόμενοι Ἕλληνες, καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς διακρίσεως ὑπὸ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀγνοίας ἐπισκοτούμενοι· καὶ οἱ διὰ πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας πεφωτισμένοι Χριστιανοί, καὶ πρὸς τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον τρανῶς διὰ τῆς ὁμολογίας ἀτενίζειν δυνάμενοι· οἱ μὲν γὰρ τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς ὥσπερ ἐν σκότει προσπταίοντες, καὶ ἀνηγεμόνευτον ἔχοντες ὑπὸ προλήψεως τὸν νοῦν, ἐπισφαλῶς ὁδεύουσι τοῖς λογισμοῖς· μόνην ἐν οἷς δογματίζουσι ψηλαφῶντες τὴν ῥέουσαν καὶ ἄστατον τῶν ὁρωμένων φύσιν· τὸ δὲ τῆς ἀληθοῦς θεωρίας ὄμμα, ἢ ἀμβλυώττοντες ὑπὸ χρόνου, ἢ πηρωθέντες ὑπὸ πλάνης ἀπώλεσαν· καί φασιν ἀρετῆς τέτταρα εἴδη εἶναι, δικαιοσύνην φημί, καὶ φρόνησιν, σωφροσύνην τε καὶ ἀνδρείαν· ἅπερ εἰ καὶ καλὰ δοκεῖ τυγχάνειν, χαμαιλά τε ἕρπει, καὶ περὶ γῆν νήχεται, καὶ κατώτερα τῆς τῶν οὐρανοῦ τυγχάνει ἁψῖδος. ἀνδρείαν γὰρ φήσαντες τὴν πρὸς τὴν ὕλην πάλην· καὶ σωφροσύνην, τὸ κατὰ τῶν παθῶν κράτος· καὶ φρόνησιν, τὴν ἐν ταῖς πολιτείαις ἀριστοκράτειαν· καὶ δικαιοσύνην τὴν ἀρίστην τῆς ἴσης μερίδα, τῷ βίῳ ὥς γε ἐνόμισαν, τάξιν ἐνομοθέτησαν· χαλινώσαντες τῷ ὅρῳ τὴν ἐφ' ἑκάτερα τῆς πλείονος ἀμετρίαν· ὑψηλὸν δὲ καὶ τῆς παρούσης* λέξεως κρεῖττον οὐδὲ νοῆσαι οὐδὲ ἐκθέσθαι τι ἠδυνήθησαν· ἀλλὰ τῷ ἀσυνέτῳ τῆς πεπηρωμένης καρδίας βιασάμενοι τό γε ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἀρετήν, τοῖς ὁρωμένοις αὐτὴν περιέκλεισαν μόνον, μηδὲν συγχωρήσαντες ἔχειν ὑψηλόν τε καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν εὐκοσμίας ἐφάμιλλον. οἱ δέ γε πεφωτισμένοι διὰ πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς

* ἴσ. ἀγόμενοι

* ἴσ. λήξεως

τῆς

A τῆς καρδίας, ὧν καθηγητὴς καὶ διδάσκαλος ὁ μακάριος ὑπάρχει Παῦλος, ἀρετὴν ὡρίσαντο τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἀναπτεροῦσαν, καὶ τὰ περὶ γῆν ἐν τάξει πηδαλιουχοῦσαν. τοιγαροῦν αὐτὸς οὗτος ὁ ἐν πᾶσιν ἀοίδιμος, πολλὰ μὲν ἀπηρίθμησεν ἀρετῆς εἴδη· τρία δὲ ταῦτα ἐξαίρετα ἀνεβόησε· πίστιν, ἐλπίδα, καὶ ἀγάπην. ὧν ἡ μὲν πίστις χαρίζεται τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὑπὲρ φύσιν, τοῖς νοητοῖς ἤδη καταμιγνῦσα τὸν ἔτι φοροῦντα τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης ἱμάτιον· ἃ γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν λοιπῶν ἀσάρκων δυνάμεων ἠγνόησε διὰ μέγεθος φύσις, τούτων τοῖς χαμαὶ βαδίζουσιν καὶ ἐπὶ γῆς κυλινδουμένοις ἀνθρώποις τὴν ἐπιστήμην χαρίζεται ἡ πίστις, προσάγουσά τε τῷ βασιλικῷ καὶ ἀσχηματίστῳ θρόνῳ· καὶ ἀκριβῆ τὴν ἔλλαμψιν ἐνιεῖσα τῆς ἀνάρχου καὶ ἀκτίστου φύσεως, τῇ τε οἰκείᾳ ἀστραπῇ, καὶ τὴν ἀχλὺν τῶν αἰσθήσεων ἀπελαύνουσα, καὶ εἴ τι παχὺ καὶ νεφῶδες τῶν τῇδε τοῦ νοῦ ἀποστήσασα. ποιεῖ γὰρ τρανῶς ἐκεῖνα ὁρᾷν, ἃ τῷ μὴ φθάνεσθαι ὁρᾶται, καὶ τῷ ἀπροσίτῳ καταλαμβάνεται. Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐκ ὀνειροπολεῖν ἀξίως ὡς ἄν τις εἴποι ἀλλὰ γνησίως κρατεῖν ἐν τοῖς παροῦσι παρασκευάζει τὰ μέλλοντα· τῆς ἀναμφιβόλου πληροφορίας τὸ μήπω παρὸν τῷ χρόνῳ, ὡς ἐνεστὼς ἤδη τῷ λογισμῷ ἐγχειριζούσης, καὶ σχεδὸν τὰ προσδοκώμενα ὑπ᾽ ὄψιν ἀγούσης. ὑπερβᾶσα γὰρ ἡ ἐλπὶς τὰ ἐμποδὼν κωλύματα, συνάπτει τὸ ποθοῦν πρὸς τὸ ἐρώμενον, τὸ παραρρέον τοῦ χρόνου τῇ τοῦ μέλλοντος στάσει νικῶσα. Ἡ δὲ ἀγάπη, τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς μυστηρίου ἐστὶ τὸ κεφάλαιον· αὕτη γὰρ τὸν Θεὸν λόγον ἐπὶ γῆς ἀεὶ παρόντα, ἐλθεῖν διὰ σαρκὸς ἐδυσώπησεν· ἑκάτερα τοίνυν ἀλλήλαις συμβαίνει, ἡ μὲν γὰρ πίστις ἔσοπτρόν ἐστιν ἀγάπης· ἡ δὲ ἀγάπη, βεβαίωσις ὑπάρχει πίστεως. πιστεύομεν ὅτι ὁ Θεὸς λόγος ἀπαθῶς ἐσαρκώθη, καὶ εὐσεβῶς πιστεύομεν· αὕτη γὰρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἡ κρηπίς· ἀλλὰ καὶ ἀγαπῶμεν τὸν δι᾽ ἡμᾶς τὴν τοῦ δούλου μορφὴν λαβόντα· καὶ μήτε φύσεως τροπὴν ὑπομείναντα, μήτε προσθήκην τῇ τριάδι ἐργασάμενον. Πᾶς τοίνυν χριστιανὸς ὁ μὴ πλουτῶν πίστει, καὶ ἐλπίδι, καὶ ἀγάπῃ, οὐκ ἔστιν ὃ λέγεται. ἀλλ᾽ εἰ καὶ δοκεῖ πολλάκις δουλαγωγεῖν τὸ σῶμα, καὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν ἐλευθεριάζειν τὴν ἠθικὴν μόνην ἀρετὴν κατορθώσας, τῶν τῆς νίκης στεφάνων οὐκ ἀξιοῦται, οἷα δὴ πρὸς ἐκεῖνον τῇ θεολογίᾳ μὴ φθάσας τὸν βραβευτὴν ὄντα τῶν στεφάνων. πίστις τοίνυν καθὰ προέφην, πασῶν τῶν ἀρετῶν ὑπάρχουσα κεφάλαιον, φυλαττέσθω ἀνόθευτος, μηδὲν κίβδηλον ἐπαγομένη ἐκ λογισμῶν ἀνθρωπίνων· μήτε μὴν βεβήλοις * κενοφωνίαις ἐπιθολουμένη, ἀλλ᾽ εἴσω τῶν εὐαγγελικῶν τε καὶ ἀποστολικῶν μένουσα ὅρων· μηδενὸς τολμῶντος παρεγχειρεῖν τῇ δι᾽ ἧς ἐσώθημεν, καὶ ἣν ἐν τῷ βαπτίσματι τῇ γλώττῃ ἐχειρογραφήσαμεν. ἀποπέμπεται γὰρ τὸ ὕψος τῆς πίστεως πᾶσαν ἔφοδον θρασείας, καὶ τόλμαν, οὐ μόνον ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ φύσεως ἀσάρκου κορυφουμένην, τοῦ μακαρίου Παύλου βοῶντος· ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανῶν εὐαγγελίσηται ὑμᾶς παρ᾽ ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. λειτουργεῖν γὰρ ἄγγελος ἐτάχθη, οὐ δογματίζειν. καὶ ἐπισφαλὲς τυγχάνει τὸ μὴ ἕκαστον ἐν οἷς ἐτάχθη ἐμμένειν, ἀλλ᾽ ἐπιχειρεῖν τοῖς ὑπὲρ φύσιν· ὥστε εἰ καὶ τὸ τῆς φύσεως ὁ τολμῶν ἐπάγοιτο ἀξιόπιστον, ἀπαράδεκτος

καινοφα- ...ας ...ionyſ.

cordis, quorum instructor ac magister est beatus Paulus, virtutem definierunt esse quæ nos ad Deum evehit, & ea quæ in terris sunt, ordinate moderatur. Itaque hic ipse vir in omnibus celebrandus, multas enumeravit species virtutis, sed tria hæc præcipua prædicavit, fidem, spem, caritatem: ex quibus fides quæ supra naturam sunt largitur hominibus, rebus intelligibilibus admiscens eum qui adhuc materiale indumentum gestat multis passionibus obnoxium. nam quæ angelorum, reliquarumque incorporearum virtutum natura propter excellentiam ignorat, eorum scientiam hominibus qui humi repunt, & in terra volutantur; largitur fides, cum ad regalem thronum quem nullæ claudunt figuræ, perducat, & illius principio carentis & increatę naturę clarum splendorem immittat, suoque fulgore non modo sensuum caliginē expellat, verum etiam quidquid hic crassum & nubilum est, a nostro intellectu discutiat. Facit enim ut ea clare conspiciat, quæ eo ipso quod ad ea pertingi non potest, conspiciuntur, & eo ipso quod sunt inaccessa, comprehenduntur. Spes autem efficit non ut belle somniemus, ut ita dicam, sed ut strenue in præsentibus futura teneamus; cum firma illa certitudo id quod tempore nondum est præsens, cogitationi perinde ac si jam adesset, exhibeat, & quæ expectantur, pene sub aspectum perducat. Spes enim objecta impedimenta transgrediens, desiderantem cum desiderato connectit, fluxamq; temporis naturam futurarum rerū comprehensione superat. Caritas vero sanctæ religionis nostræ caput est. Hæc namque Deum Verbum cum præsens jugiter esset in terris, ad nos per carnem venire persuasit. Ambæ igitur inter se conveniūt. nam fides speculum est caritatis, & caritas confirmatio fidei. Credimus Deum Verbum citra passionem incarnatum, & pie credimus. hæc namque salutis nostræ fundamentum est. quin etiā diligimus eum qui propter nos formam servi suscepit, ita ut nec mutationem ullam suæ naturæ subiret, neq; trinitati accessionem faceret. Omnis itaque Christianus qui non est fide & spe & caritate dives, id non est quod dicitur: atq; etiam si corpus suum in servitutem redigere videatur, & ab animi passionibus esse liber, cum virtutem tantummodo moralem perfecerit, victoriæ coronam haud consequetur: quippe qui ad illum per agnitionem divinitatis minime pervenerit, qui coronarum est distributor. Fides igitur, quæ omnium, sicut prædixi, virtutum est caput, sincera servetur; nihil ex humanis ratiocinationibus adulteratū admittens, neque profanis vocum novitatibus inquinata; sed intra euangelicos & apostolicos terminos consistens, ita ut nemo præter eam aliquid audeat, per quam salvati sumus, & quam in baptismate linguæ ministerio scripsimus. Nam sublimitas fidei omnem audaciæ impetū conatumq; repellit non modo humanum, verū etiam ab incorporea natura sublimiter admotum, beato Paulo dicente: *Si nos aut angelus de cælo euangelizaverit vobis præter id quod accepistis, anathema sit.* In ministrandi namq; ordine locatus est angelus, non dogmata præscribēdi: & periculosum sane est non in eo quemq; ordine consistere in quo collatus est, sed ea quæ supra naturam suam sunt, aggredi. Itaque etiā si qui id ausus, naturæ suæ afferat auctoritatē,

FIDES.

SPES.

CARITAS.

Qualis esse debet fides.

Galat. 1.

prædicationis novitas ne recipiatur. Igitur quæ accepimus, vigilantissime servemus, defixam semper in fidei thesauro animi aciem habentes. Quid autem e scripturis accepimus, nisi hoc prorsus? Quod Deus verbo mundum condidit, & creaturam quæ prius non erat, produxit: quod lege naturali rationale animal honestavit: quod ejus libero arbitrio mandatum dedit, indicans quid expediret, ut optima electione quod erat noxium vitaret: quod etiam ille voluntarius hominis ad deteriora motus contumacem expulit a paradiso: quod præterea per patres ac patriarchas, per legem, & judices & prophetas ille formator naturam erudivit, ut peccata respueret, justis actionibus studeret: quod postremo cum volentibus nobis peccatum dominaretur, diabolus vero in pœnam delinquendi commune naturæ totius exitium exigeret, quippe cum lex naturalis obscurata esset, & scripta contemneretur, & quamvis prophetæ monerent utpote homines quæ facienda essent, non tamen a vitio ac pernicie liberarent, tum denique Deus ipse figura carens, sine initio, incircumscriptus & omnipotens Verbum adveniens incarnatum est: aderat enim illi posse cum vellet: & formam servi accipiens caro factum est, & natum ex virgine, ubique volens ostendere vere se hominem factum. ipsam enim naturam necessario & initia & habitus & passiones consequuntur. Neque enim dicit euangelista in hominem jam perfectum introisse, sed carnem factum esse, ad ipsa nostræ naturæ primordia perveniens, & ad ipsa generationis initia recurrens. Sicut enim qui naturæ ordine gignitur homo, non statim perfectus ad operandum prodit, sed ipsa naturæ initia primum caro fiunt, deinde tempore progrediente paulatim vires accipiunt quæ ad integritatem sensuum & operationum conferant, sic Deus Verbum ad ipsa initia radicemque generationis humanæ recurrens, primum caro factum est, non quod in carnem sit versum, absit; manet namque divinitas omni mutabilitate superior; mutatio enim, naturæ fluentis est passio, sed perennis illius ac semper eodem se habentis modo naturæ, incommutabilitas est propria. Fatemur igitur utrisque scripturæ vocibus utentes, & carnem factum esse, & servi formam accepisse: & utræque piæ intellectæ salutis nobis sunt semina. Nam per id quod dixit, Factum est, individuam summæ unionis vim euangelista subindicat. Vt enim unitas dividi in duas unitates non potest, nam si dividatur, jam non erit unitas, sed dualitas; sic quod per summam unionem est unum, numquam in duo dividetur. Porro verbum, Accepit, naturæ immobilitatem declarat. Nam quia omne quod fit, aut ex non existente fit, ut cælum quod ante non erat; aut ex aliquo extante in aliud convertitur, ut Nili fluenta ex aquis in sanguinem sunt mutata; & neutrum divinæ naturæ congruit; neque enim ex nullis extantibus productus est qui nunquam initium habuit, neque ex aliquibus extantibus immutatum illud incommutabile Verbum; ideo divina scriptura ut per utrumque verbum & immutabilitatem deitatis, & mysterii individuam

Exod. 7.

A ἔστω ἡ καινοτομία τοῦ κηρύγματος. φυλάξωμεν τοίνυν ἀνυστάκτως ἃ παρελάβομεν, ἀμετάσειστον ἀεὶ ἐπὶ τῷ θησαυρῷ τῆς πίστεως, τὸ τῆς ψυχῆς διανοίγοντες ὄμμα. τί δὴ ἐκ τῶν γραφῶν παρελάβομεν, ἢ πάντως τοῦτο; ὅτι ὁ Θεὸς ἐδημιούργησε λόγῳ τὸν κόσμον, καὶ παρήγαγεν οὐ πρότερον οὖσαν τὴν κτίσιν· ὅτι νόμῳ φυσικῷ τὸ λογικὸν ἐτίμησε ζῶον· ὅτι δέδωκεν ἐντολὴν τῷ αὐτεξουσίῳ, ὑποδεικνὺς τὸ συμφέρον, ἵνα φύγῃ τῇ καλλίστῃ αἱρέσει τὸ βλάπτον· καὶ ὅτι ἐθελούσιος πρὸς τὸ χεῖρον τοῦ ἀνθρώπου ὁρμὴ ἐξόριστον ἐποίησε τὸν ἀπειθῆ τοῦ παραδείσου. ὅτι διὰ πατέρων, καὶ πατριαρ-
B χῶν, καὶ νόμου, καὶ κριτῶν, καὶ προφητῶν ἐπαίδευσεν ὁ πλάστης τὴν φύσιν, καταφρονεῖν μὲν τοῦ ἁμαρτάνειν, φροντίζειν δὲ τοῦ δικαιοπραγεῖν. ὅτι τέλος ὡς ἐπεκράτει βουλομένων ἡμῶν ἡ ἁμαρτία· ὁ δὲ διάβολος δίκην τοῦ πλημμελεῖν ἀπῄτει τὴν τῆς φύσεως πανωλεθρίαν, οἷα δὴ καὶ τοῦ φυσικοῦ νόμου ἀμαυρωθέντος, καὶ τοῦ γραπτοῦ φαυλισθέντος, καὶ τῶν προφητῶν ὡς ἀνθρώπων ὑπομνησάντων τοῦ πρακτέου, ἀλλ' οὐκ ἐξαρπασάντων τοῦ
C χείρονος· αὐτὸς ὁ Θεὸς ὁ ἀσχημάτιστος καὶ ἄναρχος καὶ ἀπερίγραπτος καὶ παντοδύναμος λόγος, ἐλθὼν ἐσαρκώθη· τὸ γὰρ δυνατὸν παρῆν αὐτῷ βουλομένῳ· καὶ λαβὼν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, ἐγένετο σὰρξ καὶ ἐτέχθη ἐκ παρθένου, πανταχοῦ βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι κατ' ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος· ἀναγκαίως γὰρ τῇ φύσει παρέπονται αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ σχήματα, καὶ τὰ πάθη. οὐδὲ γὰρ λέγει ὁ εὐαγγελιστὴς ὅτι εἰσῆλθεν εἰς τέλειον ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐγένετο σάρξ· ἐπ' αὐτὴν τὴν καταβολὴν τῆς φύ-
D σεως φθάσας, καὶ εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἀναδραμών. ὥσπερ γὰρ ὁ τικτόμενος κατὰ φύσιν ἄνθρωπος, οὐκ εὐθὺς τέλειος ταῖς ἐνεργείαις πρόεισιν· ἀλλ' αὐτὴ ἡ καταβολὴ τῆς φύσεως, πρῶτον γίνεται σάρξ· εἶτα τῷ χρόνῳ κατὰ μικρὸν προσλαμβάνει τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν τῶν αἰσθήσεών τε καὶ ἐνεργειῶν συντελούσας δυνάμεις· οὕτως ὁ Θεὸς λόγος ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν καὶ ῥίζαν τῆς ἀνθρωπείας γενέσεως ἀναδραμὼν, πρῶτον γέγονε σάρξ· οὐ τραπεὶς εἰς σάρκα, μὴ γένοιτο· μένει γὰρ ἡ θεότης ἀλλοιώσεως ἀνωτέρα. ἐπείπερ τὸ τρεπτὸν, παραῤ-
E ῥεούσης φύσεως πάθος· τῆς δὲ ἀϊδίου καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἐχούσης τὸ ἄτρεπτον ἴδιον. φαμὲν οὖν ἑκατέραις κεχρημένοι ταῖς γραφικαῖς φωναῖς· ὅτι καὶ ἐγένετο σὰρξ, καὶ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν· καὶ ἑκάτερα εὐσεβῶς νοούμενα, σωτηρίας ἡμῖν τυγχάνει σπέρματα. διὰ μὲν γὰρ τοῦ, ἐγένετο, τὸ ἀδιαίρετον τῆς ἄκρας ἑνώσεως ὁ εὐαγγελιστὴς ὑπαινίττεται· ὥσπερ γὰρ ἡ μονὰς οὐκ ἂν τμηθείη εἰς μονάδας δύο· ἡ γὰρ εἰς ταῦτα διαιρουμένη, οὐκ ἂν εἴη μονὰς, ἀλλὰ δυάς· οὕτως τὸ ἓν κατὰ τὴν ἄκραν ἕνωσιν οὐκ ἂν διαιρεθείη εἰς δύο. τὸ δὲ, ἔλαβε, βοᾷ τὸ ἄτρεπτον τῆς φύσεως. ἐπειδὴ γὰρ πᾶν τὸ γινόμενον ἢ ἐξ οὐκ ὄντος γίνεται ὡς ὁ οὐρανὸς μὴ πρότερον ὤν· ἢ ἐκ τοῦ ὑπάρχοντος ἀλλοιοῦται, ὡς τὸ Νειλῷον ῥεῖθρον ἐξ ὕδατος εἰς αἷμα μετεβλήθη· ἑκάτερα δὲ ἐπὶ τῆς θείας φύσεως ἀνάρμοστα· οὔτε γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων παρήχθη ὁ ἀεὶ ἄναρχος. οὔτε ἐξ ὄντων ἐτράπη ὁ ἀναλλοίωτος λόγος· διὰ τοῦτο δι' ἑκατέρων καὶ τὸ ἄτρεπτον, τῆς θεότητος, καὶ τὸ ἀδιαίρετον τοῦ μυστηρίου, ἡ θεία ὑπεμφαίνουσα

ὑπεμφαίνουσα γραφὴ τὸ, ἐγένετο, εἶπε· καὶ τὸ, ἔλαβεν, ἐκήρυξεν· ἵνα διὰ μὲν τοῦ προτέρου, τὸ ἑνικὸν τοῦ προσώπου παραστήσῃ· διὰ δὲ τοῦ ἑτέρου, τὸ ἀναλλοίωτον τῆς φύσεως ἐκβοήσῃ. Ἐγένετο τοίνυν ὁ Θεὸς λόγος, τέλειος ἄνθρωπος· οὐ κολοβώσαντος τὴν ἄτρεπτον φύσιν τοῦ ὑπὲρ ἔννοιαν θαύματος. ἀλλὰ πίστει τὸ τοιοῦτο μεμαθήκαμεν, οὐκ ἐρεύνῃ κατειλήφαμεν. καὶ γενόμενος ἄνθρωπος, σώζει τῷ ὁμοιοπαθεῖ τὸ κατὰ σάρκα ὁμόφυλον γένος· ἐκτίσας μὲν τῆς ἁμαρτίας τὸ χρέος τῷ ὑπὲρ ἁπάντων ἀποθανεῖν ὡς ἄνθρωπος· καταργήσας δὲ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι, τὸν διάβολον, ὡς μισοπόνηρος Θεός. τοῦ τε νόμου τὸ δυνατὸν ὑπέδειξε διὰ τοῦ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. καὶ τῇ φύσει τὴν προτέραν εὐγένειαν ἀπέδωκεν διὰ τοῦ τιμῆσαι τῷ ἐνανθρωπῆσαι τὴν ἐκ γῆς παρ' αὐτοῦ διαπλασθεῖσαν φύσιν. Εἷς τοίνυν ἐστὶν υἱός· τριάδα γὰρ ὁμοούσιον προσκυνοῦντες, τέταρτον τῷ ἀριθμῷ οὐκ ἐπεισφέρομεν· ἀλλ' ἔστιν εἷς υἱὸς ὁ ἀνάρχως ἐκ πατρὸς γεννηθείς, δι' οὗ τοὺς αἰῶνας πιστεύομεν γεγενῆσθαι· ὁ συναΐδιος τῇ ῥίζῃ κλάδος, ὁ ἀρρεύστως ἐκ πατρὸς ἐκλάμψας· ὁ ἀχωρίστως τοῦ νοῦ προϊών τε καὶ μένων λόγος. εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ γῆς ὤφθη, ἀλλὰ τοῦ γεννήσαντος οὐκ ἐχωρίσθη. οὗτος ἠθέλησε σῶσαι ὃν ἔπλασε, καὶ ἔσωσέ γε, μήτραν οἰκήσας τὴν κοινὴν τῆς φύσεως πύλην, ἣν καὶ τῇ οἰκήσει εὐλογήσας, καὶ τῇ γεννήσει σφραγίσας, ἔδειξε τῷ ὑπὲρ φύσιν τόκῳ, ἑαυτὸν ὑπὲρ λόγον ἐνανθρωπήσαντα. Οὐκ ἄλλος οὖν ὁ Χριστός, καὶ ἄλλος Θεός, ὁ Θεὸς λόγος· δύο γὰρ υἱοὺς ἡ θεία φύσις οὐκ οἶδεν· ὁ μόνος μονογενῆ ἐγέννησεν. ἔνθα γὰρ οὐκ ἔστι συζυγία τῶν τικτόντων, ἐκεῖ οὐχ εὑρίσκεται δυὰς τῶν τικτομένων. ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμπτει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. εἰ δὲ ἄλλος ἐστὶν ὁ Χριστὸς παρὰ τὸν Θεὸν λόγον, ἀναγκαίως ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστός, κατὰ τὸν τῶν ἐμπλήκτων λόγον. εἰ δὲ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστός, πῶς τὸν κατὰ φύσιν αὐτὸν προτιμᾷ τὰ οὐράνια, καὶ γονυπετεῖ τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ ἥττονος; πῶς δ' ἂν δεξώμεθα τὰς προφητικὰς φωνὰς βοώσας· ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη; ὀπτασίαν γὰρ φησὶ τὴν κατὰ σάρκα φανέρωσιν· καὶ συναναστροφὴν ὀνομάζει τὴν ἐπὶ καιροῦ μετὰ ἀνθρώπων πολιτείαν, ἐν ᾗ δημοσιεύων ὁ ἄφθονος τὸ παντοδύναμον ἔδειξεν, ὅτι ὡς παντοκράτωρ, καὶ ὃ ἠθέλησε γέγονεν δι' ἡμᾶς. Εἰ δέ τισι σκανδάλου παραίτια γίνεται τὰ σπάργανα, καὶ ἡ ἐν φάτνῃ ἀνάκλισις, καὶ ἡ ἐν χρόνοις κατὰ σάρκα αὔξησις, καὶ τὸ καθευδῆσαι ἐν πλοίῳ, καὶ τὸ κοπιάσαι ὁδοιπορήσαντα, καὶ τὸ πεινῆσαι ἐν καιρῷ, καὶ ὅσα τῷ κατὰ ἀλήθειαν γεγονότι συμβαίνει ἀνθρώπῳ· ἴστωσαν ὡς κωμῳδοῦντες τὰ πάθη, ἀρνοῦνται τὴν φύσιν· ἀρνούμενοι δὲ τὴν φύσιν, οὐ πιστεύουσι τῇ οἰκονομίᾳ· μὴ πιστεύοντες δὲ τῇ οἰκονομίᾳ, ζημιοῦνται τὴν σωτηρίαν. εἰ μὲν γὰρ ἐξωλίσθησεν ἀπὸ γενέσεως κόσμου εἰς τὸν βίον ἄνθρωπος, ἑτέραν παρὰ ταύτην φύσεως βαδίσας ὁδόν, δεικνύτωσαν οἱ φιλόνεικοι, καὶ τότε τοὺς οἰκείους ὑφαινέτωσαν

A unitatem indicaret, Factum est, dixit, & verbum, Accepit, pronuntiavit, ut priore verbo unitatem personæ commendaret, altero autem immutabilitatem naturæ prædicaret. Deus igitur Verbum factus est homo perfectus, sed ita ut miraculum quod intelligentiam superat, immutabilem naturam non imminuerit. Sed id fide didicimus, non inquisitione comprehendimus. Ac factus homo, cognato secundum carnem generi per id quod erat similiter passibile salutem tribuit, cum peccati quidem debitum, tamquam homo pro omnibus mortuus, persolvisset, destruxisset autem tamquam execrator mali Deus illum qui habebat mortis imperium, id est diabo- B lum; & legem esse possibilem ostendit, omnem implendo justitiam, naturæque nostræ pristinam nobilitatem restituit, in eo quod homo factus, naturam a se de terra formatam honoravit. Vnus igitur est Filius: nam trinitatem consubstantialem cum adoremus, quartum numero non adjicimus; sed unus est Filius sine initio de Patre natus, per quem sæcula facta esse credimus: ramus radici coæternus, ille ex Patre * citra fluxum exortus, Verbum ex illa mente inseparabiliter & procedens & manens. nam etiamsi in terris visus est, non tamen est a generante sejunctus. Hic voluit salvare quem formavit, & quidem salvavit, uterum inhabitans communem naturæ januam; quem cum sua inhabi- C tatione benedixisset, & generatione obsignasset, partu qui supra naturam fuit, ostendit se supra rationem fuisse hominem factum. Ergo Deus Verbum non alter est Christus & alter Deus: duos namque filios natura divina non novit. ille solus unigenitum genuit ubi enim non est conjunctio generantium, ibi dualitas generatorum non invenitur. *In nomine Iesu Christi omne genu flectitur, cælestium terrestrium & infernorum.* Quod si alius est Christus præter Deum Verbum, necesse est purum hominem esse Christum, ut stupidi homines dicunt. Si autem purus homo D est Christus, quomodo illum supra ejus naturæ conditionem cælestia venerantur, & ad inferioris nomen genu flectunt? quomodo etiam accepturi sumus prophetica oracula clamantia: *Deus noster in terris visus est, & cum hominibus conversatus*? Nam visionem dicit hoc ipsum, quod est in carne manifestatus: & conversationem appellat illam ipsam ad tempus cum hominibus commorationem, in qua ille minime invidus ut omnipotentiam suam declararet, ostendit quod tamquam omnipotens & id quod erat mansit propter se, & quod voluit factus est propter nos. Quod si nonnullis occasionem scan- E dali præbent fasciæ, & illa in præsepi reclinatio, & illud in tempore secundum carnem augmentum, & quod in navi dormierit, & ex itinere sit fatigatus, & esurierit in tempore, & quæcumque facto secundum veritatem homini conveniunt; noverint se, dum passiones irrident, negare naturam: dumque naturam negant, non credere dispensationem: non credentes vero dispensationem, damnum facere salutis. Nam si ex quo mundus est conditus, quisquam in hanc vitam lapsus est, aliam præter hanc naturæ viam ingressus, id ostendant qui contentiose adversantur, & tunc demum sua deliramenta

* *Dionysius* ineffabiliter *legit*, ἀρρήτως.

Philipp. 2.

Baruch. 3.

contexant. Sed si hæc sunt naturæ communis initia & Deus Verbum revera factus est homo, cur qui naturam confitentur, passiones irrident? Alterum igitur ex duobus eligant, aut erubescentes de passionibus, naturam negent, & cum Manichæis consentientes, inter impios censeantur: aut si lucrum ex incarnatione proveniens admittunt, de passionibus non erubescant, quæ naturæ conveniunt. Miror autem hominum amentiam novum erroris iter ingredientium. Ego namque cum unum esse Filium sciam, ac pie didicerim, unam incarnati Dei Verbi confiteor * hypostasin: itaque cum unus sit qui passiones pertulit, & qui miracula perfecit, cur diviniora per jocum irrident? Vt enim fidem faceret, se, cum Deus esset ac Verbum existeret, permanendo quod erat factum esse carnem, & infantem, & hominem, tanto sacramento nulla mutatione violato, idem ipse perficiebat miracula, & sustinebat passiones, per signa quidem se, mansisse quod erat indicans, per passiones autem id se factum esse quod formaverat, confirmans. Vnum igitur & eumdem Filium confitemur, & sempiternum, & in novissimis temporibus incarnatum, divinæ naturæ nihil adulterinum adjicientes. nihil enim supervacuum est in illo throno. Sed illud prorsus multorum sermone vulgatum dicent, & syllogismos aranearum telis infirmiores texent: Si trinitas est ejusdem essentiæ, profecto trinitas est impassibilis. sed Deus Verbum in trinitate spectatur: Verbum igitur est impassibile. Quod si Deus Verbum est impassibile, colligitur ergo crucifixum alium esse præter Deum Verbum quod est impassibile. Vere telam araneæ texunt qui hæc dicunt, & scribunt in aquis qui has inanes propositiones meditantur. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & obscuratum est insipiens cor eorum. Nam lippus oculus solis radios non recipit, & mens infirma sublimitatem fidei non admittit. Quid igitur nos ad ista dicimus? Nimirum quod ad rationem attinet divinitatis, consubstantialem & impassibilem esse trinitatem. neque enim cum ipsum dicimus passum fuisse, ratione divinitatis passum dicimus: natura namque divina nullam recipit passionem. Sed confitentes Deum Verbum unam trinitatis personam incarnatam, iis qui cum fide sciscitantur, causam afferimus intelligendi quare sit incarnatus. Nam quia Verbum passiones destruere volebat, quarum finis mors erat, & immortalis illa natura passiones in se admittere non poterat: si enim omnis passio compositarum rerum pugna est atque seditio, in immateriali autem & singulari substantia nulla est compositio, non igitur eo pertingit passio, ubi non est compositio: volens igitur, ut prædiximus, destruere passiones quæ rationalem carnem opprimebant, quarum summa arx erat interitus, incarnatur ex virgine ut novit ipse Deus Verbum, & habitu formatur ut homo, id enim ipsi placuit, & exinanit semetipsum in forma servi nullam suæ deitatis circumscriptionem admittens: & hoc modo salutem universo hominum generi tribuit, in sua quidem carne passiones destruens, sed suā deitatem servans impassibilem.

* *Quod Cyrillus dicit*, una natura, Dei Verbi incarnata, *& item Athanasius, hoc iste dicit*, una hypostasis.

Isai. 59.

A λήρους; εἰ δὲ αὕτη τῆς κοινῆς φύσεως ἡ ἀρχὴ, ὁ δὲ Θεὸς λόγος κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος, τοῦ χάριν συνομολογοῦντες τὴν φύσιν σκώπτουσι τὰ πάθη; θάτερον οὖν ἑκάτερον ἐπιλεξάσθωσαν· ἢ ἐπαισχυνόμενοι τὰ πάθη, ἀρνείσθωσαν τὴν φύσιν, καὶ τὰ Μανιχαίων φρονοῦντες τοῖς ἀσεβέσι συντετάχθωσαν· ἢ εἰ προσίενται τὸ ἐκ τῆς ἐνανθρωπήσεως κέρδος, ὁμολογοῦντες τὴν φύσιν, μὴ αἰσχυνέσθωσαν τὰ τῇ φύσει συμβαίνοντα πάθη. Θαυμάζω δὲ καὶ τὴν φρενοβλάβειαν τῶν * κενὰς ὁδοὺς ἀπάτης ἀνατεμνόντων. ἐγὼ γὰρ ἕνα εἰδώς τε, καὶ διδαχθεὶς εὐσεβῶς υἱὸν, μίαν ὁμολογῶ τὴν τοῦ σαρκωθέντος B Θεοῦ λόγου ὑπόστασιν· ἑνός τε ὄντος τοῦ τε τὰ πάθη ὑπομείναντος, καὶ τοῦ τὰ θαύματα τελεσιουργήσαντος, τοῦ χάριν τὰ θειότερα σιωπῶντες, τὰ ἥττονα κωμῳδοῦσιν; ἵνα γὰρ πιστώσηται ὅτι Θεὸς ὢν, καὶ μείνας ὃ ἦν γέγονε σὰρξ, καὶ βρέφος, καὶ ἄνθρωπος, μηδεμιᾶς τροπῆς τὸ μυστήριον ὑβριζούσης, ὁ αὐτὸς καὶ θαυματουργεῖ, καὶ πάσχει· διὰ μὲν τῶν σημείων, τὸ εἶναι ὃ ἦν αἰνιττόμενος· διὰ δὲ τῶν παθῶν, τὸ γενέσθαι ὃ ἔπλασε πιστούμενος. ἕνα τοίνυν καὶ τὸν αὐτὸν ἀϊδίως τε καὶ ἐπ' ἐσχάτων σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν υἱὸν, μηδὲν ἐπεισάγοντες τῇ φύσει νόθον· οὐδὲν γὰρ C περιττὸν ἐν τῷ θρόνῳ. ἀλλὰ πάντως ἐκεῖνο τὸ πολυθρύλλητόν μοι ἐροῦσι, πλέκοντες συλλογισμοὺς ἀράχνης ἀσθενεστέρους. εἰ ἡ τριὰς φησὶν ὁμοούσιος, ἡ τριὰς ἀπαθής. ὁ δὲ Θεὸς λόγος ἐν τῇ τριάδι ὁρᾶται· καὶ ὁ λόγος ἄρα ἀπαθής. εἰ δὲ ὁ Θεὸς λόγος ἀπαθὴς, εὑρεθήσεται ὁ σταυρωθεὶς ἕτερος παρὰ τὸν Θεὸν λόγον τὸν ἀπαθῆ. * οὕτως ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσιν οἱ ταῦτα λέγοντες, καὶ καθ' ὑδάτων γράφουσιν οἱ τὰ κενὰ ταῦτα μελετῶντες προβλήματα. φάσκοντες γὰρ εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. λημῶν γὰρ ὀφθαλμὸς ἡλίου ἀκτῖνας καθαρῶς οὐ δέχεται, καὶ ἀσθενοῦσα διάνοια πίστεως D οὐ προσίεται ὕψος. τί τοίνυν φαμὲν ἡμεῖς; ὅτι κατὰ τὸν λόγον τῆς θεότητος, ἡ τριὰς ὁμοούσιός ἐστι καὶ ἀπαθής. οὐδὲ γὰρ φάσκοντες αὐτὸν πεπονθέναι, τῷ λόγῳ τῆς θεότητός φαμεν αὐτὸν πεπονθέναι. ἀνεπίδεκτος γὰρ ἡ θεία φύσις παντὸς πάθους. ἀλλ' ὁμολογοῦντες τὸν Θεὸν λόγον τὸν ἕνα τῆς τριάδος σεσαρκῶσθαι, διδόαμεν τὴν αἰτίαν τοῦ νοεῖν τοῖς μετὰ πίστεως ἐρωτῶσι δι' ὃ ἐσαρκώθη. ἐπειδὴ γὰρ ἠβούλετο Θεὸς λόγος καταργῆσαι τὰ πάθη, ὧν πέρας ἦν ὁ θάνατος· E προσίεσθαι δὲ πάλιν τὰ πάθη ἡ ἀνώλεθρος φύσις οὐχ οἵα τε ἦν· εἰ γὰρ πᾶν πάθος στάσις ἐστὶ καὶ μάχη τῶν συνθέτων, περὶ δὲ τὸ ἄϋλον καὶ μόνον οὐδεμία σύνθεσις, οὐκ ἄρα ἐκεῖ ἔφθανε πάθος ἔνθα οὐδὲ σύνθεσις τυγχάνει. βουληθεὶς τοιγαροῦν τὰ τυραννοῦντα τὴν λογικὴν σάρκα πάθη καταργῆσαι, καθὰ προέφημεν, ὧν ἀκρόπολις ὑπῆρχεν ὁ θάνατος· σαρκοῦται ἐκ παρθένου ὡς οἶδεν ὁ Θεὸς λόγος· καὶ σχηματίζεται ὡς ἄνθρωπος. τοῦτο γὰρ ηὐδόκησε· καὶ κενοῖ ἑαυτὸν ἐν δούλου μορφῇ μηδεμίαν τῆς θεότητος περιγραφὴν ὑπομείνας· καὶ οὕτω σώζει πᾶν τὸ ἀνθρώπινον γένος. ἐν τῇ σαρκὶ μὲν αὐτοῦ καταργήσας τὰ πάθη· φυλάξας δὲ αὐτοῦ ἀπαθῆ τὴν θεότητα.

* κοινὰς *Dionys.*

* ὄντως

διὰ

διὰ τοῦτο καὶ ὁ Γαβριὴλ εὐαγγελιζόμενος τὴν τοῦ τεχθέντος αὐθεντίαν καὶ δύναμιν, ἐβόα πρὸς τὴν Μαριάμ· αὐτὸς γὰρ, φησὶν, σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν. λαὸς δὲ οὐκ ἂν εἴη ἀνθρώπου, ἀλλὰ Θεοῦ· οὐδ' ἂν ἀπαλλάξειε τὸν κόσμον ἁμαρτημάτων ὁ μετὰ φθορᾶς εἰσπηδήσας εἰς τὸν βίον, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως οὐκ ἐσχηκὼς ἀκατηγόρητον. ἀλλὰ ἀναγκαίως ὁ αὐτὸς Θεός τε ὢν καὶ ἄνθρωπος, οὐ διαιρούμενος εἰς δύο, ἀλλὰ μένων εἷς, διὰ μὲν τοῦ ἐκ γυναικὸς γεννηθῆναι, δεικνὺς ὅτι ἄνθρωπος. διὰ δὲ τοῦ ἀσυνδυάστως, καὶ φυλάξαι τὴν τεκοῦσαν παρθένον, μαρτυρούμενος ὅτι ἐστὶ Θεός. ἔσωσε τὸν * κόσμον Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἐλθὼν ἐπὶ γῆς καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφείς. εἰ δὲ ὁ Χριστὸς ψιλός ἐστιν ἄνθρωπος, καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος, πῶς ἔκτισε τὰ πάντα ἐν ἀρχῇ τότε οὐκ ὤν; εἰ γὰρ μεταγενέστερος τῆς δημιουργίας ὁ ἄνθρωπος, εὔδηλον ὡς τοῖς πρὸ αὐτοῦ τὴν γένεσιν οὐκ ἐχαρίσατο ὁ Χριστὸς, οἷα δὴ μεταγενέστερος προαχθεὶς ὡς ψιλὸς ἄνθρωπος. πῶς οὖν Παῦλος ἐβόα· εἷς κύριος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα; εἰ γὰρ διὰ Χριστὸν τὰ πάντα, εὔδηλον ὅτι Χριστὸς Θεός ἐστι λόγος, τοῦ εὐαγγελιστοῦ βοῶντος· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. εἰ τοίνυν ὁ εὐαγγελιστὴς βοᾷ, ὅτι διὰ τοῦ λόγου τὰ πάντα ἐγένετο· καὶ ὁ Παῦλος τοῦτο ἑρμηνεύων λέγει· εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα, εὔδηλον ὅτι Χριστὸς Θεός ἐστι λόγος. Εἰ δὲ προφέροιεν τὰς ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς φωνὰς, ἐν αἷς κέκληται ἄνθρωπος, τοῦ Πέτρου λέγοντος· Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ ἄνδρα· καὶ τοῦ Παύλου λέγοντος· ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχών· καὶ αὐτοῦ τοῦ δεσπότου περὶ ἑαυτοῦ λέγοντος· τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον; ἴστωσαν ὡς ἢ διὰ νωθείαν ἀπελείφθησαν τῆς γραφικῆς ἐννοίας, ἢ διὰ πονηρίαν πρὸς τὴν ἑαυτῶν μοχθηρίαν διαστρέφουσι τὰ καλῶς γραφέντα· καὶ ἄνθρωπος γάρ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν ὁ Χριστός. ἀλλὰ τοῦτο γέγονεν, οὐ πρότερον ὢν εἰ μὴ μόνον Θεός. ὥσπερ γὰρ Θεὸς οὐ κτιστὸς, οὕτως ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος οὐ φανταστός. καὶ ὥσπερ τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα ὁμοούσιος, οὕτως ὁ αὐτὸς καὶ τῇ παρθένῳ κατὰ τὴν σάρκα ὁμόφυλος, πανταχοῦ τῆς ἀληθείας τοῦ μυστηρίου προλαμπούσης, καὶ πάσης ἀπάτης σχολαζούσης. εἰ δὲ μὴ ἔτεκε Θεὸν ἡ παρθένος, οὐδὲ πολλοῦ θαύματος ἀξία ἡ ἄφθορος· πολλαὶ γὰρ καὶ ἄλλαι γυναῖκες ἐκαρποφόρησαν τῷ βίῳ δικαίους. εἰ δὲ προφητῶν γλῶσσαι τὸ ἄρρητον προσαλπίζουσαι μυστήριον, βοῶσιν· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· ὃ ἑρμηνεύων ὁ Γαβριὴλ, φάσκει· μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. τοῦ χάριν διὰ τὴν τοῦ τεχθέντος συγκατάβασιν, τὴν δόξαν τῆς τεκούσης περικόπτουσιν; Ἀλλ' ἀντιτιθέασι πάντως τοῦτο· πᾶν τὸ τικτόμενον, φασὶν, ὁμόφυλον ὑπάρχει τῇ τικτούσῃ· εἰ τοίνυν ἄνθρωπος ἡ τεκοῦσα, ἄνθρωπος ἀναγκαίως καὶ ὁ τεχθείς. εὐλόγως φατὲ ὦ οὗτοι· ἀλλὰ τὸ ὁμόφυλον τίκτει ἡ ὠδίνουσα, ὅταν κατὰ φύσιν προβαίνῃ ὁ τόκος. φυ-

* λαὸν τῆς

Hanc ob causam cum Gabriel nascentis auctoritatem ac potentiam annuntiaret, dixit ad Mariam: *Ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* (Matth. 1.) Populus autem non hominis sed Dei est: neque mundum a peccatis liberare potest quisquis in hanc vitam per corruptionem intraverit, & non habuerit expers culpę nativitatis exordium. Sed necessario idem cum Deus & homo esset, non in duo divisus, sed unus permanens, per id quod ex muliere natus est, se hominem esse demonstravit: per id autem quod sine conjunctione natus, & quod matrem virginem servavit, quod Deus esset declaratus est. Salvavit mundum Iesus Christus ubi venit in terras, & cum hominibus conversatus est. Quod si Christus purus homo est, & non ipse Deus Verbum, quomodo in principio creavit omnia qui tunc ut ipsi dicunt, non erat? Nam si postremus in creaturis homo fuit, liquet iis quæ ante illum fuerant, creationem largiri non potuisse Christum, quippe qui ut purus homo posterius productus fuit. Quomodo igitur Paulus ait: (1. Cor. 8.) *Vnus dominus Iesus Christus per quem omnia?* Nam si per Christum omnia, liquet Christum esse Deum Verbum, euangelista testante: (Ioan. 1.) *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. hoc erat in principio apud Deum. omnia per ipsum facta sunt.* Si igitur euangelista dicit, omnia esse per Verbum facta, & hoc ipsum beatus Paulus interpretans ait: *Vnus dominus Iesus Christus per quem omnia;* liquet Christum esse Deum Verbum. Quod si voces proferunt ex divinis literis, in quibus homo est appellatus, cum dicat Petrus: (Act. 2.) *Iesum a Nazareth, virum approbatum a Deo.* & Paulus asserat: (Act. 17.) *In viro in quo statuit, fidem prabens omnibus.* & ipse dominus de se fateatur: (Ioan. 8.) *Quid me quaritis interficere hominem?* noverint se aut per segnitiam non assequi scripturæ intelligentiam, aut per malitiam quæ bene scripta sunt, ad suam improbitatem pervertere. Nam & homo est revera Christus, sed hoc factus est, cum prius non esset nisi tantummodo Deus. Sicut enim Deus est non creatus, sic idem quoque homo est non imaginatione fictus: & quemadmodum Patri secundum divinitatem consubstantialis, sic idem ipse matri secundum carnem cognatus, ita ut ubique veritas mysterii præfulgeat, omnisque deceptionis fraus remota sit. Quod si virgo non Deum genuit, nec magno digna erit illa inviolata miraculo: multæ siquidem & aliæ mulieres justos homines huic sæculo protulerunt. Si autem prophetarum voces mysterium adeo ineffabile præcinentes clamant: (Isai. 7.) *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel:* quod interpretatus est Gabriel, dicens: (Matth. 1.) *Nobiscum Deus;* cur propter nascentis inclinationem, gloriam parientis amputant? Sed prorsus illud opponent ac dicent: Omne quod nascitur ejusdem generis est cum generante. si igitur homo est quæ genuit, necesse est hominem quoque esse qui ex ea natus est. Recte equidem dicitis: sed tunc pariens ejusdem generis partum edit, cum secundum naturam progreditur partus. naturalis

turalis autem partus exordium corruptio est, quia commixtio quoque corruptionem præcedit: hic vero cum hujus injuriæ ne cogitatio quidem fuerit, sed miraculum supra rationis captum effectum sit, ubi supra naturam est partus, ibi qui nascitur, Deus est. Confitemur igitur eumdem & mundum condidisse, & legem dedisse, propheras quoque inspirasse & in novissimis temporibus incarnatum, & apostolos ad salutem gentium ac populorum expiscatum fuisse. Fugiamus igitur turbidos & cœnosos deceptionum rivos, hæreses inquam cum Deo pugnantes: Arii insaniam dividentem individuam trinitatem: Eunomii audaciam, quæ intra cognitionis nostræ terminos naturam incomprehensibilem includit: Macedonii rabiem, quæ Spiritum inseparabiliter procedentem a deitate sejungit: hanc quoque nuper fabricatam novamque blasphemiam, quæ Iudaismum, quod ad blasphemiæ magnitudinem, longe superat. Illi namque dum eum qui Filius est reprobant, ramo radicem privant: hi vero ultra hunc qui est Filius, alium adjicientes, intemerabilem naturam tamquam multigenam denotant. Dicamus ergo cum Paulo: *Christus est pax nostra, qui fecit utraque unum.* nam

Ephes. 2.

Iudæum & Græcum per baptismum in unum novum hominem condidit, uniens potentia quæ conversatione dissidebant. Horreant damnationem novæ impietatis auctores: siquidem cum diffidentia in unam concordiam unita sint, is qui univit, quantum in illis fuit in duo est divisus. Sed jam omissa sermonis longitudine; ad compendium veri dogmatis veniam. Si quis cupit vere cognoscere illum esse unum ac solum Filium, qui est antequam Abraham fieret, & in novissimis proficiebat ætate ac sapientia secundum carnem, nam ejus divinitas semper est perfecta, interroget Paulum qui pietatem personabit, ostendens eum etiam postquam ex Iudæis secundum carnem extitit, Deum esse ante sæcula. cum enim de Iudæis loqueretur, & ingratam illam Deoque rebellem gentem propter Abraham gentis radicem, & eius semen Christum dominum collaudaret, sic dixit: [*Quorum est adoptio filiorum.*] clamabat enim Deus per prophetas: *Filius meus primogenitus Israel,* [*& gloria,*] nam iis quos Deus tamquam nutrix gestabat, immensam gloriam assidua miracula conferebant. [& testamenta,] per quæ ipsi Abrabam multiplicatio & benedictio est promissa. [& legislatio,] illa in monte digito Dei scripta. * [& obsequium quo divino cultui serviebant. [& promissa,] tum illa terra Palæstinæ, tum omnes gentes per semen Abrahæ benedicendæ.] quorum patres,] qui in erroris nocte tamquam fidei luminaria sunt exorti. neque vero hucusque stetit beatus Paulus. non enim ex quo fuit ille ex Maria partus, ex eo esse cœpit Verbi principio carentis initium; sed mox intulit, [secundum carnem,] ut manifestationem illam factam in carne, non generationem secundum divinitatem indicaret. Quisnam igitur Christus hic sit ex virgine natus, hic in spelunca, ut ipse novit, collocatus, hic in præsepi reclinatus, hic tempore secundum carnem actus, hic qui usque ad infimas partes terræ descendit, hic qui omnia quæ carnis sunt,

Ioan. 8. Luc. 2. Rom. 9. Exod. 4. Genes. 22.

*Hoc non est in Græco sed in Dionysio, & certe requiritur.

A σικοῦ τε τόκου τὸ προοίμιον φθορά· ἐπειδὴ καὶ μίξις προηγεῖται τῆς φθορᾶς· ἐνθάδε δὲ τῆς ὕβρεως ταύτης, οὐδὲ ἔννοια· ἀλλ' ἐξεβιάσθη ὑπὲρ λόγον τὸ θαῦμα. ὅπου ὑπὲρ φύσιν ὁ τόκος, ἐκεῖ ὁ τεχθεὶς Θεός. Ὁμολογοῦμεν τοίνυν τὸν αὐτὸν, καὶ τὸν κόσμον παραγαγόντα, καὶ τὸν νόμον δεδωκότα, καὶ ἐν προφήταις ἐμπνεύσαντα, καὶ ἐπ' ἐσχάτων σαρκωθέντα, καὶ τοὺς ἀποστόλους εἰς σωτηρίαν ἐθνῶν τε καὶ λαῶν ἁλιεύσαντα. φύγωμεν οὖν τοὺς θολεροὺς καὶ βορβορώδεις τῆς ἀπάτης ῥύακας· τὰς θεομάχους λέγω αἱρέσεις. τὴν B Ἀρείου μανίαν διαιροῦσαν τὴν ἀμέριστον τριάδα· τὴν Εὐνομίου τόλμαν περικλείουσαν τῇ γνώσει τὴν ἀκατάληπτον φύσιν· τὴν Μακεδονίου λύσσαν χωρίζουσαν τῆς θεότητος τὸ ἀχωρίστως ἐκπορευόμενον πνεῦμα. καὶ τὴν νεότευκτον ταύτην καὶ καινὴν βλασφημίαν, τὴν τὸν Ἰουδαϊσμὸν κατὰ πολὺ εἰς βλασφημίαν νικῶσαν. οἱ μὲν γὰρ τὸν ὄντα υἱὸν ἀθετοῦσι, ζημιοῦντες τὴν ῥίζαν τοῦ κλάδου· οἱ δὲ, τῷ ὄντι καὶ ἕτερον ἐπεισάγουσι, στηλιτεύοντες ὡς πολύγονον τὴν ἀκήρατον φύσιν. εἴπωμεν οὖν μετὰ Παύλου· Χριστός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν· Ἰουδαῖον γὰρ καὶ C Ἕλληνα διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς ἕνα καινὸν ἔκτισεν ἄνθρωπον, ἑνώσας τῇ δυνάμει τὰ τῆς πολιτείας διεστῶτα. φριττέτωσαν τὴν κατάκρισιν οἱ νεωτεροποιοὶ εἰς ἀσέβειαν· εἴ γε τὰ μὲν διεστῶτα εἰς συμφωνίαν ἡνώθη· ὁ δὲ ἑνώσας εἰς δυάδα τό γε ἐπ' αὐτοῖς διῃρέθη. Ἀλλὰ λοιπὸν τὸ μῆκος τῶν λόγων παρεὶς, ἐπὶ τὴν συντομίαν ἐλεύσομαι τοῦ ὀρθοῦ δόγματος. εἴ τις θέλει γνῶναι κατὰ ἀλήθειαν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ εἷς καὶ μόνος υἱός· ὁ πρινὴ τὸν Ἀβραὰμ γενέσθαι ὢν, καὶ ἐπ' ἐσχάτων προκόψας σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ κατὰ σάρκα. ἔχει γὰρ ἀεὶ ἡ θεότης D αὐτοῦ τὸ τέλειον· ἐρωτάτω Παῦλον, καὶ αὐτὸς βροντήσει τὴν εὐσέβειαν, δεικνὺς ὅτι καὶ ἐξ Ἰουδαίων προελθὼν τὸ κατὰ σάρκα Θεὸς ὑπάρχει προαιώνιος. φάσκων γὰρ περὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ σεμνύνων. τὸ ἀχάριστον καὶ θεομάχον ἔθνος διὰ τὴν ῥίζαν τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸ σπέρμα τὸν δεσπότην Χριστὸν, οὕτως λέγει· ὧν, φησὶν, ἡ υἱοθεσία. ἐβόα γὰρ Θεὸς ἐν προφήταις· υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. καὶ ἡ δόξα [μου·] ἄμετρον γὰρ προσετίθει δόξαν τοῖς τροφοφορουμένοις τὰ ἐπάλληλα θαύματα. καὶ αἱ διαθῆκαι. αἱ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ τὸ πλῆθος καὶ τὴν εὐλογίαν παρεγγυῶσαι. καὶ ἡ νομοθεσία. ἡ ἐν ὄρει E δακτύλῳ Θεοῦ γραφεῖσα. * καὶ αἱ ἐπαγγελίαι. ἥ τε γῆ τῆς Παλαιστίνης, καὶ τὸ διὰ σπέρματος τοῦ Ἀβραὰμ εὐλογηθῆναι πάντα τὰ ἔθνη. ὧν οἱ πατέρες· οἱ ἐν τῇ νυκτὶ τῆς πλάνης ἀνατείλαντες, ὡς πίστεως φωστῆρες. καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστός. καὶ οὐκ ἔστη μέχρι τούτων Παῦλος. οὐδὲ γὰρ ἀφ' οὗ ὁ ἐκ Μαρίας τόκος, ἔκτοτε τοῦ ἀνάρχου λόγου ἡ ὕπαρξις· ἀλλ' εὐθὺς ἐπήγαγε, τὸ κατὰ σάρκα. ἵνα ὑποσημαίνηται τὴν κατὰ σάρκα φανέρωσιν, ἀλλ' οὐ * κατὰ τὴν θεότητα γέννησιν. τίς μὲν οὖν ἐστιν ὁ ἐκ παρθένου γεννηθεὶς, ὁ ἐν σπηλαίῳ χωρηθεὶς ὡς οἶδεν, ὁ ἐν φάτνῃ * ἀνακληθεὶς, ὁ τῷ χρόνῳ κατὰ σάρκα αὐξήσας, ὁ μέχρι τῶν κατωτάτω τῆς γῆς καταβὰς, ὁ πάντα τὰ τῆς σαρκὸς ὑπομείνας,

* καὶ λατρεία δι' ἧς Θεῷ ἐλάτρευον.

* ἴσ. τὴν κατὰ θεότητα

* ἴσ. ἀνακλιθεὶς.

A ὑπομείνας, ἵνα πιστώσηται ὅτι κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος, ὁ οὐκ ἄλλος ὢν παρὰ τὸν καταβάντα, ἀλλ' αὐτὸς ὢν καὶ ὁ καταβὰς, καὶ ὁ ἀναβάς· οὐ γὰρ ἀνέβη πρότερον, ἀλλὰ κατέβη, οἷα δὴ οὐκ ἐκ προκοπῆς Θεὸς, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δι' εὐσπλαγχνίαν ἄνθρωπος. τούτου γὰρ ἐδεόμεθα. μὴ παρ' ἐμοῦ μάθῃς ἢ παρ' ἄλλου τινός· ἀλλὰ παρὰ Παύλου τοῦ παρὰ πατρὸς ἐν ἀποκαλύψει μαθόντος τὸν υἱὸν, καὶ φάσκοντος· ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί. οὗτος γάρ σε διδάξει B ἀληθῶς τίς ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, βοῶν· ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ποίαν παρείσδυσιν συκοφαντίας οὐκ ἀποτειχίζει τὰ Παύλου ῥήματα τοῖς φιλολοιδόροις; εἶπεν αὐτὸν Χριστὸν, ἵνα δείξῃ ὅτι κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος· εἶπεν αὐτὸν ἐξ Ἰουδαίων τὸ κατὰ σάρκα, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἀφ' οὗ ἐσαρκώθη ἐκτοτε μόνον ὑπάρχει· εἶπεν αὐτὸν ὄντα, ἵνα ἄναρχον βεβαιώσῃ· εἶπεν αὐτὸν ἐπὶ πάντων, ἵνα τῆς κτίσεως δεσπότην κηρύξῃ· εἶπεν αὐτὸν Θεὸν, ἵνα μὴ πρὸς τὰ πάθη καὶ τὸ σχῆμα δελεασθέντες, τὴν ἀνώλεθρον αὐτοῦ ἀρνησώμεθα φύσιν· εἶπεν αὐτὸν εὐλογητὸν, ἵνα ὡς παν- C τοκράτορα προσκυνήσωμεν, ἀλλ' οὐχ ὡς σύνδουλον συκοφαντῶμεν· εἶπεν αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας, ἵνα δείξῃ ὅτιπερ ὁ λόγῳ τούτους δημιουργήσας, ἀϊδίως ἐν αὐτοῖς θεολογεῖται. Ἔχοντες οὖν τὸν Χριστὸν καὶ ὄντα Θεὸν, καὶ εὐλογητὸν, αὐτῷ προσκυνήσωμεν λέγοντες πρὸς τοὺς ἑτεροδόξους· εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν· διὸ καὶ προσδεχόμεθα τὴν δόξαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἀποδώσει τοῖς μὲν εὐσεβοῦσι τὰ τῆς δόξης ἔπαθλα· τοῖς δὲ ἀθετοῦσι, τὰ τῆς τόλμης ἐπίχειρα. Ταῦτα δὲ D πρὸς τὴν ὑμετέραν ἐπεστείλαμεν ἀγάπην, ἐκ τῶν ὑμετέρων προτραπέντες λιβέλλων, ὧν πρὸς ἡμᾶς διεπέμψασθε φήσαντες λυμεῶνάς τινας καὶ τερατολόγους ἀνθρώπους ἑαυτοὺς ἐπεισφρῆσαι τῇ ὑμετέρᾳ χώρᾳ, βουλομένοις διὰ πονηρῶν γραμμάτων, καὶ τῶν ἀντιθέσεων τῆς ψευδωνύμου γνώσεως διαστρέφειν τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀμάλγαντον τῆς ὀρθοδόξου πίστεως κάλλος. ἀλλὰ τὰ τοῦ μακαρίου Παύλου καὶ πάλιν φημὶ πρὸς ὑμᾶς· βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν εἰκαιοβούλων E ἀνθρώπων, καὶ οὐ κατὰ Χριστόν. θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι εὐσεβοῦς πίστεως παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. στήκετε τοίνυν ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ εὐαγγελίου· καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων, ἀλλὰ φυλάττοντες τὰς παραδόσεις ἃς παρελάβετε τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐκθεμένων, καὶ τῶν περὶ τὸν ἅγιον καὶ μακάριον Βασίλειον καὶ Γρηγόριον, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν αὐτοῖς ὁμοφρόνων, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. πᾶσαν τὴν σὺν ὑμῖν ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύομεν.

A subiit, ut fidem faceret vere se hominem factum fuisse, hic qui non alius ab eo qui descendit, sed qui ascendit, ipse est & qui ascendit: non enim prius ascendit, sed descendit utpote qui non secundum progressionem Deus est, absit, sed propter suam misericordiam homo, nam hac re indigebamus hic inquam quinam sit, noli a me aut ab alio aliquo discere, sed a beato Paulo, qui Filium ab ipso Patre per revelationem didicit, ac dixit: *Cum autem placuit Deo, qui segregavit me ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me.* Is namque B quinam sit Christus Iesus, vere te docebit, clamans: *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Quem aditum calumniæ hæc beati Pauli verba iis qui conviciari student, non obstruant? Dixit eum Christum, ut ostenderet vere hominem factum: dixit eum ex Iudæis secundum carnem, ut indicaret non ex quo incarnatus est, ex eo esse cœpisse: dixit eum esse, ut initium non habere declararet: dixit eum super omnia, ut creaturæ totius esse dominum prædicaret: dixit ipsum Deum, ne illius passionibus & habitu decepti, immortalem ejus naturam negemus: dixit benedictum, ut C eum tamquam omnipotentem adoremus; non tamquam conservum calumniemur: dixit eum in sæcula, ut ostendat, qui ea sæcula verbo condidit, perpetuo in ipsis ut Deum prædicari. Cum igitur habeamus Christum & Deum esse, & benedictum, ipsum adoremus, dicamusque adversus eos qui aliter sentiunt: *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus. nos autem sensum Christi habemus: ideoque expectamus gloriam magni Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, qui reddet his quidem qui pie sentiunt, suæ fidei præmia: iis autem qui eum reprobant, suæ audaciæ mercedem.* Hæc vestræ caritati direximus, vestris permoti libellis, D quos ad nos nos misistis, significantes pestiferos quosdam homines ac verborum portenta proferentes in vestram regionem irruisse, studentes perversis scriptis, & oppositionibus falsi nominis scientiæ simplicem ac puram rectæ fidei speciem pervertere. Sed ego vos iterum beati Pauli verbis admoneo: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem nugacium hominum, & non secundum Christum. Fundamentum enim aliud piæ fidei nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* State igitur in uno spiritu, unanimes col- E laborantes fidei euangelii, & in nullo terreamini ab adversariis, sed custodite traditiones quas accepistis a sanctis ac beatis patribus qui apud Nicæam rectam fidem ediderunt, & a sanctis ac beatis viris Basilio & Gregorio, & reliquis qui cum illis eadem senserunt, quorum nomina sunt in libro vitæ. Omnem vobiscum fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus. [Data Constantinopoli, consulatu piissimorum Theodosii Augusti XV. & Valentiniani IV.[a]

Ephes. 4.

Galat. 1.

Rom. 9.

1. Cor. 2.

Coloss. 2.

1. Cor. 3.

Philipp. 2.

[a] anno Christi 435.

Sequens constitutio habetur Græce & Latine in cod. Theod. lib. IX. tit. 45. sed brevior, & in multis varians: eique præfixus est hic titulus: Impp. Theodosius & Valentinianus AA. Antiocho P. P. *& in Græco:* Ἀντιόχῳ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἐπάρχῳ καὶ ὑπάτῳ. *In fine autem:* Datum x. Kal. Aprilis Constantinopoli, Antiocho V. C. & Basso consulibus. *Quamvis vero ad concilium Ephesinum nullo modo pertineat, tamen quia in fine Græcorum exemplarium ejusdem concilii reperitur cum ipso conjuncta, & digna est quæ ab omnibus legatur, eam præterire noluimus, sed ex* " *mſ. cod. fideliter hic excudendam curavimus.*

" nos vero iterũ cõtulimus cũ mſ. Segui, optimæ notæ, de quo sæpius plura.

EDICTVM REGIVM DE HIS qui ad ecclesiam confugiunt.

VETUS jam inde a paganismi temporibus consuetudo, naturalisque legis sanctio pietatis causa obtinuit, ut apud omnes nationes, publicæ administrationes, humanæque functiones a religione sacrisque ceremoniis semper secernerentur; sacraque non solum in summo rerum fastigio, sed velut in quodam posito in terris cælo collocarentur, quo accedere solis puris sanctisque fas esset. Hinc & illud quoque consequitur, ut omnium mentibus natura insitum sit, nullo modo quæ Deo dedicata sunt pollui posse, neque hominum insolentiam adversus vim divinam progredi. Quo enim pacto fieri queat, ut ea polluantur, quæ semper munda esse necesse est? Aut qua ratione ea poterunt contaminari, quæ semel sanctificata, nunquam talia esse desinunt? Quapropter licet pro certo habeamus, ab iis quæ paulo ante barbarica vesania contra divinum altare nefarie perpetrare ausa est, neque quod mundum erat pollui, neque quod natura sanctum contaminari potuisse: tamen quia id factum est, quod nullo modo futurum sperabamus, & usque ad religionem illa sceleratorum hominum pervenit audacia; ne vel impiis profana esse videantur ea quæ divina sunt, neque in sacratis Deoque dicatis locis liceat ea facere, quæ ne in aliis quidem passim * impune fieri permittendum est; & ut religio pervigili etiam pietatis custodia illæsa castaque permaneat; omnem violentiam, quæ vel per audaciam, vel præter voluntatem inferatur, ab omnipotentis Dei ecclesia arcemus. Etenim si veterum Paganorum religio, quæ error erat, & cui quod libitum fuisset deus erat, adeo superstitionis suæ observans fuit, ut altaria non quibusvis, sed certis sacerdotibus dumtaxat committeret, & fana sua perinde ac si ipsius quoque terræ situ extollerentur in arcibus ac munitioribus urbium locis dicaret, atque idola fabrefacta adoraret, maximaque cum veneratione ac vanitate coleret: quanto magis par est, ut nos religionem nostram omni cum observantia custodiamus, ad quos Deus ipse cum veræ religionis cultu, cælum non deserens descendit, & tamquam cessione quadam inter Deum & homines facta, homo Deum in terram suscepit, hominemque Deus in cælum sustulit? Ante alia autem hac re illi Deum placant penes quos rerum summa est, cum scilicet salutis & vitæ ac securitatis hominum curam habent: quæ, ut nostra natura fert, nullo modo alterum cum altero sine alterius detrimento conjungimus,

* inique

ΒΑΣΙΛΙΚΟΣ ΝΟΜΟΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ προσφευγόντων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

ΑΡΧΑΙΑ τις καὶ ἀπὸ τῶν καιρῶν τῆς πλάνης συνήθεια, καὶ νόμου * φυσικὴ διάταξις δι' εὐσέβειαν ἀεί τις τοιαύτη κεκράτηκεν, ὥστε ' τὰς θείας θρησκείας τῶν δημοσίων διοικήσεων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων ἐν παντὶ χρόνῳ καὶ ἔθνει διορισθῆναι· καὶ ταύτας οὐ μόνον ἐν τῷ ἀκροτάτῳ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ὥσπερ ἔν τινι ἐπὶ γῆς οὐρανῷ ἀνατίθεσθαι, καὶ ὅποι πλησιάζειν ' μόνοις καθαροῖς καὶ ὁσίοις θέμις. ἐντεῦθεν κἀκεῖνο συμβαίνει, τὸ πάντων φυσικῶς ταῖς διανοίαις ἐγκεῖσθαι, μηδενὶ τρόπῳ δύνασθαι τὰ τῷ Θεῷ ἀφιερωθέντα μιαίνεσθαι, μήτε κατὰ τῆς θείας δυνάμεως τὴν ἀνθρώπων ὕβριν χωρεῖν. πῶς γὰρ οἷόν τε μολύνεσθαι, ἅπερ ἀεὶ καθαρεύειν ἀνάγκη; ἢ πῶς οἷόν τε ῥυποῦσθαι, ἅπερ ἅπαξ ἁγιασθέντα, τοῦ τοιαῦτα εἶναι οὐ παύεται; ὅθεν εἰ καὶ πεπείσμεθα ὑπὸ τῶν ἔναγχος ἀθεμίτως ἐκ τῆς βαρβαρικῆς μανίας κατὰ τοῦ θείου τολμηθέντων θυσιαστηρίου μήτε μολύνεσθαι τὸ καθαρὸν, μήτε κεχράνθαι, ὅπερ εἶναι πέφυκεν ἅγιον. ὅμως ἐπειδὴ γέγονεν, ὅπερ οὐδαμῶς ἠλπίσθη γενέσθαι, καὶ μέχρι τῆς εὐσεβείας ἡ τῶν μυσαρῶν ἔφθασε τόλμα· ὥστε μὴ τοῖς ἀνοσίοις γοῦν δοκεῖν βέβηλα εἶναι ταῦτα, ἅπερ θεῖα τυγχάνει· μήτε ἐν τοῖς ἁγιασθεῖσι καὶ ἀφιερωθεῖσι τόποις ἐξῇ ταῦτα, ἅπερ οὐδὲ ἐν ἄλλοις χύδην ἀδίκως ἀνεκτὸν γίνεσθαι, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὴν θρησκείαν καὶ τῇ τῆς εὐσεβείας παραφυλακῇ ἀνόθευτον ' παραμένειν, πᾶσαν ὕβριν * τῆς τοῦ Θεοῦ παντοκράτορος * ἐκκλησίας, τήν τε παρὰ τῶν τολμώντων, καὶ ἀκόντων γινομένην ἀπείργομεν. καὶ γὰρ εἰ ἐθνικῆς ἀρχαιότητος ἡ θρησκεία πλάνη, καὶ Θεὸς τὸ δοκοῦν, οὕτω τῆς οἰκείας δεισιδαιμονίας ἐζήτει τὴν παρατήρησιν, ὥστε τοὺς βωμοὺς μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ γάρ τισιν ἐπιτρέπειν τῶν ἱερέων· τούς τε ναοὺς, ὥσπερ καὶ διὰ τῆς γῆς ὑψουμένους, ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι, καὶ τοῖς ὀχυρωτέροις τῶν πόλεων ἀναθεῖναι τόποις· τά τε κατασκευασθέντα εἴδωλα προσκυνεῖν, καὶ μετὰ σεμνῆς μεγίστης ἔχειν ματαιότητος, πόσῳ μᾶλλον ἡμᾶς προσήκει τὴν θρησκείαν μετὰ πάσης * φυλάττειν παρατηρήσεως· πρὸς οὓς ὁ Θεὸς μετὰ τῆς ἀληθοῦς θρησκείας, οὐρανοὺς μὴ ἀπολιπὼν, καταβέβηκε, καὶ ὥσπερ τινὸς μεταξὺ Θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπων ἀντιδόσεως γενομένης, ἄνθρωπος Θεὸν εἰς γῆν ὑπεδέξατο, καὶ Θεὸς εἰς οὐρανοὺς ἀνήγαγεν ἄνθρωπον; ' πρὸ δέ γε τῶν ἄλλων καὶ τούτῳ μάλιστα ἐξιλεοῦται Θεὸν οἱ τῶν τῆς ἄκρας ἐξουσίας πραγμάτων ἐπειλημμένοι, τῆς σωτηρίας, ζωῆς τε καὶ ἀμεριμνίας φροντίζειν ἀνθρώπων· ἅπερ κατὰ τὸ ἡμῖν ἔμφυτον οὐδαμῶς θάτερον τοῦ ἑτέρου δίχα τῆς ἑκατέρου βλάβης συνάπτομεν.

* φυσικοῦ
' ταῖς θρησκείαις
' νόμοις
' διαμένειν
* τῇ τοῦ
* ἐκκλησίᾳ
* διαφυλάττειν
' πρὸς δέ γε καὶ τῶν ἄλλων, καὶ τούτῳ ἐξιλεοῦται Θεὸς
' ἑκατέρας

ὥστε

ὥστε * μήτε τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς οἴκοις, ἢ τοῖς ἁγίοις θυσιαστηρίοις, ἐκ τῆς πολλῆς τῶν προσφευγόντων ἀπαγορεύσεώς τε καὶ * ἀδειλίας, προπετείας τε καὶ καταφρονήσεως, τόλμης ἢ καὶ μανίας, ὕβριν παρὰ τὸ πρέπον γίνεσθαι τινά, καὶ τὸν τῶν ἀθλίων τε καὶ ἀβοηθήτων μόνον ἔσχατόν γε λιμένα * εὐρυτέροις τοῖς πεποιημένοις ὑποδέξασθαι κόλποις. οὐδένα * τὸν τὸν κλύδωνα τῆς θαλάττης καὶ τοὺς σκοπέλους * ἐκκλίνοντα προσήκει τὴν τῆς γῆς ἀφαιρεῖσθαι γαλήνην. πόλεμος καθ' οὗ συνέστη * παράταξις, τὴν κατὰ τοῦ προσφεύγοντος ἀπειλὴν ἀποτίθεται. τὸ ἄσυλόν ποτε ὑπερήσπισε τῶν διαφόροις ἐνόχων ἐγκλήμασι, τὴν τῶν νόμων παρωθούμενον αὐθεντίαν· καὶ ὥστε μηδαμοῦ τοῖς εὐλαβουμένοις ἀναιρεθῆναι φιλανθρωπίαν, βωμὸν σωτηρίας καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀφιδρύμασιν ἡ ἀρχαιότης ἀνέθηκε· καὶ οἱ τὰ ἴχνη τῶν ἡμετέρων χαρακτήρων καταλαμβάνοντες, τῶν ἀπειλῶν τῆς σκαιᾶς τύχης ἐλευθερωθέντες τε καὶ ἀμεριμνοῦντες γεγήθασι. τοσαύτης τοιγαροῦν τῆς ἀφῆς τοῦ ἱδρύματος διὰ τὸ βασιλικὸν σέβας τοῖς δεομένοις ἐπικουρίαν διδούσης, πόσην χρὴ τοῖς εἰς τὰ ἁγιώτατα καταφεύγουσι θυσιαστήρια ὑπάρχειν βοήθειαν; * Ἀνεῴχθησαν τοίνυν τοῖς δεδιόσιν οἱ ναοὶ τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ τοὺς προσφεύγοντας ἱκέτας ὁ κοινὸς ὑποδεχέσθω βωμός· καὶ τὴν θείαν βοήθειαν, τὴν κοινῇ προσκομιζομένην ἅπασιν, ἐκ τῶν ταύτης οἴκων μηδεμία ὡς ὑπερτέρα διωθείτω ἀπειλή. ποῖος γὰρ ταῖς συμφοραῖς οἶκτος ὑπολειφθήσεται ἐν τοῖς ναυαγοῦσιν, εἰ τὸν αἰγιαλὸν ἀποκλείσῃς, καὶ τὴν πηγὴν τοῖς διψῶσι θολώσῃς; ἢ ποία ταῖς ἀνθρωπίναις περιέσται συμφοραῖς θεραπεία, ἐὰν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἀρνηθείη; ἐπὶ γὰρ τῶν ἡμετέρων καιρῶν οὐ μόνον τὰ θεῖα θυσιαστήρια, καὶ τὸ εὐκτήριον τοῦ * λαοῦ, τὸ τετραγώνων τοίχων περιβολῇ τειχιζόμενον, εἰς ἀσφάλειαν συντελεῖν τῶν προσφευγόντων θεσπίζομεν, ἀλλ' εἴ τι καὶ περαιτέρω τούτου τυγχάνῃ, ἄχρι τῶν τελευταίων θυρῶν τῆς ἐκκλησίας· ὧν τοῖς εὔξασθαι προῃρημένοις πρῶτον ἐπιβαίνειν συμβαίνῃ, ἐλέου βωμὸν τοῖς προσφεύγουσιν εἶναι προστάττομεν. ὥστε μεταξὺ τοῦ ναοῦ * ἐν τῷ προειρημένῳ τόπῳ προσφυγὰς διεγράψαμεν, καὶ τῶν * πρώτων μετὰ τοὺς δημοσίους τόπους τῆς ἁγίας ἐκκλησίας θυρῶν τὰ περικείμενα, εἴτε ἐν οἰκίαις, ἢ ἐν κήποις, εἴτε ἐν αὐλαῖς, ἢ λουτροῖς, ἢ καὶ ἐν στοαῖς τυγχάνει, τοὺς εἰσδύνοντας πρόσφυγας καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἐνδοτάτου φυλάττειν. καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα θρησκείας τε καὶ εὐλαβείας λόγῳ τὰ μικρῷ λόγον διεστῶτα τῷ τόπῳ τῆς παρατηρήσεως * τόπῳ διώρισται, ὅμως ὑπὲρ τοῦ τὴν ἀμεριμνίαν πλατῦναι τοῖς προσφεύγουσι, καὶ τοῖς εὐλαβουμένοις βοήθειαν ἐκτεῖναι, πᾶσαν τὴν προδηλουμένην περίοδον ἀδιάκριτον εἶναι λιμένα τῆς ἡσυχίας προστάττομεν· καὶ μηδένα εἰς τὸ ἐξωθεῖσθαι τούτους ἱεροσύλους ἐπιβάλλειν χεῖρας. μή πού γε ὁ τοῦτο τολμῶν, ἐν συμφοραῖς ἑαυτὸν ἰδών, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτῶν βοήθειαν καταφύγῃ. τὸ δὲ τοιοῦτον τῶν διαστημάτων πλάτος ἐν καιρῷ τοῦ φόβου εἰς ἄδειαν τοῦ διάγειν, μᾶλλον δὲ τοῦ περινοστεῖν, φιλανθρώπως συνεχωρήσαμεν. ἵνα μή τινι τῶν προσπεφευγότων ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ ναῷ, ἢ ἐν τοῖς ἁγίοις θυσιαστηρίοις μένειν, ἢ ἐσθίειν, ἢ καθεύδειν, ἢ παννυχίζεσθαι ἐξῇ.

A ut nec ecclesiasticis ædibus sacrisque altaribus ex nimia confugientium desperatione vel *confidentia, contemptu vel temeritate, audacia vel insania, injuria aliqua, præterquam deceat, inferatur; & unicus extremusque miserorum, opeque destitutorum portus patentiore aperto sinu hujuscemodi confugientes excipiat. Nemini qui maris fluctus & scopulos declinat, convenit terræ adimere tranquillitatem: bellum, in quem steterit acies, adversus eum sese dedentem minas deponit. Asylum olim defendit variis criminibus obstrictos, legum aspernans auctoritatem: majores etiam nostri, ne aliquo modo timore perculsis humanitas denegata videretur, B in nostris quoque statuis aram salutis constituerunt; ita ut si qui vel extrema imaginum nostrarum vestigia forte contigerint, hi ab omnibus minis adversæ fortunæ liberati ac securi gaudeant. Iam si statuæ complexus propter regiam majestatem tantum præsidii miseris conciliat: quantum opis illis debet esse paratum, qui salutis causa ad sacrosancta altaria confugiunt?

Pateant proinde trepidis magni Dei templa; supplices fugientes communis suscipiat ara; nec ulla veluti superior comminatio divinum auxilium, quod omnibus ex æquo sese offert, ab ejus ædibus audeat propulsare. Qualis enim naufragorum in suis calamitatibus misericordia reliqua erit, si littus C præcludas, & fontem siti laborantibus perturbes? aut quænam humanis calamitatibus medicina supererit, si calamitosis Deus ipse denegetur? Nostris igitur temporibus non solum sacrosancta altaria, & quadratum *populi oratorium murorum ambitu circumseptum, confugientium securitati conferre sancimus: sed quidquid præterea inde est loci usque ad ecclesiæ fores extremas; per quas preces facturi primum ingrediuntur, hoc totum confugientibus *misericordiæ aram esse definimus & constituimus. Itaque medium templi spatium *in præ- D dicto loco positum, perfugium esse decrevimus: atque etiam reliqua omnia loca primis sanctæ ecclesiæ foribus post publica per circuitum cohærentia, sive domus, aut hortuli, sive atria, aut balnea, aut etiam porticus sint, ingressos profugos volumus ut perinde ac intimum templum jus custodiendi habeant. Quamvis autem, si religionis atque pietatis ratio spectetur, quæ exiguo loco distant, non parva observantiæ ratione disjuncta sint; tamen ut securitatem confugientibus latius extendamus, & formidantibus auxilium porrigamus, omnem supradictum E ambitum sine ullo discrimine portum esse quietis jubemus, ac neminem ad eos expellendos, sacrilegas manus injicere, ne forte ille ipse qui id ausus fuerit, se in calamitates incidisse videns, auxilium expetens confugiat. Hoc autem spatium adeo latum, urgente formidine, secure degendi, imo vero exspatiandi clementer concessimus; ita tamen, ut nemini confugientium in Dei templo, aut apud sacras aras manere, aut cibum sumere, aut dormire, aut etiam pernoctare liceat;

* timiditate,

* templi

* propitiam

* quod prædicto modo circumseptū esse descripsimus,

A idque non modo clericis propter religionem fieri prohibentibus, ſed ipſis quoque confugientibus facere pietatis cauſa detrectantibus: ne & qui confugiunt, dum uſus proprios ſacris rebus admiſcent, impuro animo confugere videantur; & qui hujuſmodi turpitudinem a ſacris ædibus arcere poſſunt, pietatem, cui deſerviunt, violare videantur. Ceterum ſi quando uſu veniat, ut alterutrum omnino offendendum ſit; ſatius eſt, clericos amolientes a ſacris altaribus eas injurias, quæ ab humana conditione & a natura oriuntur, audaces potius quam impios haberi, ac in hominem potius quam in Deum peccare: quandoquidem hac poſita lege, nulla inhumanitatis ſuſpicio clericos jure attigerit; cum timori ac ſecuritati confugientium ſit valde proſpectum. Nam etſi Dei templum humana naturalique neceſſitate fœdari, & ſacroſancta myſteria infami infirmitate miſceri, ac divina a profanis contaminari, ſacra denique ab impuris inquinari nequaquam patimur; non tamen confugientibus, quo minus opem implorarent, præſidii oſtium præcluſimus; ſed amplioribus quoque longioribuſque ſpatiis illorum ſecuritati conſulendum exiſtimavimus, & quod divinitati, & quod humanitati debetur, ſolicite religioſeque obſervantes.

Ferrea autem, vel alterius generis arma ad defenſionem comparata, ne confugientes habeant, neve intra ſanctam eccleſiam inferant, omnino prohibemus. Hæc namque, ut reliqua omnia ejuſmodi, non modo a ſacris templis & aris abeſſe volumus, ſed a reliquis quoque omnibus * eccleſiaſticis habitationibus, manſionibus, hortis, balneis, atriis, ac porticibus, quæ præſidio eſſe fugientibus ſuperiori ſermone declaravimus. Etenim fas non eſt, ſanctiſſimis templis, aliiſve eccleſiæ locis ex nimia ſolicitudine, diſcordiæ ac bellorum materiam inferre. Sufficiat profugis iſtis Dei auxilium, cui & arma & leges & ipſa etiam regia majeſtas ſubjecta eſt. Nam & nos, qui ſemper jure imperii armis circumdamur, quoſque ſine armatis ſtipatoribus eſſe non convenit, Dei templum ingreſſuri, foris arma relinquimus, & ipſum etiam diadema deponimus; & quo ſubmiſſioris imperii ſpeciem præferimus, eo magis imperii nobis majeſtas promittitur. Ad ſacra quoque altaria munerum tantum offerendorum cauſa accedimus: & cum circumſeptum ſacrorum adytum ingreſſi ſumus, ſtatim egredimur; nec quidquam ex propinqua divinitate nobis arrogamus. Quamobrem qui ſine armis ad ſanctum Dei templum, vel ad ſanctum altare, in quacumque illi gente, vel in hac civitate confugerint, in templo dormire, aut etiam in altari, vel in ipſis locis cibum ſumere, citra ullam injuriam a clericis prohiberi debent. Et ita res hæc erga eos gerenda eſt, ut non a prohibente injuria inferri, ſed religionis ratio rem quæ geritur, exigere videatur. Proinde illos paventes, de ſanctitate ac puritate loci commoneant; religioni cum humanis neceſſitatibus nihil commune eſſe doceant:

* In Græc. deeſt.

A τοῦτο τῶν μὲν κληρικῶν τῆς θρησκείας χάριν κωλυόντων, καὶ τῶν προσφυγόντων τῆς εὐσεβείας ἕνεκα φυλαττόντων· ἵνα μήτε οἱ προσφεύγοντες ὡς βεβήλῳ γνώμῃ προσφεύγειν δοκοῖεν, τῇ θρησκείᾳ ' καταμιγνῦντες τὰς οἰκείας χρείας· μήτε οἱ τὰ οὕτως αἰσχρὰ δυνάμενοι τοῦ θείου ἀπείργειν οἴκου, δόξωσι, τὴν εὐσέβειαν, ἧς ὑποφῆται ' τυγχάνουσι, καταβλάπτειν. προκειμένου δὲ τοῦ θατέρου πάντως προσκροῦσαι, αἱρετώτερον τοὺς κληρικοὺς τὰς ἀνθρωπίνας καὶ φυσικὰς τῶν ἁγίων θυσιαστηρίων ἀποθουμένους ὕβρεις, θρασεῖς μᾶλλον ἢ ἀσεβεῖς νομίζεσθαι, καὶ περὶ ἄνθρωπον B ἢ περὶ Θεὸν ἁμαρτάνειν· ὁπότε τούτου τεθέντος τοῦ νόμου, μήτε ἀπανθρωπίας τις ὑπόνοια δικαίως ἂν φθάσειεν εἰς τοὺς κληρικούς· ἐπειδὴ πολλὴ τοῦ τε φόβου καὶ τῆς ἀμεριμνίας τῶν προσφευγόντων πρόνοια γέγονε. καὶ γὰρ καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ * φύσει τε καὶ ἀνάγκῃ ῥυποῦσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ ναὸν, καὶ τὸ θεῖον μυστήριον τῇ ἐμφυείσῃ ἀσθενείᾳ καταμίγνυσθαι, τὰ θεῖα ὑπὸ βεβήλων χραίνεσθαι, τὰ ἱερὰ ὑπὸ τῶν σαθρῶν μολύνεσθαι μὴ βουλόμενοι, τοῦ αἰτεῖν βοήθειαν τοῖς προσφεύγουσιν οὐκ ἀπεκλείσαμεν· ἀλλὰ προσέτι καὶ πλατυτέροις διαστήμασι, μακροτέροις τε χωρήμασιν C ἀσφαλισθῆναι * τούτοις ἐψηφισάμεθα, τοῦ πρέποντος τῇ τε θειότητι καὶ τῇ ἀνθρωπότητι φυλαχθέντος.

Ὅπλα δὲ ἐν σιδήρῳ, ἢ ἐν ἑτέρῳ εἴδει * ἀμυντήρια τοὺς προσφεύγοντας οὐδαμῶς ἔχειν, ἢ ἐπιφέρεσθαι ἐντὸς τῆς ἁγίας ἐκκλησίας προστάττομεν. ταῦτα οὐ μόνον ἐκ τῶν θείων ναῶν τε καὶ θυσιαστηρίων, ὡς τὰ λοιπὰ, κωλύοντες, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκημάτων, καὶ * ἑλῶν, καὶ κήπου, καὶ λουτροῦ, καὶ αὐλῶν, καὶ στοῶν, ἅπερ κατὰ τὸν προειρημένον λόγον ὑπερασπίζειν τῶν προσφευγόντων ἐ- D δηλώσαμεν. οὔτε γὰρ θέμις, τοῖς ἁγιωτάτοις ναοῖς ἢ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς τόποις κατὰ περιεργίαν, διχονοίας ἢ πολέμων ὕλας ἐπιφέρεσθαι. ἀρκείτω τοῖς προσφεύγουσιν ἡ τοῦ Θεοῦ βοήθεια, ᾧ τά τε ὅπλα, καὶ οἱ νόμοι, καὶ ἡ βασιλεία ὑποτάττεται. καὶ γὰρ ἡμεῖς, οὓς ἀεὶ τῷ δικαίῳ τῆς ἡγεμονίας περιστοιχίζει τὰ ὅπλα, καὶ οἷς οὐ πρέπει δίχα δορυφόρων εἶναι, τῷ τοῦ Θεοῦ ναῷ προσιόντες, ἔξω τὰ ὅπλα καταλιμπάνομεν, ἀποτιθέμενοι τὸ διάδημα· καὶ ' τῇ τῆς βασιλείας ἐλαττώσεως εἰκόνι μᾶλλον ἡμῖν τὸ τῆς βασιλείας σέβας ἐπαγγέλλεται. τοῦ ἁγιωτάτου δὲ θυσιαστηρίου διὰ μόνην τὴν τῶν δωρεῶν προσφορὰν ἐφαπτόμεθα. καὶ εἰς τὴν E τῶν θείων ' κύκλων περιστοιχουμένην ἔπαυλιν ἅμα τῷ εἰσελθεῖν ὑπεκβαίνομεν· καὶ οὐδὲν ἐκ τῆς ἀγχιστευούσης θειότητος ἑαυτοῖς ἀπονέμομεν. ὅθεν τοὺς δίχα ὅπλων τῷ ἁγίῳ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς τὸ ὁσιώτατον θυσιαστήριον ἐν οἱῳδήποτε ἔθνει, ἢ * κατὰ ταύτην τὴν πόλιν προσφεύγοντας, ὑπνοῦν ἐν τῷ ναῷ, ἢ καὶ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ * ἐπ' αὐτοῖς μεταλαμβάνειν, ἐκτός τινος ὕβρεως παρὰ τῶν κληρικῶν προσήκει κωλύεσθαι. καὶ οὕτω τοῦτο τυποῦσθαι χρὴ πρὸς αὐτοὺς, ὥστε μὴ δοκεῖν ὕβριν εἶναι τοῦ κωλύοντος, ἀλλὰ γὰρ τὸν λόγον τῆς θρησκείας ἀπαιτεῖν τὸ γινόμενον. τῆς ἁγιωσύνης καὶ τῆς καθαρότητος τοῦ τόπου τοὺς εὐλαβουμένους ὑπομιμνησκέτωσαν, καὶ μηδὲν ταῖς θρησκείαις μετὰ τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων εἶναι κοινὸν διδασκέτωσαν· τὰ δια-

' τῆς θρησκείας τὰς οἰκείας καταλιπόντες χρείας·

' γεγόνασι,

* χρήσει τε

* τούτοις

* ἀμυντηρίῳ

' deest vox ista in mſ. Seg.

* διαιτῶν,

' τὸ τῆς βασιλείας σέβας ἐστί.

' κύκλῳ

* ἢ κατὰ

* ἀπ' αὐτῆς τροφῆς μεταλαμβάνειν,

τὰ διαστήματα, τὰ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς περιβόλοις, τῇ αὐτῶν ἀσφαλείᾳ ἡσυχίᾳ τε ἀφορισθέντα, κατὰ μέρος δεικνυέτωσαν, * τιμωρίαν κεφαλικὴν κατὰ τῶν προπετῶς ἐπιόντων αὐτοῖς ὡρίσθαι. γνώτωσαν, ὡς οὐ χρὴ τὴν θρησκείαν τοῖς ἀνθρωπίνοις ῥύποις μιαίνεσθαι, ἢ τῇ ὕβρει τῆς φυσικῆς ἀνάγκης χραίνεσθαι, τὸν διὰ τῆς αὐτῆς θρησκείας ἀνύβριστον εἶναι βουλόμενον. εἰ τούτοις πᾶσί τις μὴ ἐπινεύοι, μήτε πείθοιτο, προτιμάσθω τῆς πρᾳότητος ἡ θρησκεία, καὶ ἐκ τῶν θείων εἰς τοὺς προλεχθέντας τόπους * διωκέτω ἡ θρασύτης. * ἔσω γὰρ καὶ ὁ σφόδρα φοβηθεὶς ἐκτὸς κινδύνου, καὶ οὔτε ἡ θρησκεία τῇ τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων ἐπιμιξίᾳ μολυνθήσεται. τοὺς δὲ βοήθειαν ἐξαιτοῦντας παρὰ τοῦ μεγίστου Θεοῦ, καὶ μετὰ ὅπλων εἰσιόντας εἰς τοὺς ἁγιωτάτους ναοὺς, ἢ καὶ παρασκευῆς, ἥ τις φυσικῷ, καὶ ἐθνικῷ νομίμῳ τῆς θρησκείας ἀπείργεται, μὴ μόνον ἐπιφέρειν τῇ ταύτης διαγείᾳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ συνάπτεσθαι ἐπιχειροῦντας, ὅπερ * βοηθηθῆναι, ἢ ἀκουσθῆναι, ἢ * ἀγριότητι ἰδεῖν, φορητὸν, πληρεστάτῳ αὐστηρείας προστάγματι, καὶ φοβεραῖς ἀπειλαῖς, προηγουμένως μὲν * τούτου μὴ ποιεῖν παραινέσεις. ποίαν γὰρ ἐλπίδα ἐν τῇ θρησκείᾳ ἐντίθεται, ὃς ἐφ' ὕβρει ταύτης ὅπλα περικείμενος εἴσεισιν;

Ἐὰν δέ τινα μανίᾳ * τυφλώττουσα παρεξιὼν ἢ τῶν ἡμετέρων παριδεῖν τι θεσπισμάτων ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἐκκλησίας, ἢ ἐντὸς τοῦ ναοῦ, ἢ περὶ τὸν ναὸν, ἢ καὶ ἐκτὸς τούτου τυγχάνοντα, παραχρῆμα τοῦτον τὰ ὅπλα αὐθεντίᾳ τοῦ ἐπισκόπου παρὰ μόνων τῶν κληρικῶν, καὶ αὐστηρότερα ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας, ἀποτίθεσθαι καταναγκασθῆναι προστάττομεν· διδομένης αὐτοῖς ἐλπίδος καὶ * θαρσοῖς, ὡς τῇ θρησκείᾳ μᾶλλον ἢ τῇ τῶν ὅπλων ἐπικουρίᾳ ὀχυρωθήσονται. ἐὰν δὲ τῇ τοῦ ἡμετέρου νόμου αὐθεντίᾳ, καὶ τῇ ἐκκλησιαστικῇ φωνῇ ὑπομνησθέντες, τῷ τόνῳ τῆς οἰκείας ἀγνοίας ἐμμένωσι, καὶ ὅπλα μὴ ἀποθῶνται, ἅπερ παρὰ τὸ θεμιτὸν οὐ σωτηρίας χάριν, ἀλλὰ τυραννίδος καὶ ἱεροσυλίας θρασύτητι ἐνεδέξαντο, γινωσκέτωσαν, ὡς διὰ τοσούτων, καὶ τηλικούτων παραγγελμάτων ἐξουδενωθείσης τῆς θρησκείας, παρά τε τῆς ἡμετέρας γαληνότητος, καὶ τῶν ἐπισκόπων Θεῷ τῆς ἀπολογίας δοθείσης, κατὰ τὸ οἰκεῖον πταῖσμα καὶ παρ' ἐνόπλων εἰσχωρουμένων ἀποσπασθήσονται, καὶ πάσαις ταῖς συμφοραῖς ὑποβληθήσονται· εὐσεβῶς τε ταῦτα εἰς αὐτοὺς γενήσεται, ἅπερ χρὴ γενέσθαι ὑπὲρ τῶν χαλεπὰ καὶ τραγῳδίας ἄξια ἐξαμαρτάνειν αὐτοῖς. τί γὰρ ἐκ τῶν τολμηθέντων ἔναγχος κατὰ τῆς θρησκείας καὶ τῆς θειότητος παρὰ τῶν σφόδρα ἐλεουμένων εὐλαβεῖσθαι ἢ ὑποπτεύειν ἡμᾶς, καὶ διὰ τοῦτο πᾶσαν ὁδὸν ἀφορμήν τε ἀποκινῆσαι μανίας οὐ προσήκει, ἵνα μὴ, ὅπερ ἐξ ὑποδείγματος * ἡ τραγικὴ μανία πρώτως ἐξήμαρτε, τὸ αὐτὸ καὶ αὖθις, ὅπερ ἀπείη, ἱεροσυλίας τρόπῳ τολμηθείη; ἀλλ' οὔτε δίχα γνώμης ἢ κελεύσεως τοῦ ἐπισκόπου, ἢ καὶ ὑμῶν τῶν δικαστῶν τῶν κατὰ τήνδε τὴν πόλιν, ἢ καὶ ὁπουδήποτε τυγχανόντων, τὸν ὡπλισμένον ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν χρὴ παραδίδοσθαι· ἵνα μὴ, ἐὰν κατὰ τῶν ἀθλίων πολλοῖς τοῦτο καὶ * διαφόροις ἐξῇ, σύγχυσις ἐκ τούτου ἐγγένηται. εὐλαβεῖσθαι γὰρ τοὺς μετὰ ὅπλων φεύγοντας πρὸς διόρθωσιν βουλόμεθα, ἀφαιρεῖσθαι * τὰ ὅπλα, καὶ

intervalla intra septa ecclesiastica, ad ipsorum tranquillitatem securitatemque constituta sigillatim commonstrent: capitale supplicium contra temere irruentes statutum indicent: intelligant religionem humanis sordibus, naturalisque necessitatis injuria contaminandam aut profanandam non esse ei, qui per eam ipsam religionem tueri se ab injuria velit. Quod si quispiam nihil his omnibus annuerit, aut assensus fuerit, tum demum religio mansuetudini anteferatur, & ex divinis locis ad ea quæ superius dicta sunt, * eum propulset audacia. Qui enim in magno metu est, periculum effugiet, nec propterea sacra religio humanarum necessitatum admixtione contaminabitur. Porro si qui divinam opem expetentes, sanctissima Dei templa cum armis ingredientur, aut cum apparatu qui naturæ & gentium jure a religione arcetur, non modo illa inferre sacratis locis, verum etiam confligere conabuntur (quod ut adjuventur, vel audiantur, vel quia sævitiam videant, tolerandum esset) plenissima severitatis jussione & horrendis comminationibus præcipue ne id faciant admonebis. Nam qualem ille spem in religione collocat, qui in religionis contumeliam armis accinctus ingreditur?

*repellatur audacia.

Locus corruptus.

Quod si quisquam furiis * actus aliquod istorum nostrorum decretorum in quocumque ecclesiastico loco violaverit, sive id fiat extra templum, sive intra templum, sive etiam circa templum; jubemus ut confestim episcopi auctoritate a solis clericis arma deponere compellatur, & severius etiam pro sua salute, spe illi data atque fiducia, quod religione ac pietate securius munietur, quam armorum præsidio. Quod si legis nostræ auctoritate, voceque ecclesiastica commonefacti in vesania sua perseverent, neque arma, quæ præter fas, non salutis, sed tyrannidis & sacrilegii audacia ceperant, reliquerint; sciant quod tot tantisque denuntiationibus ac præceptis placata religione, & a nostra serenitate, & ab episcopis excusatione facti Deo reddita, pro sui sceleris ratione etiam per armatorum ingredientium vim abstrahentur, & omnium calamitatum generi subjicientur, & ea pie adversus eos gerentur, quæ geri æquum est, pro eo quod gravia & tragica scelera admiserint. Quid enim ex his quæ nuper summa cum audacia adversus religionem ac divinitatem patrata sunt * ab his quibuscum admodum clementer actum est, non metuendum sit nobis ac formidandum, ita ut omnem insaniæ viam atque occasionem adimamus, ne, quod primum in exemplum tragica perpetravit insania, idem quoque denuo (quod absit) sacrilego more admittatur? Sed neque absque sententia ac jussione episcopi, vel etiam * nostra, & judicum qui in hac urbe, aut etiam eorum qui in quovis alio loco sunt, armatum hominem ex ecclesiis abstractum tradere oportet, ne, si id multis * atque diversis contra illos miseros liceat, ex ea re confusio oriatur. Nam ejusmodi cum armis confugientes metuere volumus ut corrigantur, auferri item eis arma, ne

*excæcatus

*a miserrimis hominibus, non

*vestra

*& promiscue

A salutem in galea & clypeo quærant. Illud etiam, imo vero præcipue, hac lege sancimus, ut nefariæ sacrilegæque hujusmodi tumultuationes vel in ipsis initiis per armorum amolitionem, honestamque admonitionem sedentur, vel certe si in improba obstinatione permaneant, metu illustrissimæ potestatis per moderationem & justitiam & præstantem pietatem a prædictis rebus compescantur. Hæc ipsa, quę pro veneranda religione, & cum omni observantia, veneratione, honore, pietate, puritate, sanctitate ac reverentia vel maxime a fugitivis observari jussimus; neque humanitatem propter religionem abjiciendo, neque rursum religionem propter humanitatem contem- B nendo, eo quod decet tum divinitati, tum humanitati attributo: propositis edictis in totum orbem, ut ad omnium notitiam perveniant, curabis; ut & confugientes per decreti clementiam securi sint, & nullius hominis temeritate quæ ad honorem religionis sancita sunt intercidant.

Lex hæc proposita fuit indictione decimaquarta, duodecimo die mensis Pharmuthi. [hoc est septimo Aprilis.]

A οὔτε σωτηρίαν ἐν * κεφαλαίῳ. καὶ τοῦτο μᾶλλον δὲ 'προηγουμένως διὰ τοῦ νόμου τούτου θεσπίζομεν· ἵν' αἱ τοιαῦται ἀθέμιτοί τε καὶ ἱερόσυλοι κινήσεις, ἢ ἅμα τῷ ἄρξασθαι, ἐν αὐτοῖς τοῖς προοιμίοις τῶν ὅπλων ἀποτεθέντων, τῇ καλλίστῃ νουθεσίᾳ ἡσυχάσωσιν, ἢ τῷ φαυλοτάτῳ τόνῳ ἐμμένοντες, τῶν προειρημένων ἐπισχεθῶσι λόγῳ τῆς 'ὑπερλάμπρου ἐξουσίας, διὰ τῆς 'κοσμιότητος, δικαιοσύνης τε καὶ ἀκριβοῦς 'εὐσεβείας. ταῦθ' ἅπερ περὶ τῆς θρησκείας σεβασμίως, καὶ μετὰ πάσης παρατηρήσεως, εὐλαβείας, τιμῆς καθαρότητος, ἁγιωσύνης, αἰδοῦς, εὐσεβείας, καὶ μάλιστα παρὰ τῶν προσφευγόντων φυλάττεσθαι, μήτε διὰ τὴν B θρησκείαν τῆς φιλανθρωπίας ἀποκλειομένης, μήτε μὴν διὰ φιλανθρωπίαν θρησκείας παρορωμένης, προσετάξαμεν, τοῦ πρέποντος ὁμοῦ τῇ 'θεότητι καὶ τῇ ἀνθρωπότητι ἀφορισθέντος, διαταγμάτων 'προσαχθέντων, εἰς πάντα κόσμον, καὶ γνῶσιν πάντων περιελθεῖν 'φροντίσῃ· ὥστε καὶ τοὺς προσφεύγοντας διὰ τὸ τῶν ὁρισθέντων φιλανθρωπίας ἀμερίμνους τυγχάνειν, καὶ μηδενὸς προπετείᾳ τὰ εἰς τιμὴν τῆς θρησκείας τυπωθέντα διακόπτειν.

Νόμος προετέθη * ἰνδικτιῶνος τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, μηνὶ Φαρμουθὶ ιβ'.

* ἴσ. κεφαλαίᾳ ζητεῖν καὶ
' προηγησαμένως
' σου, διὰ κοσμιωτάτης δικαιοσύνης
' ἐξουσίας, καὶ εὐσεβ.
' θειότητι;
' περιελθεῖν.
' φροντίσει·
* ἰνδικτιῶνι

ANNO CHRISTI 431.

IN a CONCILIUM b EPHESINUM c œcumenicum d approbatum, e plurium, quam ducentorum episcoporum, f contra Nestorium, ejusque hæresin, sub pontificatu Cælestini, anno Christi CCCCXXXI. g Basso & Antiocho consulibus, celebratum,

NOTÆ SEVERINI BINII.

Concilium Ephesinum Cælestini auctoritate indictum, Theodosii auxilio & consilio cōgregatum.

a *Concilium.*] Sacrosancta synodus Ephesina, auctoritate Cælestini pontificis indicta, consilio opera, & auxilio Theodosii imperatoris congregata fuit. Id non tantum ex vita Petronii Bononiensis, quam Surius & Sigonius descripserunt; verum etiam ex epistola Cælestini ad synodum Ephesinam data apertissime constat. Hac enim fatetur ibidem sua voluntate concilium coactum esse. Ab eodem pontifice eadem epistola certam normam ac judicandi regulam præscriptam esse, Firmus Cæsareæ Cappadociæ, cum Prospero, aliisve episcopis, in ipsa synodo actione I. supra attestantur. Sanctus Prosper in chronicis hanc synodum Cyrilli industria, & Cælestini auctoritate factam esse scribit. Ex Euagrio lib. 1 cap 4. & ex epistola Cælestini ad Cyrillum patet, ipsum Cyrillum tamquam apostolicæ sedis legatum, ad hanc synodum profectum esse. Unde satis evidenter colligere licet, eam non sine consensu pontificis coactam fuisse. Ipsius autem Theodosii junioris consilio & auxilio patres concilii convenisse, Euagrius lib. 1. cap. 2. Liberatus in breviario cap. 5. ejusdemque Theodosii epistola (quæ extat supra ad Cyrillum scripta) attestantur Hæc confirmantur iisdem auctoritatibus & rationibus, quibus supra in notis 1. epistolæ Marcelli, probavimus, absque auctoritate Romani pontificis non licuisse ullam universalem synodum congregare. Nestorianorum bino judicio synodali condemnatorum calumnia Cyrillo objecta, quasi ille Apollinaris hæresin sectaretur & defenderet, huic synodo convocandæ, quod supra in notis Alexandrini concilii sub Cælestino habiti diximus, occasionem dedit: Baronius anno 430. num. 61. 62. & 63. Bellarminus lib. 1. de conciliis cap. 13.

Quia occasione indictum?

Locus concilii.

b *Ephesinum.*] Sic dictum ab Epheso, quæ est celeberrima totius Asiæ minoris metropolis, Eusebio & Iustino attestantibus, ab Amazonibus tempore Davidis extructa. Præclarum est ibi emporium & portus inclytus, ut propterea Plinius lib 5. cap. 29. in fine, eam alterum Asiæ lumen appellaverit. Progressu temporis varia nomina sortita fuit. Alopes dicta, cum apud Troiam pugnatum fuit: mox Ortygia & Morges vocata est, & Smyrna cognomine Trachea. Inter urbes Asiæ duodecim, quæ tempore passionis Christi terræmotu concussæ fuerunt, primo loco a Plinio libro secundo, cap. 84. enumeratur Ephesus: M*aximus terræ*, inquit, *memoria mortalium extitit motus Tiberii Cæsaris principatu, duodecim urbibus Asiæ una nocte prostratis: quarum nomina sunt Ephesus, Magnesia*, &c. In ea extructum fuit templum magnificentissimum, Dianæ Multimammiæ dicatum: quod propter admirabilem magnificentiam, ornatum, & artificium inter septem orbis miracula relatum fuit. Huic uni templo post omnia Asiatica exusta Xerxes rex Persarum pepercit. Herostratus, ut nominis immortalitatem consequeretur, incendit eo die quo magnus Alexander in hunc mundum editus fuit. Obliterato nomine exurentis Herostrati, restauratum est, ac deinceps, teste Iulio Capitolino, usque ad Gallieni imperatoris tempora integrum permansit, quando a Gothis est expilatum & concrematum. In hac urbe dæmonum cultui & superstitionibus dedita, vanisque philosophorum opinionibus imbuta prædicavit Paulus apostolus ultra biennium, eaque miracula, quæ act. 19. describuntur, ibidem edidit. Nicephorus lib. 2. cap. 25. scribit, Paulum Ephesi liberius prædicantem eo tempore quo Hieronymus principalem locum obtinebat, a plebe per insolentiam injectis ei compedibus carceri inclusum fuisse, ut leonibus devorandus objiceretur, Eubulam & Artemillam clarissimas feminas a Paulo in fide edoctas, ab eodem vinculis soluto in litore maris baptizatas esse: leones aliasque feras bestias corpori ejusdem pepercisse: grandinem de cælo immissam plurimorum virorum & bestiarum capita comminuisse, ipsique Hireonymo principi auriculam amputasse. Cujus occasione ille Deo per Paulum reconciliatus, baptismum susceperit. Hanc non tantum Paulus, sed etiam Ioannes euangelista, & Timotheus Pauli discipulus, vitæ sanctitate & doctrina pariter illustrarunt. Sanctissimam Dei genitricem Mariam virginem, cum sancto Ioanne apostolo Ephesi habitasse, non obscure indicat synodica epistola concilii Ephesini ad clerum Constantinopolitanum data, quæ habetur supra in actis hujus concilii, parte 2. artic. 1. Ubi post alia dicitur: *In Ephesiorum civitate, quam Ioannes theologus, & sacra virgo deipara Maria quandoque incoluerunt*, &c. Ecclesiam Ephesinam a Paulo fundatam, a Ioanne curatam esse, auctor est Irenæus libro 3. cap 3 in fine. De eadem urbe hæc Philostratus lib. 8. in Apollonio: *Abundat bonarum artium studiis, philosophis, oratoribusque redundat: ut vere dici possit, eam civitatem non equitum robore, sed clarorum hominum millibus ceteras superare, in eaque plurimum vigere sapientiam.* In hac proconsul Asiæ agere consuevit. De templo magnæ Dianæ plura vide apud Baronium tom 1. an. 57. num. 176. & sequentibus. Ad hanc urbem toto orbe celeberrimam, totius orbis episcopi convocati, in ecclesia quadam, quę sancta Maria dicitur, convenerunt; ut deiparæ

Ephesi descriptio.

Ephesi varia quondā nomina.

ANNO CHRISTI 431.

Templum Ephesi magnificentissimū, unum e septem miraculis mundi.

Paulus Ephesi euangelium prędiccat.

Quæ fuerit Ephesi passus?

Quibus miraculis a vinculis liberatus?

Ioannes & Timotheus Ephesi docuerunt.

An beata Maria virgo Ephesi habitarit?

Cur Ephesi in templo Dei genitricis concilium habitum sit?

Anno Christi 431.

ecumeni- m conci- m fuisse obatur.

A parę virginis honorem in ecclesia suo nomini dedicata, adversus calumniantium hæreticorum furorem tuerentur. ita ex Cyrilli apolog. ad Theodosium. Baron. anno 431. num. 41.

c *Oecumenicum.*] Oecumenicum concilium fuisse oportet, ad quod ex toto orbe metropolitani per literas convocati sunt, cuique Romanus pontifex per Cyrillum legationis munere fungentem præsedit. *De indicta autem sanctissima synodo*, scribit Theodosius epistola ad singulos metropolitanos transmissa (extat supra parte 1. cap. 32.) *nostra serenitas ad omnes omnino Deo dilectos episcopos metropolitanos literas scripsit. quo nimirum hac tandem ratione turba, quæ ex multis dissidiis & concertationibus hinc inde nata sunt; rite secundum ecclesiasticos canones consopiantur*, &c. Paulo supra ajebat: *Tua pietas Deo bene propitio operam dabit, ut sacrosancto paschate, quod jam in foribus urget, elapso, sub sacrum pentecostes diem ad Ephesiorum Asiæ civitatem accurrat, nonnullosque quos nimirum idoneos judicabis sanctissimos provinciæ suæ episco-*
B *pos simul eodem secum adducat; ita ut neque necessarii sanctissimis ejusdem provinciæ ecclesiis desint: neque ii rursum, qui ad eam rem apti censebuntur in sacra synodo desiderentur*, &c. Hoc idem refert Philippus presbyter parte 2. artic. 3. apostolicæ sedis legatus his verbis: *Omnes namque orientales vel per se, vel certe per suos legatos sacerdotali huic consessui intersunt.* Hac ratione omnes episcopi totius orbis sunt convocati. Imperatorem Theodosium juniorem, vel ejus nomine Candidianum comitem, præsidem concilii egisse, suo more calumniantur hæretici. Ipse enim imperator Theodosius epist quam ad synodum scripsit, quæque supra in actis conc. Ephesini, parte 1. cap. 35. habetur, fatetur se Candidianum comitem misisse ad concilium, non ut se ecclesiasticis quæstionibus immisceret; sed potius omnem injuriam, vim & seditionem, omneque impedimentum a synodo propulsaret. *Candidianum*, inquit, *præclarissimum religiosissimorum domesticorum comitem ad hanc sacram vestram synodum abire jussimus; sed ea le-*
C *ge & conditione, ut cum quæstionibus & controversiis, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil quicquam commune habeat (nefas est enim qui sanctissimorum episcoporum catalogo adscriptus non est, illum ecclesiasticis negotiis & consultationibus sese immiscere) verum ut monachos & sæculares ac ceteros denique omnes, qui hujus spectaculi causa vel eo nunc confluxerunt, vel in posterum forte confluent, ab eadem illa civitate omnibus modis submoveat*, &c. Idem asseritur in epistola Nicolai I. ad Michaelem imperatorem. Quod autem Cælestinus pontifex per Cyrillum legatum suum huic synodo præsederit, testantur omnes historici. Euagr. l. 1. cap. 4. Photius in lib. de VII. synodis, Prosper in chro. Niceph. l. 14. c. 34. Liberatus diaconus in breviario c. 15. Denique Iustin. imp. in edicto. Nicolaus I. in ep. ad Michaelem. Cælest. I. ep. quam ad Cyrillum scripsit, quaque illi in prosequenda causa Nestorii vicariam præfecturam, legationemque a latere delegavit: *Quamobrem*, inquit, *nostra sedis auctoritate ascita, nostraque vice & loco cum potestate usus, ejusmodi non abs-*
D *que exquisita severitate sententiam exequeris*, &c. Theod. Balsamon in Nomoc. Photii tit. 8. c. 1. tradit ad Cyrillum ab ipso Cælestino missum fuisse phrygium seu palliū, quo plena apostolicæ sedis potestas significatur, eoque deinceps, more pontificis Rom. non tantum in Ephesino concilio, sed etiam in sacris solenniis usum esse. Damnatæ memoriæ hæresiarcha Calvinus respondet, Cælestinum cum rem habere non posset, aliquo saltem artificio nomen præsidentiæ sibi acquisivisse, ideoque cum illuc suos mitteret, Cyrillo, qui alioqui præfuturus erat, vices suas delegasse, ut per legatum commentitium præsidere videretur, cui in propria persona obire non liceret. Sed calumniam & figmentum impostoris facile advertet, quisquis prædictorum auctorum testimonia accuratius discusserit. Sanctus Prosper in chron. ait, Nestorio præcipue restitisse Cyrilli industriam, & Cælesti-
E ni auctoritatem, sine dubio illam quam per epistolam multo ante quam legati mitterentur, pontifex illi delegaverat. Nicephorus loco præd. ait, eidem Cyrillo ejusve successoribus mitram, qua Rom. pontifices utebantur, missam esse, concessumque ut universi orbis judices appellarentur. Hoc est, quod pronuntiaturus in Nestorium damnationis sententiam, (extat supra par. 2. act. 1.) præmiserit, se tum aliis ecclesiæ canonibus, tum præcipue literis papæ Cælestini ad tam sinceram sententiam compulsum esse. Denique quod patres concilii judicium Ioannis Antiocheni episcopi, Cælestino pont. epist. synodali ad eumdem scriptæ reservant, nihil aliud eo ipso indicare videntur, quam quod limitatam a pontifice in causa Nestorii potestatem acceperint: Ioannis vero causæ discussione abstinuerunt, ne com-

...eses con- ...i non ...impe- ...or.

...lestinus ...t. per ...rillum ...xandri- ...conci- ...præse-

...ygii ...s.

...ellitur.

A missionis suæ terminos trangressi viderentur. Hæc ex Bellarm. lib. 1. de concil. cap. 19. Baronius anno 430. num. 25. & 26. & an. 431. num. 37.

Concilium hoc a pontifice approbatum.

d *Approbatum.*] Constat id ex epist. Cælestini 2. ad synodum Ephesinam scripta: & ex actis concilii in causa Nestorii Romæ habiti. Vtrobique enim ob eamdem causam hæresiarcha condemnatus fuit. Sixtus scriptis ad orientales literis hanc synodum, teste Gennadio, in omnibus stabilitam reddidit. Vnde Gregorius lib. 1. ep. 24. se hoc concilium non minus quam euangelium venerari affirmat. Vincentius Lirinensis his temporibus coæqualis sanctum concilium, beatam synodum frequentissime appellat. Hoc unum est ex illis octo conciliis, quæ canone, sancta octo. D. 16. ab ecclesia universa recepta esse enumerantur. Hanc sanctam synodum cum duabus præcedentibus & 4. sequent. a Græcis receptam fuisse patet ex conc. Florent. sess. 5. & 6. Lutheranos eamdem recepisse, testantur Magdeburgenses, cent. 8. & 9. cap. 9.
B codex hujus concilii olim Constantinopoli Romam missus, quomodo falsatus fuerit, vide Gregor. lib. 5. epist. 14. indict. 14. Hoc concilium ex bibliotheca Antonii Contii primo prodierat: Sed id quod Pelthanus e Bavarica bibliotheca acceptum vertit, Contianam illam editionem omnino superavit. Græce editum est primo Heidelbergæ in Germania ab Hieronymo Commelino e bibliotheca Reuchliniana: ne a catholicis rejiceretur, ideo quod in loco de fide suspecto excusum fuisset, nomen urbis suppressit. Vtinam hunc titulum: *Ex sanctione Augustorum Theodosii & Valentiniani adversus Nestorium hæreticum* in ipsa fronte editionis suæ non præfixisset. Cum enim ex præcedentibus verbo, *concilium*, & verbo, *œcumenicum* planissime constet, in hac synodo non imperatorem, neque etiam Candidianum comitem, sed per Cyrillum aliosque legatos, Romanum pontificem præsedisse; potestatem pascendi oves, soli Christi vicario concessam, laicis detulisse non debebat, maxime cum non Græci tantum, sed etiam omnes hæretici nostrates
C potestatem Romano pontifici concessam, pro virili adimere, sibiq; eam attribuere non semel conati fuerint. Vide Bellarm. l. 1. de concil. c. 5. Possevinum in apparatu sacro, verbo *Ephesinum primum*. Post Contianam & Pelthanam editionem novissime editum est hoc concilium Græcolatinum ex typographia Vaticana Hanc tamquam emendatiorem secuti, duas alias, alteram Contii, alteram Pelthani omisimus.

Receptum est ab ecclesia.

a Græcis, a Lutheranis.

Quæ quotve editiones concilii?

Commelinanæ editionis titulus reprehenditur.

*** *Regius editor non immerito prætermisit additam hoc loco a Binio tabellam, qua Peltanæ hujusce Ephesini concilii editionis singula capita cum Romana comparavit, quæ anno 1608. GL. prodiit, & ceteris omnibus jure quam meritissimo anteponi debet. Nos pro more lectorem hac de re commonefaciendum censuimus.*

e *Plurium quam ducentorum episcoporum.*] Hoc multis in locis acta concilii Ephesini apertis verbis declarant. In fine epistolæ synodalis ad clerum Constantinopolitanum (extat parte 2. act. 3.) dicitur: *Cum episcopi supra ducentos extiterint, qui Nestorium deposuerunt, horum subscriptioni-*
D *bus contenti fuimus.* Item epistola Cyrilli ad clerum populumque Constantinopolitanum parte 2. act 1. *Episcopi autem, qui hanc in illum sententiā tulimus, amplius ducenti eramus.* Cyrillus ep. 34. ad Alexandrinos: *Sumus*, inquit, *hic congregati episcopi ultra ducentos fere plus minus trecenti.* Vnde nequaquam curandum est, quod, qui hodie in ejusdem synodi actis subscripti inveniuntur, centum quinquaginta trium episcoporum numerum tantum expleant. Nam quamplurimos in iis desiderari redarguit Cresconiana collectio, in qua numerantur & nominantur qui huic synodo interfuerunt episcopi centum nonaginta. Vide acta concilii sup par. 2. act 1. & seqq. Baron. anno 431. num 42. Ex his patriarchæ fuerunt Cyrillus Alexandrinus, qui etiam locum Romani pontificis obtinuit; Iuvenalis Hierosolymitanus, & Ioannes Antiochenus, de quo plura infra dicemus. Cælestinus pontifex decreto Romanæ synodi tres legatos, qui ejusdem synodi constitutiones pa-
E tribus Ephesi congregatis significarent & executioni mandarent, ablegavit hosce, Arcadium, Projectum & Philippum, quorum duo priores episcopi, posterior tantum presbyter erat. Capreolus Carthaginensis episcopus ex Africa ab hostibus mirum in modum divexata legatum misit Bassulam diaconum communicatis illi literis act. 1. parte 2. extantibus, quibus suam absentiam excusat. Aliam quamdam epistolam ejusdem Capreoli *de incarnatione Verbi* hactenus nondum excusam, a Petro Pithœo acceptam refert Baron anno 431. num. 28. Ex oriente præter Cyrillum Alexandrinum affuerunt Acacius Melitenæ civitatis episcopus, magnique illius Euthymii archimandritæ institutor celeberrimus, Cyrus Aphrodisiæ in Caria episcopus, Petrus Saracenorum antistes vir egregiæ sanctitatis.

Numerus episcoporum.

Non omnium episcoporum nomina subscripta sunt.

Qui quotve patriarchæ interfuerint?

Ex Africa quis adfuerit.

Ex oriente qui & quales interfuerint.

Nestorius

ANNO CHRISTI 431.

Neſtorius cur terminum præfixum anteverterit. Ioannes Antiochenus cur tardius ad ſynodum venerit.

Neſtorius hæreſiarcha impiiſſimus, omnium epiſcoporum adventum præveneraт eo fine, ut intrantes epiſcopos quacumque poſſet arte in ſuum dogma pelliceret. Induſtria autem ſancti Cyrilli Alexandrini, qui diem ab imperatore præſtitutum anteverterat, effectum eſt, ut nemo præter Pelagianos, qui a Cæleſtino Romæ damnati ad eum confugerant, impietatem hominis impiiſſimi ſectaretur. Ioannes Antiochenus cum aliis Syriæ epiſcopis clam Neſtorio faventibus, de induſtria in itinere moras trahebat: timebat enim, ne aut ipſe Neſtorium condemnare, aut certe cum Neſtorio condemnari cogeretur. Vt fraudem occultaret, ad Cyrillum epiſt. ſupra par. 1. c. 36. extantem ſcripſit, itineris difficultates, epiſcoporum labores, ac jumentorum defectum accuſans. Cum autem ex epiſcopis, qui advenerant, alii ſenio confecti, alii diverſa vivendi conſuetudine ægrotarent, nonnulli etiam Epheſi mortui eſſent, patres urgere cœperunt, Ioannis Antiocheni contumaciter ſeſe abſentantis adventum nequaquam **B** expectandum eſſe. Poſtquam itaque quindecim dies a præſcripto termino inchoandi concilii, illius adventum fruſtra præſtolati fuiſſent, citato per quatuor epiſcopos Neſtorio, decimo Kalend. Iulias, primam ſeſſionem inchoarunt.

De conſeſſu patrum, quis fuerit? Patroni hujus concilii qui fuerint?

Iuxta ordinem dignitatis ſubſellia epiſcoporum in eccleſia ſanctæ Mariæ diſpoſita fuerunt. Cyrillus Romani pontificis præfectura vicaria functus, primo loco conſedit. Poſt eum, ut ex Creſconiana collectione patet, Arcadius ejuſdem Romani pontificis legatus: patroni hujus concilii, Iuvenalis Hieroſolymitanus, & Theodorus Ancyranus, epiſcopi tertio & quarto ordine ſederunt, deinceps alii apoſtolicæ ſedis legati, Projectus epiſcopus, & Philippus preſbyter. Demum poſt illos, alii ſecundum dignitatis ordinem.

Euágelium in medio conſeſſu collocatum fuit.

In medio patrum conſeſſu ſedem cum evangelio collocarunt, cujus intuitu omnes admonerentur, Chriſtum omnium inſpectorem & judicem adeſſe, ſynodique præſidem agere.

Irenæus & Candidianus comites qua auctoritate ſynodo interfuerint.

Ex magiſtratibus imperatoris aderant duo comites Irenæus & Candidianus, uterque Neſtorianus. Imperator per epiſt. ad ſynodum tranſmiſſam (quæ extat ſupra par. 1. c. 35.) præmonuit Irenæum nihil commiſſionis accepiſſe, ſed tantum amicitiæ cauſa cum Neſtorio adveniſſe. Candidianum a ſe miſſum eſſe ſcribit, non ut ſynodi diſputationibus arbiter aut conſultor accedat, cum id epiſcoporum tantum eſſet officii; ſed ut auctoritate ſua, laicorum aliorumve extraneorum illuc confluentium tumultus prohiberet: ante controverſiam definitam neminem epiſcoporum diſcedere, cauſamq; aliam proponi non permitteret, quam illam, cujus cauſa epiſcopi convocati fuerant: civiles etiam & criminales cauſas Conſtantinopoli cognoſcendas reſervaret. Hæc ex Cyrillo, Liberato, & actis concilii, Baron. an. 431. n. 7. uſque ad 50.

Neſtorius quis & qualis?

f *Contra Neſtorium, ejuſque hæreſin.*] Neſtorius ex Germanicia oriundus, Pauli Samoſateni nepos & ſectarius, uſus eſt Theodoro Mopſueſteno & Tarſenſi præceptoribus.

Qua ſpe & auctoritate factus fuerit epiſcopus.

Siſinnio Conſtantinopolitano epiſcopo defuncto, anno Chriſti CCCCXXVIII. ex monacho monaſterii ſancti Euprepii, & preſbytero Antiocheno, auctoritate Theodoſii impera[illegible] factus eſt Conſtantinopoli epiſcopus; ea ſpe, quod qui haberet vocem ſonoram, linguamque diſertam, & ad docendum populum accommodatam, ex Antiochena eccleſia adſcitus, Ioanni Chryſoſtomo Antiochia etiam in epiſcopum Conſtantinopolitanum poſtulato ſimilis fore expectaretur.

Neſtorius initio ſedis hæreticorum hoſtis.

Quarto Idus Aprilis conſecratus Arianos & Novatianos hæreticos inſectari cœpit. Teſte Socrate lib. 7. capite vigeſimonono, hac de re ad imperatorem ait: *Mihi, o imperator, terram hæreticis tu purgatam tribue, & ego tibi cælum tribuam. Tu mihi in profligandis hæreticis ſubveni, & ego tibi in profligandis Perſis ſubveniam.* Hac alacritate inſectandi hoſtes eccleſiæ ad famam bonæ vitæ ſuperaddita, initio ſedis a Cæleſtino pontifice & Cyrillo Alexandrino jure meritoque laudatus fuit. **E** Sed poſtquam paucis menſibus poſt initium ſedis ſe Pelagianorum fautorem prodidiſſet, ſuamq; a Samoſateno, Mopſueſteno, & Tarſenſi acceptam hæreſin promulgaſſet, Cæleſtinus cum Cyrillo eidem fortiſſime reſtiterunt.

Neſtorianæ hæreſes recenſentur. A quibus impugnatæ.

Neſtorius (inquit ſanctus Proſper in chronico, anno 421.) *Conſtantinopolitanus epiſcopus novum eccleſiis molitur errorem inducere, prædicans Chriſtum ex Maria hominem tantum, & non Deum natum, eique divinitatem collocatam eſſe pro merito. Huic impietati præcipue Cyrilli Alexandrini epiſcopi induſtria, & papæ Cæleſtini repugnat auctoritas.* Sanctus Cyrillus de incarnatione unigeniti, & in epiſt. ad Succeſſum de Diodoro Tarſenſi ait: *Senſit quod alter ſit filius ſeorſum, qui de ſemine David & ſancta virgine natus, & alter proprie Filius Dei Patris exiſtat,* &c. Et paulo infra: *Hujus diſcipulus Neſtorius fuit, & ex librorum ejus eloquiis obſcuratus, ſimulat quidem ſe unum Chriſtum etiam Filium & dominum confiteri; verumtamen & ipſe duos in unum individuumque partitur, dicens hominem Deo Verbo æquivoca nuncupatione & honore & æqualitate atque dignitate* **A** *conjunctum.*

Neſtorii blaſphemiæ.

De eodem hæc Euagrius libro primo, capite ſecundo: *Anaſtaſius* (preſbyter & Neſtorii fautor) *in diſputatione apud populum Chriſtum ſancte colentem in eccleſia Conſtantinopolitana habita, palam auſus eſt dicere: Nemo Mariam deiparam vocet. Nam Maria, inquit, homo erat, atque ab homine naſci Deus non poteſt. Quæ quidem verba cum populus Chriſto conſecratus graviter & acerbe ferret, & diſputationem illam non ſine cauſa haberet pro blaſphemia: Neſtorius illius blaſphemiæ auctor & dux, non ſolum non prohibuit illum, neque rectam ſanamque doctrinam tutatus eſt; verumetiam verba imprimis roborare contendit, & in iiſdem defendendis acrius inſtitit: atque ſua ipſius opinione hiſce adjuncta, atque adeo adſcripta, venenoque animi ſui in eccleſiam effuſo atque ejecto, multo majorem blaſphemiam docere conatus eſt, adeo ut ad ſui ipſius capitis perniciem hanc impiam ſententiam,* (*nimirum: Ego eum, qui ſpatiis menſtruis, hoc eſt, bimeſtri & trimeſtri,* **B** *& ita deinceps adoleverit, Deum certe non appellavero,*) *proferre non dubitaret.*

Theodoretus Neſtorio aliqua[ndo] familiaris fuit.

Theodoretus qui ipſi Neſtorio amicitia intime junctus fuit, eidemque aliquando faviſſe viſus eſt, poſt patriam illius & mores recenſitos, in epiſtola ad Sporadium, ait: *Excogitatur ab illo primum novitatis facinus & exordium: quod non oporteat videlicet ſanctam virginem Dei Verbi ſecundum carnem genitricem, Dei matrem confiteri; ſed Chriſti tantum matrem: licet jam diu & diutiſſime orthodoxæ fidei præcones juxta apoſtolorum traditionem Dei genitricem illam ore confiteri atque corde credere nos docuerint domini matrem.*

Vincentius Lirinenſis contra hæreſes, capite 17. *Neſtorius,* inquit, *dum ſe duas in Chriſto ſubſtantias diſtinguere ſimulat, duas introducit repente perſonas, & inaudito ſcelere duos vult eſſe Filios Dei, duos Chriſtos, unum Deum, alterum hominem; unum qui ex Patre, alterum qui ſit generatus ex matre.* Hæ ſunt illæ blaſphemiæ Neſtorii, de quibus ſancti concilii patres, parte 2. initio actionis. *Non eſt dicendum Deum factum eſſe hominem propter nos.* Item illud: *Ego bimeſtrem & trimeſtrem Deum non dico.*

Vide Baronium an. 428. num. 19 & ſequentibus: item notas concilii Romani & Alexandrini ſupra.

ACTIONIS PRIMÆ SESSIO I.

Quot ſeſſiones habitæ? Primæ ſeſſionis acta. Neſtorius primo citatus faſtuoſe reſpondet.

In hac controverſia dijudicanda ſeptem actiones, primaque actione tres ſeſſiones celebratæ fuerunt. Prima habita eſt 22. Iunii, in qua cum Neſtorius prima vice per quatuor epiſcopos citatus, his verbis: *Conſiderabo & videbo,* faſtuoſe reſpondiſſet, Petrus Alexandrinus preſbyter tribunus & notarius ea quæ a Cæleſtino pontifice & Cyrillo contra Neſtorium ſuperioribus temporibus & conciliis geſta erant, legit. Poſtea & ſuggeſtione Iuvenalis Hieroſolymitani epiſcopi literæ Theodoſii de ſynodo indicta recitatæ fuerunt. Cumque inde cognitum eſſet, terminum cogendæ ſynodi præſcriptum jam diu interlapſum eſſe, plureſque epiſcopi mala valetudine laborarent, omnibus placuit ſynodum inchoare. Expoſcente Cyrillo, Theodoſii epiſtola, quam ad ſynodum ſcripſit, edita fuit. Theodotus Ancyranus epiſcopus putavit initium ſynodi uſque ad Neſtorii adventum differendum eſſe.

Neſtorius ſecundo citatus.

Cum epiſcopi quatuor, qui pridie hujus diei Neſtorium citaverant, ejus reſponſum tumore & ſuperbia pleniſſimum in conſeſſu patrum retuliſſent, placuit alios quatuor antiſtites mittere, qui contumaciter abſentem ſecundo citarent. Qui cum ne quidem ad aſpectum vel colloquium Neſtorii admiſſi fuiſſent, re infecta diſceſſerunt, remque prout geſta erat ſynodo renuntiarunt.

Neſtorii tertia citatio.

Tandem ne qua judiciarii ordinis ſolennitas deſiderari poſſet; per alios demum epiſcopos eumdem Neſtorium tertio & quidem per ſcriptum peremptorie citarunt. Epiſcopi ad hanc functionem obeundam ablegati, non modo non ad Neſtorium admiſſi ſunt, verum etiam ſatellitibus introitum cuſtodientibus & obnitentibus male habiti fuerunt, act. 1. ſup.

Quo ordine cauſa Neſtorii diſcuſſa fuerit?

Quæ cum ipſi ad ſynodum retuliſſent, cauſa Neſtorii ſeſe contumaciter abſentantis inchoata eſt, hoc modo & ordine. Principio lecta eſt per Candidianum epiſtola illa, quam imperator de commiſſione Candidiani comitis ad concilium ſcripſit. Deinde poſt recitatum ſacroſanctum Nicænum fidei ſymbolum ad demonſtrandum quas blaſphemias os diaboli Neſtorius in Chriſtum ejuſque genitricem beatam Mariam effutiviſſet, quidve Romanum & Alexandrinum concilium in cauſa Neſtorii egiſſent, catholica epiſtola Cyrilli ad Neſtorium, Neſtorii ad Cyrillum blaſphemiis pleniſſima, item Cæleſtini & concilii Alexandrini lectæ fuerunt. Ad epiſtolarum lectionem additæ ſunt recitationes horrendarum blaſphemiarum, quas Theodorus Ancyranus, & Acacius Melitenus, aliique epiſcopi Conſtantinopoli ex ore Neſtorii ipſi audiverunt, cap. 2. His auditis, ex ſuggeſtione Flaviani Philippenſis epiſcopi, multis teſtimoniis ex ſcriptura ac patribus allatis, demonſtratum eſt, incarnationem Verbi divini

indiviſe

ANNO CHRISTI 431.

indivise & inconfuse in utero beatæ Mariæ virginis factam esse; duasque naturas, divinam scilicet & humanam, in una persona conjunctas & unitas fuisse. Ab hac orthodoxa patrum & ecclesiæ doctrina, scripta Nestorii discrepare & multum abhorrere, ex ejusdem quaternionibus in synodo legi jussis, universis est manifestatum. Lectis postea & approbatis Capreoli Carthaginensis episcopi literis, sententia damnationis in eum lata est ejusmodi: *Dominus noster Jesus Christus, quem suis ille* (Nestorius) *blasphemus vocibus impetivit, per sacram hanc synodum eumdem Nestorium omni pietatis dogmate privatum, & ab universo nihilo minus sacerdotum consortio & cœtu alienum esse decrevit.* Hanc subscriptione episcoporum omnium approbatam additis literis Nestorio insinuarunt.

...ntentia damnatio- ...is in Ne- ...torium.

In laudem Cælestini pontificis, qui antea Nestorium damnarat, patrum acclamationes subsecutæ sunt. Post hæc catholicæ fidei decretum firmatum est. Repetito enim Nicæno symbolo sub anathemate præceptum fuit, ne quis aliquid præter id, quod per Nicænum definitum esset, ad fidem adjicere ullo modo tentaret. Circa vesperam istius diei, *cum Ephesini audivissent* (inquit Cyrillus epist. 34. ad Alexandrinos) *infelicem illum esse depositum, cœperunt omnes una voce prædicare synodum, & Deum glorificare, quod cecidisset fidei inimicus. Egredientes vero nos ab ecclesia deduxerunt cum lampadibus usque ad diversorium nostrum (erat enim jam vespera) & facta est multa lætitia, & luminaria in civitate posita, ita ut & mulieres quoque adolentes thymiamata cum thuribulis nos præcederent.* Per publicos præcones damnationem Nestorii Ephesi promulgatam & proclamatam fuisse testatus est in conciliabulo Ephesino Candidianus comes.

...Nicænæ fi- ...ei nihil ...djiciendū.

...phesi ob ...ondemna- ...um Nesto- ...um læ- ...ntur.

ACTIONIS PRIMÆ SESS. II.

...cta sessio- ...s II. Epistola ...nodalis ...l Theo- ...osium. ...atholico- ...m episto- ...e a Candi- ...ano in- ...rceptæ. ...andidiani ...lumniæ ...nodo ob- ...ctæ.

Sequenti die, vigesima tertia Iunii, Cyrillus, cum in unum convenissent episcopi, ad populum homiliam habuit. Post hæc vero scripta est ad Theodosium epistola synodalis, in qua, *vestram*, inquiunt, *majestatem iterum rogatam cupimus, ut universam illam doctrinam Nestorii e sanctis ecclesiis submoveri, ejusdemque libros ubique locorum repertos jubeat flammis absumi.* Ad clerum Constantinopolitanum duæ aliæ additæ. Candidianus vero, qui ex officio sibi demandato omnem vim & injuriam coercere debebat, Nestorii patronus factus, maris terræque aditus omnes præclusit, ne rei gestæ narratio ad imperatorem perferretur, idque ideo, ut suis ad imperatorem missis epistolis calumniarum & mendaciorum plenissimis, catholicos anteverteret, animumque imperatoris præoccuparet; scribebat per summam calumniam, Ioannem Antiochenum non fuisse expectatum; convocatos episcopos non omnes convenisse: eos qui convenerant inter se non consensisse. Nestorius suas addidit, quibus postulavit aliam synodum, a qua omnes Ægyptii abessent, cuique duo tantum ex unaquaque provincia interessent, indici; reditumque ad episcopatum suum, a quo per synodalem sententiam amotus erat, sibi concedi. Ad fidem majorem epistolæ suæ conciliandam, novem episcoporum suæ factionis sectariorum subscriptionem, & approbationem impetravit.

...estorius ...nodum ...iam indi- ...ab impe- ...tore pe- ...t.

ACTIONIS PRIMÆ SESS. III.

...cta sessio- ...s III.

Die quinto a damnatione Nestorii (teste Evagrio l. 1. cap. 4.) qui est vigesimus septimus Iunii, episcopi illi, qui a sancta synodo Ioanni Antiocheno episcopo adventanti officii causa obviam missi fuerant; mandato ejusdem Joannis, per milites contempti, ab ejus aspectu amoti, plagisque gravioribus affecti, injuriam sibi illatam in concilio retulerunt. Patres concilii hanc ob rem justa indignatione commoti, Ioannem Antiochenum excommunicarunt. Hæc ex epistola Memnonis Ephesini episcopi ad clerum Constantinopolitanum, Ioannes episcopus vix urbem ingressus, ante pulverem excussum & pallium depositum, procurante Candidiano comite, conciliabulum ex Nestorianis & Pelagianis triginta congestum celebravit; in quo postposita orthodoxæ fidei doctrina, Memnon Ephesinus episcopus, velut turbulentus, & Cyrillus tamquam hæreticus condemnantur, & deponuntur. Commenti sunt epistolam ad episcopos synodi, miseruntque eam ad imperatorem & clerum Constantinopolitanum cum tali inscriptione, quasi ad synodum missa fuisset. Ita factum, ut in remotioribus civitatibus, sacrosancta synodus facti hujus plane ignara, commentitiis epistolis conciliabuli, magnopere infamaretur. His necdum contenti, in gratiam Pelagianorum eorum, qui satanæ conventiculo, & crabronum turmæ intererant, Pelagianam hæresim sæpius ante damnatam restituunt & confirmant. Hæc acta Pseudosynodi Ephesinæ, quæ vel dolo malo, vel saltem librariorum incuria, actis hujus orthodoxi & legitimi concilii admixta fuerunt. Nam

...ānes An- ...ochenus a ...nodo ex- ...ommuni- ...tur. ...oncilia- ...ulum E- ...hesinum ...quo, qua- ...e de causa ...lebratū? ...uid in eo ...estum fue- ...t?

...elagiana ...eresis re- ...ituitur & ...onfirma- ...r ...cta conci-

cum Gregorius pontifex suo tempore Romanum codicem cum reliquis contulisset, nihil eorum, quæ in conciliabulo Ephesino gesta sunt, in prædicto Romano codice invenit, ut testatur ipse lib. 6. epistola trigesimaprima ad Eulogium Alexandrinum, & libro septimo epistola quadragesimaseptima ad Anastasium episcopum Antiochenum, & libro quinto epistola decimaquarta ad Narsenium comitem. Numerus episcoporum variatur: alibi quadraginta tres Nestoriani episcopi numerantur: alibi triginta tantum & octo: alibi triginta tantum & unus recensentur: quia nimirum aliqui ipsorum, (ut testatur synodica per Palladium & Theodosium missa,) paulo post sanioris mentis effecti, a sceleratorum militia deficientes, ad catholicæ ecclesiæ castra se receperunt. Hæc ex actis concilii Ephesini Baronius anno 431. numero septuagesimoprimo, usque ad 80.

ANNO CHRISTI 431. Conciliabuli Ephesini, œcumenici concilii actis male admixta. Quot episcopi conciliabulo Ephesino interfuerint?

ACTIO II.

Secunda actio concilii orthodoxi decima Iulii inchoata est, in qua post duodecim dies habiti conciliabuli, legati sedis apostolicæ eodem die, quo Ephesum appulerant, in synodum introducti, obtulerunt literas Cælestini pontificis, ob dignitatem apostolicæ sedis Latine scribentis, Latine recitatas. Quas cum patres velut catholicas & orthodoxas prædicassent, & faustis acclamationibus accepissent, iisdem legatis acta synodi, prout petierant, prælecta fuerunt, eo consilio, ut latam contra Nestorium sententiam suo suffragio etiam confirmarent. Ex actis concilii Ephesini Baronius numero 80. & 81.

ACTIO III.

Undecima Iulii, tertia actione patribus concilii convenientibus, legati sedis apostolicæ in damnationem Nestorii suum calculum adjecere. Quorum primo loco Philippus presbyter post sententiam, de primatu sedis apostolicæ quædam prælocutus est, quæ sanctum concilium approbavit. Post Philippum cardinalem presbyterum, proximiore connexione capiti ecclesiæ conjunctum, duo reliqui sententiam pronuntiarunt, & subscripserunt, quantumvis episcopali dignitate præeminerent. Quod hæc damnatio Nestorii non tantum per legatos Cælestini pontificis, verumetiam omnium occidentalium episcoporum vicem agentes, confirmata fuerit, duabus synodicis epistolis ad imperatorem Theodosium & clerum Constantinopolitanum, nulla rerum in conciliabulo gestarum mentione facta, perscripserunt. Nestoriani interim ut eas, quas Cyrillus de damnato Nestorio in Ægyptum scripserat literas anteverterent, suis istuc transmissis, significarunt Cyrillum eodem animo in Nestorium commotum esse, quo Theophilus Chrysostomum antehac insectatus fuit, & ut eum Ægyptiis odiosum redderent, addiderunt eumdem sua meritissima culpa absque perendina dilatione excommunicatum esse. Quæ res piorum multorum animos exulceravit. Inter alios Isidorus Pelusiota, commentis hæreticorum fidem adhibens, per epistolam cum Cyrillo expostulavit; monens ne qui nepos esset Theophili, mores sævitiamque ejusdem imitetur. Victorem sanctissimum monachum per calumnias eo infamiæ adegerunt, ut mandato concilii se per juramentum ab objectis hæreseos calumniis purgare debuerit. Ex Cyrillo & actis concilii Ephes. Baron. anno 431. num. 82. usque ad 87.

Legati sedis apostolicæ Nestorii condemnationem approbant.

Isidorus Pelusiota cum Cyrillo expostulat.

ACTIO IV.

Quarta actione, post intervallum aliquot dierum decimasexta Iulii, in eamdem Dei genitricis basilicam patres concilii convenerunt, acturi de modo & ratione, qua injuriam Cyrillo, Memnoni, aliisve orthodoxis episcopis a conciliabulo Nestorianorum irrogatam, eluerent. Nam ante undecimum diem Iulii de rebus in conventu malignantium gestis nihil resciverant. Cum post omnium injuriarum enarrationem, & libelli, quem de injusto Nestorianorum judicio Cyrillus & Memnon obtulerant, recitationem, magnus ille Acacius Melitenus episcopus, ea quæ Ioannes Antiochenus adversus synodum nullo juris ordine servato fecisset, plane irrita nulliterque acta esse declarasset; utpote, quod is auctoritatem judicandi non haberet, officium judicis sibi assumpsisset, factoque clandestino improborum & ejectorum episcoporum conventu, absque ulla citatione aut admonitione prævia, sententiam condemnatoriam pronuntiasset; placuit tamen omnibus, ut qui auctor omnium seditionum fuerat, Ioannes Antiochenus, insuper audiretur, eamque ob causam judiciali ordine citaretur. Duabus itaque vicibus successivis tres episcopi missi fuerunt qui ipsum Ioannem nomine totius synodi ad concilium invi-

Cyrillus & Memnon de injuria a conciliabulo sibi illata conqueruntur.

Decreto synodali Ioannes Antiochenus citari jubetur.

ANNO CHRISTI 431.

invitarent. Primi præter minas, jurgia & blaſphemias militum in fidem catholicam objectas nihil reſponſi retulerunt. Secundi evaginatis gladiis ab acceſſu Ioannis prohibiti, hoc a Ioanne per milites reſponſum acceperunt: *Epiſcopus Ioannes ait: Nos homines per nos gradu motos & excommunicationis vinculo innodatos reſponſo non dignamur.* Quæ cum epiſcopi ad concilium retuliſſent, Iuvenalis Hieroſolymitanus epiſcopus dixit, ob legatos ſaltem apoſtolicæ ſedis Roma miſſos, eum parere debuiſſe: *Cum præſertim*, inquit, *apoſtolica ordinatione & antiqua traditione in conſuetudinem abierit, ut Antiochena ſedes perpetuo a Romana dirigeretur, judicareturque.* Ioannes vero malum malo, crimen crimini adjiciens, chartas publice affigi juſſit, quibus Cyrillus Apollinariſtarum hæreticorum ſectarius eſſe declarabatur. Continebat eadem ſcheda, omnia de Cyrilli hæreſi imperatori jam nuntiata eſſe. Ex actis concil. Epheſ. Baron. an. 411. num 87. & ſequentibus.

Ioannes Antiochen. Cyrillum publico ſcripto de Apollinariſtarum hæreſi infamat.

ACTIO V.

Cyrillus de infamia ſibi a Ioanne illata conqueritur, & Apollinari anathema dicit.

Decimoſeptimo die Iulii epiſcopis orthodoxis in eadem deiparæ virginis eccleſia congregatis, Cyrillus de charta publice affixa conqueſtus, rogavit, ut ad reddendam de irrogata contumelia rationem Ioannes citetur. Apollinari ejuſque ſententiæ anathema dixit, ut hæreſeos ſuſpicionem Neſtorianorum conatu inuſtam tolleret & exploderet. His acceptis placuit ſanctæ ſynodo Ioannem per tres epiſcopos tertio citari. Qui cum ſe ad Ioannis habitationem contuliſſent, & a clericis ejuſdem male excepti fuiſſent, ab iis qui aderant militibus commiſerationis cauſa ex eorum manibus liberati per archidiaconum illius hoc tandem reſponſum acceperunt: *Neque vos ad nos mittatis, neque in poſterum quicquam ad vos mittemus*, &c. Cognita itaque Ioannis contumacia, œcumenica catholicorum ſynodus in ipſum, & qui cum eo erant epiſcopos triginta ſex (inter quos etiam Theodoretus reperitur) anathematis ſententiam tulit, niſi quamprimum ab eo recederent. Inſuper univerſa acta, quæ contra Cyrillum & Memnonem egerant, nulla & irrita eſſe pronuntiavit. De his omnibus duas ſynodales epiſtolas, unam ad imperatorem, alteram ad univerſos Chriſti fideles, additis ſex canonibus, perſcripſit. Vide poſt acta concilii Epheſ. Baronium anno 431. num. 90. & ſequentibus..

Decernitur 3. citatio cōtra Ioannem.

Reproducta citatione Ioannes cum reliquis 36. epiſcopis excommunicatur.

Acta conciliabuli Epheſini reprobantur.

ACTIONIS VI. SESSIO I.

Cauſam habitæ ſeſſionis 8. Neſtoriani dederunt.

Cum diebus quinque, quibus Cyrillus ad populum diverſas homilias recitavit, a ſacris comitiis ceſſatum fuiſſet, die vigeſimaſecunda Iulii octavus congreſſus in loco ſolito, ipſa deiparæ Mariæ eccleſia, habitus eſt; ea nimirum cauſa, quod Neſtoriani a ſe ſcriptam novam fidei confeſſionem, quaſi Nicænum ſymbolum ſit, ſimplicioribus exhibendo, illos decipere ſolerent. Fraudem detexit Chariſius eccleſiæ Philadelphiæ œconomus. Huic Neſtoriani confeſſionem a ſe compilatam obtulerunt eo fine ut reciperet: Cum eam reſpuiſſet, ipſorumque propterea judicio condemnatus eſſet, hæreticam confeſſionem fidei, una cum adjuncto libello, concilio obtulit. Quam cum patres concilii legiſſent, communi ſententia eam ſtatim reprobarunt & condemnarunt, & ne in poſterum ſimpliciores & incauti fideles facile decipi poſſent, canonem addiderunt, ut ſub gravibus pœnis nemo aliam quam Nicænam abſque ullo additamento fidei profeſſionem ſubſcribendam offerret. Vide act. concil. & Baron. anno 431. num. 97.

Neſtoriani ad decipiēdos ſimpliciores hæreticam fidei confeſſionem ediderunt.

ACTIONIS VI. SESSIO II.

Pelagiana hæreſis cōdemnata.

Vigeſima tertia Iulii actum eſt de damnatione hæreſis Pelagianæ. Lectis itaque commentariis ſub Cæleſtino pontifice Romæ adverſus Pelagianos hæreticos conſcriptis, cum Pelagio & Cæleſtio hæreſeos auctoribus, omnes eorumdem ſectarii condemnati fuerunt; ut conſtat ex ſynodali epiſtola ad Cæleſtinum ſcripta. Cives Epheſini ardore catholicæ fidei æſtuante, omnes Pelagianos populari vi atque tumultu, protinus urbe expulerunt. Sanctus Proſper in chron. Poſt hæc diverſas alias cauſas in ſynodum productas eſſe, certum eſt: quibus autem, quotve actionibus, incertum. Nam ſuggeſtione epiſcoporum Valeriani & Amphilochii Maſſalianos, Euchitas, & Enthuſiaſtas, in hac eadem ſynodo condemnatos ferunt. Euſtachius metropolitanus Pamphyliæ, jam ſenio confectus, epiſcopatus curæ nuntium remittens, ut epiſcopatus nomen & honorem dumtaxat retineret, a ſynodo petiit & impetravit. Oblatus inſuper fuit libellus ab Euprepio & Cyrillo epiſcopis, ut ſecundum antiquum morem illius provinciæ, unus epiſcopus jure metropolitano duobus epiſcopis præeſſet: quod ſancta ſynodus ex priſca ejus regionis conſuetudine ratum habuit. Cum frequentes, ex toto Chriſtiano orbe peregrinationes Hieroſolymam verſus ſuſciperentur, eoque magis Hieroſolymorum, quam Cæſareenſis epiſcopus honoraretur & obſervaretur, totius Syriæ primatum, ex traditione & concilii Nicæni decreto Cæſareenſi debitum, Iuvenalis epiſcopus Hieroſolymitanus ſibi magno cum præjudicio Cæſareenſis arrogare ſtudebat: Epiſcopis ferme omnibus in ſuam ſententiam pertractis, controverſiam in judicium hoc ſynodale deduxit. Quantumvis Iuvenali plures epiſcopi faverent, Cyrillus tamen apoſtolicæ ſedis præfectura vicaria functus, reſtitit, atque unicuique ſua jura ex Nicænorum canonum præſcripto illibata conſervavit, ut conſtat ex epiſtola Leonis 62. ad Maximum Antiochenum epiſcopum. Baronius anno 431. num. 98. & ſequentibus.

Pelagiani urbe exacti

Maſſaliani, Euchitæ & Enthuſiaſtæ condemnati.

Iura metropolitani confirmantur.

ANNO CHRISTI 431.

Iuvenalis Hieroſolymorum epiſcopus, cur & quo eventu jus metropolitani ſibi vēdicare ſtuduerit?

ACTIONE VII.

Pridie Kalendas Septembris diſcuſſa eſt controverſia inter Rheginum epiſcopum Conſtantiæ Cypri, & Ioannem Antiochenum, qui ſibi Cyprias eccleſias ſubdere moliebatur. Decretum fuit, ne Ioannes Cyprius, neve alii epiſcopi alias invaderent eccleſias. Omnibus illis, quæ ad Neſtorii cauſam ſpectare videbantur plane abſolutis, ſacroſancta ſynodus per literas rogavit, ut epiſcopis jam mala valetudine & inopia laborantibus redeundi ad propria facultas concederetur.

Cōtroverſia inter Cypri & Antiochiæ epiſcopos ſopita.

Verum dolo Candidiani comitis omnia ad nutum Neſtorii agentis, hæc, aliæque plures ſacroſancti concilii epiſtolæ Conſtantinopolim miſſæ, interceptæ ſunt. Cum vero eas dumtaxat epiſtolas imperator accepiſſet, quas Neſtoriani tranſmiſerant, ex ſilentio orthodoxæ ſynodi, æquitatem cauſæ Neſtorianæ ſuſpicatus, per Palladium Magiſtrianum 3. Kalend. Auguſti ad præſides ſcripſit, ne quemquam epiſcoporum ad eccleſiam ſuam redire permittant. Palladius ad ſtudia Candidiani, Ioannis & Neſtorii abreptus, poſt traditas imperatoris literas tantam redeundi celeritatem præ ſe tulit, ut literas œcumenicæ ſynodi ad Theodoſium imperatorem ſcriptas, donec ab omnibus ſubſcriberentur, expectare non poſſet. Cum itaque per Palladium ſuas literas mittere non potuiſſent, nec haberent cui tuto confiderent, commentum excogitarunt, ut tum has, tum aliarum omnium exemplaria in arundinem inſerta, mitterent, per fidum hominem, in mendicum ipſo corporis habitu transformatum, & arundine, loco baculi utentem. Hac ratione dum literæ orthodoxorum Conſtantinopolim delatæ eſſent, Dalmatius archimandrita, nulla fere de cauſa, etiam graviſſima, pedem e cella efferre ſolitus, voce divina commonitus, monachorum agminibus pſalmos & hymnos concinentibus ſe ducem præbuit, profectuſque magna cum fiducia ad imperatorem, literas, quas acceperat, legit: mox ad populum & monachos in eccleſia res quæ Epheſi gerebantur aperuit. His auditis imperator conceſſit, ut a ſynodo Conſtantinopolim deſtinarentur epiſcopi, a quibus de rebus in ſynodo geſtis certior redderetur. Deputantur a ſynodo epiſcopi, qui ſynodalia acta imperatori recenſerent. Verum imperator mendaciis ac fraudibus Irenæi comitis, & Acacii Berœenſis epiſcopi centeſimum ac decimum annum agentis auctoritate, in Cyrillum & Memnonem tamquam hæreticos & ſeditioſos concitatus, per Ioannem comitem ſcripto nuntiat, ut cum Neſtorio Cyrillus ac Memnon pari judicio condemnati carceribus mancipentur. Quod cum Ioannes magno cum dolore orthodoxorum executus fuiſſet, accidit interea, ut juſto Dei judicio Romanorum exercitus in Africa ſub Bonifacio & Aſpare ducibus a Vvandalis aliiſve barbaris trucidaretur, qua occaſione Alypius Conſtantinopolitanæ eccleſiæ clericus libellum offerens, oſtendit imperatorem Cyrilli damnationem a ſchiſmaticis per odium & ſummam injuriam pronuntiatam confirmando, graviſſime non tantum peccare, divinum numen hactenus ſibi propitium offendere, verum etiam totum imperium in ſummum diſcrimen pacis ac religionis propterea inducere. Imperator igitur acerrimo illo orthodoxorum libello expergefactus, & amiſſi in Africa exercitus numero perterrefactus, juſſit ſeptem ex utraque parte epiſcopos Conſtantinopoli convenire. Neſtorio autem Epheſo quo vellet, ſine ſpe redeundi ad ſedem Conſtantinopolitanam, abire permiſit. Deſignati utrimque de iis, qui coram imperatore tractarent, commonitoria certa acceperunt. Orthodoxis a concilio legitimo mandatum fuit, primo, ut pro Cyrilli & Memnonis liberatione inſtarent. Secundo, ut quæ pro recta fide adverſus Neſtorii impietatem ſtatuta eſſent, enarrarent. Tertio, ne cum Ioanne Antiocheno, ejuſque ſequacibus prius communicarent quam Neſtorio anathema dixiſſent. Contra adverſariis

Epiſtola ſynodalis intercepta.

Imperator quid ad præſides ſcripſerit?

Palladius literas ſynodicas ad imperat. ferre recuſat.

Mendicus quidam epiſtolas ſynodi arundini inſertas Conſtantinopolim defert.

Acta concilii imperatori ſignificantur per Dalmatium.

Cyrillus & Memnon juſſu imperatoris incarcerantur.

Clades imperii Theodoſio accepta refertur.

Cauſa Neſtorii Conſtantinopoli agitata.

& ſchi-

ANNO CHRISTI 431.

& ſchiſmaticis a ſuo conciliabulo commiſſum fuit, primo, ut coram imperatore & conſiſtorio res fidei pertractent. Secundo, ut Cyrillum ex propriis ſcriptis de hæreſi convincant. Ad urbem cum veniſſent, favore & ſtudio Pulcheriæ ſororis Auguſtæ, teſte Leone epiſt. 39. & 45. contigit, ut catholicis in urbem intromiſſis, adverſarii, actis eorum contra Cyrillum & Memnonem, univerſamque ſynodum annullatis, ad propria redire juſſi fuerint. Poſt libellos ſupplices ter quaterve ingeminatos obtinuerunt, ut Conſtantinopolim ingreſſi ad confligendum cum legatis ſynodi œcumenicæ de duodecim Cyrilli capitibus, quæ ipſi hæretica eſſe proclamabant, admitterentur. Singulis congreſſibus convictos, tandem cum amplius impii detegerentur, imperator dimiſit, & ad propria reverti mandavit, illo decreto addito, ut quod ſacroſancta ſynodus œcumenica contra Neſtorium pronuntiaſſet, vim obtineret: quodque in cauſa Ioannis Antiocheni conſtituiſſet, ne cum eo totius Syriæ epiſcopi a catholica eccleſia alienarentur, ſpe redintegrandæ pacis & concordiæ, (quæ auctore Sixto pontifice, ut infra dicemus, obtenta eſt,) ſuſpenderetur. Cum itaque hæreticorum & ſchiſmaticorum factioſa quadrimeſtris rebellio hunc finem accepiſſet, juſſu imperatoris, legati ſynodi œcumenicæ, quinto menſe poſt damnationem Neſtorii, 8. die Novembris, Maximianum vita monachum & ordine preſbyterum, eccleſiæ Conſtantinopolitanæ epiſcopum ordinarunt. De quo poſtea, quæ ſunt apud acta concilii Epheſini edita, & Liberatum in breviario cap. 7. ex cod. Antonii Auguſtini hæc extant apud Baron. num. 174. *Juſſit autem his, qui de ſancto & magno univerſali concilio erant,* (nempe octo legatis miſſis) *ingredi in eccleſiam & ordinare epiſcopum ſanctæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ: quod etiam factum eſt. Ingreſſi autem ordinaverunt Maximianum epiſcopum. Et poſt hæc juſſit imperator, omnes epiſcopos abire unumquemque in propriam regionem: & abierunt. Manſit hic Ioannes Antiochenus epiſcopus, & qui cum eo erant, inſegregati exiſtentes. Ingreſſus autem eſt Cyrillus epiſcopus Alexandriam Athyr tertia, & ſuſcepit eum civitas cum multa excellentia gloria.*

[Left margin: …ecreta ſynodi Epheſinæ confirmata.]

Cyrillus vero 3. Kalend. Novembris Alexandriam reverſus, audita Maximiani ordinatione, ad legatos ſynodi adhuc Conſtantinopoli commorantes gratulatoriam epiſtolam ſupra extantem ſcripſit.

[Left margin: Maximianus Conſtantinopoli ſubrogatur Neſtorio.]

Patres concilii Epheſini cum imperatore & Maximiano, recens creato epiſcopo, Cæleſtino pontifici, tamquam proſtratæ hæreſeos auctori per legationem deputatam plurimum gratulati fuerunt. Tunc ſalutatio angelica hoc additamentum, *Sancta Maria mater Dei ora pro nobis,* &c. accepiſſe creditur. Pulcheria vero Auguſta templum inſigne ad litus maris in honorem Dei genitricis extruxit. Nicephorus lib. 15. cap. 2. Sicque auguſtiſſima illa virgo, cui draco deterrimus laudes debitas invidebat, amplioribus poſtmodum vocibus celebrata fuit. Theodoſius cum ſe ab Irenæo illuſum comperiſſet, exauctoratum in ordinem redegit. Eadem pœna exauctorationis Candidianum, Palladium & Ioannem plexos fuiſſe, admodum eſt veriſimile. Neſtorius cum quibuſdam ſuæ factionis ſectariis, cum ſua peccata deflere, & tandem reſipiſcere debuiſſet, adverſus veritatem catholicam, & Cyrilli capitula calamum armavit; ſed fruſtra. Nam ea volumina, quæ in monaſterio ſancti Euprepii apud Antiochiam relegatus maledice & contumelioſe ſcripſerat, juſſu imperatoris ignibus tradita fuerunt. Hæc ſummatim ex actis concilii Baron. ann. 431. num. 179. uſque ad 184.

[Left margin: …e pro… …cata hæ…]

[Right margin: ANNO CHRISTI 431. — …reſi Neſtoriana, Cæleſtino pontifici gratulatum eſt. — Salutatio angelica additamentum quando acceperit? — Irenæus & Candidianus exauctorantur. — Neſtorii ſcripta comburuntur.]

g *Baſſo & Antiocho conſulibus.*] Hoc concilium celebratum fuiſſe anno poſt conſulatum Theodoſii XIII. & Valentiniani III. pluribus in locis acta concilii teſtantur. Vincentius Lirinenſis in libro de profanis vocum novitatibus, qui hac ætate vixit, de tempore hujus ſynodi ita ſcribit: *Ante triennium ferme in Aſia apud Epheſum celebratum eſt concilium viris clariſſimis Baſſo Antiochoque conſulibus.* Idem ſanctus Proſper in chronico, & Socrates lib. 7. cap. 34. indicarunt. Prædictus autem conſulatus in annum domini 431. qui eſt primus poſt conſulatum Theodoſii XIII. & Valentiniani III. coincidit. Pſellus, qui ponit ſolum intervallum annorum quadraginta inter ſecundam & tertiam ſynodum; & Onuphrius qui annotavit hanc ſynodum celebratam anno domini 430. Theodoſio XIII. & Valentiniano III. conſulibus, quid ſecuti fuerint, non poſſum dicere, præſertim cum part. 2. actionis 1. initio, diſertis verbis legamus, ſynodum inchoatam poſt conſulatum Theodoſii XIII. & Valentin. III. niſi dicamus eum putaſſe, ſynodum eodem anno, quo indicta fuit, celebratam eſſe. Quo tempore autem ſynodus indicta, quis terminus inchoandæ ſynodi præſtitutus fuerit, indicat epiſtola Theodoſii & Valentiniani ad Cyryllum. De hac ſynodo vide Liberati breviarium a cap. 1. uſque ad 10. incluſive. Socratem lib. 1. Evagrium lib. 1. Bellarminum lib. 1. de conciliis cap. 5. Poſſevinum in apparatu ſacro, verbo *Epheſinum*.

[Right margin: Tempus habiti concilii. — Pſellus & Onuphrius redarguuntur.]

h** SYNODVS EPHESINA, generalis III.

Ex Photii P. CP. libello de ſynodis.

Η δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τρίτη σύνοδος ἐν μὲν τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἐφέσῳ συνεκροτήθη, εἰς διακοσίους δὲ ἐπληθύνετο. ἐν οἷς ἡγεμόνες ἐγνωρίζοντο Κύριλλός τε ὁ ἐν πατράσι περιώνυμος, ὃς δι' ἀρετὴν καὶ σοφίας πλοῦτον τῆς Ἀλεξάνδρου μεγαλοπόλεως ἰθύνων τὸν θρόνον, καὶ τοῦ Ῥώμης Κελεστίνου ἐπλήρου τὴν καθέδραν καὶ τὸ πρόσωπον· μεθ' ὧν καὶ Μέμνων ὁ τῆς ἐκκλησίας Ἐφεσίων ἐμπεπιστευμένος τοὺς οἴακας, καὶ δὴ καὶ ὁ τῶν Ἱεροσολύμων Ἰουβενάλιος, οἵ τινες σὺν παντὶ τῷ τῆς συνόδου πληρώματι τὸν δυσσεβῆ Νεστόριον, ὧν ἠσέβει, δίκας εἰσεπράττοντο. ὃς ἐκ τῆς Ἀντιόχου τῆς πρὸς τῷ Ὀρόντῃ ὁρμώμενος τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον οὐκ εὐαγῶς ἐνεκεχείριστο· ἀλλά γε ταλαίπωρος ὢν ἐκ τῶν Διοδώρου καὶ Θεοδώρου θολερῶν τῆς ἀσεβείας ἐκροφήσας ναμάτων, καὶ εἰς φρενῶν μέθην ἐμπεσὼν ἀπηχεῖς καὶ ἐκτόπους φωνὰς ἐπὶ λύμῃ τοῦ ποιμνίου πολλῶν ἀκοαῖς ἐναπηρεύξατο. Χριστὸν γὰρ τὸν ἕνα υἱὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, ὃς δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκὸς ἡμῖν παραπλησίως κοινωνήσας καὶ αἵματος, καὶ εἰς ἑαυτὸν τὸ ἡμέτερον ὑποστησάμενος φύραμα, εἷς ἐκ δύο ἐχρημάτισε τῶν ἐναντίων, Θεὸς ὁ αὐτὸς ὑπάρχων, καὶ ἄνθρωπος, εἷς Χριστός, εἷς υἱός, ὁ αὐτὸς ἄνω ἐκ πατρὸς ἀμήτωρ, καὶ κάτω ἐκ μητρὸς ἀπάτωρ, ὁ αὐτὸς καὶ οὐκ ἄλλος, ἓν πρόσωπον, μία ὑπόστασις. τοῦτον δὴ τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς δύο τέμνειν καὶ διαιρεῖν ὑποστάσεις ὁ τριάθλιος ἐκεῖνος οὐ πεφρικώς, τὸν μὲν ψιλὸν ἄνθρωπον καὶ χωρὶς τοῦ προσλαβόντος λόγου κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν ἔπλαττε. τὸν δὲ Θεὸν ἀνὰ μέρος καὶ γυμνὸν τοῦ προσλήμματος· ὥσπερ δεδοικὼς ὁ ἀνόητος, μή τι Θεὸς πάθοι, τὸ οἰκεῖον πλάσμα δι' ἄφατον φιλανθρωπίαν εἰς θεραπείαν καὶ ἀνάπλασιν ὑποδυόμενος. οὐδὲ τοῦτο συνιδών, ὡς οἷς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τῆς τοῦ λόγου ἐδίχαζεν ὑποστάσεως, ἀνίατον αὐτὴν καὶ ἀθεράπευτον ἀνεκήρυττε, καὶ τῆς ἰδίας ἔξαρνος σωτηρίας ἐγίνετο· ἀλλὰ γὰρ τοὺς λογισμοὺς ὅλως ἐκ τούτων διαστραφείς, οὐδὲ τὴν αὐτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα τὴν παναγίαν παρθένον τὴν κυρίως ἀληθῶς τὸν Θεὸν λόγον σεσαρκωμένον τεκοῦσαν, οὐδὲ ταύτην καλεῖν θεοτόκον ἠνέσχετο. ἀλλὰ ὥσπερ τὸν υἱὸν ἀπεστέρει τῆς θεότητος, οὕτως ἠλλοτρίου καὶ τὴν γεννησαμένην τῆς θεοτόκου κλήσεως. διὸ τοῦτον ἀξίως τῆς τηλικαύτης ἀπονοίας καὶ τῆς βλασφήμου γλώσσης τῶν μακαρίων πατέρων ἡ σύλλογος πάσης τε τῆς ἱερωσύνης ἐγύμνωσε, καὶ σὺν τῷ οἰκείῳ καὶ βδελυρωτάτῳ φρονήματι τῷ αἰωνίῳ παρέπεμψεν ἀναθέματι, τὸν δὲ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ὑποστάσει πατροπαραδότως, καὶ ὁσιοπρεπῶς προσκυνεῖσθαι καὶ κηρύττεσθαι δογματίσαντες, ἀκολούθως καὶ τὴν πανάχραντον αὐτοῦ καὶ ἀειπάρθενον μητέρα κυ-

ANNO CHRISTI 431.

ρίως καὶ ἀληθῶς καλεῖσθαι καὶ θεοτόκον παραδεδώκασιν· ἡ γὰρ τὸν Θεὸν λόγον σαρκὶ γεννηθῆναι καταδεξαμένη τέτοκε, αὕτη εὐφημεῖσθαι θεοτόκος ἐνδίκως δοξολογεῖσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι ἐξουσίῳ). ἀλλ' ἐπὶ τούτοις μὲν καὶ αὕτη τὸ τέλος ἔσχηκεν, ἡνίκα τὸν Θεοδόσιον ἡ Ρωμαϊκὴ πολιτεία γαληνοῖς ἑώρα ὀφθαλμοῖς, τὴν πατρῴαν καὶ βασίλειον ἀρχὴν ἐκ τριγονίας διανύοντα.

EPHESI; quod oppidum est in Asia, sanctum atque œcumenicum concilium tertium, celebratum est ducentorum episcoporum. Ex quibus erant præsides, Cyrillus ille celeberrimus inter patres qui propter virtutem sapientiæque divitias, magnæ civitatis Alexandriæ sedem obtinebat, & Cælestini Romani pontificis implebat sedem, atque personam gerebat, & Memno cui ecclesię Ephesiorum commissa erant gubernacula, & Iuvenalis episcopus Hierosolymorum, qui cum universo concilio nefarium Nestorium, ob ea quæ impie commiserat, pœnis meritis affecerunt. Hic ex Antiochia quæ apud Orontem est, profectus Constantinopolis sedem haud sancte tractavit: sed cum turbida Diodori & Theodori fluenta exsorbuisset, & in mentis ebrietatem incidisset, absurda & inepta verba ad gregis perniciē in multorum aures effudit. Christum enim filium unum verum Deum nostrū, qui propter nos & propter nostrā salutē carnis & sanguinis, quemadmodum nos, particeps esse voluit, & massam nostram in seipsum suscipiens, unus ex duobus contrariis declaratus est, Deus idem existens atque homo, unus Christus, unus filius, idem sursum ex patre sine matre, idem deorsum ex matre sine patre, idem ipse & non alius, una persona atque una hypostasis: hunc, inquam, unum dominum nostrum Iesum Christum, in duas secare atque dividere personas, miserrimus ille non veritus, alium quidem nudum hominem, & sine Verbo humanitatem suscipiente, in propriam personam confinxit, alium Deum separatim, & a suscepta nudum humanitate. Metuebat enim homo stultus, ne quid Deus pateretur, si incredibili adductus benignitate, figmentum suum, ut illud curaret atque refingeret, induisset. Neque illud animadvertebat, quod si naturam humanam a Verbi persona separaret, eam propriis morbis laborantem ac minime curatam, & salutis expertem reliquisset. Quid? quod ab his penitus digrediens ne matrem quidem ipsius quantum ad carnem pertinet, sanctissimam virginem, quę proprie & vere Deum Verbum carnem indutum peperit, vocandam Dei genitricem censebat: sed quemadmodum divinitate filium, sic matrem ejus hac Dei genitricis appellatione spoliabat. Itaque meritas tantæ dementiæ & maledicę linguę pœnas luit. Nam ab illo beatorum patrum cœtu sacerdotii spoliatus dignitate, una cum execranda sententia sua anathemati traditus est sempiterno. Declaratum est autem dominum nostrum Iesum Christum in una eademque persona, ut vere ac pie a patribus traditum est, adorandum ac prædicandum: & immaculatam ejus, semperque virginem matrem, proprie & vere appellandam summis cum laudibus Dei genitricem. Quæ enim Deum Verbum, cum in carne nasci vellet, genuit, jure Dei genitrix vocata, celebrataque est. Atque hunc quidem finem & hoc tertium concilium habuit, cum Theodosium juniorem
A Romana Respublica tranquillis oculis cerneret, paternum & regium imperium a tertia usque progenie gubernantem.

** EADEM EX NILI LIBELLO.

Η ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τρίτη σύνοδος ἡ ἐν Ἐφέσῳ γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ συγκροτηθεῖσα ὑπὸ διακοσίων ἁγίων πατέρων κατὰ Νεστορίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως· ἡγοῦντο δὲ αὐτῆς Κελεστῖνος Ῥώμης, Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, Ἰουβενάλιος Ἱεροσολύμων, Μέμνων Ἐφέσου. ἦν δὲ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη ͵ϛϡιγ΄. ἀπὸ δὲ Χριστοῦ υιγ΄. ἀπὸ δὲ τῆς τρίτης ἕως τῆς τετάρτης ἔτη τριάκοντα. ἡμεῖς πα-
B ρελάβομεν καὶ πιστεύομεν ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· οὕτω γὰρ ὁ Πέτρος εἶπεν, ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ κυρίου περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐπῃνέθη παρὰ τῆς αὐτοαληθείας, καὶ ἐμαρτυρήθη, ὡς αὕτη ἡ γνῶσις ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἀπεκαλύφθη. τῷ οὖν μὴ οὕτω φρονοῦντι, ἀνάθεμα.

SANCTA & œcumenica tertia synodus Ephesi habita est, imperante Theodosio juniore,
C congregata a ducentis sanctis patribus, adversus Nestorium Patriarcham Constantinopolitanum. Huic præerant Cælestinus Romæ, Cyrillus Alexandriæ, Iuvenalis Hierosolymorum, Memnon Ephesi episcopi. Erat annus mundi 5913. Christi vero 413. A tertia usque ad quartam sunt anni triginta. Nos accepimus & credimus dominum nostrum Iesum Christum esse filium Dei viventis. Sic enim Petrus dixit interrogatus a domino de ipso, & laudatus est ab illo qui est ipsa veritas, ac testimonio confirmatum est cognitionem hanc a Deo & patre revelatam. Quapropter ei, qui sic non sentit, anathema.

** EADEM EX LIBELLO ANONYMI.

D Ἀπέχει ἡ γ΄. σύνοδος ἀπὸ τῆς β΄. ἔτη κθ΄. μῆνας γ΄.

Η δὲ τρίτη ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐν Ἐφέσῳ, ἡ πρότερον ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως τοῦ μικροῦ συναθροισθεῖσα σ΄. ἁγίων πατέρων ὑπάρχουσα κατὰ Νεστορίου τοῦ ἀνθρωπολάτρου καὶ ἀσεβοῦς, πατριάρχου μὲν γενομένου Κωνσταντινουπόλεως, τὸν Χριστὸν δὲ διαιροῦντος καὶ κατατέμνοντος· ψιλὸν μὲν γὰρ ἄνθρωπον εἶναι ἔλεγε, καὶ οὐ Θεὸν σεσαρκωμένον. ὅθεν οὐδὲ θεοτόκον, ἀλλὰ χριστοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν τὴν τεκοῦσαν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὠνόμαζε. τούτου χάριν σὺν Κελεστίνῳ τῷ πάπᾳ Ῥώμης, καὶ τῷ προμάχῳ τῆς εὐσεβείας Κυρίλλῳ τῷ πάπᾳ Ἀλεξανδρείας ἡ
E ἁγία αὐτὴ σύνοδος ἐμμένοντα τῇ τοιαύτῃ βλασφημίᾳ καθεῖλεν ὡς ἰουδαιόφρονα τὸν ἀνθρωπολάτρην Νεστόριον. κυρίως δὲ καὶ ἀληθῶς θεοτόκον τὴν ἁγίαν Μαρίαν ἀπέδειξεν, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς ἀπόρρως σαρκωθέντα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν ἀνεκήρυξεν. ἡ γὰρ ἐν αὐτῇ τῇ Ἐφέσῳ γενομένη σύνοδος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, ὡς λῃστρικὴ ὑπάρχουσα, καὶ τὰ τοῦ κακόφρονος δὲ Διοσκόρου καὶ τοῦ ματαιόφρονος Εὐτυχοῦς φωραθεῖσα κρατεῖν, τελείως ἐκ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἐξεβέβλητο.

Distat

ANNO CHRISTI 431.

Distat tertia synodus a secunda annis viginti novem & mensibus tribus.

TERTIA sancta & œcumenica synodus habita est Ephesi; est, inquam, Ephesina prima sub imperatore Theodosio juniore congregata a sanctis patribus ducentis, adversus Nestorium hominis adoratorem & impium, qui fuerat quidem patriarcha Constantinopolitanus, sed Christum dividebat ac discerpebat. Dicebat enim illum esse simpliciter hominem, non autem Deum incarnatum. Quamobrem sanctam virginem Mariam, quæ dominum nostrum Iesum Christum peperit; non deiparam, sed Christiparam vocabat. Hanc ob causam cum Cælestino papa Romæ, & pietatis propugnatore Cyrillo papa Alexandriæ hæc sancta synodus submovit Nestorium in blasphemia sua permanentem, ut Iudaismo faventem & hominis adoratorem. Demonstravit autem proprie ac vere deiparam dici sanctam Mariam, ac pronunciavit dominum nostrum Iesum Christum, qui ex illa sine semine incarnatus est, esse Dei filium & Deum verum. Nam synodus illa, quæ in eadem urbe Epheso habita est sub eodem imperatore Theodosio juniore, plane rejecta est a sancta catholica & apostolica ecclesia, ut quæ prædatoria fuerit, & quæ comperta sit sentire cum impio Dioscoro & temerario Eutyche.

*** EADEM ALIÆQVE IN CAVSA NESTORII.

Ex libello synodico.

ALEXANDRINA CYRILLI.

ΚΑΙ Νεσόριος ἐξ Ἀντιοχείας ὁ φρενοβλαβὴς πρεσβύτερος, διαδέχεται τὸν Σισίνιον. Ὃς τῆς ἀληθείας τὸν λόγον παρέδυνε, θεοτόκον λέγειν τὴν πανάγιαν παρθένον μὴ προσιέμενος. καὶ τὴν κατ' ὑπόστασιν ἕνωσιν τοῦ σωτῆρος τῶν ὅλων Χριστοῦ δοξάζειν οὐκ ἀνεχόμενος. καθ' οὗ Κύριλλος ὁ μέγας ἀγωνισάμενος σύνοδον θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συνήθροισεν. Ἥτις ὅρον κεφαλαίων δύο καὶ δέκα ἐκθεμένη, τῷ Νεσορίῳ ἀπέστειλεν. ὅντινα μᾶλλον ἀποστρεφόμενος τῇ κιβδήλῳ ἑαυτὸν δόξῃ προσέθηκε, τῆς ἐκκλησίας ταράττων τὸ σύστημα.

SISINNIO autem insanus ille Nestorius ab Antiochia successit: qui sermonem veritatis corrupit, cum non sustineret, ut beata virgo θεοτόκος: id est deipara diceretur: neque concederet, ut hypostatica Christi servatoris omnium unio prædicaretur. Contra eum Cyrillus ille magnus depugnans, synodum divinam & sacram Alexandriæ congregavit: quæ decretum capitum duodecim edidit, Nestorioque transmisit. Sed hoc ille aversatus, adulterinæ sese opinioni adjunxit, & ecclesiæ compagem turbavit.

EPHESINA, OECVMENICA III. contra Nestorium.

ΟΠΕΡ θεωρῶν βασιλεὺς ὁ μικρὸς Θεοδόσιος, ἐν Ἐφέσῳ τῶν διακοσίων μακαρίων πατέρων, τρίτην οἰκουμενικὴν σύνοδον συγκροτηθῆναι ἐκέλευσεν. Ἧς ἐξῆρχε Κύριλλος ὁ τῶν ἀποστόλων συνήγορος. Ἰωάννης δὲ ὁ Ἀντιοχείας Συρίας, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, Νεσορίῳ χαριζόμενοι. Ἡ δὲ ἁγία σύνοδος χρονοτριβοῦσα, καὶ λιμοῦ γενομένη καταβεβρωμένη, τέλος Νεσόριον ἀπεκήρυξεν· ἀναθέματι καθυποβαλοῦσα τῷ πρέποντι· θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν κηρύξασα, καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ τῶν ὅλων, καὶ Θεοῦ ἡμῶν.

QVOD animadvertens Theodosius minor imperator, Ephesi beatorum patrum ducentorum tertiam œcumenicam synodum congregari jussit: cui Cyrillus præfuit, apostolorum astipulator. Ioannes autem Antiochiæ Syriæ, & qui cum eo erant, Nestorio gratificabantur. Sancta autem synodus, cum multum absumpsisset temporis, & a pestilentia ipsa absumeretur, tandem Nestorium deposuit, convenienti eum anathemati subjiciens: deiparam vero beatam virginem prædicans, & hypostaticam unionem servatoris omnium & Dei nostri Christi.

ANTIOCHENA, IOANNIS.

ΙΩΑΝΝΗΣ γοῦν μετὰ ταῦτα, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν, οὐ μετρίως πρὸς τὴν ἁγίαν στασιάσαντες σύνοδον, ἐν Ἀντιοχείᾳ συνέδραμον ἅπαντες· καὶ θείαν καὶ ἱερὰν ποιησάμενοι σύνοδον, ἀπεκήρυξαν τὸν Νεσόριον· καὶ δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ ἀσυγχύτους, ἀδιαιρέτους, θεοφρόνως φανώσαντες, τὸν ὅρον αὐτῶν πρὸς τὸν μέγαν Κύριλλον ἐξαπέστειλαν. Ὃν δεξάμενος, Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, ἀνεβόησε.

IOANNES igitur posthæc, & qui ab ipso erant, non mediocri adversus sanctam synodo concitata seditione, Antiochiam concurrerunt omnes, & divina & sancta instituta synodo Nestorium deposuerunt: & duas in Christo incommixtas, indivisasque naturas divine docentes, decretum suum ad magnum Cyrillum miserunt. Quod ille amplexus, Lætentur cæli, & exultet terra, exclamavit.

CONSTANTINOPOLITANA, PROCLI.

ΝΕΣΤΟΡΙΟΥ τοίνυν καθαιρεθέντος, Μαξιμῖνος ἐν τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως ἐμβιβάζεται· καὶ τοῦτον Πρόκλος διαδεξάμενος, θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνήθροισε σύνοδον· καὶ ὅλους τοὺς ἀνθισαμένους τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, καθυπέβαλεν ἀναθέματι.

NESTORIO igitur deposito, " Maximinus in thronum Constantinopolitanum intruditur. Cui succedens Proclus, divinam & sanctam Constantinopoli congregavit synodum: & omnes, qui sacræ Dei ecclesiæ sese opponerent, anathemati subjecit.

" Maximianus

ANTIOCHENA, IOANNIS.

ΠΡΟΣ τούτοις δὲ Ἀρμενίας εὐλαβεῖς τινὲς μοναχοὶ, τὴν βασιλίδα κατέλαβον· ἀπαγγέλλοντες, ὡς Θεοδώρου βιβλία τοῦ Μοψουεστίας, βλασφημιῶν ὄντα ἀνάμεστα, οἱ ἐν τῇ ἀνατολῇ σεμνύουσιν, ἀντὶ Νεσορίου κατέχοντες·

κατέχοντες. Διὸ Πρόκλος Ἰωάννῃ τῷ Ἀντιοχείας, καὶ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος γράφουσι κατὰ Θεοδώρου τοῦ μιαροῦ συνοδικῶς ἀποφήνασθαι. ὁ δὲ συνέδριον ἀσφαλὲς ποιησάμενος, ἀνεξετάστως μηδένα μῶμον ἔχειν τὰ Θεοδώρου βιβλία, Θεοδοσίῳ καὶ Πρόκλῳ ἀντέγραψεν.

AD hæc pii quidam ex Armenia monachi Constantinopolin appulerunt, qui referebant, Theodori Mopsuesteni libros blasphemiarum plenos, ab orientalibus, qui Nestorium defenderent, in pretio magno haberi. Quapropter Proclus, & Imp. Theodosius ad Ioannem Antiochiæ scribunt, ut synodo convocata, contra impium Theodorum definiat. Is vero synedrio frequente congregato; sine ulla inquisitione libros Theodori nihil reprehendendum habere, Theodosio & Proclo rescripsit.

*** Supersunt & nonnulla alia ad hanc Ephesinam generalem synodum spectantia, de quibus plura dicemus in appendice hujus tomi.

[a] CONCILIABVLVM EPHESINVM I.

Acta conciliabuli Ephesini.

HVIVS Conciliabuli acta ponuntur parte 2. actio. 1. orthodoxæ synodi Ephesinæ, hoc tomo conciliorum II. supra pag. ad

NOTA SEVERINI BINII.

a *Conciliabulum.*] In hoc conciliabulo, Cyrillum velut Apollinaristarum sectatorem, & Memnonem Ephesinum episcopum, velut turbarum & seditiorum omnium auctorem excommunicatum & depositum: Nestorianum & Pelagianam hæresin jam ante condemnatam, perverso judicio approbatam esse, & confirmatam, diximus supra in notis concilii, sessione tertia actionis primæ.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA SIXTI PAPÆ III.

Ex libro pontificali.

Anno Christi 432.

SIXTUS [a] natione Romanus, ex patre ' Sixto, [b] sedit annis 8. diebus 19. [c] Hic post annum unum & menses 8. incriminatur a quodam Basso. Eodem tempore audiens hoc Valentinianus Augustus, jussit concilium & sanctam synodum congregari. Et facto conventu, cum magna examinatione, per judicium synodicum purgatur a 56. episcopis. Et condemnatur Bassus a synodo, ita tamen, ut ultimo die viaticum ei non negaretur propter humanitatem pietatis ecclesiæ. Hoc audiens Valentinianus Augustus, cum matre sua Placidia Augusta, furore sancto commoti, proscriptione Bassum condemnaverunt, & omnia prædia facultatum ejus, ecclesiæ catholicæ * sociavit. Qui Bassus nutu divino intra tres menses defunctus moritur. Cujus corpus Sixtus episcopus cum linteaminibus & aromatibus manibus suis tractans, recondidit, & sepelivit ad beatum Petrum apostolum in cubiculo parentum ejus. [d] Hic fecit basilicam sanctæ Mariæ matris domini, quæ ab antiquis Liberii cognominabatur, juxta macellum, * Libyæ, ubi & obtulit hæc: Altare argenteum purissimum pensans libras 300. Patenas argenteas 3.

' Xysto,

* sociarunt.

A pensantes libras 60. Amas argenteas quatuor pensantes libras 60. Scyphum aureum purissimum, pensantem libras 12. Scyphos argenteos 5. pensantes libras 50. Calices ministeriales aureos * 2. pensantes singulos libras singulas. Calices ministeriales argenteos 10. pensantes singulos libras 3. Aquamanulos argenteos, pensantes lib. 8. Coronam faram ante altare argenteam, pensantem libras 30. Coronas farales 34. argeteas, pensantes singulas libras 10. Candelabra argentea 4. pensantia singula libras 20. Thymiamaterium argenteum, pensans libras 5. Canthara cerostrota orichalcea 24. pensantia singula libras 15.

* 3.

B Possessionem Scavirianam in territorio Caietano, præstantem cum omnibus adjacentibus attiguis solidos 312. & tremissem. Possessionem Marmoratam in territorio Prænestino, præstantem solidos 92. Possessionem Celeris in territorio Asiliano, præstantem solidos 111. & tremissem. Domum Palmatii intra urbem, juxta inibi basilicam cum balneo & pistrino, præstantem solidos 154. & siliquas 3. Domos Claudii in Sicimino, præstantes solidos 104. Cervum argenteum fundentem aquam in fontem baptisterii, pensantem libras 20. Omnia vasa sacra baptismi argentea, pensantia libras 15. Cœna-

C cula * aregiæ gradorum adhærentia basilicæ, vel quidquid intrinsecus esse videtur. Hic ordinavit de argento confessionem beati Petri apostoli, quæ habet libras 400. Hujus supplicatione obtulit Valentinianus Augustus imaginem auream cum duodecim portis, & duodecim apostolos, & salvatorem gemmis preciosissimis ornatum supra confessionem beati Petri apostoli. Fecit & Valentinianus Augustus ex rogatu Sixti episcopi fastigium argenteum in basilica Constantiniana, quod a barbaris sublatum fuerat, pensans libras 1610. Hujus etiam temporibus fecit Valentinianus Augustus con-

Locus obscurus.

D fessionem beati Pauli apostoli ex argento, * quæ habet libras 200. Item fecit Sixtus episcopus confessionem beati Laurentii martyris cum columnis porphyreticis, & ornavit * transennam; & altare & confessionem sancti martyris Laurentii de argento purissimo. Fecit altare pensans libras 50: Cancellos argenteos supra platonias porphyreticas, pensantes libras 300. Absidem supra cancellos cum statua beati Laurentii martyris argenteam, pensantem libras 200. Fecit autem basilicam beato Laurentio, quod Valentinianus Augustus * concessit, ubi & obtulit hæc: Patenas argenteas 3. pensantes singulas libras * 15. Amas argenteas 3.

* quod

* exedram, al. suggestum,

* consensit

E pensantes singulas libras 15. Scyphos argenteos 4. pensantes singulos libras 8. Scyphum singularem aureum, ornatum de margaritis, pensantem libras 10. Lucernam * nixorum decem auream, pensantem libras 10. Calices argenteos ministeriales 12 pensantes singulos libras 2. Aquamanulos argenteos, pensantes libras octo. Ministerium ad baptismum, vel pœnitentiam, ex argento libras quinque. Concham aurochalceam, pensantem libras 20. Coronas argenteas farales 30. pensantes singulas libras sex. Fara canthara tria ex argento, pensantia singula libras quindecim. Candelabra argentea duo, pensantia singula libras triginta. Canthara cerostrota ærea in basilicæ gremio vigintiquatuor. Fara ærea 60. Hic fecit in basilica Constantiniana ornamentum super fontem, quod ante non erat, id est, epistylia marmorea, & columnas

* 20.

* lychnoram

lumnas porphyreticas erexit, quas Constantinus Augustus congregatas dimisit, & jussit ut erigerentur, [f] quas & versibus exornavit. Hic fecit platoniam in cœmeterio Callisti via Appia, ubi nomina episcoporum & martyrum scripsit* commemorans. Hic fecit ordinationem in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros vigintiocto, diacones duodecim, episcopos per diversa loca quinquaginta duos. qui etiam [g] sepultus est via Tiburtina in crypta, juxta corpus beati Laurentii 5. Kalendas Aprilis Et [h] cessavit episcopatus dies viginti duos.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Sixtus.*] Post interregnum viginti dierum, Sixtus patria Romanus, creatus est pontifex, anno Christi 432. B qui est Theodosii vigesimus quintus & Valentiniani octavus. Vt recta fides ubiq; terrarum intacta conservaretur, initio pontificatus Ephesinam synodum, ejusque decreta apostolica auctoritate firmavit. Ioannem Antiochenum, aliosve orientis episcopos ab ecclesia schismate divisos, ejusdem unitati & cõmunioni restituit. Revelatione Dei, monituque sanctorum Petri & Apollinaris primi Ravennatis sedis episcopi cognovit, in locum defuncti Ioannis ejusdem sedis episcopi, Petrum diaconum cognomento Chrysologum Ravennatibus esse præficiendum. Brictium Turonensem episcopum, quamquam calumnias adversariorum miraculose confutasset, sede amotum post septennium restituit. Nestorius extra orbem Romanum amandatus, Theodosii imperatoris clementia, libere inter catholicos Antiochiæ in monasterio sancti Euprepii agere permissus, triduano incendio Constantinopolitanæ urbis, de quo sanctus Prosper & Marcell. in chron. justo Dei vindicis judicio causam dedisse videtur. Hanc ob causam imperator Melaniæ, ut credibile est, zelo catholicæ fidei æstuantis in Nestorium incitatus, ejus libros C haberi vetat, & sub pœna publicationis bonorum flammis addici mandat. Tandem eumdem, tamquam malorum omnium hujus temporis auctorem, in exilium ablegari mandavit. In exilio degentis linguam a vermibus fuisse exesam scribit Euagrius. Cum lingua totum corpus putredine fuisse consumptum scribunt Theodorus in collectaneis, Cedrenus in compendio, & Nicephorus libr. 14. cap. 26. Gensericus Vandalorum rex Arianus, volens catholicam fidem Ariana impietate subvertere, in Africa persecutionem catholicorum restauravit: episcopos orthodoxos basilicis privatos etiam civitatibus expulit, plerosque alios fideles martyrio affecit. Occupata dolo pacis Carthagine, expilatis catholicorum ecclesiis, sublatis ethnicorum reliquiis, everso Cælestis idolo in Africa celeberrimo, uno ferme die præstitit, quod plurimis conciliis, episcoporum studiis & imperatorum rescriptis D præstari non potuit. S. Prosper in chron. Vide Baron. ann. 432. usque ad annum 440.

b *Sedit annis 8. diebus 19.*] Cum sedisset annis octo minus triginta diebus, 5. Kalendas Aprilis, anni Christi 440. qui est Theodosii 33. & Valentiniani imperatoris 16. ex hac vita migravit. S. Prosper in chron. Baron. ann. 440.

c *Hic post annum unum, &c. incriminatur a quodam Basso.* Qua de re vide quæ dicemus infra in notis concilii Romani sub Sixto.

d *Hic fecit basilicam S. Mariæ.*] Fortasse in ampliorem dumtaxat formam restituit, & amplioribus ornamentis exornavit, in laudem & honorem Dei genitricis Mariæ, cui, de Nestorii blasphemiis triumphanti, tantum triumphalem fornicẽ erigere voluerit. Meminit hujus ecclesiæ Hadrianus papa ad Carolum Magnum imperatorem, his verbis: *Magis autem successor Cælestini Sixtus papa fecit basilicam sancti Dei genitricis Mariæ cognomẽto Majorem, quæ & ad præsepe dicitur. Simili modo & ipse in metallis aureis, quamquam in diversis historiis, sacris decoravit imaginibus.* E Has temporis vetustate nonnihil detrimenti passas, Dominicus Pinellus cardinalis ejus basilicæ dignissimus archipresbyter summa adhibita opificum diligentia resarciendas, & jam collabentes conservandas curavit, aliasque majorum exemplo venerandas imagines historiam Dei genitricis Mariæ repræsentantes, addidit. Baron. ann. 440. num. 2.

e *Quod a barbaris sublatum fuerat.*] Hinc plane intelligimus quod dum Gothi urbem occuparent, non ab omnium ecclesiarum ornamentis abstinuerint, sed ab iis dumtaxat quæ ad basilicas sanctorum apostolorum Petri & Pauli spectare sciebant. Ita direptionem & urbis A spoliationem, de qua supra in Innocentio, explices necessum est.

Anno Christi 432.

f *Quas & versibus exornavit.*] Horum versuum, in octangulato opere, binos in singulis epistyliis exaravit. Cumque de originali peccato catholicam assertionem contra Pelagianam hæresin contineant, placuit eosdem hoc loco recensere, ut qui utiliter toto orbe promulgantur, in perpetuas æternitates conserventur.

Sixti pontificis versus in octangulato opere inscripti.

Gens sacranda polis hic semine nascitur almo
Quam fecundatis spiritus edit aquis.
Virgineo fetu genitrix ecclesia natos,
Quos spirante Deo concipit, amne parit.
Cælorum regnum sperate hoc fonte renati:
Non recipit felix vita semel genitos.
Fons hic est vitæ, & qui totum diluit orbem,
Sumens de Christi vulnere principium.
Mergere peccator, sacro purgande fluento:
Quem veterem accipiet, proferet unda novum.
Insons esse volens, isto mundare lavacro,
Seu patrio premeris crimine, seu proprio.
Nulla renascentum est distantia, quos facit unum
Vnus fons, unus Spiritus, una fides.
Nec numerus quemquam scelerum, nec forma suorum
Terreat. hoc natus flumine sanctus eris.

Hæc ex Baronio anno domini 440. num. 5.

g *Sepultus est, &c.*] Injurias, quas supra notis epistolæ primæ Sixti primi, Sixtum primum Romanum pontificem ac martyrem post obitum, auctore Hieronymo pertulisse diximus, easdem etiam, & quidem majores, Sixtus III de quo hic agimus, sustinuit. Nam sicut ejus nomine ab Origenistis prodiit liber Sixti vel Sexti Pythagorici, ita hujus Sixti nomine a Pelagianis tria volumina scripta fuerunt. Primum de divitiis. Secundum de malis doctoribus, operibus fidei, & judicio futuro. Tertium vero de castitate. Hæc Pelagianismis referta esse ostendit Baronius ann. 440. num. 7. 8. 9. 10. & 11. ex eo, quod primo volumine Pelagianum hoc contineat, non posse salvari divitem, nisi omnia sua pauperibus eroget. Secundo volumine omnia opera bona libero arbitrio, C gratiæ divinæ nihil tribuat: demum quod tertio volumine eos subsannet, qui ex gratia Dei bonum castitatis provenire contendant. His itaque coloribus libellum manifeste satis depictum, qui non sine gravi periculo fidelium nomine Sixti haud pridem excusus fuit, lector agnosce, ne de aureo calice Babylonis venena, insigni nomine honestata, bibas.

Pelagiani sub nomine Sixti libros ediderunt. Pelagiana dogmata his libris contenta.

h *Cessavit episcopatus dies viginti duos.*] Verius quadraginta duobus. Ita enim scribit sanctus Prosper in chron. ann. 440. *Defuncto Sixto pontifice Kalendis Aprilis, quadraginta amplius diebus Romana ecclesia sine antistite fuit, mirabili pace atque patientia adventum diaconi Leonis expectans: quem tunc inter Aetium & Albinum* (duces Romani exercitus) *amicitiæ redintegrandæ causa Galliæ detinebant,* &c. In hunc itaque locum Anastasii mendum irrepsisse dubium non est. Baron. tomo 6. anno 440. D num. 1. & 2.

Sedes pontificia quamdiu vacarit.

[a] EPISTOLA I. SIXTI PAPÆ III.

Cyrillo Alexandrino, de amoto Nestorio, ejusque hæresibus condemnatis, deque inita cum Ioanne Antiocheno concordia, Sixtus pontifex congaudet, & congratulatur.

Sixtus episcopus Cyrillo Alexandriæ episcopo.

MAGNA sumus lætitia, &c. *Extat in concil. Ephes. supra parte 3. cap. 41. pag. 1175.* E.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hæc est illa Sixti pontificis epistola, quam ad convincendam Nestorianorum calumniantium falsitatem sanctus Cyrillus publice recitavit. Orientales pacem inter Cyrillum & Ioannem Antiochenum initam iniquo animo ferentes, Cyrillum acta Ephesini concilii irritasse, Sixtum Nestorii condemnationem improbasse, in vulgus sparserant. Vt ergo Cyrillus excogitatum mendacium refelleret, ad se transmissam hanc Sixti pontificis epistolam publice recitavit.

Orientalium in Cyrillum convicia.

EPISTOLA II.

SIXTI PAPÆ III.

AD IOANNEM ANTIOCHENUM EPISCOPUM.

De Nestoriana hæresi condemnata, & pace cum Cyrillo inita, Ioanni Antiocheno gaudens gratulatur, &c.

Sixtus Ioanni episcopo Antiocheno.

"eadem habetur supra p 1178 B.

Si ecclesiastici "corporis gloriam, si ejus integritatem dilectio tua considerare dignetur; profecto lætitiæ nostræ non quæret interpretem. Ipsæ namque evidentissimæ res loquuntur, mœrorem nostrum repentino sancti fratris nostri Cyrilli in gaudium sermone conversum: tantum ergo solicitudinem nostram nos evasisse delectat, postquam reo nostræ fidei tua fuit sanitas pœnitudo: nunc se vere exulem, nunc se sentit ejectum. Abundant ei in deserto spinæ, quia deest uva quam colligat: hos habet fructus, quia erga vineam domini nostram noluit exercere culturam. Credo ad dilectionem tuam rerum cursus & ordo pervenerit, qualiter ei voluimus nostra admonitione succurrere: retinuimus in præceps euntem, qui erat blasphemiarum pondere in profunda mergendus. Si negotii qualitatem justa lance pensemus, nulli non videbitur Nestorius sero damnatus, cui non profuerit debitus sermo præteritus. Fruamur nunc præsentibus bonis, nec diu hæreamus in tristibus, quibus dominus gaudere concessit.

De literis Ioãnis Romam missis ad Sixtum. * excedant

Audivit universa fraternitas, quæ ad natalis mei convenerat diem, qualiter boni humani generis apostolicæ sedis me præside gratulentur: * excedens licet meritum meum, & extra me hæc esse cognoscam, exordium tamen tui sermonis gratus accipio, quia non est tibi controversia perferenda, qui Christum dominum nostrum bono humani generis, ita ut natus est, confiteris: subsequenter ecclesiæ addis Luciferum, & ubique lucentem: sed & nunc vos, imo omnes, qui lucis illius signum fronte gestatis, Luciferos confitemur: sint ergo omnes fide prædicantes domini sacerdotes Luciferi, & ubique lucentes: & Nestorius ille Lucifer, de quo scriptum est: *Cecidit Lucifer, qui mane oriebatur*: cecidit, sed superbiens cecidit, sed elisus cum ascendere disponit in cælum, & ponere super cæli sidera sedem suam, & promittit altissimo similem se futurum. Ille ad similitudinem se aptabat altissimi, iste in suam similitudinem vocabat altissimum: hominem namque natum eum tantummodo prædicabat, auferens incarnationis mysterium, & illud evacuans, imo illud impugnans, quo secundum symbolum fides & salus nostra subsistit. *Isaiæ 14.*

Non est certandi jam tempus: hoste prostrato, transeundum nobis ab his est quæ bella moverunt: importunum est victoriæ tempore adhuc de præliis disputare. Quæ hic evidentior rerum fides, quæ ratio major potest esse quam ut palma fruamur, auctore domino, atque bono jucundo, quia in unum fratres rursus cœpimus habitare? Hæc sanctitatem tuam volumus prædicare, quæ scribis: expertus es negotii præsentis eventu, quid sit sentire no- *Psal 132.*

A biscum. Beatus Petrus apostolus in successoribus suis, quod accepit, hoc tradidit. Quis ab ejus se velit separare doctrina, quem ipse inter apostolos primum magister edocuit? non hunc auditus per alterum, non sermo lectus instruxit: doctus est cum aliis ore doctoris; non scripturæ, non scriptorum passus est quæstionem; absolutam & simplicem fidem, & quæ controversiam non haberet, accepit; quam utique meditari semper, & in qua manere debemus, ut sensu puro sequentes apostolos inter apostolicos esse mereamur. Non parum nobis oneris, non laboris incumbit, ut ecclesiæ domini macula desit & ruga. B *Quam tuta fides apostolicæ sedis.*

Quam super hoc esse solliciti nos debeamus, clementissimorum & Christianissimorum regum cura testatur. Aspice, frater carissime, cælesti negotio quam se vigilanter impenderint: cogitationum ferias nescierunt: nec dignati sunt terrena curare, nisi cælestibus paruissent. Quoties apostolicam sedem, quoties diversos fratres eorum sermo commovit, impenderunt se ejus negotio. Quis eorum unquam negavit imperio? sciunt se illi fenerare solicitudinem suam, qui eam cum grandi reddat usura, de qua re nos convenit gloriari, qui cælestem regem videmus fœderatos reges habere terrarum. C *Intelligunt* (sicut ait David) *& eruditi sunt qui judicant terram*, quando (sicut dicit alibi) *ipsi & omnes populi laudant nomen domini.* Ergo *quia una* (sicut dicit apostolus) *fides est*, & vincentes obtinuit, "dicenda credamus & tenenda dicamus; nihil ultra liceat novitati, quia nihil adjici convenit vetustati: dilucida & perspicua majorum credulitas nulla cœni permixtione turbetur, habet probatum nobis virum fratrem & coepiscopum nostrum Maximianum Constantinopolitanæ ecclesiæ sacerdotem, divino illic judicio consecratum: ut ægritudinis morbum, quem astutiæ venena sopitis infuderant, superet simplicitatis dulcedo succedens; D qui non illic aliud, quam credimus, poterit prædicare, nisi quod a decessoribus meis nobiscum positus frequenter audivit. Datum xv. Kalendas Octobris Theodosio xiv. & Maximo consulibus." *Commendatio studii impp. erga religionem.* *Psal. 2.* *Psal. 148.* *Ephes. 4.* *"citat Vinc. Lirinensis sub finem commonitorii.* *"anno Christi 433.*

NOTA SEVERINI BINII.

[a] *Epistola*] Hæc epistola Nestorianorum calumnias de Sixto pontifice sparsas, quasi is depositionem Nestorii, initamque Ioannis cum Cyrillo concordiam infenso animo tulisset, perspicue confutat. Romanos pontifices antiquitatis ecclesiasticæ tenacissimos, & novitatis hostes infestissimos esse, Vincentius Lirinensis adversus E hæreses cap. ult. hinc probat. *Quæ omnia, inquit, licet cumulate, abundeque sufficerent ad novitates obruendas, tamen ne quid deesse tantæ plenitudini videretur, ad postremum adjecimus geminam apostolicæ sedis auctoritatem; unam scilicet S. papæ Sixti, qui nunc Romanam ecclesiam venerabundus illustrat, alteram præcessoris sui beatæ memoriæ papæ Cælestini; quem hic quoque interponere necessarium jud cavimus. Ait itaque papa Sixtus in epistola, quam de causa Nestorii Antiocheno misit episcopo: Ergo, inquit, quia sicut ait apostolus*, fides una est; *& vincentes obtinuit, dicenda credamus, & tenenda dicamus. Tandem illa, quomodo tenenda & credenda, prosequitur, & ait: Nihil ultra liceat novitati, quia nihil addi convenit vetustati. Perspicua majorum fides & credulitas nulla cœni permixtione turbetur*, &c. Baron. ann. 433. num. 16. & 17. *Occasio scribendi epistolam quæ fuerit.* *Ephes. 4.*

EPISTOLA

Fidei admodum suspectæ imo nullius.

EPISTOLA III. SIXTI PAPÆ III.

AD ORIENTALES EPISCOPOS.

Sixtus episcopus, omnibus orientalibus episcopis in domino salutem.

GRATIAS vestræ referimus sanctitati, quod in tribulatione & persecutione nostra nos visitare misistis, & causæ nostræ finem bonum scire & esse optastis, precibusque Deum exorastis, ut mihi in tribulatione succurreret mea, meque adjuvaret, & ab æmulis tribulantibus & persequentibus me liberaret. O quam bona " est caritas, quæ absentes per imaginem, præsentibus sibimetipsis exhibet per amorem: divisa quoque unit, & confusa ordinat, inæqualia sociat, imperfecta confirmat. Quam recte prædicator egregius, apostolus videlicet Paulus, *vinculum perfectionis vocat*: quoniam virtutes quidem ceteræ perfectionē generant; sed tamen eas caritas ita ligat, ut ab amantis mente dissolvi jam nequeant. Hac quoque virtute, fratres, plenos vos Spiritus sancti gratia ego reperio, dum solatiari mihi in meis anxietatibus sentio. Nec mirum, carissimi, si me persequuntur æmuli mei, cum caput nostrum, quod est Christus, olim æmuli sanctæ Dei ecclesiæ, servorumque ejus, sint persecuti. Unde & ipsa perse veritas dicit: *Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus?* Quæ iterum dicit: *Si de hoc mundo essetis, mundus, quod suum erat, diligeret. Sed quia de hoc mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* Hæc fratres, cum & nos sciamus, & aliis nos sæpe dicamus, vosque ea perfecte scire non dubitemus, propter insidiantium vituperationes, aut accusationes, vel propter adulantium laudationes, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinare debemus: sed inter " verba laudantium sive vituperantium ad mentem semper recurrēdum est. Et si in ea non invenitur bonū, quod de nobis dicitur, magnam tristitiam generare debet. Et rursum, si in ea non invenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiam prosilire. Quid enim si omnes laudent, & conscientia nos accuset? aut si omnes accusent, & conscientia nos liberos demonstret? Habemus Paulum dicentem: *Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.* Iob quoque dicit: *Ecce in cælis testis meus.* Si ergo est nobis testis in cælo, testis in corde, dimittamus stultos foris loqui quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt, nisi in pulverem sufflant, atque in oculos suos terram excitant, ut unde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen sunt etiam ipsi, & tranquille admonendi, eisque satisfieri modis omnibus debet, scientes quod de Iudæis veritas ait: *Ne forte scandalizemus eos.* Si autem satisfieri sibi ex veritate noluerint, habes consolationem, quam in euangelio adspicias: quia cum domino dictum fuisset: *Scis quia audito hoc verbo scandalizati sunt; Respondit: Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum.* Beatus quoque Paulus apostolus admonet, dicens: *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Dicturus: *Cum omnibus hominibus pacem habentes*: quia hoc difficile esse perspexit

[Left margin notes: S Greg. lib. IV. ep. 0. — Coloss. 3. — Thess. 4. — ibid. 5. — ad Cor. I. — Matth. 10. — Joan. 15. — S. Greg. lib. III. ep. — quæst 4. inter verba — 2 Cor. 1. — Iob 16. — Matth. 15. — Rom. 12.]

A præmisit: *Si fieri potest.* Et subjunxit quod potest fieri, cùm dicit: *Quod ex vobis est.* Quia si nos in mente caritatem erga odientes servare cupimus, etsi illi pacem nobiscum non habent, nos tamen cum illis sine dubio habemus. Quod ergo mandastis, ut scriberem vobis, qualiter instans jurgium cōtra me suscitatum sit, vel a quo, ut vestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur: scitote me criminari a quodam Basso, & injuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus, nostra auctoritate synodum congregari jussit. Et facto concilio, cum magna examinatione, satisfaciens omnibus, licet evadere B satis aliter potuissem, suspicionem tamen fugiens, coram omnibus me purgavi, me scilicet a suspicione & æmulatione liberans, sed non aliis; qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendo formam, exemplumque dans, cum " scriptum sit: Si quis crimen objicere voluerit, scribat se prius probaturum. Et alibi: Criminationes adversus doctorem nemo * recipiat. Et iterum: Si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici, apud episcopum a qualibet persona fuerint accusati, quicumq; fuerit; sive ille sublimis vir honoris, sive ullius alterius generis persona, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, noverit, docēda " probationibus, monstranda documentis, se debere inferre. Si quis C ' ergo circa hujusmodi personas nō probāda detulerit, intelligat se jacturam infamiæ sustinere, & sub magna excommunicatione ' exilio deportari. Ista omnia postposui, non aliis (ut paulo superius prælibatum est) exemplum dando, sed me a præfata infamia & suspicione liberando. Condemnatus est autem memoratus Bassus a jam dicta synodo, ita tamen, ut in ultima die viaticum ei non denegetur, propter humanitatem pietatis ecclesiæ. Valentinianus quoque antedictus imperator scripto eum condemnavit, cum Augusta matre Placidia, & omnia prędia facultatū ejus, futuris de talibus dans hominibus D formam ita faciendi, ecclesię catholicæ sociavit. Sæpe dictus ergo Bassus, nutu divino non multo post moritur. Cujus corpus, licet dignū non esset sepultura, propter misericordiam tamē sepelivi eum in cubiculo parentū ejus. Et quamquā ipse erga me stulte & imprudenter egisset, ego vero misericorditer circa eū egi, cogitans illud quod dominus in euangelio loquitur, dicens: *Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra.* Et in ipsa dominica oratione, quam salvator noster discipulos orare docuit, quotidie supplicando domino dicimus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & E nos dimittimus debitoribus nostris.* Et multa sunt alia his similia. His ita de me peractis, quia contra voluntatem omnium episcoporum, qui nobiscum erant, propter humilitatem sensus mei, nullo ' cogente judicio, aut vim passus, sed sponte eligens, hæc, nec formam, ut jam dictum est, ' aliis tamen episcopis competens " adhibenda est talibus medicina vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera captis peste nihil possit, sed segnius ' tracta pernicies, reatu non legitimæ curationis, involvat pariter sauciatos & medentes. Ob id ergo statuentes decernimus, ut hi qui non sunt bonæ conversationis, &c. *quæ ponuntur Tom. I. supra in epistola 3. Fabiani, a principio usque ad finem.* Data Kalendas Aprilis Valentiniano & Floriano " viris clarissimis consulibus.

[Right margin notes: 2. quæst. 4. Mandastis ut scriberem. — " Hadr. 48. 67. &c. 2. quæst. 8. Qui crimē objicit, & 3. q. 6. qui crimē objicit; & in decr. Ivo. lib. 3. — * suscipiat. — 2. quæst. 7. Si quis episcopus, presbyter. — " Vide cōst. 41. tit. 2. l. XVI. cod. Theod. — ' autē contra — ' in exilium — 2. quæst. 8. sententialiter, qui crimen objicit. — Vide librū pontificalem. — Matth. 6. — Ibidem. Idem habetur supra in dec. Fab. papæ. — ' compulsus — ' aliis dando, sed me purgando feci: in aliis. — " Felix III. ep. 7. — ' tractata — " Falsa hæc consulum notatio]

ANNO CHRISTI 431.

NOTA SEVERINI BINII.

Nota consularis perstringitur censura.

a *Epistola.*] Magna pars hujus epistolæ, quam supra notavimus, recitata est hic verbo tenus ex epistola tertia Fabiani pontificis. Addita ad finem epistolæ temporis & consulum nota, plane surreptitia est. Nam ex libro pontificali constat, Sixtum quinto Kalendas Apriles vita defunctum esse. Valentinianum in consulatu Florentium collegam habuisse, emendatioribus consularibus fastis repugnat. Eadem igitur censura esto [1] de additamento & nota consulari hujus epistolæ. Hæc ex Baron. anno 433. num. 36.

[1] Imo nihil non in ea aliunde assutum.

CONCILIVM ANTIOCHENVM, QVO IOANNES ANTIOCHENVS Nestorium condemnavit, & cum Cyrillo pacem inivit.

Locus & occasio concilii.

a *Concilium.*] Hic conventus episcoporum Syriæ celebratus est Antiochiæ hac occasione. Theodosius imperator, concilio Maximiani Constantinopolitani episcopi, decreverat Cyrillum & Ioannem Antiochenum Nicomediam convocari, atque utrumque ibidem tamdiu detineri, donec inter se pacem & concordiã composuissent. Executio rei Aristolao viro integro & prudenti tribuno atq; notario commissa est: adhibiti sunt pacis sequestres, Acacius Beroensis, & Simeon Stylites anachoreta sanctissimus. Imperator concilium per literas, quæ extant supra in concilio Ephesino, parte 3. cap. 24. indicavit. Ioannes Antiochenus his omnibus acceptis, omnes illos episcopos Syriæ quibus hactenus adversus Cyrillum aliosque orthodoxos Ephesi congregatos comministris usus erat, convocavit, ut prævia consultatione, quid hac in re facto opus esset, decernerent. Post aliquantulam deliberationem, ne Ioannes ex mandato imperatoris ad dicendam causam Nicomediam proficisci cogeretur, communi sententia placuit omnibus; Primo damnationem hæresis Nestorianæ una cũ suo auctore Nestorio, sicut Theodosius suis literis admonuerat faciendum, ratam esse habendam. Secundo judicarunt communicationem cum Romano pontifice, Cyrillo Alexandrino, omnique catholica ecclesia, a qua hactenus schismate præcisi fuerant, esse redintegrandam. Quæ cum Aristolaus imperatoris legatus approbasset, nullum amplius de proficiscendo Nicomediam Ioanni negotium facessivit; utpote qui hac via concordiam inter diffidentes episcopos conciliandam fore conspiceret. His de rebus ex synodo ad Sixtum Romanum pontificem literas scripserunt. Cyrillo quidem eadem significarunt; sed non prius epistolam suam de damnatione Nestorii & communicatione cum catholicis inita, per Paulũ Emesenum legatum suum exhiberi voluerunt, quam Cyrillus in suspicionem hæreseos Apollinaristarum adductus, confessionem fidei suæ edidisset, suaque capitula tamquam erronea condemnasset. Quod cum ille constanter recusasset, utpote qui nihil aliud de fide sentiret, quam quod antecessor Athanasius tradidisset; quique suas epistolas, facta collatione originalium, ab hæreticis depravatas esse ostendisset, Ioannis Antiocheni & collegarum ejus literas publicavit. Recitatis vero eorum libellis non aliter acquievit Cyrillus, ut patet ex ejus epistola 38. ad Dynatum; quam Ioannes Antiochenus illi subscripsisset, sociique ejus episcopi Nestorii dogmata manifestius anathematizassent, confessique essent illum se pro deposito habere, & ordinationi Maximiani episcopi Constantinopolitani consensissent. Et quamquam cunctationem Aristolaus moleste ferret, tamen conditionibus requisitis obtemperatum fuit. Ioannes Antiochenus subscripsit, ejusque collegæ expresse Nestorii dogma anathematizarunt, Nestorii depositionem & Maximiani surrogationem approbarunt, ac tandem petitam communionem impetrarunt. Ita arbitrio Cyrilli cuncta adversus Nestorium gesta feliciter transacta fuerunt. Hæc ex epistola Cyrilli 38. ad Dynatum, Baronius anno 432. num. 42. & sequentibus usque ad 69.

Pacis sequestres qui?

Acta concilii.

ANNO CHRISTI 433.

Cyrillus Apollinaristarum hæreseos insimulatur.

Ioannes & Cyrillus conciliantur.

[a] CONCILIVM ROMANVM [b] A SIXTO PONTIFICE, AD SVI EXPVRGATIONEM INDICTVM ET CONGREGATVM.

Collectiones Sixti papæ, quas collegit, impetitus a Mariniano & Basso.

CAPITVLA SEQVENTIS PROCESSVS HABITI CIRCA SIXTVM PAPAM III.

I. *De Crescentio, quod omnes facultates suas ecclesiæ dereliquit, & de Octavio servo Mariniani.*
II. *De Epiphanio, eo quod Bassus prædia ejus occupasset.*
III. *De ingenuitate Epiphanii.*
IV. *De accusatione Sixti episcopi.*
V. *De Valentiniano imperatore & Sixto episcopo convenientibus in basilica Heleniana in Sessorio.*
VI. *De condemnatione Bassi & Mariniani.*

IPSE SIXTVS COLLIGI PRÆCEPIT, VALENTINIANO ET ANATOLIO VIRIS CLARISSIMIS CONSVLIBVS.

CAPVT I.

CRESCENTIVS quidam timens Deum, quas ex nobilitate composuerat per annos vitæ suæ, omnes facultates suas ecclesiæ reliquit, in integro fecit ecclesiam, heredemq; instituit.

CAPVT I.

CRESCENTIO quidam timens Deum ex nobilitate, cum poneret annos vitæ suæ, omnes facultates suas ecclesiæ reliquit. In integro fecit ecclesiam heredem atque instituit,

in

ANNO CHRISTI 433.

In qua dimisit prædium in partes Siciliæ, quod A nominatur Argianum, quod præstat solidos septingentos. Huic prædio proxime non longe erat prædium Mariniani. Veniens autem in urbem Romam Octavius servus Mariniani, & laudavit prædium ecclesiæ. Tunc Marinianus pergit ad episcopum urbis Romæ Sixtum, & cœpit, rogans, postulare ab eo fundum supradictum ecclesiæ. Respondens Sixtus episcopus urbis Romæ, dixit: Nihil ex meis reditibus crevit ecclesiæ. Vnde, cariſſime fili, pauperum senecta sublevari desiderat, nec veni ecclesiam subvertere. Hoc audito, Marinianus habuit in semetipsum, & discessit B ab eo.

CAP. II.

Epiphanius igitur ingenuus ex nobilibus parentibus procreatus & facultatibus. Hic nutritus fuerat, quasi in domo Baſſi exconsulis. Litigies ergo inter servum Baſſi & Epiphanum nascitur eventu. Hic venit ad Sixtum episcopum, & cœpit rogare eum, ut ingenuitas ejus servaretur per ecclesiam. Veniens autem Sixtus episcopus urbis Romæ ad Baſſum, cœperat rogare eum de ingenuitate munimentum. Iratus autem Baſſus, respondit ad Sixtum episcopum: Nemo enim judicavit dominum in consilio servi. Nam & misit, & universa prædia ejus occupavit. C

CAP. III.

Exiens autem & Sixtus episcopus, venit ad Valentinianum Augustum, & cœpit rogare eum de ingenuitate Epiphanii, tum ut chirographo Augusti munitus, per ecclesiam vindicaretur. Et cœpit studiose, sicuti decet semper, sublevare gravatos. Iratus autem Marinianus, de his quæ supradicta sunt, venit ad Baſſum, dicens, quasi de malitia Sixti episcopi, & quod per Petrum audierat servum episcopi Sixti, eo quod consecratam Chrysogonitem stupraſſet.

CAP. IV.

Consilio inito cœperunt ambo accusare eum apud Augustum Valentinianum, ita ut D accenderetur Augustus vel mater ejus furore, & suspenderunt se abinvicem a communione. Sixtus autem episcopus urbis Romæ, sciens omnia quæ de eo ad Augustum intimabantur, & quia a communione multus populus Romanus se irrigerat, venit in basilicam beati Petri apostoli, & fecit quasi supra scriptum verbum, & per Leonem diaconum populo enarrabat, dicens: Si delicta mea contra me sunt semper, probatio quare non? & cœpit omnis plebs urbana clamare, ut dicta ejus Augustus vel clerus urbis Romæ probaret examine. E

CAP. V.

Audito hoc, Augustus Valentinianus dixit: Pia petitio. Iuſſit fieri secundum dicta, & rogavit universum senatum urbis Romæ. Et Sixtus episcopus rogavit presbyteros urbis Romæ vel clerum, nam & monasteria servorum Dei, & sederunt in uno conflictu in basilica Heleniana, quod dicitur Seſſorium, & cœpit studiose clamans dicere ad Augustum: Intrent qui separaverunt filium a matre ecclesia, & corroborent universa velamina cordis mei. Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus, & dixit: Iusta

in quibus dimisit prædium in parte Siciliæ, quod nominatur Argianum, quod præstat solidos septingentos. Latus hoc prædium proxime non longe erat prædium Mariniani. Veniens autem in urbem Romam Octavius servus Mariniani, intimavit ei Mariniano, & laudavit prædium ecclesiæ. Tunc Marinianus pergit ad episcopum urbis Romæ Sixtum, & cœpit rogans postulare ab eo fundum supradictum ecclesiæ. Respondens Sixtus episcopus urbis Romæ. dixit: Nihil ex meis reditibus crevit ecclesiæ. Vnde, cariſſimi fili, pauperum senecta sublevare desiderat, & ecclesiam non subvertere. Hoc audito, Marinianus habuit in semetipsum, & discessit ab eo.

CAP. II.

Epiphanius igitur ingenuus ex nobilibus parentibus procreatus est, & facultatibus hic nutritus est, fuerat quasi in domo Baſſi exconsule. Litigies ergo inter servum Baſſi & Epiphanium nascitur. Eventus hic venit ad Sixtum, & cœpit rogare eum, ut ingenuitas ejus servaretur per ecclesiam. veniens autem Sixtus urbis Romæ ad Baſſum, cœpit rogare eum de ingenuitatis munimento. Tum iratus autem Baſſus, respondit ad Sixtum episcopum: Nemo enim judicabit dominum in consilio servi. Nam & misit, & universa prædia occupavit.

CAP. III.

Exiens autem Sixitus episcopus, venit ad Valentinianum episcopum, & cœpit rogare eum de ingenuitate Epiphanii, tantum ut chirographi Augusti munitus per ecclesiam vindicaretur. Et cœpit studiose, sicut decet ecclesiam semper, sublevare gratis. Iratus autem Marinianus, de quo supradicta sunt, venit ad Baſſum, dicens quasi de malitia Sixti episcopi, & quod per Petrum audierat servum episcopi Sixti, quod consecratam Chrysogonitem stupraſſet.

CAP. IV.

Consilio inito, cœperunt ambo accusare eum Valentiniano Augusto, ita ut accenderetur Augustus vel mater ejus furore, & suspenderunt se abinvicem a communione. Sixtus autem episcopus urbis Romæ, sciens omnia quæ de eo ad Augustum intimabantur, & quia a communione multus populus Romanus erigerat, venit in basilicam beati Petri apostoli, & fecit quasi supra scriptum verbum, & per Leonem diaconum populo enarrabat, dicens: Sic delicta mea contra me sunt semper, probatio quare non fit? Et cœpit omnis urbana plebs clamare, ut dicta ejus Augustus vel clerus urbis probaret examine.

CAP. V.

Audito hoc, Augustus Valentinianus dixit: Pia petitio. Et juſſit fieri secundum dicta. Et rogavit universum senatum urbis Romæ. Et Sixtus episcopus rogavit presbyteros urbis Romæ, & clerum, nam & monasteria servorum Dei. Et sederunt in uno conflictu in basilica Heleniana quæ dicitur Censorium. Et cœpit studiose clamans dicere ad Augustum: Intrent qui separaverunt filium a matre ecclesia, ut corroborent universa velamina cordis mei. Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus, & dixit: Iusta

ANNO CHRISTI 433

petitio. Non abſcondatur. Erant enim ibi patricii & conſules iſti: Paterius exconſul, Anatolius exconſul, ipſe Baſſus exconſul, & Marinianus patricius, Albinus patricius, Sigiſbuldus patricius, Honoratus patricius, &c.

Preſbyteri autem urbis Romæ omnes quadraginta octo, diacones quinque. Introivit enim Epiphanius preſbyter, & dixit cum lacrymis: Fiat probatio, ut eccleſia non maculetur. Reſpondit Maximus exconſul, & dixit: Non licet enim adverſus pontificem dare ſententiam. Reſpondit Sixtus, & dixit. Quoniam in meo arbitrio eſt judicare, & in judicare tamen meo non abſcondatur veritas. Reſpondit Auguſtus Valentinianus, & dixit ad Baſſum: Confitere publice univerſas intimationes tuas, quoniam ſi non probaveris, eris obnoxius eccleſiæ & pontifici. Nam & damnatio tibi commanet. Et iterum Auguſtus dixit ad Maximum: Parens maxime juſta fuit poſtulatio tua. Levavit ſe Auguſtus, & dedit in arbitrio Sixti epiſcopi judicare judicium ſuum. Et diſceſſerunt cum Auguſto omnes. Et erat ſicut in priſtinum munita eccleſia, ita ut cum gaudio, & joco diſcederet Valentinianus Auguſtus a Sixto epiſcopo, inſultans Mariniano & Baſſo.

CAP. VI.

Alia autem die fecit colligi omnes preſbyteros urbis Romæ, & ſedit in eodem loco, quia ibidem conſiſtebat Auguſtus, & fecit cum omnibus concilium, & damnavit Baſſum, & Marinianum, ita ut communione eos ambos unitos ſublevaret, & miſit auctoritatis munimen per univerſos epiſcopos. Audientes hoc Baſſus & Marinianus, cœpit Baſſus graviter ferre, Marinianus omnia deridere, ita ut omnia prædia ſua, quæ compoſuiſſet per annos vitæ ſuæ, omnia eccleſiæ derelinqueret, ut ad communionem reuerteretur, & non ſublevaretur. Nam & Marinianus ore proprio clamabat, dicens: Scriptum eſt in verba: *Dimittite, & dimittetur vobis: date & dabitur vobis.* Hoc cum audiret Sixtus, dixit: Scriptum eſt in euangelica verba doctrinæ: *Qui peccaverit in hoc ſæculo, remittetur ei. Qui autem peccaverit in Spiritum ſanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro.* Et eos revocavit ad communionem, ita ut de ſæculo ambo ſic tranſirent. Et damnavit eos ſexto Kalendas Septembris, ita tamen, ut Sixtus epiſcopus ſedens in ſede ſua, ſic judicabat, dicens: *Non eſt ſervus ſupra dominum ſuum, neque diſcipulus ſupra magiſtrum.* (Ioan. 8.) Et quia dixerunt Baſſus, & Marinianus, de me peccatore, quod ſcorti adſimilarem negotium, relegi euangelia in loco ubi ſcriptum eſt: *Sedente Ieſu, & ſcribente digito in terra*, & quia non (Ioan. 8.) inveniebant Iudæi quomodo eum damnarent, adulteram adduxerant ei. Et hoc reſpondit Ieſus: *Si quis ex vobis eſt ſine peccato, injiciat in iſtam lapidem.* (Ibidem.) Et per hæc verba euangelica judicabat ſedem ſuam. Actum in baſilica clementa. Hoc indiculum collegit archidiaconus preſbyter, & ipſe quaſi in chartarium eccleſiæ collocavit.

ANNO CHRISTI 433.

A petitio non abſcondatur. Erant ibi patricii & conſules iſti: Paterius exconſul, Anatolius exconſul, ipſe Baſſus exconſul, & Marinianus patricius, Sigiſbuldus patricius, Honoratus patricius, &c.

Preſbyteri autem urbis Romæ omnes quadraginta novem. Introivit enim Epiphanius preſbyter, & dixit cum lacrymis: Fiat probatio, ut eccleſia non maculetur: Reſpondit Maximus exconſul, & dixit: Non licet enim adverſus pontificem dare ſententiam. Reſpondit Sixtus, & dixit: Quoniam in meo arbitrio eſt judicare, & non judicari, tamen non B abſcondatur veritas. Reſpondit Auguſtus Valentinianus, & dixit ad Baſſum: Confitere publice univerſas intimationes tuas, quoniam ſi non probaveris, eris obnoxius eccleſiæ, & pontifici. nam & damnatio tibi commanet. Et iterum Auguſtus dixit ad Maximum: Parens maxime, juſta fuit poſtulatio. Levavit ſe Auguſtus, & dedit in arbitrio Sixti epiſcopi judicare judicium ſuum. Et diſceſſerunt cum Auguſto omnes. Et erat ſicut priſtinum unita eccleſia, ita ut cum gaudio & joco diſcederet Valentinianus Auguſtus a Sixto epiſcopo, exultans Mariniano & Baſſo.

C

CAP. VI.

Alia autem die fecit colligi omnes preſbyteros urbis Romæ, & ſedit in eodem loco, quia ibidem conſiſtebat Auguſtus. Et fecit commune concilium, & damnavit Baſſum & Marinianum, ita ut communione eos ambos unitos ſublevaret. Et miſit auctoritatis munimen per univerſos epiſcopos. Audientes hoc Baſſus & Marinianus, cœpit Baſſus graviter ferre, Marinianus deridere, ita Baſſus ut omnes prædia ſua, dum poſuiſſet annos vitæ ſuæ, omnia eccleſiæ derelinqueret, ut D ad communionem reverteretur, & non ſublevaretur. Nam & Marinianus ore proprio clamabat, dicens: Scriptum eſt in verbis euangelicis: *Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis.* (Luc. 6.) Hoc cum audiret Sixtus, ait: Scriptum eſt in euangelicæ verbis doctrinæ: *Qui peccaverit in hoc ſæculo, remittetur ei: qui autem in Spiritum ſanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro.* (Matth. 12.) Et nec eos revocavit ad communionem, ita ut de ſæculo ambo ſic tranſirent. Et damnavit ſeptimo Kalendas Septembris, ita tamen, ut Sixtus epiſcopus ſedens in ſede ſua, ſic ſe judicabat, dicens, & proferens euangelica per eamdem doctrinam E dicebat: *Non eſt ſervus ſupra dominum, neque diſcipulus ſupra magiſtrum.* (Ioan. 12.) Et quia dixerunt Baſſus & Marinianus, de peccatore, quod ſcorti aſſimilarem negotium, relegit euangelia in loco ubi ſcriptum eſt: *Sedente Ieſu, & ſcribente digito in terra*, & quia non inveniebant Iudæi quomodo eum damnarent, adulteram adduxerunt ei, & hoc reſpondit Ieſus: *Si quis ex vobis ſine peccato eſt, injiciat ſuper iſtam lapidem*, & per hæc verba euangelica judicat ſedem ſuam. Actum in baſilica Heliana.

TERTIA

ANNO CHRISTI 433.

TERTIA EDITIO

PROCESSUS SIXTI PAPÆ III.

E DUABUS PRÆCEDENTIBUS CONFLATA,

& ad sensum aliquem reducta.

CAPUT I.

VALENTINIANO & Anatolio viris clarissimis consulibus, Crescentius quidam ex nobilibus timens Deum, quas comparaverat per annos vitæ suæ omnes facultates suas ecclesiæ reliquit, & ex integro ecclesiam fecit heredemque instituit, in qua dimisit prædium in partibus Siciliæ quod nominatur Arganum, B quod præstat solidos septingentos. Secus hoc prædium proxime non longe erat prædium Mariniani. Veniens autem in urbem Romam Octavius servus Mariniani, intimavit Mariniano, & laudavit prædium ecclesiæ. Tunc Marinianus perrexit ad episcopum urbis Romanæ Sixtum, & cœpit rogans postulare ab eo fundum ecclesiæ supradictum. Respondens Sixtus episcopus urbis Romæ, dixit: Nihil ex meis reditibus, carissime fili, accrevit ecclesiæ, unde pauperum senecta sublevari desiderat, nec ego veni ecclesiam subvertere. Hoc C audito, Marinianus * tabuit intra semetipsum, & discessit ab eo. *abiit

CAP. II.

Epiphanius igitur ingenuus ex nobilibus parentibus procreatus, & facultatibus dives, hic nutritus fuerat quasi in domo Bassi exconsulis, Litigium ergo inter servum Bassi & Epiphanium hoc eventu nascitur. Hic venit ad Sixtum episcopum, & cœpit rogare eum, ut ingenuitas ejus servaretur per ecclesiam. Veniens autem Sixtus episcopus urbis Romanæ ad Bassum, cœpit rogare eum de ingenuitatis munimento. Tum iratus Bassus, respondit ad Sixtum episcopum: Nemo judicabit dominum ex consilio servi. Nam & misit, & universa prædia ejus occupavit. D

CAP. III.

Exiens autem & Sixtus episcopus, venit ad Valentinianum Augustum, & cœpit rogare eum de ingenuitate Epiphanii, tantum ut chirographo Augusti munitus, per ecclesiam vindicaretur. Et cœpit studiose (sicut decet ecclesiam semper) sublevare gravatos. Iratus autem Marinianus de his quæ supradicta sunt, venit ad E Bassum, dicens quasi de malitia Sixti episcopi, & quod per Petrum servum episcopi Sixti audierat, eo quod consecratam Chrysogonitem stuprasset.

CAP. IV.

Consilio inito, cœperunt ambo accusare eum Augusto Valentiniano, ita ut accenderentur Augustus & mater ejus furore. Et suspenderunt se abinvicem a communione. Sixtus autem episcopus urbis Romæ, sciens omnia quæ de eo apud Augustum delata fuerant, & quod ab ejus communione multus populus se segregaret, venit in basilicam beati Petri apostoli, & fecit quasi supra scriptum verbum, & per Leonem diaconum populo enarrabat, dicens: Si delicta mea contra me sunt semper, probatio quare non fit? Et cœpit omnis urbana plebs clamare, ut dicta ejus Augustus & clerus urbis Romæ probarent examine.

A

CAP. V.

Hoc audito, Valentinianus Augustus dixit: Pia petitio. Et jussit fieri secundum dicta. Et congregavit universum senatum urbis Romæ. Et Sixtus episcopus congregavit presbyteros urbis Romæ, & clerum, nec non & monasteria servorum. Et sederunt in uno consessu in basilica Heleniana, quæ dicitur Sessorium. Et cœpit studiose clamans dicere ad Augustum: intrent qui separaverunt filium a matre ecclesia, ut corroborent universa velamina cordis mei. *al. & Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus, & dixit: Iusta petitio non abscondatur. Erant enim ibi patricii exconsules isti, Paterius exconsul, Anatolius exconsul, ipse Bassus exconsul, & Marinianus patricius, Albinus patricius, Sigisbuldus patricius, Honoratus patricius, & præfectus urbis Euthymius, expræfectus urbis Valerius patricius, Claudius patricius, Fonteius expræfectus. Et advocati isti, Quintus, Deuterius, Alexander, Heliocarus. Presbyteri autem urbis Romæ 48. diacones 5. Introivit enim Epiphanius presbyter, & dixit cum lacrymis: Fiat probatio, ut ecclesia non maculetur. Respondit Maximus exconsul, & dixit: Non licet adversus pontificem dare sententiam. Respondit Sixtus, & dixit. Quamquam in meo arbitrio sit, judicer, an non judicer, tamen meo judicio non abscondatur veritas. Respondit Augustus Valentinianus, & dixit ad Bassum: confitere publice universas intimationes tuas, quoniam si non probaveris, eris obnoxius ecclesiæ & pontifici. Nam & damnatio tibi commanet. Et iterum Augustus dixit ad Maximum: Parens Maxime, justa fuit postulatio tua. Levavit se Augustus, & dedit in arbitrio Sixti episcopi, ut judicaret judicium suum. Et discesserunt cum Augusto omnes. Et erat sicut in pristinum munita ecclesia, ita ut cum gaudio & joco discederet Valentinianus Augustus a Sixto episcopo, insultans Mariniano & Basso.

CAP. VI.

Alia autem die fecit colligi omnes presbyteros urbis Romæ, & sedit in eodem loco, ubi consistebat Augustus. Et fecit commune concilium, & damnavit Bassum, & Marinianum, ita ut communione ambos simul * sublevaret. *privaret, Et misit auctoritatis munimen per universos episcopos. Audiendo hoc Bassus & Marinianus, cœpit Bassus graviter ferre, Marinianus deridere, ita ut Bassus prædia sua, quæ per omnes annos vitæ suæ, omnia ecclesiæ derelinqueret, ut ad communionem reverteretur, & non sublevaretur. Nam Marinianus ore proprio clamabat dicens: Scriptum est in verbis euangelicis: *Dimittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis.* Hoc cum audiret Sixtus episcopus, dixit: Scriptum est in euangelicæ doctrinæ verbis: *Qui peccaverit in hoc sæculo, remittetur ei. Qui autem peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro.* Et nec eos revocavit ad communionem, ita ut de hoc sæculo ambo sic transirent. Et damnavit eos * sexto Kalendas Septembris, ita tamen ut Sixtus episcopus sedens in sede sua sic judicaret, dicens, & proferens euangelica verba per eamdem doctrinam: *Non est servus supra dominum, neque discipulus supra magistrum.* Et quia dixerunt Bassus & Marinianus de me peccatore, quod scorti assumerem

ANNO CHRISTI 433.

assumerem negotium, relegi dicta euangelica in loco ubi scriptum est: *Sedente Iesu, & scribente digito in terra.* Et quia non inveniebant Iudæi quomodo eum damnarent, adulteram adduxerunt ei. Et tunc respondit Iesus: *Si quis ex vobis est sine peccato, mittat in istam lapidem.* Et per hæc verba euangelica judicabat sedem suam. Actum in basilica Heliana.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Locus & tempus concilii. Acta emendantur. Causa habiti concilii.

[a] *Concilium.*] Hoc concilium celebratum est Romæ mense Decembri anno domini 433. qui est secundus a creatione Sixti pontificis. Nam in vita ejus auctor libri pontificalis hæc ait: *Hic post annum unum & menses octo criminatur a quodam.* Unde quod in actis concilii Probus & Marinianus Valentiniano & Anatolio consulibus VI Kalendas Septembris condemnati esse dicuntur, mendosum est. Nam prædictorum consulatus coincidit cum anno domini 440. cujus Sixtus pontifex diem vitæ extremum clausit. Causam habiti concilii idem auctor pontificalis summatim recenset prædicto loco his verbis: *Hic post annum & menses octo criminatur a quodam Basso* (de stupro virgini Deo consecratæ illato.) *Facto conventu, cum magna examinatione, per judicium synodicum purgatur a quinquaginta sex episcopis. Et condemnatur Bassus a synodo, ita tamen ut ultimo die viaticum ei non negaretur propter humanitatem pietatis ecclesiæ. Hoc audiens Valentinianus Augustus, cum matre sua Placidia Augusta, furore sancto commoti, proscriptione Bassum condemnarunt, & omnia prædia facultatum ejus ecclesiæ catholicæ sociarunt. Qui Bassus intra tres menses moritur: cujus corpus Sixtus episcopus cum linteaminibus & aromatibus, manibus suis tractans, recondidit & sepelivit ad B. Petrum apostolum in cubiculo parentum ejus.* Eadem ipse Sixtus pontifex recenset epistola tertia his verbis: *Scitote me criminari a quodam Basso & injuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus, nostra auctoritate synodum congregari jussit. Et facto concilio cum magna examinatione satisfaciens omnibus, licet evadere satis potuissem, suspicionem tamen fugiens coram omnibus me purgavi,* &c. Et paulo infra: *Condemnatus est autem memoratus Bassus a jam dicta synodo; ita tamen ut in ultima die viaticum ei non denegetur,* &c.

Acta concilii extant corrupta.

Acta concilii nimia antiquitate corrupta atque undique depravata extant. Consules in exemplari ultimo A præpositi, ascititii sunt, ut supra dixi. In epistola tertia pro Anatolio consule Florentius cum Valentiniano ponitur. Epistola tertia Bassi sepulturam Kalendas Aprilis habitam fuisse refert. Acta concilii eumdem Bassum sexto Kalendas Septembris sepultum esse commemorant. Quis neget alteri duorum monumentorum errorem subrepsisse Baronius anno 422. num. 31. & 36. Hac depravatione & mira varietate factorum animadversa, conciliorum [a] collector non immerito hanc præfatiunculam olim præmiserat.

[a] Petrus Grabbe Ord. Minorum.

Propter exemplarium intolerabilem nimiamque & differentiam & depravationem, quorum alterum vetustum fuit ac mendosum, quamquam optimo charactere; atque in pergameno exaratum, alterum magis vetustum, sed æque depravatum, seu ad oculum intuentibus liquet; adeo ut nonnumquam, quid intendant, non valeat intelligi: idcirco ut utriusque exemplaris de syllaba in syllabam, nulla facta mutatione, litera est posita. Unius quidem in columna anteriori, alterius in posteriori. Verum tertia editio B *pro illius capacitate, seu potius conjectura, qui utramque literam admodum differentem concordare nisus est, & ad sensum aliquem reducere, quantum ei pro suis viribus licuit; litera, ubi illius intellectus haberi potuit, manente, ex utroque exemplari desumptis his quæ litera magis congruere illi visa sunt, aut certe quibusdam vel mutatis, ubi litera nimis depravata extabat, aptata est. Nemo ergo caput subsannando moveat, qui vel exemplaribus correctioribus nactis, aut ex ingenii nobilitate, aut limpiditate concordantiam illam minus aptam considerans, potens est emendare, quinimo patienter ferat, & in meliorem formam ipse restituat. Proinde visum collectori non est omnino ista, propter præmissas ineptias, prætermittere, quæ patres priores nobis suis posteris opera ac diligentia tanta reliquerunt: quin potius etiam nostræ posteritati illa communicare decrevit.*

Concilium hoc a quo indictum fuerit.

b *A Sixto pontifice indictum.*] Hoc manifeste ipsa acta concilii attestantur cap. 5. his verbis: *Sixtus episcopus congregavit episcopos urbis Romæ, & clerum, nec non & monasteria servorum Dei,* &c. paulo infra, cum Epiphanius presbyter cum lacrymis dixisset: *Non licet adversus pontificem dare sententiam:* respondit Sixtus & dixit: *Quamquam in meo arbitrio sit, judicer, an non judicer, tamen meo judicio non abscondatur veritas.* Hoc est quod in epistola tertia loco supra allegato ait: *Quod audiens Valentinianus Augustus, nostra auctoritate synodum congregari jussit.* Ita explicandum est quod ait auctor libri pontificalis: *Audiens hæc Valentinianus Augustus, jussit concilium & sanctam synodum congregari.* Vide notas concilii Sinuessani supra sub Marcellino.

Pontificem nulla synodus judicare potest, si nolit.

ACTA
DE SYNODALI ACCUSATIONE
ET EXPURGATIONE POLYCHRONII
HIEROSOLYMITANI EPISCOPI,
ROMÆ HABITA SUB PONTIFICATU SIXTI III.

Hunc indiculum collegit Archidamus presbyter, & quasi in chartaceum ecclesiæ collocavit.

VII. *De Polychronio episcopo Hierosolymitano, eo quod ecclesias & manus impositiones cum præmio, & muneribus consecraret.*

VIII. *De accusatione Euphemii adversus Polychronium pontificem suum.*

IX. *De expulsione Polychronii extra civitatem.*

X. *De obsessa Ierusalem fame & inopia paupertatis, & de Polychronio, eo quod prædia ecclesiæ in pauperes, vel populo erogasset.*

XI. *De occursu synodi, & de relatione Polychronii episcopi.*

XII. *De directa epistola ad urbem Ierusalem.*

DE
POLYCHRONII HIEROSOLYMITANI
ACCUSATIONE ET EXPURGATIONE,
TEMPORE SIXTI PAPÆ III.

CAP. VI.

Erat quidam sacerdos nomine Polychronius, episcopus Hierosolymitanus. Hic per imprudentiam senectutis dicebat, quod Ierusalem prima sedes esset, & ore superbo, & quasi supe-

CAP. VI.

Erat quidam sacerdos nomine Polychronius, id per imprudentiam dicebat, quod Ierusalem prima sedes esset, & ore superbo, & quasi de superiore affirmabat se pontificem esse, & summum

ANNO CHRISTI 433.

riorem affirmabat se pontificem esse, & summum sacerdotem, & quasi in sua senectute semper in fidentia corroboratur, ita ut acciperet remunerationem & ordinaret presbyteros & diacones, & nisi accepisset satis dignum munus, non ordinabat episcopum: & quia quod ei, prout videbatur opulentia, quod canon urbis damnavit, diaconos Æthiopes, & Ægyptios in suo gremio ordinabat, & ecclesiam quamlibet sicubi in ejus regione parochiarum ad dedicandas rogaretur, non dabat auctoritatis suæ faculam, nisi decem librarum auri accepisset remunerationem. Nam clerus omnino urbis Hierosolymitanæ non ascendebat gradum suum currens, nisi dedisset remunerationem.

Hoc audito Sixtus episcopus urbis Romæ convocavit universam synodum episcoporum vel presbyterorum Romanorum, clerosque in basilicam Constantinianam, & ibi sedens cum episcopis, clerumque adstantem omnem de urbe Roma intimabat eis Polychronium Hierosolymitanum. Quod canon catholicus calcavit, vel apostolus testatur: *Gratis accepistis, gratis date.* & universum velamen cordis ejus, & qui alios cives, quod non licet, ad ordinem sociabat ecclesiæ Hierosolymitanæ. Et quod universas ecclesias cum præmio, & muneribus consecrabat.

Matth. 10.

CAP. VII.

Sedentibus itaque octoginta & uno episcopis, & quadraginta octo presbyteris, & sex diaconibus, jussit introire Euphemium episcopum, qui hoc supradictum de Polychronio pontifice suo voce clara accusare testabatur. Ordinavit autem universa synodus, & elegit de suo ordine tres presbyteros, Castum, Felicem, & Habundium, & duos diacones cives Romanos, Lollianum, & Leonem, & tres presbyteros urbis Romæ, Archidamum, Petrum, & Demetrium, & misit in Ierusalem, & secundum Euphemii dicta, quidquid integrum invenissent, ore ejus docente, vel testibus 40. qui vera testificarentur secundum dicta Euphemii episcopi adversus Polychronium episcopum. Hi episcopi, Castus, Felix, & Abundantius, & diacones, Lollianus, & Leo, & presbyteri, Archidamus, Petrus, Demetrius, Polychronium secundum dictum Sixti episcopi urbis Romæ, vel octoginta & unius episcoporum synodum, & quadraginta octo presbyterorum civium Romanorum. nam etiam & secundum chirographum Augusti Valentiniani & Theodosii episcopi Constantinopolitani, quidquid edocuisset Euphemius episcopus de episcopo & pontifice suo Polychronio, ambos simul Polychronium & Euphemium extra civitatem damnarent. Venientes autem in urbem Ierusalem, introierunt feria sexta hi octo cum Euphemio episcopo jam sabbato, & suspenderunt eos abinvicem a communione. Feria autem prima celebratæ sunt missæ a Casto episcopo, qui directus fuerat a Sixto episcopo, & coepiscopis suis, vel e synodo. Feria autem secunda convenerunt universi episcopi de illis regionibus, & venerunt in eamdem civitatem, quasi synodus, septuaginta & sex episcopi isti,

A mum sacerdotem, & quasi in senectute sua semper in sua fidentia corroborabatur, ita ut acciperet remunerationem, & ordinaret presbyteros, & diacones. Et nisi accepisset satis dignum munus, non ordinabat episcopum; & quia quod ei prout videbatur opulentia, quod canon urbis damnavit diaconos Æthiopes, & Ægyptios in suo gremio ordinabat, & ad ecclesiam quamlibet sicut in ejus regione parochiarum ad dedicandas ecclesias rogaretur, non dabat auctoritatis suæ faculam, nisi decem librarum auri accepisset remunerationem. Nam clericus omnino urbis Hierosolymitanæ, non ascendebat gradum suum currens, nisi dedisset remunerationem.

Hoc audito, Sixtus episcopus urbis Romæ convocavit universam synodum episcoporum, & presbyterorum Romanorum, clerosque in basilicam Constantinianam, & ibi sedens cum episcopis cleroque adstante omni de urbe Roma, intimabat eis Polychronium Hierosolymitanum, quod canon calcavit, vel apostolus testatur: *Gratis accepistis, gratis date.* Et intimavit eis universum velamen cordis ejus, qui alios concives quod non licet, ad ordinem sociabat ecclesiæ Hierosolymitanæ. Et C quia universas ecclesias cum præmio, & muneribus consecrabat.

CAP. VII.

Sedentibus itaque octoginta & uno episcopis, & quadraginta octo presbyteris, & sex diaconis, jussit introire Euphemium episcopum, qui hoc supradictum de Polychronio pontifice suo voce clara accusare testabatur. Ordinavit autem universa synodus, & elegit de suo ordine tres episcopos, Castum, Felicem, & Habundum, & duos diacones cives Romanos, Lollianum, & Leonem, & tres presbyteros urbis Romæ, Archida- D mum, Petrum, & Demetrium. Et misit in Ierusalem secundum dicta Euphemii, quidquid integrum introiissent ore ejus docente testibus vel quadraginta, qui vera testificarent secundum dictum Euphemii episcopi adversus Polychronium episcopum: hi episcopi, Castus, Felix, & Abundantius, & diacones, Lollianus, & Leo; & presbyteri, Archidamus, Petrus, & Demetrius, Polychronium episcopum secundum Sixti episcopi urbis Romæ, & octoginta & unius episcoporum synodum, & quadraginta octo presbyteros cives Romanos. Nam etiam chirographum Augusti Valentiniani, & Theodosii episcopi Constantinopolitani, & quidquid eos docuisset Euphemius E de episcopo & pontifice suo Polychronio, ambos simul, Polychronium & Euphemium, extra civitatem damnarent. Venientes autem in urbem Ierusalem, introierunt feria sexta, & hi octo cum Euphemio episcopo jam sabbato suspenderunt eos ab invicem a communione. Feria autem prima celebratæ sunt missæ a Casto episcopo, qui directus a Sixto episcopo, & coepiscopo suo, vel a synodo. Feria autem secunda convenerunt universi episcopi de illis regionibus, & venerunt in eamdem civitatem, quasi synodus, numero septuaginta & sex episcopi isti,

ANNO CHRISTI 433.

Epiphanius, Quiriacus, Bosonus, Ioannes, Victor, Montanus, Speciosus, Paulus, Roborus, Castinus, Berbentius, Iacobus, Iustus, Festus, Palumbulus, Euphemius, Cicero, Familiaris, Felix,

ANNO CHRISTI 433.

Felix, Augustinus, Hippolytus, Theodulus, Symmachus, Leo, Pelagius, Paulus, Restitutus, Revocatus, Polychronius, Sabinus, Pardus, Spesindeo, Triton, Aventius, Tranquillinus, Parseus, Sebastianus, Vrbicus, Petrus, Zosimus, Habetdeum, Zoilus, Valentinus, Quirinus, Anastasius, Caritosus, Geminus, Deuterius, Theodalus, Paulus, Castus, Gorgonius, Fortunatus, Proditus, Scelbianus, Fabius, Clemens, Secundus, Iunius, Honoratus, Olybrius, Ioannes, Petronius, Holocaustus, Andreas.

Et sederunt cum supradictis, qui directi fuerant ab urbe Roma, & docuit omnia Euphemius in conspectu synodi. Respondit Castus episcopus ex directione Sixti episcopi, & dixit: Vincat nos justitia: Introducantur testes numero competenti quadraginta, ut, secundum canonem catholicum urbis Romæ, damnetur extra civitatem.

CAP. VIII.

Prima autem die synodi tanta probatio fuit Euphemii. Qui dum probasset omnia, quæ testificabatur prima pollicitatione damnatus est, & accepit anathema dum docuisset omnia, & subscripserunt omnes episcopi in ejus damnationem. Leo diaconus urbis Romæ dixit: Ex te enim damnaberis, quoniam pontificem, qui te consecravit coepiscopum, condemnabas & accusabas. Cecidit autem in terra ante omne concilium episcoporum, & ibi confitebatur se peccasse. Respondit Abundius episcopus missus ab urbe Roma, & dixit: Non licet quemquam accusare pontificem suum, quoniam judex non judicabitur. Alia autem die convenerunt in basilica sancta resurrectionis domini nostri Iesu Christi, & ibi sederunt judicantes eum. Ibi autem cum anathemate damnaverunt Euphemium usque ad ultimum diem temporis sui. Et subscripserunt omnes in ejus damnationem episcopi numero septuagintasex, & duo diaconi cardinales Romani, & tres presbyteri, & tres episcopi, qui directi fuerant, concluserunt, subscribentes in ejus damnationem, & dum damnassent eum, extra civitatem judicabant.

CAP. IX.

Et Polychronium episcopum Hierosolymitanum, quia ordinasset diaconum Æthiopem nomine Victorem, & quia propter decem libras auri ecclesias consecrabat, damnaverunt eum extra civitatem, & dederunt ei vel constituerunt prædia tria ecclesiæ, ita tamen, ut locus ejus intactus servaretur in gremio urbis Ierusalem. Et dum cessissent ei usufructuario prædia, subscripserunt episcopi septuagintasex & diacones duo, & dimiserunt ibidem episcopum quasi vicarium in loco ejus nomine Theodolum de Bethlehem urbe. Et suspenderunt sedem ejus, ita ut extra civitatem habitaret in prædia supradicta, & venerunt ad urbem Romam festinantes supradicti octo. Et jussit Sixtus episcopus convenire episcopos supradictos simul cum Augusto Valentiniano, & alligaverunt vulnera ejus. Gaudebat autem Augustus in damnatione Euphemii episcopi, qui extitit accusator Polychronii pontificis sui, & subscripserunt in damnationem horum duorum, omnis synodus, & Augustus Valentinianus, & Sixtus episcopus urbis Romæ manu propria conclusit.

CAP. X.

Post menses enim novem, obsessa est civitas Ierusalem fame, non tantum fame, quantum inopia paupertatis. Polychronius autem,

Et sederunt cum supradictis, qui directi fuerant ab urbe Roma. Et docuit omnia Euphemius in conspectu synodi. Respondit Castus episcopus ex directione Sixti episcopi, & dixit: Vincat nos justitia. Introducantur testes numero competenti quadraginta, ut secundum canonem catholicum urbis Romæ, damnetur extra civitatem.

CAP. VIII.

Prima autem die synodi tantum probatio fuit Euphemii. Qui dum probasset omnia testificabatur, prima pollicitatione damnatus est, & accepit anathema, dum docuisset omnia. Et scripserunt omnes episcopi in ejus damnationem. Leo diaconus urbis Romæ dixit: Ex te enim damnaberis, quoniam pontificem, qui te creavit coepiscopum, condemnabas, & accusabas. Cecidit autem in terra ante omne concilium episcoporum, & ibi confitebatur se peccasse. Respondit Abundantius episcopus, missus ab urbe Roma, & dixit: Non licet quemquam accusare pontificem suum, quoniam judex non judicabitur. Alia autem die convenerunt in basilicam sanctæ resurrectionis domini nostri Iesu Christi, & ibi sederunt judicantes eum. Ibi autem cum anathemate damnaverunt Euphemium usque in ultimum temporis sui. Et subscripserunt omnes in ejus damnationem. Episcopi vero septuagintasex, & duo diacones cardinales Romani, & tres presbyteri, & tres episcopi, qui directi fuerant, concluserunt, subscribentes in ejus damnationem. Et dum damnassent eum, extra civitatem judicabant.

CAP. IX.

Et Polychronium episcopum Hierosolymitanum, quare ordinasset diaconum Æthiopem, nomine Victorem, & quia ad decem libras auri ecclesias consecrabat, damnaverunt eum extra civitatem, & dederunt ei vel constituerunt prædia tria ecclesiæ, ita tamen, ut locus ejus intactus servaretur in gremio urbis Ierusalem. Et dum cessissent ei usufructuaria prædia, subscripserunt omnes episcopi septuagintasex, & episcopi tres, & presbyteri tres, & diacones duo, & dimiserunt ibidem episcopum quasi vicarium in loco ejus nomine Theodolum de Bethlehem urbe. Et suspenderunt sedem ejus, ita ut extra civitatem habitaret in prædiis supradictis. Et venerunt ad urbem Romam festinantes supradicti octo. Et jussit Sixtus episcopus convenire episcopos supradictos simul cum Augusto Valentiniano, & alligaverunt vulnera ejus. Gaudebat autem Augustus in damnationem Euphemii episcopi qui extitit accusator Polychronii pontificis sui. Et subscripserunt in damnationem horum duorum omnis synodus & Augustus Valentinianus, & Sixtus episcopus urbis Romæ propria manu conclusit.

CAP. X.

Post menses enim novem obsessa est civitas Ierusalem fame, non tantum fame, quam inopia paupertatis. Polychronius autem, qui exepiscopo,

ANNO CHRISTI 43

qui exepiſcopus, vendidit publice prædia ec- A clesiæ ſupradicta pauperibus & clericis, populoque Hieroſolymitano erogavit vel ſparſit. Veniens autem Priſcus diaconus urbis Ieruſalem, accuſabat iterum Polychronium, dicens: Quod ei temporale conceſſum fuerat, vendidit populo cleroque ſparſit. Hoc Sixtus epiſcopus audiens, gaudio corroboratur, & intimavit Auguſto Valentiniano rem quam geſtam audierat. Reſpondit diaconus, & dixit ad Sixtum epiſcopum: Iube occurrere ſynodum per auctoritatis tuæ munimen, ut ſubveniatur domui, quæ ſupra aquam habuit fundamentum, & accipiat continua, & fundamenta lapidea, ut tuo muni- B mine pontificii non ruat domus ædificata.

CAP. XI.

Miſit autem præcepta per univerſas civitates, & occurrerunt omnes epiſcopi, & fecit ſynodum, & ſedit cum Auguſto in eadem baſilica Conſtantiniana, & ſedit cum epiſcopis Auguſtoque, ſimul & cogitationibus æſtuabatur Sixtus epiſcopus, qualiter Polychronium" revelaret. Reſpondit Valentinianus Auguſtus, & dixit: Nolite æſtuare pater, quia meruit Polychronius ſicut *& vidua, quæ miſit æris minuta duo in gazophylacium*, ubi omnes abundanter miſerunt. Illa enim nihil habebat, niſi tantum illa duo minuta. Et reſpondit dominus noſter: *Et quid dixit*; Dixit autem C Sixtus epiſcopus: *Quia omnibus plus miſit.* Hic autem omnem victum ſuum quem habuit, miſit. Reſpondit Leo diaconus: Ergo præſul qui imitatus eſt viduam, non viduetur. Tunc levaverunt ſe omnes epiſcopi, vel qui in eodem loco erant, gaudio litanias faciebant: plus enim gaudio plorabant omnes.

f. relevaret

Luc. 21. Marc. 12.

CAP. XII.

Et direxit epiſtolam hanc ad urbem Ieruſalem. Beatiſſimo Polychronio epiſcopo & coepiſcopus Sixtus epiſcopus urbis Romæ & univerſa ſynodus cleruſque omnis & Auguſtus. Relevationis tuæ officia & munimen ruinæ non obliviſcar pati, quam redii ad uxorem, ſupra D quam tentabas adulterare. Non enim viduetur uxor caſta, nec vir prudens non maculetur pecuniæ, non ſcorti conſilio, quam templum, quod dejecerat Euphemius, per te Polychroni ædificetur: redi ad uxorem ſine macula, & cuſtodi dicta apoſtolica. Ora pro urbe Roma. Actum eſt autem Valentiniano ſeptimo & Abieno. Dum introiſſent hi octo in Ieruſalem, decimo Kalendas Aprilis, & revocaverunt Polychronium epiſcopum in urbem Ieruſalem cum magno honore, & ſedit in eadem annis ſeptem & menſes ſex, & requievit in pace.

ANNO CHRISTI 433.

didit publice præmia eccleſiæ ſupradictæ pauperibus, & clericis, populoque Hieroſolymitano erogavit vel ſparſit. Veniens autem Priſcus diaconus urbis Ieruſalem, accuſabat iterum Polychronium, dicens: quod ei temporale ceſſum fuerat, vendidit populo, cleroque ſparſit. Hoc Sixtus epiſcopus audiens corroboratur, & intimavit Auguſto Valentiniano rem, quam geſtam audiſſet. Reſpondit Leo diacon, & dixit ad Sixtum epiſcopum: Iube occurrere ſynodum per auctoritatis tuæ munimen, ſubveniatur domui; quæ ſuper aquam habuit fundamentum. Et accipiat continuas, & fundamenta lapidea; ut tuo munimine pontificii, non ruinet domus ædificata.

CAP. XI.

Miſit autem præcepta per univerſas civitates, & occurrerunt omnes epiſcopi. Et ſedit cum Auguſto in eadem baſilica Conſtantiniana. Et ſedit cum epiſcopis Auguſtoque ſimul. Et cogitationibus æſtuabatur Sixtus epiſcopus, qualiter Polychronium revelaret. Reſpondit Valentinianus Auguſtus, & dixit: Non æſtuare pater, quia meruit Polychronius *ſicut vidua, quæ miſit æra minuta duo in gazophylacium*, ubi omnes abundanter miſerunt, illæ autem nihil habens, niſi tantum illa duo minuta. Et reſpondit dominus noſter: *Et quid?* Dixit autem Sixtus epiſcopus: *Quia omnibus plus miſit.* Hæc autem omnem victum ſuum, quem habuit, miſit. Reſpondit Leo diaconus: Ergo præſul, qui imitavit viduam, non viduetur. Tunc levaverunt ſe omnes epiſcopi, & qui in eodem loco erant, gaudio litanias faciebant. Plus enim ex gaudio plorabant omnes.

CAP. XII.

Et direxit epiſtolam hanc ad urbem Ieruſalem. Beatiſſimo Polychronio epiſcopo & coepiſcopus Sixtus epiſcopus urbis Romanæ & univerſa ſynodus, cleruſque omnis & Auguſtus. Revelationis tuæ officia & munimen ruinæ non obliviſcar pati. Quoniam redi ad uxorem, ſuper qua tentabas adulterari. Non enim viduetur uxor caſta, nec vir prudens, non maculetur pecuniæ, non ſcorti conſilium, quoniam templum quod dejecerat Euphemius, pro te Polychroni ædificetur. Redi ad uxorem ſive ſine macula, & cuſtodi dicta apoſtolica, & ora pro urbe Romana. Actum autem Valentiniano ſeptimo & Avieno conſulibus, dum introiſſent hi octo in Ieruſalem, decimo Kalendas Aprilis. Et revocaverunt Polychronium epiſcopum in urbem Ieruſalem cum magno honore. Et ſedit eamdem annis ſeptē, & menſes ſex. Et requievit in pace.

Hi conſules referuntur ab omnibus in annum D. 450. qui fuit decimus a Sixti morte.

EDITIO EX DUABUS PRÆCEDENTIBUS CONFLATA.

CAPUT VI.

ERat quidam ſacerdos nomine Polychronius epiſcopus Hieroſolymitanus. Is per imprudentiã ſenectutis dicebat, quod Ieruſalẽ prima ſedes eſſet. Et ore ſuperbo quaſi ſuperiorem affirmabat ſe pontificem eſſe, & ſummum ſacerdotem, & in ſua ſenectute ſemper in hac ſua confidentia corroborabatur, ita ut acciperet remunerationem, & alias cum ordinaret preſbyteros & diacones. Et niſi accepiſſet ſatis dignum munus, non ordinabat epiſcopum: & quia ei prodeſſe videbatur opulentia; Æthiopes, & Ægyptios in ſuæ gremio urbis (quod canon damnavit) diacones ordinabat: & ſicubi ad dedicandam quamlibet parochiarum in ſua regione eccleſiam rogaretur, non dabat auctoritatis ſuæ facultatem, niſi decem librarum auri accepiſſet remunerationem. Nam clericus omnino nullus urbis Hieroſolymitanæ aſcendebat gradum ſuperiorem, niſi dediſſet remunerationem.

Hoc audito, Sixtus epiſcopus urbis Romæ convocavit univerſam ſynodum epiſcoporum

ANNO CHRISTI 433.

& presbyterorum Romanorum, cleroque in omni urbe Roma adstante, intimabat eis Polychronium Hierosolymitanum, quod canones calcavit, ut Christus testatur: *Gratis accepistis, gratis date*. Et intimavit etiam eis universum velamen cordis ejus, quod alios scilicet cives (quod non licet) sociabat ecclesiæ Hierosolymitanæ. Et quod universas ecclesias cum præmio & muneribus consecrabat.

CAP. VII.

Sedentibus itaque octoginta & uno episcopis, & quadragintaocto presbyteris, & sex diaconibus, jussit introire Euphemium episcopum, qui hæc supradicta de Polychronio pontifice suo voce clara accusare testabatur. Ordinavit autem universa synodus, & elegit de suo ordine tres episcopos, Castum, Felicem, & Abundium, & tres presbyteros urbis Romæ, Archidamum, Petrum, & Demetrium, & duos diacones cives Romanos, Lollianum, & Leonem, & misit eos Hierosolymam, ut secundum dicta Euphemii, quidquid minus integrum invenissent, ore ejus docente, testibus 40. qui vera testificarentur secundum dicta Euphemii episcopi adversus Polychronium episcopum, emendarent iidem episcopi, Castus, Felix, Abundius, & presbyteri, Archidamus, Petrus, & Demetrius, & diacones, Lollianus, & Leo, secundum præceptum Sixti episcopi urbis Romæ, vel octoginta & unius episcoporum synodum, & quadragintaocto presbyterorum Romanorum civium: quinetiam in secundum chirographum Valentiniani & Theodosii Augustorum, si quid edocuisset Euphemius episcopus de episcopo & pontifice suo Polychronio, ambos simul, Polychronium & Euphemium, extra civitatem damnarent. Venientes autem in urbem Ierusalem, introierunt feria sexta hi octo cum Euphemio episcopo; & jam sabbato suspenderunt eos ab invicem a communione. Feria autem prima celebratæ fuit missæ a Casto episcopo; & coepiscopis suis, & a synodo. Feria autem secunda convenerunt universi episcopi de illis regionibus, & venerunt in eamdem civitatem, * quasi fuisset synodus, numero septuagintasex episcopi isti; Epiphanius, Quiriacus, &c.

* quasi ad synodum.

Et sederunt cum supradictis, qui directi fuerant ab urbe Roma, & docuit omnia Euphemius in conspectu synodi. Respondit Castus episcopus ex directione Sixti episcopi, & dixit: Vincat nos justitia: Introducantur testes numero competenti quadraginta; ut secundum canonem catholicum urbis Romæ, damnetur extra civitatem.

CAP. VIII.

Prima autem die synodi tanta probatio fuit Euphemii. Qui dum non probasset omnia, quæ testificabatur prima pollicitatione damnatus est, & accepit anathema dum non docuisset omnia. Et subscripserunt omnes episcopi in ejus damnationem. Leo diaconus urbis Romæ, dixit: Ex te enim damnaberis, quoniam pontificem, qui te consecravit coepiscopum, condemnabas & accusabas. Cecidit autem in terram ante omne concilium episcoporum, & ibi confitebatur se peccasse. Respondit Abundius episcopus missus ab urbe Roma, & dixit: Non licet quemquam accusare pontificem suum; quoniam judex non judicabitur. Alia autem die convenerunt in basilicam sanctam resurrectionis domini nostri Iesu Christi, & ibi sederunt judicantes eum. Ibi autem cum anathemate damnaverunt Euphemium usque ad ultimum temporis sui. Et subscripserunt omnes in ejus damnationem episcopi numero septuagintasex, & duo diaconi cardinales Romani, & tres presbyteri, & tres episcopi, qui directi fuerant, concluserunt, subscribentes in ejus damnationem, & dum damnassent eum, exire civitatem judicabant.

CAP. IX.

Et Polychronium episcopum Hierosolymitanum, quia ordinasset diaconum Æthiopem nomine Victorem, & quia ob decem libras auri ecclesias consecrabat, damnaverunt exire civitatem, & dederunt ei vel constituerunt prædia tria ecclesiæ, ita tamen, ut locus eius intactus servaretur in gremio urbis Ierusalem. Et dum cessissent ei usufructuario prædia, subscripserunt omnes episcopi septuagintasex, & episcopi tres, & presbyteri tres, & diacones duo, & dimiserunt ibidem episcopum quasi vicarium in loco eius nomine Theodolum de Bethlehem urbe. Et suspenderunt sedem eius, ita ut extra civitatem habitaret in prædiis supradictis. Et venerunt ad urbem Romam festinantes supradicti octo. Et jussit Sixtus episcopus convenire episcopos supradictos simul cum Augusto Valentiniano, & alligaverunt vulnera ejus. Gaudebat autem Augustus in damnatione Euphemii episcopi, qui extitit accusator pontificis sui Polychronii. Et subscripserunt in damnationem horum duorum, omnis synodus, & Augustus Valentinianus, & Sixtus episcopus urbis Romæ manu propria conclusit.

CAP. X.

Post menses etenim novem, obsessa est civitas Ierusalem, ac laborabat fame, nec tantum fame, quantum inopia paupertatis. Polychronius autem, qui exepiscopus, vendidit publice prædia ecclesiæ supradicta pauperibus & clericis, populoque Hierosolymitano erogavit vel sparsit. Veniens autem Priscus diaconus urbis Ierusalem, accusabat iterum Polychronium, dicens: Quod in temporale concessum fuerat, vendidit populo, cleroque sparsit. Hoc Sixtus episcopus audiens, gaudio corroboratur, & intimavit Augusto Valentiniano rem, quam gestam audierat. Respondit Leo diaconus, & dixit ad Sixtum episcopum: Iube occurrere synodum per auctoritatis tuæ munimen, ut subveniatur domui, quæ supra aquam habuit fundamentum, & accipiat contignationes & fundamenta lapidea, ut tui munimine pontificii non ruat domus ædificata.

CAP. XI.

Misit autem præcepta per universas civitates, & occurrerunt omnes episcopi. Et fecit synodū, & sedit cum Augusto in eadem basilica Constantiniana. Et sedens cum episcopis, simulque & Augusto, cogitationibusque æstuabat Sixtus episcopus, qualiter Polychronium relevaret. Respondit Valentinianus Augustus, & dixit: Noli æstuare, pater, quia meruit Polychronius *sicut & vidua, quæ misit æris minuta duo in gazophylacium*, ubi omnes abundanter miserunt. Illa enim nihil habebat, nisi tantū illa duo minuta. Et respondit dominus noster: *Et quid?* Dixit autem Sixtus episcopus: *Quia omnibus plus misit*. Hæc autem

Luc. 21. Marci. 12.

ANNO CHRISTI 433.

autem omnem victum suum quem habuit, misit. Respondit Leo diaconus: Ergo præsul qui imitatus est viduam, non viduetur. Tunc levaverunt se omnes episcopi, & qui in eodem loco erant, præ gaudio litanias faciebant: plus enim ex gaudio plorabant omnes.

CAPVT XII.

Et direxit epistolam hanc ad urbem Ierusalem. Beatissimo Polychronio episcopo & coepiscopis Sixtus episcopus urbis Romæ & universa synodus clerusque omnis & Augustus. Revelationis tuæ officia & munimen ruinæ nō patiar oblivisci. Iam redi ad uxoré, quam tentabas adulterare. Non viduetur enim uxor casta, nec vir prudens maculetur pecunia, aut scorti contagio: quin templum, quod dejecerat Euphemius, per te, Polychroni, ædificetur: Redi ad uxorem sine macula, & custodi dicta apostolica. Ora pro urbe Roma. Actum est autem Valentiniano septimo & Avieno consulibus. Dum introissent hi octo in Ierusalem, decimo Kalendas Aprilis, revocaverunt Polychronium episcopum in urbem Ierusalem cum magno honore, & sedit in eadem annos septem & menses sex, & requievit in pace.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Acta*] Hæc acta synodalis expurgationis Polychronii Hierosolymitani episcopi Romæ coram Sixto pontifice habita, legitima & alicujus auctoritatis esse videntur, tum quod Nicolaus Romanus pontifex in epistola ad Michaelem imperatorem ea velut legitima citarit, tum quod scriptores nostri temporis eadem post Petrum Damiani in epistola ad Henricum Ravennatem allegantes, de horum fide & auctoritate nihil hactenus dubitaverint. Contra vero eadem spuria & illegitima esse, quivis prudens asseruerit, si ad notam consularem, nomen accusati, aliasve res apud acta descriptas, diligenter attendat. Si quod habent acta, hæc accusatio, & expurgatio contigit Valentiniano septimum & Avieno consulibus, certe non ad tempora Sixti, sed ad annum undecimum Leonis papæ referenda forent. Temporibus Sixti vel Leonis pontificum, ab anno domini 429 usque ad annum Christi 457. non modo non aliquis Polychronius Hierosolymitanæ sedis episcopum egit, (nam post Praylium Iuvenalis prædictis temporibus Hierosolymitanæ sedis episcopatum tenuit, & duobus œcumenicis conciliis Ephesino & Calchedonensi interfuit) sed neque apud Nicephorum episcopum Constantinopolitanum, qui texuit catalogum episcoporum Hierosolymitanorum, neque apud Callistum, vel Euagrium, qui horum res in orientali ecclesia gestas prosecuti sunt, usquam vel levis, saltem Polychronii nominis mentio habetur. Tertioque hic leguntur de civitate Hierosolymorum hoc tempore obsessa, nullo modo subsistere possunt. Hæc sunt quæ actis antiquissimis pondus & auctoritatem imminuunt. Qua ratione hæ difficultates expediri queant, non video. Si quis eadem ad veritatis lumen aliquo modo revocare possit, pergratum fecerit, si consilium & auxilium mihi communicaverit. Vide Baronium anno 433. numero 38 & 39.

ANNO CHRISTI 435.

a CONCILIVM ARMENIÆ, QVO LIBRI NESTORIANORVM CONDEMNATI.

a *Concilium.*] Cum Theodosius imperator libros Nestorii, publica sanctione edita condemnasset, ideo quod ex scriptis Nestorii in orientali ecclesia controversiæ & tumultus agitarentur, Nestoriani ad fontem, unde suum venenum hauserant, revertentes, libros Theodori Mopsuesteni & Diodori Tarsensis legendos exposuerunt, atque in Syrorum, Armenorum, & Persarum linguam translatos velut catholicos duas naturas in Christo contra Eunomium & Apollinarem confitentes, divulgarunt. Qua re cognita episcopi Armeniæ in synodum convenerunt, inventosque libros impietate plenos condemnarunt. Quos, ne soli condemnasse viderentur, per legationem missam ad Proclum Constantinopolitnum episcopum sententiæ suę confirmationem petiverunt. Proclus re examinata cum Armenis non tantum ipse consensit; verum etiam per Ioannem Antiochenum aliosque episcopos, qui cum ipso congregati erant, eamdem fidem & sententiam subscribi curavit. Hęc est Liberati Breviario cap. 10. & ex epistola Procli ad Armenos reddita. Baron. anno 435. num. 1. & sequentibus.

ANNO CHRISTI 439.

a CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM IN CAVSA PRIMATVS ALEXANDRINI,

sub præsidio Procli Constantinopolitani episcopi.

Causa concilii.

a *Concilium Constantinopolitanum.*] Cum Dioscorus Alexandrinæ ecclesię diaconus, Constantinopoli degens, ejusdem Alexandrinæ ecclesiæ apocrisarium ageret, veterem controversiam de jure diœcesios & primatus exsuscitans, ad Alexandrinum episcopum pertinere instabat, omnibus orientis ecclesiis præsidere, utpote quod in ecclesia catholica, post Romanum pontificem, Alexandrinus primatum obtineret. Cui cum episcopus Antiochenus potissimum contradiceret, ideo quod distinctio & divisio diœcesium auctoritate apostolica semel ordinata, Nicæni aliorumque conciliorum canonibus confirmata esset, congregata hanc ob causam synodo, post diligentem causæ discussionem, patres unanimi consensu definierunt, ut quæ in Nicęno aliisque conciliis hac de re olim constituta fuissent, rata ac firma manerent. Pro juribus Antiochenæ ecclesiæ Theodoretus Cyri episcopus acerrimus defensor insurrexit. Vnde factum, quod (sicut ipse testatur) Dioscorus ex hoc tempore eum gravi & diuturno odio prosecutus fuerit. Hæc ex epistola 86. Theodoreti. Baronius anno 439. num. 42. & 43. Acta concilii.

ANNO CHRISTI 439.

a CONCILIVM b REGENSE,

Cum Ebreduni[1] a duobus contra canones ordinatus esset episcopus, sub die III. Kalendas Decembris celebratum,[2] Theodosio Augusto XVII. & Festo viris clarissimis consulibus, * anno Christi CCCCXXXIX. Valentiniani III. Augusti decimoquinto, Sixti III. papæ octavo.

*In editione Binii legitur, cÆra 471.

TITVLI CANONVM.

I. *Vt duo, qui soli ordinationem præsumpserant, ab omnibus deinceps ordinationibus & conciliis abstineant.*

II. *Vt Ebreduni, remoto eo qui perperam fuerat assumptus, alia fiat legitima ordinatio.*

III. *Armentario[3], qui perperam fuerat ordinatus, pœna remissa, chorepiscopi nomen certis legibus indultum.*

ANNO CHRISTI 439.

IV. *De clericis, qui ab Armentario timere provecti dicebantur.*
V. *Quod presbyteris liceat privatim benedictionem desiderantibus impertiri.*
VI. *Vt defuncto episcopo, ecclesia illius curam vicinus gerat episcopus.*
VII. *Ne quis ad ordinationem veniat, nisi metropolitani literis invitatus.*
VIII. *Vt singulis annis bini fiant conventus.*

PRÆFATIO.

CVm in voluntate domini apud Regensem ecclesiam convenissemus, & transgressionis apud Ebredunensem ecclesiam habitæ remedium quæreretur, qua sacris ecclesię canonibus, ac reverendis patrum constitutionibus omni parte neglectis, absque trium episcoporum præsentia, absque comprovincialium literis, sine metropolitani auctoritate, irritam ordinationis speciem a duobus temere convenientibus præsumptam esse clarebat; non minus doloris de præsumentium lapsu, quam de ecclesiæ ipsius convulsione, in pectoribus omnium diutina collatione versatum est.

CANONES.

I.

Primum itaque, quia non ulciscendi, sed remediandi studium, nutu domini, universorum pectora prorsus sacerdotali consilio insederat, canonum in sermonibus singulis proprietate perspecta, patuit quod sicut reprobe præsumpta essent in irritum devocanda, ita eos qui reproba præsumpsissent, quamvis confundere censura cogeret, caritati liceret absolvere: præsertim cum hi qui tam perversa incidissent, a primo lapsus ipsius die adhibitis passim precibus, culpam pœnitentes aut ignorantiæ, aut circumscriptioni imputassent: quia etsi inveniabile crederetur sacerdotem sacerdotalia statuta nescisse; levius tamen erat, quam si ore impudenti fateretur se nota calcasse. Itaque eos qui tam incondita, ac tam instabilia usurpaverunt placuit misericordiæ & caritatis occursu, ita in communionem dilectionemque recipi, ut scirent secundum recentem & salubertimam Taurinatis synodi definitionem, ad perpetuam vitæ istius suffusionem, nullis se de cetero ordinationibus, nullis ordinariis inter futuros esse conciliis: qui tantæ corruptionis tam detestanda exempla præbuerant. (Conc. Taurinense Can 3.)

II.

Ebredunensi ecclesiæ ante omnia mature visum est consulendum, quia quatuor de biennio mensibus sacerdote legitimo destituta hoc gravius ægrotaverat, quod clerus innocens, ac disciplinæ, ut probatum est, memor, quorumdam laicorum insolentia ac varia perturbatione vexatus, etiam in sacerdotibus ac ministris minas ac jurgia, & vim acerbissimam periculose perniciosa nuper cæde pertulerat, nec poterat differri bonorum ac disciplinæ memorum expectatio, ne viderentur contumacium & inquietorum vota palpari. quorum conspirationes iniquæ, machinationesque, & in præteritum, quantum deprehendi possint, animadversione ecclesiastica puniendæ, & in futurum anticipandæ erant. Itaque ordinationem, quam canones irritam definiunt, nos quoque evacuandam esse censuimus, in qua prętermissa trium præsentia, nec expetitis comprovincialium literis, metropolitani quoque voluntate neglecta, prorsus nihil, quod episcopum faceret, ostensum est. Itaque placuit in voluntate domini, remoto eo qui perperam assumptus erat episcopus, fieri omnino fratrum constitutionem ecclesiastica traditione servata.

III.

Verum quia hæc sancta synodus non disciplinæ tantum curam, sed & misericordię gessit: cumque occurreret, quod se Armentarius diebus proximis eidem ecclesiæ multa assentatorum insolentia retulisset; occurrebat tamen, quod ante admonitionem discessisset; quod a nonnullis sacerdotum in hoc ipsum confirmatus, se etiam private domui reddidisset; quod epistolas ad clerum ipsum emiserat, quibus episcopatum, quem se non indeptum agnoscebat, appetere nuntiaverat, eradi nomen suum petens, & hoc ipsum quod instabiliter in se præsumptum erat, jam tunc inordinatum & irritum futurum protestatum esse confirmans: in illam potius partem declinata sententia est, ut juveni educato in timore domini plus suffragaretur, quod in actu vitiosissimo interdum sana sensisset, quam quod juvenilibus titillationibus in aliqua parte cessisset. Itaque prætermissis his, quæ in regressu ipsius eum, absque ullius excusationis effugio, societate culpæ respersetant, velut innocentem eumdem præterire sacerdotes domini, qui huic concilio aderant, damnatione vacuum maluerunt. Quod ergo in quibusdam schismaticis magis, quam hęreticis, recipiendis Nicænum concilium statuit a singulis per territoria sua, hoc etiam pręsens conventus in hoc statuit ab omnibus debere servari. Id est, ut cuicumque de fratribus tale aliquid caritatis consilia dictaverint, liceat ei unam parochiarum suarum ecclesiam cedere " in qua aut chorepiscopi nomine, ut idem canon loquitur, aut peregrina, ut aiunt, communione (Conc Nicænum Can.8.) ("in Mss. Remensi: De indulto eidem pere-)

ANNO CHRISTI 439.

ANNO CHRISTI 439.

foveatur. Primum itaque statuitur, ut A hoc in qualibet provincia, præterquam in Alpina maritima, liceat. Quam si in aliqua parte accesserit, ut malorum incitator, & quietis impatiens, damnationi, quam in se provocaverat subjacebit. Sed & si quis eidem quidquam ex his quæ statuta sunt trangredienti communicaverit, a communione omnium fiat alienus. Deinde ut quolibet in loco præterquam in publico egerit, tum ne quis ei locus decernatur, quem curiæ & B civitatis species, aut ordo nobilitat. Additur, ne unquam in civitatibus, vel sub episcoporum absentia, offerre præsumat, nec ordinare vel ultimum clericum, nec in ea quidem ecclesia, quæ illi cujuscumque misericordia fuerit attributa. nec ulli episcoporum, vel succedente ætate assumpto, in rudimentis suis huic in aliquo, quasi pro ætatis reverentia, cedere liceat. nec usquam ipsi quidquam de episcopalibus officiis usurpare, præterquam in ecclesia, quam cujusquam misericordia fuerit indeptus: in C qua ei solum neophytos cōfirmare, & ante presbyteros offerre conceditur. Quod si unquam aliquid, caritate alterius provocatus, de habitationis commutatione variaverit, non aliter in alia ecclesia requiem accipiat, quam priori renuntiaverit. nec omnino unquam duarum ecclesiarum gubernationem obtineat: cui etiam in ea, quæ ipsi conceditur, ministros a civitatis episcopo necesse est ordinari.

IV.

Sane quia ministrorum mentio facta D est, & nonnulli ab ipso inventi excommunicati, temere in clero provecti dicuntur: statutum est, eos qui ita assumpti sunt deponendos: quibus autem nulla conversationis macula præjudicaverit, prout Ebredunensi sacerdoti constituendum visum esset, aut in ecclesiæ suæ ministerio tenendos, aut ad ipsum quocumque habitasset transferendos. Plebi quam acceperit ex constitutionis hujus permissu benedicere, & ut supra defini- E tum est, in una eademque ecclesia neophytos confirmare in castellis ac vicis totum illi ante presbyteros sicubi venerit liceat, quod in civitatibus omnino præscribitur.

V.

Et inter minutas has discussiones & indefinitas visum est, omni presbytero per familias, per agros, per privatas domos, pro desiderio fidelium, facultatem benedictionis aperire, quod nonnullas jam provincias habere succurrit. Huic autem etiam in ecclesiarum plebibus, per loca tamen magis, quam per urbes, hoc idem visum est esse tribuendum. In ecclesia quoque, in qua ordinatus fuerit, consecrandi virginem, sicut confirmandi neophytum, jus habebit. Et per omnia, ut sit multæ indulgentiæ testimonium, semper se inferiorem episcopo, superiorem presbytero agat. Mandatis votisque omnium sanctorum prosequentibus vivat in timore domini, quietem colat, Deo serviat, synodi circa se benevolentiæ gratias agat, semperque indignum se indultis, & negatis imparem esse fateatur.

VI.

In commune autem, omnes qui convenerant sacerdotes, sibimetipsis contra hujusmodi scandala præcavendum censuerunt. Itaque propter ejusmodi temeritatem, tali definitione consultum, ut de cetero observaretur, ne quis ad eam ecclesiam, quæ episcopum perdidisset, nisi vicinæ ecclesiæ episcopus, exequiarum tempore accederet; qui [visitatoris vice] tamen statim ecclesiæ ipsius curam districtissime gereret, ne quid ante ordinationem discordantium in novitatibus clericorum subversioni liceret. Itaque cum tale aliquid accidit, vicinis vicinarum ecclesiarum inspectio, recensio, descriptioque mandatur.

Can. 2. Valentini in Hispania

VII.

Hæc autem omnia exequiarum tempore, usque ad septimam defuncti diem aget. Exin se ecclesiæ referens, mandatum metropolitani simul cum omnibus sanctis episcopis opperietur. Nec quisquam ad ecclesiam, quæ summum amiserat sacerdotem, nisi metropolitani literis invitatus, accedat; ne a plebe decipiatur, & vim pati voluisse videatur.

VIII.

Quæ voluntate communi in voluntate domini constituta, omnes communi consensu conservanda, neque, quod absit, fine offensa omnium ac Dei a quoquam transgredienda definiunt: adjicientes, ut secundum antiquam constitutionem, si quies temporum erit, "bis in anno conventus agant. Certe inter quaslibet anxietates, neglectis propriis ac domesticis necessitatibus, quoquo modo simul gratias agentes Deo, quo donante quidquid spiritu considerant consurgentes, solum ecclesiæ remedium, remota ultionis prurigine, atque omni animositate, quæsissent.

" canon V. Nicenus.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Hilarius episcopus, juxta id quod universis sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, "placuit," definita patrum secutus,

" statuta

ANNO CHRISTI 439.

cutus, his definitionibus sub die III. Kalendas Decembris, Theodosio Augusto XVII. & Festo viris clarissimis consulibus subscripsi. A

Ego Severianus episcopus huic definitioni interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Audentius episcopus his statutis interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

* Julianus — Ego " Iulius episcopus his statutis interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Arcadius episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Auspicius episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto. B

Ego Severus episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Claudius episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Valerianus episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Nectarius episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto. C

Ego Theodorus episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Maximus episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

* Constantiani — Ego Vincentius presbyter episcopi " Constantini, ab eodem ordinatus, interfui & subscripsi vice ipsius.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI S.I.

1 *Regense* in veteribus libris dicitur, non Regiense. in quibusdam, *synodus habita in civitate Regensi.* Sic & Faustus, qui episcopus Regiensis dici vulgo solet, ab antiquis scriptoribus Regensis nuncupatur, & territorium Regense a Gregorio Turonensi lib. 4. cap. 37. Nec dubium, quin ubi in concilio Valentino Hispaniæ synodus Regiensis nominatur, Regensis appellari debeat. Vera enim & prisca scripturæ ratio fuit Rejensis: nam & urbem ipsam, ut Sidonius docet, Rejos vocabant. Postea Regensis scribi cœpit, quia utriusque vocis apud Gallos idem est sonus, sicut in *majestas* & *magestas.*

2 *Theodosio* XVII. *& Festo.*] Quidam *Fausto*, sed mendose. Faustus enim præcedentis anni consul fuerat cum Theodosio XVI. In codice Lugdunensi, quem unum præcipue in his subscriptionibus secuti sumus, sub finem *Constantiani* legitur pro *Constantini.*

NOTÆ SEVERINI BINII. E

Acta synodi. — a *Concilium.*] Causam habiti concilii ipsa acta manifeste aperiunt. Ebredunensis episcopi ordinatio a duobus tantum episcopis contra canones facta irritatur: ordinantes injuncta pœna mulctantur: episcopi ab hæresi aut schismate ad ecclesiam redeuntes, quo loco habendi sint, definitur. De defunctorum episcoporum cura & exequiis statutum est, ut proximior episcopus harum rerum curam assumat: post habitum consensum metropolitani, defunctum septimo die sepeliat: ad ordinationem ulterius nemo, nisi a metropolitano vocatus, accedat.

Locus habiti concilii. — b *Regense.*] Hactenus ab omnibus fere creditum fuit, hoc concilium habitum Regii in Æmilia, vel ut nunc loquimur in Lombardia: cum tamen res gesta alterum Regium, in Narbonensi provincia situm, satis indicare debuerit; siquidem in eo agatur de consulendo ecclesiæ Ebredunensi, quam in Gallia transalpina sitam esse manifestum est. De constituendo episcopo Galliæ transalpinæ in concilio cisalpino actum fuisse, non est credibile. Fuisse in transalpina Gallia ejus nominis civitatem, indices Vaticani demonstrant; qui sic habent: *Archiepiscopatus Rheginensis in Calabria: episcopatus Regiensis in Æmilia sub Ravennate metropolitano.* Antoninus in itinerario inter civitates provinciæ Narbonensis secundæ ponit civitatem Retensium, forte Regensium. In Celtico indiculo, qui commentariis Cæsaris additus est, Regenæ & Regenensis episcopatus mentio habetur; sicut etiam Ebreduni, & episcopatus Ebredunensis. Accedit quod iidem ferme episcopi omnes nominati reperiuntur & subscripti in concilio Arausicano, in Gallia Narbonensi, post annum sequentem sub consulatu Cyri celebrato, qui huic etiam Regiensi concilio interfuerunt & subscripserunt. Utramque igitur synodum in una eademque Narbonensi provincia habitam fuisse non facile prudens aliquis negaverit. Denique subscriptiones episcoporum Epaunensis concilii demonstrant, Ebredunum ejusque ecclesiæ episcopum, de cujus ordinatione perperam facta in hoc concilio disputatum fuit, Viennensi metropoli, & consequenter Narbonensi provinciæ in Gallia, subditum fuisse. His adde quod Sidonius Apollinaris lib. 6. epistola ultima ad Patientem episcopum Lugdunensem recensens populos Narbonensis provinciæ, scribit: *Quantas tibi gratias Arelatenses, Regenses, * Aveniocus, Arausionensis quoque & Albensis, Valentinaque & Tricassina urbis professor exolvant?* Ex quibus omnibus satis evidens est & manifestum, quod hoc concilium non quidem Regii Lepidi, sed potius Regii Galliarum in provincia Narbonensi celebratum fuerit; quamquam ex viris doctissimis non pauci contrarium teneant. Baronius anno 439. num. 44. In Nicoliana editione hæc eadem fere omnia huic concilio præfixa fuerunt. — * Avennicus

Chronologia corrupta. — c *Æra* 472.] Hæc chronologia secundum æram Hispanicam erronea, est & sequenti chronologiæ Christi & consulum contraria. Nam si trigintaocto annos, quibus Æræ supputatio chronologiam Christi superat, ab ea subtrahas, remanent quadringenti triginta quatuor: adeoque non subsisteret, quod in principio & fine actorum synodalium refertur, hanc synodum decimosexto Kalendas Decembris Theodosio XVII. & Festo consulibus, anno nimirum Christi 439. celebratam esse.

Canon 3. Occasio hujus constitutionis quæ. — d *Quod ergo in quibusdam schismaticis,* &c] Occasio hujus constitutionis ista fuit: Episcoporum eorum qui Pelagium sectati fuerant quidam pœnitentiam simulabant, ut sedem sibi merito ademptam reciperent. Ut ergo patres concilii certo aliquo & evidente experimento discerent, qui vere, quive ex iis ficte pœniterent, constitutionem decreverunt, ne qui ex schismaticis aut hæreticis ad ecclesiam redirent, sedibus ac dignitatibus suis, quibus privati erant, restituerentur. Exemplo Sixti pontificis ad hæc constituenda commotos fuisse patres, est admodum probabile. De quo S. Prosper in chronico hæc ait. D *Hac tempestate Iulianus Atellanensis jactantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis spem præferens, molitus in communionem ecclesiæ irrepere: sed iis insidiis Sixtus papa diaconi Leonis hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit: & ita omnes catholicos defectione fallacis bestiæ gaudere fecit, quasi tunc primum superbissimam hæresim gladius apostolicus " denuntiasset.* Vide Baronium anno 439. num. 45. — " detruncasset

ANNO CHRISTI 440.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA LEONIS PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

a LEO natione Tuscus, ex patre Quintiano, b sedit annos vingintiunum, mensem unum, dies tredecim. Hujus temporibus fecit Demetria ancilla Dei basilicam S. Stephano via Latina, milliario tertio, in prædio suo. c Hic invenit duas hæreses, Eutychianam & Nestorianam. Hic ordinavit præcepta sua auctoritate, & misit ad Martianum Augustum catholicum principem fidelem. Et facta collatione cum eodem principe, collecti sunt episcopi. Et factum est concilium sanctum episcoporum in ' Calchedonia, in martyrio sanctæ Euphemiæ. Et congregati sunt 256. sacerdotes, & — ' Calcidona orientis in basilica S. E[...]

& alii 406. episcopi, quorum chirographus A eucurrit, qui congregati sunt una cum tomo, hoc est, fide apostolicæ ecclesiæ Romanæ. Sed & in præsentia catholici principis Martiani Augusti congregatum est concilium, * numero mille 200. episcoporum una cum Augusto Martiano, qui exposuerunt fidem catholicam, duas asserentes naturas in uno Christo Deo & homine. In quo loco piissimus Augustus Martianus una cum uxore sua Pulcheria, deposita regia majestate, fidem suam exposuerunt ante conspectum sanctorum episcoporum, ubi & damnaverunt Eutychen, & Nestorium, & Dioscorum. Et iterum imperator Martianus B Augustus cum conjuge sua Pulcheria Augusta, chirographo proprio fidem suam exponentes, postulaverunt sanctum concilium, ut dirigeret ad sanctissimum papam Leonem, rogante ut fidem catholicam exponeret. Beatus vero Leo direxit fidei catholicæ tomum, ' & exposuit damnans omnes hæreses. Idem beatissimus Leo archiepiscopus multas epistolas fidei misit, quæ hodie archivo ecclesiæ Romanæ reconditæ tenentur. ' Hic firmavit frequenter suis epistolis synodum Calchedonensem. Ad Martianum Augustum misit epistolas 12. Ad Leonem Augustum epistolas 13. Ad Flavianum episcopum C epistolas 9. Ad episcopos per orientem epistolas 18. per quas fidem synodi confirmavit. Hic renovavit post cladem Vandalicam omnia ministeria sacrata argentea per omnes titulos, de conflatis hydriis sex, duas basilicæ Constantinianæ, duas basilicæ beati Petri apostoli, duas beati Pauli apostoli, quas Constantinus Augustus obtulit, quæ pensaverunt singulæ libras centum. Hic renovavit basilicam beati Petri apostoli, & fecit ibi cameram, quam & ornavit. Et beati Pauli basilicam post ignem divinum renovavit. Fecit & cameram in eadem, similiter & in basilica Constantiniana. Fecit quoque basilicam sancto Cornelio episcopo & martyri, juxta cœmeterium Callisti via Appia. D [d] Hic propter nomen Romanum suscipiens legationem, ambulavit ad regem Hunnorum, liberavit totam Italiam a periculo hostium. Hic constituit monasterium apud Petrum apostolum. Hic constituit ut intra actionem sacrificii diceretur, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam, &c. [e] Hic quoque constituit, ut monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem, nisi probata fuerit in virginitate *69. annis. Hic etiam constituit, & addidit super sepulcra apostolorum & clero Romano custodes, qui dicuntur cubicularii. Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem in urbe Roma, presbyteros 81. diaco- E nes 31. episcopos per diversa loca numero 185. Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum apostolum, III. Idus Aprilis. Et cessavit episcopatus dies septem.

Notæ Severini Binii.

[a] *Leo.*] Anno domini 440. qui est Theodosii imperatoris 33. & Valentiniani 16. post interregnum, teste Prospero, quadraginta & amplius dierum, septimo Idus Maias, Leo natione Etruscus, Sixti pontificis diaconus absens in locum defuncti subrogatus fuit. Sedes illius in tempora plane miserrima incidit. Nam in oriente Nestoriani, in occidente Manichæi, & Pelagii reliquiæ, ecclesiam graviter perturbabant. Cum Manichæi intra urbem latentes, ut supra in notis ad vitam Siricii pontificis prolixius ostendi, nullo judicio a catholicis & orthodoxis discerni possent, ideo quod solem, velut nu- A men aliquod, ad orientem conversi superstitiose adorarent, ad discernendum catholicos ab hæreticis constituit, ne fideles versus orientem conversi orarent, quantumvis pie & religiose id facerent. *Leo sermone decimoquinto, de jejunio.* Pelagianam hæresim opera sancti Prosperi plane extinxit. *Photius in bibliotheca.* Hujus temporibus Cyrillus Alexandrinus ex hac vita migravit, postquam sedem Alexandrinam triginta duobus annis administrasset. Dioscorus magna hypocrisi improbitatem tegens in locum ejusdem successit. Terræmotus ille horribilis, de quo infra in notis concilii Calchedonensis, & Felicis III. epistolæ agemus, hujus pontificatu contigit. Quo miraculo Attilam urbem Romam devastare conantem represserit, quidve pro fide & religione catholica summa cum Dei gloria & ecclesiæ augmento gesserit, infra ex notis conciliorum sequentium patebit.

Qua nota Manichæi a catholicis discreti fuerint. Cyrillo defuncto Dioscorus subrogatur.

B Mirum est, quod stigmaticus hæresiarcha Calvinus gloriæ avidum & ambitiosum ausit appellare hunc pontificem, qui ob excellentem virtutem, doctrinam, & in cura pastorali vigilantissimum studium, ab omni antiquitate jure meritoque magnus cognominari meruit. Refert sanctus Gregorius lib. 3. epist. 30. quod hisce temporibus, dum quidam Græci de accepto brandeo dubitarent, Leo pontifex allatis forcifibus illud inciderit, & ex ipsa incisione sanguis effluxerit. Quid sit brandeum, verbis paulo antecedentibus hisce explicat. *Cognoscat autem tranquillissima domina, quia Romanis consuetudo non est, quando sanctorum reliquias dant, ut quidquam tangere præsumant de corpore, sed tantummodo in pyxide brandeum mittitur, atque ad sacratissima sanctorum corpora ponitur: quod elevatum in ecclesia, quæ est dedicanda, cum veneratione reconditur: & tantæ per hoc ibidem vir-* C *tutes fiunt, ac si illuc specialiter eorum corpora deferantur.* Ejusdem moris antiquissimi, ponendi vela vel sudaria supra apostoli Petri sepulcrum, ut benedictione locupletata reciperentur, meminit Gregorius Turonensis lib. 1. miracul. capite 28. Refert de Leone Sophronius in prato spirit. capite 149. quod quadraginta dies perseveraverit ad sepulcrum apostoli Petri, vigiliis & orationibus insistens, petensque ab apostolo, ut pro se apud Deum intercederet, ut dimitterentur sibi peccata sua, quodque impletis diebus *quadraginta apparuerit apostolus Petrus, dicens ei: *Oravi pro te, & dimissa sunt tibi,* quoad pœnam, *omnia peccata tua, præterquam impositionis manuum,* indignis quibusdam ad ordines sacros promotis: *hoc solum abs te requiretur, sive bene, sive fortasse male egeris.* Fabulosum est, quod occasione mulieris manum osculantis, oblectationem humanam passus, dexteram sibi ipsi præsciderit. Occasionem fabulæ dedisse videtur id quod scribitur de Ioanne Damasceno, qui cum ab iconoclasta Leone dextera mutilatus esset, sanatus est a B. Virgine Dei genitrice. Plura rerum gestarum sub D Leone infra attingemus in notis conciliorum.

Calvinus redarguitur. Miraculosa brandei incisio. Brandeum quid. Brandeum quid. Sophronius quid de Leone. Fabula de Leone pontifice refellitur.

[b] *Sedit annos viginti unum, mensem unum, dies 13.*] Annis 21. minus 13. diebus, a consulatu Valentiniani ad Severinum & Dagalaiphum. His enim consulibus mortuus est tertio Idus Aprilis anno 461. qui est Leonis imperatoris 5.

Quamdiu sederit.

[c] *Hic invenit duas hæreses.*] De his omnibus fusius infra suis locis in notis conciliorum.

[d] *Hic propter nomen Romanum, ambulavit ad regem Hunnorum.* De hoc grandi miraculo in Attilæ repressione, hæc Romanæ ecclesiæ vetera monumenta. *Cum Romam ardenti furore Attila raperetur, jamque copias, ubi Mincius in Padum influit, trajicere pararet, occurrit pontifex Leo malorum impendentium misericordia motus: cujus divina eloquentia persuasum est Attila, ut regrederetur. Qui interrogatus a suis, cur præter consuetudinem inflexus esset, atque tam humiliter Romani pontificis imperata fa-* E *ceret; respondit & confessus quod verum esset, nimirum se vidisse Leone loquente adstantem alium quemdam habitu sacerdotali decorum quid divinum præ se ferentem, minitantemque mortem, nisi Leonis papæ jussa capesseret.* Hujus facti meminit Cassiodorus in chron. & lib. 1. variar. epist. 4. Vide Baron. ann. 452. num. 58.

Attilam miraculose repressit Leo pontifex.

[e] *Hic quoque constituit ut monacha.*] Ad imitationem & exhortationem S. Leonis Marcianus imperator promulgavit edictum adversus eos qui filias virgines invitas cogebant sacrum velum accipere, Deoque in perpetuum virginitatis cultu dicari: prohibens ne aliqua hujusmodi a parentibus oblata virgo, ante quadragesimum ætatis annum, sacrum velamen acciperet; ut usque ad illud tempus libera esset, posseterque nubere, si vellet. Eadem quoque lege exagitavit viduas illas, quæ non amore continentiæ, sed ut liberius viverent, refugerent nuptias iterare. Extat edictum in novellis tit. 8. Intelligis hinc, lector, imperatores de rebus sacris leges sancientes idipsum monitu sanctorum præsulum, ex scriptis legibus statuisse; nimirum ut imperatoria auctoritate coercerentur,

Marcianus de voto ac religione jussu pontificis legem tulit.

coercerentur, qui ecclesiasticas sanctiones parvipenderent. Vide Baronium anno 458. numero 4.

Ann. Christi 445. qui fuit annus pontificatus S. Leonis quartus scripta est hæc epistola. corr. 443.

EPISTOLA I. LEONIS PAPÆ I.

AD EPISCOPOS PER CAMPANIAM & Picenum, &c.

I. *Ut nullus episcopus servum alterius ad officium clericatus promoveat.*

II. *Ut quicumque ad sacerdotium, vel viduarum mariti, vel habentes numerosa conjugia, promoti fuerint, ab ecclesiasticis officiis arceantur.*

III. *Quod usuras, non solum clerici exigere non debeant, sed nec laici.*

IV. *Ut clericus nec suo nec alieno nomine fenus exerceat.*

V. *Ut si quis sacerdotum contra interdicta fecerit, a suo submoveatur officio.*

Leo episcopus urbis Romæ, universis episcopis per Campaniam, Picenum, Tusciam, & per universas Italiæ provincias constitutis, in domino salutem.

Ut nobis gratulationem facit ecclesiarum status salubri dispositione compositus, ita non levi nos mœrore contristat, quoties aliqua contra statuta canonum, ecclesiasticamque disciplinam præsumpta vel commissa cognoscimus: quæ si non, qua debemus vigilantia, resecemus, illi, qui nos speculatores esse voluit, excusare non possumus, permittentes sincerum corpus ecclesiæ (quod ab omni macula purum custodire debemus) ambientium improba contagione fœdari, cum ipsa sibi membrorum per * dissimulationem compago non congruat.

Idem in epistola Damasi papæ.

* dissimilitudinem

I.

Dist. 54. Admittuntur.

Admittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotii, tamquam servilis vilitas hunc honorem jure capiat, provehuntur: & probari Deo se posse creditur, qui domino suo necdum probare se potuit. Duplex itaque in hac parte reatus est, quod & sacrum * mysterium talis consortii vilitate polluitur, & dominorum, quantum ad illicitæ usurpationis temeritatem pertinet, jura solvuntur. Ab his itaque, fratres carissimi, omnes provinciæ vestræ abstineant sacerdotes: & non tantum ab his, sed ab illis etiam, qui aut originali, aut alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari: nisi forte eorum petitio aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vendicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis, qui divinæ militiæ fuerit aggregandus: ut a castris dominicis, quibus nomen ejus adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

* ministerium

CAP. II.

Qualis vero unicuique natalium honestas & morum esse debeat, qui sacri altaris ministerio est sociandus, & apostolo nos docente, & divina præceptione didicimus, & canonum regulis, a quibus plerosque fratrum declinasse, & penitus deviasse reperimus. Nam constat ad sacerdotium pervenisse viduarum maritos, quosdam etiam, quibus fuerint numerosa conjugia, & ad omnem licentiam vita liberior, ad sacrum ordinem passim patefactis aditibus fuisse permissos, contra illam beati apostoli vocem, qua talibus reclamat, dicens: *Unius uxoris virum.* Et contra illud antiquæ legis præceptum, quo indicitur & cavetur: *Sacerdos virginem uxorem accipiat, non viduam, non repudiatam.* Hos ergo, quicumque tales admissi sunt, ab ecclesiasticis officiis, & a sacerdotali nomine, apostolicæ sedis auctoritate jubemus arceri; (nec hoc enim sibi poterunt pro arbitrio vendicare, cujus capaces, per hoc quod illis obstiterat, non fuerunt) hujus discussionis curam nobis specialiter vendicantes, ut, si qua forsitan, de his commissa sunt, corrigantur, ne liceat ultra committi: & ne qua excusatio de ignoratione nascatur: quamquam ignorare nunquam licuerit * sacerdotem, quid canonum fuerit regulis definitum. Hæc ergo ad provincias vestras, per Innocentium, Legitimum, & Segetium fratres & coepiscopos nostros scripta direximus: ut quæ male pullulasse noscuntur, radicitus evellantur, & messem dominicam zizania nulla corrumpant. Ita enim fructum uberem, quæ sunt sincera, præstabunt, si ea, quæ natam segetem enecare consueverunt, diligentius amputentur.

1. Timoth 3. Levit. 21.

1. Timoth. 3. Levit. 21.

* sacerdoti

III.

1. qu. 4. Nec hoc prætereundum.

Nec hoc quoque prætereundum esse duximus, quosdam lucri turpis cupiditate captos, usurariam exercere pecuniam, & fenore velle ditescere. Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus: ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

IV.

Distin. 46. sicut non suo.

Illud etiam duximus præmonendum, ut sicut non suo, ita nec alieno nomine, aliquis clericorum exercere fenus attentet: indecens enim est, crimen suum commodis alienis impendere. Fenus autem hoc solum aspicere & exercere debemus, ut, quod hic misericorditer tribuimus, ab eo domino, qui multipliciter & in perpetuum mansura retribuet, recipere valeamus.

V.

Distin. 10. Si Rom. pont. §. Quibus ad hæc.

Hoc itaque admonitio nostra denuntiat, quod si quis fratrum contra hæc constituta venerit, vel venire tentaverit, & prohibita fuerit ausus admittere, a suo se noverit officio submovendum, nec eum communionis nostræ futurum esse consortem, qui socius esse noluit disciplinæ. Ne quid vero sit quod prætermissum a nobis forte credatur, omnia decretalia constituta, tam beatæ recordationis Innocentii, quam omnium ' præcessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis * ordinibus, & canonum ordinata sunt disciplinis, ita vestram dilectionem custodire debere mandamus; ut si quis illa contempserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. Data sexto Idus Octobris, Maximo * vero & * Paterno viris clarissimis consulibus. "

' decessorum * ordinationibus

* iterum * Paterio "Anno Chr. 443.

EPISTOLA

no Chri- 446. qui t annus tifica- S. Leo- 5. scri- est hæc stola- rr. 444. niversis lesiis Italiæ vincias

EPISTOLA II. LEONIS PAPÆ I. AD EPISCOPOS PER ITALIAM.

Quod plurimi Manichæorum vigilantia ipsius papæ Leonis in urbe Roma detecti sunt.

Leo episcopus urbis Romæ, ' omnibus episcopis per Italiam constitutis, in domino salutem.

In consortium vos nostræ solicitudinis, dilectissimi fratres, advocamus, ut vigilantia pastorali, ne quid diabolicæ fraudis astutia possit nocere commissis vobis gregibus, diligentius consulatis; ne is, qui domini misericordia revelante per nostram curam a nostris ovibus morbus ' abigitur, necdum vobis præmonitis, & adhuc quid agatur ignaris, per ' vestras se dispergat ecclesias, & suarum furtim cuniculos inveniat latebrarum, ne quod a nobis in urbe extinguitur, tenebrosis apud vos radicibus seminetur. Plurimos impietatis Manichææ sequaces & doctores in urbe investigatio nostra reperit, vigilantia divulgavit, auctoritas & censura coercuit: quos potuimus emendare, correximus, & ut damnarent Manichæum cum prædicationibus & disciplinis suis publica in ecclesia professione, & manus suæ subscriptione compulimus, & ita de voragine impietatis suæ confessos, pœnitentiam concedendo, levavimus. Aliquanti vero, qui ita se demerserant, ut nullum his auxiliantis posset remedium subvenire, subditi legibus, secundum Christianorum principum constituta, ne sanctum gregem sua contagione polluerent, per publicos judices perpetuo sunt exilio relegati. Omnia, quæ tam in scripturis, quam in occultis traditionibus suis habent profana vel turpia, ut nosset populus quid refugeret aut vitaret, oculis Christianæ plebis certa manifestatione probavimus, adeo ut ipse qui eorum dicebatur episcopus, a nobis tentus, proderet flagitiosa in suis mysteriis quæ teneret, sicut gestorum vos series potest edocere. Ad instructionem enim vestram etiam ista direximus: quibus lectis, omnia, quæ a nobis deprehensa sunt, nosse poteritis. Et quia aliquantos de his, quos, ne absolverentur, arctior reatus involverat, cognovimus aufugisse, hanc ad dilectionem vestram epistolam misimus per acolythum nostrum; ut effecta certior sanctitas vestra, solicitius agere dignetur & cautius, necubi Manichææ perversitatis homines plebes vestras facultatem lædendi, & hujus sacrilegii possint invenire doctores. Aliter enim nobis commissos regere non possumus, nisi hos, qui sunt perditores & perditi, zelo fidei dominicæ persequamur, & a sanis mentibus, ne pestis hæc latius divulgetur, severitate qua possumus, abscindamus. Unde hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, ut qua debetis & potestis solicitudine vigiletis ad investigandos eos; necubi occultandi se reperiant facultatem. ut enim habebit a Deo ' ingens remunerationis præmium qui diligentius, quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit executus: ita ante tribunal domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare, quicumque plebem suam, contra sacrilegæ per-

jicitur

stræ se- pergat

gnæ

B

C

D

E

A suasionis auctores", noluerit custodire. Data tertio Kalendas Februarii, Theodosio XVIII. & Albino viris clarissimis consulibus. " "A.Ch. 444.

EPISTOLA III. LEONIS PAPÆ I. AD * IULIANUM EPISCOPUM Aquileiensem.

Ann. Christi " 449. qui fuit annus pontificatus S. Leonis 8. scripta est hæc epistola. " corr. 447.

Quod omnis cujuslibet ordinis clericus, qui catholicam deserens, hæreticæ communioni se miscuerit, & ad ecclesiam conversus fuerit, in eo gradu, quo erat, sine promotione remaneat.

* IANVARIVM * Ianuario. ' ita ms. Iust.

*Leo episcopus urbis Romæ, * Iuliano Aquileiensi episcopo.*

Lectis fraternitatis tuæ literis, vigorem fidei tuæ, quem olim noveramus, agnovimus, congratulantes tibi, quod ad custodiam gregum Christi pastoralem curam vigilanter exequeris, ne lupi, qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali sævitia simplices quosque dilacerent: & non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea quæ sunt sana corrumpant. *Matth. 7.* 1. q. 1. Si quis hæreticæ. Quod ne viperea possit obtinere fallacia, dilectionem tuam duximus commonendam: insinuantes ad animæ periculum pertinere, si quisquam de his, qui a nobis in hæreticorum atque schismaticorum sectam delapsus, & se utcumque hæreticæ communionis contagione macularit, resipiscens, in communione catholica sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum enim & spiritalis medicinæ utilitate plenissimum est, ut sive presbyteri, sive diaconi, aut cujuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem, quam jampridem amiserant, rursum reverti ambiunt, prius errores suos, & ipsos auctores errorum damnari a se sine ambiguitate fateantur, ut sensibus pravis etiam peremptis, nulla sperandi supersit occasio, ne ullum membrum talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cœperit obviare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri; ut in magno habeant beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo inveniuntur ordine, stabilitate perpetua maneant: si tamen iterata tinctione non fuerint maculati. Non levem apud Deum noxam incurrit, qui de talibus ad sacros promovendos ordines judicarit. Quod si cum grandi examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet licere suspectis. Proinde dilectio tua, cujus devotione gaudemus, jungat curam suam dispositionibus nostris, & det operam, ut circumspecte atque velociter impleantur, quæ ad totius ecclesiæ incolumitatem, & laudabiliter digesta sunt, & salubriter ordinata. " Non autem dubitet dilectio tua, nos si (quod non arbitramur) neglecta fuerint quæ pro custodia canonum, & pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos: quia inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentesque rectores: qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere ' medicinam. Data pridie Kalendas Iulii, Alypio & Ardabure viris clarissimis consulibus. "

1. q. 7. Saluberrimum. 1 quæst. 1. Omnis cujuslibet. Et cap. Si quis hær. Et in decret. Ivonis lib. 3.

" quæ sequuntur absunt ab ep. 85, quæ huic plane similis est. Dist. 86. Inferiorum culpæ.

' disciplinam

"A.Ch. 447.

AnnoChristi *449. qui fuit annus pontificatus S. Leonis 8. scripta est hæc epistola. * corr. 447.

EPISTOLA IV. LEONIS PAPÆ I.

AD UNIVERSOS EPISCOPOS per Siciliam constitutos.

I. *Quod prohibeatur in die epiphania baptismum celebrari.*

II. *Quod cuncta nobis per ordinem rerum, per incarnationem domini nostri salutis sacramenta digesta sunt.*

III. *Quod in baptismo mors proveniat interfectione peccati, & sepulturam triduanam imitetur trina demersio, & ab aquis elevatio sit velut resurrectio de sepulcro.*

IV. *Quod beatus apostolus Petrus in die pentecostes virorum tria millia baptizaverit.*

V. *Quod hæc duo tempora, id est, pascha & pentecoste, a Romanis pontificibus ad baptizandum præfixa sunt.*

VI. *Quod omni tempore hi qui necessitate mortis urgentur, id est, ægritudinis, obsidionis, persecutionis, naufragii, debeant baptizari.*

VII. *Ut de Sicilia terni semper annis singulis de episcopis, ad diem tertium Kalendarum Octobrium, Romam sociandi synodo occurrant.*

Leo episcopus universis episcopis per Siciliam constitutis in domino salutem.

DIVINIS præceptis & apostolicis monitis ' incitamur, ut pro omnium ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu: ac, si quid usquam reprehensioni inveniatur obnoxium, celeri solicitudine, aut ab ignorantiæ imperitia, aut a præsumptionis usurpatione revocemus. Monente ' enim dominicæ vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, ut Christi oves, qui Christum diligit, pascat, ipsius sedis, cui per abundantiam divinæ gratiæ præsumus, reverentia cohortamur: ut periculum desidiæ, quantum possumus, declinemus, ne professio summi apostoli, qua se amatorem domini esse testatus est, vana inveniatur in nobis: quia negligenter pascens toties commendatum dominicum gregem, convincitur summum non amare pastorem.

' informamur
25. q. 1. Divinis præceptis.
' manente

I.

Cum ergo mihi de caritatis vestræ actibus fraterna affectione solicito, certis indiciis innotuerit, vos in eo, quod inter sacramenta ecclesiæ principale est, ab apostolicæ institutionis consuetudine discrepare, ita ut baptismi sacramentum numerosius in die epiphaniæ, quam paschali tempore celebretis; miror vos, vel præcessores vestros tam irrationabilem novitatem usurpare potuisse, ut confuso temporis utriusque mysterio, nullam esse differentiam crederetis inter diem, quo adoratus est Christus a magis, & diem quo resurrexit a mortuis. Quam culpam nullo modo potuissetis incidere, si unde consecrationem honoris accepistis, inde legem totius observantiæ sumeretis: & beati Petri apostoli sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticæ magistra rationis. A cujus vos regulis recessisse, * minore posset æquanimitate tolerari, si aliqua commotionis nostræ increpatio non præcessisset. Nunc autem, quia non desperatur correctio, mansuetudo servanda est. Et licet vix ferenda sit in sacerdotibus excusatio, quæ prætendat ' inscitiam, maluimus tamen & censuram necessariam temperare, & ratione vos apertissimæ veritatis instruere.

* minus posset æquanimiter
' ignorantiam

II.

Semper quidem in æterno consilio Dei mansit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio: sed ordo rerum, per Iesum Christum dominum nostrum temporaliter gerendarum, in incarnatione Verbi sumpsit exordium. Unde aliud tempus est, quo, annuntiante angelo, beata Maria fecundandam se per Spiritum sanctum credidit, & concepit: aliud, quo salva integritate virginea, puer editus exultante gaudio cælestium ministrorum pastoribus indicatur: aliud, quo hostia pro eo legalis offertur: aliud quo tres magi, claritate novi sideris inciti, in Bethlehem ab oriente perveniunt, & adoratum parvulum mystica munerum oblatione venerantur. Nec iidem sunt dies, quibus impio Herodi, ordinata divinitus in Ægyptum translatione subtractus, vel quibus ab Ægypto in Galilæam persecutore mortuo revocatus est. Inter has autem dispensationum varietates, accedunt augmenta corporea: *Crescit dominus* (ut sicut evangelista testatur) *profectibus ætatis & gratiæ.* Luc. 2. Per dies paschæ in templum Ierusalem cum parentibus venit, & cum abesset a societate redeuntium, sedens cum senioribus, & inter admirantes magistros disputans invenitur, rationemque remansionis suæ reddens. *Quid est* (inquit) *quod me quærebatis? Nesciebatis, quod in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Luc. 2. significans, ejus se esse Filium, cujus esset & templum. Iam vero cum in annis majoribus apertius declarandus, baptismum præcursoris sui Ioannis expetiit, quid deitatis ejus remansit ambiguum, quando baptizato domino Iesu, Spiritus sanctus in columbæ Matth. 3. specie super eum descendit & mansit, audita de cælis Patris voce dicentis: *Tu es Filius meus dilectus, in te bene complacui.* Luc. 3. Quæ omnia ideo, quanta potuimus brevitate, perstrinximus: ut notum sit dilectioni vestræ universos dies Christi innumeris consecratos fuisse virtutibus, & in cunctis ejus actionibus sacramentorum mysteria coruscasse: sed aliter quoque signis denuntiari, aliter rebus impleri, nec quæcumque numerantur in operibus salvatoris, ad tempus pertinere baptismatis. Nam si etiam illa, quæ post beati Ioannis lavacrum, a domino gesta cognovimus, sub indiscreto honore colamus, omnia tempora continuatis erunt deputanda festis, quia omnia sunt plena miraculis. Verum quia Spiritus sapientiæ & intellectus ita apostolos, & totius ecclesiæ erudivit magistros, ut in Christiana observantia nihil inordinatum, nihil pateretur esse confusum; discernendæ erant causæ solennitatum, & in omnibus institutis patrum, principumque nostrorum rationabilis servanda ' discretio: quia non aliter unus ' distinctio grex, & unus pastor sumus, nisi quemadmodum apostolus docet, *idipsum dicamus omnes:* 1. Cor. 1. *Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.*

III.

Quamvis ergo & illa quæ ad humilitatem, & De cõsecr. distinct. 4. illa quæ ad gloriam pertinent Christi, in unam concurrant

concurrant eamdemque personam, totumque quidquid in illo & virtutis divinæ est, & infirmitatis humanæ, ad nostræ reparationis tendat effectum, proprie tamen in morte crucifixi, & in resurrectione ex mortuis, potentia baptismatis novam creaturam condit ex veteri: ut in renascentibus, & mors Christi operetur & vita, dicente beato apostolo Paulo: *An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis erimus:* & cetera quæ latius magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis disputavit: ut appareret ex hujus doctrinæ spiritu regenerandis filiis hominum, & in Dei filios adoptandis, illum diem esse & illud tempus electum, in quo per similitudinem, formamque mysterii, ea * quæ geruntur in membris, his quæ in ipso capite sunt gesta, congruere, dum in baptismatis regula, & mors intervenit interfectione peccati, & sepulturam triduanam imitatur trina demersio, & ab aquis elevatio, resurgentis adinstar est de sepulcro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ eum esse legitimum diem, in quo orta est & virtus muneris, & species actionis. Ad cujus rei confirmationem plurimum valet, quod ipse dominus Iesus Christus, posteaquam resurrexit a mortuis, discipulis suis, in quibus omnes ecclesiarum præsules docebantur, & formam & potestatem tradidit baptizandi, dicens: *Euntes ergo nunc, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* De quo utique eos etiam ante passionem potuisset instruere, nisi proprie voluisset intelligi, regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse. Additur sane huic observantiæ etiam pentecostes ex adventu Spiritus sancti consecrata solennitas, quæ de paschalis festi pendet articulo. Et cum ad alios dies alia festa pertineant, hæc semper ad eum diem, qui resurrectione domini est insignis, occurrit: porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, ut hi, quos a die paschæ, aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas interclusit invitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderii sui effectum dono Spiritus sancti consequantur. Ipse enim unigenitus Dei in fide credentium, & in virtute operum, nullam inter se & Spiritum sanctum voluit esse distantiam, quia nulla est diversitas in natura, dicens: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut vobiscum sit in æternum, Spiritum veritatis.* Et iterum: *Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret universa quæcumque dixi vobis.* Et iterum: *Cum venerit ille Spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem veritatem.* Cum itaque veritas Christus sit, & spiritus veritatis, Spiritus sanctus, nomenque Paracleti utrique sit proprium; non dissimile est festum, ubi unum est sacramentum.

[Left margin notes: …oprie in …orte. — …m. 6. — * quæ geruntur in membris quæ ipso capite gesta congruerint. — …th. 28. — …n. 14. — …dem. — …n. 16.]

IV.

Hoc autem nos, non ex nostra persuasione defendere, sed ex apostolica auctoritate servare, satis idoneo probamus exemplo, sequentes B. apostolum Petrum, qui in eo die, quo omnem credentium numerum promissus Spiritus sancti replevit adventus, trium millium populum, sua prædicatione conversum, lavacro baptismatis consecravit. Quod sancta scriptura, quę apostolorum actus continet, fideli historia docet, dicens: *His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos apostolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus vero ad illos, Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remedium peccatorum, & accipietis donum Spiritus sancti. Vobis enim repromissio est, & filiis vestris, & omnibus qui longe sunt, quoscumque advocaverit dominus Deus noster. Aliis etiam pluribus verbis testificatus, exhortabatur eos, dicens: Salvamini a generatione ista prava.* Qui ergo receperunt sermonem ejus, baptizati sunt, & appositæ sunt in illa die animæ circiter tria millia.

[Left margin note: …e cōsecr. …tinct. 4. …oprie in …orte. — Right margin note: Act. 2.]

V.

Vnde quia manifestissime patet baptizandis in ecclesia electis, hæc duo tempora (de quibus locuti sumus) esse legitima, dilectionem vestram monemus, ut nullos alios dies huic observantiæ misceatis.

[Right margin note: De cōsecr. distinct. 4. Duo tempora.]

VI.

Quia etsi sunt alia quoque festa quibus multa in honorem Dei reverentia debeatur, principalis tamen, & maximi sacramenti custodienda nobis est mysticæ ' rationis exceptio, non interdicta licentia, qua in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subvenitur. Ita enim ad has duas festivitates connexas, atque sibimet cognatas, incolumium, & in pacis securitate degentium, libera vota differimus, ut in mortis periculo, in obsidionis discrimine, in persecutionis angustiis, in timore naufragii, nullo tempore, hoc vere salutis singulare ' remedium cuiquam denegemus. Si quis autem Epiphaniæ festivitatem, quæ in suo ordine debito honore veneranda est, ob hoc existimat privilegium habere baptismatis, quia hoc quidam putant, quod in eadem die dominus ad baptismum sancti Ioannis accesserit, sciat, illius baptismi aliam gratiam, aliam fuisse rationem, nec ad eamdem pertinuisse virtutem, qua per Spiritum sanctum renascuntur, de quibus dicitur: *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Dominus enim nullius indigens remissione peccati, nec quærens remedium renascendi, sic voluit baptizari, quomodo & voluit circumcidi, hostiamque pro se emundationis offerri, ut qui factus erat ex muliere (sicut apostolus ait) fieret & sub lege, quam non venerat solvere, sed adimplere, & implendo finire, sicut beatus apostolus prædicat, dicens: *Finis autem legis Christus ad justitiam omni credenti.* Baptismi autem sui in se condidit sacramentum, quia in omnibus primatum tenens se docuit esse principium. Et tunc regenerationis potentiam sanxit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis & aqua baptismatis. Sicut ergo vetus testamentum testificatio fuit novi, & lex per Mosen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est: sic diversa sacrificia unam hostiam præformaverunt, & multorū agnorum occisio illius immolatione finita est, de quo dicitur: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Sic & Ioannes, non Christus, sed Christi prævius, non sponsus, sed sponsi amicus fuit adeo fidelis, & nō sua quærens, sed quæ Iesu Christi,

[Right margin notes: ' traditionis rationabilis — ' præsidium — De cōsecr. distinct. 4. Si qui necessitatem — Ibidem. Si quis autem episcopus. Et in decr. Ivo. lib. 1. — Ioan. 1. — Galat. 4. Matth. 5. Rom. 10. — Ioan. 19. — Ioan. 1.]

Christi, ut se profiteretur ad solvenda calceamenta pedum ejus indignum, quoniam ipse quidem baptizaret in aqua in pœnitentiam, ille autem baptizaturus esset in Spiritu sancto & igni, qui duplici potestate & vitam redderet, & peccata consumeret. His itaque, fratres, tot tantisque existentibus documentis, quibus, omni ambiguitate submota, evidenter agnoscitis; in baptizandis electis, qui secundum apostolicam regulam, & exorcismis scrutandi, & jejuniis sanctificandi, & frequentibus sunt prædicationibus imbuendi, duo tantum tempora, id est pascha & pentecosten esse servanda, hoc vestræ indicimus caritati, ut ab apostolicis institutis nullo ulterius recedatis excessu. Quia inultum post hæc esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

In decret. Ivo. lib. 1. De consecr. distinct. 4. Duo tempora.

VII.

Quare illud primitus pro custodia concordissimæ unitatis exigimus, ut quia saluberrime a sanctis patribus constitutum est binos in annis singulis episcoporum debere esse conventus, terni semper ex vobis ad diem tertium Kalendarum Octobrium, Romam, fraterno concilio sociandi, occurrant, & indissimulanter a vobis hæc consuetudo servetur. Quoniam, adjuvante gratia Dei, facilius poterit provideri, ut in ecclesiis Christi nulla scandala, nulli nascantur errores: cum coram beatissimo apostolo Petro ' semper in communione tractatum fuerit', ut omnia instituta canonumque decreta apud omnes domini sacerdotes inviolata permaneant. Hæc autem quæ vobis, inspirante domino, insinuanda credidimus, per fratres & coepiscopos nostros * Bachillum atque Paschasinum, ad vestram volumus notitiam pervenire. Quibus referentibus cognoscamus, quam reverenter a vobis apostolicæ sedis instituta serventur. Data duodecimo Kalendas Novembris Alypio & Ardabure viris clarissimis consulibus."

Nicæn. Concil. Can 5.

' id semper in commune tractandum fit, ut omnia ipsius constituta.

* Vacillum

"A.Ch 447.

EPISTOLA V. LEONIS PAPÆ I. AD DORUM BENEVENTANUM EPISCOPUM.

Anno Christi 450. qui fuit annus pontificatus S. Leonis 9. "corr. 448.

Episcopum Beneventanum reprehendit, quod posthabitis senioribus juniores ad presbyteratum assumpserit.

Dilectissimo fratri Doro,' Leo episcopus.

' Theodoro

Judicium, quod de te sperabamus, dolemus esse frustratum, quando ea te commisisse perspicimus, quæ omnem ecclesiasticæ sanctionis regulam culpabili novitate fœdarent: cum plenissime noveris, quanta solicitudine per omnes domini ecclesias paternorum velimus canonum præcepta servari, & hanc maxime curam ad sacerdotes universarum plebium pertinere, ut sanctarum constitutionum regulæ nullis corrumpantur excessibus. Unde miramur te, quem auctoritatum apostolicæ sedis observantissimum esse convenerat, tam negligenter, ac potius insolenter egisse, ut traditarum tibi legum non custos, sed transgressor existeres. Libello etenim Pauli presbyteri tui, qui in subditis habetur, cognovimus, apud te novo ambitu, ' fœdoque colluvio, presbyterii ordinem fuisse turbatum: ita ut unius festina & immatura provectio, quædam eorum dejectio facta sit, quos ætas com-

' fœdaque colluvie

A mendabat, & nulla culpa minuebat. Quod si ambientis intentio, aut imperita faventium studia id, quod numquam habuit consuetudo, poscebant, ut incipiens emeritis, & novellus præferretur antiquis; tuæ fuerat industriæ atque doctrinæ, ut ' injuste petentium desideria rationabili auctoritate cohiberes, ne quem in sacerdotali propere provehebas honore, ad injuriam eorum, quibus sociabatur, inciperet: ' minorque se fieret, dum in illo non humilitatis virtus, sed ' elationis vitium roboraretur. Neque enim ignorabas dixisse dominum, quod *qui se humiliat, exaltabitur: qui vero se exaltat humiliabitur.* Eumdemque dixisse: *Quicumque* B *vult inter vos major fieri, sit vester minister. Et quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus.* Vos autem quæritis de pusillo crescere, & de ' honore majores esse. Utrumque enim inordinatum, utrumque præposterum est, & omnis laborum fructus aufertur, omnis meritorum mensura vacuatur, si tantum quis assequitur dignitatis, quantum adulationis obtinuit: ut cupiditas eminendi non solum superbientem minuat, sed etiam conniventem. Si vero (ut asseritur) primi secundique presbyteri, circa ' Epicarpium sibimet præponendum, ' tam huic assentatio favit, ut illum cum C sui dedecore poscerent honorari; nec hoc quidem illis, proprio se judicio dejicientibus, tribui debuit, quod volebant, cui tam miseræ voluntati te dignius fuerat obviare, quam cedere. Deformis autem & ignava subjectio bene sibi consciis, & non irritam facientibus gratiam Dei, præjudicare non potuit, ut primatus suos quocumque ' commerito in alterutrum transferentes, subsequentium suorum minuerent dignitatem, & quem ultimum sibi anteposuerant, ceteris præemineret. Prædicti igitur presbyteri, qui indignos se honoris sui ordine sunt professi, licet privari etiam sacerdotio mererentur, tamen ut eis pro apostolicæ sedis pietate parcatur, ultimi inter omnes ecclesiæ presbyteros ha- D beantur. Et ut judicii sui sententiam ferant, inferiores etiam illo erunt quem propria sententia sibimet prætulere, ceteris omnibus presbyteris in eo ordine permanentibus, quem unicuique ordinationis suæ tempus adscripsit. Nec quisquam præter prædictos duos imminutæ dignitatis patiatur injuriam, sed in eorum statum tantummodo hoc recurrat opprobrium, qui novello, & immature ordinato, inferiores fieri elegere, ut illam evangelicam sententiam ad se sentiant pertinere, qua dicitur: *Quo judicio judicaveritis, judicabitur de vobis: & qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis.* Paulus vero presbyter ordinem suum, de quo laudabili E firmitate non cessit, obtineat. Nec ulterius aliquid in cujusquam præsumatur injuriam, ita ut dilectio tua, quam non immerito tota facti hujus pulsat invidia, hoc saltem remedio curare se properet: ut sine dissimulatione hæc quæ decernimus, tradantur effectui, ne si iterato ad nos imploratio justa confugerit, necesse sit severius commoveri: cum his quæ male sunt facta correctis, ' malimus ' redintegrare disciplinam, quam ' augere vindictam. Executionem vero præceptionum nostrarum fratri & coepiscopo nostro ' Iulio commisisse nos noveris: ut omnia illi, quemadmodum constituimus, roborentur. Data Idibus Martii, Posthumiano viro clarissimo consule.

' injusta

' inciperet major quasi fieri

' furoris

Luc. 18.

Matth. 20.

' majoro minores

' Epicandium

' tanta *alias* humilis

' commercio

Matth. 7. Marc. 4.

' redintegrari

' augeri

' Iuliano

EPISTOLA

noChri- 450. qui t annus ntifica- S. Leo- .9. orr. 448.

A

EPISTOLA VI. LEONIS PAPÆ I. AD EUTYCHEN CONSTANTINOPOLITANUM Abbatem.

Commendat diligentiam Eutychetis, quod Nestorianam hæresim, quæ iterum pullulabat, renuntiaverit, quam se exterminaturum affirmat.

Dilectissimo filio Eutycheti presbytero, Leo episcopus.

Ad notitiam nostram tuæ dilectionis epistola retulisti, quod Nestoriana hæresis quorumdam rursus studiis pullularet. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte prima, epistola prima.*"

" Tom. IV. p. 10.

noChri- 451. qui annus ntifica- S Leo- 10. fuit pta hæc stola, fiiter & c sequẽ- orr. 449.

EPISTOLA VII. LEONIS PAPÆ I. AD THEODOSIUM SEMPER AUGUSTUM.

Respondet Theodosio, sibi non notum, cur Flavianus Eutychen communione privaverit, cum intellexerit rem omnem se terminaturum.

Leo episcopus, Theodosio semper Augusto.

Quantum præsidii dominus ecclesiæ suæ in fide vestræ clementiæ praepararit, his etiam literis, quas ad me misistis, ostenditur. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 3.*"

" Tom. IV. p. 13.

EPISTOLA VIII. LEONIS PAPÆ I. AD FLAVIANUM CONSTANTINOPOLITANUM episcopum.

Quærit cur Eutyches a communione ecclesiæ fuerit separatus.

Dilectissimo fratri Flaviano episcopo, Leo episcopus.

Cum Christianissimus & clementissimus imperator. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 2.*"

" Tom. IV. pag. 10.

EPISTOLA FLAVIANI EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI ad sanctissimum Leonem papam urbis Romæ.

Domino beatissimo, & Deo amabili patri Leoni, Flavianus in domino salutem.

Nulla res diaboli venena compescit, nec continet ejus mortiferas sagittas. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 6.*"

" Tom. IV. pag. 18.

EPISTOLA ALIA FLAVIANI archiepiscopi Constantinopolitani ad sanctissimum Leonem papam urbis Romæ.

Eutychetis hæreses recenset: illum a se in concilio Constantinopolitano esse damnatum, & ad sedem apostolicam nequaquam appellasse. Sententiæ in eum latæ confirmationem petit.

Sanctissimo & beatissimo patri, & consacerdoti Leoni, Flavianus in domino salutem.

Pietate & recta prædicatione. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 4.*"

" Tom. IV. pag. 13.

EPISTOLA IX. LEONIS PAPÆ I. AD THEODOSIUM SEMPER AUGUSTUM.

Scribit imperatori ut concilium intra Italiam cogat.

Leo urbis Romæ episcopus, Theodosio semper Augusto.

Pro integritate fidei catholicæ Christianissimum principem convenit esse solicitum, & hoc indefessis precibus divinam misericordiam posco, ut cordi vestro, id quod est veritatis, inspiret, neque falli vos in aliquo humanarum calliditatum æmulatione patiatur. A me B autem, atque ab omnibus catholicis sacerdotibus, quæ euangelicæ fidei pietas defendat, satis plene ac lucide literis meis, quas clementiam vestram jamdudum per famulum vestrum Epiphanium tribunum, qui pro hac causa missus est, arbitror vos accepisse. Ratum est nec ambigi potest, hoc nos purissime credere, hoc constanter asserere, quod etiam venerandi patres, quondam apud Nicæam congregati, secundum fidem symboli credendum & confitendum sacratissima auctoritate sanxerunt. Nos enim, venerabilis imperator, sicut Nestorii dogma perversum merito anathematizavimus, C ita juste etiam horum impietatem, qui veritatem carnis nostræ negant a domino Iesu Christo susceptam esse, damnamus. Vnde si pietas vestra suggestioni ac supplicationi nostræ dignetur annuere, ut intra Italiam habere jubeatis episcopale concilium, cito (auxiliante Deo) poterunt omnia scandala, quæ in perturbationem totius ecclesiæ sunt commota, resecari: ut per universum regnum vestrum catholicæ fidei integritate servata, & pacem Christianam manere, & vestram apud Deum crescere gloriam gaudeamus. Data octavo Kalendas Iunias, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.* "

* A. Chr. 449.

D

EPISTOLA X. LEONIS PAPÆ I. AD FLAVIANUM CONSTANTINOPOLITANUM episcopum.

Contra Eutychetis perfidiam & hæresim.

Leo episcopus, dilectissimo fratri Flaviano Constantinopolitano episcopo.

Lectis dilectionis tuæ literis. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 2. actione 2.*"

" Tom. IV. pag. 344.

E

EPISTOLA XI. LEONIS PAPÆ I. AD IULIANUM EPISCOPUM COENSEM.

Contra Eutychenæ impietatis errorem.

Leo urbis Romæ episcopus dilectissimo fratri Iuliano episcopo.

Licet per nostros, quos ab urbe pro fidei causa direximus, plenissimas ad fratrem Flavianum literas miserimus contra nimiæ impietatis errorem. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi parte 1. epistola 8.*"

" Tom. IV. pag. 19.

EPISTOLA XII. LEONIS PAPÆ I.

AD THEODOSIUM AUGUSTUM.

De legatis, quos vice sua destinavit ad synodum Ephesinam, pro erroribus Eutychetis collectam.

Cæsari Theodosio religiosissimo & piissimo Augusto, Leo papa ecclesiæ catholicæ urbis Romæ.

Quantum rebus humanis consulere providentia divina dignetur. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 10.*"

* Tom. IV. pag. 26.

EPISTOLA XIII. LEONIS PAPÆ I.

AD PULCHERIAM AUGUSTAM.

Eutychetis hæreses refellit, & Pulcheriam hortatur ad catholicæ fidei defensionem, & sibi non licere Ephesino concilio interesse scribit.

Leo catholicæ Romanæ ecclesiæ episcopus, piissimæ Pulcheriæ Augustæ.

Quantum præsidii dominus ecclesiæ suæ in vestra clementia præparavit. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 12.*"

* Tom. IV. pag. 29.

EPISTOLA XIV. LEONIS PAPÆ I.

AD FAUSTUM, MARCIANUM, ET RELIQUOS archimandritas Constantinopolitanos.

Certiores facit archimandritas de legatis a se missis, & Eutychetis errores redarguit.

Dilectissimis filiis Fausto, Marciano, & reliquis archimandritis, Leo episcopus.

Cum propter causam fidei, quam Eutyches perturbare tentavit. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 9.*"

" Tom. IV. pag. 23.

EPISTOLA XV. LEONIS PAPÆ I.

AD EPHESINAM SYNODUM SECUNDAM.

Provocat congregatos episcopos Eutychetis blasphemias condemnare.

Leo episcopus sanctæ synodo quæ apud Ephesum convenit.

Religiosa clementissimi principis fides sciens ad suam gloriam maxime pertinere. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 13.*"

" Tom. IV. pag. 31.

EPISTOLA XVI. LEONIS PAPÆ I.

AD FLAVIANUM CONSTANTINOPOLITANUM episcopum.

Ejus literas accepisse, & legatos destinasse significat.

Flaviano carissimo fratri, Leo episcopus Romæ.

Literas tuæ dilectionis accepi, cum gestis quæ apud vos super fidei quæstione confecta sunt. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 16.*"

" Tom. IV. pag. 37.

EPISTOLA XVII. LEONIS PAPÆ I.

AD THEODOSIUM AUGUSTUM.

Scribit synodo sibi interesse non licere: huic autem muneri legatos a se missos plene satisfacturos.

Leo episcopus Theodosio semper Augusto.

Acceptis clementiæ vestræ literis. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epist. 17.*"

" Tomo IV. pag. 37.

EPISTOLA XVIII. LEONIS PAPÆ I.

AD PULCHERIAM AUGUSTAM.

Leo episcopus, Pulcheriæ Augustæ.

Quantum sibi fiduciæ de fide vestræ clementiæ ecclesia Dei debeat polliceri. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epist. 11.*"

Hæc eadem fere habentur, sed fusius, supra epist. 13.

" Tomo IV. pag. 27.

EPISTOLA XIX. LEONIS PAPÆ I.

AD IULIANUM EPISCOPUM.

Iuliani fidem commendat, & per legatos Flaviano scripsisse ait quid de catholica fide tenendum sit.

Leo episcopus, Iuliano episcopo, carissimo fratri.

Literæ dilectionis tuæ, quæ mihi nuper sunt redditæ, quam spiritali catholicæ fidei vigeas amore, demonstrant: & multum gaudere me faciunt, quod in eadem sententia pia corda concurrunt, ut secundum doctrinam Spiritus sancti impleatur in nobis quod apostolus ait: *Obsecro autem vos, fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia:* (1. Cor. 1.) cujus unitatis nimium se Eutyches facit extraneum, qui in sua perversitate veterascit, nec adhuc, quibus vinculis a domino sit obligatus, intelligit. Et quamquam sacerdotem domini reperiendum putat, qui ejus imperitiæ amentiæque consentiat, diu apud nos incertum fuit, quid in ipso catholicis displiceret. Et cum fratris nostri Flaviani nullas literas sumeremus, ipse autem scriptis suis Nestorianam hæresim repullulare quereretur; non plene potuimus discere, unde procederet, vel quo tenderet tam dolosa causatio. Sed postquam gestorum ad nos episcopalium documenta perlata sunt, omnia illa, quæ fallacium querelarum velamine tegebantur, quam essent detestanda, patuerunt. Et quia clementissimus imperator, pro benevolentia ac pietate animi sui, de statu hujus, qui ante honorabilis videbatur, diligentius voluit judicari, atque ob hoc indicendum credidit episcopale concilium, per fratres nostros Iulianum episcopum, & Renatum presbyterum, sed & filium meum diaconem Hilarium, & quos ex latere meo vice mea misi, ad fratrem nostrum Flavianum sufficientia pro qualitate causæ scripta direxi, quibus & vestra dilectio, & ecclesia universa cognoscat, de antiqua & singulari fide, quam indoctus impugnator incessit, quid divinitus traditum teneamus, & quid incommutabiliter prædicemus. Quia tamen non debemus partes miserationis omittere, congrua moderatione credidimus sanciendum, ut si condemnatus

demnatus presbyter plena satisfactione corrigitur, sententia, qua obstrictus est, relaxetur. Si vero in eodem insipientiæ suę luto jacere delegerit, statuta permaneant, & cum eis habeat sortem, quorum est secutus errorem. Data Idibus Iunii, Asterio & Protogene, viris clarissimis consulibus." A. Ch. 449.

EPISTOLA XX. LEONIS PAPÆ I.

AD FLAVIANUM EPISCOPUM.

Catholicum incarnationis dogma contra Eutychen defendendum: ipsi, si resipuerit, indulgendum monet.

Flaviano dilectissimo fratri, Leo episcopus.

PROFECTIS jam nostris, quos ad vos in fidei causa direximus, per filium nostrum Basilium diaconem scripta tuæ dilectionis accepimus, quibus merito parum de negotio communis solicitudinis * indidisses, quoniam & gesta ante delata, de omnibus nos sufficienter instruxerant, & ad familiarem interrogationem idoneus erat sermo prædicti, per quem nunc alloquia reddentes, dilectionem tuam per Dei gratiam, in qua fidimus, cohortamur, utentes verbis apostolicis, atque dicentes: *In nullo terreamini ab adversariis, quæ est illis causa perditionis, vobis autem salutis.* Quid enim tam exitiabile, quam negata veritate incarnationis Christi, omnem spem salutis humanæ velle dissolvere? & apostolo contrarie dicenti manifeste: *Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne?* Quid tam gloriosum, quam contra inimicos nativitatis & crucis Christi pro fide euangelica dimicare? De cujus purissimo lumine, invictaque virtute, datis jam ad tuam dilectionem literis, quid in nostro esset corde patefecimus: ne de illis, quæ secundum doctrinam catholicam didicimus & docemus, aliquid inter nos videri possit ambiguum. Quia vero tam valida, & tam clara sunt testimonia veritatis, ut nimis cæcus nimisque obduratus habendus sit, qui ad coruscationem lucis atque rationis non confestim se a tenebris falsitatis excusserit: ad curandam imperitorum insaniam, etiam patientiæ volumus adhibere medicinam, ut paternas increpationes hi, qui in senectute carnis suæ mente sunt parvuli, discant obedire majoribus. Ac si deposita imperitiæ suæ vanitate resipiscunt, omnique errore damnato fidem veram singularemque suscipiunt, misericordia eisdem episcopalis benevolentiæ non negetur, mansuro judicio, quod præcessit, si impietas merito condemnata, in sua pravitate perstiterit. Data decimo Kalendas Augusti, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus." A. Ch. 449.

[Margin: * indidisti, — Philip. 1. — 1. Tim. 3.]

EPISTOLA XXI. LEONIS PAPÆ I.

AD FLAVIANUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM.

Miratur quod suis literis non responderit, petitque ut de rebus gestis se faciat certiorem.

Leo episcopus, Flaviano episcopo.

AUGET solicitudinem nostram taciturnitas tua, qui jam diu nulla dilectionis tuæ scripta suscepimus, cum nos curarum tuarum participes, pro fidei defensione soliciti, frequenter per occasiones idoneas ad dilectionem tuam literas miserimus, ut adhortationum nostrarum consolationibus te juvaremus, ut adversariorum stimulis pro fidei defensione non cederes, cum laboris tui participes nos probares. Olim ad fraternitatem tuam nostros credimus pervenisse, per quos, plenius scriptis, mandatisque nostris instructum te esse retines, & Basilium ad te (ut volueras) ipsi remisimus. Nunc, ne aliqua prætermissum occasione te crederes, per filium nostrum honorabilem & amabilem nobis virum Esitium, hanc paginam dedimus, ut tota celeritate ad scripta nostra respondeas, nosque subinde de tuis actibus, nostrorumque, & de totius causæ absolutione facias certiores: ut solicitudinem, quam nunc pro fidei defensione gerimus, prosperioribus nuntiis molliamus. Data tertio Idus Augusti, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus." A. Ch. 449.

EPISTOLA XXII. LEONIS PAPÆ I.

AD CONSTANTINOPOLITANOS.

Ut profana judicantur in hac epistola concilii Ephesini secundi acta, & impenditur consolatio Constantinopolitanis pro destitutione pontificis sui Flaviani.

Leo episcopus, & sancta synodus, quæ in urbe convenit, clero, honoratis, & plebi consistenti apud Constantinopolim, dilectissimis filiis, in domino salutem.

IN notitiam nostram, quæ Ephesi contra opinionem omnium sunt acta, perlatis. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 22.*" "Tomo IV. pag. 47.

EPISTOLA XXIII. LEONIS PAPÆ I.

AD CLERUM ET PLEBEM CONSTANTINOPOLITANÆ URBIS.

Commendat eos quod Ephesino conciliabulo reluctati sint, catholicam fidem de incarnatione exponit, & ut agant cum imperatore, de convocando concilio, monet.

Leo episcopus, & sancta synodus, quæ in urbe Roma convenit, clero, honoratis, & plebi consistenti apud Constantinopolim.

LICET de his, quæ in concilio sacerdotum apud Ephesum gesta memorantur, multus nos mœror afficiat. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 23.*" "Tomo IV. pag. 48.

EPISTOLA XXIV. LEONIS PAPÆ I.

AD THEODOSIUM AUGUSTUM.

Rogat illum, speciale concilium in Italia fieri, & in nullo alio loco, eo quod contraria canonibus facta sit synodus Ephesina, & in ea acta judicantur illegitima, nec rite facta.

Gloriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto, Leo episcopus.

OLIM & ab initio in conciliis celebratis tantam nos percepimus a beatissimo Petro apostolorum principe fiduciam. *Vide reliquum in conc. Calchedonensi, parte 1. epist. 20.*"

[Margin: Hęc epistola fragmētum quoddam esse videtur proxime sequētis epistolæ. "Tomo IV. pag. 43.]

EPIST.

EPISTOLA XXV. LEONIS PAPÆ I.

AD THEODOSIUM AUGUSTUM.

De sancta synodo Ephesina, in qua Eutychetis hæresis quorumdam episcoporum pravo intellectu adjuta est: unde hortatur eumdem Augustum, ut priscæ fidei constitutio ab eis non violetur, sed Dei sacerdotes totius orbis adunentur.

Leo episcopus, & sancta synodus, quæ in urbe Roma convenit, Theodosio semper Augusto.

LITERIS clementiæ vestræ. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 19.*"

"Tomo IV. pag. 38.

EPISTOLA XXVI. LEONIS PAPÆ I.

AD PULCHERIAM AUGUSTAM.

Contra eamdem secundam synodum Ephesinam, ut ejus errores in alia synodo retractentur.

Leo episcopus, & sancta synodus, quæ in urbe Roma convenit, Pulcheriæ Augustæ.

SI epistolæ, quæ pro fidei causa per nostros clericos directæ sunt. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 21.*"

" Tom. IV. pag. 45.

EPISTOLA XXVII. LEONIS PAPÆ I.

AD FLAVIANUM CONSTANTINOPOLITANUM episcopum.

Dolet Flaviani incommoda, & pro communi fidelium causa nihil ait a se prætermitti.

Flaviano carissimo fratri, Leo episcopus.

QUÆ & quanta dilectio tua pro catholicæ fidei defensione patiatur. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte prima, epistola 18.*"

" Tom. IV. pag. 38.

EPISTOLA XXVIII. LEONIS PAPÆ I.

AD FAUSTUM ET CETEROS ARCHIMANDRITAS Constantinopolitanos.

Adhortatur eos ad constantiam in omni bono, maxime fidei & caritatis, & detestatur acta secundi concilii Ephesini.

Leo episcopus & sancta synodus, quæ in urbe Roma convenit, Fausto, Martino, Petro, & Magno, & Heliæ' presbyteris, & archimandritis" Constantinopolitanis, dilectissimis filiis in domino salutem.

' & ceteris.

" monasteriorum Constantinopolitanorum

QUAMVIS ea quæ ad Constantinopolitanam ecclesiam scripsimus, solicitudinem devotionis vestræ latere non possunt, tamen etiam specialibus dilectionem vestram literis cohortandam esse credidimus, ut memores sanctæ professionis vestræ, quæ proprie in fide & caritate consistit, omnia scandala, quæ contra pacem ecclesiæ orta sunt, a vestris cordibus repellatis, beati apostoli sententiam pia mente retinentes: *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit*, & custodientes unitatem cum fratre nostro Flaviano episcopo, quem ad tempus dominus permisit impiorum factione tentari, ut probatum sibi sacerdotem suum perseverantiæ merito faceret clariorem. Hæ autem perturbationes, necesse est, ut auxiliante Dei gratia, celeriter destruantur, & omne, quod reprobum est, ab ecclesiæ puritate, quæ nec maculam nec rugam recipit, respuatur, maxime cum ab insana imperitia in hoc usque proruptum sit, ut con-

Galat 1.

Ephes. 5.

A tra sacramentum salutis humanæ, incarnationis domini nostri Iesu Christi veritas denegetur; atque antiquæ fidei prædicator atque defensor, quia non acquievit blasphemiis, quas olim sancti patres nostri in multis hæreticis damnavere, subjiciatur injuriis: in quo utique omnium domini sacerdotum reverentia cæditur, & universa corporis Christi membra pulsantur: sed quia gloriosum nobis est, quidquid nos pati Deus voluerit, & pro veritate tolerare, in consortium vos patientiæ paternis exhortationibus advocamus, ut per dilectio-

B nem vestram omnibus Deo servientibus, quæ scripsimus, innotescant, & inimici evangelii resistentes, nec pastoris vestri dilectionem nec unitatem catholicæ fidei deseratis. Quoniam ea, quæ in Epheso nuper contra justitiam, vel canonum disciplinam, per unius hominis* impudentiam gesta sunt, nulla catholicæ fidei ratio rata esse permittit. Data' octavo idus Octobris, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus."

* potentiam. ' tertio. " A. Ch. 449.

EPISTOLA XXIX. LEONIS PAPÆ I.

AD ANASTASIUM EPISCOPUM THESSAlonicensem.

C Gratulatur Anastasio, quod ab Ephesina synodo, dum Flaviano episcopo vis illata fuit, abfuerit: in unitate fidei eum confirmat, & ad eam propugnandam hortatur.

Leo episcopus urbis Romæ, dilectissimo fratri Anastasio episcopo.

QUANTUM relatione Hilarii diaconi nostri cognovimus, magnum facinus Alexandrino episcopo auctore vel executore commissum est: ut dum in fratrem nostrum Flavianum veteres æmulationes & odia privata de-

D sæviunt, nec innocentiæ probatissimi sacerdotis, nec Christianæ fidei parceretur. Unde multum dilectioni tuæ congratulamur, quod te, ad illam synodum ire cupientem, opportunis obstaculis manus divina* obtinuit: ne absenturus procul dubio a tanto scelere, indignis injuriis subjaceres, & furori impio, militibus (quantum didicimus) armisque suffulto, contraire non posses. Quia ergo prorupit in apertum perfidia quæ latebat, & in nefandissimam hæresim unius imperitissimi senis asseclæ transierunt, tempus probationis nostræ debemus agnoscere, & contra impetus adversan-

* detinuit

E tium, munitionibus cælestibus freti, incommutabilis animi constantiam præparare. Scimus, frater carissime, quia sacramento magnæ pietatis suæ aderit divina protectio. Si quid igitur fraternitati tuæ de impiis constitutionibus fuerit ingestum, protestamur pariter ac monemus, ne vel in damnationem fratris insontis, vel in acceptione nefarii dogmatis consensum tui cordis immisceas. Major est enim, qui in nobis est, quam qui adversus nos. Annitere potius, quantum te ipse naturæ nostræ susceptor & glorificator adjuverit, ut omnium fratrum nostrorum corda confirmes. Nobis enim ab evangelio generationis, & mortis, ac resurrectionis domini nostri Iesu Christi nullatenus recedentibus, definitissimum est, in nostræ communionis numero non futuros eos qui conantur antiqua catholicæ fidei fundamenta convellere. Data tertio Idus Octobris, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus."

" A. Ch. 449.

EPIST.

EPISTOLA XXX. LEONIS PAPÆ I.

AD IVLIANVM EPISCOPVM.

Ex iis quæ in Ephesina synodo gesta fuerunt, summo dolore ait se affectum: rectam fidem esse retinendam, & a latore, quæ disposuerit, cogniturum.

Leo Romanæ ecclesiæ episcopus, Iuliano fratri & coepiscopo salutem.

COGNITIS quæ apud Ephesum unius hominis præsumptione sunt gesta, magno quidem dolore affecti sumus de his quæ impie furioseque commissa sunt: sed ad dominum nostrum animos dirigentes, multam fiduciam ab ipsa, quam sequimur, veritate concipimus, non omittentes omnia agere, quæ auxiliante Dei gratia credimus profutura. Tenendum ergo nobis est, quod tenemus, & sæviente unius turbinis procella, serenissima fidei est amplectenda tranquillitas: donec radios suos veritas per universa diffundat, & caliginem infidelitatis consumat. Quæ autem disposita sunt, per latoris sermonem agnosces. Data tertio Idus Octobris, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA XXXI. LEONIS PAPÆ I.

AD PVLCHERIAM AVGVSTAM.

Lætatur literis Pulcheriæ, quantum ipsa ab hæresibus abhorreat, cognovisse, & ad fidem defendendam hortatur.

Leo episcopus, Pulcheriæ Augustæ.

GAVDERE me plurimum, & exultare in domino, pietatis tuæ scripta fecerunt: quibus evidenter ostenditur, quantum catholicam diligas fidem, & quantum hæreticum detesteris errorem. Hæresis quippe est nimis impia, & euangelio veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta convellere: negans sempiterni Patris filium sempiternum de utero beatæ virginis matris veram carnem nostræ sumpsisse naturæ, & eos damnatione percellens, qui ab euangelica & apostolica fide nullo deduci errore potuerunt, illudque frustra prætendens, quod Nicænæ synodi fidem teneat, cujus eum constat esse alienum, gloriosissima Augusta. Vnde quia non deserit ecclesiam suam divina protectio, dicente domino: *Ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*, eodemque opere & tempore spiritus Dei & clementiæ vestræ solicitudinem, & curam nostri cordis accendit, ut de remediis procurandis eadem utrique cuperemus; & quæ prius poposci, nunc quoque instantius peto, majore utens fiducia deprecandi, posteaquam præsidium venerandæ exhortationis accepi, sperans ad futuram misericordiam Dei, ut cooperante clementia vestra, pestiferi erroris possit morbus auferri: ut quidquid, ipso inspirante atque auxiliante, potuerit salubriter fieri, cum vestræ fidei laude peragatur: quoniam res humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad divinam confessionem pertinent, & regia & sacerdotalis defendat auctoritas. Data decimosexto Kalendas Aprilis, Valentiniano Augusto septies & Avieno viris clarissimis consulibus, æra 488.

EPISTOLA XXXII. LEONIS PAPÆ I.

AD MARCIANVM ET FAVSTVM PRESBYTEROS.

De damnatione secundi Ephesini concilii.

Leo episcopus Marciano Faustoque presbyteris.

BONORVM operum, & spiritalium studiorum Deum auctorem esse, non dubium est: qui quorum incitat mentes, adjuvat actiones. Quod nobis præsenti experimento evidenter apparuit. Siquidem inter discretarum spatia longinqua regionum, unum sumpserunt corda nostra consilium, ut quod a nobis desiderabatis, eo vobis tempore, quo epistolæ vestræ mittebantur, occurrerit, si tamen dilectioni vestræ tradi scripta nostra potuere, quæ non solum apostolicæ sedis auctoritate, sed etiam sanctæ synodi, quæ ad nos frequens convenerat, unanimitate directa sunt, ut in his, quantam curam totius ecclesiæ habeamus, appareat; hortando scilicet omnium fidelium mentes, & clementissimorum principum præsidia ad defensionem fidei postulando, quorum pios & catholicos animos non diffidimus opem atque auctoritatem suam justis petitionibus præstituros; quo citius, auxiliante domino, perniciosa hæresis, & dudum sanctorum patrum auctoritate damnata, quæ & nuper Ephesi male adjuta est, auferatur. Interim vero det operam (quantum fieri potest) vestra dilectio, ut omnibus ecclesiæ filiis innotescat quod contra impium sensum, secundum doctrinam evangelicam & apostolicam, prædicamus. Quia licet plene, quæ semper fuisset atque esset catholicorum sententia, scripserimus, tamen nunc quoque ad confirmandas omnium mentes, non parum exhortationis addidimus. Memor enim sum, me sub illius nomine ecclesiæ præsidere, cujus a domino Iesu Christo est glorificata confessio, & cujus fides omnes quidem hæreses destruit, sed maxime impietatem præsentis erroris expugnat: & intelligo mihi aliud non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ, in qua universalis ecclesiæ salus infestatur, impendam. Ne autem aliqua negligentiæ occasione scripta nostra ad vos non potuerint pervenire, exemplaria eorumdem nunc mittenda credidimus; ut nullo modo fidei, quam defendimus, prædicatio vestræ notitiæ subtrahatur. Data decimosexto Kalendas Aprilis, Valentiniano Augusto septies & Avieno viris clarissimis consulibus. A. Ch. 450.

EPISTOLA XXXIII. LEONIS PAPÆ I.

AD THEODOSIVM AVGVSTVM.

Vt id, quod de incarnatione filii Dei ab Anatolio Constantinopolitano episcopo prædicatur, agnoscat, & universale concilium in Italia fiat.

Leo episcopus Theodosio semper Augusto.

OMNIBVS quidem vestræ pietatis epistolis. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte I. epistola 32.* Tomo IV. pag. 59. D.

EPISTOLA XXXIV. LEONIS PAPÆ I.

Missos a se legatos commendat.

*Leo episcopus, Fausto, Marciano, Petro, Manueli, Iob, Antiocho, Vivantiaco, Abrahamo, Theodoro, Pientio, Eusebio, Helpidio, Paulo, Asterio & * Charaso presbyteris & archimandritis, & Iacobo diacono & archimandritæ.*

* *Caroso*

CAUSA fidei, in qua salus Christiana consistit, multa me solicitudine laborare compellit, metuentem, ne pravitas, quæ in suis fuerat amputanda principiis, processu temporis & ' perniciosior fiat & latior. Nam cum clementissimus imperator talia ad nos scripta direxerit, quibus solicitudinem suam pace universalis ecclesiæ demonstraret, ipse Constantinopolitanus episcopus, & hi qui eumdem consecrarant, præter id quod ad ordinationem novi antistitis pertinebat, nihil nobis de compressis vel abdicatis erroribus indicarunt, quasi in illa ecclesia nullum scandalum, nulla extitisset offensio, aut non hinc præcipue fuerit ordinati meritum demonstrandum, si aliena a se, quæ catholicorum sensibus sunt adversa, docuisset. Ne ergo (quod inter longinquas regiones accidere solet) in nimias dilationes tenderent veritatis examina, fratres & coepiscopos nostros Abundium & Asterium, sed & Basilium & Senatorem presbyteros, probatissimos viros, ad piissimum principem cum sufficienti paternarum auctoritatum instructione direximus. Quos in omnibus, fratres carissimi, diligentia ac solicitudine vestra cupimus adjuvari, ut impietas, quæ cæcis ausibus in exitialia abrupta processit, simplices quosque decipiendi ulterius non habeat potestatem, cum aptiore medicina etiam illis cupiamus per correctionis remedia subveniri, qui aut imperitia sunt lapsi, aut errore traducti. Et ideo vos, qui justificamini per fidem, qui catholicam diligitis veritatem, & de singulari sacramento salutis humanæ per Spiritum sanctum estis edocti, collaborate nobiscum, & quanta potestis devotione id agite, ut falsitate destructa, & fidei soliditate defensa, secura per totum mundum Dei pace potiamur. Data decimosexto Kalendas Augusti, Valentiniano Augusto septies & Avieno viris clarissimis consulibus. °

' pertinacior fiat & altior.

° A. Ch. 450.

EPISTOLA XXXV. LEONIS PAPÆ I.

AD PULCHERIAM AUGUSTAM.

Pro his quæ superius Theodosium Augustum postulavit.

Leo episcopus Pulcheriæ Augustæ.

GAUDEO fidei clementiæ vestræ, quod religiosum studium dignanter impenditis, ut pax ecclesiastica renovetur, quæ quorumdam dissensionibus videbatur esse turbata. Debetur enim hoc vestræ specialiter gloriæ, ut ablatis omnibus scandalis, quæ contra catholicam fidem inimicus ' excitaverat, una eademque sit per totum mundum confessio veritatis: quæ facilius certiusque reparabitur, si pravorum sensuum nulla semina, nulla vestigia relinquantur. Quod tamen mearum partium est, præterire non debeo, ut scilicet, quid de incarnatione filii Dei a Constantinopolitano episcopo teneatur, agnoscam, præsertim cum in ordinatione ipsius plura præcesserint, taliaque ad nos debuerit scripta dirigere, quæ illum a contagione hujus, qui nuper emersit, erroris alienum evidenter ostenderent. Optans itaque securam cum eo habere concordiam, gratiamque illi fraternæ caritatis impendere, scribere ei interim distuli; non dilectionem negans, sed manifestationem catholicæ veritatis expectans. Simplex enim est absolutumque, quod posco, ut remoto longarum disputationum labore, sanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini episcopi epistolæ, quam ipse ad Nestorium miserat, acquiescat, in qua & errorem Nestorii arguit, & fidem Nicænæ definitionis exposuit, ' & epistolæ meæ, quæ ad sanctæ recordationis Flavianum episcopum est directa, consentiat. Quibus ' vigilanter inspectis, Constantinopolitanus antistes repudiandum sibi, quod ' ausus est contra puram & singularem fidem imperita insipientia definire, incunctanter agnoscat, quia & mea, & sanctorum patrum de incarnatione domini concors per omnia & una confessio est. Quam si quis existimaverit non sequendam, ipse se a compage catholicæ unitatis abscindet: cum tamen nos, ut in integrum omnia revocentur, optemus. Ad effectum vero salubrium dispositionum velocius obtinendum, fratres & coepiscopos meos, Abundium & Asterium, sed & Basilium & Senatorem presbyteros, probatissimos viros misi, qui clementiæ vestræ formam fidei, quam secundum doctrinam venerabilium patrum prædicamus, offerrent, & remotis circumlocutionibus, quibus obscurari veritas solet, quid de incarnatione filii Dei a totius orbis probatis sacerdotibus defensum fuisset, ostenderent. Quos post divinam gratiam, sancto vestræ pietatis auxilio dignum est adjuvari, ne in totius ecclesiæ perturbationem ' imprudens procedat ' contentio; cum correctione adhibita, omnes oporteat in unius confessionis redire concordiam. A qua si forsitan ab aliquibus discrepatur, universale concilium sacerdotum haberi intra Italiam, clementia vestra annuente, jubeatur: quo remota arte fallendi, tandem pateat, quid altiore tractatu aut coerceri debeat aut sanari. Data tertiodecimo Kalendas Augusti, Valentiniano Augusto septies & Avieno viris clarissimis consulibus. °

' extruxerat

' vel

' diligentei

' ausa est, legendum est ex ms. fide tum ex ipsa veritate, hic enim agitur de Nestorii & Eutychis insipientia.

' impudens

' intentio.

° A. Ch. 450.

EPISTOLA XXXVI. LEONIS PAPÆ I.

AD * MARTINUM PRESBYTERUM.

* MARCIANUM.

Gratulatur ei, quod a recto catholicæ fidei sensu non deflexerit.

Leo episcopus Martino presbytero.

GRATIAS agimus Deo, & multam fiduciam piæ exultationis accepimus, cum dilectionem tuam & catholicam fraternitatem ita spiritu fidei vigere cognoscimus, ut cordibus vestris nihil infirmitatis hæretica possit inferre tentatio: ad quam divinitus destruendam, nec defuit (ut scitis) solicitudo nostra, nec deerit, donec omnipotentis dextera omnia diaboli arma confringat. Cui ob hoc aliquid audere permittitur, ut a fidelibus Christi gloria majore vincatur. Si quid autem difficultatum intervenit aut morarum, cum æquanimitate tolerandum est: quoniam ubi veritas est magistra, nunquam desunt divina solatia, fratres carissimi. Quamvis ergo magna locorum intervalla

tervalla nos dividant, unitate tamen fidei vobiscum sumus, toto corde Iesum Christum dominum nostrum verum Deum & verum hominem confitentes, nulla in vobis detrimenta perpetimur, cum de vestræ professionis concordia gloriamur: tantum ut sit, auxiliante domino, constantia perseverans, dicente apostolo: *Vobis enim datum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini.* Ad quam fortitudinem sanctarum mentium roborandam, fratres nostros, atque legatos, quos pro apostolicæ fidei libertate direximus, & quos dudum apud vos esse confidimus, plurimum credimus profuturos, cum B totius actionis nostrę didiceritis affectum, & curam vestram atque consilium operi junxeritis. De quare non necesse est nunc latius scribere, cum jam per supradictos sufficientes epistolas miserimus, quibus abundantissime omnis catholica fraternitas instruatur. Divinæ erit virtutis & gratię, ut Dei filius, qui naturam humani generis suam fecit, amplius quam videmus, aut sapimus, magnum pietatis suæ asserat sacramentum, quod impia temeritas sibi quidem fraudavit, sed rectis cordibus non potuit. Data Idibus Septembris, Valentiniano & C Avieno viris clarissimis consulibus."

EPISTOLA XXXVII. LEONIS PAPÆ I.

AD LEONEM RAVENNATEM EPISCOPUM.

De his, qui de captivitate redeuntes, incertum habent utrum ante captivitatem baptisma consecuti sunt.

I. *De parvulis qui in captivitatem devenerint, & baptismum non reminiscuntur se consecutos.*
II. *Ut ab hæreticis baptizatus, per impositionem manus Spiritum sanctum accipiat.*

Leo episcopus, ¹ Leoni episcopo ¹ Ravennati salutem.

FREQUENTER quidem in diversarum ambiguo quæstionum titubantia fratrum corda, D Spiritu Dei ' instruente, solidavimus, responsionis formam vel ex sanctarum scripturarum disciplinis, vel ex patrum regulis colligentes. Sed ' nuper in synodo novum & inauditum antea genus consultationis exortum est.

I.

Nam quorumdam fratrum suggestione comperimus, aliquos captivorũ ad sedes suas, libertatemque ' redeuntes, qui scilicet in captivitatem illa ætate ' pervenerint, quæ nullius rei ' firmam poterat habere notitiam, remedium quidem implorare baptismi: sed utrum ejusdem mysterii ante sacramenta perceperint, infantię inscientia non posse se reminisci: & ideo sub hoc latentis recordationis incerto, animas suas in discrimen adduci, dum E sub specie cautionis negatur his gratia, quæ ideo non impenditur, quia putatur impensa. Cum itaque tribuere talibus dominici sacramenta mysterii, non immerito quorumdam fratrum formido ' dubitaret, in synodali (ut diximus) cœtu formam hujuscemodi consultationis accepimus, quam diligentius ' discuti, & pro uniuscujusque sensu solicita voluimus ratione tractari, quod ad veritatem, adhibita cognitione multorum, certius pervenire possemus. Eadem ergo, quæ in sensum nostrum divina inspiratione venerunt, frequens

A etiam fratrum firmavit assensio. In primis itaque providere debemus, ne, dum speciem quamdam cautionis tenemus, damnum ' regenerandarum incidamus animarum. Quis enim ita sit suspicationibus suis deditus, ut verum esse definiat, quod omni manifestatione cessante, ex opinione ambigua suspicatur? Cum itaque ' baptizatum se nec ille recordetur, qui regenerationis est cupidus, nec alter attestari de eo possit, ' quod nesciat consecratum; nihil est in quo peccatum possit obrepere, cum in hac parte conscientiæ suæ nec ille reus sit qui consecratur, nec ille qui consecrat. Scimus quidem inexpiabile esse facinus, quoties juxta hæreticorum ' damnata a sanctis patribus instituta, cogitur aliquis lavacrum, quod regenerandis semel tributum est, bis subire, apostolica reclamante doctrina, quæ nobis unam prædicat in trinitate deitatem, unam in fide confessionem, unum in baptismate sacramentum. Sed in hoc nihil simile formidatur, quoniam non potest in iterationis crimen devenire, quod factum esse omnino nescitur. Atque ideo, quoties persona talis inciderit, solicita primum examinatione discutite, & longo tempore, nisi forte supremus finis immineat, indagate, utrum nemo sit penitus qui testimonio suo juvare possit ignorantiam nescientis. Et cum constiterit hunc, qui baptismatis indiget sacramento, sola inaniter suspicione prohiberi, accedat intrepidus ad consequendam gratiam, cujus in se nullum scit esse vestigium. Nec vereamur huic salutis januam aperire, quam nunquam ante docetur ingressus.

' regendarum

' baptismi sui nihil recordetur, ' qui sciat

' dogma, contra SS. Patrum instituta.

II.

Quod si ab hæreticis baptizatum quempiam fuisse constiterit, erga hunc nullatenus sacramentum regenerationis iteretur: sed hoc tantum, quod ibi defuit, conferatur, ut per episcopalem manus impositionem virtutem sancti Spiritus consequatur. Quam rem, frater carissime, ideo generaliter ad omnium vestrum volumus pervenire notitiam; ne, dum plus justo metuitur, misericordia Dei salvari cupientibus denegetur. Data nono Kalendas Novembris, consulatu Marciani Augusti."

"An Chr. 451.

EPISTOLA XXXVIII. LEONIS PAPÆ I.

AD MARCIANUM AUGUSTUM.

Literas a Marciano missas se accepisse dicit: de hoc gratias agit, & per legatos scripsisse significat.

Leo episcopus Marciano semper Augusto.

LITERAS pietatis vestræ accepisse me gaudeo, & ad significationem totius prosperitatis pertinere cognosco, cum sermones vestri vos faciant integritate securos. Quantas itaque clementię vestrę gratias referamus, non ex verbis nostris, sed ex beneficiis vestris, quę ecclesię contulistis, agnoscite: non ambigentes, qualem illum retributorem in omnibus habeatis, pro cujus estis tam pia religione soliciti, & qui vos (ut res ipsa demonstrat) ad hoc ut fides catholica ab insidiis inimicorũ suorum defenderetur, elegit. Hęc a me nunc breviter per fratris mei Anatolii clericos pietas vestra dignanter accipiat. Pleniora autem de omnibus, quæ ad curam meam pro statu ecclesiarum,

clesiarum, & concordia pertinent domini sa- A cerdotum, per legatos nostros scripta direximus. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clarissimo consule." "A. Ch. 451.

EPISTOLA XXXIX. LEONIS PAPÆ I.

AD PULCHERIAM AUGUSTAM.

Gratias agit, quod Nestorianam & Eutychianam hæresim fidei defensione destruxerit.

Leo episcopus urbis Romæ, Pulcheriæ Augustæ.

QUOD semper de sancta pietatis vestræ mente præsumpsimus, id plenissime experiendo cognovimus, Christianam fidem, B quamvis diversis pravorum appeteretur insidiis, vobis tamen præsentibus, & in defensionem ejus a domino præparatis non posse turbari. Non enim Deus aut suæ 'misericordiæ sacramentum, aut vestri laboris deserit meritum: quo dudum subdolum sanctæ religionis hostem ab ipsis visceribus ecclesiæ depulistis, cum hæresim suam tueri impietas Nestoriana non potuit, quia non fefellit famulam & discipulam veritatis, quantum simplicibus infunderetur veneni per illa loquacis hominis colorata mendacia. De quo virtutum agone processit, ut per solicitudinem vestram ea, quæ per Eutychen diabolus molitus est, non laterent, & qui sibi singulas partes geminæ impie- C tatis elegerant, una catholicæ fidei virtute procumberent. Secunda ergo hæc vobis de perempto Eutychetis errore victoria est; quem, si quid sani cordis habuisset, dudum in auctoribus suis perculsum, olimque prostratum, facile potuerat declinare, ne de sepultis cineribus rediviva tentaret incendia commovere, ut in eorum transiret consortium, quorum secutus esset exemplum, gloriosissima Augusta. Libet igitur exultare cum gaudio, & pro vestræ clementiæ prosperitate, digna Deo vota persolvere: qui tibi per omnes mundi partes, in quibus domini euangelium prædicatur, 'dupli- D cem jam & palmam contulit, & coronam. Clementia igitur vestra agnoscat omnem Romanam ecclesiam de universis fidei vestræ operibus plurimum gratulari: sive quod legationem nostram pio per omnia adjuvistis affectu, & quod sacerdotes catholicos, qui de ecclesiis suis injusta fuerunt ejecti sententia, reduxistis: sive quod reliquias sanctæ memoriæ Flaviani innocentis & catholici sacerdotis ad ecclesiam (cui bene præfuit) fecistis cum honore debito revocari. In quibus utique omnibus gloriæ vestræ multiplicatur augmentum, dum & sanctos pro suis meritis veneramini, & ab agro dominico spinas & tribulos vultis auferri. E Quosdam sane episcopos de his qui rebus impiis videntur præbuisse consensum, reconciliationem reposcere, & catholicorum communionem desiderare, tam nostrorum, quam fratris & coepiscopi mei Anatolii, cui testimonium ferre dignamini, relatione cognovimus: quorum desideriis sic præbemus effectum, ut correctis, & quæ male sunt facta propria subscriptione damnantibus, participata nostrorum (quos misimus) cura cum supradicto episcopo, pacis gratia tribuatur: quia devotionis utrumque est Christianæ, ut & pertinaces 'veritas justa coerceat, & conversos caritas non repellat. Quia vero novimus, quantum piæ solicitudinis catholicis sacerdotibus mansuetudo vestra dignetur impendere, indicandum esse curavimus, fratrem & coepiscopum nostrum Eusebium nobiscum degere, & nostræ communionis esse consortem; cujus commendamus ecclesiam, quam dicitur vastare, qui illi injuste asseritur subrogatus: illud etiam a vestra pietate poscentes, quod vos spontaneo 'facere non dubitamus arbitrio, ut tam fratrem & coepiscopum meum Iulianum, quam Constantinopolitanos clericos, qui sanctę memoriæ Flaviano fidelibus officiis adhæsere, ea, qua debetis, gratia faveatis. De omnibus vero pietatem vestram per nostros, quid fieri aut declinari deberet, instruximus. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clarissimo consule." "A. Ch. 451.

' fidei

' duplicis gloriæ.

' severitas

' facturas

EPISTOLA XL. LEONIS PAPÆ I.

AD ANATOLIUM CONSTANTINOPOLITANUM episcopum.

I. *De fide ejus, scriptis missis, probata.*
II. *De his qui metu turbati in hæresim lapsi sunt, ut, si conversi fuerint, ad communionem admittantur.*
III. *De nominibus hæreticorum ad altare non recitandis.*
IV. *De commendatione Iuliani episcopi, vel eorum clericorum, qui Flaviano episcopo fide adhæserunt.*

Leo episcopus, Anatolio episcopo.

I.

GAUDEMUS in domino, & in dono gratiæ ipsius gloriamur, quia sicut dilectionis tuæ literis, & fratrum nostrorum, quos Constantinopolim miseramus, relatione cognovimus, sequacem te euangelicæ eruditionis ostendis: ut per sacerdotis probabilem fidem merito præsumamus, quod tota ecclesia eidem credita, nec rugam cujusquam sit erroris habitura, nec maculam, dicente apostolo: *Despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.* Illa est enim virgo ecclesia, sponsa unius viri Christi, quæ nullo se patitur errorē vitiari: ut per totum mundum una nobis sit unius castæ communionis integritas, in qua societatem tuæ dilectionis amplectimur, & gestorum, quæ sumpsimus, seriem necessariis (sicut oportuit) munitam subscriptionibus approbamus. Vt ergo invicem dilectionis tuæ animus nostris confirmaretur alloquiis, filios nostros 'Casterium presbyterum, Patricium & Asclepiadem diaconos, qui ad nos tua scripta detulerunt, cum epistolis nostris post venerabilem diem festi paschalis remisimus: indicantes nos (ut supra diximus) de Constantinopolitanæ ecclesię pace gaudere, cui hanc curam semper impendimus, ut eam nulla velimus hæreticorum fraude violari.

2. Cor. 11.

' Castorium

II.

De fratribus vero, quos & epistolis tuis, & legatorum nostrorum relatione communionis nostræ cupidos esse cognovimus, eo quod doleant se contra potentiam, contraque terrores non tenuisse constantiam, sed alieno sceleri præbuisse consensum, cum ita eos formido turbasset, ut in damnationem catholici atque innocentis antistitis, & in receptionem detestabilis pravitatis trepido famularentur obsequio; illud quidem quod præsentibus & agentibus nostris constitutum est approbamus, ut suarum

ſuarum interim eccleſiarū eſſent communione A contenti: ſed cum legatis noſtris (quos miſimus) participata tecū ſolicitudine volumus diſponatur, quatenus hi, qui plenis ſatisfactionibus male geſta condemnant, & accuſare magis ſe eligunt, quam tueri, pacis & communionis noſtræ unitate lætentur: ita ut digno prius anathemate, quæ contra fidem catholicam ſunt recepta, damnentur. Aliter enim in eccleſia Dei, quæ corpus eſt Chriſti, nec rata ſunt ſacerdotia, nec vera ſacrificia: niſi in noſtræ proprietate naturæ verus nos pontifex reconciliet, verus immaculati agni ſanguis emundet. Qui licet in patris ſit dextera conſtitutus, in eadem tamen carne, quam ſumpſit ex virgine, ſacramentum propitiationis exequitur, dicente apoſtolo: *Chriſtus Ieſus, qui mortuus eſt, imo qui & reſurrexit, qui eſt in dextera Dei. qui etiam interpellat pro nobis.* Neque enim poteſt in aliquo benignitas noſtra reprehendi, cum ſatisfacientes recipimus, quos doluimus eſſe deceptos. Nec aſpere igitur communionis noſtræ gratia deneganda eſt, nec temere largienda: quia ſicut plenum pietatis eſt oppreſſis caritatem dominicam redhiberi, ita juſtum eſt omnia perturbationis auctoribus imputari.

III.

De nominibus autem Dioſcori, Iuvenalis, & Euſtathii ad ſacrum altare non recitandis, dilectionem tuam hoc decet cuſtodire, quod noſtri ibidem conſtituti faciendum eſſe dixerint, quodque honorandæ ſancti Flaviani memoriæ non repugnet, & a gratia tua Chriſtianæ plebis animos non avertat. Nam iniquum C nimis eſt atque incongruum, eos qui innocentes & catholicos ſua perſecutione vexarunt, ſanctorum nominibus ſine diſcretione miſceri, cum damnatam impietatem non deſerentes, ipſi ſe ſua pravitate condemnent, quos convenit, aut percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.

IV.

Fratrem verum & coepiſcopum noſtrum Iulianum, & clericos qui ſanctæ memoriæ Flaviano fidelibus officiis adhæſerunt, dilectioni quoque tuæ volumus adhærere: ut quem fidei ſuæ meritis vivere apud Deum noſtrum novimus, in te ſibi eum præſentem eſſe agnoſcant. D Illud quoque dilectionem tuam noſſe volumus, fratrem & coepiſcopum noſtrum Euſebium, qui cauſa fidei multa diſcrimina, laboreſque toleravit, nobiſcum interim demorari, & in noſtra nunc communione perſiſtere, cujus eccleſiam tua ſolicitudine volumus eſſe defenſam: ut nihil eodem abſente depereat, & nullus ei in aliquo præjudicare præſumat, donec cum literarum noſtrarum ad vos proſecutione perveniat. Et ut major circa te vel noſtra, vel totius Chriſtianæ plebis affectio provocetur, hoc quod ad dilectionem tuam ſcripſimus, in omnium volumus notitiam pervenire: ut qui Deo noſtro deſerviunt, de confirmata apud te E pace ſedis apoſtolicæ gratulentur. De ceteris vero cauſis atque perſonis dilectio tua literis, quas per noſtros accipiet, plenius inſtruetur. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clariſſimo conſule.

EPISTOLA XLI. LEONIS PAPÆ I.
AD IVLIANVM EPISCOPVM.

Gratulatur eum ex ærumnis pro fidei defenſione perpeſſis evaſiſſe, ut que ſeverius agat cum his, qui nequeunt clementia reſipiſcere, monet.

Leo epiſcopus, Iuliano epiſcopo.

LITERAS fraternitatis tuæ per filios noſtros Conſtantinopolitanos clericos, nuntias tuæ ſalutis accepi: quibus te magnis tribulationibus gravatum fuiſſe ſignificas, cum utique non defuerit materia ſolicitudini & laboribus, quæ inter procaces catholicæ fidei B adverſarios, inhærentem veritati animum fatigaret, idque (ut ſcribis) fuerit animo, ut per occaſionem neceſſitatis, & nobis te, & patriæ præſentares. Quod verum futurum ſperaveram, ut apertius omnium hæreticorum ambages tuo ore cognoſcerem. Sed gratias Deo, quod ita incolumitas tua & eccleſię cauſa profecit, ut liberum tibi fuerit apud eos interim degere, quorum nobis probabilis conſenſus innotuit, ſicut & fratris Anatolii ſcripta profitentur, & geſta, quæ apud ipſum coram noſtris ſunt confecta, demonſtrant fratribus remeantibus. Ergo prædictis ſalutationibus viciſſitudinem reddo, & ut contra falſitatis aſtutias perſeverantem diligentiam teneas, fidenter exhortor, cum tibi ad hoc, & tuus animus, & noſtra auctoritas ſuffragetur. Quoniam licet de multis meliora indicata ſint, quod ſcilicet doleant ſe deceptos, & damnata perfidia cum auctoribus ſuis, gratiam noſtræ communionis expoſcant; quod nos adeo libenter accepimus, reddituri his hanc, quam deſiderant, communionem, cum promiſſa compleverint: tamen quoſdam perſiſtere in ſua obduratione cognovimus, quos oportet diſtrictius comprimi, ſi nequeunt benignitate ſanari. Ad quam rem noſtros poſt diem venerabilem dirigemus, qui tecum participato conſilio, ea quæ a nobis conſtituta fuerint, exequantur. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clariſſimo conſule.

EPISTOLA XLII. LEONIS PAPÆ I.
AD MARCIANVM AVGVSTVM.

Illi pro conſervatione catholicæ fidei congratulatur.

Leo epiſcopus Romanæ eccleſiæ, Marciano ſemper Auguſto.

QVAMVIS per Conſtantinopolitanos clericos ad pietatem veſtram ante reſcripſerim, ſumptis tamen clementiæ veſtræ literis per virum illuſtrem præfectum urbis filium meum Tatianum, magnam materiam gratulationis accepi: quia ſtudioſiſſimos vos eccleſiaſticæ pacis agnovi. Cui ſancto deſiderio, digna equitate confertur; ut quem ſtatum eſſe cupitis religionis, eumdem habeatis & regni. Nam inter principes Chriſtianos, Spiritu Dei confirmante concordiam, gemina per totum mundum fiducia roboratur: quia profectus caritatis & fidei utrorumque armorum potentiam inſuperabilem facit, ut propitiato per unam confeſſionem Deo, ſimul & hæretica

 falſitas,

falsitas, & barbara destruatur hostilitas, gloriosissime imperator. Aucta igitur per imperialem amicitiam spe celestis auxilii, confidentius pietatem vestram pro sacramento salutis humanæ incitare presumo, ne cujusquam procaci impudentique versutia, quasi de incerto, quid sequendum sit, sinatis inquiri. Et cum ab euangelica apostolicaque doctrina ne uno quidem verbo liceat dissidere, aut aliter de scripturis divinis sapere, quam beati apostoli & patres nostri didicerunt atque docuerunt, nunc demum indisciplinatæ moveantur & impiæ quæstiones, quas olim mox, ut eas per apta sibi corda diabolus excitavit, per discipulos veritatis Spiritus sanctus extinxit. Nimis autem iniquum est, ut per paucorum insipientiam ad conjecturas opinionum, & ad carnalium disceptationum bella provocemur: tamquam reparata disceptatione tractandum sit, utrum Eutyches impie senserit, & utrum impie Dioscorus judicarit, qui in sanctæ memoriæ Flaviani condemnatione se perculit, & simpliciores quosque, ut in eamdem ruinam provolverentur, impegit: quorum multis jam (ut cognovimus) ad satisfactionis remedia conversis, & veniam de inconstanti trepidatione poscentibus, non cujusmodi sit fides tenenda tractandum est, sed eorum precibus qualiter annuendum. Vnde piissimæ solicitudini vestræ, quam de indicenda synodo habere dignamini, per legationem, quæ confestim ad clementiam vestram, Deo annuente, perveniet, quidquid ad causæ utilitatem arbitror pertinere, plenius atque oportunius suggeretur. Data nono Kalendas Maii, Adelphio viro clarissimo consule.

EPISTOLA XLIII. LEONIS PAPÆ I. AD MARCIANVM AVGVSTVM.

De directa vocis suæ legatione Constantinopolim pro Calchedonensi concilio faciendo.

Leo episcopus Marciano Augusto.

POPOSCERAM quidem a gloriosissima clementia vestra, ut synodum quam ad reparandam orientalis ecclesiæ pacem, a nobis etiam petitam, necessariam judicastis, aliquantisper differri ad tempus opportunius juberetis: ut liberioribus ab omni perturbatione animis, hi quoque episcopi, quos hostilitatis metus detinet, convenirent. Sed quia pio studio humanis negotiis divina præponitis, & rationabiliter ac religiose regni vestri viribus creditis profuturum, si nulla sit in sacerdotum sensibus dissonantia, nulla sit in euangelii prædicatione discordia: ego etiam vestris dispositionibus non renitor, optans, ut omnium cordibus catholica fides, quæ non potest n isi una esse, firmetur. A cujus integritate & Nestorius antea, & nunc Eutyches, diversis quidem callibus, sed impietate non impari deviaverunt: abominandi prorsus in persuasionibus suis, quas contra sincerum veri luminis fontem, de cœnosis lacubus diabolicæ falsitatis hauserunt. Prior itaque synodus Ephesina Nestorium cum dogmate suo merito justeque damnavit: & quisquis in illo errore persistit, ad nullius potest spem remedii pervenire. Sequens vero in prædicta civitate non potest vocari concilium, quod in eversionem fidei fuisse constat agitatum: quodque vestra clementia amore veritatis, catholicis adfutura, aliud statuendo, cessabit, gloriosissime imperator.

Vnde per ipsum dominum nostrum Iesum Christum, qui regni vestri est auctor & rector, obtestor & obsecro clementiam vestram, ut in præsenti synodo fidem quam beati patres nostri ab apostolis sibi traditam prædicarunt, non patiamini quasi dubiam retractari: & quæ olim majorum sunt auctoritate damnata, redivivis non permittatis conatibus excitari. Illudque potius jubeatis, ut antiquæ Nicænæ synodi constituta, remota hæreticorum interpretatione permaneant. Nec me quoque (ut voluit vestra clementia) ab illo credatis abesse concilio, cum in his fratribus, quos direxi, id est, Paschasino & Lucentio episcopis, Bonifacio & Basilio presbyteris, sed & fratre meo Iuliano, quem eorum volui esse participem, etiam mea sit æstimanda præsentia. Quos, auxiliante Christo, ita acturos esse confido, ut ea quę domino nostro placeant, decernentur, accedente pietatis vestræ studio, quod & paci prosit religionis, & custodiæ veritatis. Data sexto Kalendas Iunii, Adelphio viro clarissimo consule. Obtestat gravissim

EPISTOLA XLIV. LEONIS PAPÆ I. AD MARCIANVM AVGVSTVM.

Inter cetera, pro defensione fidei imperatori gratulatur.

Leo episcopus Marciano Augusto.

MVLTAM mihi fiduciam scribendi ad clementiam vestram, & literæ vestræ, quas veneranter accepi, & coepiscopi mei revertentes a Constantinopoli præbuerunt, non sola assertione verborum, sed ipsis jam operum effectibus demonstrantes, ad defensionem catholicæ fidei divinum in vobis vigere præsidium. Quo utique non solum ecclesię status, sed etiam vestri robur munitur imperii: ut merito ejus expectetis protectionem, cujus colitis religionem & veritatem, gloriosissime imperator. Nam ut & fratris mei Anatolii citiu s manifestaretur integritas, & olim damnati erroris redivivus assertor locum in Christi ecclesia non haberet, ut catholici episcopi, quos nuper hæreticorum persecutio depravare non potuit, ab injustis revocarentur exiliis atque reliquiis beatæ memoriæ Flaviani digno honore susceptis, impietatem suam condemnator ejus agnosceret, vestræ virtutis titulus, vestræ pietatis est fructus. Cui confido & aliarum insignia accumulanda palmarum, ut sicut Constantinopolitana ecclesia, recepta apostolicæ fidei libertate, lætatur; ita omnes regni vestri provinciæ emundatas se esse a diabolici dogmatis contagio glorientur. Vt ergo præcedentibus literis indicavi, fratres meos Lucentium episcopum, & Basilium presbyterum, qui solicitudinis meæ partes possint implere, direxi: favori eos pietatis vestræ in omnibus quæ sunt agenda commendans. Nam cum & fratris mei Anatolii scriptis, & nostrorum sermone cognoverim, multos de his, qui apud Ephesum Dioscori factione compulsi detestabilibus statutis præbuere consensum, pœnitendo inconstanti æ

ſtantiæ ſuæ veniam poſtulare, & communionem catholicam per ſatisfactionem correctionis expetere; non fuit talium negligenda converſio, qui non proprio ſenſu, ſed impii præſumptoris impulſu in hæc incidiſſe noſcuntur, in quibus liberum non habuere judicium.

Ne igitur vel reſipiſcentium deſideria mora longior fatigaret, vel curioſa facilitas temere aliquos & ſine diſcretione ſuſciperet, injunctum eſt ab apoſtolica ſede directis, ut in conſortium ſuæ deliberationis accito Conſtantinopolitanæ urbis antiſtite, & peſtilentiæ contagia non admittantur, & ſanitatis remedia non negentur. Quæ induſtria in omnibus, quæ nequiter geſta ſunt, emendandis celerem, juvante domino, conſequetur effectum, ſi reparationi pacis eccleſiaſticæ opem ſuam veſtra pietas dignetur adjungere: ut vobis in terra regnantibus, & Dei regnum intra vos habere mereamini, & catholicam fidem nulla falſitas violet, nulla hæreſis inquietet, nec cuiquam liceat doctrinam euangelicam deſerere, & ſacerdotali honore gaudere. Synodum vero fieri, ut meminit clementia veſtra, etiam ipſi popoſcimus. Sed ſacerdotes provinciarum omnium congregari præſentis temporis neceſſitas nulla ratione permittit: quoniam illæ provinciæ, de quibus maxime ſunt evocandi, inquietante bello, ab eccleſiis ſuis eos non patiuntur abſcedere. Vnde opportuniori tempori, propitiante domino, cum firmior fuerit reſtituta ſecuritas, jubeat veſtra clementia reſervari. De qua re plenius inter cetera apud pietatem veſtram poterunt allegare, quos miſi. Data * quinto Idus Iunii, Adelphio viro clariſſimo conſule.

EPISTOLA XLV. LEONIS PAPÆ I. AD PVLCHERIAM AVGVSTAM.

Eutychianam hæreſim deteſtatur. Hortatur ut ejus opera Eutyches in remotiorem locum detrudatur, inque illius monaſterio catholicus abbas ſufficiatur.

Leo epiſcopus Pulcheriæ Auguſtæ.

Religiosam pietatis veſtræ ſolicitudinem, qua univerſo mundo, Deo inſpirante, conſulitis, crebrioribus alloquiis incitare præſumo: ut operum veſtrorum profectum neceſſaria perfectio ſubſequatur; ac ſicut de ſtatu Conſtantinopolitanæ eccleſiæ gratulamur, cujus & ſacerdos & populus catholicæ puritatis fidem jam tenere cognoſcitur, ita etiam aliorum concors nobiſcum ſit de Verbi incarnatione confeſſio. Vnde quod facturum me aliis literis indicaveram, Lucentium epiſcopum & Baſilium presbyterum fratres meos dirigere præparavi, qui diſpoſitiones meas, fratris mei Anatolii devotione ſociata, ſecundum eas, quas acceperunt, regulas exequantur. Sicut enim prædicti epiſcopi ſcriptis, & clericorum ejus ſuggeſtione patefactum eſt, multa ſunt quæ indulgentius ſunt curanda, multa quæ juſtius coercenda: ut in cauſa tantæ perturbationis nec diſtrictio nimis ſit aſpera, nec remiſſio parum cauta, cum aliud ſatisfacientibus, aliud pertinacibus debeatur.

Offertur ergo pietati veſtræ digna materia, quæ placitam domino curam ſancti cordis exerceat, & præcedentium meritorum coronas etiam de præſentis erroris abolitione multiplicet. Sicut enim Neſtoriana impietas, ita & Eutychiana blaſphemia ab omnium eſt catholicorum eliminanda conſortio. Quia tam impium eſt, conſubſtantialem & conſempiternam Patri Filii deitatem, etiam ex utero virginis matris partu editam negare corporeo, quam unam in Dei Filio, poſt incarnationis ſacramentum, affirmare naturam: ut ſcilicet aut humanitas ejus refutetur, aut deitas; cum unione utriuſque eſſentiæ, nec altera ſit in alterutram verſa, nec aſſumpta in aſſumente finita. Sed & Verbi incommutabilitas, & carnis atque animæ veritas maneant inſeparabiliter in unitate perſonæ; quod qui, teſtificante lege, credentibus patriarchis, annuentibus prophetis, prædicante euangelio, docentibus apoſtolis, & toto mundo confitente, non credunt, extra ſacramentum corporis Chriſti, extra unitatem ſunt nominis Chriſtiani.

Quorum ſicut ruinam dolemus, ita perfidiam deteſtamur. Vt autem circa talium perſonas ſincerum ſervetur ubique judicium, & aliud correctis, & aliud pertinacibus rependatur, veſtra pietas noſtros, qui ab apoſtolica ſede ſunt miſſi, fovere dignetur: eorumque omnes, quas injunximus, adjuvet actiones, quo citius ac facilius, auxiliante domino, quæ ad veſtram gloriam, & ad totius eccleſiæ pacem proficiant, exequantur. De Eutyche autem, totius ſcandali & pravitatis auctore, hoc clementia veſtra præcipiat, ut ab eo loco qui Conſtantinopolitanæ urbi nimis vicinus eſt, longius transferatur: ne frequentioribus ſolatiis eorum, quos ad impietatem ſuam traxit, utatur. Monaſterio quoque ipſius, cui pernicioſe indigneque præſedit, catholicum abbatem jubete præponi, qui illam ſervorum Dei congregationem & a pravo dogmate liberare, & inſtitutis veritatis poſſit imbuere.

Data Idibus Iunii, Adelphio viro clariſſimo conſule.

EPISTOLA XLVI. LEONIS PAPÆ I. AD ANATOLIVM CONSTANTInopolitanum epiſcopum.

De his qui hæreticorum erroribus metu, non voluntate implicantur, ut per ſatisfactionem in eccleſia ſuſcipiantur.

Leo epiſcopus Anatolio epiſcopo in domino ſalutem.

Licet ſperem dilectionem tuam ad omne opus bonum eſſe devotam, ut tamen efficacior tua poſſit fieri induſtria, neceſſarium & congruum fuit, fratres meos Lucentium epiſcopum & Baſilium presbyterum (ut promiſimus) deſtinare: quibus tua dilectio ſocietur, ut nihil in his, quæ ad univerſalis eccleſiæ ſtatum pertinent, aut dubie agatur aut ſegniter: cum reſidentibus vobis, quibus executionem noſtræ diſpoſitionis injunximus, ea poſſint agi cuncta moderatione, ut nec benevolentiæ partes, nec juſtitiæ negligantur, ſed abſque perſonarum acceptione divinum in omnibus judicium cogitetur. Quod ut

A ut recta observantia valeat custodiri, catholicæ primitus fidei servetur integritas, ut quia per omnia angusta & ardua via est, quæ ducit ad vitam; neque in sinistram, neque ad dexteram ab ejus tramite devietur. Et quia evangelica & apostolica fides omnes expugnat errores, & ab uno latere Nestorium dejicit, ab alio Eutychen & participes ejus elidit, hanc regulam mementote servandam, ut quicumque in illa synodo, quæ nomen synodi nec habere potuit, nec meretur, & in qua malevolentiam suam Dioscorus, imperitiam autem Iuvenalis ostendit, dolent, ut dilectionis tuæ relatione B comperimus, se metu victos, & terrore superatos, ad consensum scelestissimi judicii potuisse compelli, & communionem catholicam obtinere desiderant, satisfactioni eorum pax fraterna præstetur: ita ut non dubiis professionibus Eutychen cum suo dogmate, cumque consortibus suis anathematis execratione condemnent. De his autem qui in hac causa gravius peccavere, & ob hoc superiorem sibi locum in eadem infelici synodo vindicarunt, ut humilium fratrum simplicitatem arrogantiæ suæ præjudiciis aggravarent: si forte resipiscunt, & a facti sui defensione cessantes in con- C demnationem proprii convertuntur erroris, horum si satisfactio talis accedit, quæ non refutanda videatur, maturioribus apostolicæ sedis consiliis reservetur, ut examinatis omnibus atque perpensis, de ipsis eorum *agnitionibus, quid constitui debeat, æstimetur. Neque prius in ecclesia, cui te dominus voluit præsidere, cujusquam talium (ut ante jam scripsimus) nomen ad altare recitetur, quam quid de eis constitui debeat rerum processus ostendat. De commonitorio vero a clericis dilectionis tuæ nobis oblato, necessarium non fuit epistolis quid videretur inserere; cum sufficeret legatis cuncta committi, quorum sermone ex omnibus diligentius instrueris. Annitere igitur, D frater carissime, ut quæ ecclesiæ Dei congruunt, fideliter & efficaciter cum his fratribus, quos tantæ rei idoneos auctores elegimus, exequaris: præsertim cum & ipsa vos causæ ratio spesque divini auxilii cohortentur, & clementissimorum principum tam sancta sit fides, tam religiosa devotio, ut in eis non solum Christianum, sed etiam sacerdotalem experiamur affectum. Qui utique pro ea pietate, qua se Dei famulos esse gloriantur, omnes suggestiones vestras fidei catholicæ profuturas di- E gnanter accipient, ut ipsorum quoque ope, & pax Christiana reparari, & error impius possit aboleri. Ac si de aliquibus amplius fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur: ut pertractata qualitate causarum, nostra quid observari debeat solicitudo constituat. Data quinto Idus Iunii, Adelphio viro clarissimo consule.

*actionibus.

EPISTOLA XLVII. LEONIS PAPÆ I. AD SYNODUM CALCHEDONENSEM.

Hortatur per legatos suos Dei sacerdotes, ut secundum scripturas cuncta disponerent.

Leo episcopus urbis Romæ, sanctæ synodo apud Calchedonem constitutæ.

OPTAVERAM quidem, dilectissimi. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 40.**

*Tomo IV. pag 70.E.

EPISTOLA XLVIII. LEONIS PAPÆ I. AD ANATOLIUM EPISCOPUM.

Basilium & Ioannem presbyteros, apud se Eutychetis & Nestorii hæreses detestatos, commendat.

Leo episcopus Anatolio confratri.

AD declinandam erroris maculam, qua nonnullos aut Nestoriana impietas, aut Eutychiana labefactavit insania, laudabilem curam filii nostri Basilius & Ioannes presbyteri suæ æstimationis habuerunt: ut inter pugnantia dogmata falsitatis vera catholicæ fidei pace gauderent. Siquidem longinquo peregrinationis labore suscepto, sensum cordis sui in apostolica sede patefecere: damnantes utramque heresim, quarum supra fecimus mentionem, & de incarnatione domini nostri Iesu Christi non aliud recipientes, quam quod instruente sancto Spiritu, & didicimus, & docemus. Per hos ergo, frater carissime, cum testimonio nostro ad propria revertentes, dilectioni tuæ nostra scripta direximus: fidenter orantes, ut qui gratia apostolicæ communionis ornantur, etiam tuo favore per omnia se gaudeant adjuvari. Data decimo tertio Kalendas Iulii, Adelphio viro* clarissimo consule.

EPISTOLA XLIX. LEONIS PAPÆ I. AD MARCIANUM AUGUSTUM.

Legatos ad concilium Calchedonense, qui una cum iis qui ante illorum adventum legationem susceperant concilio præsint, scribit a se missos.

Leo episcopus Marciano semper Augusto.

CREDEBAMUS clementiam vestram id desiderio nostro posse prestare, ut præsenti necessitate respecta, differri ad opportunius tempus sacerdotalem synodum juberetis: ut vocatis de cunctis provinciis sacerdotibus, vere posset esse universale concilium. Sed quia vos amore catholicæ fidei congregationem nunc fieri voluistis, ne devoto obviare viderer arbitrio, fratrem & coepiscopum meum Paschasinum de ea provincia, quę videtur esse securior, evocatum, qui vicem presentiæ meę possit implere, direxi, Bonifacio fratre nostro & compresbytero sociato, & his, quo antea miseramus, adjunctis, consortem illis fratrem quoque meum Iulianum addentes episcopum. Quos ea moderatione universa, domino auxiliante, credimus esse gesturos, ut quæcumque in querelam perturbationemque venerunt, ad unitatem pacis & fidei, compressa omni dissensione revocentur: nec ullum in aliquorum cordibus sacerdotum, vel Nestorianæ, vel Eutychianę impietatis vestigium relinquatur, quoniam catholica fides quam instruente nos Spiritu Dei per sanctos patres a beatis apostolis didicimus & docemus, neutrum subrepere permittet errorem. Si quid ergo morborum, si quid est vulnerum, quod sincera possit correctione curari, ut ad veram sanitatem revocetur, optamus. Quæ nunc utique non erunt dubia, nec cujusquam simplicitati deinceps nocitura, si nullis se excusationibus voluerit

voluerit obumbrare, cum absolutionem peccati A non obtineat nisi vera confessio. Quia vero quidam de fratribus (quod sine dolore non dicimus) contra turbines falsitatis non valuere catholicam tenere constantiam, prædictum fratrem & coepiscopum meum vice mea synodo convenit præsidere: certus sum enim quod absque odio & gratia ibidem ab his, quibus hoc commisimus, laboretur, ut cum solius hæreticæ impietatis excidio, in omnibus ecclesiis Dei veritas regnet & caritas. Data sexto Kalendas Iulii, Adelphio viro clarissimo consule.

EPISTOLA L. LEONIS PAPÆ I. AD EUMDEM MARCIANUM Augustum.

Eadem repetit quæ in præcedenti epistola.

Leo episcopus, Marciano Augusto.

SANCTUM clementiæ vestræ studium, quo ad reparationem pacis ecclesiasticæ synodum habere voluistis, adeo libenter accepi, ut quamvis eam fieri intra Italiam poposcissem, & aptius expectari tempus optassem, quo scilicet plurimi possent episcopi etiam de longinquis provinciis evocari, mox tamen, ut mihi pietatis vestræ scripta sunt tradita, & C Bonifacium de compresbyteris meis ab urbe direxerim, & de episcopis fratrem meum Paschasinum de Sicilia fecerim navigare, qui vicem meam sufficienter implerent, datis per eosdem epistolis ad eos qui legationem ante susceperant, ut ipsi quoque prædictis ad implendas partes meæ præsentiæ jungerentur. Vnde quamvis nimis arctus dies synodo fuerit constitutus, spero tamen adfuturum omnipotentis auxilium, quo omnes valeant ad præfinitum tempus occurrere, & unanimiter cum sanctæ fraternitatis assensu, quæ universali ecclesiæ congruant, definire. Compressa enim, vel remota inquietudine ac pravitate paucorum, facile firmabitur probanda concordia: D si in eam fidem quam euangelicis & apostolicis prædicationibus declaratam, per antiquos patres nostros accepimus & tenemus, omnium corda concurrant, nulla penitus disputatione cujusquam retractationis admissa, ne per vanam fallacemque versutiam aut infirma videantur, aut dubia, quæ in ipso angulari lapide Christo fundata sunt, & sine fine mansura; hoc nobis indesinenter orantibus, ut a sacramento singularis fidei nemo inveniatur alienus, sed damnata impietate hæreseos, nullum de perditione cujusquam catholica ecclesia sentiat E detrimentum. Quod autem pietatem vestram de his, per quos meas misi epistolas, obsecravi, nunc quoque simili fiducia precor: ut vice mea acturos, commendatos per omnia habere dignemini, quo facilius ac diligentius, quæ optimo fidei vestræ ordinata sunt studio, salubri impleantur effectu. Data decimoquarto Kalendas Augusti, Adelphio viro clarissimo consule.

EPISTOLA LI. LEONIS PAPÆ I. AD PULCHERIAM AUGUSTAM per Theosticum magistrianum.

Eadem quæ superius; insuper omnibus auctoribus conciliabuli Ephesini, si resipuerint, communionem fidelium non denegari.

Leo episcopus, Pulcheriæ Augustæ salutem.

RELIGIOSAM clementiæ vestræ sollicitudinem, quam catholicæ fidei indesinenter impenditis, per omnia recognosco, & Deo gratias ago, quod tantam universalis ecclesiæ curam habere vos video: ut quod justitiæ & benevolentiæ congruere arbitror, confidenter insinuem, quo celerius, quæ, propitio Christo pietatis vestræ studio irreprehensibiliter hactenus gesta sunt, ad gratulandum perducantur effectum. Quod ergo synodum Calchedonensem haberi clementia vestra præcepit, B cum a me, ut in Italia haberetur, mansuetudo vestra retineat postulatum, ut omnes nostrarum partium convocati antistites, si securitas temporis suppeteret, convenirent, adeo tamen non aspernanter accepi, ut binos de coepiscopis meis & compresbyteris ordinarem, qui vicem meam implere sufficerent, etiam datis ad venerabilem synodum congruentibus scriptis, quibus fraternitas advocata cognosceret, quam formam servare in hac dijudicatione deberet: ne ulla temeritas aut fidei regulis, aut canonum statutis, aut benignitatis remediis obviaret.

Sicut enim a principio hujus causæ frequentissime scripsi, hanc inter discordes sensus & carnales æmulationes moderationem volui custodiri, ut integritati quidem fidei nihil evelli nihil liceret apponi, ad unitatem vero pacemque redeuntibus, remedium veniæ præstaretur. Quia tunc operum diaboli potentię destruuntur, cum ad Dei proximique dilectionem hominum corda revocantur. Sed quam contraria tunc his monitis atque obsecrationibus meis acta sint, multum est explicare, nec opus est epistolari pagina comprehendi, quidquid in illo Ephesino non judicio, sed latrocinio potuit perpetrari. Ibi primates synodi, nec resistentibus sibi fratribus, nec consentientibus pepercerunt: cum ad infringendam catholicam fidem, & ad execrabilem hæresim roborandam, alios privilegio honoris exuerint, alios consortio impietatis infecerint: sæviores profecto in eos quos persuadendo ab innocentia separabant, quam in illos quos beatos confessores persequendo faciebant.

Verumtamen quia tales sibi maxime sua iniquitate nocuerunt, & majoribus vulneribus diligentior est adhibenda medicina, nullis unquam epistolis definivi, etiam talibus, si resipiscerent, veniam denegandam. Et quamvis incommutabiliter inimicissimam Christianæ religioni hæresim detestemur, ipsos tamen, si corrigantur, & digna se satisfactione purificent, ab ineffabili misericordia Dei non judicamus alienos: sed potius cum gementibus gemimus, cum Rom. 12. flentibus flemus, & sic utimur justitia commotionis, ut non amittamus remedia caritatis. Quod sicut pietas vestra cognoscit, non verbis solis promittitur, sed etiam factis docetur. Siquidem pene omnes, qui in consensum præsidentium aut traducti fuerant, aut coacti, rescindendo quod statutum fuerat ab illis, & condemnando quod scripserant, perpetuam culpæ abolitionem, & apostolicæ pacis gratiam sint adepti.

Si ergo clementia vestra propositum nostrum considerare dignetur, probabit me eo consilio cuncta gessisse, ut sine cujusquam animæ detrimento,

detrimento, hæreſeos tantum obtineretur extinctio, & ob hoc circa auctores ſæviſſimorum turbinum, quiddam conſuetudinis minuiſſe, ut ad indulgentiam poſtulandam compunctione aliqua poſſit eorum traditas excitari. Qui etſi poſt illud judicium ſuum, tam impium quam injuſtum, non ſunt catholicæ fraternitati ita honorabiles, ut fuerant, ſuas tamen adhuc obtinent ſedes, & epiſcopatus ſui honore potiuntur: aut per veram & neceſſariam ſatisfactionem pacem eccleſiæ recepturi, aut ſi hæreſim (quod abſit) tuebuntur, profeſſionis ſuæ merito judicandi. Data decimotertio Kalendas Auguſti, Adelphio viro clariſſimo conſule.

EPISTOLA SYNODICA EPISCOPORUM GALLIÆ AD LEONEM PAPAM.

De eadem ipſius ad Flavianum epiſtola, quam eximiis laudibus ornant, eique ſe in omnibus aſſentiri profitentur.

Domino vere ſancto, merito in Chriſto beatiſſimo, & apoſtolico honore venerando papæ Leoni, Ravennius, Ruſticus, Venerius, Conſtantinus, Maximus, Armentarius, Florus, Sabinus, Valerianus, Conſtantius, ' Nectarius, Maximus, Aſclepius, item Maximus, Urſus, Ingenuus, Iuſte, Valerius, Superventor, Chryſaphius, Fonteius, Petronius, Ydatius, Aetherius, Eulalius, Euſtachius, ' Fraternus, Victurus, Eugenius, Hilarus, Verus, Amandus, Gerontius, Proculeianus, Iulianus, Helladius, Armentarius, Honoratus, ' Eparchius, Anemius, Dynamius, Maximinus, ' Ynantius, & Palladius.

' Neſtorius
' Euſtatius
' Epatius
' Inzatius

PERLATA ad nos epiſtola beatitudinis veſtræ, quam ad orientem pro catholicæ fidei aſſertione miſiſtis, optaſſemus ſtatim apoſtolatui veſtro pro tam immenſo munere gratiarum actionem referre, niſi nobis difficultatem, quia in unum celeriter non potuimus convenire, vel ſpatia, quibus a nobis diſparati ſumus, longa terrarum, vel aurarum quæ in regionibus noſtris præter conſuetudinem fuit intemperies attuliſſet. Det ergo apoſtolatus veſter noſtræ veniam tarditati, quæ non de otio, aut diſſimulatione, ſed de certa neceſſitate deſcendit, quæque nobis, etſi celeritatis gratiam abſtulit, exultandi tamen materiam auferre non potuit. Exultavimus itaque, Chriſto propitio, lectis beatitudinis veſtræ literis, & omni inſtructione patefacta, omnes intra Gallias conſtitutos exultare mox fecimus, dolentes pariter pro his vobiſcum, qui catholicæ fidei lumine derelicto, errorum tenebras inciderunt. Quæ apoſtolatus veſtri ſcripta, ita ut ſymbolum fidei, quiſquis redemptionis ſacramento non negligit, tabulis cordis adſcripſit, & tenaci, quo ad confundendos hæreticorum errores paratior ſit, memoriæ commendavit. Multi itaque in ea gaudentes pariter & exultantes, recognoverunt fidei ſuæ ſenſum, & ita ſe ſemper ex traditione paterna tenuiſſe, ut apoſtolatus expoſuit, jure lætantur. Nonnulli ſolicitiores facti, beatitudinis veſtræ admonitione percepta, modis omnibus ſe gratulantur inſtructos, datamque ſibi occaſionem gaudent, qua libere ac fiducialiter, ſuffragante etiam apoſtolicæ ſedis auctoritate, eloquantur, & aſſerat unuſ-

A quiſque quod credit. Quis autem apoſtolatui veſtro pro hoc tanto munere, quod non ſolum Gallias, ſed totum mundum velut quibuſdam precioſiſſimis gemmis ornavit, dignas æſtimet gratias poſſe perſolvi? Doctrinæ poſt Deum veſtræ debet fidelis, ut conſtanter teneat quod credebat: debebit etiam infidelis, ut a perfidia ſua agnita veritate diſcedat, & apoſtolicæ inſtitutionis luce perfuſus, erroris ſui tenebras derelinquat, magiſque ſequatur & credat, quod per os veſtrum dominus noſter Ieſus Chriſtus de ſacramento incarnationis ſuæ docet, quam id teneat, quod diaB bolus humanæ ſalutis & veritatis inimicus inſtillat. Optaſſemus etiam ad filium veſtrum, glorioſiſſimum ac fideliſſimum principem, ſuper eadem cauſa literas dare, quibus congratulantes fidei ipſius, humilitatis quoque noſtræ ſolicitudinem, qua vos in Chriſto ſequimur, proderemus; niſi ad nos de orientalibus partibus nuntio perlato, fieri hoc minime neceſſarium putaſſemus. Meritis autem apoſtolatus veſtri prius dominus præſtitit, ut hæreſim iamdiu occulte nutritam veſtris temporibus proderet. Ad laudem enim ſolicitudinis veſtræ perC tinet, quod malorum error latere non potuit: ad gloriam fidei redundat, quod prava perſuaſio participes, aut non invenit, aut inventos amiſit. Reſpiciat itaque, oramus, conſervando apoſtolatum veſtrum miſericors dominus eccleſiam ſuam toto orbe diffuſam. Vobis enim ita invigilantibus, & hi qui curam animæ ſuæ gerunt, ſolicitiores in fide redduntur, & hi qui paulo deſides ſunt, tanto ad ſolicitudinem accenduntur exemplo. Quod nos ante oculos ſemper habentes, non deſinemus domino ac Deo noſtro gratias agere, & pariter ſupplicare, gratulantes quod tantæ ſanctitatis, tantæ fidei, tantæque doctrinæ apoſtolicæ ſedi, unde religionis noſtræ, propitio Chriſto, fons & origo manavit, antiſtitem dederit: petentes etiam, D ut datum conceſſumque munus pontificii veſtri longiſſima ad ædificationem eccleſiarum ſuarum ætate cuſtodiat. Nos autem, etſi impares meritis, pari tamen fide, ſi quid, quod abſit, contra eccleſiam catholicam profana infeſtatione tentetur, parati ſumus, confortante domino, cum beatitudine veſtra pro veritate fidei animas noſtras ponere, & vitam hanc auctori ſalutis noſtræ, & largitori æternitatis impendere. *Et alia manu*: Ora pro me, domine merito beatiſſime, & apoſtolico honore venerande papa.

E Ruſticus epiſcopus apoſtolatum veſtrum in domino venerans ſaluto, & ut digneris pro me orare ſupplex oro.

Venerius epiſcopus te dominum in Chriſto meum reverentiſſime ſaluto, & ut digneris pro me orare ſupplex rogo.

Conſtantinus epiſcopus beatitudinem veſtram ſaluto.

Maximus epiſcopus beatitudinē veſtram ſaluto.

Armentarius epiſcopus beatitudinem veſtram ſaluto.

Florus epiſcopus beatitudinem veſtram in domino venerans ſaluto, & ut ores pro me plurimum quæſo.

Sabinus epiſcopus beatitudini veſtræ me repræſento, & orationem apoſtolatus veſtri noſtri memorem quæſo.

Valerianus

Valerianus episcopus beatitudinem vestram saluto.

Nectarius episcopus beatitudinem vestram saluto.

Constantius episcopus beatitudinem vestram saluto.

Maximus episcopus apostolatum vestrum saluto.

Ego Asclepius episcopus apostolatum vestrum venerans in domino plurimum saluto.

Ego Maximus episcopus apostolatum vestrum saluto.

Ego Vrsus episcopus beatitudinem vestram saluto.

Ingenuus episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Iustus episcopus coronam vestram venerans saluto.

Valerius episcopus apostolatum vestrum saluto.

Ego Superventor episcopus coronam vestram venerans saluto.

Verus episcopus apostolatum vestrum reverenter saluto.

Helladius episcopus sanctitatem tuam in domino saluto.

Ætherius episcopus sanctitatem tuam in domino saluto.

Eulalius episcopus sanctitatem tuam in domino saluto.

Anemius episcopus sanctitatem tuam in domino saluto.

Chrysaphius episcopus sanctitatem tuam in domino saluto.

Petronius episcopus sanctitatem vestram in domino saluto, & ut pro me orare dignemini quæso.

Ego Fonteius episcopus apostolatum vestrum reverenter saluto, & rogo ut mei meminisse dignemini.

Ydatius episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Hilarius episcopus apostolatum vestrum plurima in Christo veneratione saluto.

Victurus episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Eugenius episcopus beatitudinem tuam saluto.

Palladius episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Ego Fraternus episcopus coronam vestram venerans saluto.

Ego Amandus episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Ego Gerontius episcopus coronam vestram venerans saluto.

Ego Proculeianus episcopus coronam vestram venerans saluto.

Ego Dynamius episcopus coronam vestram venerans saluto.

Ego Iulianus episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Ego Armentarius episcopus coronam vestram venerans saluto.

Ego Honoratus episcopus coronam vestram venerans saluto.

Eparchius episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Ego Eustachius episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Ego Maximus episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

A Ego Ynantius episcopus coronam vestram venerans saluto.

NOTA IACOBI SIRMONDI S. I.

[a] *Epistola synodica.*] E synodo aliqua missam episcopi ipsi docent, qui responsi tarditatem excusant, quod in unum citius convenire non potuerint. Etsi autem quo loco synodum habuerint non indicant, verisimile tamen est a Ravennio Arelatensi, qui synodo præfuit, Arelate potissimum fuisse convocatos. Subscriptiones ad calcem epistolæ, quarum initium dumtaxat in vulgatis legebatur, integras olim ex Nicolai Fabri codice descripsimus, qui in Thuana bibliotheca nunc extat.

EPISTOLA LII. LEONIS PAPÆ I. AD EPISCOPOS GALLIÆ.

B Gratulatur ipsius orthodoxam fidem, quam ex eorum literis cognorat. Eutychem & Dioscorum in synodo Calchedonensi damnatos significat.

Leo Romanæ urbis episcopus Ravennio, Rustico, Venerio, Constantino, Maximo, Armentario, Floro, Sabino, Valeriano, Constantio, Maximo, Asclepio, Nectario, Maximo, Vrso, Ingenuo, Iusto, Valerio, Superventori, Chrysaphio, Fonteio, Petronio, Hydatio, Ætherio, Eulalio, Eustachio, Fraterno, Victuro, Eugenio, Hilaro, C *Vero, Amando, Gerontio, Proculeiano, Iuliano, Helladio, Armentario, Honorato, Eparchio, Anemio, Dynamio, Maximo, Ynantio, & Palladio, episcopis per Gallias constitutis.*

OPTASSEMUS quidem fraternitatis vestræ literas eo tempore quo promiseratis accipere, ut profecturis ad orientem fratribus nostris, quos ad sanctam synodum vice nostra pro catholicæ fidei defensione direximus, etiam vestræ sententiæ professio jungeretur. Sed cum multa obstacula inopinatam nobis intulerint tarditatem, quamlibet seras, & diu expectatas epistolas, per fratrem & coepiscopum nostrum Ingenuum grātanter accepimus: easque cum D gaudio recensentes, probavimus, sicut confidebamus, eruditione Spiritus sancti cælestem in vobis vigere doctrinam: quam in orientalibus ecclesiis versutia hostis antiqui, per eos quos sequaces suos reperit, falsitasque fatigare conata est, cum catholica fides, quæ nulla sui est parte mutabilis, per ipsas adversantium exercitationes, & validior efficiatur semper, & clarior: operante hæc gratia Dei, ut si qui forte ad hæc subtilia inimici jacula declinanda minus erant instructi, minusque solliciti, perceptis veritatis armis fierent contra impiorum mendacia fortiores. Quod ergo, sicut causa poscebat, fiduciam nostram, quam de vobis habemus in E domino, fideliter atque obedienter auxistis, multa exultatione gaudemus. Et merito nos cognoscimus fratribus & coepiscopis nostris orientalibus intimasse, quod secundum euangelicam & apostolicam traditionem de incarnatione domini nostri Iesu Christi, una esset omnium nostrum & indiscreta confessio, neque ullis eorum disputationibus detineri, ut aliter aliquid de summi & salutiferi sacramenti veritate sapiamus, quam & ex prædicatione sanctorū patrum, & ex auctoritate incōmutabilis symboli didicimus ac docemus, damnatis ab universali ecclesia, & nunc Eutyche, & antea Nestorio. Quorum si quis non ferendis impietatibus inhærere delegerit, ipse se a corpore Christianæ uni-

NNnn ij tatis

tatis abscidit. Non enim ultra jam cuiquam excusationis refugium de ignorantia & inscientia, vel de intelligentiæ difficultate conceditur, cum hæc ipsa sexcentorum fere fratrum, coepiscoporumque nostrorum synodus congregata, nullam artem ratiocinandi, nullum eloquium disserendi contra fundamentum fidei inspirare permiserit: quoniam annitentibus per auxilium gratiæ Dei fratribus vicariis nostris, quorum plenissima extitit in omni actione devotio, non solum sacerdotibus Christi, sed etiam principibus & potestatibus Christianis, cunctisque clericis, plebibus, ordinibus, plene atque evidenter apparuit, hanc esse vere apostolicam fidem, ex divinæ pietatis fonte manantem, quam sinceram, & ab omni fæce totius erroris alienam, sicut accepimus, prædicamus, & universo jam mundo consentiente defendimus, extinctis toto orbe dogmatibus, quæ vel præcedens hæreticus ausus est inferre, vel subsequens, dissimili quidem commento, sed impietate compari. Nam sicut Nestorius non est toleratus, affirmans beatam Mariam hominis tantummodo fuisse genitricem, qui postmodum sit a Verbo deitatis susceptus, duabus scilicet naturis, & personis distinctis, ut neque ipse esset filius hominis, qui filius Dei, neque unus Christus in utraque natura, sed alter sempiternus ex Patre, alter temporalis ex matre: cum euangelica auctoritas ita Verbum prædicet carnem factum, ut non duos Christos nec duos filios, sed in uno domino Iesu Christo, & Dei & hominis nobis insinuet veritatem; ut utriusque substantiæ, id est salvantis atque salvatæ, nec proprietas possit confundi, nec persona geminari. Sicut ergo Nestorius in suo dogmate execrabilis, sic & Eutyches damnatum olim sectatus errorem, alia profanitate blasphemans, a catholicę soliditatis compage resecatus est: quia indoctis quibusdam nimiumque simplicibus persuadere tentavit, quod Verbum Dei ita caro sit factum, ut veram carnem de ventre Virginis non sumpserit, nec nostri illum generis corpus habuisse, sed divinitatis ejus & carnis unam esse naturam, ut unum dominum nostrum Iesum & falsum hominem, & Deum diceret esse passibilem: quod nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti, ut aut in sua natura passibilis fuerit deitas, aut in susceptione humana mentita sit veritas. Quæ diabolicorum sensuum prodigiosa commenta, sancta nunc synodus humilitatis nostræ scriptis, auctoritate domini mei beatissimi Petri apostoli & merito roboratis, religiosa unanimitate consentiens, abominando, ab ecclesia Dei amputavit. Dioscorum quoque Alexandrinum in sua impietate manentem, ne illa ecclesia, quæ inter ipsa euangelii prinpia beatum Marcum, beatissimi Petri apostoli discipulum, in omnibus utiq; doctrinis sui doctoris magisterio consonantem, habuit fundatorem, quæque postea recentioribus a nostra ætate temporibus Athanasium, Theophilum, & proxime Cyrillum, probatissimos præsules habuit, indignam captivitatem sub hæretici dominatione pateretur. Vnde secundum magnam misericordiam Dei, universos diaboli conatus, quibus ecclesiam domini conturbare molitus est, noveritis esse destructos. Reddite igitur Deo gratias, fratres carissimi, & dignam

A gratiarum actionem, & oret nobiscum vestra dilectio, ut fratres nostros, quos expectatio nostra desiderat incolumes quamprimum rediisse lætemur, & de omnibus, quæ domino adjuvante sunt gesta, plenius vos possimus instruere. Nam fratrem Ingenulum nolumus hac expectatione tardari, cum ob hoc ipsum properantius remeare debuerit, ne diutius vobis esset incognita omnium materia gaudiorum: quæ volumus per curam dilectionis vestræ etiam ad fratres nostros Hispaniæ episcopos pervenire, ut quod Deus operatus est, nulli esse possit incognitum. Data Kalendis Februarii, ' Herculano viro clarissimo consule. " .

' Herculiano
" Anno Christi 452.

B EPISTOLA EVSEBII MEDIOLANENSIS EPISCOPI AD LEONEM PAPAM.

Scribit se fidei ejus, quam ad orientem direxerat, assertioni cum aliis episcopis consentientibus subscripsisse.

Domino sancto & beatissimo patri Leoni Eusebius Mediolanensis episcopus.

REVERSIS, domino annuente, fratribus nostris, quos ad orientem fidei causa solicite provida beatitudo vestra direxerat, decursisque literis, quas per eos tua sanctitas destinavit, omni exultatione in Christo relevatus sum, quod effectum commissæ sibi legationis C eosdem reportasse vestra pagina designavit. Nec mirum, quod dominus noster Iesus Christus catholicæ fidei, quam tenemus, majestatis suæ gratiam custodiamque præstiterit: quando vos' veros cultus sui assertores in apostoli sui sede præsulem collocavit, qui & recta sentire de incarnationis dominicæ sacramento, & eadem potestis rectius custodire.

' idoneos

Admonitis ergo fratribus & coepiscopis meis, habitoque conventu, vestrarum formam tenuimus literarum. Nam recensens epistolam beatitudinis vestræ, in sacerdotum domini concilio, quam sanctus frater & coepiscopus D noster Abundantius, & compresbyter meus Senator detulerant, agnitaque eorum narratione, sicut scripta vestra signaverant, rerum gestarum ordine continuo requisita est recitataque epistola, quam fidei assertione plene digestam, ad orientem dudum sanctitas vestra transmiserat, quæ ad nos, ex vestra admonitione, sancto fratre & coepiscopo nostro Cyriaco 'mutuante pervenit, claruit eam plenam' fidei simplicitate fulgere, prophetarum etiam assertionibus, euangelicis auctoritatibus, & apostolicæ doctrinæ testimoniis, nitore quodam lucis ac veritatis splendore radiare, E omnibusque sensibus convenire, quos beatus Ambrosius, de incarnationis dominicæ mysterio, suis libris Spiritu sancto excitatus inseruit.

' Ceretio
' plena

Et quia omnia majorum fidei, nobis antiquitus traditæ, tota puritate conveniunt, domine sancte & beatissime pater, placuit omnibus, quorum subscriptio subter annexa nomina poterit declarare, ut eos, qui impie de incarnationis dominicæ sacramento sentiunt, quamvis intellectus sui pravitate, a catholicæ fidei veritate recedentes, seipsos dignos abjectione fecerint, suo etiam consensu, auctoritatis vestræ præcedente sententia, damnatione congrua persequendos. Literarum ergo vestrarum formam secuti, modum præscriptæ ordinationis

nos

nos servasse, his per fratrem & coepiscopum meum Cyriacum missis ostendimus, superest ut annuente domino, perfectis rebus, palmam fidei & consummati certaminis coronam quiete perpetua retinentes, hoc futuris memorabile sæculis relinquatis, ut ab hoc tempore præsenti, extincta impiæ sectæ contumacia videatur, ut vobis propugnatoribus ' in æternum prostrata succumberet. *Et alia manu*: Incolumem beatitudinem tuam summa divinitas ' adornet atque custodiat, domine sancte ac beatissime pater.

[' pugnatoribus] [' tueatur]

Ego Eusebius episcopus Mediolanensis ecclesiæ in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his, qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Faventius episcopus Regiensis ecclesiæ in omnia supradicta consensi, & subscripsi: anathema dicens his, qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Majoranus episcopus ecclesiæ Placentinæ in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his, qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Cyprianus episcopus ecclesiæ ' Brixillensis in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his, qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

[' Brissillanç]

Ego Quintus episcopus ecclesiæ * Dertonensis in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his, qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

[* Terdonensis]

Ego Crispinus episcopus ecclesiæ Ticinensis in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Maximus episcopus ecclesiæ ' Taurinatis, in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

[' Taurinensis]

Ego Floreius presbyter, jussus a præsente sancto Eulogio episcopo meo ecclesiæ Iporiensis, ' quia ipse propter infirmitatem subscribere non potuit, in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

[' Eporeiæ Eporeiensis]

Ego ' Gradus presbyter, directus ab episcopo ' Euthasio ecclesiæ Augustanæ, vice ipsius in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

[' Gyradus ' Eustasio]

Ego Cyriacus episcopus ecclesiæ Laodensis in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Abundantius ' episcopus ecclesiæ Comensis in omnia suprascripta consensi ac subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

[' Abundius]

Ego idem Abundantius, pro absente sancto fratre meo Asimone, ' episcopo ecclesiæ Curiensis, ' vice ipsius in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

[' Asinione] [' primæ Ræ-tiæ sic enim legendum in mſ.]

Ego Paschasius episcopus ecclesiæ Genuensis in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Pastor episcopus ecclesiæ Astensis, in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Simplicius episcopus ecclesiæ Novariensis in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Ioannes episcopus ecclesiæ Cremonensis in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Octavianus ' episcopus ecclesiæ Brixianæ in omnia suprascripta consensi, & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

[' Optatianus]

Ego Iustinianus ' episcopus ecclesiæ Vercellensis in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

[' Iustinus]

Ego Quintius ' episcopus ecclesiæ Albinganensis in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

[' Quintinus]

Ego Præstantius ' episcopus ecclesiæ Bergomatis in omnia suprascripta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

[' Præstius]

EPISTOLA LIII. LEONIS PAPÆ I. AD ANATOLIUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM.

Gratulatur ei quod in Calchedonensi concilio catholica fides, Eutychetis erroribus damnatis, explicata fuerit; deinde arguit, quod contra Nicænam synodum Alexandrinam atque Antiochenam ecclesias sibi subdere voluisset.

Leo episcopus, Anatolio episcopo.

MANIFESTATO, sicut optavimus, per gratiam Dei lumine evangelicæ veritatis. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 3. num. 5.*

EPISTOLA LIV. LEONIS PAPÆ I. AD MARCIANUM AUGUSTUM.

Gratias agit quod ejus opera catholica fides in Calchedonensi concilio exposita fuerit, Anatolii superbiam damnat.

Leo episcopus Romanæ & universalis ecclesiæ, Marciano Augusto.

MAGNO munere misericordiæ, Dei totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 3. num. 6.*

EPISTOLA LV. LEONIS PAPÆ I. AD PULCHERIAM AUGUSTAM.

De ambitu Anatolii.

Leo episcopus urbis Romæ, Pulcheriæ Augustæ.

SANCTIS & Deo placitis clementiæ vestræ studiis defensam contra hæreticos catholicam fidem, & universæ ecclesiæ redditam pacem, ineffabiliter cum vestra pietate gaudemus: gratias agentes misericordiæ omnipotentis Dei, quod exceptis his, qui magis dilexerunt tenebras quam lucem, neminem passus est

euangelica veritate fraudari : ut absterſa erroris caligine, in omnium cordibus puriſſimum lumen oriretur, nec de infirmis quorumdam animis tenebroſus ille exultaret inimicus, quem non ſolum hi, qui illæſi ſteterant, ſed etiam quos fecerat nutare, ſuperaverunt : ut errore abolito, per totum mundum fides vera regnaret, *& omnis lingua confiteatur, quoniam dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* (Philip. 2.) Confirmato autem in unitate euangelii univerſo mundo, & in eodem ſpiritu ſenſus directis cordibus omnium ſacerdotum, optimum fuerat, ſupra illa, propter quæ ſancta eſt ſynodus congregata, & quæ, ſecundum pietatis veſtræ ſtudium, probabili ſunt fine concluſa, nihil quod tanto bono contrarium eſſet, inferri, nec per occaſionem epiſcopalis concilii, id in commune appeti, quod non licuit concupiſci.

Frater enim & coepiſcopus meus Anatolius parum conſiderans, quanto pietatis veſtræ beneficio, & mei favoris aſſenſu Conſtantinopolitanæ eccleſiæ ſacerdotium fuerit conſecutus, non tam de adeptis gaviſus, quam de immodicis appetendis ſupra menſuram ſui honoris accenſus eſt, credens huic tam intemperanti cupiditati poſſe prodeſſe, quod ei quorumdam conſenſum præbuiſſe dicitur extorta ſubſcriptio, cum tam deſtruendis mox conatibus, contradictio fratrum & coepiſcoporum meorum vicem meam agentium, fideliter & laudabiliter obviaret. Quoniam contra ſtatuta paternorum canonum, quæ ante longiſſimæ ætatis annos in urbe Nicæna ſpiritualibus ſunt fundata decretis, nihil cuique addere conceditur : ita ut ſi quis diverſum aliquid decernere velit, ſe potius minuat, quam illa corrumpat, quæ ſi (ut oportet) a cunctis pontificibus intemerata ſerventur, per univerſas eccleſias tranquilla erit pax & firma concordia, nullæ de menſuris harum diſſenſiones, nullæ de ordinationibus lites, nullæ de privilegiis ambiguitates, nulla erunt de aliena uſurpatione certamina : ſed ea, quæ jure caritatis rationabilis eſt, & morum & officiorum ſervabitur unanimitas. Et ille vere erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus, dicente domino : *Quicumque voluerit inter vos major fieri, ſit veſter miniſter : Et quicumque voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſervus. Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare.* (Matth. 20.) Et tamen hæc illis tunc inſinuabantur, qui de puſillo volebant creſcere, & de infimis ad ſumma tranſire : Conſtantinopolitanæ vero præſuli eccleſiæ (quia amplius, quam aſſecutus eſt, concupiſcit) quid illi ſatisfaciet, ſi tantæ urbis magnificentia & claritudo non ſufficit? Superbum nimis eſt & immoderatum, ultra fines proprios tendere, & antiquitate calcata alienum jus velle præripere, atque ut unius creſcat dignitas, tot metropolitanorum impugnare primatus, quietiſque provinciis, & olim ſanctæ ſynodi Nicænæ moderatione diſpoſitis, bellum novæ perturbationis inferre, atque ut venerabilium patrum decreta ſolvantur, quorumdam epiſcoporum proferre conſenſum, cui tot annorum ſeries negavit effectum. Nam ſexageſimus fere annus hujus jactantiæ eſſe jactatur, qua ſe prædictus epiſcopus æſtimat adjuvari, fruſtra cupiens id ſibi prodeſſe, quod etiamſi quiſquam auſus eſt velle, nullus tamen potuit obtinere. Agnoſcat cui ſucceſſit viro, & repulſo omni ſpiritu elationis, Flaviani modeſtiam, Flaviani humilitatem, quæ illum uſque ad confeſſoris gloriam provexit, imitetur. Cujus ſi velit ſplendere virtutibus, laudabilis erit, & in omni loco plurimum dilectionis acquiret, non ambiendo humana, ſed promerendo divina. Hæc autem obſervantia uniuſcujuſque illi animum ſpondet copulandum, & apoſtolicæ ſedis dilectionem, quam Conſtantinopolitanæ eccleſiæ ſemper impendimus, nulla mobilitate violandam. Quia ſi interdum immoderati præſules aliquas incidunt culpas, eccleſiarum tamen Chriſti integra gratia perſeverat. Conſenſiones vero epiſcoporum, ſanctorum canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes, unita nobiſcum veſtræ fidei pietate in irritum mittimus, & per auctoritatem beati Petri apoſtoli, generali prorſus definitione caſſamus, (Attende auctoritatem ſummi pontificis Romani.) in omnibus eccleſiaſticis his legibus obſequentes, quas ad pacificationem omnium ſacerdotum, per trecentos decem & octo antiſtites Spiritus ſanctus inſtituit : ita ut etiamſi multo plures aliud, quam illi ſtatuere decernerent, in nulla reverentia ſit habendum, quidquid fuerit a prædictorum conſtitutione diverſum.

Prolixitatem itaque epiſtolæ meæ, qua neceſſe habui explicare quid ſentiam, rogo ut per fratrem & coepiſcopum meum Lucianum, qui (quantum in ipſo eſt) ſolicitudinem ſuſceptæ legationis eſt fideliter executus, & per filium meum Baſilium diaconem pietas veſtra dignanter accipiat. Et quia moris veſtri eſt pro pace & unitate eccleſiæ laborare, fratrem meum Anatolium epſcopum ex veſtra inſinuatione dilectum, ſalubriter in his, quæ ipſi profutura ſunt, continete : ut gloria clementiæ veſtræ, ſicut magnificatur de fide reparata, ita prædicetur de ambitione compreſſa. Data undecimo Kalendas Iunii, Herculano viro clariſſimo conſule.[a]

[a] A. Ch. 452.

EPISTOLA LVI. LEONIS PAPÆ I. AD IVLIANVM EPISCOPVM Coenſem.

(Anno Chriſti 445. qui fuit annus pontificatus S. Leonis 14. fuit ſcripta hæc epiſtola, ſimiliter & 11. ſequentes. [b] corr. 453.)

Conqueritur in Aetii locum Andream hæreticorum conſortio pollutum fuiſſe ſuffectum. In Anatolio fidei fervorem deſiderat : cupit ſe fieri certiorem de tumultu a monachis in Palæſtina excitato, de Antiochenæ eccleſiæ ſtatu, & de ſua ad Flavianum epiſtola : demum ut Calchedonenſis concilii acta fideliter in Latinum verti, & ad ſe perferri curet.

Leo epiſcopus Romæ, Iuliano epiſcopo Coenſi.

AGNOVI in dilectionis tuę literis fraternæ caritatis affectum : quod de multis malis, quæ multa & ſęva pertulimus, pio nobiſcum dolore compateris. Sed utinam hęc, quę perpeti nos dominus aut permiſit aut voluit, ad correctionem proficiant multorum, & ut deſinant adverſitates, finiantur offenſæ. Quod utrumque de magna erit miſericordia Dei, ſi & flagella removeat, & ad ſe ſuorum corda convertat. Sicut autem fraternitatem tuam ea quæ apud nos fuit contriſtavit hoſtilitas, ita me anxium facit, quod in Conſtantinopolitana eccleſia (quantum tuæ indicant literæ) hæreticorum inſidiæ non quieſcunt : & quæſitis occaſionibus, hi qui catholicæ fidei defenſores fuere, vexantur. Nam dum Aetius ab officio archidiaconatus per ſpeciem provectionis

nis amovetur, & in locum ejus Andreas, qui ob A hæreticorum societatem fuerat abjectus, assumitur, dum beatæ memoriæ Flaviani accusatoribus honor redditur, & piissimi confessoris participes aut discipuli conteruntur, nimis aperte, quid episcopo ecclesiæ ipsius placeat, demonstratur. In quem pro causæ merito differo commoveri, & quid ipse mecum cum suis epistolis agat, quas missurum eum filius noster Aetius indicavit, expecto, dans locum voluntariæ emendationi, qua dolorem meum cupio mitigari. Clementissimo tamen principi & piissimæ Augustæ de his, quæ ad custodiam pacis ecclesiasticæ pertinent, scripsi: quod devotio- B ne suæ fidei provisuros esse non dubito, ne contra gloriam operis ipsorum, damnata hæresis queat pullulare.

Studeat ergo dilectio tua, frater carissime, piam & necessariam curam solicitudini apostolicæ sedis impendere, quæ tibi apud se nutrito catholicam, contra Nestorianos & Eutychianos hæreticos, actionem materno jure commendat, ut divino fultus auxilio, speculari de Constantinopolitanæ urbis opportunitate non desinas, ut prædictorum dogmatum impius numquam turbo consurgat. Et quia tanta est gloriosorum principum clementia, ut confidenter eis possis, quæ sunt insinuanda, suggerere, pietate ipsorum ad utilitatem ecclesiæ univer- C salis utaris. Consulente autem dilectione tua de his in quibus putaveris ambigendum, non deerit relationibus tuis meæ responsionis instructio, ut sequestrata eorum actione, causæ quæ in quibuscumque ecclesiis præsulum suorum debent cognitione firmari, hac speciali cura, vice mea functus utaris, ne hæresis Nestoriana vel Eutychiana in aliqua parte revirescat: quia in episcopo Constantinopolitano catholicus vigor non est, nec multum aut pro sacramento salutis humanæ, aut pro sua est æstimatione solicitus, cum si quid illi inesset spiritualis industriæ, ita & a quibus ordinatus sit, & cui viro successerit, cogitare deberet; ut magis beatum Flavianum, quam sui honoris sequeretur D auctores. Et ideo cum piissimi principes secundum obsecrationes meas dignati fuerint fratrem Anatolium de his, quæ merito in querelam veniunt, increpare; videat caritas tua diligentia sua, ut universa scandala, adhibita plenissima correctione, resecentur, & a filii nostri Aetii cesset injuriis. Nam apud catholicum episcopum, etiamsi erat utcumque decus sacerdotale, sacerdoti archidiaconus propter fidei reverentiam debuit præmitti potius quam locum catholici nequissimus hæreticus obtineret. Cum itaque quæ sequantur, agnovero, tunc manifestius, quid agi oporteat, æstimabo. Nam E interim, dolore cohibito, malui indulgere patientiæ, ut locus esset veniæ.

De Palæstinis vero monachis, qui jampridem in tumultu dissensionis esse dicuntur, quo adhuc animo moveantur ignoro. Neque cujusquam sermone mihi patefactum est, quas causas videantur ante factæ præferre discordiæ, utrum scilicet Eutychianæ perversitati tali furore famulentur, an implacabiliter doleant episcopum suum in hanc impietatem posse traduci, quæ contra ipsorum locorum sanctorum testimonia, quibus totus mundus instruitur, ab incarnationis dominicæ veritate desciverit, & quod in aliis per indulgentiam curare placuit, in illo putent non esse veniale. Vnde cupio me super his plenius edoceri, ut etiam talium correctioni congrue studeatur: quia aliud est contra fidem impie armari, aliud in errorem quempiam detineri. Chartas etiam, quas Aetius presbyter ante indicavit esse directas, & breviarium fidei, quod te misisse significas, necdum ad me noveris pervenisse. Vnde, si expeditior occasio se præbuerit per latores, libenter habeo, ut si qua est, quæ utilis videatur, quamprimum ad me mittatur instructio. De Ægyptiis monachis quam quieti, aut cujus sint fidei, scire desidero, & de Alexandrinæ ecclesiæ pace quid ad vos veris nuntiis perferatur, ad cujus episcopum vel ordinatores ipsius, seu clericos, quod * alia scripta direxerim, missis exemplaribus scire te volui. Ad clementissimum quoque principem, & ad religiosissimam Augustam quis nunc meus sermo sit, missa exemplaria docebunt. Vtrum autem epistola mea, quam de incarnationis dominicæ fide, incolumi adhuc sanctæ memoriæ Flaviano, ad dilectionem tuam per Basilium diaconem miseram, fraternitati tuæ tradita sit, scire desidero: quoniam suspectum habeo, quod de ejus textu nullum unquam judicium reddidisti gestorũ synodalium, quæ omnibus diebus concilii in Calchedonensi civitate confecta sunt, parum clara propter linguæ diversitatem, apud nos habetur instructio. Et ideo fraternitati tuæ specialiter injungo, ut in unum codicem universa facias congregari, in Latinum sermonem absolutissima interpretatione translata, ut in nulla parte actionum dubitare possimus, neque ullo modo esse possit ambiguum quod ad plenam intelligentiam te fuerit studente perductum. Data quinto Idus Martii, Opilione viro clarissimo consule."

* alias

° A.Ch. 453.

EPISTOLA LVII. LEONIS PAPÆ I.
AD MARCIANVM AVGVSTVM.

Petit ut Anatolium, qui cum Aetium ab archidiaconatu amoverit, & catholicos insectetur, de fide male sentire suspicatur, increpet: commendat Iulianum, cui ipse vices suas commisit.

Leo episcopus Marciano Augusto.

QVAM excellenti pietate, & quam glorioso clementiæ vestræ studio in integrum nuper fides Christiana revocata sit, totus mundus agnoscit, & saluti suæ singulare præsidium per vos a domino esse reparatum. At si quid adversum tanti operis consummationem de contrario spiritu sentitur oboriri, necesse est ut ad vestræ revocetur pietatis auxilium, quod ad custodiam catholicæ veritatis divina providentia præparavit: ut cum potestatis vestræ sit scandala etiam in longinquum nata resecare, multo magis ea quæ sub vestris audent oculis surgere, non sinatis accrescere. Anatolii episcopi ordinationem (sicut scientia Dei testis est) suspectam (quod fatendum est) mihi fecerant consecrationis ejus auctores, nec dissimilem ab eligentibus arbitrabar electum: secutumque est, ut dum communione apostolicæ sedis exsisteret alienus, diu dandis ad eum epistolis pacis me abstinerem. Sed cum illi pietatis vestræ testimonium suffragaretur, cum de fide atque unanimitate ejus optanda quæque & placitura promitteret, professionem ejus ita credidi

didi esse sinceram, ut tamen, qua observantia se agere deberet, non desinerem commonere, sedulo ipsi ac diligenter inculcans, ut de persecutoribus beatæ memoriæ Flaviani neminem auderet in suo habere consortio, & Eutychianæ hæreseos defensorem a se indicaret esse dejectum. Secutumque est, ut de his, quæ pro catholica fide in synodali concilio fuerant definita, talia ad me scripserit, qualia catholicum sacerdotem scribere congruebat. Cum ergo ad commendanda ipsius primordia ista præcesserint, miror quid causæ aut occasionis emerserit, ut virum catholicæ fidei, & Nestorianis atque Eutychianis hæreticis constanter etiam adversum archidiaconem sub honoris specie degradaret, & dispensationem totius causæ & curæ ecclesiasticæ in Andream Eutychianistam repente transferret, adeo nimia commotione turbatus, ut consecrationem, quam pro injuria dabat, sexta sabbati traditionis apostolicæ aut nescius aut oblitus inferret: quasi non ad episcopum magis quam ad presbyterum ordinationis illius vitium pertineret, qui non inveniens quod argueret in fide, quod improbaret in moribus, dejectionem innocentis per speciem provectionis implevit, addens sententiæ illud injuriæ, ut eum, cœmeterio deputando, condemnaret exilio. Quem tamen pietati vestræ commendare præsumo, ne ullis ulterius noxiis ingravari possit insidiis, quem dominus (ut comperi) sub vestra defensione constituit. Adjicio autem etiam hanc obsecrationem, ut prædictum episcopum a professione sua dissonum, & nimium testimonii vestri ac favoris oblitum, necessarie increpare dignemini. Cesset catholicos insectari, cesset eos, qui sanctæ memoriæ Flaviano placuere, conterere, & eorum societatem, quos improbavit, eligere. Fraternam enim illi caritatem non aliter poterimus impendere, quam ut se ab inimicis catholicæ fidei approbet execrari, eorumque a se consortium atque commercium abscindat: qui etiamsi magna fuisset satisfactione purgatus, post dubium tamen reversus errorem, catholicis diaconibus postponi debuit, non præponi. Illud quoque clementiæ vestræ benevolentiam peto, ut veneratorem vestrum fratrem meum Iulianum episcopum, in vestro, sicut facere dignamini, habeatis affectu: cujus obsequiis præsentiæ meæ vobis imago reddatur. Nam & de fidei ejus sinceritate confidens, vicem ipsi meam, contra temporis nostri hæreticos, delegavi: atque propter ecclesiarum pacisque custodiam, ut a comitatu vestro non abesset, exegi: cujus suggestiones, pro concordia catholicæ unitatis, tamquam meas audire dignemini, placentes Deo, qui vobis præter regiam coronam, etiam sacerdotalem conferat palmam. Data * sexto Idus Martii, Opilione viro clarissimo consule."

* quinto
"A Ch. 453.

EPISTOLA LVIII. LEONIS PAPÆ I. AD PULCHERIAM AUGUSTAM.

De Aetio & Andrea.

Leo episcopus, Pulcheriæ Augustæ.

MULTIS extantibus documentis, quibus in dilectionem ecclesiæ Dei pietatis vestræ manifestatur affectio, merito quoties aliquid nascitur scandalorum, vestrum desideratur auxilium: ut fides quæ annitentibus vobis contra hæreticorum commenta defensa est, securæ pacis perpetem obtineat firmitatem. Nam quid prodest, foris adversarios veritatis oppressos, si eosdem habeamus intra dominica septa redivivos? Quod itaque circa personam filii mei Aetii gestum esse cognovi, nimium me anxium facit, & metuere certa ratione compellit, ne pœnitendum mihi sit, quod de episcopo Constantinopolitano, qui ab impugnatoribus fuerat ordinatus fidei, vobis adhortantibus, acquievi meliora sentire, cum tanto pietatis vestræ testimonio juvaretur, ne illum gravaret suæ ordinationis infirmitas, ubi vestra interventio præstaretur. Unde gratulari cœperam, quod beati Flaviani honoraret memoriam, & hæreticorum conatibus obsistere diceretur. Sed doleo, illum (sicut prædicti lacrymabilis querela demonstrat) in deteriora mutatum; & eum nunc constituisse archidiaconem, quem ipse professus est a se esse rejectum, qui Eutychianæ hæreseos se apud nos prodiderat defensorem. Quem quia nunc ecclesiasticis negotiis præposuit, propter hæreticam perversitatem, eidem favorem suum præstare convincitur. Qui etiamsi magna satisfactione potuisset indulgentiam promereri, nequaquam debuit his, qui in fide permanserant, anteferri. Unde quia non latet clementiam vestram, quantum periculi, aut per pudendam socordiam, aut per dolosam nequitiam nutriatur, dignamini episcopum ad professionem suæ fidei auctoritate vestræ clementiæ revocare. Et ne sibi has maculas superducat, ne æstimationem suam, quam vestro acquisivit favore, contemnat, societatem hæretici, quem dudum a se removit, abscindat. Cujus innocentiæ vos ita adfuisse gaudeo, ut mœrori ejus digna consolatione vestra pietas subveniret. Circa fratrem meum, veneratorem vestrum Iulianum episcopum, quantum debeat crescere vestra dignatio, apostolicæ sedis existimate judicio: cum in causa fidei, cui gloria vestra famulatur, vicem ipsi meam catenus delegarim, ut ab ea, quæ vobis debetur observantia, non recedens, pietati me vestræ præsentare non desinat, exequens in custodia fidei, & in ecclesiasticis disciplinis per omnia solicitudinem, opportunis suggestionibus, quod universali ecclesiæ prosit, insinuans, ut in ipso, nec catholicis vestrum præsidium, quibus volumus subvenire, nec vobis meum desit obsequium. Data sexto Idus Martii, Opilione viro clarissimo consule." "A.Ch.45

EPISTOLA LIX. LEONIS PAPÆ I. AD MARCIANUM AUGUSTUM.

Gratias agit, quod per Calchedonense concilium pax ecclesiæ catholicæ sit reddita.

Leo episcopus Marciano Augusto.

MULTA mihi in omnibus clementiæ vestræ literis causa gaudii est, dum ex magna divinæ providentiæ misericordia præstitum humanis rebus experior, quod ecclesiasticam pacem (quæ non nisi unitate prædicationis euangelicæ custoditur) piissimo studio juvare dignamini: ut fidei vestræ gloria non solum utilitate reipublicæ, sed etiam religionis profectibus augeatur,

augeatur, gloriosissime imperator. Vnde ineffabiliter Deo gratias ago; qui eo tempore, quo oboritura hæreticorum scandala præsciebat, in imperii fastigio collocavit: in quibus ad totius mundi salutem, & regia potentia, & sacerdotalis vigeret industria. Nam cum vestro præcipue opere sit effectum, ut per synodale concilium, damnatis impii dogmatis defensoribus, omnes vires sacrilegus error amitteret: ad ejusdem devotionis pertinet palmam, si malum, quod in suis ducibus est oppressum, etiam in quibuscumque reliquiis deleatur. Quod facilius clementia vestra arbitretur implendum, si per universas ecclesias, definitiones sanctæ synodi Calchedonensis, apostolicæ sedi placuisse doceantur. De quo quidem ratio non fuit ambigendi, cum ei fidei omnium subscribendo consensus accesserit, quæ ad me secundum formam apostolicæ doctrinæ ac paternæ traditionis emissa est, & per fratrem meum Lucianum episcopum talia & ad gloriam vestram, & ad Constantinopolitanum antistitem scripta direxerim, quæ evidenter ostenderent, me ea quæ de fide catholica in prædicta synodo definita fuerant, approbare. Sed quia in eisdem literis ea, quæ per occasionem synodi male sunt attentata, reprehenderam, maluit prædictus "antistites meam gratulationem tacere, quam suum ambitum publicare. Mihi autem multum fiduciæ, Deo per vos operante, collatum est, quod probasse vos observantiam meam de custodia canonum paternorum, pietatis vestræ affatibus indicastis. Et merito geminatur gaudium meum, cum vobis religiosissime placere cognosco, ut & fides Nicæna suam teneat firmitatem, & privilegia ecclesiarum illibata permaneant. Quamvis autem de præclaro fidei vestræ opere nihil vestra pietas indicarit, mihi tamen per veneratorem una mecum specialiter vestrum, fratrem meum Iulianum episcopum, innotuisse significo, quam pio dignati fueritis responso imperitorum monachorum animos cohibere pariter & docere, ut si illos non penitus deseruit divina 'misericordia, sentiant se & didicisse quod credant, & agnovisse quod timeant. Quia vero omnibus modis obediendum est pietati vestræ religiosissimæque voluntati, constitutionibus synodalibus, quæ mihi de confirmatione fidei catholicæ, & hæreticorum damnatione placuerunt, libens adjeci sententiam meam. Quæ ut in notitiam omnium sacerdotum ecclesiarumque perveniat, vestræ clementiæ præceptio ordinare dignabitur: adfuturam credo & spero gratiam Dei, quæ tam sanctam tanti principis curam plenissimum desiderii sui fructum faciat obtinere: ut omnibus dissentiendi occasionibus amputatis, apostolicæ ubique doctrinæ & pax regnet & veritas. Fratri autem meo Iuliano episcopo, noverit vestra clementia, hoc me proprie delegasse, ut quidquid illic ad custodiam fidei pertinere probaverit, meo nomine vestræ fiducialiter suggerat pietati: quoniam certus sum, vos ad hæc omnia emendanda vel defendenda, Deo auxiliante, sufficere. Data duodecimo Kalendas Aprilis, "Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA LX. LEONIS PAPÆ I. AD PVLCHERIAM AVGVSTAM.

Laudat eam quod quorumdam monachorum cohibuerit insaniam, eademque subdit quæ imperatori scripserat.

Leo episcopus, Pulcheriæ Augustæ.

QVAMVIS nullas nunc literas tuæ pietatis acceperim, scribente tamen gloriosissimo principe, non aliter dignatione ipsius sum gavisus, quam si mihi etiam tuæ serenitatis redderentur alloquia. Vnde consuetudinem debitam mei officii oportuit me custodire, per quam significarem clementiæ vestræ, absolute me gaudere, & incessabilibus a Deo precibus postulare, ut vos, & Romanæ reipublicæ, & catholicæ ecclesiæ in omni prosperitate conservet. De vigore autem fidei vestræ quo indesinenter domino sacrificium laudis offertis, quantas Deo gratias agam, enarrare non valeo: quoniam principibus temporis nostri non solum potentiam regiam, sed etiam sacerdotalem cognoscimus inesse doctrinam. Indicante enim fratre meo Iuliano episcopo, pervenerunt ad nos in exemplaribus præceptionum vestrarum saluberrimæ sanctiones, quibus insanam imperitiam monachorum dignati estis parcendo plectere, & docendo punire: ut si eos ad pœnitentiam miseratio divina converterit, multis lacrymis, & a nefandis cædibus, & ab hæreticorum blasphemiis diluantur. Quod vero piissimus imperator ad omnes episcopos, qui Calchedonensi synodo interfuere, voluit me scripta dirigere, quibus, quæ illic de fidei sunt regula definita, firmarem, libenter implevi; ne fallax cujusquam simulatio sententiam meam vellet haberi incertam, cum per Constantinopolitanum episcopum, cui lætitiam meam largiter indicavi, in omnium potuerit notitiam pervenire, quod scripseram, nisi maluisset meum gaudium tacere, quam repulsam sui ambitus publicare. Fratri & coepiscopo meo Iuliano, cui solicitudinem meam in causa fidei delegavi, rogo ut eam fiduciam præbere dignemini, qua pietati vestræ possit, quæ universali ecclesiæ sint profutura, suggerere. Data duodecimo Kalendas Aprilis, Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA LXI. LEONIS PAPÆ I. AD IVVENALEM HIEROSOLYMITANVM, & ceteros episcopos,

qui in sancta synodo Calchedonensi congregati fuerunt.

Scribit se, quæ de incarnatione in Calchedonensi concilio decreta fuerunt, confirmasse; utque ei & ceteris episcopis hoc innotescat, se rogasse imperatorem, ut literas suas ad illos perduci curet.

Leo episcopus, sanctæ synodo apud Calchedonem habitæ.

OMNEM quidem fraternitatem vestram nosse non ambigo. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 3. num. 16.*

EPISTOLA LXII. LEONIS PAPÆ I. AD MAXIMUM ANTIOCHENUM episcopum.

Confutat errores Eutychetis & Nestorii, eum ad fidei defensionem hortatur, & quæ contra Nicæni concilii decreta statuta sunt, nulla declarat.

Leo catholicæ ecclesiæ episcopus, Maximo carissimo fratri episcopo Antiocheno.

QUANTUM dilectioni tuæ placeat communis fidei sacratissima unitas, & pacis ecclesiasticæ tranquilla concordia. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 3. num. 17.*

EPISTOLA LXIII. LEONIS PAPÆ I. AD THEODORICUM EPISCOPUM CYRI.

Scripta post Calchedonense concilium, de fidei perseverantia.

' Theodorito seu Theodoreto

Dilectissimo fratri Theodorico' episcopo, Leo episcopus.

REMEANTIBUS ad nos fratribus, & consacerdotibus nostris, quos ad sanctum concilium sedes beati Petri direxit, agnovimus dilectionem tuam, superno adjutorio nobiscum, tam Nestorianę impietatis, quam Eutychianæ vesaniæ, extitisse victricem. Unde gloriamur in domino cum propheta canentes: *Adjutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cælum & terram*, qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit: sed quæ nostro prius ministerio definierat, universæ fraternitatis irretractabili firmavit assensu, ut vere a se prodisse ostenderet, quod prius a prima omnium sede formatum, totius Christiani orbis judicium recepisset: ut in hoc quoque capiti membra concordent, in quo amplius nobis accrescit gaudendi materia, dum & tanto magis se perculit inimicus, quanto contra Christi ministros sævius insurrexit. Nam de aliarum sedium ad eam, quam ceteris omnium dominus ' statuit præsidere, consensus ' assentationis videretur, aut alia quælibet subrepere posset adversa suspicio, inventi prius sunt, qui de judiciis nostris ambigerent. Et dum nonnulli, dissensionum incitati auctore, ad contradictionis bella prosiliunt, ad majus bonum, malum ejus, auctore totius bonitatis dispensante, perventum est. Dulcius siquidem munera gratiæ divinæ proveniunt, quoties non sine magnis sudoribus acquiruntur. Et minus bonum videri solet, pax continuata per otium, quam reddita post laborem. Ipsa quoque veritas & clarius renitescit, & fortius retinetur, dum quæ fides prius ' docuerat, hæc postea examinatio ' confirmaret. Multum denique sacerdotalis officii meritum splendescit, ubi sic summorum servatur auctoritas, ut in nullo inferiorum putetur immunita libertas. Et ad majorem Dei gloriam proficit finis examinis, quando ad hoc se accipit ' exercendi fiducia, ut vincatur adversitas, ne quod per se probatur reprobum, silentii præjudicio videatur oppressum.

Psal. 123.

'instituit

' assentatio

' docuerit

' confirmarit

' exercendi

Exulta igitur, carissime frater, & in unico Dei filio victor exulta. Vicit per nos ille, cujus carnis veritas negabatur: vicit per nos & pro nobis ille cui vicimus: per quem secunda est post adventum domini hęc orbi festivitas. Redditum sæculo est, prædone prostrato, in-

A carnationis divinæ mysterium: quod humani generis inimicus quia rebus ipsis auferre non poterat, calumniis obscurabat. Quinimo ab incredulorum corde perierat immortale mysterium, quia nihil prodest tanta salus incredulis, ipsa veritate suis dicente discipulis: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur.* Solis ' justitiæ jubar, densis per orientem Nestorii & Eutychis nebulis impeditum, pure ab occidente resplenduit, ubi culmen ' in apostolis & doctoribus principaliter collocavit: quamvis nec illic unquam defuisse credendus sit, quo confessores sibi egregios reservavit, ita ut dum denuo conaretur hostis antiquus per secundi B Pharaonis impœnitens cor, fidei Abrahę semen, & filios repromissionis extinguere, Deo miserante languescens, nisi sibi nocere, nihil posset. De quo & illud omnipotens mirabilius egit, quia & quos sibi socios ad Israelitici populi cædes adsciverat, non cum tyrannidis auctore submersit, sed cum suo populo congregavit. Et sicut revera se dignum, & soli sibi possibile fons misericordiæ noverat, victos a nobis, nobiscum fecit esse victores. Nam dum C solus vere sit humani generis hostis spiritus falsitatis, omnes de illo jam triumphare non dubium est, quos sibi veritas vindicavit. Nunc prorsus illa redemptoris nostri dicta, quam sint divinæ auctoritatis, apparet: dum contra hostes fidei sic aptantur, ut de ipsis dubitare dicta non liceat: *Vos, inquit, ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis implere. Ille homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas in eo non est. Quando loquitur mendaciũ, ex suis propriis loquitur, quia mẽdax est, & pater ejus.*

Marc. 16

'sol justitiæ subardens per

' summis

Ioan. 8.

Nihil ergo mirandum est, quod hi, qui in veritate Dei nostræ naturæ mendacium, crediderunt, patri suo & circa ista concordant, quidquid visum, quidquid auditum, quidquid denique (teste euangelio) tactum est atque palD patum in unico Dei filio, non ejus comprobatum esse asserentes, sed coæternæ & coessentialis Patri fuisse substantiæ, quasi aut divinitatis natura, crucis ligno transfixa sit, aut inconvertibilis crescere per ætates, & in sapientia proficere sapientia sempiterna, vel Spiritu Dei, qui Spiritus est, subinde repleri potuerit. In hoc quoque se acerba vesania, ex quo auctore processerit, prodit; quod quantum in se est, universis nocere molita est. Nam qui nos persequendo '' afflixit, ceteros ad consensum sceleris impellendo depravavit. Sed nec nos, licet in singulis fratribus (quia membra nostra sunt) vulnerasset, a speciali dolore fecit exceptos: quibus nova & inaudita ' atque incredibili audacia inferre contra suum caput est molitus injuriam. Sed utinam vel post tot pessima resipiscens, non nos etiam de suo æternæ damnatioE nis interitu contristaret. Quam mensuram sceleris prætermisit, cui nec hoc sufficere potuit, quod nec vivis parcendo, nec mortuis, etiam in sanguine innocentis & catholici sacerdotis, ' pollutas jampridem, abdicata ' veritate, atque approbata falsitate, manus intinxit? Et cum scriptum sit: *Qui odit fratrem suum, homicida est*; ille, quod odio jam fecisse dictum est, implevit operibus, quasi nec audisset illud, quod dominus ait: *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiẽ animabus vestris. Iugum enim meum suave est, & onus meũ leve est.*

''Dioscorum intelligit

'prius

'S Flaviani ep. Cp.

'addicti

1. Ioan. 3

Matth. 11

Dignus

Dignus diabolici prædicator erroris, Ægy- A ptius vastator inventus est: quia tamquam sævissimus tyrannus, ecclesiæ nefandas blasphemias per violentam seditiosorum turbam, & per cruentas manus militum venerandis fratribus imponebat. Et cum voce redemptoris nostri firmatum sit, unum eumdemque homicidii esse & falsitatis auctorem, ille pariter utrumque complevit: quasi non ut caveantur, sed ut perpetrentur, scripta sint, ad perditionis suæ cumulum trahens, quæ Dei filius monuit ad salutem. Illud quoque surda nimis aure præteriens, quod ab eodem domino dictum B est: *Ego quod vidi apud patrem meum, loquor, & vos quod vidistis apud patrem vestrum, facitis.*

Igitur dum sanctæ memoriæ Flavianæ vitam præsentis sæculi moliretur auferre, se vere vitæ luce privavit. Dum vos ab ecclesiis vestris conaretur expellere, se a Christianorum collegio segregavit. Dum trahit plurimos, & impellit ad erroris assensum, multiplici animam suam vulnere sauciavit; solus ultra omnes & per omnes ac pro omnibus reus, qui causa reatus omnibus fuit. Sed licet his tua fraternitas, solido cibo firmata, indigere minime videatur; tamen ut quod nostri loci est impleamus circa C vocem dicentis apostoli: *Pretcrea quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* hoc præcipue præsenti occasione credimus admonendum, frater carissime, ut quotiescumque divina gratia administrante, illos qui foris sunt, fonte doctrinæ aut submergimus, aut purgamus, in nullo ab illis, quas Spiritu sancti divinitas in Calchedonensi concilio protulit, fidei regulis recedentes, inter utrumque hostem novellæ ' perfidiæ sermonem nostrum cum omni cautela * libremus: non jam D (quod absit) tamquam de dubiis disceptantes, sed auctoritate sua, quæ bene definita sunt, adstruentes: cum & in apostolicæ sedis epistola, " universalis sanctæ synodi assensu firmata, tanta divinæ auctoritatis testimonia noverimus esse congesta, ut nullus queat ulterius dubitare, nisi qui sibimetipsi errorum tenebras inferre maluerit: cum synodalia gesta, vel quibus primum definitio fidei legitur esse formata, vel quibus præfatæ literæ apostolicæ sedis, etiam tuæ fraternitatis studio defensæ sunt, & maxime ad piissimos principes totius concilii allocutio, tot sit præcedentium patrum testimo- E niis roborata: ut quamvis imprudenti ac pertinaci animo, si tamen non jam cum diabolo pro sua impietate damnatus est, valeant suadere.

Unde hoc quoque nos contra hostes ecclesiæ providere condignum est, ut eis nullam calumniandi occasionem (quod ad nos attinet) penitus relinquamus, nec unquam contra Nestorianos aut Eutychianos agentes, alteri eorum videamur terga vertisse, sed utrosque Christi hostes æqua lance vitemus atque damnemus: ita ut eos, quoties audientium quantalibet poscit utilitas, cum dogmatibus eorum digno anathemate promptissime atque evidentissime feriamus, ne si hoc a nobis aut obscurius fieri videatur, aut tardius, putetur invitum. Quod quamvis prudentiam tuam res ipsa admonere sufficiat, nunc tamen & experimenta docuerunt. Sed benedictus Deus noster, cujus invincibilis veritas ab omni hære-

A seos macula mundum te, secundum sedis apostolicæ judicia, demonstravit. Cui dignam retribues pro tot laboribus gratiam, si talem te, qualem probavimus, pro universalis ecclesiæ defensione servaveris. Nam quod Deus ' omnium calumniosorum fallacias solvit ', maximam beatissimi Petri curam pro nobis cunctis agnoscimus, qui postquam suæ sedis judicium in fidei definitione firmavit, nec circa cujusquam vestrum, qui nobiscum pro catholica fide ' laboratis, personam, quidquam reprobum videri permisit: quia nec poterat, Spiritu B sancto judicante, quisquam ex eis non victor ' existere, quorum jam vicerat fides.

' hominum

' laborastis

' exire

Quod superest, exhortamur, ut quia illic nonnullas Eutychiani ac Nestoriani erroris reliquias cognovimus remansisse, nunc etiam sedi apostolicæ collabores. Victoria enim quam Christus dominus Deus noster suæ donavit ecclesiæ, quamdiu in hoc mundo versamur, licet fiduciam majorem tribuat, non tamen in totum solicitudinem perimit: nec ut dormiamus donata est, sed ut suavius laboremus. Unde in hoc quoque tuæ vigilantiæ solicitudine volumus adjuvari, ut tua relatione currente, C quid apud illos religionis doctrina dominica proficiat apostolicam sedem festines instruere; quatenus illius religionis sacerdotes, in quocumque usus exegerit, adjuvemus. De his vero, quæ in supradicto concilio illicita, contra venerabiles Nicænos canones, præsumptione tentata sunt, ad fratrem & coepiscopum nostrum Antiochenæ sedis præsulem scripsimus: adjicientes & illud, quod nobis propter improbitatem monachorum quorumdam regionis vestræ verbo mandastis per vicarios nostros, & hoc specialiter statuentes, ut præter domini sacerdotes nullus audeat prædicare, seu mo- D nachus, sive ille sit laicus, qui cujuslibet scientiæ nomine glorietur. Quas tamen literas, pro utilitate universalis ecclesiæ, per prædictum fratrem & coepiscopum nostrum Maximum, ad omnium volumus pervenire notitiam: & ob hoc hic nolumus earum exemplar adjicere, quia quæ prædicto fratri & coepiscopo nostro injunximus, non dubitamus implenda. *Et alia manu*: Deus te incolumen custodiat, frater carissime. Data IV. Idus Iunii, Opilione v. c. cos." " An Chr. 453.

16 q. 1. Adjicimus illud.

EPISTOLA PASCHASINI LILYBETANI EPISCOPI AD LEONEM PAPAM.

Respondet pontifici, quo tempore ipse sentiat pascha esse celebrandum, & miraculum affert ad suam sententiam firmandam.

Domino vere ' beatissimo ac apostolico, mihique post dominum plurimum colendo papæ Leoni, Paschasinus episcopus. ' sancto atque

APOSTOLATUS vestri scripta diacono Panormitanæ ecclesiæ Silano ' deferente percepi, quæ nuditati meæ atque ærumnis, quas amarissima captivitate faciente incurri, solatium in omnibus atque remedium attulerunt: cælesti rore ' animum recreantes, atque omne quod triste fuerat, abstergentes, domine venerabilis papa. Iubere dignata est corona vestra, ut ' quod paschalis supputationis veritas anni post hunc futuri " haberet, sacrosanctis auribus vestris exiguitas mea intimaret. Cui præcepto pio inobediens existere non potui omnino, nec debui. Diutino itaque tractatu, vel ratiocinatione id verum invenimus quod ab Alexandrinæ

' Silvano
' meum
' quid
" Christianæ æræ 444.

"S. Cyrillo qui 9. Iunii ejusdem anni 444. obiit. ' tertius " An. Christi 382.

ecclesiæ antistite "beatitudini vestræ rescriptum est. Nam cum Romana supputatio, quæ cyclo concluditur, cujus ipse, de quo agitur, erit sexagesimusquartus 'annus, qui cyclus cœpit a consulatu " Antonini & Syagrii, nobis dubietatem afferret, eo quod septimo Kalendarum Aprilium die, dies dominica, & luna vigesimaprima incurreret, & iterum nono Kalendarum Maiarum die (ut rei veritas habet) dominica dies, & luna decimanona obveniret: in hoc ambiguo fluctuantes, ad Hebræorum, hoc est legalem supputationem nos convertimus, quæ cum a Romanis ignoratur, facile errorem incurrunt. Cœpit ergo ogdoas a consulatu " virorum clarissimorum Aetii iterum & * Sigismildi, quæ clauditur anno de quo quæstio videtur exorta. 'Talis ratio hæc est. Priores vero 'anni communes, tertius embolismalis, quartus & quintus communes, sextus embolismalis, septimus communis, octavus embolismalis. ' Pervidet ergo apostolatus vestri prudentia, octavum annum ogdoadis fieri aliter non posse, nisi embolismum teneamus. Quod si voluerimus illud, quod superius diximus, id est, quod primum incurrit, pascha septimo Kalendarum Aprilium die celebrare, communem annum faciemus, & incipiet omnis deinceps subsequentium annorum supputatio vacillare.

"An. Christi 437. * Sigesuulti, *seu potius*, Segisuulti, *aut* Sigisuolti ' Cujus ' duo sunt ' embolismus.

Et ne hoc, quod exposui, beatitudini vestræ obscuritatem aliquam afferat, suggessimus 'communes annos, apud Hebræos duodecim tantum menses, hoc est, dies 354. habere. ' Necessitate ergo embolismi cogimur id tenere quod longius est, ne a vero deviare videamur. Neque nobis aut novum, aut erraticum videatur, cum dies passionis undecimo Kalendas Maii occurrat, a qua (sicut "videtur) pascha nomen accepit: licet Hebrææ linguæ interpretes tradant pascha transitum dici, quod tamen idem & Ioannis euangelistæ dicto firmatur, quo ait, cum de passione loqueretur: *Cum venisset hora, ut transiret Iesus de hoc mundo ad Patrem.* Non ergo nos dies una longius posita terreat, ne cum ' hoc vitamus, incurramus errorem, sicut ' tempore beatæ recordationis domini mei prædecessoris ' vestri Zosimi, anno consulatus ' Honorii Augusti XI. & Constantii secundo. Tunc enim, cum declinaretur, ne decimo Kalendas Maii ' dies paschæ teneretur, celebratum octavo die Kalendas Aprilis, id est, pro embolismo communis est ' annus tentus, & error gravissimus est ortus, in tantum, ut ' ministerio certo, quod dono sancti Spiritus ministratur, hæc veritas probaretur. Quod propterea credidi exponendum, quia locus ipse etiam sancto atque a me venerando fratri meo ' Libanio diacono notissimus est. Cujus mysterii miraculum tale est.

' suggerimus · embolismales vero lunas tredecim habere, hoc est dies 384. ' Græcis · *Ioan.* 13. ' hanc ' evenit · apostolatus " An. Ch. 417. ' die pascha · annotatus ' mysterio · Bolliano *apud Bucherium* ' Miltinas

Quædam vilissima possessio Meltinas ' appellatur, in montibus arduis ac silvis densissimis constituta, illicque perparva atque vili opere constructa est ecclesia. In cujus baptisterio nocte sacrosancta paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se repletur, paucisque qui fuerint consecratis, cum deductorium nullum habeat, ut aqua venerat, ex sese ' descendit. Tunc ergo (sicut supra diximus) ' cum sanctæ memoriæ domino quondam meo ac beatissimo papa Zosimo, cum apud occidentales error ortus fuisset, consuetis lectionibus nocte ' sacra discussis, cum presbyter secundum morem baptizandi horam requireret, usque ad lucem aqua non veniente, non consecrati, qui baptizandi fuerant, recesserunt. Vt ergo breviter narrem, illa nocte, quæ lucescebat in diem dominicam, decimo die Kalendas Maii fons sacer hora competenti repletus est. Evidenti ergo miraculo claruit, occidentalium partium fuisse errorem. Hæc prout potui, vel epistolaris brevitas passa est, jubente apostolatu vestro rescripsi.

' discedit ' sub ' sanctâ d... cujus

** *Bucherius hæc ex ms. codice subjicit pag. 77. Commentarii in Victorii Aquitani canonem paschalem:* provolutus obsecrans; ut pro mea parvitate, imo totius orbis statu, orare dignemini: ut tandem de tot necessitatibus liberati, cognoscamus quoniam ipse est Deus noster; qui facit mirabilia solus; qui jam non tradat bestiis animas confitentes sibi; neque amplius patiatur tentari nos supra id, quod ferre possumus, sed faciat cum tentatione proventum misericordem pro sua pietate, ut sustinere possimus. Orate pro me.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. I.

Ad celeberrimam illam multorum magnorumque virorum scriptis agitatam de die celebrandæ paschalis festivitatis anno Christianæ æræ CCCCLV. controversiam melius a lectoribus intelligendam, non erit abs re Paschasini Lilybetani in Sicilia præsulis sanctissimi epistolæ alteram quoque de eodem paschalis computi argumento subjungere, scriptam a beatissimo Proterio patriarcha Alexandrino ad eumdem S. Leonem papam, & tribus Leonianis quæ sequuntur præfigere, quam RR. PP. Dionysius Petavius & Ægidius Bucherius eruditissimis de doctrina temporum voluminibus inseruerunt, ex MMSS. codicibus a R. P. Iacobo Sirmondo primum descriptam, cujus apographo quod in nostras manus venit, ad majorem rei fidem in hac editione uti voluimus.

INCIPIT EPISTOLA

SANCTI PROTERII ALEXANDRINI EPISCOPI ad beatissimum Papam Leonem Romæ urbis episcopum.

De ratione Paschali.

Domino meo dilectissimo fratri & consacerdoti Leoni Proterius in domino salutem.

PIISSIMUS & fidelissimus imperator noster Marcianus litteris ad nos nuper venerabilibus usus est, quibus asseruit æstimare quosdam non diligenter adscriptam diem festi paschalis, quæ per octavam indictionem futuram, Deo præstante, celebranda est. Verumtamen non velut a se commotus hoc indicavit, sed quia scripta tuæ sanctitatis acceperit: & præcipiebat oportere nos causam diligenter inquirere adhibita nimis tenuissima scrutatione, quæ multum solicitudinis ac studii contineret. Quapropter negligendum non fuit, quominus statim negotium ventilarem, quando ex illo jam tempore quo commonitorium tuæ venerationis accepi, plurimam curam rei hujus habuerim, nunc legales libros inspiciens, nunc antiquorum doctorum instituta contingens, ex quibus possibile est hujusmodi compotum investigare sollertius. Sumens etiam & centenalem cursum paschæ descriptum a beatissimo patre & episcopo nostro Theophilo, omnemque percurrens, ita reperi diligenter integreque compositum, ut quicumque ille sit, auctoritatem scripturæ hujus quolibet modo reprehendere ac vituperare non possit. Erat enim inconsequens, virum ita vigilantem Deoque carissimum, divinarum etiam ditatum scientia scripturarum, in negotio tam magno ac necessario,

rio, prætermisso diligentiæ labore potuisse de-linquere. sed forte, sicut tua sanctitas scribit, mendosi codicis aut scriptoris librarii error est, & propterea nos oporteret diem sanctæ illius festivitatis transferre quæ abiit. Celebratur autem ita potius, ut centenarius annorum cursus ejusdem beatissimi patris nostri & episcopi Theophili continet, qui antiquorum paginis omnino concordat, id est xxix. dies mensis Pharmothi juxta Ægyptios, qui est viii. Kalend. Maias. Et nos enim, & tota Ægyptia regio, atque oriens universus, sic ipsum diem celebraturi sumus, Deo præstante.

Vt autem non arbitremur absolute quę nobis videntur scribere, seu velle firmare, inseruimus causas huic epistolæ, quibus tua sanctitas forte æstimet non se debere reprehendere Ægyptiorum ecclesiæ veritatem, quæ mater hujuscemodi laboris extitit, diligenterque conscripsit. Olim quidem dominus per Moysem tempus paschale significavit dicens: custodi mensem novorum, primum hunc esse pronuntians, sicut iterum dicit: mensis iste vobis initium mensium primus erit in mensibus anni: & facies pascha domino Deo tuo xiv. die mensis primi. Sed qui hæc per Moysem locutus est dominus, plenitudo legis existens, quando dignatus est homo fieri, quinta feria xiv. luna mensis primi in cœnaculo cum discipulis pascha manducans, paulo post a Iuda traditur, & sequenti die xv. luna crucifigitur, id est vi. feria, & ad inferos descendens, ac dispensationes salutis nostrę perficiens, vespere sabbati lucescente domino resurrexit a mortuis. In quo die lunam xvii. primi mensis juxta Hebræos extitisse manifestum est. Nos ergo Christiani non solum xiv. lunam in pascha requirimus (hoc enim Iudæi facientes sine festivitate sunt) sed etiam resurrectionis diem redemptoris nostri, qui est xvii. luna præfati primi mensis novorum, sollicitius observamus. Quod si eodem modo plenilunium " super occurrerit quinta sabbatorum, quando salvator pascha cum discipulis manducavit, omne ' tolletur ambiguum. Quia vero lunæ circulus ad solis cursum inęqualis est, & xiv. luna paschalis in die dominico sæpe contingit, non est autem possibile tunc festum celebrare, sed nec pridie sabbato luna xiii. jejunium solvere, in septimanam sequentem differendum est. Maxime cum habeamus intra eam xv. lunam, quando sicut scripsit apostolus, pascha nostrum immolatus est Christus xiv. namque luna primi mensis juxta Hebręos, ut superius dictum est, Iesus pascha typicum manducavit, sequenti sexta feria xv. luna, ut ovis occisionis, cruci pro nobis affixus est, & vespere sabbati lucescente dominico xvii. luna resurrexit a mortuis.

per reret, fuche- retur

Quia ergo in solemnitate futura paschali per octavam indictionem, xxii. die dominico Pharmothi mensis novorum, qui est xv. Kalendas Maias, ' occurrerit xiv. luna die dominico, in septimanam differre convenit subsequentem. Habentes enim intra eam triduanum mysterium, hoc est xv. lunam, quando crucifixus est Christus, quartæ decimæ cohærentem, necnon & sextam decimam, & sequentem septimam decimam, vicesimo quidem octavo die mensis Pharmothi, qui est ix. Kalendas Maias jejunia solvemus vespere sabbatorum, sequenti vero lucescente dominico, xxix. die mensis

rrit

ipsius Pharmothi, qui est viii. Kalendas Maias festivitatem sincerissime celebrabimus.

Nam & priscis temporibus, si quando die dominico xiv. luna reperta est, in sequentem septimanam est dilata festivitas, sicut in octogesimo nono, & nonagesimo tertio anno a Diocletiani probatur imperio. Sic enim & tunc beatissimi patres nostri fecisse declarantur. in octogesimo quidem nono anno ab imperio Diocletiani, " superstite beatæ memorię patre nostro & episcopo " Anastasio, cum xiv. luna paschalis xxviii. die mensis Phaminoth, id est nono Kalendarum Aprilium die provenisset, die dominico, in subsequentem translatum est hebdomaden, ita ut quinta die mensis Pharmothi, hoc est pridie Kalendarum Aprilium celebraretur pascha dominicum. In nonagesimo autem tertio anno ab imperio ejusdem Diocletiani, " cum xiv. luna paschalis xiv. die mensis Pharmothi, qui est v. Idus Aprilis, die dominico contigisset, in sequentem item septimanam dilatio facta est, ita ut dominicum pascha xxi. die mensis Pharmothi, qui est xvi. Kalend. Majar. solemniter ageretur. In centesimo quoque tertio anno ab imperio præfati Diocletiani, " cum luna paschalis xiv. Pharmothi xxiii. die, qui est xiv. Kalend. Majar. esset die dominico superventura, iterum septimana quæsita est, & dominicum pascha xxx. die mensis ipsius Pharmothi, qui est vii. Kalend. Majar. constat esse celebratum propter angustiam temporis imminentem. Item cum in centesimo sexagesimo anno a Diocletiani imperio ' xiv. luna paschalis Pharmothi xxiii. die, qui est xiv. Kalend. Majar. occurrerit tertia feria septimanæ, & dominicum pascha xxviii. die mensis ipsius Pharmothi, qui est ix. Kalend. Majar. tunc celebrasse meminimus.

" Christi 373.
" Athanasio
" Christi 377.
" Christi 387.
" Christi 444.

Necesse est igitur & in *ducentesimo* lv. *anno* " a Diocletiani imperio, in futuro paschali festo Indictionis octavæ, xxii. die Pharmothi, qui est xv. Kalend. Majar. luna xiv. occurrente die dominico, in proximam septimanam juxta præcedentem formam convenienter extendi, ut xxix. die mensis Pharmothi, qui est viii. Kalend. Majar. dominicum celebremus pascha propter apprehendentem rursus angustiam, sicut patres nostri fecerunt, decimas quartas lunas occurrentes die dominico, differentes. Nam si xxii. die mensis Pharmothi, qui est xv. Kal. Majar. luna xiv. sicut dixi sæpius, occurrente die dominico pascha celebremus, inveniemur pridie, id est sabbato xxi. die mensis ejusdem, qui est xvi. Kalend. Majar. xiii. luna tunc existente, non rite jejunia solvere. Nec enim in xiii. luna comeditur pascha. Vnde quia xxii. die mensis Pharmothi, qui est xv. Kalend. Maiar. dominico die xiv. luna contingit, non autem convenit die dominico jejunare, quia hoc Manichæorum est proprium, consequens est in proximam tendere septimanam, intra quam ut diximus habemus & xv. lunam, quando crucifixus est & xvi. lunam, simul & xvii. quando resurrexit a mortuis. ita ut xxviii. die mensis Pharmothi, qui est ix. Kalend. Maiar. vespere sabbati jejunia pro more solvamus, & sequenti dominico xxix. die mensis ipsius qui est viii. Kalend. Maiar. festum paschale celebremus.

" *legendum* 171. Christi 455.

Illud etiam necessario vobis innotescimus,

OOoo iij quod

' *Corrige ut supra* 198. Christi 482.

quod & in futuro cclxv. anno "ab imperio Dio- A cletiani, xiv. luna rursus occurrente xxiii. die mensis Pharmothi, qui est xiv. Kalend. Maiar. dominicum pascha xxviii. " die mensis ipsius, qui est vii Kal. Maiar. Deo præstante celebrabitur.

' corr. 30.

Sed nonnulli subtilitatem paschalis computi forsitan ignorantes, Iudaicis seducti fabulis, æstimabunt nos in secundum mensem recedere, si festivitatem eatenus exigamus. Nescio prorsus unde hoc asserentes. Nam xiv. luna ipsius mensis occurrente xxii. die mensis Pharmothi, qui est xv. Kalend. Maiar. quomodo querelam sustinebimus, quia in secundo B mense pascha celebremus? Iudæi namque ignorantes dominum, tempus quoque paschę ignorant. Vnde sæpius a primo mense recedunt, & in duodecimo mense pascha celebrare se aliquatenus arbitrantur. *Sed beatissimi patres nostri cyclum decemnovennalem certius affigentes, quem violari impossibile est, velut crepidinem ac fundamentum & regulam, hunc eumdem decemnovennalem compotum statuerunt,* non juxta Iudæorum nunc indoctas atque ineptas " actiones, neque secundum exterorum putativam fictamque prudentiam, sed secundum gratiam Spiritus sancti instituti, in revolutione sępe memorati decemnovennalis C circuli decimasquartas paschales lunas diligentius annotarunt.

' f. rationes *inquit Buch.*

His itaque confectis, illud etiam oportet attendere, quod errent nimium, qui primi mensis initium lunaris cursus a xxv. die mensis Phaminoth, qui est xii. Kalend. Aprilium, omnino esse constituunt, eo quod tunc initium verni temporis ab his qui hoc invenire voluerunt cum omni diligentia præfixum esse videatur. Et manifeste quidem secundum cursum solis xxv. die mensis Phaminoth, qui est xii. Kalendarum Aprilium, æquinoctium esse cognoscitur. Sed non oportet ab hoc ęquinoctio primi mensis exordium juxta cursum lunæ prorsus affigere. Alioquin per omnia solis D circulo lunæ discursus concordare debuerat. Verum quia cunctis habentibus intellectum, certum est, quod velocissimum lunę motum cursus solis minime consequatur, age jam nunc breviter, Deo præstante, dubios instruamus, quod in secundum mensem nullomodo possimus excedere. Si enim in æquinoctio, id est xxv. die mensis Phaminoth, qui est xii. Kal. Aprilium juxta cursum lunæ mensis constitueretur initium, rationis esset opinari nonnullos in secundum mensem nos posse recedere. Nunc autem, quia xiv. Luna primi mensis per viii. indictionem quę ventura est, xxii. die men- E sis Pharmothi, qui est xv. Kalend. Maiar. invenitur, certum est quod initium ejusdē mensis primi juxta lunæ cursum nono die Pharmothi, qui est pridie Non. April. occurrat. Cum ergo xiv. luna xxii. die mensis Pharmothi, inveniatur qui est xv. Kalend. Maiar. dominicum pascha xxix. die mensis ipsius Pharmothi qui est viii. Kal. Maiar. celebrantes, in secundum mensem minime recedimus, cum lunam tunc xxi. indubitanter habeamus. Quomodo igitur excurremus in mensem secundum, quando quidem initium primi mensis juxta lunæ cursum, sicut paulo ante dictum est, ix. die mensis Pharmothi, qui est pridie Non. April. existat, & xiv. luna xxii. die mensis ipsius, id est xv. Kalendarum Maiarum die proveniat? Hoc autem ita declarato, certum est quod in secundum mensem nullatenus excurramus, xxix. die mensis Pharmothi, qui est viii. Kal. Maiar. dominicum pascha celebrantes.

Cognoscant itaque per tuam sanctitatem, qui in illis partibus ambigunt, quod legitime per octavam indictionem pascha peragimus. Propterea enim scripsi patrum & in hoc ecclesiasticas formulas subsequens, & exinde occasiones rei hujus assumens. Sic namque & pręcursores nostri, si quando dubietas orta est, prædicere festinabant, ut ubique consonanter ageretur sacra festivitas. Quod etiam nunc juxta priscam consuetudinem credimus in domino prædicari in ecclesiis unam fidem, unum baptisma, unam solennitatem sacratissimam paschalem ab omnibus Christianis ubique celebrari in Christo IESV domino nostro, quia in ipso vivimus, & movemur, & sumus.

Transferre vero hanc epistolam in Latinæ vocis eloquium non satis certum esse putavimus, ne forte græcizantes potius apud vos (nec enim jam valemus hæc diligenter exprimere) lędere nt veritatem propter informem sermonem atque incongruum: & qui forte non ita possit ardenter scienterque transferri, sicut causa poscebat. Saluta eam quæ tecum est fraternitatem: te quę nobiscum est salutat in domino. *& alia manu.* Valere te, & nostri meminisse, domine, precor dilectissime & ' desiderantissime.

[a] desideratissime.

FINIT EPISTOLA.

Observatio Philippi Labbe, S. I.

' Beda de ratione temporum capite 42. meminit literarum S. Leonis Papæ, quibus ad superiorem Proterii epistolam respondit Ægyptiorum rationibus tandem acquiescens in paschalis solennitatis anni 455. die indicendo, ut ex epistola 95. non suo postea loco atque ordine referenda longe certius disces, quam ex hoc dumtaxat a Ven. Beda servato epistolæ haud dubie prolixioris fragmento: *Cujus circuli Proterius Alexandrinæ urbis antistes, ad inquisitionem S. Leonis papæ luculentissimam reddens rationem talis rescripti ab eo meruit tenore prædicari: Lætificaverunt me literæ dilectionis tuæ, quas frater & coepiscopus meus Nectarius pio adportavit officio. Oportebat enim, ut ab Alexandrinæ ecclesiæ præsule talia scripta ad sedem apostolicam mitterentur, quæ ostenderent magisterio beatissimi Petri apostoli hoc ab initio per beatum Marcum ejus discipulum didicisse Ægyptios, quod constat credidisse Romanos,* &c. quæ si addidisset ab omnibus antiquitatis ecclesiasticæ studiosis gratiam maximam iniisset: nos ut defectum illius quoquo modo suppleamus, addemus ex tomo I. bibliothecæ novæ MSS librorum, quæ Sanct. Prosper Aquitanus Victorii conterraneus amicusque singularis, ac S. Leonis papæ ab epistolis secretisque, ut ferunt, strictim de utroque paschate annorum 444. & 455. annotavit in chronico integro a multis quidem promisso sed a nobis primum vulgato ex mss. codd.

THEODOSIO XVIII. EX ALBINO COSS. pag. 53.

Hoc anno pascha domini ix. *Kalendas Maii celebratum est: nec erratum est, quia inde* xi. *Kalendarum Maiarum dies passionis fuit, ob cujus reverentiam Natalis urbis Romæ sine Circensibus transiit. Attila rex Hunorum* &c.

VALENTINIANO VII. ET ANTHEMIO. pag. 55.

Eodem anno pascha dominicum die viii. *Kalendas Maii celebratum est pertinaci intentione Alexandrini episcopi, cui omnes orientales consentiendum putaverunt, quamvis S. Papa Leo* xv. *Kalendas Maii potius observandam protestaretur. Extant ejusdem papæ epistolæ ad clementissimum principem Marcianum datæ, quibus ratio veritatis sollicitata evidenter patefacta est, ex quibus ecclesia catholica instrui potest, quod hæc persuasio studio unitatis & pacis tolerata sit potius, quam probata, nunquam deinceps imitanda, ut, quæ exitialem attulit offensionem, omnem in perpetuum perdat auctoritatem.*

' prodit auster -atem ex ms. suo Buch.

EPISTOLA LXIV. LEONIS PAPÆ I. AD MARCIANUM AUGUSTUM.

De paſcha.

Leo epiſcopus, Marciano Auguſto.

TAM multis documentis per omnes Chriſti eccleſias fides veſtræ pietatis innotuit: ut ſi quid ſolicitudinum pro communi religione generatur, merito veſtrum quæratur auxilium. Et quia memor diſpenſationis creditæ, neceſſe habeo curas meas etiam in ea, quæ ſunt futura, præmittere: non improbe cupio clementiæ veſtræ ſtudiis adjuvari, ut in ea obſervantia, quæ certa ſemper ratione variatur, nihil poſſit erroris incurri. Paſchale etenim feſtum, quo ſacramentum ſalutis humanæ maxime continetur, quamvis in primo ſemper menſe celebrandum ſit, ita tamen eſt lunaris curſus conditione mutabile, ut plerumque ſacratiſſimæ diei ambigua currat electio, & ex hoc fiat plerumque quod non licet, ut non ſimul omnis eccleſia, quod non niſi unum eſſe oportet, obſervet. Studuerunt itaque ſancti patres occaſionem hujus erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino epiſcopo delegantes: quoniam apud Ægyptios hujus ſupputationis antiquitus tradita eſſe videbatur peritia, per quam, qui annis ſingulis dies prædictæ ſolennitatis eveniret, ſedi apoſtolicæ indicaretur, ut hujus ſcripti ad longinquiores eccleſias judicium generaliter percurreret. Sed ſanctę memoriæ Theophilus Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus, cum hujus obſervationis annos centum numero collegiſſet, ſeptuageſimoſexto paſchale feſtum longe aliter quam alii decreverant tenendum eſſe conſtituit, a primo auguſtæ memoriæ Theodoſii ſenioris" conſulatu ſuccedentes ſibi ſacræ obſervantię ordines ponens: ut longioris temporis ratio ejus literis teneretur adſcripta, cujus complexionis ſeptuageſimus & quartus eſt annus, in qua pridie Idus Aprilis ſanctum paſcha celebravimus: ſequenti vero anno pridie Nonas Aprilis eadem, propitio Deo, erit habenda feſtivitas, ſicut regulariter centenariæ annorum rationis ordo declarat. Sed in anno, qui erit ſeptuageſimus ſextus," paſchæ dies invenietur adſcriptus, quem a paſſione domini nullius exempli, nullius conſtitutionis admittit auctoritas. Nam diem octavum Kalendarum Maiarum ab eo cognoſcimus præfinitum, qui anni limitem antiquitus conſtitutum excedit: cum alii quintodecimo Kalendarum Maiarum huic feſtivitati deputaverint diem. Siquidem ab undecimo Kalendarum Aprilium, uſque in* decimum Kalendarum Maiarum, legitimum ſpatium ſit præfinitum. Intra quod omnium varietatum neceſſitas concludatur: ut paſcha dominicum, nec prius poſſimus habere, nec tardius. Quod enim in decimum, & in nonum Kalendarum Maiarum videtur nonnunquam perveniſſe feſtivitas, quadam ratione defenditur. Quia etſi dies reſurrectionis ultra terminum videtur exiſſe, dies tamen paſſionis limitem poſitum non invenietur egreſſus. Ad octavum autem Kalendarum Maiarum paſchalem obſervantiam perducere, nimis inſolens & aperta tranſgreſſio eſt.

Quia ergo in illa, ut dixi, centenaria ſuppu-A tatione Theophili, ſeptuageſimus ſextus annus diem paſchæ contra morem eccleſiaſticum ſtatuiſſe monſtratur, & non leviter delinquitur, ſi in" principio ſacramenti veritas & unitas ab univerſali eccleſia non tenetur: obſecro clementiam veſtram, ut ſtudium veſtrum præſtare dignemini, quatenus Ægyptii, vel ſi qui ſunt alii, qui certam hujus ſupputationis videntur habere notitiam, ſcrupulum hujus ſolicitudinis abſolvant, ut eum diem generalis obſervantia dirigat, qui nec paternarum conſtitutionum normam relinquat, nec ultra præfixos terminos evagetur. Quidquid autem pietas veſtra de hac conſultatione cog-B noverit, ad meam jubeat mox notitiam pervenire: ut in divinis myſteriis nulla diſſonantiæ culpa naſcatur. Data XVI. Kalendas Iulii, Opilione viro clariſſimo conſule.*

* principe ſacramento

* A. Ch. 453

EPISTOLA LXV. LEONIS PAPÆ I. AD EUDOCIAM AUGUSTAM.

De Paſcha.

Leo Romanæ & univerſalis eccleſiæ epiſcopus, Eudociæ Auguſtæ ſalutem.

SANCTÆ memoriæ Theophilus ad Augu-C ſtum Theodoſium ſeniorem ſcribens, per centum annos, a primo prædicti principis conſulatu, digeſſit ordinem diei feſti, cujus inſtructionis ſeptuageſimusquartus nunc annus evolvitur Opilione conſule. Pridie Idus Aprilis celebrata eſt ſacra ſolennitas; unde ſequenti anno, pridie Nonas Aprilis, eadem feſtivitas rationabiliter conſequitur. Sed annus, qui erit ſeptuageſimus ſextus, memorati epiſcopi annotationem habere cognoſcitur, quæ a totius antiquitatis exemplo, & ab omni auctoritate patrum diſcordat. Siquidem in octavum Kalendarum Maiarum dominicum paſcha tranſtulerit, præfinitos antiquitatis limites nimis audenter excedens, cum die quin-D todecimo Kalendarum Maiarum paſchalem ſolennitatem (ſicut conſtituere alii) potuerit annotare. Vnde quia non mediocris mihi ſolicitudo generatur, ne apud Ægyptios hęc perſuaſio probaretur, ad Chriſtianiſſimum & clementiſſimum principem ſcripta direximus, quibus cauſam ſcrupuli diligenter expoſui, & ſuppliciter poſtulavi, ut operam ſuam, quemadmodum conſuevit, religionis cultui dignanter impendat, ut eos, qui hujus ſupputationis perfectam videntur habere notitiam, in unum jubeat convenire, & diligenter inquirere, ne forte hæc definitio teneatur, & hic exceſſus, qui E prioribus videtur repugnare temporibus, noſtræ conniventiæ, vel negligentiæ deputetur, & fiat in noſtris diebus, quod nunquam ante pręſumptum eſt. Quia vero oportet ſerenitatem tuam curæ iſtius mecum eſſe participem, & ne quid tale accidat, præcavere, crebrius religioſiſſimo & fideliſſimo principi dignare ſuggerere, ut indiſſimulanter jubeat Ægyptios admonere, ne in ſummæ feſtivitatis die, aut diſſenſione aliqua, aut tranſgreſſione peccetur. Quidquid autem de hac re diligentius inveſtigare ſolicitudo veſtra potuerit, cito ad notitiam meam glorioſiſſimus imperator jubeat pervenire: quia & ad ipſius & ad omnium ſalutem pertinet, ut Dei cultus nullo errore lædatur. Data ſextode-

sextodecimo Kalendas Iulii, Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA LXVI. LEONIS PAPÆ I.

AD EVDOCIAM AVGVSTAM.

Agit cum ea, ut Palæstinorum monachorum mentes hæretica pravitate pollutas, curet emundari, & si aliquid perfecerit certior fieri cupit.

Leo episcopus, Eudociæ Augustæ.

QVANTA mihi catholicæ cura sit fidei, & qua solicitudine, in quantum dominus adjuvat, debeat præcaveri, ne unquam ab imperitis & impiis veritatis euangelio resistatur, pietatem vestram scire non dubito. Et ideo cum salutationis officio, quo semper mihi est vestra oranda clementia, obsecro dominum, ut me tuam incolumitatem in causa fidei, in qua quorumdam intra provinciam Palæstinam monachorum fuerant corda turbata, magis magisque faciat adjuvare, ut tantum, quod pietatis tuæ studio fieri potest, hæreticæ perversitati omnis fiducia subtrahatur. Quos enim nec ratio sacramentorum, nec auctoritas scriptorum, nec ipsa sacratorum locorum testimonia commovebant, quid eis nisi abruptum periculum timeretur? Profit ergo ecclesiis, sicut (favente Deo) & prodest, & profit generi humano, in verbis Dei vestram ibi esse voluntatem, ubi dominum nostrum Iesum Christum vobis sicut verum Deum, & verum quoque hominem, in unitate personæ, & mirabilium indicia, & passionum documenta, loquuntur. Si ergo prædicti nomen catholicum venerantur & diligunt, & inter domini corpus se volunt membra nominari, pravos errores, quos temere admiserant, detestentur, & agant pœnitentiam impiarum blasphemiarum, cruentorumque factorum. Succumbant pro salute animarum suarum synodalibus, quæ in civitate Calchedonensi sunt confirmata, decretis. Et quia ad intelligendum sacramentum salutis humanæ, nisi fides vera, & humilitas quieta non pervenit, credant in euangelio, quod confitentur in symbolo, nec impiis dogmatibus misceantur. Fides enim catholica sicut damnat Nestorium, qui in uno domino nostro Iesu Christo duas ausus est prædicare personas, ita damnat etiam Eutychen cum Dioscoro, quod ab unigenito Deo Verbo negat in utero virginis matris veritatem carnis humanæ susceptam. Si quid autem erga prædictorum conversionem exhortatio vestra profecerit, quod gloriam vobis præstabit æternam, peto hoc mihi clementiæ vestræ literis indicetis, ut & in vobis boni operis fructum, * & illis gaudeam misericordiam domini non periisse. Data septimo Kalendas Iulii, Opilione viro clarissimo consule.

* & in illis

EPISTOLA LXVII. LEONIS PAPÆ I.

AD IVLIANVM EPISCOPVM COENSEM.

Vult de statu fidei admoneri, & canones observari.

Leo episcopus, Iuliano Coensi episcopo.

FREQVENTISSIME * dilectionem tuam ad hanc curam & diligentiam meis sum literis exhortatus, ut de his, quæ circa fidem aguntur, solicitudinem meam indesinenter instrueres. Et cum omnibus occasionibus scribere non quiescam, quibusdam tamen scriptis meis, id est, per filium nostrum Rodanum, domesticum filii nostri viri illustrissimi Asparatii datis, nullum responsum tuæ fraternitatis accepi: tamquam ratio temporis non habuerit, ut quid post mea scripta sit gestum, potueris indicare. Et ideo per filium meum Rodanum his literis te saluto: & ut opportunitatem scribendi non negligas, in quo quæstus solicitudinis meæ relevatur, admoneo. Cum enim in te quamdam mei Constantinopolitani habeant portionem, dignum pro communi amicitia est, & pro totius ecclesiæ dilectione, incessabili te vigore prospicere: ne quid possit de statu fidei me latere. Quæ ergo per prædictos, vel ad gloriosissimum principem, vel ad tuam dilectionem scripsi, ut celerrime tradantur effectui, opportunis suggestionibus elabora. Et quidquid fuerit Deo auxiliante dispositum, scire me facito; ut perductis in effectum his quæ rationabiliter ordinata sunt, pax fidei, canonumque custodia & securior ubique habeatur & fortior. Data septimo Kalendas Iulii, Opilione viro clarissimo consule.

* SÆPISSIME

EPISTOLA LXVIII. LEONIS PAPÆ I.

AD IVLIANVM EPISCOPVM.

Lætatur imperatoris opera Hierosolymitanum episcopum receptum, monachos Augustæ auctoritate ad fidei sanitatem revocatos, & ab Alexandrino episcopo literas fidei suæ testes accepisse, & aliqua de paschatis celebratione. Gratulatur Aetium presbyterum examine purgatum: demum subdit se literas accepisse ab imperatore quibus Anatolium sibi commendabat.

Anno Christi " 456. qui fuit annus pontificatus S. Leonis 15. fuit scripta hæc epistola, similiter & 4. sequentes.

" corr. 454

Leo urbis Romæ episcopus, Iuliano episcopo.

CHRISTIANISSIMI principis fidem sæpe evidentissimis probavimus documentis, ac de nostro gratias ago, qui talem dignatus est rebus humanis concedere pro sua pietate rectorem; qui fidei causas & reipublicæ summæ vigilantiæ studio tuetur, hæreticorum ausibus semper obsistens, & nihil eorum insaniæ adversum catholicam fidem licere permittens: cujus post Deum beneficiis hoc debetur, quod Hierosolymitanus episcopus est receptus, & monachos, quos perfidia hæreticæ falsitatis invaserat, ad sanitatem " Augusta auctoritas revocavit. Mox itaque, ut accepi epistolas tuas, talia continentes, non solum eadem die, sed prope eadem hora responsum reddere maturavi, ut certior de omnibus quæ scripseras reddereris. Fratrem Proterium Alexandrinæ urbis episcopum gratulor satis-

" Augustæ, *Si verax est titulus ep.*

factionis

factionis plenas de fide sua ad nos literas direxisse, & manifeste, quidnam teneat, indicasse; cui me dignam gratiam pro fidei ipsius sinceritate necesse est præstare, ut honorem in nullo suę perdat ecclesię, sed sedis suæ privilegia, paternæ antiquitatis exemplo, juxta canonum illibata jura possideat. De pręsentis anni pascha nulla dubitatio esse nobis potuit, sed de futuro, quod Theophilus Alexandrinæ urbis episcopus, " nono Kalendarum Maiarum die, quod nunquam ita a tempore dominicæ resurrectionis celebratum est, credidit adscribendum. Vnde solicitius congruit hoc requiri, ut omnis occasio tollatur erroris. Nam in nostris annalibus " Kalendarum Maiarum die aptissime a patribus nostris & constitutus legitur & celebratus. Ac ne vel apud nos, vel apud orientales nascatur ex hac parte diversitas, hoc instantius nostro nomine cum Christianissimo principe agere tua dignetur dilectio, quamvis & ipse clementissimus princeps se inquisitione solicitissima curam hanc " Ægyptiis delegasse, suis epistolis dignatus sit indicare. Epistolam sane meam ad Calchedonensem synodum datam præsentibus episcopis & clericis lectam fuisse tuis epistolis retulisti: sed usque ad illud capitulum quo ea quę de fide acta sunt meus videtur firmasse consensus. Vnde miratus sum, quod reliqua quæ secuta fuerunt, non pariter in notitiam eorum, quibus sunt lecta, prolata sint: cum maxime omnibus innotescere debuisset, improbum a nobis ambitum notatum fuisse, ne novis usurpationibus constituta inviolata (ut semper scripsimus) servarentur. Aetium presbyterum, quem asseris fuisse discussum, gratulamur, cognitione habita, in omnibus fuisse purgatum. Epistolam quoque ad Christianissimum principem noveris me misisse: in qua illi gratias egi, quia curam mihi suam, tam pro fidei causa, quam pro securitate reipublicæ dignatus est indicare. Aliam quoque ad nos epistolam dedit, interveniens pro Anatolio episcopo, ut nostri illi animi gratia præbeatur, quoniam correctionem ejus promittit, & in omnibus se satisfacturum esse, quæ ad fidei observantiam pertinent, pollicetur. Data quinto Idus Ianuarii, Aetio & Studio viris clarissimis consulibus. "

EPISTOLA LXIX. LEONIS PAPÆ I. AD MARCIANUM AUGUSTUM.

Alexandrinum episcopum sibi ab imperatore commendatum summa ostendit laude dignum, dum suam ad Flavianum epistolam profitetur. Talem epistolam, ad hæreticorum nequitiam retundendam, rogat ut in Græcum sermonem fideliter jubeat transferri, suo annulo muniri, & sic ad Alexandrinos transmitti.

Leo episcopus Marciano Augusto.

PVRITATEM fidei Christianæ, qua clementia vestra præfulget, etiam his literis, quas frater & coepiscopus meus Nestorianus detulit, demonstrastis; justissime fratri meo Proterio Alexandrinæ urbis antistiti impendentes favorem, quo mihi per omnia esset acceptior. Nam cui vestra pietas testimonium perhibere dignatur, indubitanter esset probandus, etiamsi taceret. Sed accedit ad gratiam, quod proprio quoque sermone cognoscatur, & quam sincerus sit catholici dogmatis prædicator, ipsius professione clarescat. Vnde plenissimo affectu dilectionem orthodoxi fratris amplector, & Deo gratias ago, quod amoto eo qui euangelio Christi voluit contraire, & a sanctorum patrum intelligentia dissentire, talem prospexit Alexandrinæ ecclesiæ sacerdotem, qui præcedentibus rectoribus & fide concordaret & vita. Nam cum amplecti se epistolam meam, quam ad beatæ memoriæ Flavianum contra Eutychen impium misi, toto corde profitetur, quid aliud, quam apostolorum se discipulum ostendit? quoniam doctrina veritatis in lumine suo permanet, & non potest esse diversum, quod unum est atque ' divinum. Rescripsi itaque prædicto fratri quod debui: atque in sancto studio ut perseveraret admonui. Qui sine dubio constantior erit, si etiam clementiæ vestræ cohortationibus adjuvetur. Nec in aliquo eum terreat quorumdam imperita dissensio, quos paucorum hæreticorum instigationibus ignorantia facit obnoxios. Quod sua ergo negligentia assequi nequeunt, opportune eorum insinuetur auditui. Et ne * memoratis nova inferre, & propria videatur adstruere; venerabilium patrum, qui eidem ecclesiæ præfuerunt, scripta relegantur: & quid B. Athanasius, quid Theophilus, quid ' Cyrillus, quid etiam orientales magistri de incarnatione domini senserint, recognoscant. Nec repullulantibus decipiantur erroribus, qui olim euangelici sermonis sunt virtute prostrati. Quoniam omnes fere hæreses, quæ diversis temporibus extiterunt, dum sacramentum corporeæ nativitatis, & passionis, ac resurrectionis Christi non intelligunt, ab euangelio deviarunt. Et possemus minus laborare in hæreticis repellendis, si rudes animos ipsa non turbarent mendacia, quæ peremit antiquitas. Sed nunc (ut dixit) hic docendi optimus modus est, ut paternorum sensuum linea Alexandrinæ plebis & cleri auribus innotescat: ac si qui sunt qui nostra scripta despiciant, illis saltem, qui nobiscum apostolicis sensibus congruunt, acquiescant. In quo opere multum consacerdotis nostri devotione gaudebo, & semper ipsius unanimitate lætabor: quia fraterna pax non nisi una fidei confessione servatur. Quia vero quorumdam hæreticorum versuta nequitia, ad conturbandam aliorum simplicitatem, epistolam meam, quam ad beatæ memoriæ Flavianum dedi, falsasse perhibetur, ut commutatis quibusdam literis vel syllabis receptorem me Nestoriani erroris assereret; obsecro venerabilem clementiam vestram, ut eamdem epistolam per fratrem meum Iulianum episcopum; vel eos, quos idoneos ad hoc opus pietas vestra delegerit, in Græcum sermonem jubeatis integre diligenterque translatam, per idoneum ' latorem sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam judicibus Alexandrinis, qui eam clero & plebi ipsius civitatis, cum prædictorum episcoporum prædicationibus, ' qui & meo scripto consentiunt, faciant recitari: ut agnoscant se fallacium hominum fraude ulterius decipi non debere, & probetur apostolicæ

' individuū

* memoratus

' Lucilius

' perlatorē

' quibus mea scripta consentiūt,

ˈsine errore sedis ˈ sinceri esse discipuli, apud quam nec Eutyches nec Nestorius ullum obtinent locum: quia sicut alios hæreticos, ita & istos ecclesia universalis damnavit. Data quinto Idus Martii, Aetio & Studio viris clarissimis consulibus.ˈ

* A. Ch. 454.

EPISTOLA LXX. LEONIS PAPÆ I.

AD MARCIANUM AUGUSTUM.

Scribit de exilio Eutychetis, ut ad secretiora loca eum transferret, quia ubi positus erat, adhuc parva docebat.

Leo episcopus Marciano Augusto.

QUOD sæpissime multa jam experimenta docuerunt. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 3. num. 18.*

EPISTOLA LXXI. LEONIS PAPÆ I.

AD ANATOLIUM EPISCOPUM PER Nectarium agentem in rebus directa.

Reddit rationem cur ei literas dederit, mox tanto temporis spatio silentio usus fit: approbat nonnulla ab eodem gesta, hortaturque ut ambitionem temperet, & Nicæni concilii canones servet.

Leo episcopus Anatolio episcopo.

SI firmo incommutabilique proposito, dilectio tua curam gratiæ communis habuisset, nihil profecto, quod ullam anxietatem tibi ingereret, extitisset. Non enim sinebat ratio, ut ejus caritatem spernerem quem amore pacis, & studio reparandæ catholicæ fidei inter ipsa episcopatus rudimenta juvissemus, optans in ecclesiasticis curis talem habere consortem: ut mihi de sanctis prędecessoribus tuis, nec Ioannis spiritualem copiosamque doctrinam, nec auctoritatem Attici, nec industriam ˈ Procli, nec fidem beati Flaviani deesse sentirem: & ita studiis tuis uterer, ut nullus auderet, vel fidei catholicæ resultare, vel Nicænis venerabilium patrum regulis contraire. Sed cum in injuriam canonum (ut agnoscis) illa tentata sunt, quæ omnibus ecclesiis scandalum maximum generarent, quid aptius ac modestius facerem, quam ut te primum, ut ab hac intentione discederes, fraterno animo, missis literis, admonerem? Ad quas cum non rescriberes, ipse te à colloquii mei consortio separasti. Deinde inde jam tacui, sed clementissimo principi, custodi fidei, frequenti literarum petitione, suggessi, ut pro pace ecclesiarum, quam tibi maxime prodesse cognoscis, hæc quę nunc a tua dilectione facta sunt implerentur. Cui ineffabiles gratias ago, quod secundum eruditionem Spiritus sancti, cujus est virtute plenissimus, sacerdotali dignatur studere concordiæ, sciens sibi orationes supplicantium copiosius profuturas, si famuli unius domini in nullo sint a veræ pacis unitate divisi.

ˈProculi

Quod ergo in Constantinopolitana ecclesia quædam in officiis clericorum correcta significas, ut & Aetium presbyterum in gratiam tuam affectionemque revocaveris & Andream archidiaconi actione submoveris, nobis placuisse rescribo: quia ęstimationem tuam (ut optabam) plurimum erigit atque commendat. Et merito post correctionem in oblivionem deducitur, quod reprehensioni obnoxium videbatur, cum hæreticorum provectione, & sanctæ memoriæ Flaviani injuria gravareris, quæ nunc simul ab omni offensione, cum tui (ut volui) laude cessarunt: quia in ordinem suum, quæ fuerant turbata, redierunt. Andream sane, qui rationabiliter archidiaconi est privatus officio, & Euphratam, qui sanctæ memoriæ Flaviani (ut comperi) improbus extitit accusator, si professionibus plenissime scriptis non minus Eutychianam hæresim, quam Nestorianum execrabile dogma condemnant, quoniam venia est præstanda correctis. presbyteros consecrabis, ut sibi remedium catholicæ fidei sentiant profuisse, electo primitus & probato qui archidiaconi officium possit implere, id est, quem nulla unquam prędictarum impietatum fama resperserit. Ceteri vero, quos par reatus involverat, si veniam simili professione cum satisfactione deposcunt, suis ordinibus reformentur: his tantum ad officiorum primatum admissis, quos ab omni errore liberos fuisse constiterit.

Illam autem culpam, quam de augenda potestate, aliena (ut asseris) adhortatione contraxeras, efficacius atque sincerius tua caritas diluisset, si quod tentari sine tua voluntate non potuit, non ad sola clericorum consiliaˈ transtulisses: quia sicut in mala suasione delinquitur, ita & in mala consensione peccatur. Sed gratum mihi (frater carissime) est, quod dilectio tua id profitetur sibi displicere, quod tunc etiam placere non debuit. Sufficit in gratiæ communis regressum professio dilectionis tuæ, & attestatio principis Christiani. Nec videtur tarda correctio, cui tam venerabilis assertor accessit. Abjiciatur penitus inconcessi juris, qui dissensionem fecerat, appetitus. Sufficiant limites, quos sanctorum patrum providentissima decreta posuerunt. Ut quieta sit suis meritis & antiquis privilegiis dignitas omnium sacerdotum, renovetur & maneat in te dominicæ caritatis affectio: ad quam dilectionem tuam sæpius cohortatus sum cum fratre & coepiscopo nostro Iuliano, qui communem gratiam semper optavit: cujus industria & solicitudines tuæ relevabuntur, & fides catholica munietur. Super omnia autem fraterna caritate hortor & moneo, ut ea quæ ad gloriam vel ad munimen pertinent sacerdotalis officii, Nicænorum canonum universalis ecclesię pacem servantia decreta custodias. Sic enim inter domini sacerdotes inviolata caritas permanebit, si paribus studiis, quæ sunt a sanctis patribus constituta, serventur. Data quarto ˈ Kalendas Iunii, Aetio & Studio viris clarissimis consulibus.* ˈNonas

* A. Ch. 454.

EPISTOLA LXXII LEONIS PAPÆ I.

AD IUVENALEM HIEROSOLYMITANUM episcopum.

Hic Flavianum episcopum condemnaverat, & Eutycheris errores admiserat: nunc cum illum pœnituisset, illi gratulatur, & particulam crucis cum eulogiis ab eo missam accepisse scribit.

Leo urbis Romæ episcopus, Iuvenali episcopo Hierosolymitano.

ACCEPTIS dilectionis tuæ literis, quas ad me filii nostri Andreas presbyter & Petrus diaconus detulerunt, gavisus equidem sum, quod tibi ad episcopatus tui sedem redire licuisset: sed confluentibus in recordationem omnibus causis quæ te per quosdam excessus laborare fecerunt, dolui adversitatum tuarum temetipsum tibi fuisse materiam, & resistendi hæreticis perdidisse constantiam, qui æstimabant non esse tibi liberum ut eos audeas redarguere, quos tibi professus sis in suo errore placuisse. Beatæ enim memoriç Flaviani condemnatio, & impiissimi Eutychetis receptio, quid nisi domini nostri Iesu Christi secundum carnem negatio fuit? quam ipse grandi misericordia sua fecit resolvi, cum detestandum illud Ephesinç synodi judicium ita sancta Calchedonensis concilii auctoritate destruxit, ut nullum depravatorum a remedio correctionis arceret. Vnde quia in tempore indulgentiæ resipiscentiam magis quam pertinaciam delegisti, ita gaudeo te cælestem expetisse medicinam, ut fidei ab hçreticis impugnatç, tandem possis esse defensor. Quamvis enim nulli sacerdotum liceat nescire quod prçdicat, quoniam *qui ignorat, ignorabitur*, inexcusabilior tamen est omnibus imperitis quilibet Hierosolymis habitans Christianus, qui ad cognoscendam virtutem euangelii, non solum paginarum eloquiis, sed ipsorum locorum testimoniis eruditur. Et quod alibi non licet non credi, ibi non potest non videri. Quid laborat intellectus, ubi est magister aspectus? Et cur lecta vel audita sunt dubia, ubi se & visui & tactui tot humanæ salutis ingerunt sacramenta? Quasi ad singulos quosque cunctantes dominus adhuc voce corporea utatur, & dicat: *Quid turbati estis, & quare cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere.*

Vtere igitur, frater carissime, invictissimis catholicæ fidei documentis, & euangelistarum prçdicationem sanctorum locorum, in quibus degis, testificatione defende. Apud te est Bethlehem, in qua salutifer Davidicæ virginis partus illuxit, quem obvolutum pannis inter angustias diversorii præsepe suscepit. Apud te est declarata ab angelis, adorata a Magis, & per multorum infantium mortes ab Herode quçsita salvatoris infantia. Apud te est, ubi pueritia ejus adolevit, ubi adolescentia maturuit, & per omnia incrementa corporea in virum perfectum veri hominis natura profecit, non sine cibo esuritionis, non sine somno quietis, non sine fletu

A miserationis, nec sine pavore formidinis. Vnus enim atque idem est, qui & in Dei forma operatus est miracula magna virtutis, & in forma servi subiit sævitiam passionis. Hoc tibi ipsa crux indesinenter loquitur, hoc lapis clamat sepulcri, in quo dominus humana conditione jacuit, & de quo divina potentia resurrexit. Et cum ad montem Oliveti, locum ascensionis veneraturus, accedis, nonne illa vox angelica in tuo resultat auditu, qua elevationem domini stupentibus dicitur: *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus qui assumptus est a vobis in cælum sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.* Act. 1.

B Veram igitur Christi generationem crux vera confirmat, quoniam ipse in nostra carne nascitur, qui in nostra crucifigitur, quæ nullo interveniente peccato, nisi fuisset nostri generis, non potuisset esse mortalis. Vt autem repararet omnium vitam, recepit omnium causam, & vim veteris chirographi, quod solus inter omnes non debuit, pro omnibus solvendo vacuavit: ut sicut per unius reatus omnes facti fuerant peccatores, ita per unius innocentiam omnes fierent innocentes; inde in homines manante justitia, ubi est humana suscepta natura. (Rom. 5.) Nulla enim ratione extra nostri est corporis veritatem, C de quo euangelista prædicationem inchoans dicit: *Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham.* (Matth. 1.) Et qui Samaritanæ mulieri protestatur, *quoniam salus ex Iudæis est*; (Ioan. 4.) beati Pauli apostoli consonante doctrina, cum dicit: *Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* (Rom. 9.) Itemque ad Timotheum: *Memento*, inquit, *Iesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine David secundum carnem.* (2. Tim. 2.)

Hæc autem veritas quantis & novi & veteris testamenti auctoritatibus declaretur, pro antiquitate sacerdotii tui evidenter agnoscis, cum fides patrum & scripta mea ad sanctæ D memoriæ Flavianum data, quorum mentionem ipse fecisti, adjecta universalis synodi confirmatione sufficiant. Vnde prospicere oportet dilectionem tuam, ne contra redemptionis ac spei nostræ ineffabile sacramentum ullus obmurmuret. Sed si qui sunt, qui adhuc aut ignorantia caligant, aut perversitate discordant, eorum quorum in ecclesia Dei apostolica fuit & est clara doctrina, auctoritatibus instruantur, & de incarnatione Verbi Dei hoc nos credere, quod illi crediderе, cognoscant: neque se extra corpus Christi, in quo commortui, & conresuscitati sumus, sua obduratione constituant: quia nec E pietas fidei, nec ratio 'suscipit sacramenti, ut aut in sua essentia passibilis fuerit deitas, aut in nostræ naturæ susceptione mentita sit veritas. Particulam dominicæ crucis cum eulogiis dilectionis vestræ veneranter accepi. Data pridie Nonas Septembris, Aetio & Studio " viris clarissimis consulibus.

'recipit

" An. Chr. 454.

Anno Christi "459 qui fuit annus pontificatus S. Leonis 18 scripta est hæc epistola & 5. sequētes. " corrige 457.

EPISTOLA LXXIII. LEONIS PAPÆ I. AD LEONEM AVGVSTVM.

Rogat ut decreta concilii Calchedonensis in Alexandrina urbe, in qua vexari catholicos Anatolius scripserat, servari, & in ea urbe catholicum episcopum eligi curet.

Leo Romæ episcopus Leoni semper Augusto.

OFFICIIS, quæ ad gratulationem imperii vestri pertinent, persolutis, etiam hanc paginam necessariæ supplicationis adjeci: quia catholicæ fidei divinitus præparatum B favoris vestri posco præsidium. Nam talia in Alexandrina ecclesia perpetrata, fratris & coepiscopi mei Anatolii relatione cognovi, ut omnis Christiana religio sentiat se impeti atque violari, nisi universali fidei vestra devotione prospiciatur, & memoratæ ecclesiæ, quæ antea catholicis fuit clara doctoribus, reddatur Christiana libertas, ut cessantibus hæreticorum impugnationibus, euangelica doctrina, quæ illic ante Dioscorum viguit, unita cum totius ecclesiæ pace reparetur. Quod opus virtutibus vestris, gloriæque conveniens, celerem & Deo placitum habebit effectum, si apud sanctam Calchedonensem synodum de domini Christi incarnatione firmata, nulla per- C miseris retractatione pulsari: quia in illo concilio per Spiritum sanctum congregato, tam plenis atque perfectis diffinitionibus cuncta firmata sunt, ut nihil ei regulæ, quæ ex divina inspiratione prolata est, aut addi possit aut minui. Hoc autem etiam apud clementiæ vestræ scientiam non ambigimus esse perspicuum, siquidem (ut multorum ante relatione comperimus) molitiones hæreticorum, quæ contra prædictæ synodi auctoritatem conabantur assurgere, nihil ex hoc permiseritis audere. Vnde quod negandum illis sponte vidistis, gloriosum vobis est universali ecclesiæ me supplicante concedere, & incommutabiliter perpetuoque præstare, ut quæ secundum euange- D lium Christi & prædicationis euangelicæ veritatem omnibus retro sæculis, una fide, unaque intelligentia roborata sunt, nulla ulterius possint actione convelli. Prout ergo misericordia Dei consilio spiritus sui mentem vestræ pietatis instruxerit, sanctæ primitus Alexandrinæ ecclesiæ pacis reparationi consulite, & per catholicos sacerdotes talem provideri jubete pontificem, in quo & in actuum probitate, & in fidei perfectione nihil possit reprehensibile reperiri, ut omnibus rite compositis, eadem ubique servetur prædicatio veritatis. Data E "quinto Idus Iunii, Constantino & Rufo viris clarissimis consulibus."

" An. Christi 457.

EPISTOLA LXXIV. LEONIS PAPÆ I. AD LEONEM AVGVSTVM.

Illi gratulatur quod Calchedonensis concilii se custodem profiteatur; utque hæreticos insectetur, adhortatur.

Leo episcopus Romæ Leoni semper Augusto.

LICET proxime ad clementiam vestram gemina scripta direxerim, quorum unum de- A bitum salutationis impleret, aliud pro statu ecclesiæ supplicaret, tamen occasione, quæ Deo providente se præbuit, iterari utrumque convenit. Secundum ergo fiduciam illam, quam ex Dei inspiratione universali ecclesiæ præstitistis, ante cujusquam preces constituendo quod maxime ab omnibus fuerat expetendum, non definimus gratias agere, & providentiam Dei in fidei vestræ fervore benedicere, qui sancto & catholico spiritu, sicut fratris & coepiscopi mei Anatolii sermone cognovi, ita hæreticorum impudentiæ restitistis, ut profitemini, ad totius mundi pacem, Calchedonensis synodi vos esse custodem. Quod B cum ex vestræ fidei sententia saluberrime diffinitum sit, quanto studiosius universali ecclesiæ est conferendum, ut tranquillitas fidei Christianæ etiam vestro profit imperio, nec improbitas hæretica in aliquo suo molimine glorietur? cujus pertinax insidiosa contentio illico conquiescet, si imperiali potestate frenetur. Data Kalendis Septembris, Constantino & Rufo viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA LXXV. LEONIS PAPÆ I. AD EVMDEM LEONEM AVGVSTVM.

Quæ duo a se imperator postulaverat, ut scilicet Constantinopolim se conferret, & Calchedonensis concilii decreta damnaret, ea utraque a se ratione denegari demonstrat: hortaturque ad hæreticorum ausus reprimendos, & Alexandrinæ ecclesiæ reformationem.

Leo episcopus, Leoni Augusto.

LITERAS clementiæ tuæ plenas virtute fidei & lumine veritatis veneranter accepi. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte 3. numero 25.*

EPISTOLA LXXVI. LEONIS PAPÆ I. AD ANATOLIVM EPISCOPVM Constantinopolitanum.

Quæ ab illo de Constantinopolitanæ ecclesiæ statu acceperat, se imperatori scripsisse docet; utque hæreticam pravitatem, quæ inter suos clericos serpebat, exterminet, & imperatorem obsecret, ut hæreticorum machinas destruat.

Leo episcopus, Anatolio episcopo.

DILIGENTIAM necessariæ solicitudinis, quam fraternitas tua in dirigendis ad nos literis exequitur, approbamus, & receptis per filium nostrum Olympium paginis tuis sacerdotalem in te curam vigere sentimus: cui nos quoque (quantum dominus dat posse) non desumus " exorantes dilectionem tuam, ' exhortantes ut quia tempus laboris incidimus, in sancta vigilantia perseveres, donec *dextera domini faciat virtutem*, & sub pedibus ecclesiæ suę conterat tentatorem. Consolatur etenim nos Psal. 117. per omnia præparata divinitus clementissimi principis fides, quem meo rursus, sicut oportuit, sum cohortatus alloquio: ut impiissimorum latronum ausibus, districtiore

ctiore constantia faciat obviari: quos nefas est tantum de suo favore præsumere, ut etiam apud Constantinopolim audeant insanire. Sed hoc eis ideo divinę providentiæ ratione permittitur, ut magis ac magis quo spiritu agitentur, appareat: ne dubitari possit, in quantam essent audaciam prorupturi, si post damnationem impiissimæ hæresis, disceptandi contra fidem acciperent potestatem, ut quantum in ipsis est, latius hoc furore sævirent, quem fratres & coepiscopi nostri, qui ad nos nuper ex Ægypti partibus confugere, se pertulisse deplorant: quibus & a Christianissimo principe, & a tuæ fraternitatis Deo placita caritate solatia pietatis impendi non ambigerem, etiamsi ipse non scriberes. Opportunum autem credidi, ut ad ipsos quoque scripta dirigerem, quæ illos possint in communis fidei proposito roborare, & quid pro patientia sua superna remuneratione mereantur, agnoscerent, sicut beatus apostolus docet, dicens: *Excipite itaque illos cum gaudio in domino, & hujusmodi cum honore habete, quoniam propter fidem Christi usque ad mortem accesserunt.* Illud sane plurimum mihi displicere significo, quod inter dilectionis tuæ clericos quidam esse dicuntur, qui adversariorum conniveant pravitati, & vasa iræ vasis misericordiæ misceantur. Quibus investigandis, & severitate congrua coercendis debet diligentia tua vigilanter insistere: ita ut his, quibus prodesse non potuerit correctio, non parcat abscisio. Oportet etenim nos euangelici meminisse mandati, quod ab ipsa veritate præcipitur, ut si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizaverit manus, a compage corporis auferatur: quia melius sit his in ecclesia carere membris, quam cum ipsis in æterna ire supplicia. Nam superfluo extra ecclesiam positis resistimus, si ab his qui intus sunt, in eis quos decipiunt, vulneramur. Abjicienda prorsus pestifera hæc a sacerdotali vigore patientia est, quæ sibimet peccatis aliorum parcendo non parcit. Sicut Heli quondam sacerdos filiorum suorum delicta tolerando, cum ipsis divinæ justitiæ sententiam meruit experiri, quia segni indulgentia dissimulavit plectere peccatores. Quantum itaque opportunitas invitat officii, religiosissimum principem dilectio tua studeat frequentare, & non solum regiam, sed & sacerdotalem ipsius mentem precibus meis obsecrare persiste: ut memor communis fidei, quam Spiritu sancto docente suscepimus, omnia hęreticorum machinamenta confringat, neque quidquam illis in ecclesiis Christi licere patiatur; ne in eorum potestate sint divina mysteria, quibus in domo Dei, pro scelerum suorum magnitudine, nec habitandi jus residet, nec orandi. Data * pridie Idus Octobris, Constantino & Rufo viris clarissimis consulibus."

EPISTOLA LXXVII. LEONIS PAPÆ I.

AnnoChristi 460. qui fuit annus pontificatus S. Leonis 20. scripta fuit hæc epistola & 2. sequentes. *Corr. 458.

AD ANATOLIUM EPISCOPUM per Patricium diaconem missa.

Cum ęgre tulisset Anatolius, quod ab ipso de cavendis hæreticis fuisset admonitus, ratione id fieri debuisse demonstrat: cumque Atticus presbyter non recte Eutychetis errorem fuisset detestatus, formam detestationis mittit.

Leo episcopus Anatolio episcopo.

Lectis dilectionis tuæ literis, quas per filium nostrum Patricium diaconem direxisti, intellexi tibi studium meę solicitudinis displicere: qua, secundum dominicam caritatem, quam tibi a nobis impendi experimentis plurimis approbasti, de cavendis his, qui communis fidei adversarii dicerentur, admonui, ne ad negligentiam rectoris referretur, si quisquam in ecclesia catholica ea prædicare præsumeret, quæ hæreticorum sensibus convenirent. Quod utrum veraciter fama jactaret, dilectionis tuę inquirendum judicio delegavi. Neque in aliquo honorem tuum læsi, cui discutienda ea, quæ ad me erant perlata, commisi: ut scilicet Atticus presbyter, quem talia audere cognoveram, nisi perfecta se satisfactione purgasset, & non solum voce hæreticos, sed etiam propriæ manus subscriptione damnasset, a communionis gratia esset alienus. Qui scripta mittendo dubiæ fidei & professionis incertę, confirmavit magis, quam diluit, quidquid ad nos de eo fama pertulerat: cum si conscientiam suam voluisset probare sinceram, non Eutychem sibi odiosum fuisse, sed quod perfidiam ipsius reprobaret atque damnaret, debuit confiteri: quia aliud sunt humanæ, etiam inter catholicos, simultates, aliud diabolici, quos fides catholica damnat, errores. Et ideo, frater carissime, in nullo debes de nostra dilectione dubitare, si prophetæ exemplum sequaris, & dicas: *Nonne, qui te oderunt domine, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam?* Per omnia enim volo te esse certissimum, quod sicut meam existimationem illæsam cupio permanere, ita opto te quoque in omnibus irreprehensibilem reperiri. Prędictus autem Atticus, ut ab omni suspicione contraria liber appareat, quid in Eutychete anathematizet, ac damnet, evidenter ostendat, & in damnationem erroris expressi, remota omni dubitatione, subscribat: ita ut Calchedonensis symboli definitionem de fide, cui etiam dilectio tua subscribendo consensit, & quam apostolicæ sedis firmavit auctoritas, profiteatur se per omnia servaturum, adjecta subscriptione propriæ manus, quæ in ecclesia Christiano populo præsente recitetur: ut pro catholica fide, neque nos negligentes, neque ipse ultra suspectus habeatur. Qui si in eadem pravitate perdurans, pręceptis salubribus parere noluerit; sententiam synodi Calchedonensis, cujus definitionibus resultat, excipiat. Data quintodecimo Kalendas Aprilis, Leone & Majoriano Augustis consulibus." "A. Ch. 458.

Psal. 138.

EPISTOLA LXXVIII. LEONIS PAPÆ I.

AD LEONEM AVGVSTVM PER
'Philonem in rebus agentem directa.

'PHILOXENVM ex c. Iustelli.

Laudat imperatoris integritatem, & fidei catholicæ sinceritatem: rogat ne permittat ea convelli ab hæreticis, quæ a Nicæna & Calchedonensi synodis fuere firmata, & legatos se ad eum missurum spondet.

Leo episcopus Leoni Augusto.

MVLTO gaudio mens mea exultat in domino, & magna mihi est ratio gloriandi, cum clementiæ vestræ excellentissimam fidem augeri per omnia donis gratiæ cælestis agnosco: & per incrementa diligentiæ devotionem in vobis animi sacerdotalis experior. Nam in vestræ pietatis alloquiis non dubie patet, quid per vos in totius ecclesiæ salutem Spiritus sanctus operetur, & quantum universorum fidelium precibus sit optandum, ut in omnem gloriam vestrum extendatur imperium, qui supra curam rerum temporalium, religiosæ providentiæ famulatum divinis & ęternis dispositionibus perseveranter impenditis: ut scilicet catholica fides, quæ humanum genus sola vivificat, sola sanctificat, in una confessione permaneat, & dissensiones, quę de terrenarum opinionum varietate nascuntur, a soliditate illius petræ, supra quam civitas Dei ædificatur, abigantur. Hæc autem Dei munera ita demum nobis divinitus conferentur, si de his, quæ sunt præstita, non inveniamur ingrati: & tamquam nulla sint, quæ adepti sumus, contraria potius expetamus. Nam quæ patefacta sunt quęrere, quæ perfecta sunt retractare, & quę sunt diffinita convellere, quid aliud est quam de adeptis gratiam non referre, & ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere? Vnde, quia ad pacem universalis ecclesiæ, & ad custodiam catholicæ fidei, cura dignamini solicitiore respicere; evidenter agnoscitis, quod magnis hæreticorum audetur insidiis, ut inter Eutychetis Dioscorique discipulos, & eum quem apostolica sedes direxerit, diligentior, tamquam nihil fuerit ante definitum, tractatus habeatur, & quod totius mundi catholici sacerdotes in sancta Calchedonensi synodo probant, gaudentque firmatum, in injuriam etiam sacratissimi concilii Nicæni efficiatur infirmum. Quod enim nostris temporibus apud Calchedonam de domini nostri Iesu Christi incarnatione firmatum est, hoc etiam apud Nicæam mysticus ille patrum numerus definivit, ne catholicorum confessio, aut unigenitum Dei filium in aliquo crederet Patri imparem, aut eumdem, cum factus est Filius hominis, non veram carnis nostræ atque animæ habuisse naturam.

Hoc hæretici nunquam non faciunt.

Detestandum ergo nobis est, perseveranterque vitandum, quod fraus hæretica nititur obtinere, nec in aliquam disceptationem pie & plene diffinita revocanda sunt, ne ad arbitrium damnatorum, ipsi de his videamur ambigere, quę manifestum est per omnia propheticis & euangelicis & apostolicis auctoritatibus consonare. Vnde si qui sunt qui ab his quæ cælitus sunt constituta dissentiunt, suis opinionibus relinquantur, & ab unitate ecclesiæ, cum ea quam elegere perversitate, discedant. Nam nullo modo fieri potest, ut qui divinis audent contradicere sacramentis, aliqua nobis communione socientur. Iactent se in sui eloquii vanitate, & de argumentationum suarum versutia, quæ inimica est fidei, glorientur: nobis placet apostolicis obedire pręceptis, dicentibus: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem seductionem hominum.* Nam secundum eumdem apostolum, *si quæ destruxi, hæc ædifico, prævaricatorem me constituo*, & eis me ultionum conditionibus subdo, quas non solum auctoritas beatę memorię principis Marciani, sed etiam ego mea consensione firmavi. Quia sicut sancte veraciterque dixistis, perfectio incrementum, & adjectionem plenitudo non recipit. Vnde cum sciam te, venerabilis princeps, sincerissimo veritatis lumine imbutum, in nulla fidei parte nutare, sed sancto perfectoque judicio a pravis recta discernere, & a refutandis amplectenda dividere; obsecro, ne humilitatem meam de diffidentia putes esse culpandam, cum hæc mea cautio non solum universali ecclesiæ consulat, sed etiam tuæ glorię famuletur: ne sub imperii tui tempore, & hæreticorum aucta videatur improbitas, & catholicorum perturbata securitas. Quamvis ergo multum per omnia de pietatis vestræ corde confidam, & per inhabitantem in vobis Spiritum Dei, satis vos instructum esse perspiciam: ne fidei vestræ ullus possit error illudere, præceptioni tamen vestræ in eo adnitar obedire, ut aliquos de fratribus meis dirigam, qui apud vos præsentiæ meæ instar exhibeant, & quæ sit apostolicæ fidei regula, licet (ut dixi) vobis bene sit nota, demonstrent: patefacientes in omnibus & probantes, non esse omnino inter catholicos computandos, qui definitiones venerabilis synodi Nicænæ, vel sancti Calchedonensis concilii regulas non sequuntur: cum utrorumque sancta decreta ex euangelico & apostolico fit manifestum fonte prodire, & quidquid non est de irrigatione poculi Christi, poculi esse viperei. Prænoscat igitur pietas vestra, venerabilis imperator, hos quos spondeo dirigendos, non ad confligendum cum hostibus fidei, nec ad certandum contra illos a sede apostolica profecturos: quia de rebus, & apud Nicæam, & apud Calchedonam (sicut Deo placuit) definitis, nullum audemus inire tractatum: tamquam dubia vel infirma sint, quæ tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas. Instructioni autem parvulorum nostrorum, qui post lactis alimoniam cibo desiderant solidiore satiari, ministerii nostri pręsidium non negamus. Et sicut simpliciores non spernimus, ita a rebellibus hæreticis abstinemus: memores præcepti dominici, dicentis: *Nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos.* Nimis quippe indignum, nimisque injustum est, eos ad libertatem disceptationis admitti, quos significat Spiritus sanctus per prophetam, dicens: *Filii alieni mentiti sunt mihi: filii alieni inveterati.* Qui etiamsi euangelio non resisterent, de illis tamen se esse monstrarent, de quibus scriptum est: *Deum se profitentur scire, factis autem negant.* Clamante adhuc justi Abel sanguine" adversum impium Cain, qui increpatus a domino, non requievit ad pœnitudinem,

Coloss. 2.

Galat. 2.

Observa quam solicite caveri ne semel definita in dubium vocarentur.

Matt. 7.

Psal. 17.

Tit. 1.

Genes. 4.

" Proterium intelligit ab impio Timotheo Æluro interemptum.

tudinem, sed exarsit ad cędem. Cujus vindictam sic domini judicio volumus reservari, ut improbus prædo & parricida crudelis in seipsum recidat, & nostra non teneat. Neque sanctæ ecclesiæ Alexandrinæ lamentabilem captivitatem patiamini ulterius prolongari, cui oportet fidei vestræ justitiæque præsidio suam restitui libertatem, ut per omnes Ægypti urbes dignitas patrum & jus sacerdotale reparetur. Data undecimo Kalendas Aprilis, Leone & Majoriano Augusto consulibus.* (* A. Ch. 458.)

EPISTOLA LXXIX. LEONIS PAPÆ I.

AD NICETAM EPISCOPUM AQUILEIENSEM.

I. *Quod debeant feminæ, quæ captis viris nupserant aliis, regressis de captivitate viris prioribus copulari, ut quod suum est, unusquisque recipiat.*

II *Quod non probetur esse culpabilis, qui uxorē captivi in matrimonium videtur esse sortitus.*

III. *Ut si viri de captivitate regressi intemperantia uxoris offensi non fuerint, & voluerint eas in conjugium recipere, liberā habeant facultatē.*

IV. *Ut si mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impiæ, ecclesiæ communione privandæ sint.*

V. *Captivis, aut terrore, aut fame, non veneratione, cibos immolatitios edere compulsis, pœnitentia concedenda est.*

VI. *Quod hi qui ad iterationem baptismi, vel vi vel * errore coacti, animos inclinarunt, sint sublevandi remedio, ita ut senilis ætatis, periculorum quoque & ægritudinum, cæterarumque necessitatū habeant solicita consideratione respectū.* (* terrore)

VII. *Ut qui ab hæreticis baptizati sunt, sola sancti Spiritus invocatione firmentur.*

Leo episcopus Nicetæ Aquileiensi episcopo salutem.

REGRESSUS ad nos filius meus Adeodatus, diaconus sedis nostræ, dilectionem tuam poposcisse memoravit, ut de his a nobis auctoritatem apostolicæ sedis acciperes, quæ quidem magnam difficultatem dijudicationis videntur afferre. Sed pro inspectione temporalium necessitatum adhibenda curatio est, ut vulnera, quæ hostilitatis adversitate illata sunt, religionis maxime ratione sanentur.

I.

Cum ergo per bellicam cladem, & per gravissimos hostilitatis incursus, ita quædam dicatis divisa esse conjugia, ut abductis in captivitatem viris feminæ eorum remanserint destitutæ, quæ viros proprios, aut interemptos putarint, aut nunquam a dominatione crediderint liberandos, & ad aliorum conjugium, * solitudine cogente, ' transierint: cumque nunc statu rerum, auxiliante domino, in meliora converso, nonnulli eorum qui putabantur periisse, remeaverint, merito caritas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ aliis junctæ sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia novimus scriptum, *quod a Deo jungitur mulier viro* & iterum præceptum agnovimus, *ut quod Deus junxit, homo non separet*: necesse est ut legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis, quæ hostilitas intulit unicuique, hoc quod legitime habuit, reformetur: omnique studio procurandum est, ut recipiat unusquisque quod proprium est. (* solicitudine; ' ita c. Iust.; Prov. 19.; Matth. 19.)

II.

Nec tamen culpabilis judicetur, & tamquam alieni juris pervasor, qui personam ejus mariti, qui jam non esse æstimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quæ ad eos qui in captivitatem ducti sunt pertinebant, in jus alienum transire potuerunt: & tamen plenum justitiæ est, ut eisdem reversis propria reformentur. Quod si in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus, ac possessionibus ' rite servatur; quanto magis in conjugiorum redintegratione faciendum est, ut quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur? (', recte)

III.

Et ideo, si viri post longam captivitatem reversi, ita in dilectionem suarum conjugum perseverant, ut eas cupiant in suum redire consortium; omittendum est, & inculpabile judicandum, quod necessitas intulit, & restituendum, quod fides poscit.

IV.

Si autem aliquæ mulieres ita posteriorū virorum amore sunt captæ, ut malint his cohærere, quam in legitimum redire consortium, merito sunt notandæ: ita ut etiam ecclesiastica communione priventur, ' quia inexcusabiliter contaminationem criminis elegerunt, ostendentes sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod justa remissio potuit expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria redintegratione conjugia, neque ullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorsit: quia sicut hæ mulieres, quæ reverti ad viros suos nolunt, impiæ habendæ sunt, ita illæ, quæ in affectum initum ex Deo redeunt, merito sunt laudandæ. (' quæ de re excusabili)

V.

De his autem Christianis, qui inter eos, a quibus fuerant captivati, immolatitiis cibis asseruntur esse polluti, consultationi caritatis tuę hoc etiam respondendum esse credidimus; ut pœnitentiæ satisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione pensanda est. Et sive hoc terror extorserit, sive fames suaserit, non dubitetur abolendum, cum hujusmodi cibus, pro metu aut indigentia, non pro religionis veneratione sit sumptus.

VI.

His vero, de quibus dilectio tua similiter nos credidit consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu coacti sunt, vel errore traducti, & nunc se contra catholicæ fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea custodienda est moderatio, qua in societatem nostram non nisi per pœnitentię remedium, & per impositionem episcopalis manus, communionis recipiant unitatem; tempora pœnitudinis, habita moderatione, tuo ' constituente judicio, prout conversorum animos perspexeris esse devotos, pariter etiam habens senilis ætatis intuitum, & periculorum quorumque aut ægritudinis respiciens necessitates, in quibus si quis ita graviter urgeatur, ut dum adhuc pœnitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem solicitudinem communionis gratia subveniri. (26. q. 7. Tempora pœnitudinis ' sunt æstimanda)

VII.

Nam hi qui baptismum ab hæreticis acceperunt, cum baptizati antea non fuissent, sola invocatione Spiritus sancti per impositionem manuum confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. Et hanc regulam (ut scitis) servandam (1. q. 1. Hi qui baptisma.)

1. q. 1. Hanc regulam. dam omnibus ecclesiis prædicamus, ut lavacrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente apostolo: *Unus dominus, una fides, unum baptisma.* (Ephes. 4.) Cujus ablutio nulla iteratione temeranda est, sed (ut diximus) sola sanctificatio Spiritus sancti invocanda est: ut quod ab hereticis nemo accipit, a catholicis sacerdotibus consequatur. Hanc autem epistolam nostram quam ad consultationem tuæ fraternitatis emisimus, ad omnes fratres & comprovinciales tuos episcopos facies pervenire, ut in omnium' observantia data prosit auctoritas. Data duodecimo Kalendarum Aprilium, Majorano Augusto primum consule."

*observantiæ

"A. Ch. 458.

AnnoChristi "461. qui fuit annus pontificatus S. Leonis 21. fuit scripta hæc epistola. ' corr. 459.

EPISTOLA LXXX. LEONIS PAPÆ I.

AD UNIVERSOS EPISCOPOS PER CAMPANIAM, Samnium, & Picenum constitutos.

Reprehendit quosdam episcopos, qui baptismum extra diem paschatis & pentecostes conferebant, prohibetque peccata a confitentibus publice recitari.

Leo universis episcopis per Campaniam, Samnium & Picenum constitutis.

MAGNA indignatione commoveor, & multo dolore contristor, quod quosdam ex vobis comperi ita esse apostolicæ traditionis oblitos, & studio sui erroris intentos, ut præter ' paschæ festum, cui sola pentecostes solennitas comparatur, audeant sibimet, non aliqua humanæ infirmitatis necessitate cogente, sed sola indisciplinati arbitrii libertate, jus baptismatis vindicare, & in natalibus martyrum, quorum finis aliter honorandus est quam dies dominicæ passionis, regenerationis celebrare mysteria, ac fine ullis spiritualium eruditionibus præparationum, ita rudibus & imperitis tradere sacramentum, ut circa renovandos nihil doctrina ecclesiastica, nihil in exorcismis impositio manuum, nihil ipsa jejunia, quibus vetus homo destruitur, operentur, neque in ' tanto mysterio salutis humanæ ulla ejus diei habeatur exceptio, quo ipsum donum est conditum renascentibus. Admonemus igitur, & non sine periculo status eorum, qui hoc faciunt, protestamur, ut ab hac præsumptione cessetur, & summam hanc potentissimamque Dei gratiam non nisi in paschali & pentecostes die desiderantibus & credentibus conferatis: manente quolibet tempore gravium necessitatum, ac periculorum consideratione, secundum quam oporteat subvenire, ne conditione mortali coarctata infirmitas necessaria liberatione fraudetur, cum servata (sicut prælocuti sumus) duarum tantummodo festivitatum reverentia, propter multa pericula sit cavendum, ne cuiquam aut in desperata ægritudine, aut in hostilitatis incursu, aut in timore naufragii, per sacerdotem domini regeneratio denegetur. Si quis vero post interdictum, in eadem fuerit usurpatione detectus, dignam pertinaciæ suæ incidet ultionem: quoniam ostendit se turpe potius lucrum, quam religionis cultum esse sectatum. Illam etiam contra apostolicam regulam præsumptionem, quam ' nuper agnovi a quibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus constituo ' submoveri; (de pœnitentia videlicet, quæ ita a fidelibus postulatur ') ne de singulorum peccatorum genere, libellis scripta professio publi- ce recitetur: cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur: tamen quia non omnium hujusmodi sunt peccata, ut ea, ' quæ pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, removeatur tam improbabilis consuetudo, ne multi a pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta reserari, ' quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, quæ primum Deo offertur, ' tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. Datũ pridie Nonas Martii, Ricimero consule."

'paschalē festivitatē

'tot mysteriis

'nunc per ignaviam videmus

' constituimus

'postulatur, ut de c. p. q. libelli

Confessio auricularis & secreta. De pœnit. dist. Quamvis plenitudo qui

'pro quibus

'tum

Hucusque Leonis epistolæ secundum seriem temporum prout ex subscriptione consulum nominibus colligere licuit, ordinatæ sũt.

"A Ch. 459.

EPISTOLA LXXXI. LEONIS PAPÆ I.

AD DIOSCORUM ALEXANDRINUM episcopum.

1. *De ordinatione presbyteri aut diaconi, ut sabbato sancto celebretur, id est die dominico.*
11. *De festivitatibus, ut si una Agenda, id est Missæ celebratio, populis non suffecerit, nulla sit dubitatio iterari sacrificium.*

Leo episcopus Dioscoro episcopo Alexandrino salutem.

QUANTUM dilectioni tuæ dominicæ caritatis impendamus affectum, ex hoc poteris approbare, quod tua firmius * desideramus fundare initia, ne quid caritati tuæ ad perfectionem deesse videatur, cum tibi * specialis gratiæ merita (ut probavimus) suffragentur. Paterna igitur & fraterna collatio debet sanctitati tuæ esse gratissima, & a te taliter suscipi, quemadmodum a nobis eam intelligis proficisci. Unum enim nos sentire oportet & agere, ut (sicut legimus) *in nobis quoque unum esse cor & anima comprobetur.* Cum enim beatissimus Petrus apostolicum a domino acceperit principatum, & Romana ecclesia in ejus permaneat institutis, nefas est credere, quod sanctus discipulus ejus Marcus, qui Alexandrinam primus ecclesiam gubernavit, aliis regulis traditionum suarum decreta formaverit, cum sine dubio de eodem fonte gratiæ unus spiritus fuerit & discipuli & magistri, nec aliud ordinatus tradere potuerit, quam quod ab ordinatore suscepit. Non ergo patimur, ut cum unius nos esse corporis & fidei fateamur, in aliquo discrepemus, & alia doctoris, alia discipuli instituta videantur.

*festinamus

* spiritualis

Actor. 4. 24 q. 1. Cum beatissimus

I.

Quod ergo a patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a ' vobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur, sed post diem sabbati ejus ' noctis, quæ in prima sabbati lucescit, exordia deligantur, *hoc est, sub lege divini officii substituantur,* in quibus his qui consecrandi sunt, jejunis, & a jejunantibus sacra benedictio conferatur. Quod ejusdem observantiæ erit, si mane ipso dominico die continuato sabbati jejunio celebretur, a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem resurrectionis, sicut etiam in pascha domini declaratur, pertinere non dubium est. Nam præter

'nobis

'ejusque

In decret. Ivonis lib. 3.

ter auctoritatem consuetudinis, quam ex apo- A stolica novimus venire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, quod cum apostoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus sancti ad euangelium gentibus mitterent prædicandum, jejunantes & orantes imposuerunt eis manus, ut intelligamus, quanta & dantium & accipientium devotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie & laudabiliter apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum sacerdotum formam per ecclesias, quibus dominus præesse te voluit, etiam ipse servaveris: ut his qui consecrandi sunt numquam benedictiones nisi in die re- B surrectionis dominicæ tribuantur, cui a vespera sabbati initium constat adscribi, & quæ tantis divinarum dispensationum mysteriis est consecrata, ut quidquid est a domino insignius constitutum, in hujus diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium, in hac per resurrectionem Christi, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac apostoli a domino prædicandi omnibus gentibus euangelii tubam sumunt, & inferendum universo mundo sacramentum regenerationis accipiunt. In hac (sicut beatus Ioannes euangelista testatur) congregatis in unum disci- C pulis, januis clausis, cum ad eos dominus introisset, *insufflavit, & dixit: Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum detinueritis, detenta erunt.* In hac denique promissus a domino apostolis Spiritus sanctus advenit: ut cælesti quadam regula insinuatum & traditum noverimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria sacerdotalium benedictionum, in quo collata sunt omnia dona gratiarum.

[Act. 13.] [dispositionum] [Joan. 20.]

II.

Vt autem in omnibus observantia nostra concordet, illud quoque volumus custodiri: ut cum solennior festivitas conventum populi numerosioris indixerit, & ad eam tanta fide- D lium multitudo convenerit, quam recipere basilica simul una non possit, sacrificii oblatio indubitanter iteretur: ne his tantum admissis ad hanc devotionem, qui primi advenerint, videantur hi qui postmodum confluxerint, non recepti, cum plenum pietatis atque rationis sit, ut quoties basilicam, in qua agitur, præsentia novæ plebis impleverit, toties sacrificium subsequens offeratur. Necesse est autem, ut quædam pars populi sua devotione privetur, si unius tantum Missæ more servato sacrificium offerre non possint, nisi qui prima diei E parte convenerint. Studiose ergo dilectionem tuam & familiariter admonemus, ut quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoque cura non negligat, * ut per omnia nobis & fide & actibus congruamus. Propter quod remeanti filio nostro Possidonio presbytero hanc ad fraternitatem tuam epistolam dedimus perferendam, qui nostris processionibus atque ordinationibus frequenter interfuit, & toties ad nos missus, quid in omnibus apostolicæ sedis auctoritatis teneremus, agnovit. Data Kalendis Iuliis.

[De consecr. dist. 1. Necesse est.] [* ut omnia nobis ex fide & actibus congruant. dilectionem actionibus auctoritas teneret]

EPISTOLA LXXXII. LEONIS PAPÆ I. AD IVLIANVM COENSEM episcopum.

Quid ipse pro ecclesia fecerit, quidve imperator facere debeat, demonstrat: & miratur, Thalasium episcopum Georgio cuidam prædicandi & scribendi facultatem dedisse.

Leo episcopus Iuliano Coensi episcopo.

LITERAS dilectionis tuæ, quas per filium meum virum illustrem Isichium direxisti, eo tempore accepi, quo recentioribus epistolis tuis iterata jam occasione responderam. Vnde quia etiam in his alloquiis tuis eadem de impiissimis hæreticis justo dolore conquestus es, congruum fuit, quoad scribendi opportunitas extitit, non tacere. In causa itaque fidei, quidquid pro nostro officio oportuit, ac potest juvante domino, & solicite & libenter exequimur: ut euangelio Christi irreprehensibiliter serviamus, ne per desidiam nostram ulla pars ecclesiæ catholicæ neglecta videatur. Propter quod, sicut omnibus notum est, non destiti laborare, ut manifestata atque defensa incarnationis dominicæ veritate, omnis fraternitas, quid ubique, secundum doctrinam apostolicam, & tenendum & docendum esset, agnosceret, accedente gloriosissimorum principum studio divinitus inspirato, ut in civitate Calchedonensi synodo congregata, hæretica damnaretur impietas, ne vel quisquam sectator Nestorii, vel ullus discipulus Eutychis liberum possit cum catholicis habere consortium: cum (quod ad sancti concilii auctoritatem pertinet) nulla usquam remanserit discordia. Si qui autem sua obduratione cæcati, ita in reprobi sensus amentiam transierunt, ut mallent furere, quam sanari: ad imperialem pertinet potestatem, ut perturbatores ecclesiæ, pacis & reipublicæ, quæ Christianis principibus merito gloriatur, inimici solicitius comprimantur. Vt autem imperialis est (ut diximus) potestatis, tumultus publicos ac seditiones sacrilegas severius coercere: ita auctoritatis est sacerdotalis, monachis prædicandi aliquam contra fidem licentiam non præbere, & omni virtute resistere, ne ea, quæ ad sacerdotes pertinent audeant vindicare. Vnde miramur, fratrem Thalasium episcopum, quod Georgio nescio cui, qui præsumendo illicita, & propositum monachi & nomen amisit, scribendi vel prædicandi aliquam permiserit facultatem. Ad quem episcopum (si dilectioni tuæ visum fuerit) ex hac parte competentia scripta mittamus. Agat itaque fraternitas tua opportunis suggestionibus, ut clementissimus princeps, quæ domino sint placitura, præcipiat, & incentores cruentarum seditionum jubeat competentius coerceri: ut nec illi impuniti sint, quorum manus scelera perpetrarunt, nec illi qui talium utuntur insania. Si autem inquisitio judiciaria & confessio reorum ad eas personas pervenit, quarum vel consilio vel impulsu mala tanta commissa sunt, nullius favoris eis sunt præstanda solatia. Quantum enim meliora de ipsis sunt credita, tantum sunt amplius detestandi, quorum nunc impietas, quæ per hypocrisim fuerat velata, detegitur.

Et ideo agat Christianissimus & piissimus imperator, quod paci ecclesiasticæ intelligit profuturum. Quem superna inspiratione ita instruendum esse confido, ut & disciplina inquietos revocare, & a sanguine eorum jubeat abstineri: quamvis nil ultionum non mereantur subire, qui ausi sunt & divinis & humanis constitutionibus repugnare.

EPISTOLA LXXXIII. LEONIS PAPÆ I.

AD PALÆSTINOS EPISCOPOS.

Veram catholicæ ecclesiæ doctrinam de Christi incarnatione exponit.

Leo episcopus, universis episcopis per Palæstinam constitutis.

Cum hac epistola conveniunt pleraque in epist. 97.

SOLICITUDINI meæ, quam universali ecclesiæ omnibusque ejus filiis debeo, multorum relatione patefactum est dilectionis vestræ animis quiddam offensionis illatum, dum aut imperiti (ut apparet) interpretes, aut maligni quædam vos aliter intelligere, quam a me sunt prædicata, fecerunt, non valentes in Græcum eloquium apte & proprie Latina transferre, cum in rebus subtilibus & difficilibus explicandis, vix sibi etiam in sua lingua disputator quisque sufficiat. Quod tamen apud me eo 'profecit, ut dum ea, quæ catholica fides respuit, improbatis, intelligamus vos veris amiciores esse quam falsis, & id merito refutare, quod ex antiquæ institutione doctrinæ etiam * ipse detestor. Quamvis enim epistola mea, ad sanctæ memoriæ Flavianum episcopum data, satis sibi ad manifestationem sui ipsa sufficiat, neque in aliquo, aut purgationis, aut expositionis indigeat, & alia tamen cum eadem scripta concordant, in quibus similiter prædicationis meæ sensus in aperto est. Necessitatem enim habens contra hæreticos, qui multos Christi populos conturbaverant, differendi, & clementissimis principibus, & sancto concilio synodali, & Constantinopolitanæ ecclesiæ, quid de incarnatione Verbi, secundum euangelicam apostolicamque doctrinam, deberemus sapere ac sentire, patefeci, & in nullo a sanctorum patrum confessione discessi: quia una est, vera, singularis, perfecta, inviolabilis catholica fides, cui nihil addi, nihil minui potest. Quam Nestorius prius, & nunc Eutyches, diversa quidem assertione, sed simili impietate impugnare conati sunt, & ecclesiæ Dei duas hæreses sibimet contrarias inferre tentarunt, ut uterque a discipulis veritatis merito damnaretur: quia insanum nimis & sacrilegum fuit, quod varia falsitate ambo senserunt. Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam virginem Mariam hominis tantummodo credidit genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis: nec unum Christum in Verbo Dei & carne sentiret, sed separatim atque sejunctim, alium Filium Dei, alium hominis prædicaret; cum tamen manente illa incommutabilis Verbi essentia, quæ ei cum Patre & Spiritu sancto intemporalis atque coæterna est, ita intra virginea viscera Verbum caro sit factum, uti uno conceptu unoque partu eadem virgo secundum unionem utriusque substantiæ & ancilla domini esset & mater. Quod etiam Elizabeth (sicut Lucas euangelista declarat) intellexit & dixit: *Unde hoc mihi, ut veniat mater domini mei ad me?* Eutyches quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum hæreticorum volutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit: ut negata humanæ carnis atque animæ veritate, totum dominum nostrum Iesum Christum unius asserat esse naturæ, tamquam Verbi deitas ipsa se in carnem animamque converterit, & concipi & nasci, & nutriri & crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in cælum, & in Patris dextera, unde ad judicandos vivos & mortuos veniet, 'considere, divinæ ejus tantum essentiæ fuerit, quæ nihil horum in se sine carnis veritate recepit: quoniam natura unigeniti, natura est Patris, natura est Spiritus sancti, simulque impassibilis, simul est incommutabilis, sempiternæ trinitatis indivisa unitas & consubstantialis æqualitas. Unde si ab Apollinaris perversitate hæreticus iste desciscit, ne convincatur deitatem passibilem sentire atque mortalem, & tamen Verbi incarnati, id est, Verbi & carnis unam audet pronuntiare naturam; non dubie in Manichæi & Marcionis transit insaniam, & mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum simulatorie omnia credit egisse, nec humanum in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium.

Luca 1.

' profuit

* ipse Eutyches detestatur.

' sequ. desid. i. Iustelli

Quæ impietatis mendacia quoniam olim fides catholica detestatur, & talium sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum patrum sunt damnata sententiis; quicumque illi sunt ita obcæcati, & a lumine veritatis alieni, ut Verbo Dei a tempore incarnationis humanam, id est, nostram negent inesse naturam, ostendant in quo sibi Christianum nomen usurpent, & cum euangelio veritatis, qua ratione concordent, si per beatæ virginis partum, aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest, quod *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*: ita negari non potest, quod *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Quæ autem reconciliatio esse potest, qua humano generi propitiaretur Deus, nisi omnium causam mediator Dei hominumque susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma Dei æqualis erat Patri, in forma servi particeps esset & nostri, ut per unum novum hominem fieret renovatio vetustatis, & mortis vinculum, unius prævaricatione contractum, unius morte qui solus morti nihil debuit, solveretur? Effusio enim pro injustis sanguinis justi tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad precium, ut si universitas captivorum in redemptorem suum crederet, nullum tyrannica vincula retinerent, quoniam (sicut apostolus ait) *ubi abundavit peccatum, superabundavit & gratia.* Et cum sub peccati præjudicio nati potestatem acceperint ad justitiam renascendi, validius factum est donum libertatis, quam debitum servitutis.

Ioan. 1.

2. Cor. 5.

Rom. 5.

Quam itaque sibi in hujus sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in salvatoris nostri corpore negant humanæ substantiæ veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, dicant quo

sanguine

ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis? Aut quod unquam ſacrificium ſacratius fuit quam quod verus pontifex altari crucis per immolationem ſuæ carnis impoſuit? *ſal. 115.* Quamvis enim multorum ſanctorum in conſpectu domini precioſa mors fuerit, nullius tamen inſontis occiſio propitiatio fuit mundi. Acceperunt juſti, non dederunt coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata ſunt patientiæ, non dona juſtitiæ. Singulares quippe in ſingulis mortes fuerunt, nec alterius quiſquam debitum ſuo fine perſolvit, cum inter filios hominum unus ſolus dominus noſter Ieſus Chriſtus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes ſunt etiam ſuſcitati. De quibus ipſe dicebat: *an. 12.* *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me.* Fides etenim vera juſtificans impios, & creans juſtos, ad humanitatis ſuæ tracta participem, in illo acquirit ſalutem, in quo ſolo homo ſe invenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hoſtem ſuperbum in carnis noſtræ humilitate congreſſus, his victoriam ſuam tribuit, in quorum corpore triumphavit.

Quamvis ergo in uno domino noſtro Ieſu Chriſto, vero Dei atque hominis filio, Verbi & carnis una perſona ſit, & utraque eſſentia communes habeat actiones: intelligendæ tamen ſunt ipſorum operum qualitates, & ſinceræ fidei contemplatione cernendum eſt, ad quæ provehatur humilitas infirmitatis, & ad quæ inclinetur altitudo virtutis: *c. 1.* quid ſit, quod caro ſine Verbo non agit, & quid ſit quod Verbum ſine carne non efficit. *ica 2.* Sine Verbi enim potentia, nec conciperet virgo, nec pareret: & ſine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret. *atth. 2.* Sine Verbi potentia non adorarent magi puerum novo ſidere declaratum: & ſine veritate carnis non juberetur transferri in Ægyptum puer, & ab Herodis perſecutione ſubduci. Sine Verbi potentia non diceret vox *ath. 3.* Patris, miſſa de cælo: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui:* & ſine veritate *n. 1.* carnis non proteſtaretur Ioannes: *Ecce Agnus Dei; ecce qui tollit peccata mundi.* Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debilium, & *atth. 4.* vivificatio mortuorum: & ſine veritate carnis, nec cibus jejuno, nec ſomnus eſſet neceſſarius *n. 16.* fatigato. Poſtremo, ſine Verbi potentia, non ſe dominus Patri profiteretur æqualem, & ſine *n. 14.* veritate carnis non idem diceret Patrem ſe eſſe majorem: cum catholica fides utrumque ſuſcipiat, utrumque defendat, quæ ſecundum proprietatem divinæ humanæque ſubſtantiæ unum Dei filium, & hominem credit, & Verbum.

Quamvis ergo ab illo initio, quo in utero *n. 1.* virginis *Verbum caro factum eſt*, nihil unquam inter divinam humanamque ſubſtantiam diviſionis extiterit, & per omnia incrementa corporea, unius perſonæ fuerint totius temporis actiones: ea ipſa tamen, quæ inſeparabiliter facta ſunt, nulla permixtione confundimus, ſed quid cujus formæ ſit, ex operum qualitate ſentimus. Nec divina enim humanis præjudicant, nec humana divinis, cum ita in idipſum utraque concurrant, ut in eis nec proprietas abſumatur, nec perſona geminetur. Dicant igitur iſti phantaſmatici Chriſtiani, quæ ſubſtantia ſalvatoris affixa ſit ligno, quæ jacuerit in ſepulcro, & revoluto monumenti lapide, quæ tertio die caro ſurrexerit, vel quale corpus Ieſus diſcipulorum viſui, clauſis ad eos oſtiis ingreſſus, intulerit: cum ad abigendam cernentium diffidentiam, inſpici oculis, digitiſque tractari patentes adhuc fixuras clavorum, & recens compuncti lateris vulnus exigeret. At ſi in tanta luce veritatis tenebras ſuas hæretica obduratio non relinquit, oſtendant, unde ſibi ſpem vitæ polliceantur æternæ, ad quam, niſi per mediatorem Dei & hominum, hominem Ieſum Chriſtum, non poteſt perveniri. *Non* *Act. 4.* *enim eſt alind nomen datum hominibus ſub cælo, in quo oporteat nos ſalvos fieri:* nec eſt redemptio captivitatis humanæ, niſi in ſanguine ejus, *qui* *1. Tim. 2.* *dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus. Qui* *Philip. 2.* (ſicut prædicat beatus apoſtolus) *cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem; mortem autem crucis. Propter quod & Deus illum exaltavit, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.*

Quamvis ergo unus ſit dominus Ieſus Chriſtus, & veræ deitatis veræque humanitatis in ipſo una prorſus eademque perſona ſit, neque hujus unitionis ſoliditas ulla poſſit diviſione ſejungi: exaltationem tamen, qua illum exaltavit Deus, & donavit illi nomen, quod ſuper omne nomen excellit, ad eam intelligimus pertinere formam, quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei, æqualis erat Filius Patri, & inter genitorem atque unigenitum nulla erat in eſſentia diſcretio, nulla in majeſtate diverſitas, nec per incarnationis myſterium aliquid deceſſerat Verbo, quod ei Patris munere redderetur. Forma autem ſervi, per quam impaſſibilis deitas ſacramentum magnæ pietatis implevit, humana humilitas eſt, quæ in gloriam divinæ poteſtatis evecta eſt, in tantam unitatem ab ipſo conceptu virginis deitate & humanitate connexa, ut nec ſine homine divina, nec ſine Deo agerentur humana. Propter quod ſicut dominus majeſtatis dicitur crucifixus, ita qui ex ſempiternitate æqualis eſt Deo, dicitur exaltatus. Nec intereſt, ex qua Chriſtus ſubſtantia nominetur: cum inſeparabiliter manente unitate perſonæ, idem ſit & totus hominis filius, propter carnem, & totus Dei Filius, propter unam cum Patre deitatem. Quidquid ergo in tempore accepit Chriſtus, ſecundum hominem accepit, cui quæ non habuit, conferuntur. Nam ſecundum potentiam Verbi, indifferenter omnia, quæ habet Pater, etiam Filius habet, & quæ in forma ſervi a Patre accepit, eadem in forma Patris etiam ipſe donavit, & *idem ipſe & dives & pauper. Dives*, quia *in principio erat Verbum, & Verbum apud Deum; & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Pauper* vero, quia *Verbum caro factum eſt; & habitavit in nobis.* *2. Cor. 8.* *Ioan. 1.* *Ibidem.* Quæ autem eſt ejus exinanitio, quæve paupertas, niſi formæ ſervilis acceptio? per quam, Verbi majeſtate velata, diſpenſatio humanæ redemptionis impleta eſt? Nam quia captivitatis noſtræ reſolvi originalia vincula non poterant, & ab hoſtis imperio

perio relaxari, nisi existeret homo nostri generis, nostræque naturæ, quem veteris debiti præjudicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo chirographum lethale dilueret, sicut ab initio erat divinitus præordinatum, & prophetarum oraculis prænuntiatum: ita est in plenitudine præfiniti temporis factum, ut multis modis significata promissio in diu expectatum veniret effectum, nec posset esse ambiguum, quod continuis significationibus semper fuerat nuntiatum. Destructis itaque tot hæresibus, quæ per sanctam devotionem præsidentium patrum a corpore sunt catholicæ unitatis abscissæ, quæque ideo extorres a Christo esse meruerunt, quia Verbi incarnationem, quæ singularis est recte credentium salus, fecerunt sibi lapidem offensionis & petram scandali: miror dilectionem vestram in discernendo veritatis lumine laborare. Et cum multis manifestationibus declaratum sit, quam recte & Nestorium & Eutychen cum Dioscoro fides Christiana damnaverit, nec Christianus possit vocari, qui vel illius, vel horum impietati præbet assensum: doleo vos euangelicæ & apostolicæ doctrinæ (ut audio) resultare, exagitando seditionibus civitates, conturbando ecclesias, nec solum injurias, sed etiam cædes presbyteris atque episcopis inferendo: ut præ furore & sævitia, professionis sitis immemores. Vbi est regula mansuetudinis & quietis? Vbi longanimitas patientiæ, ubi tranquillitas pacis, ubi firmamentum dilectionis, & tolerantiæ fortitudo? Quæ vos ab euangelio Christi aut persuasio abduxit, aut persecutio separavit? Vel quę tanta extitit decipientis astutia, ut obliti prophetarum & apostolorum, obliti symboli salutaris & confessionis, quam pronuntiantes coram multis testibus sacramentum baptismi suscepistis, diabolicis vos illusionibus subderetis? Quid apud vos acturæ fuerant ungulæ, quid sæva tormenta, si ad expugnandam fidei vestræ integritatem tantum vana hæreticorum commenta valuerunt? Pro fide vos agere creditis, & fidei contraitis. Ecclesiæ nomine armamini, & contra ecclesiam dimicatis. Hoccine a prophetis, hoc ab euangelistis, hoc ab apostolis didicistis, ut negantes veram Christi carnem, & ipsam Verbi essentiam passioni mortique subdentes, alienam faciatis nostram a suo reparatore naturam, totumque quod crux intulit, quod lancea vulneravit, quod sepulcri lapis suscepit & reddidit, solum fuisse opus divinæ potentiæ, non etiam humilitatis humanæ? Propter quam apostolus dicit: *Non enim erubesco euangelium:* quoniam noverat, quale Christianis objiceretur opprobrium ab inimicis. Et ideo etiam dominus protestabatur, dicens: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor illum coram Patre meo.* Hi enim non erunt digni confessione Filii & Patris, quibus nunc caro Christi verecundiam facit: probabuntque se nullam de signo crucis sumpsisse virtutem, qui quod præferendum frontibus acceperunt, promere labiis erubescunt. Declinate, filii, ab his diabolicis persuasionibus declinate. Veritatem Dei nulla res violat, sed veritas non nisi in nostra carne non salvat. *Veritas* quippe (sicut propheta ait) *de terra orta est*, & sic Verbum Maria virgo concepit, ut uniendam * sibi carnem de sua substantia ministraret: nec cum adjectione personæ, nec cum evacuatione naturæ, quoniam qui erat in forma Dei, ita accepit formam servi, ut unus atque idem in forma utraque sit Christus, inclinante se Deo usque ad infima hominis, & proficiente homine usque ad summa deitatis, dicente apostolo: *Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.*

[Marginalia: Coloss. 2. — 1. Petr. 2. — Rom. 1. — Marc. 8. Lucæ 12. — Psal. 84. — * ipsi — Rom. 9.]

EPISTOLA LXXXIV. LEONIS PAPÆ I.

AD ANASTASIVM THESSALONICENSEM episcopum.

I. *Quod semper Thessalonicenses antistites vicem apostolicæ sedis impleverint.*
II. *Vt metropolitanis sua jura serventur.*
III. *Vt a metropolitanis, non laici, non digami, non viduarum mariti, sed irreprehensibiles ordinentur episcopi.*
IV. *Quod subdiaconis carnale conjugium denegetur.*
V. *Vt nullus invitis ordinetur episcopus.*
VI. *Vt metropolitanus episcopus de electo, quem est ordinaturus episcopum, ad Thessalonicensem pontificem referat; & de metropolitano electo similiter provinciales episcopi faciant.*
VII. *Vt bina per annum provincialia episcoporum concilia celebrentur. Et si res difficilis emerserit, nec fuerit Thessalonicensis episcopi judicio terminata, ad Romanum referatur antistitem.*
VIII. *Vt si quis episcopus suam deserens civitatem, majorem sedem ambitus causa petierit, nec illam obtinere poterit, & sua carere debebit.*
IX. *Vt nullus alienum clericum solicitare vel tenere præsumat, suo episcopo non præbente consensum.*
X. *Vt in evocandis provincialibus episcopis, a Thessalonicensi pontifice moderatio conservetur, ne sub hoc colore sacerdotalis honor contumeliis addicatur. Nec amplius quam bini de provinciis episcopi, quos metropolitani probaverint, dirigantur. Et non amplius a statuto concilii tempore, quam dies quindecim, remorentur episcopi.*
XI. *Vt si inter eos de negotio fuerit oborta contentio, cuncta Romano pontifici sub gestorum insinuatione pandantur, ut ab eo, quod Deo placuerit, ordinetur.*

Leo episcopus urbis Romæ Anastasio episcopo Thessalonicensi.

QVANTA fraternitati tuæ a beatissimi Petri apostoli * auctoritate sint commissa, & qualia etiam nostro tibi favore sint credita, si vera ratione perspiceres, & justo examine ponderares, multum possemus de injunctæ tibi solicitudinis devotione gaudere.

I.

Quoniam sicut præcessores mei præcessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ, priorum secutus exemplum, vices mei moderaminis delegavi: ut curam, quam universis ecclesiis principaliter ex divina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis effectus adjuvares, & longinquis ' ab apostolica sede provinciis præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes: ' quia de continenti opportunoque prospectu promptum tibi esset agnoscere, quid in quibusque rebus, vel tuo studio componeres, vel nostro judicio reservares. Nam cum majora negotia & difficiliores causarum exitus

[Marginalia: * sede — ' a nobis — ' siquidem convenienti]

exitus liberum tibi esset sub nostræ sententiæ expectatione suspendere, nec ratio tibi nec necessitas fuit, in id quod mensuram tuam excederet, deviandi. Abundant enim apud te * monitorum scripta nostrorum, quibus te de omnium actionum temperantia frequenter instruximus: ut commendatas tibi Christi ecclesias per exhortationem caritatis ad salubritatem obedientiæ provocares. Quia etsi plerumque existant inter negligentes vel desides fratres, quæ oporteat majore * auctoritate curari: sic tamen est adhibenda ' correctio, ut semper sit salva dilectio. Unde & beatus apostolus Paulus, ad ecclesiasticum regimen Timotheum imbuens dicit: *Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres, juvenculas ut sorores in omni castitate.* Quæ moderatio si quibuscumque inferioribus membris ex apostolica institutione debetur, quanto magis fratribus & coepiscopis nostris sine offensione reddenda est? Et licet nonnunquam accidant, quæ in sacerdotalibus sint reprehendenda personis, plus tamen erga ' corrigenda agat benevolentia, quam severitas: plus cohortatio, quam commotio, plus caritas, quam potestas. Sed ab his, *qui quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi*, facile ab hac lege disceditur, & dum dominari magis quam consulere subditis quærunt, placet honor, inflat superbia, & quod provisum est ad concordiam, tendit ad noxam. Quod ut necesse habeamus ita dicere, non de parvo animi dolore procedit. Meipsum enim quodammodo ' in culpa sentio, cum te a traditis tibi regulis immodice ' deviasse cognosco. Qui si tuæ existimationis parum diligens eras, meæ saltem famæ parcere debueras, ne quæ tuo tantum facta sunt animo, nostro viderentur gesta judicio. Relegat fraternitas tua paginas nostras, omniaque ad tuos missa majores apostolicæ sedis præsulum scripta ' percurrat, & vel a me, vel a præcessoribus meis inveniet ordinatum, quod a te cognovimus esse præsumptum. Venit namque ad nos cum episcopis provinciæ suæ frater noster Atticus, veteris Epiri metropolitanus antistes, & de indignissima afflictione, quam pertulit, lacrymabili actione conquestus est coram adstantibus diaconibus tuis, qui querelis flebilibus nihil contra referendo, ea quæ nobis ingerebantur, fide non carere monstrabant. Legebatur quoque in literis tuis, quas iidem diaconi detulerunt, quod frater Atticus Thessalonicam venisset, quodque consensum suum etiam scripturæ professione signasset, ut de illo non aliud a nobis intelligi posset, quam proprii arbitrii & spontaneæ devotionis fuisse quod venerat, quodque chartulam de obedientiæ sponsione conscripserat, in cujus tamen chartulæ mentione signum prodebatur injuriæ. Non enim necessarium fuerat ut obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso jam voluntarii adventus probabat officio. Unde deplorationibus ' supradictis hæc verba epistolæ tuæ testimonium præbuere, & per hoc, quod non est ' tacitum, nudatum est illud quod silentio fuerat adopertum; * adhibitam scilicet Illyrici præfecturam, & sublimissimam inter mundanos apices potestatem in exhibitionem insontis antistitis incitatam; ut missa executione terribili, quæ omnia sibi officia publica ad effectum præceptionis adjungeret, a sacris ecclesiæ ady-tis, nullo vel falso insimulatus crimine, extraheretur sacerdos, cui non ob molestiam ægritudinis, non ob sævitiam hiemis darentur induciæ, sed iter asperum & periculis plenum per invias * nives agere cogeretur. Quod tanti laboris, tantique discriminis fuit, ut ex his ' qui episcopum comitati sunt, quidam defecisse dicantur. Multum stupeo, frater carissime, sed & plurimum doleo, quod in eum, de quo nihil amplius indicaveras, quam quod evocatus adesse differret, & excusationem infirmitatis obtenderet, tam atrociter, & tam vehementer potueris commoveri: præsertim cum etsi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua * consulta rescriberemus. Sed ut video, bene de moribus meis existimasti, & quam civilia pro conservanda sacerdotali concordia responsurus essem, verissime prævidisti: & ideo motus tuos exequi sine dilatione properasti, ne cum moderationis nostræ aliud disponentia scripta sumpsisses, faciendi id, quod factum est, licentiam non haberes. An forte aliquod tibi facinus fratris innotuerat, & metropolitanum episcopum novi apud te criminis pondus urgebat? At hoc quidem alienum ab illo esse, etiam tu nihil ei objiciendo ' confirmas. Sed etiamsi quid grave intolerandumque ' gessisset, nostra erat expectanda censura; ut nihil prius ipse decerneres, quam quid nobis placeret, agnosceres. Vices enim nostras ita tuæ credidimus caritati, ut in partem sis vocatus solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde sicut multum nos ea quæ a te pie sunt curata lætificant, ita nimium ea quæ perperam sunt gesta contristant. Et necesse est, post multarum experimenta causarum solicitius prospici, & diligentius præcaveri: quatenus per spiritum caritatis & pacis omnis materia scandalorum de ecclesiis domini (quas tibi commendavimus) auferatur, præeminente quidem in illis provinciis episcopatus tui fastigio, sed amputato totius usurpationis excessu.

Margin notes: * moni-mentorum; * austeritate; ' correptio; 1. Tim. 5.; ' corrigendos; Philip. 2.; ' trahi in culpam; ' discessisse; ' decurrat; ' prædicti; ' cautum; * aditam; * cautes; ' quæst. 6. Multum stupeo.; * consulti; ' cognosceris confirmasse; 3. quæst. 6. Multum.; ' committeret

II.

Igitur secundum sanctorum patrum canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia consecratos, metropolitanos singularum provinciarum episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura prætenditur, jus traditæ sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus: ita ut a regulis præstitutis, nulla aut negligentia aut præsumptione discedant. 25. quæst. 2. Igitur

III.

In civitatibus, quarum rectores obierunt, de substituendis episcopis hæc forma servetur: ut is qui ordinandus est (etiamsi bonæ vitæ testimonio fulciatur) non laicus, non neophytus, nec secundæ conjugis sit maritus, aut qui unam quidem habeat, vel habuerit, sed nec qui sibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut hæc quæ in aliis ecclesiæ membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. Dist. 32. Omnium sacerdotum.

IV.

Nam cum extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum: ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconibus quidem connubium carnale conceditur: *ut & qui habent, sint tanquam non habentes*, & qui non habent, permaneant singula-res. 1. Cor. 7.

res. Quod si in hoc ordine, qui quartus a capite est, dignum est custodiri; quanto magis in primo, aut secundo, vel tertio servandum est, ne aut Levitico ministerio, aut presbyterali honori, aut episcopali excellentiæ quisquam idoneus existimetur, qui se a voluptate 'uxoria necdum frenasse detegitur.

'luxuriæ

V.

In decret. Ivo. lib. 3. dist. 63. Si forte.

Cum ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem cleri plebisque consensus concorditer postularit: ita ut si in aliam forte personam partium se vota diviserint, metropolitani judicio is alteri præferatur, qui majoribus & studiis juvatur & meritis: tantum ut nullus invitis & non petentibus ordinetur, ne plebs invita episcopum non optatum aut contemnat, 'aut oderit, & fiat minus religiosa quam convenit, cui non licuerit habere quem voluit.

VI.

Dist. 65 De persona autem.

De persona autem consecrandi episcopi, & de cleri plebisque consensu, metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in provincia bene placuit, scire te faciat; ut ordinationem rite celebrandam tua quoque firmet auctoritas. Quæ rectis dispositionibus nihil moræ aut difficultatis debet afferre, ne gregibus domini diu desit cura pastorum. Metropolitano vero defuncto, cum in locum ejus alius fuerit subrogandus, provinciales episcopi ad civitatem metropolitanam convenire debebunt, ut omnium clericorum atque omnium civium voluntate discussa, ex presbyteris ejusdem ecclesiæ, vel ex diaconibus optimus eligatur, de cujus nomine ad tuam notitiam provinciales referant episcopi, impleturi vota poscentium, si quod ipsis placuit, tibi quoque placuisse cognoverint. Sicut enim justas electiones nullis dilationibus volumus fatigari; ita nihil permittimus te ignorante præsumi.

Dist. 63. Metropolitano. Et dist. 77. in principio distinctionis.

VII.

Dist. 18. De conciliis. Et in decr. Ivo. lib. 4.

De conciliis autem episcopalibus non aliud indicimus, quam sancti patres salubriter ordinarunt: ut scilicet bini conventus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quæ inter diversos ecclesiæ ordines nasci assolent, judicetur. At si forte inter ipsos qui præsunt de majoribus (quod absit) peccatis causa nascatur, quæ provinciali nequeat examine definiri; fraternitatem tuam de totius negotii qualitate metropolitanus curabit instruere, & si coram positis partibus, nec tuo fuerit res sopita judicio, ad nostram cognitionem, quidquid illud est, transferatur.

VIII.

7. quæst. 1. Si quis episcopus.

Si quis episcopus, mediocritate civitatis suæ despecta, administrationem loci celebrioris ambierit, & ad majorem se plebem quacumque occasione transtulerit; non solum a cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria: ut nec illis præsideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis, quos per superbiam sprevit. Suis igitur terminis contentus sit quisque, nec supra mensuram juris sui affectet augeri.

IX.

19 quæst. 2. Alienum clericum.

Alienum clericum, invito episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo solicitet, nisi forte ex placito caritatis id inter dantem accipientemque conveniat. Nam gravis injuriæ reus est, qui de fratris ecclesia id quod est utilius aut pretiosius audet vel allicere, vel tenere. Itaque si intra

A provinciam res agatur, transfugam clericum ad suam ecclesiam metropolitanus redire compellet. Si autem longius processit, tui præcepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati, nec ambitioni occasio relinquatur.

X.

In evocandis autem ad te episcopis moderatissimum te esse volumus: ne per majoris diligentiæ speciem, fraternis videaris gloriari injuriis. Unde si causa aliqua major extiterit, ob quam necessarium sit fraternum advocare conventum; binos de singulis provinciis episcopos, quos metropolitani crediderint esse mittendos, ad fraternitatem tuam

B venire sufficiat: ita ut a præstituto tempore non ultra quindecim dies * quo convenerint, retardentur. * qui

XI.

Si autem in eo, quod cum fratribus tractandum definiendumve credideris, diversa eorum fuerit a tua voluntate sententia; ad nos omnia sub gestorum testificatione referantur, ut remotis ambiguitatibus, quod Deo placeat, decernatur. Ad hunc enim finem omnem affectum nostrum curamque dirigimus, ut quod ad unitatem concordiæ, & quod ad custodiam pertinet disciplinæ, nulla dissen-

C sione violetur, nulla desidia negligatur. Et te igitur, frater carissime, & eos fratres nostros, qui de tuis offenduntur excessibus, cum tamen non similis sit omnium materia querelarum, hortor & moneo, ut quæ pie sunt ordinata, salubriterque disposita, nulla concertatione turbentur. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius, sicut apostolus ait: *Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bono ad ædificationem.* Nec enim poterit unitatis nostræ firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum caritatis adstrinxerit: *quia sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ita multi unum corpus*

Philip. 2.

Rom. 15.

Rom. 12. 1. Cor. 12.

D *sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Connexio totius corporis unam sanitatem, unam pulcritudinem facit. Et hæc quidem connexio totius corporis unanimitatem requirit, sed præcipue exigit concordiam sacerdotum. Quibus etsi dignitas non sit communis, est tamen ordo generalis: quoniam & inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis; & cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris præemineret. De qua forma, episcoporum quoque est orta distinctio, & magna dispositione provisum est, ne omnes sibi

E omnia vindicarent: sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia: & rursus quidam, in majoribus urbibus constituti, solicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem universalis ecclesiæ cura conflueret, & nihil usquam a suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam esse præpositum, non moleste ferat, aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat. Et sicut non vult gravis oneris sarcinam ferre; ita non audeat alii importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus humilis & mitis magistri, dicentis: *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave*

2. quæst. 6. Qui scit se

Matth. 23.

Matth. 11.

suave est, & onus meum leve. Quod quomodo experiemur, nisi & illud in observantiam veniat, quod idem dominus ait: *Qui major est vestrum, erit minister vester? Qui autem se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur.*

Matth. 20. Marc. 10. Luc. 14.

EPISTOLA LXXXV. LEONIS PAPÆ I. AD SEPTIMIUM ALTINUM EPISCOPUM.

Sancit hæreticos, non nisi damnata hæresi, ad communionem recipiendos.

Leo episcopus, Septimio episcopo salutem.

Vide supra 3. ejusdem papæ epistolam pag. 1296. B.

LEGIMUS fraternitatis tuæ literis, vigorem fidei tuæ, quam olim noveramus, agnovimus: congratulantes tibi, quod ad custodiam gregum Christi pastoralem curam vigilanter exequeris; ne lupi, qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali sævitia simplices quosque dilacerent, & non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea, quæ sunt sana, corrumpant. Quod ne viperea possit obtinere fallacia, ad metropolitanum episcopum provinciæ Venetiæ scripta direximus, quibus ad status sui periculum cognosceret pertinere, si quisquam de Pelagianorum & Cælestianorum consortio veniens, in communione catholica sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum enim est, & spiritualis medicinæ utilitate plenissimum, ut sive presbyteri, sive diaconi, sive alii cujuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, errorem suum, & ipsos erroris auctores damnari a se sine ambiguitate fateantur: ut sensibus pravis & dudum peremptis, nulla sperandi supersit occasio, ne ullum membrum ecclesiæ talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cœperit obviare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri, ne ab his ecclesiis, ad quas proprie pertinent, sinantur abscedere, & pro suo arbitrio ad loca sibi non deputata transire. Quod cum recte non permittitur inculpatis, multo minus debeat licere suspectis. Proinde dilectio tua, cujus devotione gaudemus, jungat curam suam dispositionibus nostris, & cum supradicto metropolitano det operam, ut circumspecte ac velociter impleantur ea, quæ ad totius ecclesiæ incolumitatem, & laudabiliter sunt gesta, & salubriter ordinata.

Matth. 7.

1. quæst. 7. Saluberrimum enim. Et 1. q. 1. Omnis cujuslibet. Et, Si quis hæreticæ. Et in decr. Ivo. lib. 3. cum literæ variatione.

EPISTOLA LXXXVI. LEONIS PAPÆ I. AD NICETAM AQUILEIENSEM EPISCOPUM.

Mandat ut Pelagiani sacris initiati ad communionem recepti fidei catholicæ professionem emittant, eorumque hæresim refellit.

*Leo episcopus Romæ Nicetæ Aquileiensi episcopo * salutem.*

* Item ad metropolitanum Venetiæ.

RELATIONE sancti fratris & coepiscopi nostri Septimii, quæ in subditis habetur, agnovimus quosdam presbyteros, diacones, ac diversi ordinis clericos, quos Pelagiana sive Cælestiana hæresis habuerit implicatos, ita in vestra provincia ad communionem catholicam pervenisse, ut nulla ab eis damnatio proprii exigeretur erroris, & pastoralibus excubiis nimium dormitantibus, ' lupus ovium pellibus tectus in ovile dominicum, non depositis bestialibus animis ' introiret: &, quod per auctoritatem canonum decretorumque nostrorum ne ' insontibus quidem conceditur, usurpare, ut relictis ecclesiis, in quibus clericatum aut acceperant, aut receperant, instabilitate sua per diversa ' circumferantur, amantes semper errare, & nunquam in fundamento apostolico permanere. Quoniam qui nullo discussi examine nullo sunt præjudicio suæ professionis obstricti, hunc maxime expetunt fructum, ut sub velamento communionis plures domos adeant, & per falsi nominis scientiam multorum corda corrumpant. Quod utique efficere non possent, si ecclesiarum præsules necessariam diligentiam in talium receptione ' servarent, nec cuiquam eorum evagari in diversa licuisset. Ne ergo hoc ulterius audeatur, neve per quorumdam negligentiam ' introducta pernicies ad eversionem multarum tendat animarum, hac nostri auctoritate præcepti industriæ tuæ fraternitatis indicimus, ut congregata apud vos synodo provincialium sacerdotum, omnes sive presbyteri, sive diaconi, sive cujusque ordinis clerici, qui de Pelagianorum Cælestianorumque consortio in communionem catholicam ea imprudentia sunt recepti, ut non prius ad damnationem sui coarctarentur erroris, nunc, saltem posteaquam hypocrisis eorum ex quadam parte detegitur, ad veram correctionem, quæ & ipsis prodesse, & nullis possit nocere, cogantur. Damnent apertis professionibus sui superbi erroris auctores, & quidquid in doctrina eorum universalis ecclesia exhorruit, detestentur: omniaque decreta synodalia, quæ ad excisionem hujus hæreseos apostolicæ sedis confirmavit auctoritas, amplecti se, & in omnibus approbare, plenis & apertis, ac propria manu subscriptis protestationibus eloquantur. Nihil in verbis eorum obscurum, nihil inveniatur ambiguum. Quoniam novimus hanc istorum esse versutiam, ut in quacumque particula dogmatis execrandi, qua se a damnatorum societate discreverint, nihil sibi sensuum suorum existiment esse non salvum. Cumque omnes diffinitiones suas ad tantam facilitatem improbare se simulent atque deponere, hoc tibi tota arte fallendi, nisi intelligantur, excipiant, ut gratia Dei ' secundum meritum dari accipientium sentiatur. Quæ nisi gratis detur, non est gratia, sed merces retributioque meritorum, dicente beato apostolo: *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis; Dei enim donum est. Non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu, in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus.* Omnis itaque bonorum operum * donatio, divina præparatio est: nec propria quisquam justificatur virtute, quoniam gratia unicuique principium justitiæ, & bonorum fons atque origo meritorum est. Sed ab istis ideo per naturalem industriam dicitur præveniri, ut quæ ante gratiam proprio data sit studio, nullo videatur peccati originalis vulnere sauciata: falsumque sit quod veritas ait. Quoniam *Filius hominis venit quærere & salvare quod perierat.* Ideo etiam parvulos dicunt, si sine baptismo hinc de sæculo exierint, non posse damnari, neque reos in peccato Adæ teneri, sed ad regnum Dei, vel ad vitam æternam, sine ulla cunctatione venire, cum apostolus dicat: *Per unum hominem*

' lupos tectos Matth. 7. introisse

' infantibus

' instabilitatem suam circumferant

' servassent

' hujus nævi

Ephes. 2.

* devotio

Matth. 18.

Rom. 5.

nem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, propter quod & ipsi parvuli baptizantur. Quamvis in illo uno possint intelligi plura peccata, si unum ipsum in sua quasi membra singula dividatur. Nam & superbia est illic, quia in sua homo potius esse, quam in Dei potestate dilexit: & sacrilegium, quia Deo non credidit: & homicidium, quia se præcipitavit in mortem: & fornicatio spiritualis, quia integritas mentis humanæ serpentina suasione corrupta est: & furtum, quia prohibitus usurpatus est cibus: & avaritia, quia plus quam sufficere illi debuit, appetivit: & si quid aliud in hoc uno admisso diligenti consideratione poterit inveniri. Parentum quoque peccatis parvulos obligari, non solum primorum hominum, sed etiam suorum, de quibus ipsi nati sunt, non improbabiliter dicitur. Illa quippe sententia: *Reddam peccata patrum in filios*, tenet eos utique, antequam per regenerationem ad testamentum novum incipiant pertinere: quod testamentum prophetabatur, cum diceretur per Ezechielem, non accepturos filios peccata patrum suorum, nec ulterius futuram in Israel parabolam illam: *Patres manducaverunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt*. Ideo enim quisque renascitur, ut solvatur in eo quidquid peccati est, cum quo nascitur. Nam peccata quæ male agendo postea committuntur, possunt & pœnitendo sanari, sicut etiam post baptismum fieri videmus. Ac per hoc non est instituta regeneratio, nisi quia vitiosa est generatio; usque adeo ut etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat: *In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea in utero me aluit.* Neque hic dixit, in iniquitate, vel in peccato, cum hoc recte dici posset, sed iniquitates & peccata dicere maluit: quia & in illo uno, quod in omnes homines pertransivit, quodque tam magnum est, ut eo mutaretur & converteretur in necessitatem mortis humana natura, (sicut supra disserui) reperiuntur plura peccata, & alia parentum, quæ licet non possunt mutare naturam, reatu tamen obligant filios, nisi gratuita gratia & misericordia divina subveniat. A parvulo enim recens nato, usque ad decrepitum senem, quamlibet corporis ætatem gerant, sicut nullus prohibendus est a baptismo, ita nullus est, qui non peccato moriatur in baptismo. Sed parvuli tantum originali, majores autem etiam his omnibus moriuntur peccatis, quæcumque male vivendo addiderunt ad illud quod nascendo traxerunt.

[Marginal notes: Exod. 20. — Ezech. 18. Ierem. 31. — Psal. 50. — De consecr. distinct. 4. A parvulo.]

Cavendum ergo dilectioni tuæ est, magnaque diligentia providendum, ne per hujusmodi homines extincta dudum scandala suscitentur: & de exciso olim dogmate aliquod in provincia tua ejusdem mali germen oriatur, quod non solum in radicibus suis crescat, sed etiam sanctæ ecclesiæ sobolem veneno sui odoris inficiat. Qui correctos se videri volunt, ab omni suspicione se purgent: & obediendo nobis, probent se esse nostros. Quorum si quisquam salubribus præceptis satisfacere detrectarit, sive ille clericus, sive sit laicus, ab ecclesiæ societate pellatur, ne ' perditor animæ suæ saluti insidietur alienæ.

[Marginal note: ' perditione]

Illam quoque partem ecclesiasticæ disciplinæ, qua olim a sanctis patribus & a nobis sæpe decretum est, ut nec in presbyteratus gradu, nec in diaconatus ordine, nec in subsequenti officio clericorum ab ecclesia ad ecclesiam cuiquam transire sit liberum, ut in integrum revoces, admonemus. Et unusquisque non ambitione illectus, non cupiditate seductus, non persuasione hominum depravatus, ubi ordinatus est, perseveret: ita ut si quis sua quærens, non quæ Iesu Christi, ad plebem & ecclesiam suam redire neglexerit; & ab honoris privilegio, & a communionis vinculo habeatur extraneus. Non autem dubitet dilectio tua, nos, (si quod non arbitramur) neglecta fuerint quæ pro custodia canonum & pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos: quia inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentesque rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.

[Marginal notes: In concil. Hispalen. II. cap. 3. — Dist. 86. Inferiorum culpæ.]

EPISTOLA LXXXVII. LEONIS PAPÆ I.

AD EPISCOPOS AFRICANOS PER MAURITANIAM Cæsariensem constitutos.

I. *Ne illicitæ personæ ad episcopatum provehantur.*
II. *De statutis canonum conservandis.*
III. *De Donato Novatianorum episcopo, & de Maximo ex Donatistis.*
IV. *De Aggaro & Tiberiano, qui ex laicis fuerunt ordinati.*
V. *De virginibus sacris, quæ vim barbaricam pertulerunt.*

Leo episcopus, universis episcopis per Cæsariensem Mauritaniam in Africa ' constitutis, in domino salutem.

[Marginal note: ' episcopis per Africam constitutis.]

I.

CUM de ordinationibus sacerdotum quædam apud vos illicite usurpata crebrior ad nos commeantium sermo perferret, ratio pietatis exegit, ut pro solicitudine, quam universæ ecclesiæ ex divina institutione dependimus, rerum fidem studeremus agnoscere, vicem curæ nostræ proficiscenti a nobis fratri & consacerdoti nostro ' Pontentio, * injungentes, qui secundum scripta, quæ per ipsum ad vos direximus, de episcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquireret, nobisque omnia fideliter indicaret. Unde quia idem plenissime notitiæ nostræ cuncta reseravit, & sub quibus qualibusque rectoribus quædam Christi plebes in partibus provinciæ Cæsariensis habeantur sincera nobis relatione patefecit: necessarium fuit, ut dolorem cordis nostri, quo pro dominicorum gregum periculis æstuamus, datis nunc quoque ad dilectionem vestram literis promeremus: mirantes tantum apud vos, per occasionem temporis impacati, aut ambientium præsumptionem, aut tumultum valuisse popularem: ut indignis quibusque & longe extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium & gubernatio ecclesiæ crederetur. Non est hoc consulere populis, sed nocere; nec præstare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim præsidentium salus est subditorum, & ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus autem, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupavit, etiamsi moribus atque actibus non offendat, ipsius tamen initii sui est perniciosus exemplo. Et difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Quod

[Marginal notes: ' Potentio * delegantes. — Dist. 61. Miramur tantum. — 1. quæst. 1. Principatus quem.]

Quod si in quibuslibet ecclesiæ gradibus providenter scienterque curandum est, ut in domini domo nihil sit inordinatum; nihilque præposterum: quanto magis elaborandum est, ut in electione ejus, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiæ domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite. Vbi est illa beati Pauli apostoli per Spiritum Dei emissa præceptio, qua in persona Timothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur, & proinde unicuique nostrum dicitur: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis?* Quid est cito manus imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis est ille qui non * meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum * sectatur in eligendo sacerdote judicium: ita gravi semetipsum afficit damno, qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cujusquam persona prætermittendum est, quod institutis generalibus continetur: nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit' de prævaricatione collatus. Dicente enim apostolo, ut inter electionis regulas, is episcopus ordinetur, quem unius uxoris virum fuisse aut esse constiterit, tam sacra semper habita est ista præceptio, ut etiam de muliere sacerdotis eligendi eadem intelligatur servanda conditio, ne forte illa, priusquam in matrimonium ejus veniret, qui aliam non habuisset uxorem, alterius viri esset experta conjugium. Quis ergo dissimulare audeat, quod in tanti sacramenti perpetratur injuriam: cum huic magno venerandoque mysterio, ne divinæ quidem legis statuta defuerint, quibus evidenter est definitum, *ut virginem sacerdos accipiat*, & alterius torum nesciat conjugis, quæ uxor est futura pontificis? Iam tunc enim in sacerdotibus figurabatur Christi & ecclesiæ spirituale conjugium: ut quoniam vir caput est mulieris, discat sponsa * Verbi non alium virum nosse quam Christum, qui merito unam elegit, unam diligit, & aliam præter ipsam suo consortio non adjungit. Si ergo etiam in veteri testamento hæc sacerdotalium conjugiorum forma servata est; quanto magis sub ' revelata jam gratia constituti, apostolicis debemus inservire præceptis; ut quamlibet quis bonis moribus præditus, & sanctis operibus inveniatur ornatus, nequaquam tamen, vel ad diaconii gradum, vel ad presbyterii honorem; vel ad episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut uxorem ejus non unius viri fuisse claruerit? Monente vero apostolo atque dicente: *Et hi autem probentur primum, & sic ministrent*, quid aliud intelligendum in hoc putamus, nisi ut in his provectionibus non solum matrimoniorum castimoniam, sed etiam laborum merita cogitemus; ne aut a baptismo rudibus, aut a sæculari actu repente conversis; officium pastorale credatur, cum omnis gradus militiæ Christianæ de incrementis profectuum debeat æstimari, an possint cuiquam majora committi? Merito sanctorum patrum venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum

[Left margin notes: 1. Tim. 5. — Dist. 78. Quid est ... manus. — * metuit — * tenet — contra di... inæ legis ... præcepta ... Tim. 3. — * Christi — ...vit. 21. ...zech. 44. — ...uangelii — ... Tim. 3. — ...st. 61. ...ramur ...tum.]

A electione loquerentur, eos demum idoneos sacris administrationibus censuerunt; quorum omnis ætas, à puerilibus exordiis usque ad provectiores annos per disciplinæ ecclesiasticæ stipendia cucurrisset, ut unicuique testimonium prior vita præberet: nec posset de ejus provectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro castis moribus, pro actibus strenuis, celsioris loci præmium deberetur. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris, indignum est pervenire, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adB juvant: quam diligens & quam prudens habenda est dispensatio divinorum munerum, & cælestium dignitatum, ne in aliquo apostolica & canonica decreta violentur, & his ecclesia domini regenda credatur, qui legitimarum institutionum nescii, & totius humilitatis ignari, non ab infimis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principium? cum valde iniquum sit & absurdum, ut imperiti magistris, novi antiquis, & rudes præferantur emeritis. *In domo quidem magna necesse est* (sicut apostolus disserit) *ut vasa diversa sint, quædam aurea & argentea, quædam vero lignea & fictilia*: sed horum ministerium pro C materiæ qualitate discernitur, nec qui est pretiosorũ, idem usus est & vilium. Nam inordinata erunt omnia, si fictilia aureis, & lignea præferantur argenteis. Sicut autem in ligneis & fictilibus eorum hominum species figurantur qui nullis adhuc virtutibus nitent: ita in aureis & argenteis hi sine dubio' declarantur, qui per longę eruditionis ignem, & per fornacem diuturni laboris excocti, aurum probatum & argentum purum esse meruerunt. Quibus si merces pro devotione non redditur; omnis ecclesiastica disciplina resolvitur, omnis ordo D turbatur: dum in ecclesia, qui nullum subiere ministerium, perverso eligentium judicio indebitum obtinent principatum. Cum ergo inter vos tantum valuerint, aut studia * popularium, aut ambitus superborum, ut non solum laicos, sed etiam secundarum uxorum viros, aut viduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale provectos: nonne * aptissimæ exigunt causæ, ut ecclesiæ, in quibus ista commissa sunt, judicio severiore purgentur, & non solum in tales præsules, sed etiam in ordinatores eorum ' ultio competens proferatur? Sed circumstat nos hinc mansuetuE do clementiæ; hinc censura justitiæ. Et quia *universæ viæ domini misericordia & veritas*, cogimur secundum sedis apostolicæ pietatem, ita nostram temperare sententiam, ut trutinato pondere delictorum, quæ constat non unius esse mensuræ, quædam definiamus utcumque toleranda, quædam vero penitus amputanda. Eos enim, qui vel secundas nuptias inierunt, vel viduarum se conjugio sociarunt, ' nec apostolica, nec legalis auctoritas, sacerdotium obtinere permittit: & multo magis illum, si fuerit vestro judicio confutatus, qui (sicut ad nos relatum est) duarum simul est maritus uxorum, vel * istum, qui a prima uxore dimissus, alteram duxisse perhibetur, privandum honore decernimus. Ceteros vero, quorum provectio hoc tantum reprehensionis incurrit; quod ex laicis ad officium episcopale delecti sunt, neque ex hoc quod uxores habeant pos-

[Right margin notes: 2. Tit. 2. — * populorum — 1. quæst. 7. Exigunt causæ. — * apertissimæ, ita mſ. Iust. — ' digna districtione moveamur? — Psal. 24. — 1. quæst. 7. Exigunt causæ — ' in sacerdotio manere nõ patimur — * illum qui prima uxore dimissa, ita mſ. Iust. — 1 quæst. 7. Exigunt causæ.]

sunt esse culpabiles, susceptum sacerdotium tenere permittimus: non præjudicantes apostolicæ sedis statutis, nec præcessorum nostrorum nostrisque decretis, quibus salubriter statutum est, ne primum, vel secundum, aut tertium in ecclesia gradum quisquam laicorum, quibuslibet suffragiis fultus, ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perveniat. Quod enim nunc utcumque patimur esse veniale, inultum postmodum esse non poterit, si quisquam id, quod omnino interdicimus, usurpare præsumpserit: quia remissio peccati, non dat licentiam delinquendi, nec quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impune committi.

1. quæst. 7. Exigunt causæ.

II.

Cum itaque de omnibus fere, quæ fratris nostri Potentii relatio continebat, plenissime dilectionem vestram per David fratrem & coepiscopum nostrum, qui & sacerdotii merito nobis est probatus & moribus, videatis instructam; superest, fratres, ut ' concordi obedientia salubres suscipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis & apostolicis constitutionibus pareatis: & in nulla patiamini providentissima canonum decreta violari. Quæ enim nunc certarum remisimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis: ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, justa posthæc ultione plectamus: in eos specialius & propensius commovendi, qui in episcopis ordinandis sanctorum patrum statuta neglexerint, & quos refutare debuerant, consecrarint. Unde si qui episcopi talem consecraverint sacerdotem, qualem non liceat, etiamsi aliquo modo damnum proprii honoris evaserint, ' ordinationis tamen jus ulterius non habebunt, nec ' ei sacramento intererunt, quod neglecto divino judicio immerito præstiterunt. Illud sane quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta servari: ut non in quibuslibet locis, neque quibuslibet castellis, & ubi ante non fuerunt, episcopi consecrentur: cum ubi minores sunt plebes, minoresque conventus, presbyterorum cura sufficiat: episcopalia autem gubernacula non nisi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus oporteat præsidere: ne quod sanctorum patrum divinitus inspirata decreta vetuerunt, viculis, & possessionibus, vel obscuris & solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium & honor; cui debent excellentiora committi, ' ipse sui numerositate vilescat. Quod nunc in sua dioecesi Restitutus episcopus factum esse causatus est, & rationabiliter postulavit, ut si episcopi eorum locorum, in quibus non debuerant ordinari, humana conditione decesserint, loca ipsa ad jus ejus antistitis redigantur, cujus fuerant ante ' priora. Et inutile est, ut sacerdotalis dignitas inconsiderata ordinantis facilitate superflua multiplicatione * muniatur. De his autem quæ in sacro virginitatis proposito constitutæ barbaricam pertulere violentiam, & integritatem pudoris non animo sed corpore perdiderunt, ea nobis servanda videtur moderatio, ut neque in viduarum dejiciantur gradum, neque in sacrarum & perseverantium virginum numero censeantur. Quibus, si in omnibus virginalibus observationibus perseverant, & castimoniæ soliditatem mente custodiunt, sacramentorum non est neganda communio: quia injustum est, eas in eo vel argui, vel notari, quod non voluntas amisit, sed vis hostilis eripuit. Causam quoque Lupicini episcopi illic jubemus audiri. Cui multum & sæpius postulanti, communionem hac ratione reddidimus, quoniam cum ad nostrum judicium provocasset, immerito eum, pendente negotio, a communione videbamus fuisse suspensum. Adjectum etiam illud est, quod huic temere superordinatus esse cognoscitur, qui non debuit ordinari, antequam Lupicinus in præsenti positus, aut confutatus, aut certe confessus, justæ posset subjacere sententiæ: ut vacantem locum, quemadmodum disciplina ecclesiastica exigit, is qui consecrabatur exciperet.

*concorditer

1. quæst. 7. Donatum autem.

1. quæst. 1. & 25. qu. 2. Si qui episcopi talē.
'consecrationis
'unquam
*Dist. 80. Illud sane quod ad Can. 6. Sardicen. concilii.

'ipsa'

'propria
Sententialiter ponitur iste canon, 32 qu. 5. Illæ autem famulæ Dei.
* minuatur ita ms. Iust.

III.

Donatum autem Salicinensem ex Novatianis cum sua (ut comperimus) plebe conversum, ita dominico volumus gregi præsidere, ut libellum fidei suæ ad nos meminerit dirigendum, quo & Novatiani dogmatis damnet errorem & plenissime confiteatur catholicam veritatem. Maximum quoque ex laico, licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista jam non est, & a spiritu schismaticæ pravitatis alienus, ab episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellimus dignitate: ita ut & ipso libello ad nos edito catholicum se esse manifestet.

1. quæst. 7 Donatum autem.

1. quæst. Maximum quoque laico.

IV.

De Aggaro & Tiberiano, ' quorum a ceteris, qui ex laicis ordinati sunt, in hoc causa diversa est, quod eorum ordinationi atroces tumultus & sævæ seditiones memorantur esse famulatę, vestro judicio cuncta commisimus: ut relata habiti apud vos examinis fide, quid de supradictis statuendum sit, scire possimus.

'Tiberio

V.

Illæ autem famulæ Dei, quæ integritatem pudoris oppressione barbarica perdiderunt, laudabiliores erunt in humilitate ac verecundia, si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamvis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens invita non pollui: minus tamen hoc illis oberit, si quod potuerint animo non amittere, doleant se vel corpore perdidisse. " Si vero aliæ emerserint causæ, quæ ad statum ecclesiarum & ad concordiam pertineant sacerdotum, illic sub timore domini volumus ventilentur, & de componendis atque compositis omnibus ad nos relatio plena mittatur, ut ea, quæ juxta ecclesiasticum morem juste & rationabiliter fuerint definita, mea quoque sententia roborentur. Data quarto Idus Augusti.

32. qu. 5 Illæ autem famulæ Dei.

"Hæc al loco insc runtur i c. Iustell

EPISTOLA LXXXVIII. LEONIS PAPÆ I.

AD UNIVERSOS GERMANIÆ ATque Galliæ ecclesiarum episcopos.

* Suppos multa an guunt.

De privilegio chorepiscoporum sive presbyterorum.

Leo Romanæ ecclesiæ & apostolicæ sedis episcopus universis Germaniarum atque " Galliarum regionum episcopis salutem.

" deest i qq. mss. edit is, le itur in c. Iust. Cap. 13. Damasi p

CUM in Dei nomine in Romana ecclesia synodum episcoporum sive ceterorum consacerdotum

sacerdotum Christique fidelium coadunatam habuissemus, & de ordinationibus illicitis, super quibus crebrior ad nos illarum partium commeantium sermo " pervenerat, atque de aliis necessariis ecclesiasticis negotiis tractantes, sacrosque canones relegentes, solerter egissemus, a multis lacrymabili vultu relatum est nobis, quod quidam Germaniarum ac Galliarum urbium episcopi frequenter chorepiscopos, qui juxta canones Neocæsareenses, sive secundum aliorum decreta patrum iidem sunt qui & presbyteri, vel presbyteros destinarent, qui absente " pontifice altaria erigerent, basilicasque consecrarent. Quod quidem non est mirum, id præcepisse viros ecclesiasticæ disciplinæ ignaros, quod est canonicæ regulæ contrarium, & statim a sæculari militia, in sacerdotale ministerium delegatos, atque promotos. Ergo ne ultra talis vobis licentia usurpetur, communi sententia statuendum oportuit, scientes, quia sicut chorepiscopo, vel presbytero illicita consecratio est altaris, ita & constitutio. In divinis enim literis, præcipiente domino, solus ipse unxit, qui utique summus sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo: *Moses & Aaron in sacerdotibus ejus.* Ideoque id quod tantum facere principibus sacerdotum jussum est, quorum typum Moses & Aaron tenuerunt, omnino decretum est, ut chorepiscopi vel presbyteri, qui filiorum Aaron gestant figuram, arripere non præsumant. Nam quamvis cum episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quędam tamen auctoritate veteris legis, quędam ' novæ etiam ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint, sicut presbyterorum & diaconorum, aut virginum consecratio, sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel unctio. Siquidem nec erigere eis altaria, nec ecclesias, vel altaria consecrare licet, nec per impositiones manuum fidelibus baptizandis, vel conversis ex hæresi, Paracletum Spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in missa quemquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hęc enim omnia illicita sunt chorepiscopis, qui ad " exemplum & formam septuaginta discipulorum esse noscuntur, vel presbyteris, qui eamdem gestant formam: quoniam quamquam consecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent. Quæ omnia solis deberi summis pontificibus auctoritate canonum præcipitur, ut per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summi pontificis demonstretur. Sed neque coram episcopo licet presbyteris in baptisterium introire, nec præsente antistite infantem tingere, aut signare, nec pœnitentem sine præceptione episcopi sui reconciliare, nec eo præsente, nisi illo jubente, sacramentum corporis & sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere, vel benedicere, aut salutare, nec plebem utique exhortari.

Ex fine hujus epistolæ "argumentum sumitur, quod non sit plena, sed fragmentum dumtaxat.

Left margin notes: pæ in epist. ad Numidiæ episcopos. " Vide initium ep. præcedentis, ex qua ad finē huic centoni quædā fuerāt adjecta, quæ modo desiderantur. — *Can.* 13. — "Hisp. II. c. 7. misere deformatū — *Num* 7. *Psal.* 98. — novellæ — " Can. 3. conc. Neocæs. interpr. Dionysio Exiguo — "Hæc Surius, atque ex eo alii

EPISTOLA LXXXIX. LEONIS PAPÆ I.

AD EPISCOPOS PROVINCIÆ VIENNENSIS.

Adversus Hilarium episcopum Arelatensem, post ejus ab urbe discessum scripta.

I. *Chelidonius episcopus, quem Hilarius damnarat, " retractato judicio absolutus.*
II. *Projectus episcopus, cui ægrotanti alterum idem Hilarius substituerat, in integrum restitutus.*
III. *Electiones & ordinationes episcoporum per quos & quomodo faciendæ sint.*
IV. *Hilario metropolitani dignitas, & potestas in provinciam Viennensem adempta.*
V. *Quod nulli facile infligenda sit excommunicatio.*
VI. *Ut præter Leontii episcopi consensum alterius provinciæ concilium non indicatur.*

Dilectissimis fratribus universis episcopis per " Viennensem provinciam constitutis Leo.

DIVINÆ cultum religionis, quem in omnes gentes, omnesque nationes Dei voluit gratia coruscare, ita dominus noster Iesus Christus humani generis salvator instituit, ut veritas, quæ antea legis & prophetarum præconio continebatur, per apostolicam tubam in salutem universitatis exiret; sicut scriptum est: *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Sed hujus muneris sacramentum ita dominus ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, ut id in beatissimo Petro, apostolorum omnium summo, principaliter collocaret; atque ab ipso, quasi quodam capite, dona sua vellet in corpus omne manare; ut exortem se my-" sterii intelligeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium individuę unitatis assumptum, id quod ipse erat voluit nominari, dicendo: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*; ut ęterni ædificatio templi, mirabili munere gratiæ Dei, in Petri soliditate consisteret: hac ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec portę contra illam inferi prævalerent. Verum hanc petræ istius sacratissimam firmitatem, Deo, ut diximus, ædificante constructam, nimis impia vult præsumptione violare, quisquis ejus potestatem tentat infringere, favendo cupiditatibus suis, & id quod accepit a veteribus non sequendo: cum nulli se subditum legi, nullis institutionis dominicæ credit regulis contineri; a vestro nostroque per novæ usurpationis ambitum more desciscens, præsumendo illicita, & quæ custodire debuit negligendo. Verum hæc nos, (Deo, ut credimus, adspirante) servata circa vos nostræ caritatis gratia, quam sanctitati vestræ apostolica semper sedes, ut meministis, impendit, nitimur consilio maturiore corrigere, & vestrarum ecclesiarum statum communicato vobiscum labore componere; non nova instituentes, sed vetera renovantes; ut in status consuetudine, quæ nobis a nostris patribus est tradita, perduremus, & Deo nostro per boni operis ministeriū, remotis perturbationū scādalis, placeamus. Nobiscum itaque vestra fraternitas recognoscat, apostolicam sedem, pro sui reverentia, a vestræ etiam provinciæ sacerdo-

Right margin notes: " In concilio incerti loci, sive Vesontionensi, de quo infra ad annum Christi 444. — " provincias Maximam Sequanorū & Viēnensium in vv. cc. — Dist. 19. Ita dominus. — *Psal.* 18. — " ministerii — *Matth.* 16.

sacerdotibus innumeris relationibus esse con-A sultam, & per diversarum, quemadmodum vetus consuetudo poscebat, appellationem causarum, aut retractata, aut confirmata fuisse judicia: adeo ut servata unitate Spiritus in vinculo pacis, commeantibus hinc inde literis, quod sancte agebatur, perpetuæ proficeret caritati. Quam solicitudo nostra, non sua quærens: sed quæ sunt Christi, dignitatem divinitus datam nec ecclesiis, nec ecclesiarum sacerdotibus abrogabat. Sed hunc tramitem, semper inter majores nostros & bene tentum, & salubriter constitutum, Hilarius ecclesiarum statum, & concordiam sacerdotum novis præsumptionibus turbaturus excessit; itaB suæ vos cupiens subdere potestati, ut se beato apostolo Petro non patiatur esse subjectum: ordinationes sibi omnium per Gallias ecclesiarum vindicans, & debitam metropolitanis sacerdotibus in suum jus transferens dignitatem: ipsius quoque beatissimi Petri reverentiam verbis arrogantioribus minuendo; cui cum præ ceteris solvendi & ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ovium specialius cura mandata est: cui quisquis principatum æstimabat denegandum, illius quidem nullomodo potest minuere dignitatem, sed inflatus spiritu superbiæ suæ, semetipsum in C inferna demergit.

Matth. 16.

Ioan. 21.

I.

Quæ igitur apud nos in causa Chelidonii episcopi gesta confecta sint, & quæ Hilarius dixerit, dum cum eodem, præsente supradicto episcopo, audiretur, inditus chartis rerum ordo demonstrat. Vbi postquam Hilarius rationabile, quod in sanctorum concilio sacerdotum posset respondere, non habuit, ad ea se occulta cordis ipsius transtulerunt, quæ nullus laicorum dicere, nullus sacerdotum posset audire. Doluimus fateor, fratres, & hunc ejus mentis tumorem medelis patientiæ nostræ curare tentavimus. Nolebamus D enim ea illi exacerbare vulnera, quæ suæ animæ insolentibus subinde sermonibus infligebat: & quem susceperamus ut fratrem delinire magis, quamvis ipse suis responsionibus innodaret, quam contristare nostris interlocutionibus nitebamur. Absolutus est Chelidonius episcopus, quoniam se injuste sacerdotio fuisse dejectum, manifesta testium responsione, ipso etiam præsente, monstraverat: ita ut quod Hilarius nobiscum residens posset opponere non haberet. Remotum est ergo judicium, quod prolatum in hac sententia legebatur, quod tamquam viduæ maritus sacerdotium tenere non posset. Quod nos quidem servantes legalia constituta solicitius volumus cu-E stodiri, non solum circa sacerdotes, sed circa clericos quoque minoris officii, ne ad sacram militiam hi permittantur accedere, quibus sit tale conjugium, ut contra apostolicam disciplinam non unius tantum uxoris viri fuisse monstrentur. Sed sicut eos, quos factum suum non potest excusare, aut non admittendos, aut si admissi fuerint, decernimus removendos: ita quibus hoc falso objicitur, habita necesse est examinatione purgemus, & suum officium perdere non sinamus. Mansisset namque in illum prolata sententia, si objectorum veritas extitisset. Redditus itaque est ecclesiæ suæ, & huic quam amittere non debuit dignitati, coepiscopus noster Chelidonius, sicut gestorum series, & post decursam cognitionem sententia, quæ a nobis est prolata, testatur.

II.

Huic negotio sic finito fratris & coepiscopi nostri Projecti querela successit, cujus ad nos literæ lacrymabiles & dolendæ de superordinato sibi episcopo sunt directæ. Epistola quoque ingesta est civium ipsius, & numerosa singulorum subscriptione firmata, invidiosissimis contra Hilarium plena querimoniis, quod Projecto episcopo suo ægrotare liberum non fuisset, ejusque sacerdotium in alium præter suam notitiam esse translatum, & tamquam in vacuam possessionem ab Hilario pervasore heredem viventis inductum. Quid hic fraternitas vestra sentiat, cuperemus audire: quamquam de vestris animis nostra non debeat sententia dubitare, cum fratrem in lectulo constitutum; non tam infirmitate corporis aggravari, quam alio videatis dolore torqueri. Quæ spes illi de vita relinquitur, cui de sacerdotio suo desperatio, dum illi alter substituitur, irrogatur? Apparet quam mitis sit corde Hilarius, qui obesse præsumptioni suæ fraternæ mortis credidit tarditatem. Quantum enim in re fuit, is illi subtraxit lucem, abstulit vitam, qui hunc ei dolorem, in locum ejus alterum subrogando, ne ad salutem illi recursus esset, injecit. Esto ut brevis fratri evenerit humanæ conditionis consueta migratio: quid sibi Hilarius quærit in aliena provincia, & id quod nullus decessorum ipsius ante Patroclum habuit, cur usurpat; cum & ipsum, quod Patroclo a sede apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit sententia meliore sublatum? Expectarentur certe vota civium, testimonia populorum; quæreretur honoratorum arbitrium, electio clericorum, quæ in sacerdotum solent ordinationibus ab his qui norunt patrum regulas custodiri: ut apostolicæ auctoritatis norma in omnibus servaretur, quæ præcipit, ut sacerdos ecclesiæ præfuturus, non solum attestatione fidelium, sed etiam eorum qui foris sunt testimonio muniatur; neque ullius scandali relinquatur occasio, cum per pacem, & Deo placitam concordiam consonis omnium studiis qui doctor pacis futurus est ordinatur. Sed ille inspiratus nescientibus supervenit, & improvisus abscessit, cursu, ut didicimus, celeri itinera multa conficiens, & per longinquas provincias tanta immaturitate discurrens, ut videatur gloriam de scurrili velocitate potius, quam de sacerdotali moderatione captasse. Hæc enim directarum ad nos civium verba sunt literarum, Ante abscessit, quam eum venisse nossemus. Non est hoc redire, sed fugere: nec salubritatem impendere diligentiæ pastoralis, sed vim inferre latronis & furis, dicente domino: *Qui non intrat per januam in cortem ovium, sed ascendit aliunde, hic fur & latro est.* Non ergo Hilarius tam studuit episcopum consecrare, quam eum potius qui ægrotabat occidere, & ipsum quem superposuit male ordinando decipere. Nos tamen, quod vobis credimus, Deo judice, placiturum, in commune cunctis fratribus consulentes, & male ordinatum submovei, & episcopum Projectum in suo sacerdotio permanere debere decrevimus: id statuentes, ut

Dist. 63 Vota civium.

Ioan. 10.

ut si quisquam fratrum nostrorum in quacumque provincia de hac vita decesserit, is sibi ordinationem vindicet sacerdotis, quem illius provinciæ metropolitanum esse constiterit. Duæ ut videmus causæ transactæ sunt, in quibus tamen multa sunt quæ præter rationem ecclesiasticam videantur esse commissa, & justi judicii debeant expectare censuram. Sed nos diutius hic non possumus immorari, cum ad alia, quæ nobis cum vestra sanctitate solicitius conferenda sunt, provocemur.

III.

Militaris manus, ut didicimus, per provincias sequitur sacerdotem, & armati præsidii præsumptione suffulto, ad invadendas per tumultum famulatur ecclesias, quæ proprios amiserint sacerdotes. Trahuntur ordinandi ante hoc officium his, quibus præficiendi sunt, civitatibus ignorati. Vt enim notus qui fuerit & probatus, per pacem petitur; ita per vim necesse est, qui ignotus adducitur, imponatur. Obtestor, obsecro, & sub Dei vos invocatione convenio, prohibete fratres talia, & omnem dissensionis materiam de vestris provinciis removete. Certe nos ante Deum absolvimus, qui vos ne permittatis ultra hæc fieri convenimus. Per pacem & quietem sacerdotes qui præfuturi sunt postulentur. Teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus, & plebis: qui præfuturus est omnibus, ab omnibus eligatur. Ordinationem sibi, ut ante jam diximus, singuli metropolitani suarum provinciarum, cum his qui ceteros sacerdotii antiquitate præveniunt, restituto sibi per nos jure defendant. Alienum jus alter sibi non audeat vindicare. Suis limitibus, suis terminis sit unusquisque contentus: & privilegium sibi debitum in alium transferre se posse noverit non licere. Quod si quis negligens apostolicas sanctiones, plus gratiæ tribuens personali, sui honoris desertor esse voluerit, privilegium suum in alium transferre se posse credens; non is cui cesserit, sed is qui intra provinciam antiquitate episcopali ceteros prævenit, sacerdotes ordinandi sibi vindicet potestatem. Non passim, sed die legitimo ordinatio celebretur: nec sibi constare status sui noverit firmitatem, qui non die sabbati vespere, quod lucescit in primam sabbati, vel ipso dominico die fuerit ordinatus. Solum enim majores nostri resurrectionis dominicæ diem hoc honore dignum judicarunt, ut sacerdotes qui sumuntur hoc die potissimum tribuantur.

Dist. 63 Vota civiū.

IV.

Suis unaquæque provincia sit contenta conciliis, nec ultra Hilarius audeat conventus indicere synodales, & sacerdotum domini judicia se interserendo turbare: qui non tantum noverit se ab alieno jure depulsum, sed etiam Viennensis provinciæ, quam male usurpaverat, potestate privatum. Dignum est enim, fratres carissimi, antiquitatis statuta reparari, cum is, qui sibi ordinationem provinciæ indebitæ vindicabat, talis in præsenti etiam probatus fuerit extitisse, ut cum ipse frequentius temerariis & insolentibus verbis sententiam damnationis expeteret, suæ tantum civitatis illi sacerdotium, pro sedis apostolicæ pietate, præceptio nostra servaverit. Non ergo intersit ulli ordinationi, non ordinet, qui meriti

A sui conscius, cum quæreretur ad causam, turpi fuga se credidit subtrahendum, exors apostolicæ communionis, cujus particeps esse non meruit: Deo, ut credimus, hoc agente, qui illum nec opinantibus nobis, & ad judicia nostra pertraxit, & inter examinationes habitas, ne communionis nostræ consors fieret, ut abscederet latenter effecit.

V.

Nulli Christianorum facile communio denegetur: nec ad indignantis fiat hoc arbitrium sacerdotis, quod in magni reatus ultionem invitus & dolens quodammodo debet inferre B animus vindicantis. Cognovimus enim pro commissis & levibus verbis quosdam a gratia communionis exclusos, & animam, pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatione tam sævi supplicii sauciatam, & inermem quodammodo, exutamque omni munimine, diabolicis incursionibus, ut facile caperetur, objectam. Certe si quando causa talis emerserit, ut pro commissi criminis qualitate aliquem juste faciat communione privari, is tantum pœnæ subdendus est, quem reatus involvit, nec particeps debet esse suplicii, qui consors non docetur fuisse commissi. Sed quid mirum eum in C laicos talem existere, qui soleat sacerdotum damnatione gaudere?

VI.

Vnde quia nostra longe alia videtur intentio, (nam omnium ecclesiarum statum, & concordiam custodiri cupimus sacerdotum) ad unitatem vos vinculo caritatis hortantes, & obtestamur, & affectione congrua commonemus, ut ea quæ a nobis Deo inspirante, & beatissimo Petro apostolo, discussis probatisque nunc omnibus causis, decreta sunt, pro vestra pace & dignitate servetis; certi non tam nostro quam vestro honori proficere, quod talia D statuisse cognoscimur. Non enim nobis ordinationes vestrarum provinciarum defendimus, quod potest forsitan ad depravandos vestræ sanctitatis animos Hilarius pro suo more mentiri: sed vobis per nostram solicitudinem vindicamus, ne quid ulterius liceat novitati, nec præsumptori locus ultra jam pateat privilegia vestra cassandi. Nostrę enim gratulationi hoc solum crescere profitemur, si & apostolicæ sedis diligentia apud vos illibata servetur, & per sacerdotalis disciplinæ concordiam, honori vestro perire quod suum est improbis usurpationibus non sinamus. Et quoniam honoranda est semper antiquitas, fratrem & coepiscopum nostrum Leontium probabilem sacerdotem hac, si vobis placet, dignitate volumus decorari, ut præter ejus consensum alterius provinciæ non indicatur a vestra sanctitate concilium, & a vobis omnibus, quemadmodum vetustas ejus & probitas exigit, honoretur, metropolitanis privilegii sui dignitate servata. Æquum est enim, nec ulli de fratribus fieri videtur injuria, si his, qui sacerdotii vetustate præcedunt, pro ætatis suæ merito in suis provinciis a sacerdotibus ceteris deferatur. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

NOVELLA VALENTINIANI III. AUGUSTI, UNA CUM PRÆCEDENTI LEONIS papæ decretali de eadem re in Galliam missa.

De episcoporum ordinatione.

Imperatores Theodosius & Valentinianus Augusti Aetio viro illustri comiti & magistro utriusque militiæ, & patricio.

CERTUM est, & nobis, & imperio nostro unicum esse præsidium in supernæ divinitatis favore, ad quem promerendum præcipue Christiana fides, & veneranda nobis religio suffragatur. Cum igitur sedis apostolicæ primatum sancti Petri meritum, qui princeps est episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas civitatis, sacræ etiam synodi firmarit auctoritas, ne quid præter auctoritatem sedis istius illicitum præsumptio attentare nitatur. Tunc enim demum ecclesiarum pax ubique servabitur, si rectorem suum agnoscat universitas. Hæc cum hactenus inviolabiliter fuerint custodita, Hilarius Arelatensis, sicut venerabilis viri Leonis Romani papæ fideli relatione comperimus, contumaci ausu illicita quædam præsumenda tentavit, & ideo transalpinas ecclesias abominabilis tumultus invasit, quod recens maxime testatur exemplum. Hilarius enim, qui episcopus Arelatensis vocatur, ecclesiæ Romanæ urbis inconsulto pontifice, indebitas sibi ordinationes episcoporum sola temeritate usurpans invasit. Nam alios incompetenter removit, indecenter alios invitis & repugnantibus civibus ordinavit. Qui quidem quoniam non facile ab his qui non elegerant recipiebantur, manum sibi contrahebat armatam, & claustra murorum in hostilem morem, vel obsidione cingebat, vel aggressione reserabat, & ad sedem quietis pacem prædicaturus per bella ducebat. His talibus & contra imperii majestatem, & contra reverentiam apostolicæ sedis admissis, per ordinem religiosi viri urbis papæ cognitione discussis, certa in eum ex his quæ male ordinaverat, lata sententia per Gallias etiam sine imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti pontificis auctoritati in ecclesias non liceret? Sed nostram quoque præceptionem hæc ratio provocavit, ne ulterius vel Hilario, quem adhuc episcopum nuncupari sola mansueti præsulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri, ecclesiasticis rebus arma miscere, aut præceptis Romani antistitis liceat obviare. Ausibus enim talibus fides & reverentia nostri violatur imperii. Nec hoc solum, quod est maximi criminis, submovemus. Verum ne levis saltem inter ecclesias turba nascatur, vel in aliquo minui religionis disciplina videatur, hoc perenni sanctione decernimus, ne quid tam episcopis Gallicanis, quam aliarum provinciarum, contra consuetudinem veterem liceat, sine viri venerabilis papæ urbis æternæ auctoritate tentare: sed illis omnibusque pro lege sit, quidquid sanxit, vel sanxerit apostolicæ sedis auctoritas. Ita ut quisquis episcoporum ad judicium Romani antistitis evocatus venire neglexerit, per moderatorem ejusdem provinciæ adesse cogatur, per omnia servatis, quæ divi parentes nostri Romanæ ecclesiæ detulerunt, Aeti P. K. A. Unde illustris & præclara magnificentia tua, præ-

A sentis edictalis legis auctoritate, faciet quæ sunt superius statuta servari, decem librarum auri mulcta protinus exigenda ab unoquoque judice, qui passus fuerit præcepta nostra violari. *Et manu divina:* Divinitas te servet per multos annos, parens carissime. Data VIII. Idus Iunias Romæ, Valentiniano Augusto VI. cōsule." An. Christi 445.

EPISTOLA XC. LEONIS PAPÆ I. AD RAVENNIUM EPISCOPUM ARELATENSEM.

Gratulatur ei ad episcopatum assumpto.

B *Dilectissimo fratri Ravennio Leo.*

PROVECTIONEM dilectionis tuæ, quæ summi sacerdotii adepta est dignitatem, ita nobis placere cognosce, ut non solum tibi de honoris augmento; sed etiam Arelatensi ecclesiæ, cui te dominus præposuit, gaudeamus. Ad omnium enim fidelium decus, atque utilitatem redundat, cum talis habetur antistes, cujus plurimi & adjuventur præsidio, & incitentur exemplo. Unde quia non ignoras, quid de sinceritate animi tui secundum præcedentem notitiam senserimus, justissime nos agnoscis exigere, ut quod præsumimus, hoc probemus, frater carissime. Modestiæ igitur tuæ non desit auctoritas, constantiam mansuetudo commendet: justitiam lenitas temperet, patientia contineat libertatem: & declinata superbia, cui proximum est ut decidat, ametur humilitas, cui semper debetur ut crescat. Ecclesiasticarum legum non ignara est dilectio tua, ut intra earum regulas atque mensuras omnia potestatis tuæ jura contineas. Iusto quippe ideo dicitur lex non esse posita, quia normam præceptionis implet judicio voluntatis; cum verus recti amor in semetipso habeat, & apostolicas auctoritates, & canonicas sanctiones. Quarum devotus sectator, & diligens executor, in eorum procul dubio consortio gloriaberis, qui de creditorum sibi profectibus talentorum audire meruerunt: *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui.* Ut autem fiduciam dilectionis erga te nostræ habere non dubites, sæpius nos de processu actuum tuorum facias certiores: quoniam judicii nostri memores cupimus semper de tuis profectibus in domino gloriari. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. 1. Tim. 1. Matt. 25.

EPISTOLA XCI. LEONIS PAPÆ I. AD THEODORUM FOROIULIENSEM episcopum.

Ut his, qui in exitu sunt, pœnitentia & communio non negentur.

Leo episcopus Theodoro episcopo Foroiuliensi salutem.

SOLICITUDINIS quidem tuæ is ordo esse debuerat, ut cum metropolitano tuo primitus de eo, quod quærendum videbatur esse, conferres: ac si id, quod ignorabat dilectio tua, etiam ipse nesciret, instrui vos pariter posceretis: quia in causis, quæ ad generalem observantiam pertinent, omnium domini sacerdotum nihil sine primatibus oportet inquiri. Sed ut quoquomodo instruatur ambiguitas consulentis, quid de pœnitentium statu ecclesiastica habeat regula, non tacebo. Multiplex

De pœnitentia dist. 1. Multiplex.

A Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparetur æternæ, ut qui regenerationis donum violassent, proprio se judicio condemnantes, ad remissionem criminum pervenirent, sic divinæ bonitatis præsidiis ordinatis, ut indulgentia Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum homo Christus Iesus hanc præpositis ecclesiæ tradidit potestatem, ut & ' confidentibus ' actionem pœnitentiæ darent: & ' eosdem salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum per januam reconciliationis admitterent. Cui utique operi ' incessabiliter ipse salvator intervenit, nec B unquam ab his abest, quæ ministris suis exequenda commisit, dicens: *Ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*: ut si quid per servitutem nostram bono ordine, & ' gratulando impletur ' effectu, non ambigamus per Spiritum sanctum fuisse donatum.

' confitentibus ' satisfactionem ' & eadem ' incessanter

Matth. 28.

' grato ' affectu

De pœnitentia dist. 1. Multiplex.

' excesserit.

Si autem aliquis eorum, pro quibus domino supplicamus, quocumque interceptus obstaculo, a munere indulgentiæ præsentis ' exciderit, & priusquam ad constituta remedia C perveniat, temporalem vitam humana conditione finierit: quod manens in corpore non receperit, consequi exutus carne non poterit Nec necesse est nos, eorum qui sic obierint, merita actusque discutere: cum dominus Deus noster, cujus judicia nequeunt comprehendi, quod sacerdotale ministerium implere non potuit, suę justitiæ reservaverit: ita potestatem suam timeri volens, ut hic terror omnibus prosit, & quod quibusdam tepidis aut negligentibus accidit, nemo non metuat. Multum enim utile ac necessarium est, ut peccatorum reatus ante ultimum diem sacerdotali supplicatione solvatur. His autem qui in tempore necessitatis, & in periculi urgentis D instantia, præsidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant: nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei, nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera conversio, dicente spiritu Dei per prophetam: *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris.* Et alibi: *Dic tu iniquitates tuas prior, ut justificeris.* Et iterum: *Quia apud dominum misericordia est, & copiosa apud eum redemptio.* In dispensandis itaque Dei donis non debemus esse difficiles, nec accusantium se lacrymas gemitusque negligere, cum ipsam * pœnitentiam ex Dei credamus inspiratione conceptam, dicente apostolo: *Ne forte det illis Deus pœnitentiam, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem.* E Vnde oportet unumquemque Christianum conscientiæ suæ habere judicium, ne converti ad Deum de die in diem differat: nec satisfactionis sibi tempus in fine vitæ suæ constituat, quem periculose ignorantia humana concludit, ut ad paucarum horarum spatium se reservet incertum; & cum possit pleniore satisfactione indulgentiam promereri, illius temporis angustias eligat, quo vix inveniat spatium, vel confessio pœnitentis, vel reconciliatio sacerdotis. Verum (ut dixi) etiam talium necessitati ita auxiliandum est, ut nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, si eam, etiam amisso ab eis vocis officio, per indicium integri sensus quærere comprobentur. Quod si aliqua vi ægritudinis ita fuerint aggravati, ut quod paulo ante poscebant, sub præsentia sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt, ut simul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur: servata tamen regula canonum paternorum circa eorum personas, qui in Deum, a fide discedendo, peccarunt. Hæc autem, frater, quæ ad interrogationem dilectionis tuę ideo respondi, ne aliquid contrarium sub ignorantiæ excusatione gereretur, in metropolitani tui notitiam facies pervenire: ut si qui forte sunt fratrum, qui de his antea putaverint ambigendum, per ipsum de omnibus quæ ad te scripta sunt instruantur. Data IV. Idus Iunii, Herculano viro clarissimo consule."

De pœnitentia dist. 1. Multiplex. & 26. q. 6. His qui tempore.

Isa. 30. & 43.

Psal. 129.

* pœnitendi affectionem ita c. Iust.

2. Tim. 2.

De pœnitentia dist. 1. Multiplex. & 26. q. 6. His qui tempore.

'' An Chr. 452.

EPISTOLA XCII. LEONIS PAPÆ I. AD RVSTICVM NARBONENSEM EPISCOPUM.

Subditis responsionibus ad ejusdem consulta rescribit.

Leo episcopus Rustico episcopo Narbonensi.

EPISTOLAS fraternitatis tuæ, quas Hermes archidiaconus tuus detulit, libenter accepi, diversarum quidem causarum connexione multiplices, sed non ita patientiæ legentis onerosas, ut aliquid earum inter concurrentes undique sollicitudines fuerit prætermissum. Vnde totius sermonis tui allegatione ' comperta, & gestis quæ in episcoporum honoratorumque examine confecta sunt recensitis, Sabiniano & Leoni presbyteris actionis suæ intelleximus fiduciam defuisse: nec eis justam superesse querimoniam, qui se ab inchoatis disceptationibus sponte subtraxerint. Circa quos quam formam, quamve mensuram debeas tenere justitiæ, tuo relinquo moderamini: suadens tamen caritatis hortatu, ut sanandis ægris spiritalem studeas adhibere medicinam; & dicente scriptura, *Noli esse nimium justus*, mitius agas cum eis, qui zelo pudicitiæ videntur modum excessisse vindictæ, ne diabolus, qui decepit adulteros, de adulterii exultet ultoribus. Miror autem dilectionem tuam in tantum scandalorum quacumque occasione nascentium adversitate turbari, ut vacationem ab episcopatus laboribus optare te dicas, & malle in silentio atque otio vitam degere, quam in his quæ tibi commissa sunt permanere. Dicente vero domino, *Beatus qui perseveraverit usque in finem*; unde erit beata perseverantia, nisi de virtute patientiæ? Nam secundum apostolicam prædicationem, *omnes qui voluerint in Christo pie vivere, persecutionem patientur.* Quæ non in eo tantum computanda est, quod contra Christianam pietatem, aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscumque suppliciis: cum persecutionum sævitiam suppleant & dissimilitudines morum, & contumaciæ inobedientium, & malignarum tela linguarum. Quibus conflictationibus cum omnia semper ecclesiæ membra pulsentur, & nulla piorum portio a tentatione sit libera, ita ut periculis nec otia careant, nec labores; quis inter fluctus maris navem diriget, si gubernator abscedat? quis ab insidiis luporum custodiet oves,

' concepta

Eccl. 7.

Matt. 10.

2. Tim. 3.

oves, si pastoris cura non vigilet? quis denique latronibus obsistet & furibus, si speculatorem in prospectu explorationis locatum ab intentione sollicitudinis amor quietis abducat? Permanendum ergo est in opere credito, & in labore suscepto: constanter tenenda est justitia, & benigne præstanda clementia. Odio habeantur peccata, non homines: corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis severius castigari necesse est, non sævientis plectatur animo, sed medentis. At si vehementior tribulatio incubuerit, non ita expavescamus, quasi illi adversitati propriis sit viribus resistendum; cum & consilium nostrum, & fortitudo sit Christus, ac sine quo nihil possumus, per ipsum cuncta possimus. Qui confirmans prædicatores euangelii, & sacramentorum ministros, *Ecce ego*, inquit, *vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. Et iterum: *Hæc*, inquit, *locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis: in hoc autem mundo tribulationem habebitis: sed bono animo estote, quia ego vici mundum*. Quæ pollicitationes, quia sine dubitatione manifestæ sunt, nullis debemus scandalis infirmari, ne electioni Dei videamur ingrati, cujus tam potentia sunt adjutoria, quam vera promissa. De consultationibus autem dilectionis tuæ, quas separatim conscriptas archidiaconus tuus detulit, quid sentiendum sit inter præsentes opportunius quæreretur, si nobis tui conspectus copia ' proveniret. Nam cum quædam interrogationes modum diligentiæ videantur excedere, intelligo eas colloquiis aptiores esse, quam scriptis: quia sicut quædam sunt, quæ nulla possint ratione convelli: ita multa sunt, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate ' rerum, oporteat temperari; illa semper ' conditione servata, ut in his quæ dubia fuerint vel obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur ' diversum.

Dist. 86. Odio habeantur peccata. — Matth. 28. — Ioan. 16. — ' copiam præstitisses. — Dist. 14. Sicut quædam. — ' temporum ' consideratione — ' adversum.

RESPONSIONES LEONIS papæ ad [1] inquisitiones Rustici Narbonensis.

INQVISITIO I.

De presbytero, vel diacono, qui se episcopos esse mentiti sunt: & de his quos ipsi clericos ordinarunt.

RESPONSIO.

NVLLA ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a provincialibus episcopis cum metropolitani judicio consecrati. Vnde cum sæpe quæstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non ' docetur fuisse collatum? Si qui autem clerici ab istis pseudoepiscopis in eis ecclesiis ordinati sunt, quæ ad proprios episcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum consensu & judicio præsidentium facta est, potest rata haberi; ita ut in ipsis ecclesiis perseverent. Aliter antem vana habenda est ' ordinatio, quæ nec loco fundata est, nec auctoritate munita.

Dist. 62. Nulla ratio. — ' eis — 1. q. 1. Si qui clerici. — ' consecratio

INQVISITIO II.

De presbytero, vel diacono, qui si cognito crimine suo pœnitentiam publicam petat, utrum eis per manus impositionem danda sit.

RESPONSIO.

Alienum est a consuetudine ecclesiastica, ut qui in presbyterali ' honore, aut in diaconi gradu fuerint consecrati, hi pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi: quod sine dubio ex apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: *Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro eo?* Vnde hujusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei privata est expetenda secessio, ubi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

Dist. 50. Alienum est a consuet. — ' ordine — 1. Reg. 2.

INQVISITIO III.

De his qui altario ministrant, & conjuges habent, utrum eis licito misceantur.

RESPONSIO.

Lex continentiæ eadem est ministris altaris, quę episcopis, atque presbyteris. Qui cum essent laici, sive lectores, licite & uxores ducere, & filios procreare potuerunt. Sed cum ad prædictos pervenerunt gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Vnde ut de carnali fiat spiritale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, & quasi non habeant sic habere; quo & salva sit caritas connubiorum, & cessent opera nuptiarum.

Dist. 31. Lex continentiæ.

INQVISITIO IV.

De presbytero, vel diacono, qui filiam suam virginem illi viro in conjugium dederit, qui jam habebat conjunctam mulierem, ex qua etiam filios susceperat.

RESPONSIO.

Non omnis mulier viro juncta uxor est viri, quia nec omnis filius heres est patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos sunt legitima, & inter æquales; multo prius hoc ipsum domino constituente, quam initium Romani juris existeret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina, sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam apostolus, ad manifestandam harum personarum discretionem, testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abrahæ: *Ejice ancillam & filium ejus: non enim heres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac*. Vnde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præter sexuum conjunctionem, haberet in se Christi & ecclesiæ sacramentum; dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse ' mysterium. Igitur cujuslibet loci clericus si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi eam conjugato dederit; nisi forte illa mulier & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptiis honestata videatur.

32. q. 2. Non omnis mulier. — Genes. 21. — 27. q. 2. Cum societas. — ' ministerium

INQVISITIO V.

De puellis quæ viris concubinas habentibus nupserint.

RESPONSIO.

[2] Paterno arbitrio viris junctæ carent culpa, si mulieres, quæ a viris habebantur, in matrimonio non fuerunt: quia aliud est nupta, aliud concubina.

32. q. 2. Nō omnis.

INQVISITIO VI.

De his, qui mulieres, ex quibus filios habent, relinquunt, & uxores accipiunt.

RESPONSIO.

Ancillam a toro abjicere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus est honestatis.

32. q. 2. Ancillam a toro.

INQVISITIO

INQVISITIO VII.

De his qui in ægritudine pœnitentiam accipiunt, & cum revaluerint agere eam nolunt.

RESPONSIO.

[3] Culpanda est sane talium negligentia, sed non penitus ' deserenda: ut crebris cohortationibus incitati, quod necessarie expetierunt fideliter exequantur. Nemo enim desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est: quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.

' desperãda

De Pœnit. dist. 7. Nemo desperandus.

INQVISITIO VIII.

De ' his qui animo jam deficientes pœnitentiam accipiunt, & ante communionem moriuntur.

RESPONSIO.

Horum causa Dei judicio reservanda est, in cujus manu fuit, ut talium obitus ' usque ad communionis remedium differretur. Nos autem, quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus.

' commũnione privatis & ita defunctis.

24. q. 2. De communione.

' non

INQVISITIO IX.

De his qui dolore nimio perurgente rogant dari sibi pœnitentiam, & cum venerit presbyter daturus quod petebant, si dolor parum perquieverit, excusant, & nolunt accipere quod offertur.

RESPONSIO.

Dissimulatio hæc potest non de contemptu esse remedii, sed de metu gravius delinquendi. Unde pœnitentia quæ dilata est, cum studiosius petita fuerit, non negetur, ut quoquomodo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perveniat.

De pœnit. dist. 1. pœnitentia quæ.

INQVISITIO X.

De his qui pœnitentiam professi sunt, si in foro litigare cœperint.

RESPONSIO.

Aliud quidem est debita justa reposcere, aliud propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam postulantem oportet multis etiam licitis abstinere, dicente apostolo: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.* Unde si quis pœnitens habet causam, quam negligere forte non debeat, melius expetit ecclesiasticum quam forense judicium.

De pœnit. dist. 1. Aliud quidem, & 11. q. 1. Aliud.

1. Cor. 6.

INQVISITIO XI.

De his qui in pœnitentia, vel post pœnitentiam negotiantur.

RESPONSIO.

Qualitas lucri negotiantem aut excusat, aut arguit; quia est & honestus quæstus, & turpis: verumtamen pœnitenti utilius est dispendia pati, quam periculis negotiationis obstringi: quia difficile est inter ementis vendentisque commercium non intervenire peccatum.

De pœnit. dist. 5. Qualitas lucri.

INQVISITIO XII.

De his qui post pœnitentiam ad militiam revertuntur.

RESPONSIO.

Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionem redire ad militiam sæcularem, cum apostolus dicat: *Nemo militans Deo implicet se negotiis sæcularibus.* Unde non est liber a laqueis diaboli, qui se ' militia mundana voluerit implicare.

De pœnit. dist. 5. Contrarium.

2. Tim. 2.

' militiæ mundanæ

INQVISITIO XIII.

De his qui post pœnitentiam uxores accipiunt, vel concubinas sibi conjungunt.

RESPONSIO.

In adolescentia constitutus, si urgente aut metu mortis, aut captivitatis periculo, pœnitentiam gessit, & postea timens lapsum incontinentiæ juvenilis, copulam uxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret; rem videtur fecisse venialem, si præter conjugem nullam omnino aliam cognoverit. In quo tamen non regulam constituimus, sed quid sit tolerabilius æstimamus. Nam secundum veram cognitionem, nihil magis ei congruit qui pœnitentiam gessit, quam castitas perseverans & mentis & corporis.

INQVISITIO XIV.

De monachis, qui aut militare cœperint, aut uxores accipere.

RESPONSIO.

Propositum monachi proprio arbitrio aut voluntate susceptum, deseri non potest absque peccato. Quod enim quis vovit Deo, debet & reddere. Unde qui relicta singularitatis professione ad militiam vel ad nuptias devolutus est, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus est: quia etsi innocens sit militia, & honestum potest esse conjugium, electionem tamen meliorum deseruisse transgressio est.

27. q. 3. Propositũ monachi.

INQVISITIO XV.

De puellis quæ aliquamdiu in habitu religioso fuerunt, non tamen consecratæ, si postea nupserint.

RESPONSIO.

Puellæ, quæ non coactæ parentum imperio, sed spontaneo judicio virginitatis propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, prævaricantur, etiamsi ' consecratio non accessit: cujus utique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent. Ambigi vero non potest, crimen magnum admitti, ubi & propositum deseritur, & consecratio violatur. Nam si humana pacta non possunt impune calcari, quid eos manebit, qui corruperint fœdera divini sacramenti?

20. q. 1. Puellę quę.

' nondum eis gratia consecrãtionis

INQVISITIO XVI.

De his qui a parentibus Christianis parvuli derelicti sunt, & utrum baptizati sint non potest inveniri, an debeant baptizari.

RESPONSIO.

Si nulla extant indicia inter propinquos aut familiares, nulla inter clericos aut vicinos, quibus hi, de quibus quæritur, baptizati fuisse doceantur; agendum est, ut renascantur: ne manifeste pereant, in quibus quod non ostenditur gestum; ratio non sinit ut videatur iteratum.

De consecr. dist. 4. Si nulla.

INQVISITIO XVII.

De his qui parvuli ab hostibus capti sunt, & non se sapiunt baptizatos, sed sciunt se aliquotiens ad ecclesiam a parentibus ductos; utrum possint, vel debeant, cum ad Romaniam venerint, baptizari?

RESPONSIO.

Qui possunt meminisse quod ad ecclesiam veniebant cum parentibus suis, possunt recordari, an quod eorum parentibus dabatur acceperint. Sed etiam hoc ab eorum memoria alienum est, conferendum eis videtur quod collatum esse nescitur; quia non temeritas intervenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis.

De consecr. dist. 4. Si nulla.

INQVISITIO XVIII.

De his qui in Africa, vel Mauritania venerunt: & nesciunt in qua secta sint baptizati, quid circa eos debeat observari.

RESPONSIO.

Non se isti baptizatos nesciunt, sed cujus fidei fuerint, qui eos baptizaverunt, se nescire profitentur. Unde quolibet modo formam baptismatis

De consecr. dist. 4. Hi de quibus.

ptismatis acceperint, baptizandi non sunt; sed A per manus impositionem, invocata virtute Spiritus sancti, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.

INQUISITIO XIX.

De his qui parvuli quidem baptizati a gentilibus capti sunt, & cum illis gentiliter convixerunt; cum ad Romaniam adhuc juvenes venerint, si communionem petierint, quid erit observandum?

RESPONSIO.

Si convivio solo gentilium & escis immolatitiis usi sunt, possunt jejuniis & manus impositione purgari, ut deinceps ab idolothytis abstinentes sacramentorum Christi possint esse participes. Si autem ad idola adoravere, aut B homicidiis, vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos, nisi per pœnitentiam publicam, non oportet admitti.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI S. I.

1 Inquisitiones Rustici quæ Leonis responsionibus singulis præmittuntur, nunc primum prodeunt in lucem ex diversis manuscriptis, hactenus non sine incommodo prætermissæ, cum sine his plerumque intelligi responsiones non possint.

2 *Paterno arbitrio.*] In codice canonum Dionysii exi- C gui inter Leonis decreta cap. 18. & apud Gratianum 32. qu. 2. *Non omnis mulier*, itemque apud Burchardum & Ivonem, membrum hoc inepte cum superiori capite conjungitur.

3 *Culpanda est sane.*] Hic rursum a Dionysio cap. 19. & a Gratiano ibidem cap. *Ancillam a toro*, membrum hoc fœdo errore cum præcedenti connectitur, cum; ut ex inquisitione patet, ad res plane diversas pertineant: tanti erat inquisitiones istas, ut diximus, non omitti.

EPISTOLA XCIII. LEONIS PAPÆ I.

AD TURIBIUM ASTURICENSEM EPISCOPUM.

I. *Contra Priscillianistas, qui sanctam Trinitatem, non personis, sed tantum nominibus distinguunt.*

II. *Adversus id, quod Dei filium posteriorem cre-* D *dunt, quam Patrem.*

III. *Adversus id, quod dicunt, ideo unigenitum dici Christum, quia solus de virgine natus.*

IV. *De natali domini, quod in eo Priscillianistæ jejunia celebrent.*

V. *Adversus id, quod aiunt animam hominis ex divina esse substantia.*

VI. *Contra id, quod aiunt diabolum ex se, vel ex chao esse, & propriam habere naturam.*

VII. *Contra illud, quod nuptias & procreationes filiorum adstruant esse peccatum.*

VIII. *Contra id, quod corpora humana diaboli dicunt esse figmenta, & a dæmonibus in utero formari.*

IX. *Contra id, quod filios repromissionis ex Spiri-* E *tu sancto dicunt esse conceptos.*

X. *Contra id, quod animas in cælestibus peccare dicunt, & secundum qualitatem peccati in hoc mundo accipere sortem, vel bonam, vel malam.*

XI. *Contra id, quod fatalibus stellis dicunt animas hominum obligatas.*

XII. *Contra id, quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt.*

XIII. & XIV. *Contra id, quod duodecim signa, quæ mathematici observant, per corpus omne distinguunt.*

XV. *De apocryphis eorumdem Priscillianistarum.*

XVI. * *De libro Dicticinii.* [* Dictinii * Dictinni]

Leo episcopus Turibio episcopo salutem.

QUAM laudabiliter pro catholicæ fidei veritate movearis, & quam solicite dominico gregi devotionem officii pastoralis impendas, tradita nobis per diaconum tuum fraternitatis tuæ scripta demonstrant, quibus notitiæ nostræ insinuare curasti, qualis in regionibus vestris de antiquis pestilentiæ reliquiis errorum morbus exarserit. Nam & epistolæ sermo, & commonitorii series, & libelli tui textus demonstrant Priscillianistarum fœtidissimam apud vos recaluisse sentinam. Nihil est enim sordidum in quorumque sensibus impiorum, quod in hoc dogma non confluxerit: quoniam de omnium terrenarum opinionum luto, multiplicem sibi fæcem commiscuerunt, ut soli totum biberent, quidquid alii ex parte gustassent. Denique si universæ hæreses, quæ ante Priscilliani tempus exortæ sunt, diligentius retractentur, nullus pene invenietur error, de quo non traxerit impietas ista contagium: quæ non contenta eorum recipere falsitates, qui ab euangelio Christi sub Christi nomine deviarunt, tenebris se etiam paganitatis immersit, ut per magicarum artium profana secreta, & mathematicorum vana mendacia, religionis fidem morumque rationem in potestate dæmonum, & in effectu siderum collocarent. Quod si & credi liceat & doceri; nec virtutibus præmium, nec vitiis pœna debebitur, omniaque non solum humanarum legum, sed etiam divinarum constitutionum decreta solventur: quia neque de bonis, neque de malis actibus ullum poterit esse judicium, si in utramque partem fatalis necessitas motum mentis impellit: & quidquid ab hominibus agitur, non est hominum, sed astrorum. Ad hanc insaniam pertinet prodigiosa illa totius humani corporis per duodecim cæli signa distinctio, ut diversis partibus diversæ præsideant potestates: & creatura quam Deus ad imaginem suam fecit, in tanta sit obligatione siderum, in quanta est connexione membrorum. Merito patres nostri, sub quorum temporibus hæresis hæc nefanda prorupit, per totum mundum instanter egere, ut impius furor ab universa ecclesia pelleretur: quando etiam mundi principes ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, ut auctorem ejus ' ac plerosque discipulos legum publicarum ense prosternerent. [' cum plerisque discipulis] Videbant enim omnem curam honestatis auferri, omnem conjugiorum copulam solvi, simulque divinum jus humanumque subverti: si hujusmodi hominibus usquam vivere cum tali professione licuisset. Et profuit diu ista districtio ecclesiasticæ lenitati, quæ etsi sacerdotali contenta judicio cruentas refugit ultiones ', severis tamen [' quærere] Christianorum principum constitutionibus adjuvatur, dum ad ' spiritale nonnunquam [' insperatũ] recurrunt remedium qui timent corporale supplicium. Ex quo autem multas provincias hostilis occupavit irruptio, & executionem legum tempestates interdixere bellorum, ex quo inter sacerdotes Dei difficiles commeatus, & rari cœperunt esse conventus; invenit

invenit ob publicam perturbationem ſecreta perfidia libertatem, & ad multarum mentium ſubverſionem his malis eſt incitata, quibus debuit eſſe correcta. Quæ vero illic, aut quanta pars plebium a contagione peſtis hujus aliena eſt, ubi (ſicut caritas tua indicat) lethali morbo etiam quorumdam ſacerdotum corda corrupta ſunt, & per quos opprimenda falſitas, & defendenda veritas credebatur, per ipſos doctrinæ Priſcilliani, evangelium ſubditur Chriſti, ut ad profanos ſenſus pietate ſanctorum voluminum depravata, ſub nominibus prophetarum & apoſtolorum non hoc prædicetur quod Spiritus ſanctus docuit, ſed quod diaboli miniſter inſeruit? Quia ergo dilectio tua fideli, quantum potuit, diligentia damnatas olim opiniones ª decem & ſeptem capitulis comprehendit: nos quoque ſtrictim omnia retractemus, ne aliquid harum blaſphemiarum aut tolerabile videatur, aut dubium.

ª ſedecim habet c. mſ. quod & præfixa lemmata & epiſtolæ ſeries ipſa docet,

I.

Primo itaque capitulo demonſtratur, quam impie ſentiant de Trinitate divina, qui & Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, unam atque eamdem aſſerunt eſſe perſonam, tamquam idem Deus, nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus ſanctus nominetur: nec alius ſit qui genuit, alius qui genitus eſt, alius qui de utroque proceſſit: ſed ſingularis unitas in tribus quidem vocabulis, ſed non in tribus ſit accipienda perſonis. Quod blaſphemiæ genus de Sabellii opinione ſumpſerunt, cujus diſcipuli etiam Patropaſſiani merito nuncupantur: quia ſi ipſe eſt Filius qui & Pater, crux Filii, Patris eſt paſſio: & quidquid in forma ſervi Filius Patri obediendo ſuſtinuit, totum in ſe Pater ipſe ſuſcepit. Quod catholicæ fidei ſine ambiguitate contrarium eſt, quæ Trinitatem unitatis ſic homouſion confitetur, ut Patrem & Filium & Spiritum ſanctum ſine confuſione indiviſos, ſine tempore ſempiternos, ſine differentia credat æquales: quia unitatem in Trinitate non eadem perſona, ſed eadem implet eſſentia.

II.

In ſecundo capitulo oſtenditur ineptum vanumque commentum, de proceſſionibus quarumdam virtutum ex Deo, quas habere cœperit, & quas eſſentia ſua ipſe præceſſerit: in quo Arianorũ quoque ſuffragantur errori, dicentium, quod Pater prior Filio ſit, quia fuerit aliquando ſine Filio, & tunc Pater eſſe cœperit, quando Filium genuerit. Sed ſicut illos catholica eccleſia deteſtatur, ita & iſtos, qui putant unquam Deo id, quod ejuſdem eſt eſſentiæ, defuiſſe. Quem ſicut mutabilem, ita & proficientem dicere nefas eſt. Quam enim mutatur quod minuitur, tam mutatur etiam quod augetur.

III.

Tertii vero capituli ſermo deſignat, quod iidem impii aſſerant, ideo unigenitum dici Filium Dei, quia ſolus ſit natus ex virgine. Quod utique non auderent dicere, niſi Pauli Samoſateni & Photini virus hauſiſſent, qui dixerunt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, antequam naſceretur ex virgine Maria, non fuiſſe. Si autem iſti aliud de ſuo ſenſu intelligi volunt, neque principium de matre dant Chriſto, aſſerant neceſſe eſt non unum eſſe Filium Dei, ſed ª alios quoque ex ſummo Patre ª progenitos, quorum hic unus ſit natus ex femina, & ob hoc appelletur Vnigenitus, quia hanc naſcendi conditionem alius filiorum Dei nemo ſuſceperit. ª Quaquaverſum igitur ſe contulerint, in magnæ tendunt impietatis abruptum, ſi Chriſtum dominum, vel ex matre volunt habere principium, vel Patris Dei unigenitum diffitentur: cum & de matre is natus ſit, qui erat Deus Verbum, & de Patre nemo ſit genitus præter Verbum.

ª alium progenitũ

ª Quocumque verſũ

IV.

Quarto autem capitulo continetur, quod natalem Chriſti, quem ſecundum ſuſceptionem veri hominis catholica eccleſia veneratur, quia *Verbum caro factum eſt & habitavit in nobis*, non vere iſti honorent, ſed honorare ſe ſimulent, jejunantes eodem die, ſicut & die dominico, qui eſt dies reſurrectionis Chriſti. Quod utique ideo faciunt, quia Chriſtum dominum in vera hominis natura natum eſſe non credunt, ſed per quamdam illuſionem oſtentata videri volunt, quæ vera non fuerint; ſequentes dogma Cerdonis atque Marcionis, & cognatis ſuis Manichæis per omnia ª concordantes. Qui ſicut in noſtro examine detecti atque convicti ſunt, dominicum diem, quem nobis ſalvatoris noſtri reſurrectio conſecravit, exigunt in mœrore jejunii; Solis (ut proditum eſt) reverentiæ hanc continentiam devoventes, ut per omnia ſint a noſtræ fidei unitate diſcordes, & dies qui a nobis in lætitia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Vnde dignum eſt, ut inimici crucis Chriſti & reſurrectionis, talem excipiant ſententiam, qualem elegerunt doctrinam.

Ioan. 1. Vide hujus S. Leonis ſerm. 2. in natali domini, cap. 5. & ſerm. 7. cap. 3. 4. 5. 6. Item de Epiphan. ſer. 4. in fine cap. 4.

ª conſonantes

V.

Quinto capitulo refertur, quod animam hominis divinæ aſſerant eſſe ſubſtantiæ, nec a natura creatoris ſui conditionis noſtræ diſtare naturam. Quam impietatem ex philoſophorum quorumdam & Manichæorum opinione manantem, catholica fides damnat: ſciens nullam tam ſublimem, tamque præcipuam eſſe facturam, cui Deus ipſe natura ſit. Quod enim de ipſo eſt, idem eſt quod ipſe. Nec id aliud eſt, quam Filius, & Spiritus ſanctus. Præter hanc autem ſummæ Trinitatis unam conſubſtantialem, & ſempiternam, atque incommutabilem deitatem, nihil omnium creaturarum eſt, quod non in exordio ſui ex nihilo creatum ſit. Non autem, quidquid inter creaturas eminet, Deus eſt, nec ſi quid magnum eſt, atque mirabile, hoc eſt quod ille *qui facit mirabilia magna ſolus.* Nemo hominum veritas, nemo ſapientia, nemo juſtitia eſt: ſed multi participes ſunt veritatis & ſapientiæ atque juſtitiæ. Solus autem Deus nullius participationis indigus eſt. De quo quidquid digne utcumque ſentitur, non qualitas eſt, ſed eſſentia. Incommutabili enim nihil accedit, nihil deperit: quia eſſe illi, quod eſt ſempiternum, ſemper eſt proprium. Vnde in ſe manens innovat omnia, & nihil accipit quod ipſe non dedit. Nimium igitur ſuperbi, nimiumque ſunt cæci, qui cum dicant humanam animam divinæ eſſe ſubſtantiæ, non intelligunt, nihil ſe aliud dicere, quam Deum eſſe mutabilem, & ipſum perpeti quidquid poteſt naturæ ª ejus inferri.

Pſal. 71. & 135.

ª vel animæ

VI.

Sexta annotatio indicat eos dicere, quod diabolus nunquam fuerit bonus, nec natura

ejus opificium Dei sit, sed eum ex chao & tenebris emersisse: quia scilicet nullum sui habeat auctorem, sed omnis mali ipse sit principium atque substantia: cum fides vera, quæ est catholica, omnium creaturarum, sive spiritualium, sive corporalium, bonam confiteatur substantiam, & mali nullam esse naturam: quia Deus qui universitatis est conditor, nihil non bonum fecit. Unde & diabolus bonus esset, si in eo, quod factus est, permaneret. Sed quia naturali excellentia male usus est, & in veritate non stetit, non in contrariam transiit substantiam, sed a summo bono, cui debuit adhærere, descivit: sicut ipsi, qui talia asserunt, a veris in falsa proruunt, & naturam in eo arguunt, in quo sponte delinquunt, ac pro sua voluntaria perversitate damnantur. Quod utique in ipsis malum erit, & ipsum malum non erit substantia, sed pœna substantiæ.

VII.

Septimo loco sequitur, quod nuptias damnant, & procreationem nascentium perhorrescunt: in quo (sicut pene in omnibus) cum Manichæorum profanitate concordant, ideo (sicut ipsorum mores probant) conjugalem copulam detestantes, quia non est illic libertas turpitudinis, ubi & pudor matrimonii servatur, & spes sobolis.

VIII.

Octavum ipsorum est, plasmationem humanorum corporum diaboli dicere esse figmentum, & semina conceptionum opera dæmonum in mulierum uteris figurari: propterea resurrectionem carnis non esse credendam, quia concreatio corporis non sit congruens animæ dignitati. Quæ falsitas sine dubio opus diaboli est, & talia prodigia opinionum figmenta sunt dæmonum, qui non in feminarum ventribus formant homines, sed in hæreticorum cordibus tales fabricantur errores. Quod immundissimum virus de Manichææ impietatis specialiter fonte procedens, olim fides catholica deprehendit atque damnavit.

IX.

Nona autem annotatio manifestat, quod filios promissionis, ex mulieribus quidem natos, sed ex Spiritu sancto dicant esse conceptos, ne illa soboles, quæ de carnis semine nascitur, ad Dei conditionem pertinere videatur. Quod catholicæ fidei repugnans atque contrarium est, quæ omnem hominem in corporis animæque * substantia a conditore universitatis formari atque animari intra materna viscera confitetur: manente quidem illo peccati mortalitatisque contagio, quod in prolem a primo parente transcurrit, sed regenerationis sacramento subveniente, quo per Spiritum sanctum promissionis filii renascuntur, non in utero carnis, sed in virtute baptismatis. Unde & David, qui utique erat promissionis filius, dicit ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me.* Et ad Ieremiam dominus ait: *Priusquam te formarem in utero, novi te*, &c.

* subsistentia

Psal. 118. Iob. 10. Ier. 1.

X.

Decimo autem ' capitulo referuntur asserere animas, quæ humanis corporibus inseruntur, fuisse in corpore, & in cælesti habitatione peccasse, atque ob hoc a sublimibus ad inferiora delapsas, in ' diversæ qualitatis principes incidisse, & per aerias ac sidereas potestates, alias duriores, alias mitiores corporibus esse inclusas, sorte diversa & conditione dissimili, ut quidquid in hac vita varie & inæqualiter provenit, ex præcedentibus causis videatur accidere. Quam impietatis fabulam ex multorum sibi erroribus texuerunt: sed omnes eos catholica fides a corpore suæ unitatis abscidit constanter prædicans atque veraciter, quod animæ hominum priusquam suis inspirarentur corporibus, non fuere, nec ab alio incorporentur nisi ab opifice Deo, qui & ipsarum est creator & corporum. Et quia per primi hominis prævaricationem tota humani generis propago vitiata sit, neminem posse a conditione veteris hominis liberari, nisi per sacramentum baptismatis Christi, in quo nulla est discretio renatorum, dicente apostolo: *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus, neque Græcus: non est servus, neque liber: non est masculus, neque femina; omnes enim unum estis in Christo Iesu.* Quid ergo hic agunt cursus siderum, quid figmenta fatorum? quid mundanarum rerum mobilis status, & inquieta diversitas? Ecce tot impares gratia Dei facit æquales, qui inter quoslibet vitæ hujus labores, si fideles permanent, miseri esse non possunt, apostolicum illud in omni tentatione dicentes: *Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est: quia propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus ut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus in eo, qui nos dilexit.* Et ideo ecclesia, quæ corpus est Christi, nihil de mundi inæqualitatibus metuit, quia nihil de bonis corporalibus concupiscit. Nec timet inani strepitu fatorum gravari, quæ patientia tribulationum novit augeri.

' titulo

' suæ

Galat. 3.

Rom. 8.

XI.

Undecima ipsorum blasphemia est, qua fatalibus stellis & animas hominum & corpora opinantur ' adstringi, per quam amentiam necesse est, ut homines paganorum erroribus implicati, & faventia sibi (ut putant) sidera colere, & adversantia studeant mitigare. Verum ista sectantibus nullus in ecclesia catholica locus est: quoniam qui se talibus persuasionibus dedit, a Christi corpore totus abscessit.

' obstringi

XII.

Duodecimum inter hæc illud est, quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt, & qualitates interiorum præsulum in patriarcharum nominibus statuunt, quibus e diverso signa siderea, quorum virtuti corpora subjiciantur, opponunt. Et in his omnibus inextricabili se errore præpediunt, non audientes dicentem apostolum: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis.* Et iterum: *Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & conjunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei.* Quid ergo opus est in cor admittere, quod lex non docuit, quod prophetia non cecinit, quod evangelii veritas, non

Coloss. 2.

Ibidem.

non prædicavit, quod apostolica doctrina non tradidit? Sed hæc 'operta sunt eorum mentibus, de quibus apostolus dicit: *Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt; sed ad sua desideria concervabunt sibi magistros, prurientes auribus: & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Nihil itaque *nobiscum 'commune habeant, qui talia audent vel docere, vel credere; & quibuslibet modis nituntur adstruere, quod substantia carnis ab spe resurrectionis aliena sit, atque ita omne sacramentum incarnationis Christi resolvunt: quia 'indignum fuit integrum hominem suscipi, 'si indignum erat integrum liberari.

'apta
1 Tim. 4.
*vobiscū 'communicabunt
'sicut dignū
'sic dignū

XIII.

Tertiodecimo loco positum est eosdem dicere, quod omne corpus scripturarum canonicarum sub patriarcharum nominibus accipiendum sit, quia illæ duodecim virtutes, quæ reformationem hominis interioris operantur, in horum vocabulis indicentur, sine qua scientia nullam animam posse assequi, ut in eam substantiam, de qua prodiit, reformetur. Sed hanc impiam vanitatem despectui habet Christiana sapientia, quæ novit veræ deitatis inviolabilem & inconvertibilem esse naturam: animam autem, sive in corpore viventem, sive a corpore separatam, multis passionibus subjacere. Quæ utique, si 'divinę esset essentiæ, nihil adversi posset incidere. Et ideo ineffabiliter aliud creator est, aliud creatura. Ille enim semper idem est, & nulla varietate mutatur; hæc autem mutabilis est, etiam non mutata, quia ut non mutetur, datum 'poterit habere, non proprium.

'de divina esset essentia
'donatum

XIV.

Sub quartodecimo vero capitulo, de statu corporis sentire dicuntur, quod sub potestate siderum atque signorum pro terrena qualitate teneantur, & ideo multa in sanctis libris, quæ ad exteriorem hominem pertineant, reperiri, ut in ipsis scripturis inter divinam terrenamque naturam quædam sibi repugnet adversitas, & aliud sit quod sibi vindicent animæ præsules, aliud quod corporis conditores. Quæ fabulæ ideo disseruntur, ut & anima divinæ affirmetur esse substantiæ, & caro credatur malæ esse naturæ; quoniam & ipsum mundum cum elementis suis non opus Dei boni, sed conditionem mali profitentur auctoris: atque ut hæc mendaciorum suorum sacrilegia bonis titulis colorarent, omnia pene divina eloquia sensuum nefandorum immissione violarunt.

XV.

De qua re quintidecimi capituli sermo conqueritur, & præsumptionem diabolicam merito detestatur, quia & nos istud veracium testium relatione comperimus, & multos corruptissimos eorum codices, qui canonici titulantur, invenimus. Quomodo enim decipere simplices possent, nisi venenata pocula quodam melle prælinirent, ne usquequaque sentirentur insuavia, quæ essent futura mortifera? Curandum ergo est, & sacerdotali diligentia maxime providendum, ut falsati codices, & a sincera veritate discordes, in nullo usu lectionis habeantur. Apocryphæ autem scripturæ, quæ sub nominibus apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non so-

A lum interdicendæ, sed etiam penitus auferendæ sunt, atque ignibus concremandæ. Quamvis enim sint in illis quædam, quę videantur speciem habere pietatis, nunquam tamen vacuæ sunt venenis, & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos, laqueis cujuscumque erroris involvant. Vnde si quis episcoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices in ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, hæreticum se noverit judicandum; quoniam qui alium ab errore non revocat, seipsum errare demon-
B strat.

XVI.

Postremo autem capitulo hoc prodidit justa querimonia, quod * Dicticinii tractatus, quos secundum Priscilliani dogma conscripsit, a multis cum veneratione legerentur; cum si aliquid memoriæ Dicticinii tribuendum putant, reparationem ejus magis debeant amare, quam lapsum. Non ergo Dicticinium, sed Priscillianum legunt, & illud probant, quod errans docuit, non quod correctus elegit. Sed nemo hoc impune præsumat, nec inter catholicos censeatur, quisquis utitur scripturis, non ab ec-
C clesia solummodo catholica, sed etiam a suo auctore damnatis. Non sit perversis liberum simulare quod fingunt, nec sub velamine nominis Christiani decretorum imperialium statuta declinent. Ideo enim ad ecclesiam catholicam cum tanta cordis diversitate conveniunt, ut & quos possunt, suos faciant, & legum severitatem, dum 'se nostros mentiuntur, effugiant. Faciunt hoc Priscillianistæ, faciunt hoc Manichæi, quorum cum istis tam fœderata sunt corda, ut solis nominibus discreti, sacrilegiis autem suis inveniantur uniti: quia etsi vetus testamentum, quod isti se suscipere simulant, Manichæi refutant, ad unum tamen
D finem utrorumque tendit intentio, cum quod isti 'recipiendo corrumpunt, illi abdicando impugnant. In execrabilibus autem mysteriis eorum, quæ quanto immundiora sunt, tanto diligentius occultantur, unum prorsus nefas est, una est obscœnitas, & similis turpitudo. Quam etsi eloqui erubescimus, solicitissimis tamen inquisitionibus indagatam, & Manichæorum, qui comprehensi sunt, confessionibus detectam, ad publicam fecimus pervenire notitiam; ne ullo modo possit dubium videri, quod in judicio nostro, cui non solum frequentissima præsentia sacerdotum, sed etiam illustrium virorum dignitas, & pars quæ-
E dam senatus ac plebis interfuit; ipsorum qui omne facinus perpetrarant, ore reseratum est, sicut ea, quæ ad dilectionem tuam nunc direximus, gesta demonstrant. Quod autem de Manichæorum fœdissimo scelere, hoc etiam de Priscillianistarum incestissima consuetudine olim compertum, multumque vulgatum est. Qui enim per omnia sunt impietate sensuum pares, non possunt in sacris suis esse dissimiles. Decursis 'itaque omnibus quæ libelli series comprehendit, & a quibus commonitorii forma non discrepat, sufficienter (ut opinor) ostendimus, quid de his, quæ ad nos fraternitas tua retulit, censeamus, & quam non sit ferendum, si tam profanis erroribus etiam quorumdam sacerdotum corda consentiunt, vel

*Dictinii ita c. Iust.
'sensus
'prædicādo
'discussis

vel (ut mitius dixerim) non resistunt. Qua A conscientia honorem sibi debitum vindicant, qui pro animabus sibi creditis non laborant? Bestiæ irruunt, & ovium septa non claudunt: fures insidiantur, & excubias non prætendunt: morbi crebrescunt, & remedia nulla prospiciunt. Cum autem etiam illud addunt, ut his, qui solicitius agunt consentire detrectent, & impietates olim toto orbe damnatas subscriptionibus suis se anathematizare dissimulent; quid de se intelligi volunt, nisi quod de numero fratrum non sunt, sed de parte hostium.

ʼferæ

XVII.

'Iam vero quod in

In eo vero ' quod extrema familiaris epistolæ tuæ parte posuisti, miror cujusquam catholici intelligentiam laborare, tamquam incertum sit, an descendente ad inferna Christo, caro ejus requieverit in sepulcro: quæ sicut vere & mortua & sepulta, ita vere est die tertio resuscitata. Hoc enim & ipse dominus denuntiaverat, dicens ad Iudæos: *Solvite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud.* Vbi euangelista subjungit: *Hos autem dicebat de templo corporis sui.* Cujus rei veritatem etiam David propheta prædixerat, loquens sub persona domini salvatoris, & dicens: *Insuper & caro* C *mea requiescet in spe: quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Quibus utique verbis manifestum est, quod caro domini, & vere sepulta requievit, & corruptionem non subiit: quia celeriter vivificata reditu animæ resurrexit. Quod non credere satis impium est, & ad Manichæi Priscillianique doctrinam pertinere non dubium est, qui sacrilego sensu ita se Christum simulant confiteri, ut incarnationis & mortis & resurrectionis auferant veritatem. Habeatur ' ergo inter vos episcopale concilium, & ad eum locum, qui omnibus oppor- D tunus sit, vicinarum provinciarum conveniant sacerdotes, ut secundum ea, quæ ad tua consulta respondimus, plenissimo disquiratur examine, an sint aliqui inter episcopos qui hujus hæreseos contagio polluantur, a communione sine dubio separandi, si nefandissimam sectam per omnium sensuum pravitates damnare noluerint. Nulla enim ratione tolerandum est, ut qui prædicandæ fidei suscepit officium, is contra euangelium Christi, contra apostolicam doctrinam, contra universalis ecclesiæ symbolum audeat disputare. Quales illic erunt discipuli, ubi tales docebunt magi- E stri: Quæ illic religio populi, quæ salus plebis, ubi contra humanam societatem ' pudoris scissi verecundia tollitur, conjugiorum fœdera auferuntur, propagatio generationis inhibetur, carnis natura damnatur, ' contra verum autem veri Dei cultum Trinitas deitatis negatur, personarum proprietas confunditur, ' anima hominis divina essentia prædicatur, & eadem ad diaboli arbitrium carne concluditur, Dei filius per id, quod ex virgine ortus, non per id, quo ex Patre natus est, Vnigenitus prædicatur, ' idemque nec vera Dei proles, nec verus ' Filius virginis asseritur, ut per falsam passionem, mortemque non veram mendax etiam resurrectio resumptæ de sepulcro carnis habeatur? Frustra autem ' utuntur catholico nomine, qui istis impietatibus non resistunt. Possunt hæc credere, qui possunt talia patien-

Ioan. 2.

Psal. 15.

'Habeantur ergo inter vos epistolæ & ad cōcilium in unum locum, qui

'pudoris sanctitas

'verus Dei cultus interdicitur,

'animabus humanis d.c.datur,

'id est

'partus

'nituntur

ter audire. Dedimus itaque literas ad fratres, & coepiscopos nostros Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque ' Gallæcos, eisque concilium synodi generalis indiximus. Ad tuæ dilectionis solicitudinem pertinebit, ut nostræ ordinationis auctoritas ad prædictarum provinciarum episcopos deferatur. Si autem ' aliquid (quod absit) obstiterit, quo minus possit celebrari generale concilium ' Gallæciæ, saltem in unum conveniant sacerdotes, quibus ' congregatis fratres nostri Hydacius " & Ceponius imminebunt conjuncta cum eis instantia tua, quo citius vel provinciali conven- B tu remedium tantis vulneribus afferatur. Data XII. Kalendas Augusti, Alypio & Ardabure viris clarissimis consulibus."

'Gallicos f. Gallicios

'aliqui obstiterint

'Galliciæ saltem *absque virgula mss. iust. atque ita sensus postulat.*

'Idatius

' congregandis

" A. Ch. 447.

EPISTOLA XCIV. LEONIS PAPÆ I.

AD EPISCOPOS GALLIÆ.

Mittit exemplar sententiæ, quæ in synodo Calchedonensi a vicariis papæ prolata fuerat contra Dioscorum.

Dilectissimis fratribus Rustico, Ravennio, Venerio, & ceteris episcopis per Gallias constitutis Leo.

IMPLETIS per misericordiam Dei communibus votis, dignum est fraternitatem vestram sanctorum gaudiorum habere consortium. Nam fratres mei, qui vice mea orientali synodo præsederunt, quæ acta retulerint significo, confirmata catholica fide, & glorificato apostolicæ prædicationis triumpho: quod etiam hi, qui ad deviandum, vel seducti fuerant, vel impulsi, recepta veritatis luce lætantur. Siquidem omnes domini sacerdotes in unam sententiam, sancto Spiritu docente, consensere: & de sacramento dominicæ incarnationis, in qua multorum intelligentia caligabat, ita tenebræ erroris ablatæ sunt, ut in uno domino nostro, vero & Dei & hominis Filio, nec de humanitatis ambigatur natura, nec de deitatis essentia. In impios autem nefandi erroris auctores, qui indignos se Dei gratia judicantes, correctionis uti remediis noluerunt, qualis sit lata sententia, exemplaria quæ misimus edocebunt: ut agnoscat vestra dilectio, fratres carissimi, in sancto examine divinum non defuisse judicium, quo & vindicta retributa est obduratis, & pax impensa correctis. Dominus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

EXEMPLAR SENTENTIÆ.

" Pascasinus episcopus Lilybetanus, Lucensis episcopus Asculanus, & Bonifacius presbyter ecclesiæ maximæ urbis Romæ, vicarii sanctissimi ac beatissimi papæ Leonis apostolicæ sedis antistitis, pronuntiaverunt. Manifesta sunt quæ Dioscorus Alexandrinæ urbis antistes contra canonum disciplinam, regulasque ecclesiasticas, illicita præsumptione commisit, sicut præterita gestorum, seu præsens declaravit assertio. Is namque, ut plura relinquamus, Eutychem consortem perfidiæ suæ, a proprio episcopo sanctæ recordationis Flaviano jure damnatum, in gratiam communionis, antequam cum his qui congregati fuerant in Ephe-

"Vide Tomi IV. pag. 424. D

sina

ſina urbe epiſcopis reſideret, ſuſcepiſſe cognoſcitur. Sed illis quidem ſedes apoſtolica veniam tribuit, quia contra votum geſſiſſe quæ patrata ſunt approbantur: ita ut nunc uſque adhæreant & beatiſſimo papæ, & univerſali ſanctoque concilio: qua de re ſacroſanctæ communionis conſecuti ſunt medicinam. Prædictus vero, qui malorum perſeverantia ornari ſe æſtimat, cum debeat ſummiſſa fronte uſque ad terram cum gemitu, ut convenit, inclinari, quoniam nec beatiſſimi papæ epiſtolam legi permiſit ad venerandæ memoriæ Flavianũ Chriſti antiſtitem ſcriptã: quippe cum ab his qui detulerant petitus ut legi ſineret, ſacramenti ſatisfactione quod promiſerat implere contempſit: quatenus pravi dogmatis augeretur impietas, & occaſio læſionis, vel ſcandali cunctis generaretur eccleſiis. Patratis tamen his, voluimus his ſceleribus indulgere, & veniam, quam ceteris epiſcopis præſtitimus, dignanter impendere, cum nec ſimilem judicandi reperiatur habuiſſe fiduciam, * adjecit etiam accuſatorum ſupplicatio variis referta criminibus, & tertio evocatus per reverentiſſimos fratres & coepiſcopos noſtros admonitione canonica, venire contempſit conſcientiæ detentus arcano. Epiſcopos etiam a provinciali ſynodo, cui ſubdebantur, jure damnatos iniqua uſurpatione ſuſcipiens, ipſe contra ſe damnationis ſententiam provocavit, veterum patrum ſæpius ſtatuta conculcans. Vnde ſanctus ac beatiſſimus papa caput univerſalis eccleſiæ Leo, per nos vicarios ſuos, ſancta ſynodo conſentiente, Petri apoſtoli præditus dignitate, qui eccleſiæ fundamen, & petra fidei, cæleſtis regni janitor nuncupatur, epiſcopali eum dignitate nudavit, & ab omni ſacerdotali opere fecit extorrem. Supereſt uti congregata venerabilis ſynodus canonicam contra prædictum Dioſcorum proferat juſtitia ſuadente ſententiam.

Nota Iacobi Sirmondi S. I.

1 *Exemplar ſententia.*] Depromptum eſt ex codice Corbeienſi, & ex Pithœano, in quibus præcedenti Leonis epiſtolæ ſubjiciebantur. Extat autem, ſed aliis verbis, in actione tertia concilii Calchedonenſis. *Vide pag. 424. tomi ſequentis.*

EPISTOLA XCV. LEONIS PAPÆ I.

Ad episcopos Galliæ et Hispaniæ.

De ſolennitate paſchali anni CCCCLV.

Dilectiſſimis fratribus univerſis epiſcopis catholicis per Gallias & Hiſpanias conſtitutis Leo.

CVM in omnibus divinorum præceptorum regulis exequendis ſacerdotalem obſervantiam oporteat eſſe concordem, maxime nobis & principaliter providendum eſt, ne in paſchalis feſti die, vel ignorantia, vel præſumptio, peccatum diverſitatis incurrat. Vnde quia tempus ſacratiſſimæ ſolennitatis ita diſpoſitos habet limites ſuos, ut ſalutare ſacramentum nunc citius, nunc tardius oporteat celebrari; non deſinit apoſtolicæ ſedis ſolicitudo proſpicere, ne devotio eccleſiaſtica aliquo turbetur incerto. Cum autem in quibuſdam adſcriptionibus patrum, futurum proxime paſcha domini, ab aliis in diem XV. Kalendas Maias, ab aliis in diem VIII. Kalendas eaſdem inveniretur adſcriptum, tantum me diverſitas iſta permovit, ut clementiſſimo principi Marciano curam de hac re animi mei panderem; ut præcipiente ipſo, ab his qui habent hujus ſupputationis peritiam, diligentius illic diſcuſſa ratione quæreretur, quo die poſſit veneranda ſolennitas rectius celebrari. Quo reſcribente, VIII. Kalendas Maias definitus eſt dies. Quã ergo ſtudio unitatis & pacis malui orientalium definitioni acquieſcere, quam in tantæ feſtivitatis obſervantia diſſidere; noverit fraternitas veſtra die VIII. Kalendas Maias ab omnibus reſurrectionem dominicam celebrandam: & hoc ipſum per vos aliis fratribus eſſe intimandum, ut divinæ pacis conſortio, ſicut una fide jungimur, ita una ſolennitate feriemur. Deus vos incolumes cuſtodiat, fratres cariſſimi. Data poſt [a] conſulatum Opilionis V. Kalendas Auguſtas.

[a] An. Chr. 454.

Paſcha Valentiniano [b] III. *& Anthemio conſulibus* VIII. *Kalendas Maias.*

[b] Octies legerdum: de quo plura Proſper Aq. in chronico ad an. Chriſti 455. ſupra pag. 1353 E.

Observatio Philippi Labbe S. I.

*** Obſervat R. P. Sirmondus ſeqq. epiſtolam eſſe Leonis Bituricenſis epiſcopi, qui unacum Victurio Cenomanenſi & Euſtochio Turonenſi epiſcopis eam ſcripſit ad epiſc. & preſb. provincię, non Thraciæ, ut perperam legitur, ſed Tertiæ Lugd. quo nomine Turonica provincia deſignatur. *Hæc regius collector ad oram annotavit. Verum ſatius fuerat ipſam Sirmondi notam adſcribere (quam nos quoque epiſtolæ ſubjiciemus) & ſin minus integram ſaltem ipſius exordium a vulgato penitus diverſum præmittere. Eſt autem ejuſmodi:* Tantam ſæculi poteſtates circa ſacerdotalem ordinem reverentiam prævalere voluerunt; ut etiam ii quos ſub imperiali nomine terris divina potentia præeſſe præcepit, jus diſtringendorum negotiorum, &c.

EPISTOLA XCVI. LEONIS PAPÆ I.

Ad episcopos et presbyteros intra [a] Thraciam provinciam conſtitutos.

[a] Tertiam

Declarat excommunicatos clericos illos, qui prætermiſſo eccleſiaſtico judicio ſæcularem adierint poteſtatem.

Dominis fratribus merito beatiſſimis, in Chriſto venerabilibus, * *Samartioni* * *Charatoni, Deſiderio epiſcopis, & presbyteris omnium eccleſiarum, quæ ſunt intra provinciam* [b] *Thraciam conſtitutæ, Leo,* * *Victorius,* * *Euſtachius epiſcopi.*

* *Sarmationi* * *Chariatoni.* [b] Tertiam * *Victurius,* * *Euſtochius*

TANTA ſæculi poteſtates circa ſacerdotalem hominem reverentia prævaluere, etiam hi quos ſub imperiali nomine terris divina potentia præeſſe præcepit, ut jus [c] diſtinguendorum negotiorum epiſcopis ſanctis juxta divalia conſtituta permiſerint. Quod cum & juris antiqui formulis & [d] illibatis frequentius ſit legibus confirmatum, præſenti tamen tempore a pleriſque invenimus fuiſſe calcatum. Nam prætermiſſo ſacerdotali judicio, paſſim ad examen ſæculare tranſiere. [e] Quocirca nobis viſum eſt, ut hanc & ſacræ legis, & noſtri ordinis contumeliam, & ad præſens ulciſceretur plena diſtrictio, & obſervandam formulam conſtitueret in futurum. [f] Cenſemus itaque, ut quicumque, prætermiſſo ſacerdote eccleſiæ ſuæ, ad diſceptationem venerit ſæcularium, ſacris liminibus expulſus, a cæleſti arceatur altario: neque ullus poſt hanc definitionem, quæ communi ſedit arbitrio, quidquam ſibi ultra

[c] diſtringendorum [d] inlatis [e] Idcirco [f] cenſuimus

ultra præscriptum vindicare nitatur. Ita fiet, A ut hi qui ante erravere, congrua emendatione se corrigant, &' qui sub observatione clericali cælesti probatur servire officio, ex clero abjiciendum, ' si prætermisso sacerdotum judicio, sæcularem adjerit potestatem. Quod ideo singulos universosque volumus agnoscere, ut quod pleno justitiæ & juris ordine constitutum est, effectum totius firmitatis in omnibus clericorum negotiis sortiatur, Sane si 'clericus laicum pulset, prius se audiri ab ' episcopis poscat: tum si petitioni suæ laicum viderit obviare, ex permissu episcopi sui, in sæculi moderatoris disceptatione confligat. Leo episcopus' scribit. Victorius ' episcopus scribit. Eustachius ' episcopus scribit.

'quisquis 'si novit 'clerum laicum 'episcopo 'subscripsi 'Victurius 'Eustochius

"** NOTA IACOBI SIRMONDI, S.I.

Leonis nomen plerosque omnes hactenus induxit, ut hanc epistolam Leoni papæ adscriberent, atque inter ejus epistolas collocarent numero XCVI. cum revera sit Leonis Bituricensis episcopi, qui una cum Victurio Cenomanensi & Eustochio Turonensi, eam scribit ad episcopos & presbyteros provinciæ, non Thraciæ, ut inter Leonis epistolas vulgatum est, sed tertiæ, quo nomine Turonica provincia designatur, quæ est Tertia Lugdunensis.

EPISTOLA XCVII. LEONIS PAPÆ I. AD LEONEM AVGVSTVM.

I. *De blasphemiis Nestorii & Eutychetis, eorumque digno anathemate.*

II. *Quod in una domini Iesu persona gemina sit deitatis & humanitatis asserenda natura.*

III. *De capitulis fidei ex sanctorum patrum libris collectis.*

Leo Romæ & universalis catholicæque ecclesiæ episcopus, Leoni semper Augusto salutem.

PROMISISSE me memini, venerabilis imperator, in causa fidei, de qua clementiam tuam novi pie esse solicitam, pleniorem humilitatis meæ dirigendum esse sermonem: quem nunc (auxiliante domino) fideli occasione persoluo, ut sancto pietatis tuæ studio utilis (quantum arbitror) deesse non possit instructio. Quamvis enim sciam clementiam tuam humanis' instructionibus non egere, & sincerissimam de abundantia Spiritus sancti hausisse doctrinam; officii tamen mei est, & patefacere quod intellgis, & prædicare quod credis: ut ignis ille, quem dominus veniens misit in terram, motu crebrę meditationis agitatus, sic ' concalescat, ut ferveat; & sic inflammetur, ut luceat.

'institutionibus

Luc. 12.

'convalescat

I.

Magnas enim caligines ' Eutychiana hæresis orientis partibus inferre molita est: & ab illa luce, *qua (sicut euangelium loquitur) lucet in tenebris. & tenebræ eam non comprehenderunt*, E imperitorum oculos tentavit avertere. Cumque ipsa in suam reciderit cæcitatem, nunc in discipulis recrudescit, quod in auctore defecit. Non longo namque temporis intervallo catholica fides, quæ est singularis & vera, cuique nihil addi, nihilve minui potest, a duobus est hostibus appetita: quorum prior Nestorius, Eutyches secundus emersit, qui ecclesiæ Dei duas hæreses sibimet contrarias inferre voluerunt, ut uterque a prædicatoribus veritatis merito damnaretur, quia insanum nimis & sacrilegum fuit, quod varia falsitate

'magna caligine se inferre

Ioan. 1.

ambo senserunt. Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo credidit genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis: nec unum Christum in verbo Dei & carne sentiret, sed separatim atque sejunctim alterum Filium Dei, alterum hominis prædicaret: cum manente illa incommutabili verbi essentia, quæ ei cum Patre & Spiritu sancto intemporalis atque coæterna est, ita intra virginea viscera verbum caro sit factum, ut per id quod ineffabile est sacramentum, uno conceptu, unoque partu, secundum veritatem utriusque naturæ, ea virgo & ancilla domini esset & mater. Quod etiam Elizabeth (sicut Lucas euangelista declarat) intel- B lexit, & dixit: *Vnde hoc mihi, ut veniat mater domini mei ad me?* Eutyches quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum hæreticorum volutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit; ut negata humanæ carnis atque animæ veritate, totum dominum nostrum Iesum Christum unius asseret esse naturæ, tamquam verbi deitas ipsa se in carnem animamque converterit, & concipi ac nasci, nutriri & crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in cælum, & in Patris dextera, unde ad judicandos vivos & mortuos veniet, cōsidere, divinæ tantum essentiæ fuerit, quæ nihil horum in se sine carnis re- C cipit veritate, quoniam natura unigeniti natura est Patris, natura est & Spiritus sancti: simulque impassibilis, simul est incommutabilis, sempiternæ Trinitatis indivisa unitas, & consubstantialis æqualitas. Vnde si ab Apollinaris perversitate Eutychianus quisque descíscit, ne convincatur deitatem passibilem sentire atque mortalem, & tamen verbi incarnati, id est, verbi & carnis unam audet pronuntiare naturam, manifeste in Valentini & Manichæi transit insaniam, & mediatorem Dei & hominum hominem Iesum Christum simulatorie credit omnia egisse, nec humanum in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium. Quæ impietatis mendacia D quoniam olim fides catholica detestatur, & aliarum assertionum sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum patrum dudum sunt damnata sententiis, non dubium est eam nos fidem prædicare atque defendere, quam sancta synodus Nicæna confirmavit, dicens: Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem: & in unum dominum Iesum Christum Filium Dei, natum de Patre unigenitum, hoc est, de substantia Patris, Deum de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, unius substantiæ cum Patre, (quod Græci dicunt homousion) per quem omnia facta sunt, sive quæ in cælo, sive quæ in terra: Qui propter nos, & propter nostram salutem descendit de cælis: & incarnatus est, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die. Ascendit ad cælos, inde venturus judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. In qua professione hoc evidentissime continetur, quod etiam nos de domini incarnatione confitemur & credimus, qui ad salutem humani generis reformandam veram carnem nostræ fragilitatis, non de cælo secum detulit, sed in utero virginis matris assumsit.

Luc. 1.

Nicænæ synodi symbolum.

II. Qui-

II.

Quicumque ergo sunt ita obcæcati, & a lumine veritatis alieni, ut Verbo Dei a tempore incarnationis humanæ carnis denegent veritatem; ostendant in quo sibi Christianum nomen usurpent, & cum euangelio veritatis qua ratione concordent, si per beatæ virginis partum, aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest (euangelista dicente) quod *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*: ita negari non potest (beato Paulo apostolo prædicante) quod *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi*. Quæ autem reconciliatio esse posset, qua humano B generi propitiaretur Deus, nisi omnium causam mediator Dei hominumque susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma Dei æqualis est Patri, in forma servi particeps esset & nostri: ut mortis vinculum, unius prævaricatione contractum, unius morte (qui solus morti nihil debuit) solveretur: effusio enim pro injustis sanguinis justi Christi, tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad precium, ut si universitas captivorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vincula retinerent, quoniam sicut apostolus ait: *Vbi abundavit peccatum, superabundavit & gratia*. Et cum sub peccati præjudicio nati potestatem acceperint ad justitiam renascen- C di, validius factum est donum libertatis, quam debitum servitutis. Quam itaque sibi in hujus sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, dicant quo sanguine sint redempti. *Quis est* (ut ait apostolus) *qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis?* Aut quod unquam sacrificium sacratius fuit, quam quod verus & æternus pontifex altari crucis, per immolationem suæ carnis, imposuit? Quamvis enim multorum sanctorum in conspectu domini preciosa mors fuerit, nullius tamen insontis occisio redemptio fuit D mundi. Acceperunt justi, non dederunt coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona justitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit, cum inter filios hominum unus solus dominus noster Iesus Christus, qui vere erat agnus immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati. De quibus ipse dicebat: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum*. Fides etenim vera justificans impios, & creans justos, ad humanitatis suæ tracta participem, in illo acquirit salutem, in quo solo ho- E mo se invenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostræ humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit. Licet ergo in uno domino Iesu Christo, vero Dei atque hominis filio, Verbi & carnis una persona sit, quæ inseparabiliter atque indivise communes habeat actiones; intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates, & sinceræ fidei contemplatione cernendum est, ad quæ provehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo divinitatis. Quid sit quod caro sine Verbo non agit, & quid sit quod Verbum

Ioan. 1. — 2. Cor. 5. — Rom. 5. — Ephes. 5. — Psal. 115. — Ioan. 12. — Luc. 1. & 2.

A sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet virgo nec pareret, & sine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret. Sine Verbi potentia non adorarent magi puerum, stella indice declaratum: & sine veritate carnis non juberetur in Ægyptum transferri puer, & ab Herodis persecutione subduci. Sine Verbi potentia non diceret vox Patris missa de cælo: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite*: & sine veritate carnis non protestaretur Ioannes: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debilium, & vivificatio mortuorum: & sine veritate carnis, nec cibus jejuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo, sine Verbi potentia non se dominus Patri profiteretur æqualem: & sine veritate carnis non idem diceret Patrem se esse majorem: cum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat, quæ secundum confessionem beati apostoli Petri, unum Christum Dei vivi filium, & hominem credit, & Verbum. Quamvis itaque ab illo initio, quo in utero virginis Verbum caro factum est, nihil unquam inter utramque formam divisionis extiterit, & per omnia incrementa corporea unius personæ fuerint totius temporis actiones, ea ipsa tamen, quæ inseparabiliter facta sunt, nulla commixtione confundimus, sed quid cujus formæ sit ex operum qualitate sentimus. Nec divina enim humanis præjudicant, nec humana divinis: cum ita in idipsum utraque concurrant, ut in eis nec proprietas absumatur, nec persona geminetur. Dicant ergo isti hypocritæ, qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno dominus majestatis Christus affixus sit? quid jacuerit in sepulcro? & revoluto monumenti lapide, quæ tertio die caro resurrexerit? & in qua post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat, & hæsitationem cunctantium confutabat, cum diceret: *Palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere?* Et apostolo Thomæ: *Infer manum tuam in latus meum, & vide manus meas & pedes, & noli esse incredulus, sed fidelis?* Qua utique manifestatione corporis sui jam hæreticorum mendacia destruebat: ut universa ecclesia, Christi imbuenda doctrinis, hoc sibi non dubitaret credendum, quod apostoli susceperant prædicandum. At si in tanta luce veritatis tenebras suas hæretica obduratio non relinquit, ostendant, unde sibi spem vitæ polliceantur æternæ, ad quam nisi per mediatorem Dei & hominum hominem Iesum Christum non potest perveniri. Sicut enim ait beatus Petrus apostolus: *Non est aliud nomen datum hominibus sub cælo, in quo oporteat nos salvos fieri*; nec est redemptio captivitatis humanæ, nisi in sanguine ejus, *qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. Et qui* (sicut prædicat B. apostolus Paulus) *cum in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formã servi accipiens, in similitudinem hominũ factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomẽ, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiũ, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur*, quia

Matth. 2. — Ibidem. — Matth. 3. — Ioan. 1. — Ioan. 11. — Ioan. 14. — Matth. 16. — Ioan. 19. — Ibidem. — Matth. 29. — Luc. 24. — Luc. ult. — Ioan. 20. — Act. 4. — 1. Tim. 2. — Philip. 2.

dominus

dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Cum ergo unus sit dominus Iesus Christus, & veræ deitatis veræque humanitatis in ipso una prorsus eademque persona sit, exaltationem tamen, *qua illum* (sicut Doctor gentium dicit) *exaltavit Deus, & donavit illi nomen, quod super omne nomen excellit*, ad eam intelligimus pertinere formam, quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei æqualis erat Filius Patri, & inter genitorem atque unigenitum nulla in essentia erat discretio, nulla in majestate diversitas, nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat Verbo, quod ei Patris munere redderetur. Forma autem servi, per quam impassibilis deitas sacramentum magnæ pietatis implevit, humana humilitas est, quæ in gloriam divinæ potestatis evecta est in tantam unitatem, ab ipso conceptu virginis deitate & humanitate conserta, ut nec sine homine divina, nec sine Deo agerentur humana. Propter quod sicut dominus majestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est Deo, dicitur exaltatus: quia inseparabiliter (manente unitate personæ) unus atque idem est, & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei Filius propter unam cum Patre deitatem. Quidquid enim in tempore accepit Christus secundum hominem accepit, cui, quæ non habuit, conferrentur. Nam secundum potentiam deitatis indifferenter omnia, quæ habet Pater, etiam filius habet: & quæ in forma servi a Patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donavit. Secundum formam enim Dei, *ipse & Pater unum sunt*: secundum formam autem servi, *non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem ejus, qui misit eum*: Secundum formam Dei, *sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso*: secundum formam servi: *Tristis est anima ejus usque ad mortem.* Et idem ipse est, sicut ait apostolus, *& dives, & pauper. Dives*, qui euangelista dicente, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Pauper* vero, quia propter nos *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Quæ autem est ejus exinanitio, ' quæve paupertas, nisi formæ servilis acceptio? per quam Verbi majestate velata, dispensatio humanæ redemptionis impleta est. Nam quia captivitatis nostræ resolvi originalia vincula non poterant, nisi existeret homo nostri generis nostræque naturæ, quem peccati præjudicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo chirographum lethale dilueret, sicut ab initio erat divinitus præordinatum: ita est in plenitudine præfiniti temporis factum, ut multis modis significata promissio, in diu expectatum veniret effectum, nec posset esse ambiguum, quod continuis testificationibus semper fuerat nuntiatum. In magno autem sacrilegio se versari, hæreticorum manifestat impietas, cum sub specie deitatis honorandæ, humanæ carnis in Christo denegant veritatem, & religiose existimant credi, si dicatur in salvatore nostro, verum non esse, quod salvat, cum ita secundum promissionem omnia sæcula percurrentem, mundus sit Deo reconciliatus in Christo, ut nisi Verbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro salvari. Omne enim sacramentum fidei Christianæ, magno (ut hære-

Ibidem. — Ioan. 10. — Ioan. 6. — Ioan. 5. — Matth. 26. — 2. Cor. 8. — Ioan. 1. — Ibidem. — ' quæ vera — Coloss. 2. — 2. Cor. 5.

A tici volunt) decoloratur obscuro, silux veritatis sub mendacio putatur latuisse phantasmatis. Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet Christianus de nostri in Christo corporis veritate: quia omnes apostoli apostolorumque discipuli, & præclari ecclesiarum quique doctores, qui ad martyrii coronam, vel ad confessionis meruere gloriam pervenire, in hujus fidei lumine splenduere, consonis ubique sententiis intonantes, quod in domino Iesu Christo deitatis & carnis una sit confitenda persona. Qua autem rationis similitudine, qua divinorum voluminum portione, hæretica impietas se existimat adjuvari, quæ veritatem negat corporis Christi: cum hanc non lex testificari, non
B prophetia præcinere, non euangelia docere, non ipse destiterit Christus ostendere? Quærant per omnem seriem scripturarum, quo tenebras suas fugiant, non quo verum lumen obscurent: & per omnia sæcula ita veritatem invenient coruscantem, ut magnum hoc & mirabile sacramentum, ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo cum sanctarum literarum nulla pars sileat, sufficit quædam consona veritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei splendidissima latitudine dirigatur, & sincera intelligentiæ
C luce perspiciat: quod in Filio Dei, qui se incessabiliter filium hominis & hominem profitetur, non sit Christianis erubescendum, sed constantissime gloriandum. Vt autem pietas tua cum venerabilium patrum prædicationibus nos concordare cognoscat: aliquantas eorum sententias huic credidi subjiciendas esse sermoni. Quibus si digneris attendere recensitis, non aliud nos prædicare reperies, quam quod sancti patres nostri toto orbe docuerunt: nec quemquam ab illis, nisi solos impios hæreticos, discrepare. His igitur, gloriosissime &
D venerabilis imperator, quanta potui brevitate perstrictis, cum inspirata tibi divinitus fide etiam nostram prædicationem unitam esse cognosce, nec in aliquo nos ab euangelica apostolicaque doctrina, vel a catholicæ professionis symbolo discrepare: quoniam sicut docet B. apostolus Paulus, *magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.* Quid igitur tuæ utilius saluti, quid tuæ congruentius potestati, quam ut paci ecclesiarum domini tua constitutione prospicias, & in omnibus tibi subditis Dei dona defendas, neque ulla ratione patiaris per invidiam diaboli mi-
E nistros ipsius in cujusquam sævire perniciem, ut qui in hoc sæculo temporali emines regno, in æternum merearis regnare cum Christo?

" III.

Sancti Hilarii Pictaviensis episcopi & confessoris, in libro secundo inter cetera: Vnum igitur hoc est immobile fundamentum, una hæc felix fidei petra, Petri ore confessa: *Tu es* (inquit) *Christus filius Dei vivi*, tanta in se argumenta sustinens veritatis, quantæ perversitatum quæstiones & infidelitatis calumniæ movebuntur. Iam in ceteris dispensatio voluntatis paternæ est. Virgo, partus, & corpus, post quæ crux, mors, inferi, salus nostra est. Humani enim generis causa, Dei filius natus ex virgine est, & Spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, & sua, Dei videlicet inumbrante virtute, corporis sibi initia

I. Tim. 3. — " in vv. cc. legitur iste titulus: Sequuntur deinde testimonia excerpta pro re supra scripta de libris catholicorum patrum, a Leone papa collecta, & Leoni imperatori directa. — Matth. 16.

initia consevit : & exordia carnis instituit, ut homo factus ex virgine, naturam in se carnis acciperet, perque hujus admixtionis societatem sanctificatum in eo universi generis humani corpus existeret: ut quemadmodum omnes in se, per id, quod corporeum se esse voluit, conderentur, ita rursum in omnes ipse, per id, quod ejus est invisibile, referretur. Dei igitur imago invisibilis pudorem humani exordii non recusavit, & per conceptionem, partum, vagitum, & cunas, omnes naturæ nostræ contumelias transcurrit. Quid tandem dignum a nobis tantæ dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis a Deo originis unus unigenitus Deus, in corpusculi humani formam sanctæ virginis utero insertus, accrescit. Qui omnia continet, & intra quem, & per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur: & ad cujus vocem archangeli atque angeli tremunt, cælum & terra & omnia hujus mundi resolventur elementa, vagitu infantiæ auditur. Qui invisibilis & incomprehensibilis est, non visu, sensu, tactuque moderandus, cunis est obvolutus. Hæc si quis indigna Deo recolit, tanto se majoris beneficii obnoxium confitebitur, quanto minus hæc Dei convenerint majestati. Non ille eguit homo effici, per quem homo factus est: sed nos eguimus, ut Deus caro fieret, & habitaret in nobis, id est, assumptione carnis unius membra universæ carnis incoleret. (*Ioan. 1.*) Humilitas ejus nostra nobilitas est: contumelia ejus noster honor est. Quod ille est Deus in carne consistens, hoc nos vicissim in Deum ex carne renovati. *Item ejusdem in libro nono inter cetera*: Nescit plane, vitam suam nescit qui Christum Iesum ut verum Deum, ita & verum hominem ignorat. Et ejusdem periculi res est, Christum Iesum, vel Spiritum Deum, vel carnem nostri corporis denegare. (*Matth. 10.*) *Omnis ergo*, inquit, *qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis.* Hæc Verbum caro factum loquebatur, & homo Iesus Christus dominus majestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem ecclesiæ constitutus, & illo inter Deum & homines mediatoris sacramento utrumque unus existens, dum ipse ex unitis in idipsum naturis, naturæ utriusque res eadem est: ita tamen ut neutro careret in utroque, ne forte Deus esse homo nascendo desineret, & homo rursus Deus manendo non esset. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera est, Deum & hominem prædicare, Verbum & carnem confiteri: neque Deum nescire quod homo sit, neque carnem ignorare quod Verbum sit. *Item ejusdem in eodem libro inter cetera*: Natus igitur unigenitus Deus ex virgine homo, & secundum plenitudinem temporum in semetipso provecturus in Deum hominem, hunc per omnia euangelici sermonis modum tenuit, ut se Filium Dei credi doceret, & hominis filium ' prædicari admoneret, * loquens & gerens homo universa quæ Dei sunt, loquens deinde & gerens Deus universa quæ hominis sunt: ita tamen ut in ipso illo utriusque generis sermone, nunquam nisi cum significatione & hominis locutus & Dei sit. *Item alio loco in eodem libro inter cetera*: Hinc itaque fallendi simplices atque ignorantes hæreticis occasio est, ut quæ ab eo secundum ho-

(' prædicaret, & * locutus)

A minem dicta sunt, dicta esse secundum naturæ divinæ infirmitatem mentiantur: & quia unus atque idem est loquens omnia quæ loquitur, de semetipso omnia eum locutum esse contendant. Nec sane negamus totum illum, qui ejus manet, naturæ suæ esse sermonem. Sed si Iesus Christus & homo & Deus est, & neque cum homo, tum primum Deus, neque cum homo, tum non etiam & Deus, neque post hominem in Deo non totus homo, totus Deus, unum atque idem necesse est dictorum ejus sacramentum esse, quod generis. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem a Deo, Dei

B tum atque hominis discerne sermonem. Et cum Deum atque hominem in tempore confiteberis, Dei atque hominis in tempore dicta dijudica. Cum vero ex homine & Deo rursum totius hominis, totius jam Dei tempus intelligis. Si quid aliud ad demonstrationem ejus temporis dictum est, tempori coaptato, quæ dicta sunt, ut cum aliud sit ante hominem Deus, aliud sit homo & Deus, aliud sit post hominem & Deum totus homo, & totus Deus; non confundas temporibus & generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum ac naturarum alium ei in sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium jam æter-

C no. Nostri igitur causa hęc omnia Iesus Christus manens, & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturæ nostræ locutus est, non tamen omittens naturæ suæ esse, quod Deus est. Nam tametsi in partu & passione & morte naturæ nostræ rem peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturæ suæ gessit: & reliqua. *Item alio loco in eodem libro inter cetera.* Videsne ita Deum & hominem prædicari, ut mors homini, Deo vero carnis excitatio deputetur? Non tamen ut alius sit, qui mortuus est, & alius sit, per quem mortuus resurgit. Spoliata enim caro, Christus est mortuus, & rursum Christum a mortuis excitans, idem

D Christus est, carne se expolians. Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce. Et cum sint utraque suis gesta naturis, unum tamen Christum Iesum eum memento esse, qui utrumque est. *Item post pauca*: Hæc igitur demonstranda a me paucis fuerunt, ut utriusque naturæ formam tractari in domino Iesu Christo meminissemus, quia qui in forma Dei manens, formam servi accepit, ipse divinitatem nequaquam amisit.

IV.

Sancti Athanasii Alexandrinæ ecclesiæ episcopi & confessoris ad Epictetum Corinthiorum episco-

E *pum*: Quomodo autem vel dubitare ausi sunt, qui dicuntur Christiani, si dominus, qui ex Maria virgine processit, * filius quidem substantia & natura Dei est, id vero, quod est secundum carnem, ex semine David est ' & carne sanctæ Mariæ?

(*Deus quidem ex ' ex)

V.

Sancti Ambrosii episcopi & confessoris Mediolanensis ecclesiæ, quod misit ad imperatorē Gratianum in libro secūdo de fide inter cetera: Vnde illud quod lectum est, dominū majestatis crucifixū esse, non quasi in majestate sua crucifixum putemus: sed quia idem Deus, idē homo, per divinitatē Deus, per susceptionē carnis homo, Christus Iesus dominus majestatis dicitur crucifixus, quia consors utriusque

utriusque naturæ; id est, humanæ atque divinæ, in natura hominis subiit passionem, ut indiscrete, & dominus majestatis dicatur esse, qui passus est, *& filius hominis*, sicut scriptum est: *Qui descendit de cælo. Item alio loco in eodem libro inter cetera*: Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quia regnum Dei (sicut scriptum est) non in persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis. Servemus dictionem divinitatis & carnis. Vnus in utroque loquitur Dei Filius, quia in eodem utraque natura est. Et si idem loquitur, non uno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones. Quasi Deus loquitur quæ sunt divina, quia Verbum est: quasi homo dicit quæ humana, quia in ea substantia loquebatur. *Item ejusdem in libro de incarnatione domini contra Apollinaristas*: Sed dum hos redarguimus, emergunt alii, qui carnem domini dicant & divinitatem unius naturæ. Quæ tantum sacrilegium inferna vomuerunt? Iam tolerabiliores sunt Ariani, quorum per istos perfidiæ robur adolescit, ut majore contentione asserant Patrem & Filium & Spiritum sanctum unius non esse substantiæ, quia isti divinitatem domini & carnem substantiæ unius dicere tentaverunt. *Item infra*: Et hi mihi frequenter Nicæni concilii tractatum se tenere commemorant. Sed in illo tractatu patres nostri non carnem, sed Dei Verbum unius substantiæ cum Patre esse dixerunt. Et Verbum quidem ex paterna processisse substantia, carnem autem ex virgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Nicæni concilii nomen obtenditur, & nova inducuntur, quæ nunquam nostri sensere majores? & reliqua. *Item ejusdem ad * Sabinum episcopum inter cetera.* Vnde pulcre apostolus ejusdem verbi repetitione usus est, dicens de domino Iesu Christo: *Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Quid est *in forma Dei*, nisi in plenitudine deitatis, in illa perfectionis divinæ expressione? Ergo cum esset in plenitudine divinitatis, exinanivit se, & accepit plenitudinem naturæ & perfectionis humanæ. Sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi, ut esset perfectus in utraque forma. Vnde & David dicit: *Speciosus forma præ filiis hominum.* Concluditur Apollinarista, nec quo se vertat habet, suis clauditur retibus. Ipse enim dixit, formam servi accepit, non servus locutus est. Iterum ergo interrogo: Quid est, *in forma Dei?* Respondit in natura Dei. *Sunt enim* (ait apostolus) *qui non sunt natura dii.* Quæro quid sit, *formam servi accipiens?* Sine dubio perfectionem naturæ, & conditionis, ut dixi, humanæ; ut esset in hominum similitudine. Et pulcre, non carnis, sed hominum dixit similitudinem, quia in carne eadem est. Sed quia sine peccato erat solus, omnis autem homo in peccato, in specie hominis videbatur. Vnde & propheta ait: *Et homo est, & quis cognoscit eum?* Homo secundum carnem, sed ultra hominem, divina operatione. Denique cum leprosum tangeret, homo videbatur: sed ultra hominem, cum mundaret. Et cum Lazarum mortuum fleret, mortuum quasi homo flebat, sed supra hominem erat, cum mortuum vinctis juberet pedibus exire. Homo videbatur, cum penderet in cruce; sed supra hominem, cũ reseratis tumulis mortuos suscitaret.

Ioan. 3. Ephes. 4. — * Irenensem — Philip. 2. — Psal. 44. — Galat. 4. — Ier. 17.

VI.

*Sancti Augustini episcopi * Hipponensis ecclesiæ ad Dardanum inter cetera*: Noli itaque dubitare, ibi nunc esse hominem Christum, unde venturus est, memoriterque recole, & fideliter tene Christianam confessionem, quoniam resurrexit a mortuis, ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris, nec aliunde quam inde ad judicandos venturus est vivos & mortuos. Et sic venturus est, illa angelica voce testante, quemadmodum est ire visus in cælum, id est, in eadem forma carnis atque substantia, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit. *Item ejusdem in epistola ad Volusianum inter cetera*: Nunc vero ita inter Deum & homines mediator apparuit, ut in unitate personæ copulans utramque naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret. *Item ejusdem in expositione evangelii secundum Ioannem inter cetera*: Quid igitur, hæretice? Cum Christus Deus sit & homo, loquitur ut homo, & calumniaris Deo? Ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare divinam? *Et iterum infra*: Agnoscamus geminam substantiam Christi, divinam scilicet, qua æqualis est Patri, humanam, qua major est Pater. Vtrumque autem simul, non duo, sed unus est Christus: ne sit quaternitas, non trinitas Deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis & caro, sic unus est Christus Deus & homo: ac per hoc Christus est Deus anima rationalis, & caro: Christum in his omnibus, Christum in singulis confitemur. Quis est ergo, per quem factus est mundus? Christus Iesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma servi. *Item ejusdem cujus supra*: Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo jacuit in sepulchro? Christus Iesus, sed in carne sola. Dicitur ergo in his singulis Christus. Verum hæc omnia non duo, vel tres, sed unus est Christus. Ideo ergo dixit: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem.* Quoniam naturæ humanę gratulandum est, eo quod sic assumpta est a Verbo unigenito, ut immortalis constitueretur in cælo, atque ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis pulvis sederet ad dexteram Patris.

* Hipponeregiensis — Ioan. 14.

VII.

Sancti Ioannis Constantinopolitani episcopi & confessoris in homilia de cruce & latrone. Sed cur cum cruce veniat, videamus. Scilicet ut hi qui eum crucifixerunt suæ sentiant dementiæ cæcitatem: & ideo impudentiæ eorum signum portatur. Ideo propheta ait: *Tunc lamentabuntur omnes tribus terræ, videntes accusatorem, & agnoscentes peccatum.* Et quid mirum est, si crucem portans adveniet, quando & vulnera corporis ipsa demonstrat? *Tunc enim* (inquit) *videbunt, quem * confixerunt.* Et sicut post resurrectionem, Thomæ voluit diffidentiam confutare, & illi clavorum loca monstravit, & lateris vulnera declaravit, & dixit: *Mitte manum tuam, & vide quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me vides habere*: sic & tunc ostendet vulnera, crucemque demonstrabit, ut ostendat illum se esse qui fuerat crucifixus. *Item ejusdem in homilia de ascensione domini*: Nam sicut duobus jurgio separatis, unus in medio positus altercantium litem discordiamque dissolvit: ita & Christus nobis

Zach. 12. — * compunxerunt. — Luc. 24. Ioan. 19. Ioan. 20.

nobis fecit. Deus nobis juste irascebatur, & A nos contemnebamus iratum, & clementem dominum declinabamus: & se medium Christus ingessit, & sociavit utramque naturam, & nobis quod imminebat supplicium ipse sustinuit. *Item ejusdem in eadem homilia inter cetera.* Christus igitur nostræ naturæ primitias obtulit Patri, & oblatum donum miratus est Pater, quod & tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur, nulla macula fœdabatur. Nam & suis manibus suscepit oblatum, & suæ sedis fecit esse participem, & quod plus est, ad partem suæ dextræ collocavit. Cognoscamus quis est ille, qui audivit: *Sede ad dexteram meam:* quæ natura est cui dixit: *Esto mea particeps sedis.* Illa natura est quæ audivit: *Terra es, & in terram ibis.* *Item ejusdem in eadem homilia inter cetera:* Quo sermone utar, quo verbo dicam reperire non possum. Natura fragilis, natura contempta, & omnibus monstrata deterior, omnia vicit, omnia superavit, & omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie angeli diu vota desiderata receperunt, hodie archangeli quod multo tempore cupiebant, inspicere valuerunt. Naturam nostram ipsi in sede dominica immortali fulgentem gloria perviderunt.

Psal. 109. Matth. 22. Gen. 3.

VIII.

Sancti Theophili episcopi Alexandrini de epistola paschali, quam per Ægyptum destinavit: Cujus rei testis est ille qui loquitur: *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt.* Et prophetæ Christi auxilium deprecantes: *Domine, inclina cælos tuos, & descende.* Non ut mutaret locum, in quo omnia sunt, sed ut propter salutem nostram carnem humanæ fragilitatis assumeret, Paulo apostolo eadem concinente: *Cum esset dives, pro nobis pauper factus est, ut nos illius paupertate ditaremur:* venitque in terras, & de virginali utero, quem sanctificavit, egressus homo, interpretationem nominis sui Emmanuel, id est, nobiscum Deus, dispensatione confirmans, mirum in modum cœpit esse quod nos sumus, & non desiit D esse quod erat: sic assumens naturam nostram, ut quod erat ipse, non perderet. Quamquam enim Ioannes scribat: *Verbum caro factum est,* id est aliis verbis, Deus homo factus est, Verbum tamen non est versum in carnem, quia nunquam Deus esse cessavit. Ad quem & Spiritus sanctus loquitur: *Tu autem idem ipse es.* Et Pater de cælo contestatur, & dicit: *Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Vt & homo factus, nostra confessione permanere dicatur, quod fuit priusquam homo fieret, Paulo nobiscum eadem prædicante: *Iesus Christus heri & hodie, idem ipse & in æternum.* In eo enim quod ait *ipse*, ostendit eum pristinam non mutasse naturam, nec divinitatis suæ minuisse divitias, quia E propter nos pauper effectus, plenam similitudinem nostræ conditionis assumpserat. *Item ejusdem in alia epistola paschali contra Origenem, inter cetera:* Vnus Filius Patris, nostrique mediator, nec æqualitatem ejus amisit, nec a nostro consortio separatus est. Invisibilis Deus, & visibilis homo, forma servi absconditus, & dominus gloriæ confessione credentium comprobatus. Neque enim privavit eum Pater naturæ suæ nomine, postquam pro nobis homo, & pauper effectus est, nec in Iordane fluvio baptizatum altero appellavit vocabulo, sed filium unigenitum: *Tu es filius meus dilectus, in quo mihi*

Psal. 13. Psal. 143. 2. Cor. 8. Joan. 1. Psal. 101. Matth. 3. Heb. 13. Matth. 3.

bene complacui. Nec similitudo nostra in divinitatis est mutata naturam, nec divinitas in nostræ naturæ versa est similitudinem.

IX.

Sancti Gregorii episcopi Nazianzeni in homilia de epiphania inter cetera: Cum ergo processisset ex virgine Deus, in ea quam assumpserat humana natura unum e duobus sibi invicem contrariis existens carne & spiritu, aliud in Deum assumitur, aliud deitatis gratia præstat. *Item infra:* Missus est quidem, sed ut homo: duplex enim erat in eo natura. Inde denique & laboravit ex itinere, inde & esuriit, & sitivit, & contristatus B est, & flevit humani corporis lege.

X.

Sancti Basilii episcopi Cappadocis: ’Cum ergo quædam in Christo ita videmus humana, ut nihil a communi mortalium fragilitate distare videantur, quædam ita divina, quæ nulli alii, nisi illi ineffabili naturæ conveniant deitatis, hæret humani intellectus angustia, & tantæ admirationis stupore perculsa, quo declinet, quid teneat, quo se vertat, ignorat. Si hominem putet, devicto mortis regno cum spoliis redeuntem a mortuis cernit. Propter quod cum omni metu & reverentia contemplandum est, ut in C uno eodemque ita utriusque naturæ veritas demonstretur, ut neque aliquid indignum & indecens de divina illa & ineffabili substantia sentiatur, neque rursum quæ humanitus gesta sunt, falsis illusa imaginibus æstimentur.

’Sancto Sabino episcopo tribuitur in v. c Iustelli

XI.

Sancti Cyrilli episcopi Alexandrini: Homo nominatus est, cum sit natura Deus, Dei Patris Verbum, quoniam similiter ut nos sanguini communicavit & carni. Sic enim in terris apparuit, non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam in sua ratione perfectam. *Item ejusdem in libro, qui dicitur Scholia:* Vnus igitur est, & ante incarnationem Deus verus, & qui in divinitate mansit, in qua erat, est, & erit. Non discernendum igitur unum dominum Iesum Christum in hominem seorsum, & seorsum in Deum, sed unum eumdemque Iesum Christum esse dicimus, non ignorantes differentias naturarum, sed eas inconfusas inter se servantes. *Item cujus supra:* Dicitur namque tamquam aliud in alio inhabitare, id est, divinam naturam in humanitate non perpessam commixtionem, ut esset, quod non erat. Quidquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum fit tale quale est id in quo habitat, sed aliud in alio magis intelligitur. At vero in Verbi persona & humanitatis, nobis solam differentiam designat diversitas naturarum. Vnus enim ex utraque intelligitur Christus. Ergo inconfusione (ut ante dixi) servata inhabitasse ait Verbum in nobis. Scit enim unum esse Filium unigenitum, carnem factum & hominem. *Item cujus supra ad Nestorium:* Ait igitur sancta & magna synodus ipsum, qui ex Deo Patre natus naturaliter, filium unigenitum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem, & cum quo omnia fecerit Pater, hunc descendisse, incarnatum esse, & hominem factum, passum esse, resurrexisse tertia die, & ascendisse rursus ad cælos.

Hæc nos sequi verba debemus, his nos convenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse, & hominem factum Dei

Dei Verbum. Non enim dicimus, quod Dei natura conversa vel immutata facta sit caro, nec quod in totum hominem, qui est ex anima & corpore, transformata sit; sed illud magis, quod carnem animatam anima rationali sibi copulaverit Verbum, & substantialiter, & irreprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis, non nuda tantummodo voluntate, sed nec assumptione sola personæ, sed quod diversæ quidem naturæ in unum convenerint, unus tamen ex ambabus Christus & filius, non evacuata aut sublata diversitate naturarum per conjunctionem, sed quia simul nobis effecerunt unum dominum, & Christum, & filium, id est divinitas & humanitas, per arcanam illam ineffabilemque copulationis adunationem. Itaque is, qui ante sæcula omnia est natus ex Patre, etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus in tempore. Non quia divina ipsius natura de sacra virgine sumpsit exordium, nec quod propter seipsam opus habuit secundo nasci post illam nativitatem, quam habebat ex Patre, (est enim ineptum & stultum hoc dicere, quod is, qui ante omnia sæcula est consempiternus Patri, secundæ generationis eguerit, ut esse inciperet) sed quia propter nos & propter nostram salutem naturam sibi copulavit humanam, & processit ex muliere, idcirco dicitur natus esse carnaliter. Neque enim prius natus est homo communis de sancta virgine, & tunc demum habitavit in eo Verbum, sed in ipsa vulva uteroque virginali, se cum carne conjunxit, & sustinuit generationem carnalem, carnis suæ nativitatem suam faciens. Sic illum dicimus & passum esse & resurrexisse, non quia Deus Verbum sua in natura passus sit, aut clavorum transfixiones, aut alia vulnera susceperit, (Deus namque incorporalis extra passionem est) sed quia corpus illud, quod ipsius proprium factum est, passum est, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur, Deus qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelligimus. Immortale enim & incorruptibile est naturaliter, & vita, & vivificans Dei Verbum. Sed quia corpus ipsius
Hebr. 2. proprium, gratia Dei, juxta Pauli vocem, pro omnibus mortem gustavit, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis. Non quod in se mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet, (insania est enim hoc vel sentire vel dicere) sed quod (ut supra diximus) caro ipsius mortem gustavit. Ita & resurgente carne, ipsius rursus resurrectionem dicimus: non quia in corruptionem ceciderit, (quod absit) sed quia ejus resurrexit corpus. Ita Christum unum & dominum confitemur, non tamquam hominem cum Verbo coadorantes, ne divisionis quædam species inducatur; sed unum jam & eumdem adorantes, quia non est alienum a Verbo corpus suum, cum quo ipsi etiam assidet Patri. Nec hoc ita dicimus, quasi duobus filiis assidentibus, sed uno cum carne per unitatem: quia si talem copulationem factam per substantiam, aut quasi passibilem, aut quasi parum decoram, voluerimus accipere, in id incidimus, ut duos filios esse dicamus. Necesse est enim discernere, & dicere hominem separatim fuisse sola filii appellatione honoratum, & rursum Verbum, quod est ex Deo, & nomine & veritate filium Dei: sed discernere in duos filios non debemus unum dominum Iesum Christum. Neque enim id adjuvat rectam fidei rationem, licet nonnulli, nescio quam perhibeant copulationem personarum. Non dixit enim scriptura, Verbum Dei personam hominis sibi assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est ostendere Dei Verbum, similiter * ac nos, participationem habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum proprie suum fecisse, & hominem ex muliere processisse, non abjecta nec deposita deitate, aut generatione illa, quam habebat ex Patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis Deum, quod erat. Hoc itaque rectæ fidei ratio protestatur: in tali sensu sanctos patres fuisse comperimus. Ideo illi non dubitaverunt sanctam virginem dicere theotocon, non quod Verbi natura, deitasque in sancta virgine sumpsit exordium: sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationali, cui substantialiter adunatum Dei Verbum, carnaliter natum esse dicitur.

EPISTOLA XCVIII. LEONIS PAPÆ I. AD FAUSTUM PRESBYTERUM.

Monet ut in fide catholica perseveret, & fidei quæstiones ad se mittat.

Dilectissimo Fausto presbytero Leo episcopus salutem.

GRATUM semper est mihi tuam alloqui caritatem. *Vide reliquum in concilio Calchedonensi, parte prima, epistola decimaquarta.* " " Tomo IV. pag. 34. E.

EPISTOLA CERETII, SALONII ET VERANI EPISCOPORUM ad Leonem papam.

De Leonis ad Flavianum epistola, quam laudant, ejusque exemplar, quod sibi confecerant, a Leone percurri & emendari rogant.

Domino sancto, beatissimo patri, & apostolica sede dignissimo papæ Leoni, Ceretius, Salonius, & Veranus.

RECENSITA epistola beatitudinis vestræ, quam de fidei instructione conscriptam ad Constantinopolitanum episcopum destinastis, dignum esse censuimus, ut tantę doctrinę ubertate ditati, debitas gratias saltem oblato literarum officio redderemus. Paternæ siquidem erga nos pietatis vestræ solicitudinem comprobantes, anticipationi curationis vestræ hoc nos magis obnoxios confitemur, quod remediorum beneficia ante malorum experimenta cognovimus. Scientes namque pene sera esse remedia, quæ adactis jam vulneribus apponuntur, ut apostolicis illis munitionibus induamur, providæ pietatis vocibus præmonetis. Agnoscimus plane, beatissime papa, qua ad nos interiora pectoris vestri peculiari affectione transmiseritis, quorum incolumitati aliorum curatione succurritis: & dum ex aliorum præcordiis infusa antiqui serpentis venena producitis, quasi in quadam caritatis specula constituti, apostolica illa cura ac solicitudine conclamatis, ne inopinantibus improvisus hostis adveniat, ne vulneri locum prębeat incauta securitas, domine sancte, beatissime pater, & apostolica sede dignissime papa.

papa. Magna præterea & ineffabili quadam nos peculiares tui gratulatione succrescimus, quod illa specialis doctrinæ vestræ pagina ita per omnium ecclesiarum conventicula celebratur, ut vere consona omnium sententia declaretur, merito illic principatum sedis apostolicæ constitutum, unde adhuc apostolici spiritus oracula referentur. Idcirco, si dignanter admittitis, deprecamur, ut opus, & præsentibus & futuris temporibus profuturum, quod nos asservandi studio foliis mandare curavimus, sanctitas vestra percurrere, & si quid librarii errore defuerit, emendare dignetur: vel si salutarem lecturis omnibus paginam aliquo studii vestri accumulastis augmento, idipsum, addi libello huic solicita pietate jubeatis: ut non solum plures sancti episcopi fratres nostri per Gallias, verum etiam multi ex laicis filii vestri, qui epistolam istam magnopere pro veritatis manifestatione desiderant, remissam ad nos, & sancta manu vestra emendatam, transcribere, legere, & tenere mereantur. In rem missos, si dignum ducitis, redire mox cupimus. Et quia incolumitas vestra, exultatio & salus nostra est, citius ad nos relatu desiderabili salutis vestræ gaudia recurrant. *Et alia manu.* Memorem coronam vestram humilitatis nostræ Christus dominus longæva ætate conservet, domine sancte, beatissime pater, & apostolica sede dignissime papa.

Ceretius susceptus vester apostolatum vestrum saluto, commendans me orationibus vestris.

Salonius venerator vester apostolatum vestrum in domino saluto, orationum vestrarum subsidia deposcens.

Veranus cultor vestri apostolatus, beatitudinem vestram saluto, & ut pro me oretis peto.

EPISTOLA XCIX. LEONIS PAPÆ I. AD LEONEM AUGUSTUM.

Gratias agit quod ejus opera Timotheus ab ecclesia Alexandrina fuerit ejectus, eumque hortatur ut tantæ urbi parem episcopum eligi curet.

Leo episcopus Leoni Augusto.

Si gloriosum pietatis vestræ in fidei defensione propositum tanta prosequi laude cupiamus, quanta rerum ipsarum magnitudo deposcit, inveniemur impares in actione gratiarum, si nostri tantum oris angustiis universalis ecclesiæ gaudia celebremus. Sed dignius illius remuneratio vestris actibus meritisque servabitur, in cujus causa & speciali excellitis animo, & optato triumphatis eventu gloriæ. Sciat igitur clementia vestra omnes ecclesias Dei cum laude vestra exultare pariter & lætari, quod ab Alexandrinæ ecclesiæ jugo improbus parricida depulsus est, & populus Dei, cui prædo nefarius incubabat, in antiquam fidei libertatem reductus, potest jam in salutis viam fidelium sacerdotum prædicatione revocari, cum videat omne seminarium venenorum in ipso auctore projectum. Nunc ergo quia hoc constanti proposito & magna mente peregistis, consummato operi fidei illud adjungite, ut de catholico civitatis illius præsule quod Deo placet decernatis, qui nulla damnatæ toties impietatis sit infectus aspergine, ne fortasse tectum vulnus sub specie obductæ cicatricis increscat, & plebs Christiana, quæ vobis agentibus aperte ab hæreticorum perversitate liberata est, lethalibus iterum obnoxia sit venenis. Vides autem, venerabilis imperator, & evidenter agnoscis, quod in persona, de cujus abscissione agitur, non sola est fidei integritas intuenda; quæ etiamsi ullis correctionibus professionibusque purgari, & in integrum valeret qualibet conditione restitui, nequaquam tamen quæ scelestе cruenteque commissa sunt, possunt probabilium verborum protestationibus aboleri: quia in pontifice de hoc (maxime tantæ ecclesiæ sacerdote) non sufficit sonus linguæ & sermo labiorum: & nihil prodest si Deus voce prædicatur, & mens impietate convincitur. De talibus enim per apostolum sanctus Spiritus loquitur: *Habentes speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes.* (2. Tim. 3.) Et iterum alibi: *Deum profitentur se scire, factis autem negant.* (Tit. 1.) Unde cum in omni ecclesiæ membro, & integræ fidei veritas, & bonorum operum plenitudo quæratur: quanto magis in summo pontifice debent utraque præcellere, quia alterum sine altero non potest cum Christi corpore compaginari? Nec necesse est nunc omnia, quæ Timotheum execrabilem faciunt, enarrare, cum copiose atque manifeste in totius mundi notitiam, quæ per ipsum ac propter ipsum sunt gesta, processerint: & si quid ab incomposito vulgo contra justitiam perpetratum est, in hujus omnia verticem confluant, cujus desideriis manus furentium servierunt. Unde si etiam in professione fidei nihil hic negligat, nihil fallat, aptissimum gloriæ vestræ est ab hoc appetitu illum prorsus excludere: quia in tantæ urbis antistite universa ecclesiæ membra decet sancta exultatione gaudere, ut vera pax domini non solum prædicatione fidei, sed etiam morum clarificetur exemplo. Data decimoquinto Kalendarum Iuliarum, Magno & Apollonio consulibus, per Philoxenum agentem in rebus. (Is est annus salutis 460. pontificatus S. Leonis 21.)

EPISTOLA C. LEONIS PAPÆ I. AD GENNADIUM EPISCOPUM Constantinopolitanum.

Monet ut a Timothei, qui ab Alexandrina ecclesia ejectus Constantinopolim venerat, communione abstineat.

Leo episcopus Gennadio episcopo Constantinopolitano.

Dilectionis tuæ literis, & fratrum coepiscoporumque nostrorum Domitiani & Geminiani sermone agnovi Timotheum, postquam ecclesiæ Alexandrinæ civitatis expulsus est, Constantinopolim (nonnullis hoc fidei adversariis agentibus) venire permissum: ut, quantum datur intelligi, quia universorum domini sacerdotum sententiis coarctatus, invitus saltem ad catholicum se dogma convertat, ut tamquam propter hanc tantummodo culpam videatur ejectus; hæreticæ perversitatis errore damnato, doctrinę apostolicę, ut ad Alexandrinam redeat, acquiescat; cum illi etiamsi catholicus probaretur, hoc vehementer obsistat, quod vivente episcopo, tantæ sedis invasor est, & auctor apparuit inauditæ crudelitatis admissæ. Et ideo dilectio tua solicitudine, qua claret, eniti & elaborare debebit, ne cum tam nefario homine sermo aliquis privatim vel publice misceatur, neve sub specie correctionis ejus quorumdam conventui (De cæde Proterii episcopi dicit.)

ventui præbeatur occasio, ne redeundi integram capiat libertatem, de quo jam edictis suis princeps Christianissimus indicavit. Omni igitur labore & circumspectione pervigili unitati ecclesiasticæ profuturus enitere, frater carissime, ut spes suffragatoribus ipsis adimatur, & Alexandrinis ex clero suo catholicus episcopus secundum morem veterem per orthodoxos episcopos consecretur: quia parricida ille non alias a suis defensoribus deseritur, nisi Alexandrina ecclesia, quæ patrum honori, & suæ restituenda est libertati, rectorem sanandis omnibus, quæ male gesta sunt, probatissimum fuerit consecuta. Datum quintodecimo Kalendas Iulias, Magno & Apollonio consulibus,
*A.C.460. " per Philoxenum agentem in rebus.

EPISTOLA CI. LEONIS PAPÆ I. AD TIMOTHEVM EPISCOPVM Alexandrinum.

Gratulatur ei episcopatus dignitatem rite assecuto, & hortatur ut Nestorii atque Eutychetis errores exterminari curet.

Leo episcopus Timotheo episcopo catholico Alexandrinæ ecclesiæ.

Is est Timotheus Solofaciolus, qui in Timothei Æluri locum subrogatus est.

EVIDENTER apparet sub apostolicæ splendore sententiæ, *quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, & divinæ dispensatione pietatis ubi excipiuntur adversa, ibi donantur & prospera: quod Alexandrinæ ecclesiæ experimenta demonstrant, in qua multos sibi patientiæ thesauros humilitas, modestia & tolerantia congregavit: quia *juxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu salvabit*: glorificata in omnibus inclyti principis fide, per quem *dextera domini fecit virtutem*, ne in thronum beatorum patrum antichristi diutius sederet opprobrium, cujus impietas nemini magis quam sibi nocuit: quia etsi aliquos ad societatem facinoris impulit, se tantum denique inexpiabiliter cruentavit. Vnde de eo, quod instinctu fidei in fraternitatem tuam cleri & plebis atque omnium fidelium electio, universam mecum ecclesiam domini gaudere rescribo, utque hoc benignitas divinæ pietatis multiplicata gratia cōfirmet, exopto: ita ipsi per omnia tua devotione famulante, ut etiam eos, qui veritati aliquatenus restiterunt, reconciliandos Deo per ecclesiæ preces instanter acquiras, & sacramenta catholicæ fidei, cujus soliditas nullam divisionē recipit, solicitus rector adjungas: illum imitatus verum piumque pastorem, *qui animam suam posuit pro ovibus suis*, & errantem unam ovem non flagellis coercuit, sed ad ovile proprium suis humeris reportavit. Agat ergo dilectio tua, frater carissime, ne vel Nestoriani dogmatis, vel Eutychiani erroris ullum in Dei populo possit vestigium reperiri: quia nemo potest fundamentū ponere, præter id quod positum est, qui est Christus Iesus: qui universum mundū non reconciliaret Deo Patri, nisi per fidei regenerationem omnes in nostræ carnis veritate susciperet. Cum ergo scribendi opportunitates, quibus fraternitas tua utatur, extiterint, sicut necessarie & ex more fecisti, ut per filios nostros Danielem presbyterū, & Timotheum diaconum, ordinationis tuæ ad nos scripta diriges: ita omni tēpore in hoc officio perseveres, ut de provectibus pacis sæpe, quantum fieri potest, solicitudini nostræ mittantur indicia, ut per alterna colloquia sentiamus, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctū, qui datus est nobis. Datum XV. Kalendas Septembris, Magno & Apollonio consulibus.

Rom. 8. Psal. 33. Psal. 117. Ioan. 10. 1. Cor. 3. Rom. 5.

EPISTOLA CII. LEONIS PAPÆ I. AD PRESBYTEROS ET DIACONOS ECCLESIÆ Alexandrinæ.

Commendat eorum mutuam caritatem, & labem hæreticorum fugiendam monet.

Leo episcopus presbyteris & diaconibus ecclesiæ Alexandrinæ, dilectissimis filiis in domino salutem.

GAVDEO exultanter in domino de piissimo, quem inter vos habetis, affectu; dum, sicut scripta vestra manifestant, & pastor gregem, & grex ostenditur amare pastorem. *Soliciti ergo in invicē*, sicut apostolus ait, *servare unitatem spiritus in vinculo pacis*, properate * ad fructum veræ pervenire patientiæ. Quid enim dignius aut velle potestis aut agere, quā ut, auxiliante Dei gratia, gloriosissimi principis fide ad profectum solidissimæ pacis utamini: remota procul ea bestia, quæ vineam plātationis dominicæ, sicut psalmus propheticus canit, singulari feritate vastabat. Quia ergo in ovili dominico nec furū jam insidiæ, nec latronum timentur incursus, redeat universitas vestra in concordiam, & magisterio Spiritus sancti illa in omnibus unitas expetatur, propter quā dicit apostolus: *Non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.* Idipsum dicant & sentiant omnes: nulla sint sensuum disputationumque certamina. Quod usque ad catholicos præsules in Alexandrina ecclesia discipuli veritatis didicerunt atq; docuerunt, eadem a cunctis fidelibus confessione promatur: quia varietatem veritas (quæ est simplex atque una) non recipit. Si quos autē cujuslibet ordinis Christianos impia hæreticorum conturbavere mendacia, ad satisfactionis remedia provocate, & in spiritu mansuetudinis cum benignitate corripite: quia, sicut ait B. apostolus Petrus, *non tardat dominus promissum, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam converti.* Agendū ergo est, ne difficultas veniæ curationem faciat tardiorem. Data decimoquinto Kalendas Septembris, Magno & Apollonio consulibus.

Ephes. 4. *ut possitis. Psal. 79. 1. Cor. 10. 2. Pet. 3.

EPISTOLA CIII. LEONIS PAPÆ I. AD QVOSDAM ÆGYPTI EPISCOPOS.

Ægyptios episcopos laudat, quod nulla seditione, nullo ambitu Alexandrinum elegerint episcopum.

Leo episcopus Theophilo, Ioanni, Athanasio, Abrahæ, Danieli, Ioahæ, Paphnutio, Musæo, Panulvio, & Petro episcopis Ægyptiis.

LITERIS fraternitatis vestræ, quas ad me filii nostri Daniel presbyter & Timotheus diaconus detulerint, cognovisse me gaudeo, quod gloriosi & venerandi principis fides, propheticis & euangelicis unita doctrinis, ad sanctos & Deo placitos dispositionum suarum devenit effectus, ut cruentissimo Alexandrinæ ecclesiæ pervasore dejecto, & in longinquiora translato, dignū sua gubernatione rectorem totius civitatis mereretur electio: ad cujus vos consecrationem nullus ambitus traheret, nulla seditio impelleret, nulla iniquitas incitaret: sed in medio constituta meritorum sanctitate, eum cunctis non dubitaret præponere,

præponere; quem sibi universitas cuperet præsidere. Vnde reddita populis Christianis Dei pace gaudentes, commendamus vobis invicem vestri operis dignitatem: ut religiose per omnia ordinatus antistes, fraterno se vivere experiatur assensu, & ad abolenda scandala, quæ error hæreticus excitaverat, cooperatione vestra gaudeat adjuvari. Excluso enim qui imitator diaboli fuit, & in veritate non stetit, male utens specie persuasi honoris & nominis, congruit ut Alexandrina ecclesia eum veneretur & diligat, quem & probitate morum, & integritate catholicæ fidei, dignum tanto sacerdotio comprobavit: cui mutuæ caritatis plenum animi nostri præbemus affectum, cohortantes, fratres carissimi, & fiducialiter exigentes, ut in prædicatione verbi, in eruditione præcepti illam formam custodiatis caritatis, sine qua nullæ possunt prodesse virtutes. Quod autem fratri & coepiscopo nostro Timotheo de revocandis his, qui a veritatis itinere deviantes, inconsultius se ferociusque gesserunt, scriptum esse cognoscitis, dilectio quoque vestra ad curam suam intelligat pertinere: ut quia late sese pestilens illa ægritudo diffudit, ubique omnibus eadem adhibeatur medicina vulneribus, ut per diligentiam pastoralem in cunctis ecclesiis domini ovile reparetur, & per sollicitudinem caritatis atque doctrinæ, omnes Christi oves unum sentiant habere pastorem. Data xv. Kalendas Septembris, Magno & Apollonio consulibus."

* A. Ch. 460.

" Ex antiquo codice Card Sirleti edidit primum Gerardus Vossius cũ notis, necnon sequentem.

EPISTOLA CIV." LEONIS PAPÆ I. AD UNIVERSOS EPISCOPOS PER SICILIAM constitutos.

Vniversis episcopis per Siciliam constitutis scribit, & constitutione perpetua ab episcoporum usurpatione resecandum decernit, quod in duabus Siciliæ ecclesiis improbe gestum, injusteque per episcopos ibidem præsumptum est, in ecclesiarum suarum bonis illicite alienandis. Quare & decretum hic perpetuum interponit, de rebus ecclesiæ non alienandis, pœnasque adversus contraventores decernit,

Leo papa universis episcopis per Siciliam constitutis in domino salutem.

al spiritualium

OCCASIO * specialium querelarum curam nobis providentiæ generalis indicit, ut quod in duabus provinciæ vestræ ecclesiis improbe gestum, injusteque præsumptum est, id constitutione perpetua ab * omni episcoporum usurpatione resecemus. * Taurominitanis enim clericis, ecclesiæ deplorantibus nuditatem, eo quod omnia ejus prædia, vendendo, donando, & diversis modis alienando, episcopus dissiparet; etiam Panormitani clerici, quibus nuper est ordinatus antistes, similem querimoniarum, in sancta synodo, cui* præesse debebamus, de usurpatione prioris episcopi causam detulerunt. Quamvis ergo ordinatum a nobis sit, quemadmodum utriusque ecclesiæ utilitatibus consulatur; ne tamen hoc perniciosum nequissimæ deprædationis exemplum cuiquam posthac fiat imitabile, hanc præcepti nostri formam apud dilectionem vestram volumus esse perpetuam: qua,

*al. omniũ

*al. Taurimenianis.

* al cui præsidemus,

A sine exceptione decernimus, ut ne quis episcopus de ecclesiæ suæ rebus audeat quidquam vel donare, vel commutare, vel vendere; nisi forte ita aliquid horum faciat, ut meliora prospiciat, & cum totius cleri tractatu, atque consensu id eligat, quod non sit dubium ecclesiæ profuturum. Nam presbyteri, vel diaconi, aut cujuscumque ordinis clerici, qui conniventia in ecclesiæ damna miscuerint, sciant se & ordine & communione privandos: quia plenum justitiæ est, fratres carissimi, ut non solum episcopi, sed etiam totius cleri studio, ecclesiasticæ utilitatis incrementa serventur, & eorum munera B illibata permaneant, quæ pro animarum suarum salute, fideles de propria substantia ecclesiis contulerunt. Data XI. Kalendas Novembris, * Calypio viro clarissimo consule."

*al. Callepio al Alypio

" An. Chr. 447.

EPISTOLA CV. LEONIS PAPÆ I. AD IULIANUM COENSEM EPISCOPUM.

Nicæni concilii auctoritas quanti facienda sit, demonstrat. Iulianum Coensem episcopum, cui hic scribit, graviter prudenterque, quod Anatolii Constantinopolitani episcopi plures ecclesias ambitiose affectantis desiderio faverit, coarguit: amanterque eumdem, ut major apud ipsum sit universalis ecclesiæ status, quam quod in cujusquam gratiam ab C ipso velit postulare, quæ sine reatu utriusque ipsorum, nec sibi concedere, nec ei liceat obtinere, admonet.

Leo papa Iuliano Coensi episcopo.

Nicæni Concilii auctoritas.

DILECTIO tua non ignorat, quam constanti fixoque proposito sanctorum Nicænorum canonum statuta custodiam, dissolvi omnes ecclesiasticas regulas æstimans, si quidquam ex illa sacrosancta patrum constitutione violetur. Quare miror talia te per fratrem & coepiscopum nostrum Lucianum dirigere scri- D pta potuisse, quibus in tantum pro appetitu novę literarum * gressionis intervenis, ut tibi putes aliquid speciale præstandum, si his qui illicite concupiscunt annuero. Quantumlibet autem te affectione complectar, nullo tamen modo poteris obtinere, ut me in excidium ecclesiastici status, vel * suadendo impellas, vel supplicando traducas. Frater enim & coepiscopus noster Anatolius, si divina beneficia, & mei favoris assensum sapienter intelligit, satis illi suffecerit, obtinuisse, quod summus antistes de honore episcopatus sui gratias Deo referat, & se ab illicitorum cupiditate contineat; & quicumque illum specialiter diligunt, tali E eum debent confirmare consilio: ut impossibilia omnino non quærat; & sibi, talia concupiscendo, non noceat: quia * nullus apud me patrociniis ita poterit adjuvari, ut his quæ postulat, calcata patrum constitutione, consentiam. Rescribens itaque ad epistolas tuas, pro ea qua diligo affectione, te moneo; ut major apud te sit universalis ecclesiæ status, saluberrima olim, & vera ordinatione munitus, quam ut in cujusquam gratiam a me velis postulare, quæ sine reatu utriusque nostrum, nec mihi concedere, nec tibi liceat obtinere. Data XI. Kalendas Iunias, Herculano viro clarissimo consule."

* al. transgressionis

*al supera addendo

* al. nullus

" A. Ch. 452.

* Hanc & sequentes edidit primum ex ms. Arelatensis ecclesiæ Baronius an. 449. & 450.

EPISTOLA CVI. * LEONIS PAPÆ I. AD EPISCOPOS PROVINCIÆ.

De electione & consecratione Ravennii episcopi Arelatensis.

Dilectissimis fratribus Constantino, Audentio, Rustico, Auspicio, Nicetæ, Nectario, Floro, Justo, Augustali, Ynantio, & Chrysaphio, Leo papa.

IVSTA & rationabilis nobis causa gaudendi est, cum a sacerdotibus domini ea gesta cognoscimus, quæ & paternorum canonum regulis, & apostolicis congruant institutis. Necesse est enim, ut omne corpus ecclesiæ salubri crescat augmento, si membra quæ præsunt, & vigore excellant auctoritatis, & tranquillitate moderaminis. Quod ergo in Arelatensium civitate, defuncto sanctæ memoriæ Hilario, virum etiam nobis probatum, fratrem Ravennium, secundum desideria cleri, honoratorum, & plebis, unanimiter consecrastis, bonum fraternitatis vestræ opus nostro judicio roboramus. Quia electionem pacificam atque concordem, cui nec merita morum, nec studia civium defuerunt, postulationis quidem humanæ, sed inspirationis credimus fuisse divinæ. Vtatur itaque, fratres carissimi, Dei munere memoratus antistes, & secundum consonantia omnium ordinum vota, quid ex ipso devotionis expectetur intelligat: ut dispensationis sibi creditæ diligens ac temperans executor, vestro testimonio non inferior, & nostro favore per omnia sit dignior. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data VII. Kalendas Septembris, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.*

* An. Chr. 449.

EPISTOLA CVII. LEONIS PAPÆ I. AD RAVENNIVM ARELATENSEM.

Vt Petronianum vagum, qui se Leonis diaconum jactabat, excommunicet.

Dilectissimo fratri Ravennio Leo.

CIRCVMSPECTVM te volumus esse, atque solicitum, ne quid sibi plectenda possit vindicare præsumptio: quæ cum aditum falsa subreptione repererit, ad majorem se temeritatem nomine usurpatæ dignitatis extendit. Petronianum quemdam vagum, & semper erronem, certa nos clericorum tuorum suggestione didicimus, per Gallias se nostrum esse diaconum jactitasse, & sub hujus honoris obtentu diversas ejus provinciæ ecclesias circuire. Cujus audaciæ tam nefandę dilectionem tuam, frater carissime, ita volumus obviare, ut eum, admonitis etiam provinciæ episcopis, in sua falsitate detectum, ab omnium ecclesiarum communione, ne ulterius hoc usurpet, expellas. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data sub die septimo Kalendas Septembris, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.*

* A. Ch. 449.

LIBELLVS EPISCOPORVM PROVINCIÆ, LEONI PAPÆ OBLATVS.

De renovando ecclesiæ Arelatensis privilegio.

A *Preces missæ ab universis episcopis metropolis Arelatensis ad Leonem papam.*

MEMORES quantum honoris & reverentiæ beatissimæ sedi apostolicæ, cui vos dominus noster Iesus Christus pro meritis sanctitatis voluit præsidere, semper debitum fuerit, semperque debeatur, ordinationem, qua sanctus frater & coepiscopus noster Ravennius in civitate Arelate, post transitum beatæ recordationis Hilarii episcopi, concordantibus omnium votis ad summum pontificium domino favente
B provectus est, missis continuo literis apostolatui vestro indicare curavimus. Quibus a beatitudine vestra tanta dignatione & caritate fuisse responsum, immensas gratias agimus, etsi tantas, quantas debemus, referre non possumus. Notum licet nobis ante jam fuerit, prædictum sanctum fratrem & coepiscopum nostrum maxime coronæ vestræ gratiam morum suorum mansuetudine & sanctitate meruisse: perceptis nunc tamen beatitudinis vestræ literis, quanta eum caritate complectamini, evidenter agnovimus. Vnde præmissis officiis, quæ apostolatui vestro jure debentur, suggestionem no-
C stram, quæ justitiæ partibus fungitur, audiendã a corona vestra minime dubitamus. Quippe cum non aliqua nova institui, sed prisca per vos optamus & antiqua reparari. Nec enim justum est, ut honorem ejus, quem ut probavimus impense diligitis, illa res minuat, quæ pietatem vestram alte offendit. Et sane manifestum est ecclesiæ Arelatensi divinæ gratiæ favorem adesse, cui talem habere contigit sacerdotem, per quem privilegia dignitatis antiquæ, quæ dolebat sibi pro tempore diminuta, gauderet in perpetuum recentioribus apostolicæ sedis auctoritatibus reformata. Omni-
D bus etenim Gallicanis regionibus notum est, sed nec sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ habetur incognitum, quod prima intra Gallias Arelatensis civitas missum a beatissimo Petro apostolo sanctum Trophimum habere meruit sacerdotem, & exinde aliis paulatim regionibus Galliarum bonum fidei & religionis infusum, priusque alia loca ab hoc rivo fidei, quem ad nos apostolicæ institutionis fluenta miserunt, meruisse manifestum est sacerdotes, quam Viennensem civitatem, quæ sibi nunc impudenter ac notabiliter primatus exposcit indebitos. Iure enim ac merito ea urbs semper api-
E cem sanctæ dignitatis obtinuit, quę in sancto Trophimo primitias nostræ religionis prima suscepit, ac postea intra Gallias hoc, quod divino munere fuerat consecuta, studio doctrinæ salutaris effudit. Cujus honoris obtentu, ecclesiam Arelatensem omnes decessores, prædecessoresque nostri, velut matrem debito semper honore coluerunt, tenentesque traditionem totam, ab hac sibi civitatis nostræ sede episcopos postularunt. Ab hujus ecclesiæ sacerdote tam decessores nostros, quam nosipsos, constat in summum sacerdotium donante domino consecratos. Quam quidem antiquitatem sequentes prædecessores beatitudinis vestræ, hoc quod erga privilegia Arelatensis ecclesiæ institutio vestra tradiderat, promulgatis, sicut & scrinia apostolicæ sedis procul dubio continent, auctoritatibus confirmarunt: credentes plenum esse rationis atque justitiæ, ut sicut per

per beatissimum Petrum apostolorum principem sacrosancta ecclesia Romana teneret supra omnes totius mundi ecclesias principatum, ita etiam intra Gallias Arelatensis ecclesia, quæ sanctum Trophimum ab apostolis missum sacerdotem habere meruisset, ordinandi pontificium vindicaret. His secundum religionem utitur privilegiis ecclesia memorata. Ceterum multa sunt, quibus secundum instituta principum cunctis intra regiones nostras civitatibus præferatur. Hæc in tantum a gloriosissimæ memoriæ Constantino peculiariter honorata est, ut ab ejus vocabulo præter proprium nomen, quo Arelas vocatur, Constantina nomen acceperit. Hanc clementissimæ recordationis Valentinianus & Honorius fidelissimi principes specialibus privilegiis, & ut verbo ipsorum utamur, matrem omnium Galliarum appellando decorarunt. In hac urbe, quicumque intra Gallias ex tempore prædictorum ostentare voluit insignia dignitatis, consulatum suscepit & dedit. Hanc sublimissima præfectura, hanc reliquæ potestates, velut communem omnibus patriam semper inhabitant. Ad hanc ex omnibus civitatibus multarum utilitatum causa concurritur. Et plane ita sibi erga privilegia memoratæ, vel ecclesiæ, vel civitatis divina, ut credimus, dispensatione omnia consenserunt, ut semper sicut ecclesia Arelatensis intra Gallias primatum in sacerdotio antiquitatis merito, ita etiam civitas ipsa principatum in sæculo opportunitatis gratia possederit. Vnde factum est, ut non solum provinciæ Viennensis ordinationem, sed etiam trium provinciarum, contemplatione sancti Trophimi, sicut & sanctorum prædecessorum vestrorum patefactum sibi testatur auctoritas, Arelatensis ecclesiæ sacerdos ad solicitudinem semper suam curamque revocarit. Cui id etiam honoris dignitatisque collatum est, ut non tantum has provincias potestate propria gubernaret, verum etiam omnes Gallias, sibi apostolicæ sedis vice mandata, sub omni ecclesiastica regula contineret. His itaque omnibus intimatis, & in notitia beatitudinis vestræ fideli assertione perlatis, quæsumus & obsecramus coronam sanctimoniæ vestræ per nomen domini nostri I. C. qui in vobis justitiam, patientiam, tranquillitatem, & bona totius sanctitatis ac perfectionis elegit, & per beatissimum apostolum Petrum, quem vita & conversatione vestra nobis divino munere redditum credimus, ut quidquid Arelatensis ecclesia (sicut superius indicavimus) vel ab antiquitate suscepit, vel postea auctoritate vindicavit, id omne ad suum pontificium revocare ejusdem ecclesiæ sacerdotem beatitudinis vestræ auctoritas in perpetuum mansura præcipiat. Ipsi autem, vel officiorum causa, vel hujus legationis obtentu, sanctimoniæ vestræ nos præsentassemus aspectibus, nisi alios infirmitas, alios anni præsentis penuria ab hac votorum nostrorum cupiditate revocasset. Sed confidimus in domino Iesu Christo, qui precibus & desideriis nostris effectum promptissimæ pietatis vestræ præstitit, quod qui nunc legationis officio fraudamur, gratiarum postea referendarum per nosmetipsos actione fungemur.

EPISTOLA CIX. LEONIS PAPÆ I. AD EPISCOPOS PROVINCIÆ.

Controversia inter Viennensis & Arelatensis ecclesiæ antistites provinciæ divisione composita.

Dilectissimis fratribus Constantino, Armentario, Audentio, Severiano, Valeriano, Vrso, Stephano, Nectario, Constantio, Maximo, Asclepio, Theodoro, Iusto, Ingenuo, Augustali, Superventori, Ynantio, Fonteio, Palladio, Leo.

Lectis dilectionis vestræ literis, quas ad nos filii nostri Petronius presbyter & regulus diaconus detulerunt, quam benevolum fratri & coepiscopo nostro Ravennio impendatis affectum, evidenter agnovimus. Siquidem postulatis, ut ei quod decessor ipsius merito nimiæ præsumptionis amiserat reformetur. Sed petitionem fraternitatis vestræ Viennensis episcopus, missis literis & legatis, sua suggestione prævenerat; conquerens Arelatensem episcopum ordinationem sibi Vasensis antistitis usurpasse. Cum itaque nobis ita & paternarum reverentia sanctionum, & omnium vestrum servanda sit gratia, ut in ecclesiarum privilegiis nihil convelli, nihil patiamur excidi; consequens fuit, ut ad conservandam intra Viennensem & Arelatensem provincias pacem adhiberetur justitiæ moderatio, quæ nec antiquitatis usum, nec desideria vestra negligeret.

Consideratis enim allegationibus utriusque partis præsentium clericorum, ita semper intra provinciam vestram, & Viennensem & Arelatensem civitates claras fuisse reperimus, ut quarumdam causarum alterna ratione, nunc illa in ecclesiasticis privilegiis, nunc ista præcelleret; cum tamen eisdem commune jus quondam fuisse a gentibus proderetur. Vnde Viennensem civitatem, quantum ad ecclesiasticam justitiam pertinet, inhonoratam penitus esse non patimur; præsertim cum de receptione privilegii auctoritate jam nostræ dispositionis utatur. Quam potestatem Hilario episcopo ablatam, Viennensi episcopo credidimus deputandam. Qui ne repente semetipso factus videatur inferior, vicinis sibi quatuor opidis præsidebit, id est Valentiæ, & Tarantasiæ, & Genevæ, & Gratianopoli, ut cum his ipsa Vienna sit quinta, ad cujus episcopum omnium prædictarum ecclesiarum solicitudo pertineat: reliquæ vero civitates ejusdem provinciæ sub Arelatensis antistitis auctoritate & ordinatione consistant: quem pro modestiæ suæ temperantia, ita futurum credimus studiosum caritatis & pacis, ut nequaquam sibi credat ablatum, quod fratri videat esse concessum. Data III. Nonas Maii, Valentiniano Augusto VII. & Avieno viris clarissimis consulibus.[a]

Sententia Leonis super antiqua controversia jurisdictionis inter Arelatensem & Viennensem ecclesias.

Hoc præceptum domini Leonis confirmatum est a sede apostolica, præsidente Symmacho papa, Probo viro clarissimo consule.[a]

[a] An. Chr. 450.

[a] An. Chr. 502.

EPISTOLA CX. LEONIS PAPÆ I. AD RAVENNIUM ARELATENSEM.

Missa cum exemplo celeberrimæ Leonis epistolæ ad Flavianum Constantinopolitanum, quam a Ravennio cum episcopis omnibus communicari jubet.

Dilectissimo fratri Ravennio Leo.

Diu filios nostros, Petronium presbyterum, & Regulum diaconum, in urbe tenuimus, quoniam & de nostra hoc gratia merebantur, & fidei, quæ nunc quorumdam errore incessitur, ratio postulabat. Voluimus enim eos nostro interesse tractatui, & universa cognoscere, quæ per te cupimus ad omnium fratrum & consacerdotum nostrorum notitiam pervenire: carissimæ hoc dilectioni tuæ specialiter delegantes, ut solicitudine vigilantiæ tuæ epistola nostra, quam ad orientem pro fidei defensione dereximus, vel sanctæ memoriæ B Cyrilli, quæ nostris sensibus tota concordat, universis fratribus innotescat: ut certiores effecti, contra eos qui incarnationem domini pravis persuasionibus æstimant temerandam, spirituali se virtute præmuniant. Habes probabilem facultatem, qua cunctis ecclesiis, & Deo nostro episcopatus tui possis commendare primordia, si hæc ita, ut credimus atque mandamus, impleveris, frater carissime. Quæ autem committenda literis non fuerunt, cum prædictorum filiorum nostrorum insinuatione didiceris, domini fretus auxilio efficaciter, ut diximus, ac laudabiliter exequeris. Deus te C incolumem custodiat, frater carissime. Data III. Nonas Maii, gloriosissimo Valentiniano Augusto VII. & Avieno viris clarissimis consulibus.[a]

[a] An. Chr. 450.

EPISTOLA CXI. LEONIS PAPÆ I. AD RAVENNIUM ARELATENSEM.

De solennitate paschali anni CCCCLII.

Dilectissimo fratri Ravennio episcopo Leo episcopus.

Ad præcipuum religionis nostræ pertinet D sacramentum, ut in festivitate paschali nulla sit toto orbe diversitas. Et quia hoc divina institutio, & paterna traditio ad nostram solicitudinem voluit pertinere, fraternitatem tuam solenniter admonemus, ut pascha domini celebrandum nobis die X. Kalendarum Aprilium recognoscas; quod manifesta ratio patefecit sacræ observantiæ hunc diem esse legitimum. Cujus notitiam per dilectionem quoque tuam, frater carissime, omnibus voluimus declarari[a], ut quorum in fide est una confessio, sit etiam in hac festivitate una devotio.

[a] Ex codice Bonævallis.

"** OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I. E

In synodo Romana sub Bonifacio papa II. quam V. C. Lucas Holstenius excudendam Romæ curavit, extant a pag. 88. ad 163. aliquot Sixti III. & Leonis Magni summorum pontificum epistolæ quas nos cum aliis quæ tum recitatę sunt exhibebimus suo loco ad annum Christi 531. Fuerunt autem hoc ordine in eadem synodo recitatæ.

X ysti ad dilectissimum fratrem Perigenem.

Ejusdem universis fratribus synodo apud Thessalonicam congregandis data anno 435. Theodosio XV. *& Valentiniano* IV. *Coss.*

Ejusdem dilectissimo fratri Proclo archiepiscopo CP. data anno Christi 437. Aetio iterum & Segisvulto Coss.

Ejusdem universis episcopis per Illyricum consi- A *stentibus data eodem anno 437.*

Valentiniani & Marciani AA. ad S. Leonem papam anno 451. Marciano & qui fuerit nunciatus Coss.

S. Leonis ad Marcianum Augustum anno 452. Herculano Cos. quæ supra edita est pag. 1340. inter S. Leonis epistolas ordine 57.

Ejusdem ad Anatolium A. CP. eodem anno: quæ supra edito est ordine 56. Vide pag. 1338.

Ejusdem ad eumdem Marcianum Aug. data anno 454. Aetio & Studio Coss.

Anatolii A. CP. ad S. Leonem post synodum Calchedonensem.

S. Leonis ad eumdem Anatolium supra pag. 1361. ordine 71. Aetio & Studio Coss.

Ejusdem ad Anastasium A. Thessalonicensem data anno 444. Theodosio XVIII. *& Albino Coss.*

Ejusdem ad Metropolitanos per Illyricum constitutos eodem anno.

Ejusdem Senecioni, Caroso, Theodulo, Lucæ, Antiocho & Vigilantio metropolitanis per Achaiam provinciam constitutis anno 446. Aetio III. *& Symmacho* VV. CC. *Coss.*

Ceteræ vero ibidem recitatæ desiderabantur in ms. codice.

[a]CONCILIUM [b]ARAUSICANUM I. ANNO CHRISTI 441.

C [c]CONSTITUTIONES SANCTÆ synodi habitæ in territorio Arausico, in ecclesia [f]Iustinianensi, sub die VI. Idus Novembris [c] Cyro consule, anno Christi CCCCXLI. Valentiniani III. Augusti decimoseptimo, [d] Leonis I. papæ secundo.

[f] Iustianense

TITULI CANONUM.

I. *De hæreticis, si in mortis discrimine convertantur.*

II. *De non iteranda chrismatis benedictione.*

III. *De pœnitentibus qui de corpore recedunt.*

D IV. *Pœnitentiam clericis non negandam.*

V. *Qui ad ecclesiam confugiunt tradi non debent.*

VI. *De iis qui ecclesiæ mancipia occupant pro suis.*

VII. *De manumissis in ecclesia, vel ecclesiæ per testamentum commendatis.*

VIII. *Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putarit.*

IX. *De iis qui alienos cives ordinant.*

X. *Si quis ecclesiam in alienæ civitatis territorio ædificet.*

XI. *Quod episcopus ei, qui ab alio excommunicatus est, communicare non debeat.*

XII. *Subito obmutescenti danda est pœnitentia, si petat.*

XIII. *Amentibus quæ pietatis sunt conferenda.*

E XIV. *Energumenis baptizatis, si monitis obtemperant, danda communio.*

XV. *Energumenis catechumenis de baptismate consulendum.*

XVI. *Arreptitii clerici ne fiant, & qui ordinati sunt, ab officio repellantur.*

XVII. *Ut in unum propositio sacramenti consecretur.*

XVIII. *Ut catechumeni lectionem evangelii audiant.*

XIX. *Ut catechumeni ad baptisteria non accedant.*

XX. *Ut catechumeni benedictionem cum fidelibus non accipiant.*

XXI. *Si duo episcopum ordinare præsumpserint, gradum amittant.*

XXII. *Ut*

ANNO CHRISTI 441.

XXII. *Ut clerici conjugati, nisi castitatem professi fuerint, diaconi non fiant.*

XXIII. *Ut diaconus qui ab uxore sua non abstinet, ab officio abjiciatur.*

XXIV. *Qui prius ordinati incontinentes fuerunt, ulterius non promoveantur.*

XXV. *De viris probatis, si qui e bigamis clerici fiant, ne ultra subdiaconatum provehantur.*

XXVI. *De diaconissis non ordinandis, & iis quæ jam sunt revocandis.*

XXVII. *De viduis professis, si nupserint, aut raptæ fuerint.*

XXVIII. *Professæ castitatis prævaricatoribus pœnitentia consulendum.*

XXIX. *Ut nullus conventus sine alterius conventus denuntiatione solvatur.*

XXX. *Ut episcopus infirmus non per presbyteros, sed per alium episcopum agenda curet quæ propria sunt episcopi.*

CANONES.

I.

c. 16. Epaunensis

HÆRETICOS in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderant, si desit episcopus, a presbyteris cum chrismate & benedictione consignari placuit.

II.

De consec. dist. 4. Nullus ministrorum.

Nullum ministrorum, qui baptizandi recepit officium, sine chrismate usquam debere progredi, quia inter nos placuit semel chrismari. De eo autem, qui in baptismate quacumque necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur. Nam inter quoslibet chrismatis ipsius non nisi una benedictio est: non ut præjudicans quidquam, sed ut non necessaria habeatur repetita chrismatio.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Quoniam de canone hoc Arausicano, (quem alii plerique codices cum mss. tum excusi, primum esse jubent non secundum) ante hosce 30. annos acris admodum ac tantum non decretoria concertatio inter doctissimos viros agitata est, placuit Sirmondianæ canonis editioni quam secutus est κατ πόδας collector Regius, Isidorianam, Crabbianam, aliasque subjicere, ut utriusque partis defensores ex nostro conciliorum amplissimo syntagmate, tanquam ex armamentario, valeant ad disputandum arma depromere.

Isidorus mercator in v. c. ms Henr. Iustelli, quo usus sum, sic habet:

Nullus ministrorum qui baptizandi recipit officium sine chrismate usquam debere progredi, quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari: de eo autem qui in baptismate quacumque necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur. Nam inter nos chrismatis ipsius nonnisi una benedictio est; non ut præjudicans quicquam dico, sed ut non necessaria habeatur rechrismatio.

Iacobus Merlinus in utraque editione Isidorum graphice expressit, præterquam in extrema clausula, a qua negationem aut sustulit, subveritus ne a Gratiano recederet longius; sic enim habet: (sed ut necessaria habeatur rechrismatio) aut certe ab aliis sublatam in suis codicibus non reperit.

Petrus Crabbe O. M. in postrema editione anni 1551. tum quædam mutavit in textu, tum ad oram canonis quasdam varietates lectionum adjecit in hunc modum.

ANNO CHRISTI 442.

Nullus ministrorum qui baptizandi recipit officium sine chrismate usquam debet progredi, quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari. De eo autem, qui in baptismate, quacumque necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos * commonebitur. Nam inter nos chrismatis ipsius non nisi una benedictio est, non * ut præjudicans quicquam dico, sed ut * necessaria habeatur * chrismatio repetita.

*non commonebitur. * præjudicantes cuiquam hoc dicimus *non necessaria * rechrismatio

Crabbum secutus est Surius nulla facta in textu mutatione: in hoc tantum mihi visus aberrasse, quod varias lectiones diligenti Crabbi opera ad oram annotatas sustulerit. Surium, ut assolet, secuti sunt Nicolinus ac Binius sublatis iisdem a margine libri observatiunculis. Visus est damnum resarcivisse in altera editione Binius, dum collectas a RP. Frontone Ducæo S. I. theologo varias lectiones subjecit: can. I. nullus ministrorum] *in codice Tiliano hic canon secundus est: primus autem qui sequitur.* Hæreticos in mortis discrimine. *Isidorus tamen ordinem non mutat, sed pro illis verbis*, chrismatio repetita, *legit* rechrismatio. In confirmatione sacerdos] in chrismatione sacerdos commonebitur. Nam inter quoslibet chrismatis ipsius. *quæ vero sequuntur ad hunc canonem non spectant, sed ad sequentes.*

Gratianus can. 125. dist. IV. de consecratione habet: *Non præjudicantes cuiquam hoc dicimus:* in cæteris adhæsit vulgatæ quæ a Merlini ævo in excusis regnat conciliorum editionibus lectioni: Burchardus vero atque Ivo pro istis, *Sacerdos commonebitur*, legunt *in confirmatione sacerdotis perficietur*, sive *perficiatur*: ibique caput concludunt quod citant ex Vasensis concilii canone 5. ut notarunt Romani decretorum editores atque emendatores. At plura de his disserere non est hujus loci. Extant in omnium manibus doctorum virorum de hoc argumento commentarii antirrhetici ac polemici.

III.

26. quæst. 6. Qui recedunt de.

Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicari. quod morientis sufficit consolationi, secundum definitiones patrum, qui hujusmodi communionem congruenter viaticum nominarunt. Quod si supervixerint, stent in ordine pœnitentum, & ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione percipiant.

IV.

Ibidem. "etiam

Pœnitentiam desiderantibus " clericis non negandam.

V.

Dist. 87. Eos qui ad ecclesiam.

Eos qui ad ecclesiam confugerint tradi non oportere, sed loci reverentia & intercessione defendi.

VI.

Ibidem.

Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriatur.

VII.

Ibidem.

In ecclesia manumissos, vel per testamentum ecclesiæ commendatos, si quis

ANNO CHRISTI 441.

in servitutem vel obsequium, vel ad colonariam conditionem imprimere tentaverit, animadversione ecclesiastica coerceatur.

VIII.

Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putaverit, prius definiat, ut cum ipso habitet. Sic quoque non sine consultatione ejus episcopi, cum quo ante habitavit, eum, qui fortasse non sine causa diu ab alio ordinatus non est, ordinare præsumat.

IX.

Si qui autem alienos cives, aut alibi consistentes ordinaverint, nec ordinati in ullo accusantur, aut ad se eos revocent, aut gratiam ipsis eorum impetrent, cum quibus habitant.

X.

Si quis episcoporum in alienæ civitatis territorio ecclesiam ædificare disponit,[4] vel pro fundi sui negotio, aut ecclesiastica utilitate, vel pro quacumque sua opportunitate,[a] permissa licentia ædificandi, quia prohibere hoc votum nefas est, non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodis reservatur, in cujus territorio ecclesia assurgit: reservata ædificati episcopo hac gratia, ut quos desiderat clericos in re sua videre, ipsos ordinet is cujus territorium est; vel si ordinati jam sunt, ipsos habere acquiescat. Et omnis ecclesiæ ipsius gubernatio ad eum, in cujus civitatis territorio ecclesia surrexit, pertinebit. Quod si etiam sæcularium quicumque ecclesiam ædificaverit, & alium magis, quam eum in cujus territorio ædificat, invitandum putaverit: tam ipse, cui contra constitutionem ac disciplinam gratificari vult, quam omnes episcopi, qui ad hujusmodi dedicationem invitantur, a conventu abstinebunt. Si quis excesserit, in reatum devocabitur: si quis excesserit, ordinem recognoscat.

[a] præmissa

XI.

Placuit in reatum venire episcopum, qui admonitus de excommunicatione cujuscumque, sine reconciliatione ejus qui excommunicavit, ei communicare præsumpserit, ut integra omnia, si reconciliatio intercesserit, de justitia vel de iniquitate excommunicationis, proximæ synodo reserventur.

[b] Aug. ep. 235. ad Quintianū.

XII.

Subito obmutescens, prout status ejus est, baptizari aut pœnitentiam accipere potest, si voluntatis aut præteritæ testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu.

26. q. 6. Qui recedunt.

XIII.

Amentibus quæcumque pietatis sunt conferenda.

ANNO CHRISTI 441. Ibidem.

XIV.

Energumeni jam baptizati, si de purgatione sua curant, & se solicitudini clericorum tradunt, monitisque obtemperant, omnimodis communicent, sacramenti ipsius virtute vel muniendi ab incursu dæmonii, quo infestantur; vel purgandi, quorum jam ostenditur vita purgatior.

Ivo part. 1. cap. 247.

XV.

Energumenis catechumenis, quantum vel necessitas exegerit, vel opportunitas permiserit, de baptismate consulendum.

Ivo ibidē cap. 248.

XVI.

Qui palam aliquando arrepti sunt, non solum non assumendi ad ullum ordinem clericatus, sed etsi jam aliqui ordinati sunt, ab imposito officio repellendi.

XVII.

Cum capsa & calix [c] offerendus est, & admixtione eucharistiæ consecrandus.

[c] inferendus est

XVIII.

Euangelia deinceps placuit catechumenis legi apud omnes provinciarum nostrarum ecclesias.

[d] cap. 1. Valentini Hisp.

XIX.

Ad baptisterium catechumeni nunquam admittendi.

Ivo part. 5. cap. 213.

XX.

A fidelium benedictione, etiam inter domesticas orationes, in quantum caveri potest, segregandi informandique sunt, ut se revocent, & signandos vel benedicendos semotim offerant.

Ivo ibid. cap. 214.

XXI.

In nostris provinciis placuit de præsumptoribus, ut sicubi contigerit duos episcopos episcopum invitum facere, auctoribus damnatis, unius eorum ecclesiæ ipse qui vim passus est substituatur, si tamen vita respondet; & alter in alterius dejecti loco nihilo minus ordinetur. Si voluntarium duo fecerint, & ipse damnabitur, quo cautius ea quæ sunt antiquitus statuta serventur.

Dist. 64. abjectione. conc. Regense. Ivo P. V. c. 141.

XXII.

Sedit præterea, ut deinceps non ordinentur diacones conjugati, nisi qui prius conversionis proposito professi fuerint castitatem.

XXIII.

Si quis autem post acceptam benedictionem leviticam cum uxore sua incontinens invenitur, ab officio [e] abjiciatur.

[e] removeatur.

XXIV.

De his autem qui prius ordinati hoc ipsum inciderunt, Taurinatis synodi se-

Concilio Taurin. can. 8.

namque d

quendam esse sententiam, qua jubentur non ulterius promoveri.

XXV.

De idoneis autem, & probatioribus viris, quos clericatui alligari ipsa vitæ gratia suggerit, si forte inciderunt duplicata matrimonia, ut non ultra subdiaconatum ecclesiasticas capiant dignitates.

XXVI.

"Epaun. 21. Aurel. II. 18.

Diaconæ omnimodis non ordinandæ: si quæ jam sunt, benedictioni quæ populo impenditur capita submittant.

XXVII.

27. q. 1. Viduitatis servandæ.

Viduitatis servandæ professionem, coram episcopo in secretario habitam, [5] imposita ab episcopo veste viduali indicandam. Raptorem vero talium, vel ipsam talis professionis desertricem, merito esse damnandam.

XXVIII.

In utroque sexu desertores professæ castitatis prævaricatores habendi, & his omnibus per pœnitentiam legitimam consulendum.

XXIX.

Hæc quæ subscripsimus, cum eorum quoque concordia, qui consensus dederunt, rata deinceps inter nos ac nostros haberi volumus, & habenda sancimus: non ita prætereuntes eos, qui synodo aut per se, aut per consensus suos, vel ad vicem sui per legatos destinandos adesse detrectant, ut sibi supra nos illi placeant, qui patrum statuta despiciunt, quibus bis in anno, quod nobis pro temporum qualitate difficile est, sanctū est conveniri. Adjicientes, quod si similibus deinceps paginis pro salubritate ac remediis ecclesiasticis congregare conventus voluerimus, constituamus, ut nullus conventus sine alterius conventus denuntiatione solvatur. Itaque sequenti anno, si domino ac Deo nostro Iesu Christo permittente conceditur, die decimoquinto Kalendas [6] Novembres Luciano in Arausico territorio conventum habebimus. Qui ideo tanto prius per conventum ipsum denuntiantur, ut tam excusationis libertas, quam invitationis necessitas non sit. De die enim ac loco per nosipsos commonebimur, singuli nobiscum in exemplaribus ea quæ per nos sunt constituta referentes: reliquos qui defuerunt, beatissimi fratris nostri Hilarii solicitudini relinquimus, datis ad ipsos horum exemplaribus commonendos.

6 Vide can. 18. conc. III. Toletani

XXX.

...o part 5. ...p. 306.

Post omnia occurrit de imbecillitatibus fragilitatis humanæ, ut si quis episcopus per infirmitatem debilitatemve aliquam, aut hebetudinem sensus inciderit, aut officium oris amiserit, ea quæ non nisi per episcopos geruntur, non sub præsentia sua presbyteros agere permittat, sed episcopum evocet, cui quod in ecclesia agendum fuerit imponat.

SVBSCRIPTIONES.

Ego [c] Hilarius episcopus subscripsi.
Ego Claudius episcopus subscripsi.
[7] Ego Constantinus episcopus subscripsi.
Ego Audentius episcopus subscripsi.
Ego Agrestius episcopus subscripsi.
Ego Iulius episcopus subscripsi.
Ego Auspicius episcopus subscripsi.
Ego Theodorus episcopus subscripsi.
Ego Maximus episcopus subscripsi.
Ego Eucherius episcopus subscripsi, sanctorum sacerdotum comprovincialium meorum super his expectaturus assensum.
Nectarius episcopus subscripsi.
Ingenuus episcopus subscripsi.
[8] Ceretius episcopus subscripsi.
Iustus episcopus subscripsi.
Augustalis episcopus subscripsi.
Salonius episcopus subscripsi.
Superventor pro patre & episcopo meo Claudio subscripsi & recognovi.

DECRETA ALIQVA HVIC CONCILIO Gratiani & aliorum decretis adscripta, quæ non habentur in superioribus. Primo ex decreto Gratiani.

Modus & forma excommunicationis.

Canonica instituta & sanctorum patrum exempla sequentes, ecclesiarum Dei violatores, auctoritate Dei & judicio sancti Spiritus, a gremio sanctæ matris ecclesiæ & a consortio totius Christianitatis eliminamus, quousque resipiscant, & ecclesiæ Dei satisfaciant. — 11. q. 3. Canonica instituta.

Ex eodem partim, & partim ex alio codice decretorum librorum 16. cap. 7. lib. 11.

Reconciliatio excommunicati.

Cum aliquis excommunicatus, vel anathematizatus, pœnitentia ductus, veniam postulat, & emendationem promittit, episcopus qui eum excommunicavit, ante januas ecclesiæ venire debet, & duodecim presbyteri cum eo, qui eum hinc & inde circumstare debent. Vbi etiam esse debent illi, quibus injuria vel damnum commissum debet emendari: aut si jam emendatum est, eorum testimonio comprobari. Deinde interroget episcopus, si pœnitentiam, juxta quod canones præcipiunt, pro perpetratis sceleribus suscipere velit. Et si ille, terræ prostratus, veniam postulat, culpam confitetur, pœnitentiam implorat, & de futuris cautelam spondet, tunc episcopus apprehensa manu ejus dextra, in ecclesiam illum introducat, & * ei communionem & societatem Christianam reddat, & septem psalmos pœnitentiales decantet cum istis precibus, Kyrie eleison, Pater noster, Et ne nos: Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te: Mitte ei domine auxilium de sancto, Et de Sion tuere eum: Nihil proficiat inimicus in eo, Et filius iniquitatis non apponat nocere ei: Esto ei domine turris fortitudinis, a facie inimici: domine exaudi orationem meam, &c. dominus vobiscum, &c. — 11. q. 11. Cũ aliquis excommunicatus. — * communioni Christianæ

ORATIO

ANNO CHRISTI 441.

ORATIO.

PRÆSTA quæsumus domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, ut ecclesiæ tuæ sanctæ, a cujus integritate deviaverat peccando, admissorum veniam consequendo, reddatur innoxius: per Christum dominum nostrum, Amen.

ALIA ORATIO.

MAIESTATEM tuam quæsumus, domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, qui non mortem, sed peccatorum vitam semper inquiris, respice flentem famulum tuum, attende prostratum, ejus planctum in gaudium tuæ miserationis converte, scinde delictorum saccum, & indue eum lætitia salutari, ut post longam peregrinationis famem, de B sanctis altaribus satietur, ingressusque cubiculum regis, in ipsius aula benedicat nomen gloriæ tuæ semper. Amen.

ALIA ORATIO.

DEUS misericors, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas; respice super hunc famulum tuum N. & remissionem omnium peccatorum suorum sibi tota cordis confessione poscentem, deprecatus exaudi: innova in eo, piissime Pater, quidquid diabolica fraude violatum est: & unitati corporis ecclesiæ membrum redemptionis annecte. Miserere domine gemituum, miserere C lacrymarum ejus, & non habentem fiduciam, nisi in tua magna misericordia, ad tuæ sacramentum reconciliationis admitte: per Christum dominum nostrum. Amen.

Post hæc, secundum modum culpæ, pœnitentiam ei injungat, & literas per parochiam suam dirigat, ut omnes noverint eum in societate Christiana receptum. Aliis etiam episcopis hoc notum faciat. Nullus autem episcopus alterius parochianum excommunicare vel reconciliare præsumat, sine consensu vel conscientia proprii episcopi.

Ex eodem, libro 14. capite 6.

Ut in sabbato sancto jejunia non solvantur.

Ut in sabbato sancto, hoc est, in vigilia paschæ, jejunium ante noctis initium, nisi a par- D vulis & infirmis, non solvatur, nec in parasceve: quia cœna domini, & parasceve, & sabbatum, ad illos quadraginta dies respiciunt: * vel divina mysteria his duobus diebus celebrantur, canonibus quippe jubentibus, in biduo isto, id est, parasceve & sabbato, sacramenta penitus non celebrari.

*for. nec

NOTÆ IACOBI SIRMONDI S. I.

1 *Constitutiones.*] De titulo consentiunt vetera exemplaria: *Constitutiones sancta synodi habita in territorio Arausico, sub die* VI. *Idus Novembres, Cyro consule, in* E *ecclesia Iustinianensi*: nisi quod in paucis legitur *Iustianensi*: unde & infra in causa Contumeliosi episcopi synodus Iustianensis appellatur.

2 *Hæreticos in mortis.*] Hic etiam libri omnes consentiunt, primo loco statuentes canonem qui secundus erat in vulgatis, & contra primum secundo.

3 *Semel chrismari.*] Vulgati codices, & Gratianus, aliique collectores, *semel in baptismate chrismari.* Et vero certum est de baptismate agi. Sed cum hæc verba in antiquis exemplaribus non sint, & glossema sapiant, religio fuit ea retinere.

4 *Vel pro fundi sui negotio.*] Brevius in codice Lugdunensi, Fossatensi, Rhemensi, & aliis: *vel pro fundi sui, aut ecclesiastici, vel pro quacumque suorum opportunitate.*

A 5 *Imposita ab episcopo.*] Ita vetustissimi & optimi quique codices, Lugdunensis, Rhemensis, Fossatensis, Tilianus, & alii. Pauci recentiores, *a presbytero*: quod inde ortum videtur, quia viduas velare postea licuit etiam presbyteris. Gratianus & alii collectores legunt *ab episcopo.*

6 *Novembres Luciano.*] Variant hic etiam manuscripti. Nam Fossatensis, Tilianus, & alii quidam habent *Decembris Luciano*: Lugdunensis & Rhemensis cum reliquis habent *Novembris*, sed pro *Luciano* hic *Instiniano* legit, ille *Instiano*, ut statui certi nihil possit.

7 *Ego Constantinus.*] Lugdunensis, ut in concilio Regensi, *Constantianus*, quomodo & alii nonnulli.

8 *Ceretius.* Ita diserte Viidunensis, sicut supra in epistola ad Leonem pag. 1424. Fossatensis & Tilianus, *Caretius.* Lugdunensis *Ceresius.* Pithœanus *Ceterius.* Rhemensis vero, ut olim vulgati, *Cæsarius.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Hoc concilio actum est de disciplina ecclesiastica, & de recipiendis variorum generum pœnitentibus; ac demum ut nullus conventus sine alterius futuri conventus denuntiatione solvatur. Appendix superaddita præscriptam formam excommunicandi & reconciliandi excommunicatum continet. Hæc synodus, clarissimorum antistitum corona illustrata, nobilissima est. In ea quindecim episcopi Narbonensis & Lugdunensis provinciæ suo more convenientes, vigintinovem canones, ad jura & disciplinam ecclesiæ spectantes, sanxerunt. Baronius anno 441. num. 3. & 17. — *Acta concilii. Canones quot.*

b *Arausicanum*] Arausica est civitas in Gallia Narbonensi, non procul Avenione, estque nobilissimo principatu insignis, alias nominatur Arausia, vulgo dicitur *Orange* Meminit illius Plinius lib. 3. cap. 4. Ptolomæus lib. 2. cap. 10. Strabo lib. 4. — *Arausica civitas quæ & qualis.*

c *Cyro consule.*] Recte id in Nicoliniana editione emendatum fuit. Lectio enim hæc, *Tempore Theodosii junioris, & Cyri consulum*, quam aliquot anteriores editiones habent, plane mendosa est. Nam fasti omnes & vetera monumenta, non nisi unicum hoc anno consulem referunt. — *Lectio mendosa.*

d *Leonis* I. *papæ* 2.] Anno pontificatus illius secundo, qui est Christi nati quadringentesimus quadragesimus primus: Theodosii imperatoris trigesimus quartus, & Valentiniani, decimusseptimus. Prædicta enim tempora cum consulatu Cyri coincidunt, ut ex fastis emendatioribus constat. — *Tempus concilii.*

e *Hilarius.*] Inter eos qui synodo subscripserunt, celebriores sunt, Hilarius, Eucherius, Salonius, Maximus, Constantinus & Augustalis. Quorum omnium sacra & solennis memoria anniversaria in ecclesia colitur. Hilarius est ille celebris Arelatensis episcopus, qui antehac presbyter, una cum sancto Prospero Aquitano episcopo insectatus est Pelagianos; & adversus Massilienses presbyteros, aliosque S. Augustini scripta impugnantes, strenue insurrexit. Eucherius Lugdunensis episcopus senior: auctor quarumdam homiliarum Latinarum, quæ falso titulo Eusebii Emisseni Græci & Ariani scriptoris, hactenus editæ fuerunt. Hujus honorifice meminit Claudianus libro 2. de statu animæ. Alterius cujusdam Eucherii Lugdunensis ecclesiæ episcopi memoria reperitur apud Cyprianum in vita Cæsarii apud Surium, qui cum eodem Cæsario Arausicano concilio secundo anno domini 529. celebrato interfuit & subscripsit. Cæsarium hic ultimo loco subscriptum, omnino alium esse oportet ab illo magni nominis Arelatensi episcopo, qui cum Eucherio juniore Arausicanæ secundæ aliisve quibusdam synodis interfuit, nominisque sui subscriptione approbavit. Nam tempore hujus concilii Arelatensis episcopus erat Hilarius, de quo supra. Defuncto Hilario non Cæsarius, sed post Ravennium Eonius: atque demum post Leontium, Eonio cuidam Cæsarius successit. Is ergo Cæsarius, qui huic primæ Arausicanæ synodo subscripsit, non tantum alius est & diversus episcopus ab eo Cæsario, qui Arausicano secundo, aliisve pluribus conciliis interfuit & subscripsit, verum etiam alterius, quam Arelatensis ecclesiæ antistes extitit. Hæc ex Baronio anno 441. numero 3. & seqq. Item ex ejusdem appendice, quæ extat in fine tomi decimi, ad annum Christi 529. Plura hac de re dicemus infra in notis concilii Carpentoractensis, Vasensis, Arelatensis, &c. hinc causam reddentes, cur prædicta concilia, hactenus sub Leone collocata, ad tempora Felicis papæ IV. retulerimus. — *Hilarius Arelatensis scriptorum S. Augustini defensor. errat Binius in utraque nota. Eucherius Lugdunensis auctor homiliarum, quæ hactenus sub nomine Eusebii Emisseni editæ fuerunt. Duo Eucherii. Duo Cæsarii.*

ANNO CHRISTI 441.

*** NOTÆ

ANNO CHRISTI 441.

** NOTÆ GABR. ALBASPINEI EP. AVR.

AD CANON III. CONCILII ARAVSICANI I.

QVÆ in hoc canone quæstio pertractatur, ea nisi me fallit animus, una est, si pœnitenti, quem dum pœnitentiæ quasi cursum propositum definitumque percurrit, & antequam confecerit, mors opprimit, eucharistia, qua ei aditus ad communionem in posterum pateat, porrigi debeat; propterea quod non deerant, qui existimarent eucharistiam illi esse tribuendam, nec tali beneficio illum privandum, atque ob id patres simplicem reconciliationem prætermissa illa maxima, eaque quæ *altario & mysteriis* reconciliabat, ad salutem satis præsidii ac virium habere sanxerunt: hoc est sine eucharistia, nec enim unquam maximæ reconciliationis fuit usus, quin eodem tempore eucharistiæ fuerit concessa perceptio: imo qui reconciliabatur *altario & mysteriis*, jus ad sumendam eucharistiam acquirebat.

Reconciliatoria manus, duplex erat reconciliatio, de majori hic loquuntur patres.

Placuit eos communicare, id est jubemus eos admitti in communionem fidelium & absolvi per simplicem reconciliationem eisque reddi supplicem communionem, non autem communionem altaribus, mysteriis & eucharistiæ.

Qui ejus communionem, id est simplicem illam reconciliationem & communionem.

Congruenter viaticum nominaverunt, id est existimarunt illam sufficere saluti eorum, qui in pœnitentia moriuntur, quamvis neque maximam reconciliationem, neque eucharistiam recipiant.

Legitimam communionem, aut eucharistiam intelligas, aut simplicem communionem quæ dabatur expleta & finita pœnitentia quæ dicitur magis legitima, quam quæ dabatur in casu necessitatis, & non absoluta pœnitentia; quia pœnitentes pœnitentiam peregerant, qua pro peccatis satisfecerant, & communionis participes meritissimo fuerant.

Cum reconciliatoria, cum reconciliatione mysteriis & altaribus.

Denique canon iste, ut ego quidem sentio, consentit cum canone 13. conc. Nicæn. & 1. concil. Carth. quorum decretis illud ratum, non dari posse eucharistiam pœnitenti moribundo, nisi permiserit expéderitque episcopus.

Sunt qui existimarent totum hunc canonem ita concipiendum, moribundis, excommunicatis satis ad salutem esse, si pœnitentia sine simplici communione concedatur, quia ea sufficiens est viaticũ: si vero supervixerint peracta pœnitentia, utramque communionem & reconciliationem consequantur: huic sensui prisca illa disciplina subscribere posset, ni a canone & decreto Innocentii dissentiret, quod hos patres latuisse non est verisimile.

AD CANON. VI. EIVSDEM CONCILII.

NVM satis verba ista indicant duas olim fuisse pœnitentias? Nam cum ea quæ ob merita imponeretur clericis infamiæ notam aliquam aspergerent: eosque gradus honore & officio indignos redderet, verisimile mihi non fit id ab ipsis desideratum & efflagitatum, quo impetrato, tam multa mala patiebantur, quoque expleto inter laicos recensebantur: sed erat quid amplius: recusantes ad eam ultro compellebantur, & ita attenta invigilabat ecclesia, ne quis in culpa hæreret diu, ut nihil op[illegible]esset eam petere; cum compertum esset quempiam [illegible]casse, volens nolensque ad satisfactionis remedium ad[illegible]batur. Quapropter mihi incidit suspicio quæ non vana est de pœnitentia concilium loquutum, quę pietatis causa & quadam religione vovebatur: ea enim ætate qua habitum est hoc concilium, tametsi omnem extra noxiam nonnulli essent, nullaque satis vehemens esset causa ad pœnitentiam subeundam, tamen pœnitentium modo & ritu ætatem aut aliquod se tempus acturos profitebantur, solemniterque hanc religionem atque hoc votum vovebant. De hac igitur religiosa pœnitentia, ut ita dicam, hunc canonem intelligo, quam clericis eo magis concedere verebantur, quo rebus sacris, ea accepta & professa, minus idonei fieri videbantur.

AD CANON. XII. EIVSDEM CONCILII.

NIHIL magnopere difficile est in hoc canone qui de gentilibus est accipiendus, non vero de catechumenis; quibus, etsi nullum voluntatis suæ testimonium haberent, baptismus esset conferendus.

Pœnitentiam accipere potest, Excommunicatus obmutescens subito non solum pœnitentiam, sed etiam reconciliationem: canone septuagesimo sexto Carthag. concilii quarti.

AD CANON. XIV. EIVSDEM CONCILII.

SI *de purgatione sua curent*, si ad ecclesiam crebro sese repræsentent ut exorcizentur.

Omnimode communicent, non solum primam communionem accipiant, sed etiam majorem & absolutissimam, eucharistiam scilicet: de energumenis accipiendum qui non perpetuo vexarentur.

Vel purgandi, eucharistia dæmones fugari satis compertum est.

Vita purgatior, peccata omnia in baptismo excusserant.

AD CANON. XVIII. EIVSDEM CONCILII.

EVANGELIA olim cathecumenorum sacris peractis, iisque semotis, legebantur. Ita esse ex constitutionibus Clementis liquet: postea vero melius visum est si ad lectiones & explicationes scripturarum admitterentur. Valentinum Hispaniæ, *ut sacrosancta euangelia, ante munerum illationem, in missa catechumenorum, in ordine lectionum post apostolum legantur: quatenus salutaria præcepta domini nostri Iesu Christi, vel sermonem sacerdotis, non solum fideles, sed etiam catechumeni, ac pœnitentes, & omnes qui ex diverso sunt, audire licitum habeant.* Ex his etiam verbis *norunt fideles*, quæ in sermonibus patrum reperiuntur, sciri potest aut nusquam catechumenos iisdem sermonibus & euangeliorum expositionibus interfuisse: iis enim absentibus nihil vereri poterant, illud quidquid esset exponere. Ex iis igitur utraque lectio retineri potest aut respui.

Legi, non solum legi, sed etiam explicari & episcoporum expositiones & sermones exaudire.

AD CANON. XX. EIVSDEM CONCILII.

IN matutinis, in missa, in vesperis, fidelibus benedictio ab episcopo tribuebatur: Hoc igitur canone jubetur ne eamdem benedictionem neque eodem tempore percipiant catechumeni: non eamdem, quia aliis verbis alioque ritu fidelium benedictio concipiebatur & celebrabatur, quam catechumenorum: non eodem tempore, quia sive in sacris fidelibus benedictio esset impertienda, ab iis segregandi erant catechumeni; sive in vesperis & matutinis, paululum submoveri debebant, ne ad eos fidelium benedictio pertinere videretur; sed si episcopi benedictionem optarent, semotim & separatim eam accipere debebant.

Vt se revocent, ut recedant.

AD CANON. XXVI. EIVSDEM CONCILII.

EPISCOPVS sacris peractis clero primum, subinde laicis suam benedictionem impertiebatur. Hoc igitur diaconissæ quod non amplius inter cleros numerarentur jubentur, non primæ, sed secundæ benedictioni capita submittere, hoc est recipere.

I a CONCILIVM b VASENSE c II. *

ANNO CHRISTI 442.

a ex Baronii Binii & aliorum sententia quam falsi redarguit Sirmondus qui I. dumtaxat asserit.

d CONSTITVTIONES SANCTÆ SYNODI habitæ in civitate Vasensi 2 apud Auspicium episcopum ecclesiæ catholicę, sub die Iduum Novembrium, Dioscoro viro clarissimo consule, anno Christi CCCCXLII. Valentiani III. Augusti decimooctavo, e Leonis I. papæ tertio.

TITVLI CANONVM.

ANNO CHRISTI 442.

CANONES.

I.

PLACUIT ergo tractatu habito, episcopos de Gallicanis provinciis venientes inter Gallias non discutiendos: sed solum sufficere, si nullus communionem alicujus interdixerit. quia inter circumhabitantes, ac sibi pene invicem notos, non tam testimonio indigent probi, quam denotatione ac denuntiationibus depravati.

II.

Pro his qui pœnitentia accepta, in bonæ vitæ cursu satisfactoria compunctione viventes, sine communione inopinato nonnunquam transitu, in agris aut itineribus præveniuntur, oblationem recipiendam, & eorum funera, ac deinceps memoriam ecclesiastico affectu prosequendam; quia nefas est eorum commemorationes excludi a salutaribus sacris, qui ad eadem sacra fideli affectu contendentes, dum se diutius reos statuunt, indignos salutiferis mysteriis judicant, ac dum purgatiores restitui desiderant, absque sacramentorum viatico intercipiuntur: quibus fortasse nec absolutissimam reconciliationem sacerdos denegandam putasset.

III.

Ivo pag. 1. cap. 272. Per singula territoria presbyteri, vel ministri, ab episcopis, non prout libitum fuerit, a vicinioribus, sed a suis propriis, per annos singulos chrisma petant, appropinquante solennitate paschali: nec per quemcumque ecclesiasticum, sed si qua necessitas aut ministrorum occupatio est, per [a] subdiaconem: quia inhonorum est inferioribus summa committi. Optimum autem est, ut ipse suscipiat, qui in tradendo usurus est. Si quid obstat, saltem is, cujus officii est sacrarium disponere, & sacramenta suscipere.

[a] De VII. ordinibus Tomo IX. Hier.

IV.

13. q. 2. Qui oblationes. [f] Qui oblationes defunctorum fidelium detinent, & ecclesiis tradere demorantur, ut infideles sunt ab ecclesia abjiciendi: quia usque ad exinanitionem fidei pervenire certum est hanc divinæ pietatis exacerbationem: qua & fideles de corpore recedentes votorum suorum plenitudine, & pauperes collatu alimoniæ & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales, quasi egentium necatores, nec credentes judicium Dei habendi sunt. Vnde & [3] quidam patrum hoc scriptis suis inseruit congruente sententia, qua ait: *Amico quippiam rapere, furtum est: ecclesiam fraudare, sacrilegium.*

Hier. epist. 2. ad Nepotianum.

V.

Si quis episcopi sui sententiæ non acquiescit, recurrat ad synodum.

VI.

Ex epistola S. Clementis utilia quæque, præsenti tempore ecclesiis necessaria, sunt honorifice proferenda, & cum reverentia ab omnibus fidelibus, ac præcipue clericis, percipienda. Ex quibus quod specialiter placuit, propter venerandam antiquitatem statutis præsentibus roboramus, quod suprascriptus beatus martyr de beatissimi apostoli Petri institutione commemorat, dicens: *Quædam autem etiam ex vobisipsis intelligere debetis, si qua sint, quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest evidentius & manifestius proloqui. Verbi gratia: si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare ut ipse vobis dicat. Cum illo nolite amici esse: sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus, videlicet qui ecclesiæ curam gerit, absque commonitione obsecundare, & averti ab eo, cui ipsum sentitis adversum: sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum sibi gratiam reparare, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis*, &c. quæ in consequentibus denotant amicos eorum qui veritatis inimici sunt. Sciat itaque deinceps clerus ad reatum, sed & populus fidelium ad culpam sibi adscribendum, si quis hoc in vitio malorum confortator, & disciplinæ subversor agnoscatur.

S. Clemens epist. 1. [a] Vide Tomi I. pag. 88. C. Ivo part. 14. cap. 22. Dist. 93. Si inimicus.

VII.

Placuit præterea accusandi licentiam etiam in nostri ordinis, si qua existit, levitate comprimere. Vt se episcopus, si quem judicat abstinendum, & pro humiliatione & correctione fratris assurgit, exorari a ceteris acquiescat, fratri, de quo agitur, correptione & comminatione adhibita. Sin autem de crimine aliquem putet esse damnandum, accusatoris vice discutiendum sciat. Fas est enim, ut quæ uni probantur, probentur omnibus.

VIII.

Quod si se tantum episcopus alieni sceleris conscium novit, quamdiu probare non potest nihil proferat; sed eum ipso ad compunctionem ejus secretis correptionibus elaboret. Qui si correptus pertinacior fuerit, & se communioni publicę ingesserit; etiamsi episcopus in redarguendo illo, quem reum judicat, probationibus deficiat, indemnatus licet, ab his qui nihil sciunt secedere ad tempus pro persona majoris auctoritatis jubeatur, illo quamdiu probari nihil potest, in communione omnium, præterquã ejus qui eum reum judicat, permanente.

IX.

ANNO CHRISTI 442.

Ivo part. 3. cap. 154.

IX.

Deexpositis, quia conclamata ab omnibus querela processit, eos non misericordiæ jam, sed canibus exponi; quos colligere calumniarum metu, quamvis inflexa præceptis misericordiæ mens humana detrectet; id servandum visum est, ut secundum statuta fidelissimorum, piissimorum, augustissimorum principum, quisquis expositum colligit, ecclesiam contestetur, contestationem colligat: nihilo minus de altario dominico die minister annuntiet, ut sciat ecclesia expositum esse collectum, ut infra dies B decem ab expositionis die expositum recipiat, si quis se comprobaverit agnovisse: collectori pro ipsorum decem dierum misericordia, prout maluerit, aut ad præsens ab homine, aut in perpetuum cum Deo gratia persolvenda.

X.

4 Sane si quis post hanc diligentissimam sanctionem expositorum hoc ordine collectorum repetitor, vel calumniator extiterit, ut homicida ecclesiastica districtione feriatur.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI S. I. C

1 *Concilium Vasense.*] Qui pro duobus conciliis Vasensibus tria fuisse contendunt, frustra se torquent, & nodum, quod aiunt, in sirpo quærunt. Duo quippe, nec plura, in omnibus antiquis exemplaribus leguntur, suis apte distincta canonibus. hoc primum sub Leone papa, & alterum post annos fere 90. sub Felice IV. Neque in his ulla, quod putant, est confusio. Sed ut tertium his antiquius Vasense concilium fingerent, impulit falsa opinio, qua sibi concilium Arelatense II. in quo synodi Vasensis mentionem fieri videbant, multo ante hæc tempora celebratum persuaserant, cum ex Vasensis contra synodi mentione posteriorem illa fuisse Arelatensem conjici debuerit.

2 *Apud Auspicium episcopum.*] Editiones vulgatæ, *apud Vrbicum episcopum.* Sed Auspicium habent omnes manuscripti, eum videlicet qui proxime concilio Regensi & Arausicano cum ceteris subscripsit: ex hoc vero loco Vasionensem episcopum fuisse intelligimus Quamquam autem subscriptiones hic nullæ sunt, quæ aliorum episcoporum nomina indicent, sunt tamen qui episcopos ad hanc sy- D nodum convenisse tradant numero xv. alii duodeviginti.

3 *Quidam patrum.*] S. Hieronymus in epistola 2. ad Nepotianum. Iugulat ergo hic locus errorem illorum qui concilium Vasense, in quo editus est hic canon, & Arelatense II. a quo laudatur, ad Iulii papæ tempora referri posse augurati sunt.

4 *Sane si quis.*] Rectius opinor codex Lugdunensis, item & Fossatensis, novum hic canonem non statuunt, sed hoc membrum cum superiore velut ejus partem conjungunt.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Sicut acta & decreta hujus concilii propter miram canonum confusionem incerta sunt, ita quam ob causam celebratum sit certo affirmari nequit. Si communem sententiam sectantes decem capitula, hactenus edita E sub nomine Vasensis illius quod tempore Leonis celebratum est, eidem adscribamus, quid in hoc concilio actum sit, ex titulis eorumdem capitulorum cognosci potest. Et quamquam manifestum sit ex iis quæ supra dixi in notis concilii Vasensis I. sub Iulio capitulum quartum non in hoc, sed potius illo priore constitutum esse, ad evitandam tamen majorem lectoris confusionem, omnia capitula hactenus sub nomine hujus Vasensis edita, huic loco relinquere volui.

Qua de causa celebratum sit, incertum est.

Canones Vasenses confusi.

b *Vasense*] Sic dictum a Vasione, quæ est civitas in Gallia Narbonensi. Vnde rectissime & convenientissime alio nomine Vasionense concilium appellatur. Quod supra in notis Vasensis primi dictum est, hanc synodum rectius Vasatensem nominari, perspectis iis quæ Baronius in appendice tomi decimi correxit & emendavit circa annum domini 442. erroneum & emendandum esse cogno- A vi. Vasates enim sunt populi prope Burdigalam; ut ex allegata ibidem auctoritate Sidonii constat. Episcopi autem qui huic synodo interfuerunt, Arelatensis provinciæ fuisse certum est. Vnde procul abhorret, ut ipsi Vasatis convenisse dicantur.

Vasense unde sic dictum. Superius dicta corriguntur.

ANNO CHRISTI 442.

c *Secundum.*] Quod ut verum esse cognoscas, vide quæ notavi supra in concilio Vasensi sub Iulio, verbo *concilium.*

Quorum Vasense.

d *Constitutiones sanctæ.*] Præter ea quæ hic de nota consulari asseruntur, nihil est quod ad synodum Vasensem secundam pertinere certo constet.

e *Leonis papæ I. tertio.*] Anno pontificatus illius tertio, qui est Christi nati quadringentesimus quadragesimussecundus, Theodosii trigesimusquintus & Valentiniani decimusoctavus. Nam principio actorum hanc synodum celebratam fuisse scribitur sub Dioscori consulatu, qui cum prædictis Christi, pontificum & imperatorum chronologiis coincidit, ut ex emendatioribus fastis constat.

Tempus habiti concilii Vasensis.

f *Qui oblationes defunctorum.*] Vide quæ diximus supra in notis concilii Vasensis primi sub Iulio.

*** NOTÆ GABR. ALBASPINEI EP. AVR.

AD CANON II. CONCILII VASENSIS I.

DE iis, in hoc canone mentio fit, qui cum pœnitentiam agerent, ante vitam desererent, quam eam perfecissent, quique ante peccatorum relaxationem, aut condonationem, accedente mortis necessitate intercepti, e vita demigrarent, pro quorum salute dubitaret ecclesia, admitterentur ne oblationes parentum, precesque eorum causa funderentur: non quod sempiterno quidem eos exitio addictos existimarent; sed quod eorum oblationes admittere, eosdemque nominatim publicis deprecationibus ecclesiæ appellare, aliud nihil esset, quam ad communionem fidelium mortuum adsciscere. Ideoque id non facile concedebatur, ne a vetere ecclesiæ disciplina desciseretur, quæ hoc cavebat, prospiciebatque, ne communione aut societate eorum quis familiarius uteretur. quos non omni fæce & colluvione vitiorum perpurgatos esse constaret: idem Arelatensi concilio canone 12. & 14. responso Timothei.

Pœnitentia accepta, quam non absolverant, cujus neque communionem, neque absolutionem accepissent.

Bono vitæ cursu, si pœnitentiam probe peragerent, alioquin non fuissent in bono vitæ cursu, si eam neglexissent.

Sine communione, sine absolutione.

Oblationem, quam eorum parentes & agnati offerrent.

Fideli affectu, ardore quodam pœnitentiæ, æquo, patienti & forti animo, omnes ejus acerbitates perferendo.

Diutius reos statuunt, dum longiorem volunt protrahere pœnitentiam, qua posita acceptaque reos se esse coarguebant, sed necdum absolutos.

Dum purgatiores, dum dant operam, ut crebra impositione manuum expientur, orationibusque tertii gradus pœnitentium: quæ propriæ purgabant, & ut ita loquar, pœnitentes exorcismis non secus ac energumenos divexabant & emundabant.

Nec absolutissimam reconciliationem, duplicem fuisse re- D conciliationem convincit, minimam & maximam. Id enim eo spectat, ut asserere videantur, si præsens adfuisset episcopus morienti, non potuisse denegari altario & mysteriis reconciliationem: ac forte potuisset fieri, ut cum illum nactus esset, vere & ex animo pœnitentem, illi non absolutionem noxarum modo & simplicem, reconciliationem cum grege fidelium; verum etiam altario & mysteriis impertiisset: multo magis ejus oblationes suscipiendæ fuissent, provocationesque pronunciandæ; atque hic est horum verborum sensus.

Sacerdos, hoc est episcopus, ita omnino reddendum & explicandum, quod solus esset episcopus, qui qua authoritate & potestate est, pœnitentibus eucharistiam præbere posset morientibus. Cum igitur de *absolutissima reconciliatione* loquatur, quæ verba non nisi eucha- E ristiæ perceptionem sonant, loquitur de eo, qui ejus omnino dandæ potestatem haberet, nō de simplici sacerdote.

AD CANON. VIII. EIVSDEM CONCILII.

MAIOR in Gallia episcopis reverentia: quam in Africa; nam hic secedere, in Africa remanere jubetur: canon. 5. concil. 7. Carthag. Quid autem sit; & quomodo intelligendum, quod eodem tempore secedit, & in communione permanet: a sacris & eucharistia aliquo tempore removebatur, & episcopi conspectum vitabat; hoc est secedere, cæteris tamen fidelibus præterquam episcopo communicabat, & Christiana communione & societate fruebatur: quomodo autem aliquis societatis & pacis Christianæ particeps esse posset, qui tamen cum aliquo fidelium non communicaret, alias dicendi locus. Cæterum non mirum si hujusce canonis titulus cum sensu non congruat, nam plerique omnes ab aliis quam ab auctoribus & patribus conciliorum inscripti sunt

ANNO CHRISTI 444.

Causa & tempus concilii

a CONCILIUM ROMANUM I. IN CAUSA MANICHÆORUM.

a *Concilium.*] Postquam S. Leo Manichæos Romæ occulte latitantes comperisset, iisque publicam quamdam notam infamiæ, qua a catholicis discernerentur, inussisset, tandem (ut constat ex ejus epist. 2. hoc anno, mense Ianuario ad episcopos Italiæ scripta) anno pontificatus sui quinto, qui est Christi 444. & Theodosii imperatoris 37. adversus eosdem Romæ concilium indixit. Cui, ut Manichæorum scelera notiora redderentur, non tantum episcopos & presbyteros, sed & senatores complures, illustresque viros, imo & plebis partem præsentem esse voluit. Quid in hoc concilio actum fuerit, S. Leo serm. 5. de jejunio decimi mensis describit his verbis: *Residentibus itaque mecum episcopis ac presbyteris, ac in eumdem consessum Christianis viris ac nobilibus congregatis, electos & electas eorum jussimus præsentari. Qui cum de perversitate dogmatis sui, & de festivitatum suarum consuetudine multa reserarent, illud quoque scelus, quod eloqui verecundum est, prodiderunt. Quod tanta diligentia investigatum est, ut nihil minus credulis, nihil obtrectatoribus maneret ambiguum. Aderant enim omnes personæ, per quas nefandum facinus fuerat perpetratum: puella scilicet, ut multum decennis, & duæ mulieres, quæ ipsam nutrierant, & huic sceleri præpararant. Præsto erat etiam adolescentulus vitiator puellæ, & episcopus ipsorum detestandi criminis ordinator. Omnium par fuit horum & una confessio, & patefactum est execratum, quod aures nostræ vix ferre potuerunt. De quo ne apertius loquentes castos offendamus auditus, gestorum documenta sufficiant; quibus plenissime docetur, nullam in hac secta pudicitiam, nullam honestatem, nullam penitus reperiri castitatem; in qua lex est mendacium, diabolus religio, sacrificium turpitudo. Hos ideo homines, dilectissimi, per omnia execrabiles atque pestiferos, quos aliarum regionum perturbatio nobis intulit crebriores, ab amicitia vestra penitus abdicate, vosque præcipue mulieres a talium notitia & colloquiis abstinete; ne dum fabulosis narrationibus incautus delectatur auditus, in diaboli laqueos incidatis.*

Qui qualesve interfuerint.

Acta concilii.

Eadem prolixius commemorantur in epistola secunda Leonis, quam instar aliarum ad alios scriptarum dederat ad episcopos Italiæ, ut de rebus in hac synodo Romæ adversus Manichæos gestis, certiores fierent, omnesque pestilentissimam luem præcognitam, præcavere & longius propulsare discerent. Hæc ex Leonis sermonibus & epistolis Baron. anno 444. num. 1. 2. & seqq.

CONCILIUM [a] INCERTI LOCI,

[1] IN QUO CHELIDONIUS EPISCOPUS VESONTIONENSIS, tamquam viduæ maritus, & qui capitalibus aliquando judiciis præfuisset, episcopatu dejectus est.

[a] Vesontionense quidam valde probabiliter nuncupavit: vide tum notas Sirmondi, tum Vesontionem Ioannis Iacobi Chifletii.

HUIC *concilio præfuit Hilarius Arelatensis. Interfuisse autem cum aliis & Germanum episcopum Autisiodorensem, innuit Honoratus Massiliensis, seu quis alius vitæ Hilarii ejusdem est auctor. Ceterum Chelidonius in hac synodo damnatus Romam ad Leonem papam contendit, nec multo post secutus est Hilarius: sed suggestione Leoni oblata, moræ impatiens exitum judicii non* A *exspectavit. Ex quo nata est illa Leonis in Hilarium indignatio, quam ejus ad episcopos provinciæ Viennensis epistola declarat. Chelidonium porro absolvit Leo, non quod justam exauctorationis causam non duceret illam quæ obtendebatur, sed quod falso ei objecta, nec satis probata videretur. Auctor vitæ Hilarii, quamquam synodi judicium sic exponit, quasi legitimæ testium probationi nihil defuisset; Hilario tamen fraudi fuisse non dissimulat, quod conscientia fretus nimia erga Leonem libertate usus esset. Scribit ergo in hunc modum:* In excursibus autem quis ut dignum est explicabit, quantum ejus præsentia profectum B contulerit civitatibus Gallicanis, sanctum Germanum sæpius experendo, cum quo sacerdotum ministrorumque vitam, nec non profectus excessusque tractabat? Ubi ejus adventus innotuit, flammata ad utrumque nobilium & mediocrium studia convolarunt, adstruentes Chelidonium internuptam suo adhibuisse consortio, quod apostolicæ sedis auctoritas, & canonum prohibent statuta: simul ingerentes, sæculi administratione perfunctum capitali aliquos condemnasse sententia. Tantæ rei novitate permoti testes imperant præparari. Conveniut ex aliis locis probatissimi sacerdotes: C res omni ratione prudentiaque discutitur, accusatio testimoniis confirmatur. Adhibetur vera simplexque definitio, ut quem scripturarum regulæ removebant, voluntate propria se removere deberet. Ille urbem credidit expetendam, ibique se injusto rigore adstruit condemnatum. Quod ubi comperit vir beatus, pedibus iter aggrediens, Romam sine equo, sine sagmario festinus intravit. Apostolorum, martyrumque occursu peracto, beato Leoni papæ illico se præsentat, cum reverentia impendens obsequium, & cum humilitate deposcens, ut ecclesiarum statum more solito or- D dinaret: adstruens aliquos apud Gallias publicam merito excepisse sententiam, & in urbe sacris altaribus interesse. Rogat atque constringit, ut si suggestionem suam libenter excepit, secreto jubeat emendari. se ad officia non ad causam venisse; protestandi ordine, non accusandi, quæ sunt acta suggerere: porro autem si aliud velit, non futurum esse molestum. Et quia tantorum virorum, præsertim jam ad supernam gratiam vocatorum, nec in narratione audeo judicia ventilare, hoc breviter tetigisse sufficiat, quod solus tantos sustinuit, quod nequaquam minantes expavit, quod inquirentes edocuit, quod altercantes vicit, quod poten- E tibus non cessit, quod in discrimine vitæ positus communioni ejus, quem cum tantis viris damnaverat, conjungi nullatenus acquievit. In civitatis recessu totum se ad placandum animum sancti Leonis inclinata humilitate convertit, misso primitus S. Ravennio, tunc presbytero, postmodum proprio successore: deinde sancto Nectario, sanctoque Constantio præcipuis sacerdotibus. Et quia quantum in hac causa dictaverit, huic operi nulla possum ratione connectere, Auxiliaris tunc præfecti quæ fuerit sententia credidi inserendum, cujus hæc verba sunt.

Sanctos Nectarium & Constantium sacerdotes ex beatitudinis tuæ parte venientes digna admiratione suscepi. Cum his sæpius sum locutus de virtute animi atque constantia, contemptuque rerum humanarum, quo inter fragilitates

ANNO CHRISTI 444.

ANNO CHRISTI 444.

gilitates nostras semper beatus es. Nam quid potest in hac corporea vitâ esse jucundum, quæ cum sit misera, tamen non potest esse perpetua? Locutus sum etiam cum sancto papa Leone. Hoc loco, credo, aliquantum animo perhorrescis. Sed cum propositi tui tenax sis, & semper æqualis, nulloque commotionis felle rapiaris, sicut nullis extolleris illecebris gaudiorum, ego nec minimum quidem factum beatitudinis tuæ arrogantiæ memini contagione fuscari. Sed impatienter ferunt homines, si sic loquamur, quomodo nobis conscii sumus. Aures præterea Romanorum quadam teneritudine plus trahuntur: in quam si se sanctitas tua subinde demittat, plurimum nihil perditurus acquiris. Da mihi hoc, & exiguas nubes parvæ mutationis serenitate compesce.

NOTA IACOBI SIRMONDI S.I.

[1] *In quo Chelidonius episcopus.*] Vesontionis episcopum fuisse docet in codice Iurensis monasterii vetus auctor vitæ sancti Romani abbatis, quem ab Hilario Arelatensi presbyterum per id tempus factum narrat haud procul ab urbe Vesontionensi: unde & concilium hoc nonnulli Vesontione habitum tradunt.

Damnatus in hac synodo Chelidonius Romam, ut est in vita sancti Hilarii, ad Leonem papam se contulit, eodemque mox Hilarius aspera hieme profectus est, ut de Chelidonii causa responderet. Post cujus ab urbe discessum missa est in Galliam sequens epistola Leonis ad episcopos provinciæ Viennensis, & cum epistola, Valentiniani novella ad Aetium. Quam cum Iunio mense datam liqueat anno CCCCXLV. reliquum est, ut Chelidonii damnatio in præcedentem annum conjicienda sit.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S.I.

"** *Mirum vero est omissa fuisse in Regia collectione, quæ Sirmondus idem addendis in primo tomo conciliorum Galliæ inseruerat:* In vetere scheda sequens epistola Leonis, * non ad Viennensis tantum provinciæ, sed etiam ad Maximæ Sequanorum episcopos missa inscribitur hoc modo: *Dilectissimis universis episcopis per provincias Maximam Sequanorum & Viennensium constitutis Leo.* Quæ res & probabilem de loco synodi conjecturam facit, & Chelidonium Vesontionis, quæ Maximæ Sequanorum est metropolis, episcopum fuisse confirmat.

* [...]ea est or[...]ine 89. [...]upr. pag. [...]996. A.

CONCILIVM ROMANVM II. SVB LEONE I.

In causa Hilarii Arelatensis episcopi anno domini CCCCLV. celebratum.

a *Concilium Romanum.*] Cum Hilarius Arelatensis episcopus, Patrocli aliorumque antecessorum suorum vestigiis insistens, contra Taurinensis concilii definitionem, Bonifacii & Cælestini pontificum constitutionem, in Viennensi & Narbonensi provincia, episcopos deponere, aliosque in locum adhuc viventium substituere præsumpsisset; apud sedem apostolicam jure meritoque hanc ob rem denuntiatus, ad sui defensionem sponte se Romam contulit. Hac synodo Romæ anno domini 445. celebrata convictus, nulla licentia expectata, nullaque abeundi licentia impetrata, Arelaten rediit. Quæ post abitum illius in concilio acta fuerint, sanctus Leo in epistola 89. ad Viennenses scripta prolixe recenset. Sententiam in eum pronuntiatam, Leonis pontificis rogatu, Valentinianus imperator dato rescripto ad Aetium magistrum militiæ in Gallia executus fuit. Extat rescriptum Valentiniani inter novellas Theodosii cod. Theod. tit. 24. de episcopis ordinandis: quod inter cetera præclara de auctoritate Romani pontificis hæc habet: *Et erat ipsa quidem sententia* (Romani pontificis) *per Gallias etiam sine imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti pontificis auctoritate in ecclesias non liceret? sed nostram quoque præceptionem hæc ratio provocavit, ne ulterius vel Hilario, quem adhuc episcopum nuncupari sola mansueti præsulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri ecclesiasticis rebus arma miscere, aut præceptis Romani pontificis liceat obviare: ausibus enim talibus fides & reverentia nostri violatur imperii.* Et paulo post: *Hac perenni sanctione decernimus, ne quid tam episcopis Gallicanis, quam aliarum provinciarum contra veterem consuetudinem liceat sine viri venerabilis papæ urbis æternæ auctoritate tentare. Sed illis omnibusque pro lege sit, quidquid sanxit vel sanxerit apostolicæ sedis auctoritas,* &c. Integrum edictum recenset Baronius anno 445. num. 9. & 10."

Cur Hilarius apud sedē apostolicam denuntiatus fuerit.

Hilarius in synodo cōvictus Arelaten rediit.

ANNO CHRISTI 445.

Apostolicæ sedis auctoritas quæ & quanta.

"** CONCILIVM INCERTI LOCI EX QVO S. GERMANVS, ET S. LVPVS episcopi in Britanniam ad profligandam hæresim Pelagianam missi sunt Aetio III. & Symmacho coss. hoc est anno Christi CCCCXLVI. Valentiniani III. Augusti XXI. Leonis Magni papæ V.

"Vide sup. p 1401. A.

GRASSANTE *in Britannia hæresi Pelagiana cum postulassent per legatos ab episcopis Galliæ Britanni, ut fidei catholicæ periculo subvenirent, congregata est, incertum quo loco, episcoporum synodus, delectique in ea sunt ad Britannicam expeditionem virtute & doctrina præstantes episcopi duo, Germanus Antisiodorensis & Lupus Tricassinus, qui totam insulam ab ea labe repurgarunt, ut Constantius presbyter in vita S. Germani narrat lib. I. cap. XIX. & aliis deinceps.* Eodem, *inquit*, tempore ex Britannis directa legatio Gallicanis episcopis nuntiavit Pelagianam perversitatem in locis suis populos occupasse, & quamprimum fidei catholicæ debere succurri. Ob quam causam synodus numerosa collecta est, omniumque judicio duo præclara religionis lumina universorum precibus ambiuntur Germanus & Lupus apostolici sacerdotes, terram corporibus, cœlum meritis possidentes. Et quanto laboriosior necessitas apparebat, tanto etiam promptius heroes devotissimi susceperunt celeritatem negotii fidei stimulis maturantes. *& cætera quæ sequuntur.*

"** NOTA IACOBI SIRMONDI, S.I.

Vt synodi hujus de loco non constat, ita tempus quoque incertum est. Sigebertus enim ad annum Christi CCCCXLVI. Britannicam Germani cum Lupo legationem manifeste refert. Et Sigeberto favere videntur quæ Beda narrat libro I. historiæ Anglicanæ. At Prosper in chronico Germanum a Cælestino papa in Britanniam missum tradit anno CCCCXXIX cui adhærens Baronius synodum hanc illo anno habitam censuit.

SYNODVS MAGNA VEROLAMII ADVERSVS PELAGIANAM HÆRESIM ab Agricola in Britannia suscitatam celebrata.

Cui e Galliis aderant Germanus Antissiodorensis, & Lupus Tricassinæ ecclesiæ episcopi, a synodo etiam in hac causa illic habita delegati.

ANNO gratiæ 446. hæresis Pelagiana per Agricolam Pelagii discipulum allata, fidem Britonum fœda peste maculavit. Verum Britanni, cumneque suscipere dogma perver-

sum,

ANNO CHRISTI 447.

ſum, gratiam Chriſti blaſphemando, ullatenus vellent, neque verſutiam nefariæ perſuaſionis refutare verbis certando ſufficerent, invenerunt ſalubre conſilium, ut a Gallicanis epiſcopis auxilium belli ſpiritualis inquirant. Quamobrem collecta ibidem magna ſynodo, quærebatur in commune qui illuc in ſuccurſum fidei mitterentur. Tandem omnium judicio, eligebantur apoſtoli ſacerdotes, Germanus Altiſſiodorenſis, & Lupus Tricaſſinæ civitatis epiſcopi, qui ad confirmandum fidem in Britanniam pergere maturarent. Qui cum prompta devotione preces & præcepta ſanctæ eccleſiæ ſuſcepiſſent, intraverunt oceanum, & licet cum labore & periculo, decurſis in brevi pelagi ſpatiis, optato litore quiete potiuntur. Collecta itaque apud Verolamium ſynodo, immenſa multitudo virorum etiam cum conjugibus & liberis illuc excitata convenerat. Aderat populus, expectabatur futurus judex, aſtabant partes diſpari conditione conſimiles, inde divina fides, hinc humana præſumptio, inde Chriſtus, hinc Pelagius auctor perverſæ pravitatis. Primo in loco, beatiſſimi ſacerdotes copiam diſputandi proponendique adverſariis præbuerunt, loquacitatiſque garritum evomere permiſerunt, qui ſola nuditate verborum, diu & inaniter, audientium aures cum temporibus occuparunt: deinde antiſtites venerandi torrentes eloquii, cum apoſtolicis & euangelicis imbribus, perfuderunt. Miſcebatur ſermo proprius cum divino, & aſſertiones modeſtiſſimas lectionum teſtimonia ſequebantur. Convincitur vanitas, perfidia confuſa refutatur, ita ut ad ſingulas verborum objectiones erraſſe ſe, dum nequeant reſpondere, confitentur. Populus arbiter vix manus continet judicium cum clamore conteſtando. *Hactenus Beda.*

Antiſtes vero omnibus ad votum feliciter conſummatis, & quæ prius diſſipata fuerant rite ordinatis, ad propria cum gaudio remeavit, Dei & beati Anglorum protomartyris Albani, cui victoriam adſcripſit gratus acceptor beneficii, magnalia prædicando. Et his ita geſtis, innumera utriuſque ſexus multitudo ad dominum eſt converſa. *Hæc Matthæus Vveſtmonaſterienſis ex Conſtantino presbytero.*

a CONCILIVM HISPANICVM GENERALE, SVASV LEONIS PONTIFICIS,

In cauſa Priſcillianiſtarum indictum, anno domini 447.

Præter regulam fidei, quæ ſupra in fine concilii Toletani primi excuſa eſt, nihil extat. Incipit prædicta regula fidei ſic:

CREDIMVS in unum Deum patrem omnipotentem, & Filium, & Spiritum ſanctum, viſibilium & inviſibilium factorem, &c. *Vide ſupra loco allegato.*

NOTA SEVERINI BINII.

Hiſpaniam a barbaris devaſtatam hæretici invaſerunt, & huic concilio celebrando cauſam dederunt.

a *Concilium Hiſpanicum.*] Cum ingruentibus barbaris, Vandalis primum, Gothis atque Suevis, florentiſſima illa Hiſpaniarum eccleſia, ſanctiſſimorum antiſtitum ſolita cultura careret, pulcra immutata facie, reddita eſt velut ager incultus, vepribus undique repletus ac ſpinis, in quibus feræ ſua latibula quærebant. Accidit, quod dum S. Turibius Aſturicenſis epiſcopus, vehementi catholicæ veritatis ardore ſuccenſus, hac de A cauſa Hiſpaniæ eccleſias luſtraret, ejuſdem beſtiarum luſtra inveniens, ad eas pellendas, earumque latebras deſtruendas, apoſtolicæ ſedis, a qua Hiſpaniæ ſincerum euangelium acceperant, ſubſidium imploraverit, atque per diaconum ſuum, Romam ad hoc opus ablegatum, Leonem pontificem de his omnibus certiorem reddiderit. Quę dum S. Leo exacte examinaſſet, redditis literis poſt alia eum admonuit, ut in Hiſpania generale concilium celebraretur. *Habeatur ergo*, inquit epiſtola 93. ad Turibium, *inter vos epiſcopale concilium, & ad eum locum, qui omnibus opportunus ſit, vicinarum provinciarum conveniant ſacerdotes, ut ſecundum ea quæ ad tria conſulta reſpondimus, pleniſſimo diſquiratur examine, an ſint aliqui inter epiſcopos qui hujus hæreſeos* (Priſcillianiſtarum ſcilicet) *contagio polluantur, a communione ſine dubio ſeparandi, ſi nefandiſſimam ſectam* B *per omnium ſenſuum pravitates damnare noluerint.* Et poſt nonnulla: *Dedimus itaque literas ad fratres & coepiſcopos noſtros Tarraconenſes, Carthaginenſes, Luſitanos atque Gallæcos, eiſque ſynodi generalis concilium indiximus*, &c.

ANNO CHRISTI 447.

S. Leonis hortatu concilium in Hiſpania celebratū.

Acta concilii.

His literis in Hiſpaniam perlatis, ad celebrandum generale concilium, epiſcopi diverſarum provinciarum convenerunt, Priſcillianam hęreſim condemnarunt, atque contra eam, regulam quamdam fidei, de qua ſupra in principio diximus, cum aliquot capitulis ediderunt. Hæc ſummatim in actis concilii Bracarenſis I. in præfatione, Lucretius eſt prælocutus, his verbis: *Credo autem veſtræ beatitudinis fraternitatem noſſe, quia eo tempore quo in his regionibus nefandiſſimæ Priſcillianæ ſectæ venena ſerpebant, beatiſſimus papa urbis Romæ Leo, qui quadrageſimus ſeptimus fere apoſtoli Petri ſucceſſor* C *extitit, per Turibium notarium ſedis ſuæ ad ſynodum Galliciæ contra impiam Priſcillianæ hæreſeos ſectam ſcripta ſua direxit: cujus etiam præcepto Tarraconenſes & Carthaginenſes epiſcopi, Luſitani quoque & Bætici, facto inter ſe concilio, regulam fidei contra Priſcillianam hæreſim cum aliquibus capitulis deſcribentes, ad Balconium tunc hujus Bracarenſis eccleſiæ præſulem direxerunt.* Hæc de rebus in ſynodo geſtis. Sed cum hæc ad Balconium Tarraconenſem epiſcopum, totius Galliciæ primatem & metropolitanum, ſcripta fuiſſe dicat Lucretius; præterea etiam Gallicii hoc tempore ſub Rechilla Suevorum rege fuerint, reliquæ autem Hiſpaniarum provinciæ Theodorico, ejuſque filio Toriſmundo, & Gothorum regibus paruerint, probabile admodum eſſe apparet, quod ſupra in notis concilii Toletani I. verbo *Regula* diximus, duo habita fuiſſe concilia, quæ poſtea cum Toletano pri- D mo conjuncta fuerunt. Vnum Toleti, cui Tarraconenſes, Carthaginenſes, Luſitani & Bętici epiſcopi interfuerunt, & de rebus in ſynodo geſtis ad Balconium Galliciæ primatem literas dederunt. Alterum collectum eſt in Gallicia ſub Balconio in municipio Celenenſi apud Lucenſem urbem. Quarum cum una conveniendi cauſa & auctoritas fuerit, inque unam & eamdem ſententiam convenerint, in unum conflata, & Toletano primo, collectoris errore, conjuncta fuerunt. Vide quæ diximus in notis concilii Toletani I. verbo *Regula fidei*, & in notis concilii Conſtant. I. verbo *Symbolum*, & quæ infra dicemus in notis concilii Bracarenſis I. verbo *Turibium.*

Duo hac de re concilia in Hiſpania celebrata fuerunt, unum Toleti, alterum in Gallicia.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

E In ſchedis V. C. Petri Pithœi ad me Roma nuper tranſmiſſis, inter ea quæ novę editioni conciliorum inſerenda proponebat Romanis VV. eruditis illi negotio a ſummo pontifice deputatis, pauca hæc obſervavi, quæ huc omnino ſpectare mihi videntur.

Thuribii epiſcopi epiſtola ad Idacium & Ceponium epiſcopos de non recipiendis in auctoritate fidei apocryphis ſcripturis & de ſecta Priſcillianiſtarum, quæ pertinet ad Gallecienſe concilium anno Chriſti CCCCXLVII. *incipit, Moleſta ſemper*, &c. Hanc ſi nanciſci licuerit inter appendices lectoribus repræſentabimus.

a CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM I.

ANNO CHRISTI 448.

ZENONE ET POSTVMIANO CONSVLIBVS celebratum,

Quo ſub præſidio Flaviani Eutyches archimandrita condemnatus eſt, ſub pontificatu Leonis anno domini CCCCXLVIII.

Acta

ANNO CHRISTI 448.

Acta hujus concilii extant apud concilium Calchedonense, actione 1. Incipiunt sic:

CONSVLIBVS Flavio Zenone & Postumiano viris clarissimis, sub die sexto Idus Novembris, *&c.*

NOTA SEVERINI BINII.

Quare Eutyches accusatus.

[a] *Concilium.*] Cum in causa Florentii Sardiorum metropolitani adversus episcopos sub eo constitutos Ioannem & Cossinium, Flavio Zenone & Postumiano consulibus, anno nimirum domini 448. concilium haberetur Constantinopoli, Eusebius Dorylæi episcopus, cum vulgatam incerto auctore novam hæresim, qua docebatur in Christo domino ante incarnationem duas, post incarnationem vero non duas, sed unam dumtaxat fuisse naturam, ab Eutyche archimandrita prædicari ac doceri præsens audivisset, nihilque piis admonitionibus apud eum profecisset, scriptum adversus eum querelarum libellum huic synodo legendum obtulit, petens, dum lectus esset, ejusdem copiam Eutycheti communicari, & ad sui defensionem citari. Cum citatio prima auctoritate concilii decreta & nondum executa fuisset, secunda actione pridie Idus Novembris synodo præsto fuit Eusebius, eamque, quam semper coluit, fidem rectam, palam ex scriptis Cyrilli exponit, eademque se sapuisse ac etiamnum sapere profitetur: ostendit etiam sanctos & orthodoxos patres semper in Christo duas naturas in una eademque persona conjunctas agnovisse. Quæ quidem, ut sancte pieque dicta, ab omnibus qui præsentes erant patribus, singulis candidum calculum porrigentibus, recepta atque probata fuerunt.

Eutychiana hæresis quæ?

Secunda actione concilii Eusebius fidem orthodoxam profitetur & confirmat.

Tertia actione 1. citatio cum responso Eutychetis reproducitur.

Inchoata rursum actione tertia, decimoquinto Novembris, feria 2. ad instantiam Eusebii contra Eutychetem querelam suam prosequentis, decreto synodi prima citatio per Ioannem & Andream executa, in judicio producta fuit. Postquam autem uterque retulisset, Eutychetem respondisse, se monasterio suo non egressurum, dixisse etiam se paratum esse expositioni sanctorum patrum, qui in Nicæa, & in Epheso congregati sunt, consentire, eorumque interpretationibus, quatenus scripturiæ conformes essent, & non aliter (quod hæreticorum est) subscribere, ad instantiam Eusebii per Mamantem & Theophilum presbyteros Eutyches secundo citari jussus est. Quibus abeuntibus, & scriptam citationem exequentibus, Eusebius ad suæ querelæ & accusationis probationem addidit, Eutychetem de sua heresi libros scripsisse, eosque ad diversa monasteria misisse, eo fine, ut subscriptione abbatum & monachorum aliorum approbarentur. Quod cum Flavianus testimonio Abrahamii presbyteri verum esse cognovisset, ablegavit ex synodo diversos ad diversa monasteria, qui missum ab Eutychete fidei tomum inquirerent, & ad synodum referrent. Cum post hæc responsum simile priori retulissent illi qui secundam citationem executi fuerant, institit tertio Eusebius accusator, ut vel invitus Eutyches ad synodum trahatur. Tum vero secundum judicii formam a sancta synodo decretum est, ut per Memnonem sacrorum vasorum custodem, Epiphanium presbyterum, & Germanum diaconum tertio citaret. Traditus est illis libellus citationis scriptus, quo significabatur, ut post diem sequentem, feria quarta, ad decimamseptimam mensis Novembris Eutyches judicio presto esset.

Decernitur secunda citatio.

Post reproductam secundam citationem ad instantiã Eusebii cõtra Eutychetẽ tertia citatio decernitur.

Actione 4. Eutyches per procuratorem quemdam, ob morbũ se venire non posse allegat.

Interea actione quarta, sequenti die, qui erat 16. Novembris, ad synodum venit Abrahamius archimandrita, allegans Eutychetem ob ingravescentem morbum venire non posse. Quam excusationem licet cum Flaviano reliqui patres acceptarent, per eumdem tamen Abrahamium Eutychetem moneri voluerunt, ut qui ad accusandum Nestorium monasterio egressus fuisset ad concilium Ephesinum, idem ad sui defensionem egredi, & ad concilium venire non recuset: maxime ideo quod plures verbo & opere scandalizasset, nihil peti aliud quam ut veniat, errorem suum aut defendat, aut deprecetur, & revocet.

Actione 5. tertia citatio cum responso Eutychetis reproducitur.

Actione quinta, quæ decimaseptima mensis Novembris habita fuit, ii qui ad tertiam citationem Eutycheti insinuandam missi erant, retulerunt se mandatum citationis fideliter executos fuisse: Eutychetem respondisse, quod Abrahamium archimandritam ad synodum destinarit, qui suo nomine diceret, se sanctorum patrum dictis & Nicænæ synodo acquiescere: quibus si sancta synodus contenta non esset, unius septimanæ inducias & dilationes peteret. Auditi sunt etiam illi qui a sancta synodo missi fuerant ad monasteria, inquisituri de voluminibus ab Eutychete ad ea missis, retuleruntque archimandritas volumen fidei ab Eutychete missum accepisse; sed subscribere noluisse. Cum itaque Eusebius post causæ suæ defensionem instaret Eutychetem ex scriptis suis damnandum esse, ne tamen præcox videretur esse judicium, petitam septem dierum dilationem patres concilii ei concesserunt.

Eutyches dilationem unius septimanæ obtinuit.

Post tertiam citationem executam, inveteratus dierum malorum hypocrita, qui sæpe contestatus fuerat, se e monasterio nequaquam egredi posse, licet totius synodi jussu urgeretur; dum hæc agerentur, ait Liberatus capite 11 refugiens Eutyches ad Theodosium imperatorem (more hæreticorum) impetravit ab eo per Chrysaphium eunuchum, quem ipse Eutyches susceperat in sacro baptismate, ut cum Florentio patricio & Magno consiliario concilium ingrederetur: dicebat enim se Flaviani calumnias timere.

6 actione, tertia citatio reproducitur.

Sexta actione ad instantiam Eusebii, vigesima secunda Novembris, audita est relatio eorum qui ad tertiam citationem peragendam deputati fuerat. Qui dum habitam cum ipso de fide disputatiunculam, ejusque responsum hoc, quod nulla pœna depositionis a sententia deterreri posset, exposuissent, adveniente præscripto septem dierum termino, qui vigesimasecunda Novembris expiraverat, septima actione magna militum apparitura stipatus adfuit, cum licentia & consensu patrum una cum Florentio patricio in synodum intromissus fuit. Cum in præsentia Florentii de hæresi convictus ad palinodiam induci non potuisset, judicio omnium patrum hæc sententia in eum prolata fuit: *Lacrymantes & lugentes perfectam ejus perditionem, decrevimus per dominum nostrum Iesum Christum ab eo blasphematum, extraneum eum esse ab omni officio sacerdotali, & a nostra communione, & primatu monasterii. Scientibus hoc omnibus qui postea colloquentur ei, & ad eum convenerint, quoniam rei erunt & ipsi pœna excommunicationis, sicut non recedentes ab ejus collocutione.* Huic sententiæ subscripserunt episcopi triginta duo, & archimandritę qui aderant viginti tres. De rebus in synodo gestis Flavianus Leonem pontificem certiorem reddidit per epistolam, quæ extat post epist. 8. Leonis[a], estque talis initii: *Nulla res diaboli venena compescit,* &c. Vnde Eutyches quoque subdolas & mendaciorum plenas scribit literas ad sanctum Leonem papam, quas per regios ministros, Flaviani literis malitiose detentis, citius Romam deferri obtinet. Ad pontificem quidem appellavit, eique blandis verbis correctionem pollicitus est; sed appellationi non est delatum. Mendacem quoque libellum & fraudulentum Theodosio imperatori offert, quo se vim passum esse prædicat. Vt celebriores episcopos Italiæ in suam sententiam pertraheret, literas ad eosdem scripsit. Hæc ex actis concilii recitatis in prima actione concilii Calchedonensis, item ex epistola Leonis [a] duodecima ad Flavianum, ex Liberato diacono cap. 11. Baron. ann. 448. num. 19. & sequentibus usque ad 55.

7. actione Eutyches apparitura militũ stipatus comparuit, & de hæresi condemnatus fuit.

Epistola synodica ad Leonem.

[a] Tomo IV. pag. 18.

Eutyches quid post condemnationem.

[a] Tomo IV. pag. 26.

ANNO CHRISTI 448.

CONCILIVM VEL POTIVS IVDICIVM ECCLESIASTICVM TYRI, in causa Ibæ episcopi Edessæ in Syria, [b] Flavio Zenone & Postumiano consulibus, celebratum.

Acta hujus concilii extant in concilio Calchedonensi, actione 9. & 10. Incipiunt sic:

POST consulatum Flavii Zenonis & Postumiani venerandorum virorum consulum, sub die quinto Kalendarum Martiarum, *&c.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

Ibas a quibus quave de causa accusatus.

[a] *Concilium.*] Ibas Edessæ in Syria episcopus, a quatuor presbyteris Edessenę ecclesię, quos sua sententia excommunicaverat, principio apud Domnum Antiochenum de hæresi Nestoriana accusatus fuit, quasi post initam inter Cyrillum Alexandrinum & Ioannem Antiochenum concordiam in antiqua sententia pro Nestorio contra Cyrillum perstaret. Cum mandato Domni Antiocheni Ibas excommunicatos absolvere, seque post festum paschæ synodali judicio præsentem sistere jussus fuisset, quatuor vero presbyteri accusatores, juramento præstito promisissent, se non ante finem synodi Antiochia discessuros, accidit quod duo ex illis, Samuel & Cyrus nominati, præstiti juramenti parum memores, isthinc discesserint, & imperatori supplicarint, petentes, ut quia

Domnus

ANNO CHRISTI 448.

Domnus Antiochenus concilium indixit. Ibas absolvitur Antiochiæ.

Domnus Ibæ plus nimio faveret, aliis judicibus non partialibus causę inquisitio committeretur. Interea Domnus Antiochiæ synodum celebravit, duobus tantum accusatoribus præsentibus, in qua post causam Ibæ innocenter accusati pręcognitam, duo accusatores absentes velut perjuri & calumniatores condemnati fuerunt. De rebus gestis Domnus ad Flavianum Constantinopolitanum perscripsit. Cumque supplicantibus perjuris presbyteris imperator detulisset, judicium Ibæ tribus aliis episcopis, Photio nimirum Tyri, Eustathio Beryti, & Vranio Himeriæ commisit, Damascium tribunum & notarium judicem cognitorem misit, mandans ei, ut judicio pręsens assisteret, quæque delecti a se in ea causa judices definirent executioni mandaret. Missus est etiam a Flaviano Constantinopolitano episcopo Eulogius diaconus. His omnibus Tyri præsentibus, vigesima quinta Februarii indictionis primæ, ad dissidia tollenda tres episcopi pacis sequestres agere cœperunt, idque convenientissime statuerunt, Ibas Nestorii hæresim, ob quam potissimum accusatus fuerat, omnesque ad eum spectantes execraretur: deinde fidem catholicam pure, sincere & integre profiteretur. Quod cum ille præstitisset, eum a suspicione hæreseos absolverunt clericos etiam accusatores cum suo episcopo reconciliarunt. Hæc breviter exactis hujus conventus prædicto loco extantibus Baron. anno 448. num. 57.

Acta hujus synodi.

Ibas secundo absolvitur.

a *Flavio Zenone & Postumiano consulibus.*] Hoc manifeste colligitur ex altero Ibæ judicio ecclesiastico, quod habitum est mense Septembri, sub assignatis consulibus, postquam Tyrium judicium jam absolutum fuit. Nam illius acta exordiuntur: *Sub consulatu Flavii Zenonis & Postumiani,* &c. Accedit quod sequens judicium Berytense dicatur ibidem habitum fuisse Theodosio imperatore & Flaviano episcopo Constantinopolitano jubentibus: plane itaque liquet id hoc anno contigisse, non autem sequente, quo tempore jam Anatolius in locum Flaviani in pseudosynodo Ephesina subrogatus erat: nam dicitur in actis ejusdem conciliabuli, quod mense Augusto Flavianus e gradu suo depositus fuerit. Vnde patet, quod in exordium actorum, quæ habentur in hoc concilio Calchedonensi loco prædicto, mendum irrepserit, & pro eo quod legitur ibidem: *Post consulatum Zenonis,* &c. legendum esse: *Sub consulatu Zenonis & Postumiani.* Baron. anno 448. num. 57.

Quo tempore habitum fuerit.

Actorum lectio mendosa corrigitur.

a CONCILIVM SEV POTIVS IVDICIVM ECCLESIASTICVM BERYTI, in causa Ibæ, Flavio Zenone & Postumiano consulibus celebratum, mense Septembri, anno CCCCXLVIII.

Acta synodi Berytensis extant act. 10. concilii Chalchedonensis, Incipiunt sic:

SVB consulatu Flavii Zenonis & Postumiani virorum clarissimorum sub die Kalendarum Septembris, indictione secunda, (*verius prima, &c.*)

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Ibas cum duobus aliis episcopis denovo a tribus diversis Edessenæ ecclesiæ presbyteris in judicium vocatus, apud Flavianum Constantinopolitanum episcopum accusatus fuit: verum is cognitionem causæ tribus iisdem judicibus episcopis Beryti, Tyri & Himeriæ, qui præcedenti judicio interfuerant, commisit. Primo objectum est, quod blasphemiam horrendam dixisset hanc: *Non invideo Christo facto Deo: in quantum factus est, & ipse factus sum.* Vel, *Si voluero, & ipse ut ille fieri possum.* Quam Ibas testificatione totius cleri Edesseni ad episcopos judices transmissa, omnino diluit. Secundam calumniam hanc adduxerunt, quod sanctum Cyrillum hæreticum appellasset, ideoque non temere Nestorianus esse videretur. Respondit Ibas, id quidem ante initam cum Ioanne Antiocheno concordiam a se factum esse; ab eo autem tempore quo opera & studio Pauli Emeseni inter utrumque pax composita fuit, nunquam accidisse. Cum illi contra ursissent, post factam utriusque reconciliationem Cyrillum ab Iba hæreticum esse nominatum, idque ex ejus epistola ad Marim Persam scripta probari posse asseruissent, illius epistolæ fragmentum, quod actis Calchedonensis concilii actione decima intextum habetur, editum fuit. Hanc epistolam suam esse agnovit Ibas, sed cum in ea nihil eorum quæ objiciebantur probari posset, episcoporum judicio absolutus fuit. Patres Calchedonensis concilii eamdem sententiam confirmarunt. Sed cum hac occasione Nestoriani spargerent epistolam Ibæ, qua laudes Theodori Mopsuesteni, & vituperia Cyrilli Alexandrini continentur, a patribus Calchedonensis concilii approbatam & receptam fuisse, quinta synodus œcumenica collatione octava eam merito condemnavit, quippe quæ in orthodoxum scriptorem, gravius quam oportebat, invehatur, & Theodorum Mopsuestenum hæreticum nimium laudet. Quod vero non epistolam, sed auctorem epistolæ tantum patres Calchedonensis concilii horum judicum sententiam imitati a calumnia adversariorum absolverint, judicaverintque cum fautorem Nestorianæ hæreseos esse desiisse, post initam Cyrilli cum Ioanne Antiocheno concordiam, catholicum & orthodoxum esse infra dicemus in notis concilii Calchedonensis, verbo *approbatum.* Vide Baronium anno 435. numero 11. & 12. & anno 448. numero 61. & sequentibus, usque ad 77. & quæ infra notabimus in concilio quinto, collatione octava.

Ibas tertio in judicium vocatus a diversis accusatoribus.

Prima calumnia Ibæ objecta, & refutata. Secunda calumnia refellitur.

Ibas absolvitur.

Epistola Ibæ cur a quinta synodo œcumenica damnata sit.

ANNO CHRISTI 449.

a CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM II. In causa Eutychetis.

Acta hujus concilii extant in concilio Calchedonensi, actione prima. " *Incipiunt autem sic:*

" Tomo IV. pag. 236. D.

FLAVIO Protogene viro clarissimo, & qui fuerit nuntiatus, consulibus, sub die quinto Iduum Aprilium, *&c.*

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Damnato Eutychete (ut vidimus supra concilio Constantinopolitano I.) Chrysaphius eunuchus imperatorii cubiculi præfectus nullum non movit lapidem, ut acta synodalia a Flaviano legitime confecta plane irrita reddat, & in ipsum Flavianum damnationis pœnam convertat. Permovit itaque imperatorem, ut pro Eutychete ad Leonem pontificem scribat: & ut judicium atque examen Eutychetis prius eludatur, persuadet imperatori, ut confestim Constantinopolim triginta episcopos convocet, qui sub præsidio Theodosii Cæsareæ Cappadociæ episcopi, Eutychetis causam potissime cognoscant. Mira celeritate res confecta est. Quinto Idus Aprilis anno Christi 449. qui est 10. Leonis, synodus inchoata est. Interfuerunt triginta episcopi, quorum nomina in actis concilii Calchedonensis prædicto loco recensentur. Inter eos Florentius patricius ab imperatore missus est, ut interesset. Theodosius Cæsareæ Cappadociæ episcopus synodo præsidere jussus fuit. Interea ante omnia, contra jus & æquitatem omnē ab imperatore concessum est Eutycheti per procuratorem causam suam in synodo agere, accusatori nequaquam. De ordine judicii non observato, de querelis Eusebii episcopi Dorylæi non auditis exceptum est, sed nihil impetratum. Pro Eutychete causam acturi cum libello ejusdem Eutychetis intromissi sunt in synodum Constantinus, Eleusius & Constantius monachi. Quibus intromissis Macedonius tribunus & notarius nomine imperatorum ab omnibus episcopis juramentum assertorium exegit, sed intercessione Basilii obtentum est, ne episcopi jurare cogerentur. Post hæc ordine rerū oblatus est ad legendū libellus Eutychetis, quem jam ante damnatus imperatoribus obtulerat. Recitato libello, acta Constantinopolitani concilii vera & originalia a notariis ejusdem concilii exacta & lecta fuerunt. Ea quæ produxerunt Eutychetis procuratores, originalia quidem, sed aliunde mendose descripta esse cognitum fuit. Cum allegassent procuratores Eutychetis appellationem apud episcopos prioris Constantinopolitani concilii interpositam, ex actis omniumque episcoporum præsentia ostensum est, id nequaquam contigisse. Hæc cum prima sessione habita fuissent, contigit ut vigesimaseptima ejusdem mensis Aprilis iidem triginta episcopi convenissent. Vbi oblatus Eutychetis libellus legi jussus est, Silentiarius testatus est, se a Flaviano accepisse, quod Eutychetem ipse, concepta in scriptis sententia, condemnasset, antequam synodi actio cogeretur. Asterii cujusdam testificatione dictum & in acta relatum est, ipsa prioris synodi acta a notariis immutata fuisse. His cavillis legitimæ damnationi Eutychetis, a priore synodo factæ; illusum fuit. [Flavianus deinde fidei confessionem edere jussus, paruit, eamque, quæ extat initio præambularium in concilio Calchedonensi, epistolam, fidei dogmata continentem, scripsit, & ad imperatorem

Chrysaphius eunuchus cōcilium impetravit.

Tempus concilii.

Numerus episcoporum.

Quid actū in concilio sessione I.

Session is secundæ acta quæ.

Acta synodalia a notariis corrupta.

ANNO CHRISTI 449.

peratorem transmisit. *Postquam ergo nihil probatum est notariis,* (inquit Liberatus diaconus cap 12.) *de falsitate gestorum, ad instantiam Eutychetis Dioscorus Alexandrinus aliam universalem synodum Ephesi celebrandam ab imperatore impetravit.* Vide Baron. anno 449 num. 11. & sequentibus.

[a] CONCILIABVLVM EPHESINVM SECVNDVM,

[b] UNIVERSALE [c] REPROBATVM,

[d] Quo centum & viginti octo episcopi, [e] anno domini CCCCXLIX. [f] Eutychetem absolverunt, hæresim ejusdem confirmarunt, & Flavianum cum quibusdam aliis episcopis condemnarunt.

[g] *Acta conciliabuli a notariis Dioscori confecta extant in concilio Calchedonensi, actione prima.* [*]

[*] Tomo IV. p. 115. B.

Incipiunt mendose sic:

[h] TEMPORE Zenonis & Postumiani venerabilium consulum, sub quarta Idus Augusti, indictione tertia, *&c.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

Hoc conciliabulum ab imperatore indictum. Dioscorus est præses concilii.

a *Conciliabulum.*] Theodosius imperator, Chrysaphii eunuchi fraude & dolo inductus, usurpata sibi pontificia auctoritate, synodum œcumenicam contra jus & consuetudinem ecclesiæ indixit, datoque ad Dioscorum Alexandrinum rescripto, eum synodi præsidem constituit, concessa eidem facultate adducendi quos vellet episcopos, quique & Eutychetis causæ contra Flavianum faverent. Hæc Liberatus diaconus in breviario cap. 12. Nicephorus libro 14. capite 47. Qua occasione accidit, quod illi qui constantissime adversus Eutychetem fidem catholicam de duabus naturis in Christo propugnaturi erant, tamquam Nestorianæ hæreseos fautores, Ibas nimirum & Theodoretus, ab aditu concilii prohiberentur, contra vero illi qui Eutychetis studiosissimi erant, tamquam acerrimi Nestorianæ perfidiæ impugnatores, synodo interesse & præesse juberentur.

Episcopi quales convocati.

Quoniam vero imperator non ignorabat concilium œcumenicum nullum fore, quod absque Romani pontificis auctoritate indictum esset, illud init consilium, ut eum quidem vocaret, sed tamen ne vel per se, vel etiam per legatos adesset, caute admodum præcaveret. Et quomodo id factum? Primum angustissimo termino tempus clausit, ut non nisi magno incommodo adesse posset. Et quia præter antecessorum consuetudinem atque exemplum esse sciebat, ut ipse pontifex in persona propria concilio universali interesset, scribens ad Leonem pontificem, ejus personam huic synodo præsentem esse petivit. Hæc ex epist. Leonis 13. cum pontifex literas Theodosii accepisset, mala quæ ecclesiæ suæ imminere præsagiebat, antevertere conatus, persuasit imperatori, ut si in Italia conventus episcoporum haberi non posset, plane omitteretur, eo quod in re adeo perspicua tanta consultatio non esset adhibenda. Sed cum hac in re frustra laborasset, ne per absentiam Romani pontificis causa fidei aliquod dispendium pateretur, tres legatos a latere misit, Iulianum Puteolanum episcopum, Renatum presbyterum cardinalem tituli sancti Clementis, atque Hilarum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem diaconum. His illam encyclicam epistolam ad Flavianum inscriptam, quæ supra inter Leonis extat decima, dedit, eo consilio, ut in conventu episcoporum legeretur, & quid de verbi incarnatione sentiendum sit, universa synodus intelligeret. Appropinquante jam die cogendæ synodo præstituta, imperator magistratui suo, quem interesse jusserat, scripto diligenter curare mandavit, ut episcopi qui in synodo Constantinopolitana causam Eutychetis judicassent, nihil interloquantur. Vnde non immerito synodus prædatoria seu latrocinium Ephesinum est nominatum hoc concilium, a quo veritatis defensores alii profugantur, alii in exilium deportati miserrime tandem occiduntur. Hæc ex actis conciliabuli, Liberati diaconi cap. 12. Nicephor. lib. 4. cap. 47. ex Leonis epistolis, Euagrio lib. 1 cap. 9. & 10. Baronius anno 449. num. 21. & sequentibus. Conciliabulum appello hunc malignantium episcoporum conventum, quod teste Liberato cap 12. synodali judicio definitum, atque lege imperatoria sancitum fuerit, ne synagoga diaboli nomen concilii obtineret.

Pontifex vocatus ad concilium dolose. Pontifex restitit imperatori in principio. Encyclicam epistolam ad Flavianum misit. Synodus prædatoria seu Ephesinum latrocinium.

Vniversale conciliabulum.

b *Vniversale.*] Quod hæc pseudosynodus Ephesina œcumenica habita sit, aperte testatur sanctus Gregorius Magnus lib. 6. epist. 31. Ind. 15. Ad Flaviani concilium improbandum, Eutychetem intercessore Dioscoro universale concilium expetivisse, nutuque imperatoris impetrasse, testatur Liberatus diaconus in breviario cap. 12 his verbis: *Vrgebat apud principem universale fieri concilium, ut improbaretur concilium Flaviani. Scripsit ergo Dioscorus Theodosio imperatori, quia aliam fieri synodum oportet, & quæ ut fieret persuasit Eutyches: annuit imperator.* Initio concilii Calchedonensis Dioscorus in judicium vocatur, *quod synodum ausus est facere sine auctoritate sedis apostolicæ*, utique œcumenicam & universalem, qualem ab alio quam Romano pontifice indici, *nunquam licuit, nunquam factum est.* (provincialium synodorum, quas metropolitani indixerunt & convocarunt, plurimæ sunt) hanc igitur synodum, quam factione Dioscori Theodosius imperator indixit, cui Dioscorus auctoritate imperiali præsedit, ad quam Leo pontifex non semel invitatus legatos a latere ablegavit, universalem fuisse, dubium esse nequit. Mentitur Calvinus, quod legati sessionem primam, sibi nomine pontificis jure debitam, concedi non postularint. Scribit enim Liberatus in breviario cap. 12. legatos Romani pontificis, cum Dioscorum præsidere vidissent, noluisse in concilio sedere, nisi præsidentiam, quam contra æquitatem ab imperatore extorserat Dioscorus, pontifici cederet. Vide Bellarm. lib. 1. de concil. cap. 6. & 19. Possevinum in apparatu sacro verbo *Ephesina secunda synodus.*

Redarguitur Calvini mendacium.

Reprobatum est concilium.

c *Reprobatum.*] Cum hæc synodus neque legitima auctoritate indicta sit, eidemque alius quam pontifex Romanus per se aut suos legatos præsederit, denique in eadem nil nisi per vim & metum tentatum, atque loco sacrorum librorum gladii & fustes adhibiti fuerint, non immerito a Leone pontifice est improbata, ut ex epistola ejusdem Leonis 22. ad clerum & populum Constantinopolitanum, 24. ad Theodosium, item ex epistola 25. ad Pulcheriam cognoscere licet. Majores nostri prædatoriam synodum justissime appellarunt, quod in ea apostolicæ sedis legatis repugnantibus Eutyches absolutus, Flavianus aliique catholici condemnati, & ad subscribendū iniquæ sententiæ pleri que episcopi per minas & vim, intentatis exiliis, catenis, fustibus & gladiis adacti fuerint.

Cur prædatoria synodus nominata fuerit.

Numerus episcoporum.

d *Centum & vigintiocto episcopi.*] Quorum omnium nomina recensentur in actis hujus conciliabuli, extantibus infra actione prima concilii Calchedonensis. Nonnulli tamen eorum per suos vicarios ad hoc missos interfuerunt. Præsto etiam fuerunt apostolicæ sedis legati supra nominati. Dioscorus Alexandrinus non tantum præfuit, sed etiam locum primum sibi indebitum auctoritate imperatoris occupavit.

Tempus habiti concilii.

e *Anno domini 449.*] Qui est decimus Leonis, & 42. Theodosii imperatoris. Id ex actis utriusque Constantinopolitani concilii evidenter apparet. Mense Novembri anni 448. sub consulatu Zenonis & Postumiani Constantinopolitanam primam contra Eutychetem habitam esse, testatur initium ejusdem concilii. Sub consulatu Protogenis consignata habentur acta secundæ synodi Constantinopolitanæ in causa ejusdem Eutychetis, anno 449. celebratæ: post quam eodem anno mense Augusto habitam esse liquet hanc pseudosynodum Ephesinam. Hæc igitur verba quæ habentur principio actorum hujus concilii: *Tempore Zenonis & Postumiani venerabilium consulum indictione tertia,* mendosa sunt & surreptitia. Emendari & restitui possunt hoc modo: *Sub consulatu Zenonis & Postumiani, &c. indictione secunda.* Primus hæc observavit accuratissimus annalium scriptor Baron. anno 448. num. 58.

Acta concilii emendantur.

Acta conciliabuli.

f *Eutychetem absolverunt.*] Cum omnes simul in basilica sanctæ Dei genitricis Mariæ consedissent, Dioscorus literas imperatoris sibi datas legi mandavit. Legati sedis apostolicæ postquam de sua commissione & legatione synodum informassent, & Leonem papam quod in persona propria non comparuisset excusassent, ex eo quod Romani pontifices non nisi per legatos extra urbem synodis interesse consuevissent, encyclicam illam epistolam Leonis de verbi incarnatione ad synodum & ad Flavianum transmissam legendam obtulerunt. Dioscorus ubi eam accepisset, juramento quidem promisit fore ut legeretur, sed parum præstiti juramenti memor ex composito varias imperatoris epistolas legi ac recitari præcepit, ut a legenda Romani pontificis epistola præsente avocarentur: quamobrem non injuste act. 3. concilii Calchedonensis Dioscorus perjurii est accusatus. Absoluta recitatione literarum imperatoris, facta est suggestio de fide agendum esse: contra Dioscorus ex decreto imperatoris de controversiis inter Flavianum & Eutychetem Constantinopoli obortis tractandum esse respondit. Hoc idē placuisse episcopis omnibus notarii Dioscori falso exceperunt, prout acta concilii Calchedonensis actione prima aperte demonstrant. Ingressus in consessum episcoporum Eutyches, libellum fidei obtulit. Quo recitato, Flavianus Eusebium Dorylæi episcopum accusatorem audiri petivit: sed frustra, quasi non fuerit Flaviani aliquid in hac synodo petere, cum olim Eutychetis judex, hic vero cum Eusebio

ANNO CHRISTI 449.

Eusebio reus dumtaxat assisteret judicandus: ita facti turpitudinem in concilio Calchedonensi comes Elpidius excusavit. Deinde acta Constantinopolitani concilii publice legi voluit Dioscorus. Legati autem non ante illud admittendum esse dixerunt quam epistola encyclica pontificis lecta foret. Cum Eutyches oppositam legatorum contradictionem suspectam allegasset, eo suspicionis argumento, quod apud S. Flavianum mansissent, & cum eo pransi fuissent, Dioscorus incompetenti exceptione attenta, legatorum petitionem repulit, ipsisque invitis acta Constantinopolitana legi permisit. Quæ dum legerentur, illi, qui Dioscoro adblandiebantur, bis terve Eutychianam hæresim clamoribus suis interpositis confirmarunt. Lectione actorum absoluta, a Dioscoro ejusque sectatoribus, reclamante Flaviano, Eutyches est absolutus: dolendum est Domnum Antiochenum, Iuvenalem Hierosolymitanum, Stephanum Ephesinum, aliosque insignes episcopos, minis exilii & depositionis in eam ruinam præcipites inductos esse, quod impii hæresiarchæ absolutionem subscribendo ratam habuerint. Post hæc jussu Dioscori acta prioris synodi Ephesinæ, quæque ibi de fide statuta fuerint, lecta fuerunt, inflicta excommunicationis pœna illi qui aliter sentiret. Probatis omnibus quæ in sacrosancta synodo Ephesina statuta erant, Flavianus Constantinopolitanus, Eusebius Dorylæi, Ibas Edessenus, Theodoretus Cyri episcopi condemnati, sedeque episcopali, surrogatis aliis, amoti fuerunt. In locum Flaviani Anatolius, & pro Iba Nomius suffecti fuerunt. A Flaviano & Theodoreto ad sedem apostolicam appellatum esse, ex actis concilii Calchedonensis, epistolis Theodoreti 113 &c. aliisque scriptoribus liquidissime constat. Sententiam in Flavianum & Eusebium pronuntiatam, præter legatos pontificios, subscriptione sua omnes fere episcopi approbarunt. Quod qua ratione acciderit, in synodo Calchedonensi, Dioscoro præsente, testatus est Acacius episcopus his verbis: *Pura charta subscripsimus compulsi & violenter & multa mala perpessi, nolentes. sed & per potentiam oppressi subnotavimus. Vsque enim ad vesperam tenuerunt nos recludentes in ecclesia, & ægrotantes nos neque quiescere permiserunt, neque concedere ut aliquantulum refocillaremur, sed milites nobis cum fustibus & gladiis imposuerunt, & sic nos fecerunt subnotare.*

Eutyches absolvitur.

Flavianus cum aliis quibusdam orthodoxis condemnatur & deponitur.

In hoc tam horrendo episcoporum suffragio sola navicula Petri incolumis emergens salvatur. Legati enim apostolicæ sedis Dioscoro audacissime in faciem restiterunt, constantes nullius roboris esse, quæ per vim & metum extorquerentur. Quæ contestatio etsi in actis quæ Dioscorus, ut diximus supra, per suos notarios ad libitũ confici voluit, desideretur; est tamen de his expressa mentio in pluribus literis Leonis Romani pontificis ad Theodosium & Pulcheriam datis. Hilarum Dioscorus, (ne quæ tyrannice gesta erant Romano pontifici nuntiarentur) vi adhibita retinere tentavit; sed ipse ocius fuga elapsus, per invia loca perque multa pericula, ope divina potius quam humana liberatus, Romam pervenit, atque pontifici singula, prout gesta fuerant, enarravit. Ex literis Pulcheriæ Augustæ ad Leonem Romanum pontificem, quæ extant inter præambulares concilii Calchedonensis, constat episcopos qui subscribere recusarunt, a Dioscoro per milites in exilium deportari jussos esse. Cum Flavianus post interpositam viva voce appellationem, animo prosequendæ ejusdem appellationis, scriptum libellum appellatorium legatis obtulisset, *Casus est*, inquit Liberatus diaconus in breviar. cap. 12. *& multis injuriis affectus, dolore plagarum migravit ad dominum.* Hunc tandem finem consecuta est synodus œcumenica, quam a S. Leone improbatam, majores nostri jure prædatoriam appellarunt: in qua omnia per vim & metum extorta: in qua loco sacrorum librorum gladii atque fustes: in qua suffragiorum libertas fuit vincta catenis: in qua pro Dei laudibus auditæ sunt militum minæ: in qua perfidus hæresiarcha præses & patronus: in qua hæresis est stabilita: in qua nullus judicii sacri ordo servatus, nulla viguit censura canonum & decretorum: in qua siluerunt episcopi, clamaverunt hæretici: in qua de oppressa fide catholica impietas triumphavit, & de manubiis lapsorum episcoporum diabolus trophæa erexit, atque tandem de cæde martyris superbus tyrannus Dioscorus triumphavit: de qua in universa ecclesia catholica auditi sunt undique gemitus, luctus & clamor: de qua iidem ipsi qui subscripserant orientales ecclesiæ præsides repleti sunt undique lacrymis, semetipsos erubescentes, suorumque aspectum vitantes, quod tam ignaviter fidem catholicam perdidissent, infamem hæresiarcham restituissent, & innocentissimum Flavianum una cum aliis sanctis episcopis condemnassent. Baron. 449. n. 77. & sequentib.

Præter legatos apostolicæ sedis, omnes fere episcopi condemnationem Flaviani approbarunt.

Hilarus fuga sibi consuluit.

Flavianus occisus.

Quę in hoc conciliabulo impie gesta sint.

g *Acta conciliabuli.*] Hæc acta a notariis Dioscori confecta, de falsitate non semel a patribus Calchedonensis concilii convicta fuerunt. Habebant enim, quod cum dixerat Dioscorus non de fide, sed de controversia Eutychetis & Flaviani agendum esse, id omnes episcopi suo calculo confirmassent: contra quod in conc. Calchedon. act. 1. demonstratum fuit, nihil hujusmodi ab episcopis dictum esse. Patefactum est etiam quod iidem notarii in notarios Stephani Ephesini episcopi impetum fecerint, quodque hi recens scripserant, illi deleverint, tanta vi adhibita, ut eorum thecas diripuerint, digitosque resistentium pene confregerint. Baron. ann. 449 nu. 79.

Acta conciliabuli corrupta.

h] *Tem'ore Zenonis & Postumiani.* Hæc verba mendosa esse, atque sic emendanda: *Post consulatum Zenonis & Postumiani indictione secunda*, &c. dixi & probavi supra verbo, *Anno domini* 449. in fine.

ANNO CHRISTI 449.

Nota consularis in actis apposita, est mẽdosa.

CONCILIVM BRITANNICVM,

A S. GERMANO AVTISSIODORENSI EPIscopo magnoque clericorum & laicorum numero contra renascentia (ut videtur) Pelagianæ hæresis virgulta, & contra incestuosas regis Vortigerni cum filia sua nuptias celebratum.

EODEM anno (videlicet 449.) nuntiatum est in Britannia Pelagianam perversitatem iterato paucis auctoribus de novo pullulasse, rursusque ad beatissimum virum Germanum preces sacerdotum omnium deferuntur, ut causam Dei, quam prius obtinuerat, tueretur. Quorum petitioni festinus obtemperat: Nam adjuncto sibi Severo totius sanctitatis viro (qui erat discipulus beatissimi patris Lupi Tricassinorum episcopi, & tunc Treveris ordinatus episcopus gentibus primæ Germaniæ verbum Dei prædicabat) mare conscendit, & consentientibus elementis tranquillo navigio Britannias petiit. Prædicationis igitur antidoto vulnera sanat incredulitatis, & apostema blasphemiæ doctrinæ curat medicina, omniumque sententia, pravitatum perversitas cum suis auctoribus condemnatur. Factumque est ut in illis locis multo ex eo tempore fides intemerata perduraret. Ita compositis omnibus, beati sacerdotes ea qua venerant prosperitate redierunt. *Hæc de Pelagianis virgultis Beda & Matthæus VVestmonasteriensis.* [a]

Bed. lib. 1. c. 21. & Mat. VVest. in anno 449.

Mat. VVest.

De incestuosis Vortigerni cum filia nuptiis sic (inter alios) in codice MS. Nennius, cap. 37.

Et super hæc omnia mala adjiciens Guorthigirnus, accepit filiam suam proximam in uxorem sibi, quæ peperit ei filium: hoc autem cum compertum est a sancto Germano, venit corripere regem cum omni clero Britonum, & dum conventa esset magna synodus clericorum & laicorum in uno concilio, ipse rex præmonuit filiam suam, ut exiret ad conventum, & ut daret filium suum in sinum Germani, diceretque quod ipse erat pater ejus. Et ipsa fecit sicut edocta erat. Sanctus Germanus eum benigne accepit, & dicere cœpit, Tibi pater ero, nec te permittam nisi mihi novacula cum forcipe pectineque & ad patrem tuum carnalem tibi dare liceat. Mox ut audivit puer, obedivit verbo senioris sancti, & ad avum suum carnalem, patremque carnalem Guorthigirnum perrexit, & dixit illi: Pater meus, tu caput meum tonde, & comam capitis mei pecte. Ille autem siluit, & puero respondere noluit; sed surrexit, iratusque est vehementer, & ut a facie sancti Germani fugeret, quærebat; & maledictus est, & damnatur a beato Germano & omni concilio Britonum.

[a] Necnoñ historia episcoporũ Autissiodorensium pag. 416. Tomi 1. novæ bibliothecæ MSS. librorum.

ANNO CHRISTI 449.

a CONCILIVM ROMANVM III. QVO LEO PONTIFEX ACTA Ephesini conciliabuli reprobavit.

Causa & tempus concilii.

a *Concilium.*] Cum moris esset ut ad tertium Kalendas Octobris singulis annis plurimarum provinciarum episcopi ad synodum celebrandam Romam convenire solerent, opportune accidit, ut absque alia episcoporum vocatione, post Hilari diaconi reditum, Romæ ex pristino usu sancta synodus cogeretur; in qua cuncta, quæ more prædonum Ephesi ab Eutychianis hæreticis gesta erant, penitus condemnata fuerunt Vltra 15. Octobris anno 449. initium hujus synodi dilatum non esse, epistolæ Leonis, quas post hanc synodum celebratam ad clerum Constantinopolitanum, Theodosium imperatorem & Pulcheriam scripsit, manifeste satis ostendunt. De rebus in synodo gestis Hilarus diaconus in fine epistolæ ad Pulcheriam Augustam, quæ extat inter præambulares concilii Calchedonensis," hæc summatim perscripsit. *Vestra itaque veneranda clementia cognoscat a præfato papa cum omni occidentali concilio reprobari omnia quæ in Epheso contra canones per tumultus & sæcularia odia a Dioscoro episcopo gesta sunt, & nulla ratione hæc in his partibus suscipi posse, quæ per potentiam prædicti non sine læsione fidei, & præjudicio sanctissimi viri innoxiique commissa sunt.* Vide epistolas Leonis 22. ad clerum Constant. 24. ad Pulcheriam 27. ad Flavianum 28. ad archimandritas. Hæc cum Dioscoro innotuissent, vix Alexandriam reversus habito episcoporum conventu, in S. Leonem Romanum pontificem excommunicationis sententiam protulit, idque scelus perpetravit, quod nullus perditorum hominum cogitasset. Mirum est dictu, quod cum Eutychianam fidem præcedente conciliabulo confirmasset, Dioscorus episcopos plus minus nonaginta invenerit, qui latam a se sententiam subscribendo confirmarint, & non potuerit nisi decem dumtaxat eosque lacrymantes & invitos inducere, ut latam a se in Rom. pontificem excommunicationis sententiam chirographo suo approbarent. Adeo enim omnes inauditum hactenus exhorruere facinus, portentumque insolitum execrati sunt, ut licet hæretici facti essent, & catholicæ fidei adversarii; sublimitatem tamen & majestatem throni apostolici veriti & reveriti fuerunt. Vide Liberatum diaconum in breviario c. 12. libellum Theodori diaconi extantem apud acta concilii Calchedon. act. 3. Baron. ann. 449. n. 145. & seqq.

Acta concilii.

Tomo IV. pag. 51. B.

Dioscorus Leonem pontificem excommunicavit.

ANNO CHRISTI 450.

a CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM, ANNO DOMINI CCCCL. CELEBRATVM, In quo Anatolius aliique episcopi confessionem ediderunt.

Fragmentum actorum hujus synodi ex rebus gestis sancti Abundii Comensis episcopi, qui fuit unus e quatuor legatis a S. Leone missis, sic se habet:

Episcopi subscribut catholicæ fidei.

ANATOLIVS episcopus Constantinopolitanus novæ Romæ accepta epistola S. Leonis papæ de confirmatione catholicæ fidei contra vesaniam hæreticorum, congregavit concilium omnium episcoporum, archimandritarum, presbyterorum, & diaconorum: & ante conspectum omnium recitata est epistola S. Leonis papæ, quam beatus Abundius coram omnibus præsentavit. Concordantibus testimoniis Romanorum patrum ac Græcorum, Anatolius episcopus Constantinopolitanus huic epistolæ S. Leonis papæ continenti catholicæ fidei veritatem, concordantibus etiam testimoniis patrum ab eadem apostolica sede decretorum, plena devotione consensit & subscripsit, anathema dicens Eutycheti & Nestorio, & ipsorum dogmati cum sectatoribus eorum. Id ipsum fecere omnes qui aderant episcopi, presbyteri, & archimandritæ, atque diaconi.

Mox sanctus Abundius, Asterius episcopus, Basilius & Senator presbyteri dixerunt: Omnipotenti deo gratias: quoniam reverendorum episcoporum, presbyterorum, archimandritarum, diaconorum, ac totius cleri professiones cognovimus, fidem rectam & a patribus traditam profiteri, sicut eorumdem subscriptio gestis præsentibus inserta declarat. Ideo nos quoque, quia omnes hoc exigere & expectare comperimus, secundum * assertionem venerabilis viri Eusebii episcopi Dorylæi, & sententiam sanctæ memoriæ Flaviani episcopi, vel assensum papæ Leonis, qui ad insinuandam cunctis fidem catholicam nos Roma misit anathema dicimus Eutycheti, vel omnibus qui ejus perfidiam sequuntur, & dicunt in Christo domino ante incarnationem duas fuisse naturas, post incarnationem unam tantum naturam: cum catholica fides & ante incarnationem unam tantum Verbi fuisse, & post incarnationem duas, id est, Verbi & perfecti hominis, fateatur in una persona, inconfusa proprietate sui; manere naturas. Nestorio etiam, qui vesanum (ut legitur) dudum dogma dispersit, dicendo dominum Iesum Christum ex Maria virgine hominem tantum, non etiam Deum natum: sed & sectatoribus ejus in hujusmodi perversitate durantibus anathema dicimus. Propter quod convenit, ad confirmationem subscriptionis, sanctam quæ præsens est fraternitatem, iisdem, vel omnibus qui eorum doctrinam sequuntur, anathema similiter dicere.

* accusationem

Dictum anathema Euticheti & Nestorio.

NOTA SEVERINI BINII.

Occasio cōvocati cōcilii.

a *Concilium.*] Cum Theodosius imperator Anatolium Constantinopolitanum episcopum, in locum Flaviani subrogatum, confirmari petisset, adeoque jam omnibus lapsis episcopis, ab errore resipiscendi, & ad fidem catholicam revertendi via aperta esset; visum est S. Leoni, ad Anatolii aliorumque lapsorum fidem probandam & confirmandam, mittere quatuor legatos a latere hos, Abundium, Asterium, Basilium, ac Senatorem presbyteros, qui lapsos redire volentes ad ecclesiam, a qua impie, Dioscoro cogente, vel Eutychete fallente, turpiter defecerant, probarent. Hi dum Constantinopolim venissent, literisque Leonis, quas ad Theodosium scripserat, Marciano imperatori oblatis honorifice excepti essent, jussu pontificis Constantinopoli anno domini 450. Leonis undecimo, synodum haberi, & ex vicinis locis episcopos catholicos convocari jusserunt. Primum omnium ex S. Leonis papæ literarum præscripto Anatolius fidei confessionem edidit talem, quæ in omnibus sancti Leonis papæ scriptis consentiens & plane catholica inventa fuit. Post Anatolium alii eamdem fidem professi fuerunt. Absentibus mandatum est, ut per suos legatos idem exequantur. Constat ex fragmento actorum sup radicto, & ex epist. Leonis 33. ad Theodosium, 34. ad archimandritas, & 35. ad Pulcheriam:

Acta concilii.

ANNO CHRISTI circ. 450.

riam: item ex epistola Pulcheriæ ad Leonem, quæ extat inter præambulares conc. Calchedonensis. Ex hac synodo, per legatos apostolicæ sedis, ad singulos metropolitanos orientis missam esse epistolam Leonis 10. olim ad Flavianum datam, eo fine ut omnes eidem subscriberent, ea quæ habentur post actionem quartam concilii Calchedonensis in causa Photii & Eustathii in Græcis codicibus testantur. In hac synodo constitutum fuisse ut episcopis in sathanico conventu Ephesino lapsis ad communionem ecclesię redire volentibus suæ tantum, non totius catholicæ ecclesiæ, communio concedatur, sicut etiam hoc, ne Dioscori Alexandrini, Iuvenalis Hierosolymitani, & Eustathii Beryti episcoporum nomina in sacris nominarentur, ideo quod impœnitentes antesignani schismaticorum essent, epist. Leonis 40. aut 42. ad Anatolium scripta manifeste indicat. Vide Baronium prædicto loco.

SYNODVS S. PATRICII,

AVXILII ET ISSERNINI EPISCOPORVM, in Hibernia celebrata,

Circa annum Christi CCCCL. vel CCCCLVI.

TITVLI CANONVM.

A "Gratias agimus Deo Patri; & Filio, & Spiritui sancto.

ANNO CHRISTI circ. 450.

Presbyteris, & diaconibus, & omni clero, Patricius, Auxilius, & Isserninus episcopi salutem. ° ex ms. Bibliothecæ S. Benedicti Cantabrigiæ.

PRÆFATIO.

SATIVS nobis negligentes præmonere, quam culpare quæ facta sunt, Salomone dicente, *melius est arguere quam irasci*. Exempla definitionis nostræ inferius conscripta sunt, & sic inchoant. *Eccl. 20.*

CANONES.

B

I.

SI quis in quæstionem captivus quæsierit .... in plebe suo jure sine permis. meruit excommunicari.

II.

Lectores denique cognoscant, ... unusquisque ecclesiam in qua psallat.

III.

Clericus vagus non sit in plebe.

IV.

Si qui permissionem acceperit, & collectum sit precium, non plus exigat quam quod necessitas poscit. C

V.

Si quid supra manserit, ponat super altare pontificis, ut detur alii indigenti.

VI.

Quicumque clericus ab ostiario usque ad sacerdotem sine tunica visus fuerit, atque turpitudinem ventris & nuditatem non tegat, & si non more Romano capilli ejus tonsi sunt, & uxor eius si non velato capite ambulaverit, pariter a laicis contemnentur, & ab ecclesia separentur. D

VII.

Quicumque clericus * vssus negligentiæ causa, ad collectas mane vel vespere non occurrerit, alienus habeatur, nisi forte jugo servitutis sit detentus. *forte, visus*

VIII.

Clericus si pro gentili homine fideijussor fuerit in quacumque quantitate, & si contigerit, quod * mirum non potest, per astutiam aliquam gentilis ille clerico fallat rebus suis, clericus ille solvat debitum, nam si armis compugnaverit cum illo, merito extra ecclesiam computetur. E *forte, monstrari*

IX.

Monachus & virgo, unus ab hinc, & alia ab aliunde, in uno hospitio non commaneant, nec in uno curru a villa in villam discurrant, nec assidue invicem confabulationem exerceant.

X.

Si inceptum boni operis ostenderit in psallendo, & nunc intermisit, & comam habeat, ab ecclesia excludendus, nisi statim priori se restituerit.

ANNO CHRISTI circ. 450.

XI.

Quicumque clericus ab aliquo excommunicatus fuerit, & alius eum susceperit, coæquali pœnitentia utantur.

XII.

Quicumque Christianus excommunicatus fuerit, nec ejus eleemosyna recipiatur.

XIII.

Eleemosynam a gentibus offerendam, in ecclesiam recipi non licet.

XIV.

Christianus qui occiderit, aut fornicationem fecerit, aut more gentilium ad arupiscem meaverit, per singula crimina annum pœnitentiæ agat, impleto cum testibus veniat anno pœnitentiæ, & postea resolvetur a sacerdote.

XV.

Et qui furtum fecerit, dimidium pœniteat viginti diebus cum pane, & si fieri potest rapta repræsentet, sic in ecclesiam * renuetur.

*forte revertetur

XVI.

Christianus qui crediderit esse lamia in speculo, quæ interpretatur striga, anathematizandus, quicumque super animam famam istam imposuerit, nec ante in ecclesiam recipiendus, quam ut idem criminis quod fecit sua iterum voce * revocat, & sic pœnitentiam cum omni diligentia agat.

*al. revocet,

XVII.

Virgo quæ voverit Deo, permanet casta, & postea nupserit carnalem sponsum, excommunionis sit, donec convertatur: si conversa fuerit, & dimiserit adulterium, pœnitentiam agat, & postea non in una domo, nec in una villa habitent.

XVIII.

Si quis excommunionis fuerit, nec nocte pascharum in ecclesiam .·. non introeat, donec pœnitentiam recipiat.

XIX.

Mulier Christiana quæ acceperit virum honestis nuptiis, & postmodum discesserit a primo, & junxerit se * adulterio, quæ hæc fecit excommunionis sit.

*al adultero,

XX.

Christianus qui fraudat debitum cujuslibet, ritu gentilium, excommunionis sit donec solvat debitum.

XXI.

Christianus cui dereliquerit aliquis & provocat eum * inductum, & non in ecclesiam ut ibi examinetur causa, qui sic fecerit alienus sit.

*forte in judicium,

XXII.

Si quis tradiderit filiam suam viro honestis nuptiis, & amaverit alium, & consentit filiæ suæ, & acceperit dotem, ambo ab ecclesia excludantur.

XXIII.

Si quis presbyterorum ecclesiam ædificaverit, non offerat antequam adducat suum pontificem, ut eam consecret, quia sic decet.

XXIV.

Si quis advena ingressus fuerit plebem, non ante baptizet, neque offerat, nec consecret, nec ecclesiam ædificet, * nec permissionem accipiat ab episcopo: nam qui a gentibus sperat permissionem, alienus sit.

*forte quã

XXV.

Si quæ a religiosis hominibus donata fuerint, diebus illis quibus pontifex in singulis habitaverit ecclesiis, pontificalia dona; sicut mos antiquus, ordinare, ad episcopum pertinebunt, sive ad usum necessarium, sive egentibus distribuendum, prout ipse episcopus moderabit.

XXVI.

Si quis vero clericus contravenerit, & dona invadere fuerit deprehensus, ut turpis lucri cupidus ab ecclesia sequestretur.

XXVII.

Clericus episcopi in plebe quislibet novus ingressor baptizare & offerre illum non licet, nec aliquid agere, qui si sic non faciat, excommunionis sit.

XXVIII.

Si quis clericorum excommunionis fuerit, solus (non in eadem domo cum fratribus) orationem faciat, nec offerre nec consecrare licet, donec se faciat emendatum, qui si sic non fecerit, dupliciter vindicetur.

XXIX.

Si quis fratrum accipere gratiam Dei voluerit, non ante baptizetur quam ut quadragintessimum agat.

XXX.

Episcopus quislibet, qui de sua in alteram progreditur parochiam, nec ordinare præsumat, nisi permissionem acceperit ab eo qui in suo * principatum est, die dominica offerat tantum susceptione, & obsequi hic contentus sit.

* al. principatu

XXXI.

Si quis conduxerit e duobus clericis quos discordare convenit per discordiam aliquam prolatum uni e duobus hostem ad interficiendum, homicida congruum est nominari; qui clericus ab omnibus rectis habetur alienus.

XXXII.

Si quis clericorum voluerit juvare captivo

ANNO CHRISTI ...

captivo, cum suo precio illi subveniat A nam si per furtum illum .·. inviolaverit, blasphemantur multi clerici per unum latronem, qui sic fecerit excommunionis sit,

XXXIII.

Clericus qui de Britannis ad nos venit sine epistola, & si habitet in plebe, non licitum ministrare.

XXXIV.

Diaconus nobiscum similiter, qui * inconsultu suo abbate sine literis in aliam .·. paruchiam assentiat, nec cibum ministrare decet, & a suo presbytero quem contempsit per pœnitentiam vindicetur, & monachus .·. inconsultu abbate vagulus decet vindicari.

*forte inconsulto.

Secundam hanc S. Patricii synodum, ex Andegavensi bibliotheca transcriptam, misit aliquando Iac. Sirmondus soc. Iesu ad Iacobum Usserium Armachanum archiepiscopum.

SYNODVS ALIA S. PATRICII

ANNO INCERTO.

TITVLI CANONVM.

I. *De habitatione cum fratribus peccatoribus.*
II. *De* " *observationibus eorum.*
III. *De pœnitentia post ruinas.*
IV. Desideratur.
V. *De suspectis causis.*
VI. *De vindictis ecclesiæ.*
VII. *De baptismatis incertis.*
VIII. *De reis autem abstractis ab ecclesia.*
IX. *De lapsis post gradum.*
X. Vel desideratur omnino, vel in capitulorum numeratione erratum est.
XI. *De separatione sexuum post lapsum.*
XII. *De oblatione pro defunctis.*
XIII. *De sacrificio.*
XIV. *De* * *abstinenti insoltivi lequat a cibis.*
XV. *De relinquenda vel docenda patria.*
XVI. *De falsis episcopis.*
XVII. *De præposito monachorum.*
XVIII. *De tribus seminibus euangeliorum.*
XIX. *Qua ætate baptizandi sunt.*
XX. *De parochiis.*
XXI. *De retinendis vel dimittendis monachis.*
XXII. *De sumenda eucharistia post lapsum.*
XXII. *De juramento.*
XXIV. *De contentione duorum absque testibus.*
XXV. *De toro fratris defuncti.*
XXVI. *De meretrice conjuge.*
XXVII. *De voluntate virginis vel patris in conjugio.*
XXVIII. *De primis vel secundis votis.*
XXIX. *De consanguinitate in conjugio.*
XXX. *De vindicandis assuetis.*
XXXI. *De gentilibus qui ante baptismum credunt quam pœnitentiam habeant.*

" oblationibus

C

CANONES.

I.

DE eo quod mandastis de habitatione cum fratribus peccatoribus, audite apostolum dicentem: *Cum hujusmodi ne cibum quidem sumere*; non ejus escas sumas cum eo. Ceterum si bos sis

1 Cor. 5.

& trituras, hoc est, si doctor es & doces, non obturatur tibi os, & dignus es mercede tua, sed oleum peccatoris non impinguet caput tuum, sed corripe adhuc & argue.

II.

Contentus tegmento & alimento tuo, cetera dona iniquorum reproba, quia non sumit lucerna nisi * quod alitur.

*leg. quo

III.

Statuitur ut abbas videat cui attribuetur potestas alligandi & solvendi, sed aptior est juxta scripturæ exempla, * veniam. Si vero cum * flem & lamentatione & lugubri cum veste sub custodia pœnitentia brevis quam longa & remissa cum temperamentis.

*forte venia. *forte fletu

IV.

Audi dominum dicentem: *Si tibi non audierit, sit tibi velut gentilis & publicanus.* Non maledices; sed repelles excommunicatum a communione & mensa, & Missa, & pace, & si hæreticus est post unam correptionem devita.

Matth. 18.

V.

Audi dominum dicentem: *Sinite utraque crescere usque ad messem*: hoc est, donec veniat *qui manifestabit consilia cordium*, ne judicium ante diem judicii facias: vide Iudam ad mensam domini, & latronem in paradiso.

Matth. 13. 1. Cor. 4.

VI.

D

Audi item dominum dicentem: *Qui effuderit sanguinem innocentem, sanguis ipsius effundetur, sed ab eo qui portat gladium, dictatur aut vindictæ innocens habetur.* De ceteris autem per legem euangelicam ab eo loco in quo ait: *Et eum qui aufert aliquid a te, ne repetas, sed libenter si ipse quid referat humiliter recipias.*

Gen. 9. Luc. 6.

VII.

Statuunt ne ' baptizati [*sint*] qui symboli * traditione a quocumque acceperunt, quia non inficit semen seminantis iniquitas. Sin vero, non est rebaptizare, sed baptizare. Non abluendos autem lapsos a fide credamus nisi per impositionem manus * ' accepi.

E

'rebaptizati *leg. traditionem *leg. accipi. ' episcopi

VIII.

Non ad reorum defensionem facta est ecclesia, sed judicibus persuadendum est, ut spiritali morte eos occiderent, qui ad sinum matris ecclesiæ confugiunt.

IX.

Audi canonica instituta: Qui cum gradu cecidit sine gradu surgat. Contentus nomine tantum amittat ministerium, nisi qui tantum a conspectu domini

ANNO CHRISTI ....

mini peccans non recessit.

XI.

Consideret unusquisque in conscientia sua, si amor & desiderium cessavit peccati, quia corpus mortuum non inficit corpus alterius mortui; sin vero, separentur.

XII.

1. Ioan. 5. Audi apostolum dicentem: *Est autem peccatum ad mortem; non pro illo dico ut roget quis.* Et dominus: *Nolite donare sanctum canibus.* Qui enim in vita sua non merebitur sacrificium accipere, quomodo post mortem illi poterit adjuvare. Eccles. 20.

XIII.

In nocte paschæ si fas est ferre foras. Non foras fertur, sed fidelibus deferatur. Quid aliud significat quod in una domo sumitur agnus, quam sub uno fidei culmine creditur & communicatur Christus.

XIV.

Statuunt ut Christi adventum sponsi nullas ratas leges inveniat jejunii. Quid autem inter Novatianum & Christianum interest, nisi quod Novatianus indesinenter, Christianus vero per tempus abstineat, ut locus, & tempus, & persona per omnia observetur.

XV.

Docenda patria prius per exemplum domini, & derelinquenda postea, si non proficiet juxta exemplum apostoli. Sed qui potest ' facere, licet periclitatur, ubique doceat & se ostendat, qui vero non potest taceat & abscondat; alius quippe ab Iesu in domum suam mittitur, alius sequi jubetur.

' proficere

XVI.

Qui non secundum apostolum electus est ab altero episcopo, est damnandus, deinde ad reliquam plebem declinandus & degradandus.

XVII.

Monachi sunt qui solitarii sine terrenis opibus habitant sub potestate episcopi vel abbatis. Non sunt autem monachi, sed ' Vaetro periti, hoc est contemptores soliciti ad vitam perfectam in ætate perfecta. Hoc est a viginti annis debet unusquisque constringi non attestando sed voto perficiendo, ut est illud, *unusquisque sicut proposuit corde suo faciat*, & ut; *vota mea reddam in conspectu domini*, & reliqua; quo voto vivitur, situs locorum coartat, si superabundantia in omnibus devitetur in vita, quia in frigore & nuditate, in fame & siti, in vigiliis & jejuniis vocati sunt.

' bactro

2. Cor. 9. Psal. 115.

XVIII.

Centesimum episcopi & doctores qui omnibus omnia sunt, sexagesimum clerici & viduæ qui continentes sunt, tricesimum laici qui fideles sunt, qui perfecte trinitatem credunt. His amplius non est in messe domini. " Monachi vero & virgines cum centesimis jungimus.

" monachos

XIX.

Octavo die catechumeni sunt, postea solennitatibus domini baptizantur, id est pascha, & pentecoste, & epiphania.

XX.

Cum monachis non est dicendum; quorum malum est inauditum, qui unitatem vero plebis non incongrue suscepimus.

XXI.

Vnusquisque fructum suum in ecclesia in qua imbutus est perfruatur; nisi causa majoris profectus adulteris ferre permissa abbatis cogat. Si vero exierit causa utilior, cum benedictione dicatur: *Ecce agnus Dei, non quod sua sunt singuli quærentes, sed quæ Iesu Christi:* vocationis autem ' causam non permittunt subditos discurrere. Ioan. 1. 1. Cor. 10.

" causæ vel causa non permittant.

XXII.

Post examinationem carceris sumenda est: maxime autem in nocte paschæ, in qua qui non communicat fidelis non est. Ideo brevia sunt & stricta apud eos spatia, ne anima fidelis intereat tanto tempore jejuna medicinæ; domino dicente: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis.* Ioan. 6.

XXIII.

Non jurare omnino, de hoc consequente lectionis series docet non adjurandam esse creaturam aliam nisi creatorem; ut prophetis mos est: *Vivit dominus, & vivit anima mea, & vivit dominus cui assisto hodie.* Finis autem contradictionis ' est, nisi domino. ' Omni enim quod amat homo, hoc & juratur. Ierem. 38. & 4.

' adjuramentum
' omne

XXIV.

Statuunt ut per quatuor sancta euangelia antequam communicet testatur quid probatur, & deinde sub judice fama relinquatur.

XXV.

Audi decreta synodi super istis: Frater torum defuncti fratris non ascendat, domino dicente: *Erunt duo in carne una*, ergo uxor fratris tui soror tua est. Ephes. 5.

XXVI.

Audi dominum dicentem: *Qui adhæret* 1. Cor. 6.

ANNO CHRISTI ....

ret meretrici, unum corpus efficitur. Item A *adultera lapidetur*, id est, huic vitio moriatur, ut desinat crescere, quæ non desinit mœchari. Item *si adulterata fuerit mulier, numquid revertitur ad virum suum priorem:* Item *non licet viro dimittere uxorem, nisi ob causam fornicationis*, ac si dicat ob hanc causam, unde si ducat alteram velut post mortem prioris non vetant.

XXVII.

Ephes. 5. Quod vult pater, faciat virgo, *quia* B *caput mulieris vir.* Sed requirenda est a patre voluntas virginis, dum Deus reliquit hominem in manu consilii sui.

XXVIII.

Eadem ratione observanda sunt prima vota & prima conjugia, aut secundis prima non sint irrita; nisi fuerint adulterata.

XXIX.

Intelligite quid lex loquitur, non minus nec plus: quod autem observatur apud nos, ut quatuor genera dividantur, nec vidisse dicunt, neclegisse. C

XXX.

Numquam .·. vetitus licet verum observandæ sunt leges jubilæi, hoc est quinquaginta anni, ut non affirmentur incerta .·. vicerato temporis, & ideo .·. omnis negotia subscriptione Romanorum confirmanda est.

XXXI.

Remittuntur quidem omnium peccata in baptismo, sed qui cum fideli conscientia infidelem tempor..... vixit[a] ut fidelis peccator judicandus est.

[a] pene ut

CONCILIVM MEDIOLANENSE.

ANNO CHRISTI 451.

EPISTOLA SYNODALIS.

Domino sancto & beatissimo patri Leoni Eusebius Mediolanensis episcopus.

REVERSIS, domino annuente, fratribus nostris, *&c. Extat supra inter epistolas Leonis post 52.*[a]

[a] supra pag. 1334. B.

a *Concilium.*] Dum sanctus Abundius ceterique legati ex oriente Romam reversi essent, ad propria redeuntibus, hoc in mandatis dedit pontifex, ut Abundius cum Senatore collega Eusebium Mediolanensem episcopum cum literis pontificiis conveniat, cumque eo agat, ut indicta provinciali synodo, publicis subscriptionibus profiteantur, se doctrinam de verbi incarnatione ad Flavianum scriptam integre recepisse: idque propterea, ut legati a latere ad œcumenicam synodum nomine pontificis, totiusque occidentalis ecclesiæ ablegandi, de absentium episcoporum occidentalium sententia ac suffragio universam synodum vere & constanter informare possent. Erat enim pristino usu receptum, ut cum indicebatur œcumenicum concilium, cui non omnes occidentales interesse poterant, iidem, si opportunitas temporis id ferret, vel Romæ ad synodum convocarentur, vel habitis sub præsidio metropolitani provincialibus conciliis per synodalem epistolam de suo suffragio Romanum pontificem certiorem redderent, atque ita ipsi etiam justa de causa absentes, suum quodammodo suffragium per legatos a latere in œcumenico concilio ferrent. Hac igitur occasione Eusebius Mediolanensis episcopus hanc synodum provincialem coegit: qua quid actum sit synodalis epistola ad Leonem pontificem scripta perspicue recenset. Nomina episcoporum non dignitatis aut prærogativę sedium, sed temporum ordine subscripta sunt. Inter eos doctrina & sanctitate insigniores fuerunt, præter Eusebium Mediolanensem, Abundius Comensis, Maximus Taurinensis, Crispinus Ticinensis, aliique plures, de quibus vide Baronium anno 451. numero 13. & sequentibus.

Causa habiti concilii.

Quomodo absentes episcopi in conciliis œcumenicis suffragentur.

Acta concilii.

Episcopi juxta senium subscripserunt.





APPENDIX AD TOMUM TERTIUM CONCILIORUM.

S. P. N. CYRILLI A
Archiepiscopi Alexandrini
Epistola Canonica.

CYRILLUS DOMNO.

Gent. Herveti versio recognita.


Naquæque res nostra, quando ordine canonico recta procedit, nullum in nobis tumultum ingenerat, & a nonnullorum maledicentia liberat, vel potius eorum qui sapiunt, laudem nobis conciliat. Quis enim non obviis, ut aiunt, ulnis excipiat de prolatam ab aliquibus sententiam, quę nec huc nec B illuc inclinetur? Vel quomodo non sit ab omni reprehensione alienum, vel potius magnopere laudandum, si recte & juste judicetur?

Et hæc quidem nunc scribo ad pietatem tuam, quæ in litteris ad me & religiosissimum fratrem nostrum & coëpiscopum Proclum datis, episcopum nominet, imprimis pium ac religiosum Petrum: cum ipse lamentetur, seque ab ecclesia sibi attributa præter rationem ejectum esse dicat. Erat autem consentaneum, ut vel sacerdotij nomen cum re haberet; vel si dignus non erat, qui altari præesset, ne ipsa quidem episcopatus appellatione dignaretur. Sed id fortasse quod dico C durum esse & caritatis expers, sanctitati tuæ videbitur: quod tamen revera non ita est. Nos enim senis utique nos misereri putamus, si solum ei nomen reliquerimus: sed multo melius erat aliud quoque considerare. Dicit enim se suam quidem posse causam probare, sed defensionis tempus sibi non esse datum, at ne auditionem quidem canonicam sibi fuisse concessam. Sin autem tale quid factum esset, ipsa actorum productio eum convicisset reum impositorum ipsi criminum, nec esset quod se injuria affectum quereretur; D vel certe absolutum eum declarans, rursus concederet ut præesset ecclesiæ, quæ ipsi subjecta fuit. Cum autem nihil factum sit ejusmodi: de re quidem, alta voce queritur, & intolerabilem injuriam se dicit accepisse, & inique ejectum esse: adjiciens, rem omnem familiarem suam ademptam sibi fuisse.

τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς
ΗΜΩΝ ΚΥΡΙΛΛΟΥ
ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας
ἐπιστολὴ κανονική.


ΚΑΣΤΑ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων ὅταν εὐθὺ φέρηται κανονικῆς εὐταξίας, οὐδένα μὲν ἡμῖν ἐντίκτει θόρυβον, ἀπαλλάττει δὲ καὶ τῆς παρά τινων δυσφημίας· μᾶλλον δὲ καὶ τὰς παρὰ τῶν εὖ φρονούντων εὐφημίας ἡμῖν προξενεῖ. τίς γὰρ ἂν B οὐκ ἀποδέξαιτο ψῆφον ἀπρόσκλινῆ, εἴπερ ἂν γίνοιτο παρά τινων; ἢ πῶς τὸ κρίνειν ὀρθῶς καὶ ἐννόμως οὐκ ἀνεπίπληκτον ἔσται, μᾶλλον δὲ παντὸς ἐπαίνου μεστόν;

Καὶ ταῦτα γράφω νυνὶ τῇ σῇ θεοσεβείᾳ, ἐν τοῖς ἑαυτῆς γράμμασι τοῖς σταλεῖσι πρὸς ἐμέ τε καὶ τὸν ὁσιώτατον καὶ θεοσεβέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συνεπίσκοπον Πρόκλον, ἐπίσκοπον μὲν ὀνομαζούσῃ τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοφιλέστατον Πέτρον· αὐτοῦ δὲ κλαίοντος καὶ τῆς ἐκνεμηθείσης αὐτῷ ἐκκλησίας παραλόγως κεκινῆσθαι λέγοντος· ἦν δ' ἀκόλουθον, ἢ τὸ τῆς ἱερωσύνης ὄνομα μετὰ τοῦ πράγματος ἔχειν αὐτόν· ἤγουν, εἴπερ μὴ ἦν ἄξιος τοῦ προεστάναι θείου θυσιαστηρίου μηδὲ αὐτῇ τιμᾶσθαι τῇ κλή- C σει τῆς ἐπισκοπῆς. ἀλλ' ἴσως δόξειεν ἂν τῇ σῇ θεοφιλίᾳ σκληρὸς εἶναί τις καὶ ἀφιλάλληλος ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος· ἔχει δὲ οὐχ οὕτως κατὰ τὸ ἀληθές. Ἐλεῆσαι γὰρ τάχα που νομίζομεν τὸν πρεσβύτην, μόνην αὐτῷ τὴν κλῆσιν ἀφέντες· μακρῷ δὲ ἦν ἄμεινον ἐννοῆσαι καὶ τὸ ἕτερον. φάσκει γὰρ οὐ δύνασθαι μὲν συστῆσαι τῇ οἰκείᾳ ὑπολήψει, οὐ λαβεῖν δὲ καιρὸν ἀπολογίας, οὔτε μὴν ἀκρόασιν αὐτῷ προστεθῆναι κανονικήν. [Del. οὐ.] εἰ δ' ἐγεγόνει τι τοιοῦτον, αὐτὴ τῶν ὑπομνημάτων ἡ σύστασις διήλεγξεν ἂν αὐτόν, ἢ ἁλόντα τοῖς αἰτιάμασιν, ἢ ἔνοχον ἀποπεφασμένον, καὶ οὐδὲν ἔχοντα λοιπὸν εἰπεῖν ὡς ἠδικημένον· ἢ D γοῦν ἐλεύθερον ἀποφήνασα, πάλιν ἐδίδου τὸ προεστάναι τῆς ἐκκλησίας, ἣ καὶ ὑπὸ χεῖρα γέγονε τὴν αὐτοῦ. οὐδενὸς δὲ πεπραγμένου τοιούτου, καταβοᾷ τοῦ πράγματος, καὶ ἀδικίαν ἀφόρητον ὑποστῆναί φησι, καὶ ἀθέσμως ἐκβεβλῆσθαι, προσεπάγων, ὅτι καὶ ἡρπάγη πάντα τὰ προσόντα αὐτῷ πράγματα.

A Ἡ σὴ τοιγαροῦν ὁσιότης, ἐννοοῦσα καὶ τὸ τοῖς θείοις κανόσι δοκοῦν, καὶ τὸ πρέπον τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς τεταγμένοις εἰς ἱερὰν λειτουργίαν. ἔτι τε πρὸς τούτοις καὶ τὰ παρ᾽ ἡμῶν δυσωπηθεῖσα γράμματα, στησάτω τοῦ πρεσβύτου τὸ δάκρυον. καὶ εἰ μὲν ἕλοιτο δικάσασθαι πρὸς τοὺς ἐπάγοντας αὐτῷ τὰς αἰτίας, δικαζέσθω κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐπὶ τῆς σῆς θεοσεβείας· συμπαρόντων δηλονότι τῶν ὑπὸ τὴν αὐτῆς χεῖρα θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων, ἐκτὸς εἰ μὴ παραιτοῖτό τινας ὡς ὑπόπτους. οὐδένα μὲν γὰρ τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων ἐχθρὰ φρονεῖν ἀδελφῷ πιστεύομεν· ἵνα δὲ μὴ πρόφασις αὕτη γένηται, τὴν ἐσομένην ἐπ᾽ αὐτῷ κρίσιν παραλύουσα, πρὸς τὸ μὴ ἐν δίκῃ πεποιῆσθαι δοκεῖν, οὐδέν ἐστι τὸ λυποῦν ἀπεῖναι τοῦ συνεδρίου τοὺς ἐν ὑποψίᾳ τινάς.

B Τὰ δὲ ἀδίκως ληφθέντα παρ᾽ αὐτοῦ χρήματα, ἀναδοθῆναι δίκαιον κατὰ δύο τρόπους. πρῶτον μὲν, ὅτι οὐδὲ ἐχρῆν ὅλως γενέσθαι τι τοιοῦτον· καὶ ὅτι λυπεῖ σφόδρα καὶ εἰς ἐσχάτην ἀκηδίαν καταφέρει τοὺς ἁπανταχόσε γῆς ὄντας θεοσεβεστάτους, τὸ ἀπαιτεῖσθαι λόγους τῆς οἰκονομίας τῶν παρεμπιπτόντων αὐτοῖς ἀναλωμάτων, εἴτε ἐκ προσόδων ἐκκλησιαστικῶν, εἴτ᾽ οὖν καὶ ἀπὸ τῆς τινῶν καρποφορίας. ἕκαστος γὰρ ἡμῶν, τῶν ἰδίων κακῶν δώσει λόγον τῷ πάντων κριτῇ. κειμήλια μὲν γὰρ καὶ κτήσεις ἀκινήτους, C ταῖς ἐκκλησίαις σώζεσθαι χρή· θαρσεῖσθαι δὲ τοῖς κατὰ καιρὸν τὴν θείαν διέπουσιν ἱερωσύνην, τῶν παρεμπιπτόντων ἀναλωμάτων τὴν οἰκονομίαν.

Τοὺς δὲ τῆς παραιτήσεως λιβέλλους οὐ κατὰ προαίρεσιν οἰκείαν, ἀλλ᾽ ὡς ἐξ ἀνάγκης καὶ φόβου καὶ τῆς τινῶν ἀπειλῆς ἐπιδοῦναι φησί. καὶ ἕτερον δὲ πρᾶγμά ἐστιν οὔτε τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἀρέσκον θεσμοῖς, τὸ λιβέλλους παραιτήσεων προσάγειν τινὰς τῶν ἱερουργῶν. εἰ γάρ εἰσιν ἄξιοι τοῦ λειτουργεῖν, ἔστωσαν ἐν τούτῳ· εἰ δ᾽ ἀνάξιοι, μὴ ἀπὸ παραιτήσεως ἐξίτωσαν· κατεγνωσμένοι δὲ μᾶλλον ἐπὶ πράγμασιν, ὧν ἄν τις πολλὴν ποιήσαιτο τὴν καταβοὴν, ὡς ἔξω τρεχόντων D πάσης ἀκολουθίας. πρόσειπε τὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα· σὲ, ἡ σὺν ἡμῖν ἐν κυρίῳ προσαγορεύει.

A Tua itaque ſanctitas, conſiderans, & quod Divinis canonibus ſancitum eſt, & quod eccleſiæ convenit, iiſque qui ſunt in ſacro miniſterio initiati, & noſtrarum præterea litterarum rationem ducens, ſiſtat ſenis lacrymas: & ſi velit quidem cum iis judicio contendere, qui crimina in eum intendunt, apud ſanctitatem tuam pro more litiget: una ſcilicet aſſiſtentibus qui tibi ſubſunt epiſcopis: niſi forte aliquos recuſat ut ſuſpectos. Nullum enim religioſiſſimorum epiſcoporum in fratrem inimico eſſe animo credimus. Ne autem B hic prætextus futurum de eo judicium diſſolvat, ut non jure factum eſſe videatur: non grave eſt, a conſeſſu abeſſe eorum qui ſuſpecti ſunt aliquos.

Pecuniam vero, quæ per injuriam ipſi erepta eſt, duplici nomine ei reddi æquum eſt. Primum quidem, quod nec tale quidquam omnino fieri oportebat: & quod valde male habet magnaque triſtitia afficit ſanctiſſimos epiſcopos, qui ſunt ubique terrarum, quod ſumptuum, qui illis eveniunt, diſpenſationis ratio ab eis exigatur, ſive ex eccleſiaſticis redditibus, ſive ex fructu aliunde percepto. Unuſquiſque enim noſtrum dabit ſuorum malorum rationem omnium judici. Vaſa C enim precioſa & poſſeſſiones immobiles oportet ſervari eccleſiis: epiſcopis autem qui tunc temporis Divinum ſacerdotium adminiſtrant, incidentium ſumptuum diſpenſationem ſecure credi.

Renunciationis autem libellos, non ſua voluntate, ſed veluti vi ac metu, & aliquorum minis, ſe tradidiſſe dicit. Jam vero alia quoque res eſt, quæ eccleſiaſticæ conſuetudini non placet, offerre ſacerdotes aliquos renunciationis libellos. Nam ſi ſunt digni, qui ſacra myſteria obeant, in iis maneant: ſin autem indigni, nec per renunciationem quidem exeant, ſed potius propter geſta condemnati, de quibus quiſquam conqueſtus fuerit uti a recto ordine D aberrantibus. Saluta fraternitatem quæ apud te eſt: quæ eſt apud nos, te in Domino ſalutat.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

τοῖς κατὰ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν ἐπισκόποις.

ΠΑντὸς τοῦ χρησίμου καὶ ἀναγκαίου πρὸς οἰκοδομὴν τῶν λαῶν, πλοῦτος δὲ καὶ εἰς ὑπόληψιν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, φροντίδα ποιεῖσθαι χρή· γέγραπται γὰρ, ὅτι εὐλαβεῖς ποιεῖτε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. E μοναστηρίων τοίνυν πατέρες τῶν κατὰ τὴν Θηβαίων ἐπαρχίαν, ἄνδρες εὐλαβεῖς καὶ οὐκ ἀθαύμαστον ἔχοντες πολιτείαν, ἐλθόντες ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἐρωτώμενοι παρ᾽ ἐμοῦ τὴν κατάστασιν τῶν αὐτόσε μοναστηρίων, ἐδίδασκον, ὅτι σκανδαλίζονται πολλοὶ διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν.

Νεωστὶ γεγαμηκότες τινὲς καὶ οἷον ἐξ αὐτῶν καταβάντες τῶν νυμφώνων, συναρπάζουσι τινὰς τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων· καὶ οὐδενὸς τάχα που τὰ καθ᾽ αὐτοὺς καταγγέλλοντος, χειροτονοῦνται κληρικοὶ, ἤγουν πρεσβύτεροι. ἕτεροι δέ τινες ἐξ αὐτῶν τῶν μοναστηρίων ὡς ἄτακ-

EJUSDEM

Epiſcopis qui ſunt in Libya, & Pentapoli.

CUjuſlibet rei, quæ ad populorum ædificationem utilis eſt, & neceſſaria, & ad ſanctarum etiam eccleſiarum exiſtimationem con- E fert, cura gerenda eſt. Scriptum eſt enim: *Sanctos facite filios Iſraël.* Patres itaque monaſteriorum, quę ſunt in Thebanorum provincia, viri pij ac ſancti, ac ſatis admirabilem vitæ formam & inſtitutionem habentes, cum Alexandriam veniſſent, a me interrogati de monaſteriorum quæ illic ſunt conſtitutione, docuerunt multos offendi propter hanc cauſam.

Quidam qui uxores recens duxerunt, & ex ipſis veluti thalamis egreſſi, aliquos ex ſanctiſſimis epiſcopis arripiunt: & nemine de eis utique renunciante, ordinantur clerici ſeu preſbyteri. Aliqui autem alij ex ipſis monaſteriis ejecti,

tanquam dissoluti, rursus ordinationes captant: & facti clerici, in ea ipsa monasteria ingrediuntur, ex quibus ejecti sunt, & volunt oblationem facere, & ea omnia facere quæ mos est clericis: ut etiam aliqui eorum qui ipsos norunt, synaxes devitent, & communicare in animum non inducant illis ministrantibus.

Quoniam ergo ad ædificationem, ut dixi, populorum, omnia a nobis facienda sunt, hæc vestra observet pietas: & si est quidem ordinandus clericus, de vita ejus inquirat, & an uxorem habeat, an non; & quonam modo duxit, & abstinuit, & si non est aliquis ex iis qui ejecti sunt a sanctissimo episcopo, vel ex monasterio: tunc si inculpatus inventus fuerit, ordinet. Ita enim & nostram conscientiam puram conservabimus, & inculpatum sacrum ac venerabile mysterium. Sin autem segregationem aliqui sustinuerint, propter lapsus puniti, deinde sint morituri existentes catechumeni, baptizentur, & ne ab humanis excedant gratiæ non participes, scilicet communione carentes. Videtur enim hoc quoque ecclesiæ consuetudini adhærere. Salutate eam quæ est apud vos fraternitatem: quæ nobiscum est, vos in Domino salutat.

A τοι ἐκβαλλόμενοι, πάλιν ὑποδέχονται τὰς χειροτονίας, καὶ γενόμενοι κληρικοί, εἰσέρχονται καὶ ἐν αὐταῖς τοῖς μοναστηρίοις ὅθεν ἐξεβλήθησαν· καὶ βούλονται προσφέρειν, καὶ ὅσα κληρικοῖς ἔθος πληροῦν, καὶ ταῦτα δρᾶν, ὡς καὶ τινας τῶν εἰδότων αὐτοὺς παραιτεῖσθαι καὶ τὰς συνάξεις, καὶ μὴ ἀνέχεσθαι κοινωνεῖν λειτουργούντων ἐκείνων.

Ἐπεὶ δὴ τοίνυν πρὸς οἰκοδομὴν, ὡς ἔφην, τῶν λαῶν πάντα χρὴ πράττεσθαι παρ' ἡμῶν, ἐπιτηρείτω ταῦτα ἡ θεοσέβεια ὑμῶν· καὶ εἰ μέλλει τις χειροτονεῖσθαι κληρικὸς, περιεργαζέσθω τὸν βίον αὐτοῦ, καὶ πότερόν ποτε γαμετὴν ἔχει ἢ οὔ· καὶ πῶς, καὶ πότε ἠγάγετο, καὶ εἰ μή τίς ἐστι τῶν ἐκβαλλομένων, ἢ παρ' ἑτέρου θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου, ἢ ἐκ μοναστηρίου· καὶ τότε χειροτονείτω
B ἀδιάβλητον εὑρεθέντα. τηρήσομεν γὰρ οὕτω καὶ τὸ ἑαυτῶν συνειδὸς καθαρὸν, καὶ ἀδιάβλητον τὴν ἱερὰν καὶ σεπτὴν λειτουργίαν· ἐὰν δὲ χωρισμὸν ὑπομείνωσί τινες, ἐπιτιμηθέντες πταισμάτων ἕνεκα, εἶτα μέλλωσι τελευτᾶν κατηχούμενοι ὄντες, βαπτιζέσθωσαν καὶ μὴ ἀποδημείτωσαν τῶν ἀνθρωπίνων, ἀμέτοχοι τῆς χάριτος, ἤγουν ἀκοινώνητοι· δοκεῖ γὰρ προσέχειν καὶ τοῦτο τοῖς τῆς ἐκκλησίας θεσμοῖς. προσείπατε τὴν παρ' ὑμῖν ἀδελφότητα· ὑμᾶς ἡ σὺν ἡμῖν ἐν κυρίῳ προσαγορεύει.

IACOBI SIRMONDI S. I.

NOTÆ POSTVMÆ

IN CONCILIVM REGENSE anno Domini CCCCXXXIX, celebratum.

Supra editum pag. 1184.

Nunc primum editæ.

SYnodi occasio & causa fuit, quam titulus indicat, vitiosa ordinatio episcopi Ebredunensis. Vitiosam autem triplici ex capite affirmant, quod sine tribus episcopis facta sit, quod sine comprovincialium episcoporum litteris, quod sine auctoritate metropolitani. Tria hæc enim ad legitimam episcopi ordinationem exigit canon IV. synodi Nisænæ. Sed de tertio capite, hoc est de consensu & auctoritate metropolitani, quæri haud abs re potest unde locum habeat, ubi sermo est de ordinando episcopo Ebredunæ civitatis, quæ ipsa erat metropolis: cum ordinandi metropolitani potestas, sit penes episcopos provinciæ. Omnino
D hinc apparet, quod ante monuimus, Ebredunensem episcopum, licet ejus civitas caput esset provinciæ Alpium maritimarum, nondum tamen hoc tempore metropolitani jura obtinuisse in ecclesia, sed alteri obnoxium fuisse metropolitano, nempe Arelatensi, qui jus in Ebredunensem sibi vindicabat, ut synodus hæc ab Hilario Arelatensi habita declarat.

REGENSE.] Ita veteres libri, non *Regiense*. Sic & Faustus, qui episcopus Regiensis dici vulgo solet, ab antiquis scriptoribus Regensis nuncupatur Paulus diaconus lib. III. Gregor. Turon. lib. IV. territorium Regense. Nec dubium quin ubi in concilio Valentino Hispaniæ synodus Regiensis nominatur, Regensis appellari debeat. Vera enim & prisca scripturę ratio fuit, Reiensis. nam & urbem ipsam, ut Sidonius docet, Reios vocabant. Postea Regensis scribi cœpit, quia utriusque vocis apud Gallos idem est sonus, sicut in *maiestas* & *magestas*.

Can. I
E PRIMVM ITAQVE.] Duobus episcopis, qui hoc sibi usurparant, ut soli episcopum ordinarent, pœnam irrogat, quam synodus Taurinensis can. III. in hujusmodi præsumptores constituerat, ut nullis deinceps ordinationibus, nullisque ordinariis conciliis intersint. Nihil enim est ęquius, quam ut qua quis abutitur potestate, illa careat. Itaque synodus Nicęna in Meletium Lyci episcopum, qui presbyterorum ordinationes ad Alexandrinum episcopum spectantes temere sibi arrogarat, pœnam decrevit *τοῦ λοιποῦ μήτε ἐν πόλει, μήτε ἐν κώμῃ χειροτονεῖν. Vt nullum de cætero neque in urbe, neque in vico ecclesiæ ministrum ordinaret.* Theodoretus lib. IV. Histor. c. XXIII. & synodica concilij ad Alexandrinos. Simplicius vero papa epistola III. Gaudentio Aufiniensi episcopo, qui ordinationes illicitas contra canones perpetrarat, ordinandi potestatem auferri jussit, & hoc in ejus ecclesia officio fungi Severum alterius sedis episcopum.

C EBREDVNENSI ECCLESIÆ.] Rejecto Armentario, qui perperam a duobus fuerat consecratus, alterum in Ebredunensi ecclesia, viginti jam mensium spatio rectore destituta, legitimum episcopum ordinari jubet. Can. II.

VERVM QVIA HÆC S. SYNODVS.] Armentarium eumdem intra provinciam Alpium maritimarum consistere vetat: permittit ut extra eam liceat episcopo, qui voluerit, unam illi de parochiis suis concedere, in qua aut chorepiscopi nomine ministret, aut peregrina communione fruatur. In quo se synodi Nicænæ secutam exemplum profitetur, quæ Catharorum sive Novatianorum episcopis, cum ad ecclesiam redeunt, *χωρεπισκόπου τόπον* chorepiscopi locum dari statuit canone VIII. Can. III.

CHOREPISCOPI NOMINE] Chorepiscopi, quasi *χώρας*, id est regionis, episcopi dicti, olim fuerunt præcipui episcoporum ministri, qui *ἐν κώμαις καὶ χώραις*, per vicos & agros, ecclesiarum quæ extra civitatem erant, curam
D gerebant. Ordinabantur enim ab episcopo civitatis, eique suberant, & episcopalia munera pro illius arbitrio nutuque administrabant. Quamquam autem chorepiscoporum per canones sæpe rescissa est potestas: numquam tamen cautum, ne plus quam uni ecclesiæ præessent, aut ne inferioris ordinis clericos ordinarent. Quare Armentario, cui hæc interdicuntur, nomen potius quam officium chorepiscopi, minus illi certe quam licebat chorepiscopis, indultum videtur.

PEREGRINA COMMVNIONE.] Peregrina communio dicebatur, quæ peregrinis in alia ecclesia concedi solebat. Armentarius igitur, si ecclesia ei attribuenda erat, quam gubernaret, peregrinus esse desinebat, in ecclesiæ illius matriculam referendus: sin autem, non ut gubernaret, sed ut in ea tamquam hospes & peregrinus versaretur, peregrina communione impertiendus erat, de qua pluribus ad synodum Agathensem dicendum erit.

SANE QVIA MINISTRORVM.] Clericos Ebreduni ordinarat Armentarius, & in his quosdam excommunicatos: de quibus præcipit synodus, ut deponantur; de reliquis vero, ut in arbitrio sit Ebredunensis episcopi, vel in ecclesia sua illos retinere si velit, vel ad locum transferre, qu. ncolet Armentarius. Can. IV.
E
(I PRESBYTERO.] Presbyteris permittit, ut privatim benedicant, non publice in ecclesia. Nec privatim ergo ante hoc tempus benedictionem dabant in his provinciis Galliæ. Postea licuit. Vnde in synodo Agathensi can. XLIV. publicam tantum dare prohibentur, non privatam. *Benedictionem, inquit, super plebem in ecclesia fundere presbytero penitus non licebit.* In Oriente vero, ut de aliis nunc locis nihil dicam, utraque presbyteris benedictio concessa, quod elicitur ex verbis S. Basilij ad Amphilochium can. XXVII. de presbytero nefariis nuptiis per igno- Can. V;

tantiam implicito: *μήτε τοίνυν δημοσίᾳ, μήτε ἰδίᾳ εὐλογείτω*: *Nec publice*, inquit, *nec privatim benedicat*. Quod enim multæ causa facere illos vetat, argumento est extra culpam licuisse.

AD ECCLESIAM QVÆ EPISCOPVM PERD.] Ad defuncti episcopi exequias venire jubetur vicinus episcopus, & curam ecclesiæ ipsius gerere, omniaque recensere ac describere, ne quid pereat: mox ad ecclesiam suam redire, donec a metropolitano ad successoris ordinationem cum aliis evocetur. Qua de re iterum in synodo Aurelianensi II. can. V. & VI. tum maxime in concilio Valentino Hispaniæ can. II. III. & IV. *Secundum Regiensis*, inquit, *synodi constituta, episcopo de corpore recedente, vicinior illi accedat episcopus qui ex nunc exequiis celebratis statim ecclesiæ ipsius curam gerat, &c.*

Can. VIII. BIS IN ANNO CONVENTVS.] Binæ synodi provinciales. De his enim a synodo Nicæna fuerat decretum (B) canone V. *αἱ δὲ σύνοδοι γινέσθωσαν, μία μὲν πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς· δευτέρα δὲ περὶ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρόν.* *Concilia*, inquit, *celebrentur, unum quidem ante quadragesimam, secundum autem circa tempus autumni.* Quod Romæ quidem solitum observari docet Leonis Magni epistola V. ad episcopos Siciliæ. At in Gallia, quo minus bis quotannis metropolitano cum suis provincialibus convenire liceret, crebri motus, & alia sæpe obsistebant, ut innuit Arausicanus quoque canon XXIX. Ideo exceptionem hoc loco synodus adiecit, *si quies temporum erit*: & unicum in anno conventum alij canones indixerunt; ut synodi Agathensis canon XLVIII. *annis singulis congregari placuit.* Idemque sæpius repetunt aliæ synodi Gallicanæ: quomodo & in Africa statutum a concilio III. Carthaginensi can. XI. *Singulis quibusque annis concilium convocari.* Et in Hispania concilij Toletani III. canone XVIII. decretum similiter, *ut episcopi semel in anno die Kalendarum Novembrium in unum conveniant.* In Oriente quoque ipso, etsi (C) binos conventus Nicæna, ut dictum est, synodus præscripserat, itemque Chalcedonensis can. XIX. postea tamen sexta synodus, id est in Trullano canone VIII. eamque secuta posterior synodus Nicæna canone VI. propter varias difficultates, conventum quotannis unicum exegerunt.

SVBSCRIPTIONES.

EGO HILARIVS EPISCOPVS.] De hoc dubium esse non potest, quin Hilarius sit Arelatensis, quem ante annos decem Honorato successisse docuimus. De ceteris, qui subscribunt, hoc universim pronunciare licet, episcopos omnes videri partim ex ea Viennensis provinciæ parte, quæ Arelatensibus vicinior erat, partim ex Narbonensi II. & Alpina maritima, in quas Arelatenses episcopi jus sibi & imperium hoc tempore vendicabant. Ex his (D) Auspicium Vasionensem episcopum fuisse, constat ex synodo Vasensi post triennium habita. Valerianum, Cemeliensem nostrum esse conjicio, Maximum Reiensem, Constantinum, qui per vicarium interfuit, Vappincensem. Nectarius porro, cujus sedes ignoratur, is est omnino, qui Romam ab Hilario, ut est in ejus vita, post aliquot annos missus est ad Leonem papam una cum Constantio incertæ item sedis episcopo.

IACOBI SIRMONDI S. I.

NOTÆ POSTVMÆ

Extat supra pag. 1446.

IN CONCIL. ARAVSICANVM I. anno Domini CCCCXLI. celebratum.

Nunc primum editæ.

ARausicanum dicitur, non quod apud civitatem ipsam Arausicanam, sed quod in vicino ejus territorij vico Iustiniano, sive ut alij legunt, Iustiano, habitum sit, sicut Vasense II. appellatum est, quod in vico Vasensi. Arausicanum vero concilium II. ut ejus præfatio indicat, in civitate ipsa celebratum est.

Can. I. HÆRETICOS IN MORTIS.] Hæreticis, qui sub mortem convertuntur, indulget synodus, ut a presbyteris chrismate & benedictione consignari, id est confirmari possint: quod alioqui, si sani essent, per episcopos præstandum foret, ut declarat synodus Epaonensis can. XVI. Ab hæreticis porro venientes confirmandos esse, docuit canon VIII. Arelatensis. Hinc Isidorus de ecclesiasticis officiis cap. XXIV. *Hæretici*, inquit, *non iterum baptizandi, sed solo* (A) *chrismate & manus impositione purgandi sunt.* Cujus moris illustria passim sunt exempla, ut Lantildis sororis Clodovei regis nostri, quæ ex hæresi Arriana, in quam dilapsa fuerat, conversa, chrismata est, ut refert Gregorius Turon. lib. II. historiæ Francorum cap. XXXI. & Herminichildi regis Gothorum in Hispania filij, qui, ut Gregorius idem narrat lib. V. cap. XXXIX. Ingundis Sigiberti regis filiæ conjugis suæ prædicatione conversus est ad legem catholicam, & dum chrismaretur Ioannes est vocatus. Chararici denique regis Suevorum in Gallæcia, de quo idem Gregorius de miraculis S. Martini lib. I. cap. VI. *Rex*, ait, *unitatem Patris, & Filij, & Spiritus sancti confessus, cum omni domo sua chrismatus est.* Quod vero in subita conversione decumbentium hæreticorum, ne hoc sacramento destituti abirent e vita, conceditur hoc loco, ut a presbyteris chrismentur: idem olim universe concessum a Silvestro papa neophytis omnibus videtur ob periculum mortis. Sic enim de eo legitur in gestis pontificum: *Hic & hoc constituit, ut baptizatum liniat presbyter chrismate, levatum de aqua, propter periculum mortis.*

Can. II. NVLLVM MINISTRORVM.] Duplex hodie cujuslibet Christiani est unctio chrismatis in ecclesia catholica: una in capite, quæ fit in baptismo; altera in fronte, quæ in confirmatione. At synodus unicam chrismationem vult fieri, eamque in baptismo. Ideo ministrum baptismi chrisma semper in promptu habere jubet, ut baptizatum mox liniat. Quod si quo casu chrismatus in baptismo quispiam non fuerit, tunc in confirmatione commoneri episcopum, ut chrismet ipse, nimirum priusquam manum imponat. Quæ quidem a prisca ecclesiæ disciplina abhorrent. Primis enim sæculis, cum post baptismum chrismatio mox, tum eucharistia sequebatur: unica ut apparet, in usu fuit unctio chrismatis, qua episcopus baptizatos consignabat. Itaque unicam commemorant Tertullianus de baptismo cap. VII. Cyprianus epistola LXX. & alij patres antiqui. Post tempora Silvestri, qui presbyteris liniendi chrismate baptizatos potestatem fecit, ut dictum est, cum alio jam tempore baptizarentur infantes, & alio chrismarentur, variique essent ritus apud diversos: invaluit tandem, ut alia baptismi, alia confirmationis sit chrismatio, ut est in epistola Innocentij papæ ad Decentium Eugubinum cap. III. & apud rituum ecclesiasticorum scriptores. Eandem docet esse Beda in Psal. 26. Hieronymus adversus Luciferianos cap. 4. *Inde venit, ut sine chrismate & episcopi jussione neque presbyter, neque diaconus, jus habeant baptizandi: quod frequenter, si tamen necessitas cogit, scimus etiam licere laicis.*

Can. III. QVI RECEDVNT DE CORPORE.] Qui pœnitentiam publicam acceperant, eucharistiæ non participabant, priusquam peracto pœnitentiæ cursu per manus impositionem reconciliati essent. Pœnitentium tamen, quibus mors imminebat, semper habita est ratio. De his ergo, qui pœnitentiam agentes ad vitæ finem veniunt, statuit synodus Nicæna cap. XIII. ut viatico non priventur, & si revaluerint ad pœnitentium loca redeant. *De iis vero, qui sub ipsum vitæ finem pœnitentiam acceperint*, statuit similiter hoc loco synodus eucharistiam illis dari, sed sine reconciliatoria manuum impositione: ita ut si revaluerint, non se credant penitus absolutos, sed stent inter pœnitentes, ut expleta pœnitentia, legitimam, hoc est pœnitentibus in ecclesia dari solitam, communionem cum reconciliatione recipiant. Nec dissimilia sunt quæ de utrisque sanciuntur in synodo IV. Carthaginiensi can. LXXVI. LXXVII. & LXXVIII. nisi quod pœnitentiam in exitu poscentibus, reconciliationem simul tribuendam decernit; ita tamen, ut pœnitentiæ legibus subdantur, si revaluerint.

VIATICVM NOMINAVERVNT.] Synodus Nicæna ἐφόδιον can. XIII. *εἴτις ἐξοδεύοι, τοῦ τελευταίου καὶ ἀναγκαιοτάτου* (E) *ἐφοδίου μὴ ἀποστερεῖσθαι.* *Si quis vita excedat, ultimo & maxime necessario viatico non defraudetur.* Supra Innocentius epistola II. ad Exuperium cap. II. *Communionem dari abeuntibus placuit, quasi viaticum profecturis.* In concilio Agathensi can. XV. & in aliis Gallicanis. Paulinus presbyter de obitu sancti Ambrosij: *Corpus Domini ubi glutivit, emisit spiritum, bonum viaticum secum ferens.* Præclare vero Gaudentius Brixianus, qui eucharistiam nobis non solum abeuntibus e vita, sed vitæ hujus viam decurrentibus, perpetuum viaticum esse docet: *Hoc est*, inquit, *viaticum nostri itineris, quo in hac via vitæ alimur & nutrimur, donec ad ipsum pergamus de hac vita recedentes.*

Can. IV. POENITENTIAM CLERICIS.] Pugnare hic canon videtur cum verbis Siricij in epistola ad Himerium cap. XIV. *Pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum.* Sed Siricium constat de ea pœnitentia loqui, in qua capitalis alicujus criminis, quod a cleri gradu abhorreat,

fit confessio; synodum vero de pœnitentia, quę nullam ejusmodi criminis notam habeat: quam quidem a clericis salvo gradu & officio accipi agiq; posse docet can. x. concilij Toletani XIII. *Sancta*, inquit, *synodus definivit, ut quicumque pontificum vel sacerdotum, deinceps per manus impositionem pœnitentiæ donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notaverint, tenorem retentandi regiminis non amittant, sed per metropolitanum reconciliatione pœnitentium more suscepta, solita compleant ordinis sui officia, vel cætera mysteriorum sibi credita sacramenta.*

Can V. EOS QVI AD ECCLESIAM CONFVG.] Confugiebant ad ecclesiam remedij causa rei criminum, servi culpa in dominum admissa, miseri omnes quos pœnæ metus, vel alia necessitas impellebat. Quos ut per vim abstrahere nefas erat, ita ecclesiæ præpositis religio eos tradere, vel intercessione sua non sublevare. Ac mira olim in eo fuit sanctorum pontificum pietas & industria: ut sancti Ambrosij, qui teste Paulino in ejus vita, raptum ab altari Crescentium reum diu flevit, multatisque a Deo raptoribus mirabiliter recepit, Eugenianis deinde, qui ad ecclesiam confugerant, veniam ab imperatore impetravit; & sancti Augustini, qui, ut est in ejus epistola CCXV. ad Hipponenses, Fastij cujusdam, qui cum æs alienum solvere non posset, ad ecclesiam confugerat, ne pœnam corporalem pateretur, creditori, mutua pecunia accepta, pro eo satisfecit. Idem etiam epistola CCXXX. ad Fortunatum episcopum: *Faventium*, inquit, *bene novit sanctitas tua, qui Paratianensis saltus conductor fuit. Is cum ab ejusdem possessionis domino nescio quid sibi metueret, ad Hipponensem confugit ecclesiam: & ibi erat, ut confugientes solent, expectans quomodo per intercessionem nostram sua negotia terminaret, &c.*

Can. VI. SI QVIS MANCIPIA CLERICORVM.] Pro servis, qui ad ecclesiam libertatis vel indulgentiæ causa confugerant, domini eorum, ægre id ferentes, ecclesiæ servos interdum invadebant. Quod qui fecerint, hos synodus summa districtione feriendos decernit.

Cap. VII. IN ECCLESIA MANVMISSOS.] Vt manumitti a dominis servos in ecclesia liceret, concessum est a Constantino magno, cujus ea de re gemina lex est Cod. De his qui in ecclesiis manumittuntur. Tertiæ autem meminit Sozomenus lib. 1. historiæ cap. IX. Quo jure cum antea careret Africa, exemplo Italię postulandum decrevit, ut est in synodi Africanæ canone XXXI. & XLIX. *Placuit ut de manumissionibus in ecclesia celebrandis ab imperatore petatur.* Augustinus in sermone nuper edito: *Servum tuum manumittendum ducis in ecclesiam, recitatur libellus, aut fit desiderij tui prosecutio. Dicis te servum tuum manumittere, quod tibi in omnibus servaverit fidem.* Libelli vero hujusmodi, & manumissionis in ecclesia factę, insigne apud Ennodium est exemplum in Opusculo VIII. cui titulus: *Petitorium quo absolutus est Gerontius puer Agapiti.* Alij libertos suos ecclesiæ morientes commendabant. De quibus in concilio II. Matisconensi can. VII. & in Toletano IV. can. LXXII. Vtrosque synodus vexari a quoquam vetat.

.VIII.IX SI QVIS ALIBI CONSISTENTEM.] De alienis civibus ordinandis vel ordinatis duo hi canones præcipiunt: prior quidem, ut si episcopus clericum ordinare velit eum qui in alterius episcopi est diœcesi, prius efficiat ut cum ipso habitet, deinde ab episcopo, sub quo ille antea versabatur, exquirat numquid causæ sit, cur ab eo non fuerit ordinatus: posterior, ut si quos ejusmodi alibi consistentes ordinavit, qui idonei sint, aut illos ad se revocet, aut illis episcopi cum quo habitant, impetret gratiam.

an. X. SI QVIS EPISCOPORVM.] De ecclesia quam episcopus in alterius episcopi territorio ædificaturus est, quatuor observanda constituit. Primum, ut ædificandi licentiam ab illo accipiat: alterum, ut ecclesię dedicationem illi reservet: tertium, ut eidem clericos, quos ecclesiæ illi ministrare cupit, vel ordinandos offerat, vel si jam sunt ordinati, approbandos. Postremum, ut tota ecclesiæ illius gubernatio ad eumdem pertineat. De ecclesiis etiam, quascumq; sęculares ædificant, si quis episcopus præter eum cujus est territorium, ad novam ecclesiam dedicandam invitatus venerit, ut nullis deinceps episcoporum conventibus intersit.

n. XI. PLACVIT IN REATVM.] Vetus & perpetua ecclesiæ lex fuit, quam synodus Nicæna can. v. confirmat, τοὺς ὑφ᾽ ἑτέρων ἀποβληθέντας, ὑφ᾽ ἑτέρων μὴ προσίεσθαι· *ut ab aliis ejecti, ab aliis non recipiantur.* Qua ex disciplina S. Augustinus ad Quintianum presbyterum ab episcopo suo excommunicatum sic rescribit epistola CCXXXV. *Manifestum est quidem, quod si ad nos venires venerabili episcopo Aurelio non communicans, nec apud nos posses communicare: sed ea caritate nos faceremus, qua & illum facere non dubitamus.* Hanc ob causam, ut excommunicati omnibus in-

A notescerent, admonere per litteras vicinos episcopos solebant qui excommunicarant. Cujus generis est illa Caldonij episcopi & aliorum ad clerum Carthaginiensem brevis epistola apud Cyprianum XXXIX. *Abstinuimus communicatione Felicissimum & Augendum, item Repostum de extorribus, & Irenem Rutilorum, & Paulam sarcinatricem, quod ex adnotatione mea scire debuistis.* Idem Augustinus epistola LXXIV. ad Deuterium episcopum de Victorino subdiacono, quem ob Manichæorum hæresim suo gradu dejecerat. *Nec mihi*, inquit, *hoc satis fuit, nisi & tuæ sanctitati eum meis litteris intimarem, ut a clericorum gradu congrue ecclesiastica severitate dejectus, cavendus omnibus innotescat.* APPENDIX TOM. III.

PROXIMÆ SYNODO RESERVETVR.] In synodo enim provinciæ discutiebantur inter cætera causæ excommunicatorum. Quare synodi judicio integra omnia reservanda erant, ut quos episcopus ejecerat, jure excommunicati haB berentur, donec, ut est in eodem Nicæno canone v. episcoporum cœtui placeret humaniorem pro iis ferre sententiam. μέχρις ἂν τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ τὴν φιλανθρωποτέραν ὑπὲρ αὐτῶν ἐκθέσθαι ψῆφον.

SVBITO OBMVTESCENS.] Vi morbi, aut alio casu. De baptismo idem statuerat synodus III. Carthaginiensis, canone XXXIV. ad quem alludens Fulgentius in libello quem ad Ferrandum diaconum scripsit, de Æthiope respondens, qui dum baptismo parabatur, in letalem morbum inciderat, & sensu ac vocis usu destitutus baptismum acceperat: *Proinde*, inquit, *firmissima tenenda est illa canonum sententia paternorum, quæ infirmos jubet, si pro se respondere non valeant, sed eorum voluntati testimonium sui periculo proprio dixerint, baptizari.* De pœnitentia synodus IV. Carthaginiensis can. LXXVI. *Qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuit, vel in phrenesim versus fuerit,* C *dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam.* Et postea Leo magnus epist. x. ad Theodorum Forojuliensem. Can. XII.

AMENTIBVS CONFERENDA.] Vt baptismus & eucharistia, prout illorum status id requirit, aut patitur. Baptizari enim solent qui mentis compotes numquam fuerunt, itemque qui ante amentiam, aut per lucida intervalla, baptismum expetierunt: eucharistia vero iis tantum & in morte dari, qui ante amentiam desiderarunt. Oblationem etiam pro eo qui sibi per amentiam mortem consciverit, fieri posse, respondit Timotheus Alexandrinus, canone XIII. Can. XIII.

ENERGVMENI BAPTIZATI.] Energumeni fideles, si bene se gerunt, eucharistia minime privandi sunt. Quare apud Cassianum collatione VII. cum Germanus cap. XXIX. diceret, energumenos a communione in quibusdam provinciis perpetuo abstineri, respondet abbas Serenus his verbis cap. XXX. *Communionem eis sacrosanctam a senioribus nostris numquam meminimus interdictam: quin immo* D *si possibile esset, etiam quotidie eis impertiri eam debere censebant.* Eliberitana quoque synodus can. XXXVII. absolute definit: *His qui ab immundis vexantur spiritibus, si fideles fuerint, dandam esse communionem.* Nec tempus ullum præscribit. Nam qui communionem illis a synodo in exitu vitæ tantum concedi putant, falluntur mea sententia, & sequentibus synodi verbis refelluntur. Timotheus denique Alexandrinus can. III. energumenum fidelem, si absit periculum, sacris mysteriis participare ait debere, non quidem quotidie, sed quod ei satis sit, temporibus opportunis: μεταλαμβανέτω, inquit, μὴ μέντοι καθ᾽ ἑκάστην· ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ κατὰ καιροὺς μόνον. Can. XIV.

VEL MVNIENDI VEL PVRGANDI.] Ita & Cassianus, Sereni abbatis verbis eodem loco, sacrosanctam communionem energumenis ad purgationem & tutelam corporis animæque prodesse docet. Ad tutelam videlicet, ut muniantur adversus dæmonis insultus: *Magis namque*, inquit, E *ac magis inimicus insultabit obsesso, cum eum a cælesti medicina viderit segregatum: tantoque durius ac frequentius attentabit, quanto eum de spiritali remedio longius senserit abdicatum.* Ad purgationem vero, ut purgato spiritu curentur. *Hoc namque*, ait, *modo curatum & abbatem Andronicum nuper adspeximus, aliosque quamplures.* Quo sane in numero censeri illa poterat Araba puella, quam Carthagine particula corporis Domini ab episcopo percepta, per hosce annos Aspare consule liberatam narrat Prosper, aut quisquis librorum de promissionibus & prædictionibus Dei est auctor, in Dimidij ternionis cap. VI.

ENERGVMENIS CATECHVMENIS] Synodus Eliberitana can. XXXVII. *Eos qui ab immundis spiritibus vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet.* Sed de iis loqui synodus illa videtur, qui catechumeni non sunt. Timotheus vero Alexandrinus can. II. de catechumenis Cap. XV.

Appendix Tom. III.

agens nihilo ſecius definit. Interrogatus enim de energumeno catechumeno an baptizari debeat, ſi ipſe velit, aut ſui pro eo: reſpondet, priuſquam ab immundo ſpiritu liberetur, baptizari non poſſe, præterquam in exitu vitæ: ἐὰν, inquit, ὁ δαιμονιζόμενος μὴ καθαρισθῇ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος, οὐ δύναται λαβεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα· περὶ δὲ τὴν ἔξοδον βαπτίζεται. Arauſicani patres hoc loco non ſolum cum exigit neceſſitas, id eſt in periculo vitæ, ſed prius etiam ſi opportunitas fuerit, baptizandum cenſent, quia catechumeno jus eſt ad baptiſmum, ſicut fideli ad euchariſtiam.

Can. XVI. Qvi palam arrepti.] Arreptitios ordinari prohibet: quod ſi ordinati fuerint, repelli jubet. Arreptitij ne fiant clerici, cautum eſt can. apoſtolorum LXXVIII. Qui ordinati ſunt, ne miniſtrent, vetat can. XXIX. Eliberitanus: removendos à ſacris miniſteriis ſtatuit Gelaſius decreto XIX. Inde concilium Toletanum XI. can. XIII. *Bene*, inquit, *majorum regulis definitum eſt, ut dæmoniis aliiſque paſſionibus irretitis miniſteria ſacra tractare non liceat.*

Ca. XVIII. Evangelia deinceps.] Idem poſtea decretum in ſynodo Valentina Hiſpaniæ can. I. Ordo Romanus de divinis officiis, docet moris fuiſſe, ut catechumenis in tertio ſcrutinio legerentur explicarenturque quatuor evangeliorum initia, præfante diacono: *State cum ſilentio, audientes intente.* Vnde & in Miſſis fidelium, qui intererant catechumeni, evangelium audiebant, & poſtea exire jubebantur ante munerum illationem. Quod igitur hoc loco ſtatuitur, ut evangelia deinceps catechumenis legantur: indicio eſt alium antea in his provinciis morem fuiſſe, juſſoſque ante evangelium recedere catechumenos. Quod in Metenſi eccleſia ſuo etiam tempore ſolitum fieri, obſervat, meritoque improbat Amalarius diaconus lib. III. de eccleſiaſticis officiis, cap. XXXVI. *Conſuetudo*, inquit, *noſtra tenet, ut catechumenos repellamus ante evangelium. Non mihi hoc videtur ex ratione incumbere, cum procul dubio prædicatoribus gentium præceptum ſit, ut evangelium eis prædicent.*

Cap. XIX. Ad baptisterivm.] Arceri ſolitos ab ingreſſu baptiſterij catechumenos idem Ordo Romanus oſtendit. Prius enim quam ad ſacrum fontem perducerentur qui baptizandi erant, archidiaconus denunciabat: *Catechumeni recedant. Si quis catechumenus eſt, recedat. Omnes catechumeni exeant foras.* Ita nemo illuc præter renatos & perfectos deſcendebat. Quo alludens, ut videtur, Paulinus epiſtola XII. ad Severum, qui Paulini imaginem in baptiſterio collocarat: *Noſter vero*, inquit, *quis illic locus eſt, qui nec infantibus innocentia, neque viris concurrimus ſapientia, & ab immaculatis malitia, a perfectis infirmitate diſtinguimur?*

Can. XX. A benedictione fidelivm.] Etiam in domeſticis orationibus benedictionibuſque ſegregandi ſunt, quoad fieri poteſt, a fidelibus catechumeni, cum in his eccleſiæ nondum communicent. Quo nomine contra hæreticos merito ridet Tertullianus libro de præſcriptionibus cap. XVI. quod nullum apud eos fidelis & catechumeni diſcrimen eſſet: *In primis*, inquit, *quis catechumenus, quis fidelis, incertum eſt: pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant.*

Can. XXI. De præsvmptoribvs.] Duos epiſcopos, qui ſoli epiſcopum ordinare præſumpſerant, ſynodus Regenſis can. I. hac pœna multarat, ut nullis deinceps ordinationibus, nulliſque conciliis intereſſent: hæc acrius in poſterum vindicat, ſtatuitque ut epiſcopali honore priventur. Si duo, inquit, invitum epiſcopum ordinarunt, unius eorum ſedem obtineat qui vim paſſus eſt, & in alterius locum alter ibidem ſubrogetur: ſin volentem, & hic ſimul honore careat. Temeritatis hujus exemplum aliud ſuppeditat ſynodus III. Carthaginienſis can. XXXIX. duorum Numidiæ epiſcoporum, qui ordinare præſumpſerant pontificem: ſed qua pœna ſint affecti, non declarat.

Ca. XXII. XXIII. & XXIV. Diacones conivgati.] Tria de diaconis, tribus his canonibus ſanciuntur. Primum, ut non ordinentur in poſterum diacones, niſi cum uxoribus profeſſi fuerint caſtitatem: alterum, ut ſi quis cum uxore poſtea incontinens fuerit, ab officio repellatur: tertium, ut qui antehac ordinati ad uxores redierunt, hi juxta canonem VIII. ſynodi Taurinenſis, ad ſuperiorem gradum non promoveantur.

Can. XXV. De idoneis avtem.] Digamos ordinari clericos non poſſe, ſynodus Valentina docuit, & alij paſſim canones vetant. Permittit autem ſynodus hoc loco, ut ſi quos e digamis eximia vitæ gratia in clerum adſciſci ſuadeat, uſque ad ſubdiaconatum, ſed non ultra hunc gradum, promoveantur.

C. XXVI Diaconæ non ordinandæ.] Diaconiſſæ olim, ut docet Epiphanius hæreſi LXXIX. in eccleſia inſtitutæ honeſtatis cauſa, ut mulierum curam gererent, dum baptiſmo initiabantur, ne coram viris indecentius nudarentur. Epiphanius idem in expoſitione fidei: καὶ διακόνισσαι δὲ καθίστανται εἰς ὑπηρεσίαν γυναικῶν, μόνον διὰ τὴν σεμνότητα, αἲ χρεία καταστάιη, λουτροῦ ἕνεκα, ἢ ἐπισκέψεως σωμάτων. καὶ αὗται δὲ μονόγαμοι ἐγκρατευσάμεναι, ἢ χηρεύουσαι ἀπὸ μονογαμίας, ἢ ἀειπαρθένοι οὖσαι. *Diaconiſſæ*, inquit, *ad hoc unum fiunt, ut mulieribus honeſtatis cauſa operam navent, ſi opus ſit, cum aut baptizandæ ſunt, aut earum corpora inſpicienda. Et hæ quidem vel univiræ eſſe debent continentiam profeſſæ, vel poſt unas nuptias viduæ, vel perpetuæ virgines.* In ſynodo IV. Carthaginienſi can. XII. *Viduæ vel ſanctimoniales quæ ad miniſterium baptizandarum mulierum eliguntur.* Has ſynodus hoc loco, quod ad gradum & nomen attinet, non penitus abrogat, ſed prohibet ne in poſterum ordinentur. Ordinari enim ab epiſcopo ſolebant per manuum impoſitionem. Synodus Calchedonenſis can XV. διάκονον μὴ χειροτονεῖσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα· *Diaconiſſam mulierem ante annum quadrageſimum non ordinandam.* Epiphanius ad Ioannem Hieroſolymitanum apud Hieronymum epiſt. LX. *Numquam ego ordinavi diaconiſſas, & ad alienas miſi provincias.* Itaque in clero cenſebantur, & clero plane accenſet Nicænus canon XIX. περὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζομένων. *De diaconiſſis, & de omnibus qui in clero cenſentur.* Quod enim ibidem mox dici videtur, diaconiſſas impoſitionem manuum non habere: non de eccleſiæ catholicæ diaconiſſis dictum eſt, ſed de iis quæ apud Paulianiſtas nullam revera ordinationem acceperant. Quare viderint, qui ad eum canonem aliter ſentiunt, cum diaconiſſarum conſecrationem, ſacramque ordinationem, aperte aſſerant ſynodus Epaonenſis can. XXI. & Novella VI. Juſtiniani cap. VI. Nunc ergo ut ad canonem noſtrum redeam, diaconiſſas ſynodus non ſolum deinceps ordinari vetat: ſed & eas quæ jam ordinatæ ſunt, extra clerum habendas decernit, ac proinde ut laicas benedictioni quæ populo impenditur ſubjiciendas, cum clerici huic benedictioni capita ſubmittere non ſoleant.

C. XXVII. Vidvitatis professionem.] Ritum indicat, quo viduæ ſacrabantur, & damnationem quæ prævaricantes ſequebatur. Vidua, quæ ſanctæ religionis propoſito tenebatur, ante omnia profeſſionem ſuam epiſcopo, in ſecretario eccleſiæ, ſcriptam dabat, continentem, ſe & caſtitatis propoſitum velle, & hoc perpetuo ſervaturam. Poſt hæc vidualem habitum ab epiſcopo ſuſcipiebat, veſtem nimirum religioni congruentem, & velum, ſive pallium, ut eſt in concilio Toletano X. can. IV. In ordine Romano *conſecrationis viduæ, quæ fuerit caſtitatem profeſſa*, vidua conſecratum ab epiſcopo velamen de altari accipit, & ipſa ſibi, non epiſcopus, imponit. Viduas porro profeſſionem conjugio violantes, earumque raptores, ſynodus IV. Carthaginienſis excommunicatione damnat canone CIV. *Si quæ viduæ*, inquit, *ſe devoverunt Domino, & veſte laicali abjecta, ſub teſtimonio epiſcopi & eccleſiæ religioſo habitu apparuerunt, poſtea vero ad nuptias ſæculares tranſierunt, tales perſonæ ſine Chriſtianorum communione maneant: quæ etiam, nec in convivio cum Chriſtianis communicent.*

Imposita ab episcopo.] Ita veteres libri, præter paucos recentiores, in quibus ſcriptum eſt *a presbytero*, quod inde ortum videtur, quia viduas velare licet etiam presbyteris.

Desertores prof. castitatis.] Diverſa erant genera eorum qui caſtitatem profitebantur, ut conjuges converſi, viduæ religionis propoſitum amplexæ, virgines Deo dicatæ, monachi, pœnitentes. Quod ergo univerſe hoc loco de profeſſæ caſtitatis deſertoribus præcipitur, hoc ſingillatim obſervare eſt in aliis canonibus, qui legitimas in unoquoque genere lapſis pœnitentias irrogant.

Ca. XXIX. Nvllvs conventvs.] In unaquaque ſynodo proxime futuram ſynodum denunciari jubet, atque ex hoc ſuo decreto ſequentis anni ſynodum denunciat. Cujus rei exemplum alterum extat in ejuſdem provinciæ concilio Carpentoratenſi, in iis verbis quæ ex codice Lugdunenſi adjecimus: *Hoc*, inquit, *etiam placuit cuſtodiri, ut ſequenti anno in vico Vaſenſi, VIII. idus Novembres debeat concilium congregari.*

Ca. XXX. Si qvis episcopvs.] Non debet epiſcopus propter infirmitatem ea quæ epiſcopi ſunt propria presbyteris permittere, ſed alium epiſcopum evocare, qui ejus vices ſuppleat. Sed in ea re non hujus tantum ſæculi error fuit. In concilio ſane Hiſpalenſi II. can. V. Egabrenſis epiſcopi fit mentio, qui oculorum dolore detentus, dum clericorum unus ad presbyterium, alter ad diaconatum ſacrarentur, ferebatur manum ſuam ſuper eos tantum poſuiſſe, & presbyter quidam benedictionem dediſſe. Quam proinde ordinationem ſynodus irritam declarat. Rurſumque can. VI. perſtringitur Agapius Complutenſis quondam epiſcopus, quem fama erat frequentes presbyteros deſtinaſſe, qui abſente pontifice altaria erigerent, baſilicas conſecrarent, quæ

propria ſunt munera epiſcoporum. Quare talem ultra licentiam uſurpari vetat.

SVBSCRIPTIONES.

Ego Evcherivs episcopvs.] Comprovincialium epiſcoporum mentio Lugdunenſem Eucherium fuiſſe confirmat: de quo præclare inter cæteros, idem qui ſynodo præfuit Hilarius Arelatenſis in homilia de ſancto Honorato: *Vnde pulcherrime*, inquit, *ſplendidus mundo, ſplendidior Chriſto, æmulus virtutis ejus beatus Eucherius, cum ab eremo in tabulis, ut aſſolet, cera illitis, in proxima ab ipſo degens inſula, litteras ejus ſuſcepiſſet, mel, inquit, ſuum ceris reddidiſti*. Eucherius viciſſim, quanti faceret Hilarium, teſtatus eſt libello de laude eremi, quem ad eum ſcripſit, cum Lirinenſem inſulam repeteret: *Domino ſancto, & meritis beatiſſimo, & in Chriſto glorioſiſſimo Hilario, Eucherius.* Neuter enim adhuc erat epiſcopus.

Extat ſupra pag. 1546.

IACOBI SIRMONDI S. I.
NOTÆ POSTVMÆ
IN CONCILIVM VASENSE anno Domini CCCCXLII. celebratum.

Nunc primum editæ.

QVi pro duobus conciliis Vaſenſibus tria fuiſſe contendunt, fruſtra ſe torquent, & nodum, quod aiunt, in ſirpo quærunt. Duo quippe in omnibus antiquis exemplaribus leguntur, ſuis apte diſtincta canonibus, hoc primum ſub Leone Papa, & alterum poſt annos fere XC. ſub Felice IV. Neque in his ulla, quod putant, eſt confuſio. Sed ut tertium his antiquius Vaſenſe concilium fingerent, impulit falſa opinio, qua ſibi concilium Arelatenſe II. in quo ſynodi Vaſenſis mentionem fieri videbant, multo ante hæc tempora celebratum perſuaſerant: cum ex Vaſenſis contra ſynodi mentione, atque in Arauſicanis canonibus, qui in eo inſerti ſunt, poſterius his fuiſſe Arelatenſe colligi debuerit. Fucum etiam fecit chronici Adoniani locus, qui antiquiorem quandam ſub Nectario epiſcopo ſynodum Vaſenſem expromere videtur. Sed quam fidem in epiſcoporum Viennenſium rebus mereatur chronicum illud, jam animadverſum eſt in concilio I. Arelatenſi. Nunc autem, ut aliam olim ſynodum Vaſenſem fuiſſe concedamus, ad illam certe non pertinent conciliorum Vaſenſium canones quos habemus. Quare diſtrahi non debent.

Vasense.] Vſus obtinuit, ut Vaſenſe concilium dicatur, quod, ſi originem ſpectes, Vaſionenſe potius aut Vaſienſe dici debuit. Nam civitas ipſa Vaſio Vocontiorum, & cives in antiqua inſcriptione Vaſienſes Vocontij nuncupantur.

Can. I. Episcopos de Gallic.] Peregrinum epiſcopum ſine commendatitiis ſive formatis ſuſcipi vetat canon apoſtolorum XXXIV. atque his oblatis, diſcuti ἀνακρίνεσθαι eos jubet, priuſquam ſuſcipiantur. Cui conſentit & canon LVIII. ſynodi Eliberitanæ. *De iis qui communicatorias litteras portant, ut de fide interrogentur.* Hic vero canon Gallicanos epiſcopos, velut notos, intra Gallias diſcuti non debere ſtatuit, nec formatas, ut opinor, accipere. Quod apud alias quoque gentes obſervatum hinc apparet, quod epiſcopis formatas tum ſolum imperant, cum ad comitatum, vel ad exteras gentes profecturi ſunt: ut in Oriente, concilij Antiocheni canone XI. epiſcopus ad imperatorem pergens, epiſcoporum provinciæ, ac præcipue metropolitani, litteras accipere jubetur; & in Africa, concilij III. Carthaginienſis canone XXVIII. *Placuit ut epiſcopi trans mare non proficiſcantur, niſi conſulto primæ ſedis epiſcopo, ſive cuiuſque provinciæ primate, ut ab eo præcipue poſſint ſumere formatam vel commendationem.* Sic igitur in Gallia epiſcopi cum per Gallicanas tantum provincias peregrinabantur, formatis non egebant: extra Gallias profecturi, ab Arelatenſi epiſcopo ſumebant, ut alibi dictum eſt.

Can. II. Pro his qvi poenitentia acc.] Pro iis qui in pœnitentiæ decurſu ante reconciliationem ſubita morte abripiuntur, oblationes recipi, & ſepulturam illis ac deinceps memoriam concedi oportere ſtatuit. Quod diſertis quoque verbis ſancitum eſt canone LXXIX. concilij IV. Carthaginienſis: *Pœnitentes*, inquit, *qui attente leges pœnitentiæ exequuntur, ſi caſu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis ſubveniri non poſſit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.* Toletani etiam concilij XI. Patres canone XII. etſi diverſas de hoc capite ſententias fuiſſe ſignificant, in humaniorem tamen conſpirant, *ut & memoria talium in eccleſiis commendetur, & oblatio pro eorum dedicata ſpiritibus accipiatur.*

Per singvla territoria.] Preſbyteri eccleſiarum chriſma quotannis ſub paſchæ tempus a proprio epiſcopo petant per diaconum vel ſubdiaconum. Vt diaconi vel ſubdiaconi deſtinentur, probat etiam concilium Toletanum I. can. XX. & Bracarenſe II. can. LI. Synodus noſtra etſi permittit, ut occupatis miniſtris, id eſt diaconis, deſtinare liceat ſubdiaconos: præſtare tamen ait, ut chriſma preſbyter ipſe ſuſcipiat, aut certe diaconus, *qui ſacrario præeſt*. Quæ itidem eſt ſententia concilij IV. Carthaginienſis can. XXXVI. *Preſbyteri*, inquit, *qui per diœceſes eccleſias regunt, non a quibuslibet epiſcopis, ſed a ſuis, nec per iuniorem clericum, ſed aut per ſeipſos, aut per illum qui ſacrarium tenet, ante paſchæ ſolemnitatem chriſma petant.* Montanus epiſcopus Palentinus ad clericos eccleſiæ ſuæ: *An forſitan ſanctorum patrum regulas & conſtitutiones ſynodicas ignoratis, quibus præcipiuntur parochenſes preſbyteri, ut non per viliores perſonas, ſed aut per ſemetipſos, aut per rectores ſacrariorum, annuis vicibus chriſma a præſidente ſibi epiſcopo petant?* Can. III.

Qvi oblationes defvnctorvm.] Excommunicandi ſunt, qui retinent oblationes defunctorum. Concilium Arelatenſe II. canone XLVII. editionis noſtræ: *Secundum conſtitutionem ſynodi Vaſenſis, qui oblationem fidelium ſuppreſſerit aut negaverit, ab eccleſia cui fraudem fecerit excludatur.* Ad hunc etiam locum, tacito nomine, attendit canon IV. ſynodi Agathenſis, & de reorum pœna conſentit, ut *ab eccleſiis excludantur.* Synodus III. Aurelianenſis canon. XXII. ut *a communione eccleſiaſtica ſuſpendantur.* Synodus V. can. XVI. ut *communione priventur.* Synodus I. Matiſconenſis, canon. IV. ut *ab eccleſiæ liminibus arceantur.* Can. IV.

Vnde et qvidam patrvm.] S. Hieronymus epiſtola II. ad Nepotianum ſub finem. Iugulat ergo hic locus errorem illorum, qui concilium Vaſenſe, in quo editus eſt hic canon, & Arelatenſe II. a quo laudatur, ad Iulij papæ tempora referri poſſe augurati ſunt. Qui enim tum potuit Hieronymus citari, qui ſcholas vix attigerat? aut quis non intelligat, concilium Vaſenſe, a quo Hieronymus patris titulo decoratur, & Arelatenſe quod Vaſenſis utitur teſtimonio, poſt Hieronymi ætatem collocari neceſſario debere?

Si qvis episcopi svi.] Epiſcoporum erat, clericos judicare ac diſtringere: clericis licebat, ſi epiſcoporum ſententiæ non acquieſcerent, ad ſynodum provinciæ recurrere. De clericis enim hic ſermo eſt. Concilium Carthaginienſe IV. can. LXVI. *Clericus, qui epiſcopi circa ſe diſtrictionem injuſtam putat, recurrat ad ſynodum.* Concilium item Aurelianenſe III. can. XX. *Si quis clericorum, circa ſe aut diſtrictionem aut tractationem epiſcopi ſui putat iniuſtam, iuxta antiquas conſtitutiones recurrat ad ſynodum.* Can. V.

Ex epistola S. Clementis.] Quæ ſubjiciuntur ex epiſtola S. Clementis ad Iacobum fratrem Domini, verba ſunt B. Petri, quem loquentem inducit: eoque a ſynodo referuntur, ut ejus admonitu ſtudeant omnes cum epiſcopo ſuo ita conſpirare, ut quos ille communione & caritate ſua conjunctos habet, hos & ipſi ament, & cum his conſocientur: quos ille contra rejecerit, hos pariter averſentur. Can. VI.

Placvit præterea.] Epiſcopus ea moderatione in accuſationibus uti debet, ut ſi quem ob leviores culpas abſtinendum a communione vel officio judicat, flecti ſe ſinat, ſi cæteri pro eo intercedant: ſi de crimine damnandum putat, meminerit ſibi accuſatoris partes in ſynodo eſſe ſuſtinendas, ut crimen quod ipſi probatum eſt, omnibus probetur. Can. VII.

Qvod si tantvm episcopvs.] Si cujus crimen ſolus epiſcopus novit, & ille pertinacior communioni ſe publicæ ingeſſerit, indemnatum licet, ab iis qui nihil ſciunt, ſecedere jubeat epiſcopus: ne illius ſcilicet communionem ferre cogatur, cujus perſpectum crimen habet; illo interim in aliorum omnium communione, quamdiu probari nihil poteſt, permanente. Ca. VIII.

De expositis.] Expoſiti liberi aut ſervi, quos parentes vel domini ſcientes propria voluntate domo recens natos abjecerant, collectorum fiebant, ſi qui eos collegiſſent, & ſuis alimentis educaſſent: nec repeti poterant, Conſtantini lege I. cod. Theod. *De expoſitis.* Sed quia repeti nihilominus non ſine collectorum injuria ſolebant: adjecit lege ſua Honorius, ne repetendi jus eſſet, ſi modo apud eccleſiam conteſtatus eſſet qui collegerat. Verum ne hoc quidem ſatis fuit ad compeſcendam repetitorum importunitatem, quæ tanta erat, ut plerique calumniatorum metu Can. IX.

expositos colligere detrectarent. Quare synodus, ut prospiciat in posterum, ad legem Honorianam hoc rursus addit, ut in ecclesia die Dominico denuncietur, & omnibus patefiat facta collectio, tum ut nisi intra decem dies ab expositionis die repetitus & agnitus fuerit expositus, qui eum postea repetierit, ecclesiasticis legibus, velut homicida, plectatur. Honorianæ porro legis, quam designat, caput est ejusmodi codice eod. L. II.

Impp. Honorius & Theodosius Augg. Militio PF. P.

Nullum dominis vel patronis repetendi aditum relinquimus, si expositos quodammodo ad mortem voluntas misericordia amica collegerit. Nec enim dicere suum poterit, quem pereuntem contempsit, si modo testes episcopalis subscriptio fuerit subsecuta, de qua nulla penitus ad securitatem possit esse cunctatio. Datum XIV. *Kalendas Apriles Ravennæ, Honorio IX. & Theodosio V. Augustis Coss.*

Can. X. SANE SI QVIS. Rectius, opinor, codex Lugdunensis, item & Fossatensis, novum hic canonem non statuit, sed hoc membrum cum superiore velut ejus partem conjungit.

IACOBI SIRMONDI S. I.

NOTÆ POSTVMÆ

IN S. LEONIS PAPÆ I. ALIQVOT EPISTOLAS.

Nunc primum editæ.

I. In epistolam ad episcopos provinciæ Viennensis.

Cap. I. IN CAVSA CHELIDONII.] Vesuntionensem episcopum fuisse docet vetus scriptor rerum S. Romani Iurensis, ut alij jam observarunt. Cum enim Romanum dixisset a S. Hilario Arelatensi episcopo presbyterij honore auctum, non longe a Vesuntionensi urbe, de Chelidonio mox agens: *Si quidem*, inquit, *Hilarius venerabilem Chelidonium supradictæ metropolis patriarcham, patricio præfectorioque fretus favore, indebitam sibi per Gallias vindicans monarchiam, a sede episcopali nulla existente ratione deiecerat. Ob quod in audientia beatissimi papæ Leonis Romæ male gessisse convictus, restituto quoque in episcopatu Chelidonio, apostolica auctoritate ob usurpationem inlicitam regulariter est increpatus.* Illustre hoc exemplum retractati Romæ post appellationem & antiquati judicij synodi provincialis. Cum autem Chelidonianæ accusationis in vita sancti Hilarij duo capita memorentur, digamia, & capitalium criminum animadversio: prioris tantum a Leone fit mentio, quia hoc uno, ut apparet, vel eo maxime, nixa fuerat Chelidonij damnatio.

Cap. II. PROIECTI QVERELA.] Duos ejusdem loci episcopos esse non posse docuerat canon VIII. synodi Nicænæ. Quod a se ignoratum, cum ordinari se superstite Valerio passus est, fatetur Augustinus in actis, quibus Eradium sibi successorem designavit, epistola CX. *Adhuc*, inquit, *in corpore posito beatæ memoriæ patre & episcopo meo sene Valerio, episcopus ordinatus sum, & sedi cum illo: quod concilio Nicæno prohibitum fuisse nesciebam.* Hinc postea cautum ac sæpius repetitum canonibus Gallicanis, quod est in canone XII. synodi V. Arelatensis: *Ne viventi episcopo alius superponatur aut superordinetur episcopus.* Merito itaque reprehenditur a Leone papa Hilarius, quod Projecto episcopo ægrotante alium ausus sit consecrare, quem proinde ut male ordinatum submoveri jubet, ac Projectum in sede sua permanere.

NVLLVS ANTE PATROCLVM.] Zosimus epistola I. Patroclo Arelatensi episcopo jus metropolitani ordinandorumque episcoporum potestatem concessit, non solum in Viennensi provincia, cujus in parte sita est Arelate, verum etiam in utraq; Narbonensi. Hoc jus ante Patroclum neminem decessorum habuisse Leo affirmat, verius mea sententia, quam quod Zosimus ibidem semper habuisse scripserat. Et quamquam hoc ipsum Zosimi privilegium, Patroclo superstite, Bonifacius postmodum meliore, ut ait Leo, sententia revocarat: non desiit tamen Hilarius, ut Chelidonij & Projecti exempla declarant, in alienis provinciis ordinandorum, distringendorumque episcoporum auctoritatem usurpare.

Cap. III. DIE LEGITIMO.] Celebrandis ordinationibus solennem ac legitimum diem in ecclesia fuisse indicavit Zozimus, de episcopis a Proculo vitiose ordinatis agens epist. II. *Et ne nihil*, inquit, *non intempestive fieret, ne dies quidem legitimus ordinationis adsciscitur.* Et post alia; *ut nec diei veterem solennitatem, quæ præcipue custodienda fuerat, observaret.* Legitimum autem ordinationibus diem destinatum fuisse Dominicum, vel hic Leonis locus ostendit, & consimilis alter in epistola ad Dioscorum Alexandrinum. Hinc Aurelius Carthaginiensis in concilio III. Carthag. can. XXXIX. qui insertus est cap. XVI. synodi Africanæ: *Nam & in hac ecclesia, ad quam dignata est vestra sanctitas convenire, crebro ac pæne per diem Dominicam ordinandos habemus.* Et concilium III. Cæsaraugustanum can. I. *Nullo modo patimur ut in reliquis diebus, nisi tantum Dominicis festivitatibus, hi qui honoris digni habentur officio, in ordine proficiantur ecclesiastico.* Quamquam igitur a Leone cum die Dominica sabbatum etiam conjungitur, & obtinuit usus ecclesiæ, atque hoc discrimen Ordo Romanus adnotat, ut episcoporum consecrationes fiant die Dominica, reliquorum ordinum die sabbato: ipsa tamen sabbati hac in re observatio, ut Leo idem ad Dioscorum scribit, ad diem Dominicum spectat, cui a vesperá sabbati exordium adscribitur.

Cap. III. NEC VLTRA HILARIVS.] Hilarium exuit omni jure metropolitani, non in exteris tantum provinciis, sed in ipsa etiam Viennensi ejus provincia, cujus primatum sibi Arelatenses episcopi adversus Viennenses arrogabant. Quę autem interseruntur de Hilarij fuga & liberioribus verbis, quibus offensus fuerat Leo, ex iis peti debent quæ superius allata sunt in actis concilij Vesontionensis. [a]

a Pag. 1461. E. &c.

Cap. V. IS TANTVM POENÆ SVBDENDVS EST.] In hanc sententiam Auxilium novellum episcopum arguit Augustinus epistola LXXV. qui Classicianum v. s. cum omni domo sua anathematis sententia percusserat: docens corporali quidem pœna recte quosdam interdum affici cum suis omnibus, qui sceleris participes non fuerint; spiritali autem pœna non videre se quomodo juste plecti pro scelere alieno quisquam possit. Tum de seipso ita profitetur: *Audisti fortasse*, inquit, *aliquos magni nominis sacerdotes cum domo sua quempiam anathematizasse peccantium: sed forte, si essent interrogati, reperirentur idonee reddere inde rationem. Ego autem, quoniam si quis ex me quærat, utrum recte fiat, quid ei respondeam non invenio: numquam hoc facere ausus sum, cum de quorumdam facinoribus immaniter adversus ecclesiam perpetratis gravissime permoverer.*

Cap. VI. COEPISCOP. LEONTIVM.] Arelatenses episcopi, ut ante ostensum est, provinciæ II. administrationem usurparant, in eaque tamquam metropolitani synodos convocabant. Nunc, remoto Hilario, prærogativam defert Leontio Forojuliensi episcopo, totius provinciæ sacerdotij ætate antiquissimo, ut concilium in ea præter eius consensum non indicatur. Leontij hujus illustre illo sæculo nomen fuit inter episcopos, ad quem & alios datam vidimus epistolam I. papæ Bonifacij. Eidem Cassianus primas decem collationes suas nuncupavit: eumdem in primis carum habuit S. Honoratus, ut Hilarius testatur in homilia de S. Honorato: *Vacantem*, inquit, *insulam petit, præter secreti opportunitatem, sancti ac beatissimi in Christo viri Leontij episcopi oblectatus vicinia, & caritate constrictus.* Quibus ex verbis liquet, Leontium jam tum episcopum fuisse, cum Lirinensem insulam monasterium in ea fundaturus incolere cœpit Honoratus.

II. *In Valentiniani III. Novellam, quæ una cum præcedenti Leonis decretali in Galliam missa est.*

Pag. 1402.

EXtat inter Theodosij junioris novellas numero XXIV. post codicem Theodosianum. Confusæ enim sunt, ut alibi observatum, Placidi Valentiniani novellæ cum Theodosianis, eorum oscitantia, qui cum utriusque imperatoris nomen adscriptum titulis viderent, quia imperium una rexerant, unus Orientis, alter Occidentis, non animadverterunt proprias cujusque constitutiones, tum ex nominibus eorum ad quos datæ, tum ex locis unde missæ fuerant, distingui ac digeri debuisse. Hæc igitur & Romæ data, & Aetio missa, qui magister militum erat per Gallias, non Theodosio tribuenda fuit, sed Valentiniano.

Pag. 1401. & 1439. III. *In S. Leonis Papæ I. Epistolam XC. ad Ravennium episc. Arelat. & CVI. ad episcopos Provinciæ.*

His epistolis raram habet ordinationem Ravennii episcopi Arelatensis, qui Hilario successerat. Altera scripta est ad duodecim episcopos, qui Ravennium consecrarant; inter quos e vicinis etiam provinciis adsciti fortasse nonnulli. Rusticus enim, qui tertio loco numeratur, Narbonensis episcopus videtur, Florus vero Lutevensis ex eadem prima Narbonensi. Quod vero in altera notum sibi antea fuisse Ravennium significat, tempus illud innuit, cum ad Leonem in causa Chelidonii missus est ab Hilario. Vita Hilarii: *In recessu urbis totum se ad placandum animum sancti Leonis convertit, misso primitus sancto Ravennio tunc presbytero, postmodum proprio successore.* Successorem porro divinitus ostensum Hilario fuisse Ravennium, ibidem post alia proditum est. *Videt*, inquit, *filium suum sanctum Ravennium applicari ad Divina mysteria, & intellexit sibi esse migrandum.* Hilarii mortem septimo post mense secuta est mors Eucherii. Itaque præclara duo ecclesiæ Gallicanæ lumina idem annus extinxit. Tiro Prosper in chronico: *Eucherius Lugdunensis & Hilarius Arelatensis egregiam vitam morte consummant.* Is fuit annus Christi CCCCXLIX.

Pag. 1440. IV. *In Libellum episcoporum Provinciæ Leoni papæ oblatum.*

Ab. Petro S. Trophimum.] Zosimus papa in epistolis suis Trophimum Arelatem missum dixit, non a Petro nominatim, sed a sede apostolica, quod ad posteriora sæcula referri potest. Et sane a Petri ævo plurimum distant, qui Trophimi adventum Decianis temporibus adsignant, ut Gregorius Turon. lib. I. historiæ Francorum cap. XXVIII. Qua de re litem hoc loco movere non placet. Hoc certum est, primum Arelatensium episcopum Trophimum fuisse, atque hoc nomine, titulo apostoli ornari aliquando solitum, ut in sacramento Benedicti episcopi Avenionensis: *Ego Benedictus Avinionensis ecclesiæ vocatus episcopus, iuro coram Deo & sanctis eius, omnem subiectionem & obedientiam canonicam & fidelitatem ecclesiæ S. Stephani sedis Arelatensis, ubi corpus almi Trophimi apostoli quiescit, & Raimbaldo præsenti archiepiscopo, & successoribus eius, si supervixero.* Ex tabulario ecclesiæ Arelatensis.

Pag. 1444. V. *In S. Leonis Papæ I. Epistolam CIX. ad episcopos Provinciæ.*

Veterem inter Viennenses atque Arelatenses episcopos de provinciæ suæ primatu controversiam ita componit, ut divisa in duas partes Provincia, proximas quatuor civitates Viennensi attribuat, reliquas Arelatensi. Quod decretum a Symmacho papa iterum posteà confirmatum, obtinuit, atque ut deinceps obtineret, cum Caroli Magni regis temporibus renovata fuisset altercatio, sancitum est canone VIII. synodi Francofordiensis.

Ibid. B. Ordinationem Vasensis antistitis.] Fonteii opinor, post mortem Auspicii. Ex epistolæ contextu apparet, summoto a Viennensis provinciæ administratione Hilario Arelatensi, Viennenses episcopos pristinum ejus administrandæ privilegium recepisse: Ravennium nihilominus Hilarii successorem decreto non paruisse, sed mortuo in eadem provincia Vasensi episcopo, metropolitani jure alterum ordinasse. Quo nomine conquestus apud Leonem jam fuerat episcopus Viennensis, cum ad eum missi sunt ab episcopis legati, qui ademptam Hilario potestatem Ravennio restitui postularent. Decreti Leonis, quo redintegratum est privilegium ecclesiæ Viennensis, prodiit ante aliquot annos exemplum in bibliotheca Floriacensi, sed subtitium, ni fallor, confictumque ab homine, qui non animadvertit consules, quos apposuit, mortuo jam Hilario de quo agebatur, nomen anno dedisse. Nec vero laborandum, ut consulum notam, velut corruptam, emendemus, cum in cæteris pontificum ad episcopos Viennenses epistolis quæ in eo volumine continentur, alia sint plurima tam aperte falsa, ut merito detrahant etiam probabilibus fidem.

Appendix Tom. III. Pag. 1445. VI. *In S. Leonis Papæ I. Epistolam CX. ad Ravennium episcop. Arelat.*

Epistola nostra.] Proximo ante anno ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum scripta. Numero est decima inter epistolas Leonis hoc exordio: *Lectis dilectionis tuæ litteris.* Quam episcopi Galliæ in synodica, velut symbolum fidei, exceptam a se ac memoriæ commendatam scribunt. Et vero tanti olim est habita, ut tamquam regula fidei proponi omnibus soleret. Gelasius in synodo de libris qui in ecclesia recipiuntur: *Item epistolam beati Leonis papæ ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinatam, cujus textum quispiam si usque ad unum iota disputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit.* Hanc fama fuit, ut testatur Gennadius, a Prospero Aquitano dictatam cum aliis Leonis papæ adversus Eutychem ad diversos datis: quod Cardinali Baronio non probatur. Eamdem vero ex Galliis in Hispanias allatam, auctor est Idatius in chronico, ut videri possit Ravennius mandato Leonis operam dedisse, ut non Gallicanis tantum ecclesiis, sed etiam Hispaniensibus innotesceret.

Ceretii, Salonii, Verani.] Ceretii nomen vidimus inter episcopos qui concilio Arausicano subscripserunt. Salonium & Veranum erunt fortasse qui fratres fuisse contendant, Eucherii olim filios, quos episcopali honore functos Gennadius idem scribit in Eucherio. *Disseruit etiam ad personam filiorum Salonii & Verani, postea episcoporum, obscura quæque sanctarum capitula scripturarum.* Nos, etsi quo illos refellamus certi nihil suppetit, satius tamen in re non explorata ducimus assensum sustinere.

Synodica episcoporum.] E synodo missam episcopi ipsi docent, qui responsi tarditatem excusant, quod in unum citius convenire non potuerint. Quamquam autem quo loco synodum habuerint non indicant, tamen alienum fortasse non fuerit, si a Ravennio Arelatensi evocatos, Arelatem potissimum convenisse suspicemur. Subscriptiones ad calcem, quarum initium dumtaxat in vulgatis legebatur, integras ex codice Pithæano descripsimus, eo minus sane prætermittendas, quo sinceriores videntur, & priscam episcoporum consuetudinem referunt, qui diversis, hoc est suis quisque verbis, sententiam salutationemque suam exprimere solebant. Quod etiam videre est in epistola Eusebii Mediolanensis aliorumque ejus provinciæ episcoporum ad Leonem eumdem de hoc ipso argumento: & in epistola item synodica ad Sigebertum regem, quam reddituri sumus in synodo IV. Parisiensi anno DLXXIII.

VII. *In S. Leonis Papæ I. Epistolam LII. ad episcopos Galliæ.*

Pag. 1331. C. Coepiscopum ingenuum.] Ebredunensem Alpium maritimarum provinciæ metropolitanum appellat Hilarius Leonis successor epistola VIII. Hunc e synodo sua legatum cum litteris synodicis miserant episcopi Gallicani, Per eumdem rescribit pontifex, simulque nunciat quid nuper actum sit in synodo Calchedonensi, atque hæc quæ scribebat, cum Hispanis communicari jubet: ut hinc etiam confirmari videatur quod diximus, Leonis quoque jussu transmissam ad Hispanos fuisse ipsius epistolam ad Flavianum.

VIII. *In S. Leonis Papæ I. Epistolam XCIV. ad episcopos Galliæ.*

Pag. 1418. D. Exemplaria quæ misimus.] Ex his verbis liquet, missa fuisse aliarum etiam sententiarum exemplaria, ut contra Eutychem, & alios, vel pro iis qui post pseudosynodum Epesinam correcti pacem Calchedone impetrarant. Sed in codice Corbeiensi, post Leonis epistolam unum hoc sequebatur exemplar sententiæ in Dioscorum latæ, quod subjecimus. Extat autem, quamquam aliis verbis, in actione III. synodi Calchedonensis. Alia nimirum interpretatio fuit. Sed dubium non est, quin hæc in Gallias a Leone transmissa sit.

IX. *In S. Leonis Papæ I. epistolam XCI. ad Theodorum episcopum Forojuliensem.*

1402. E. Theodoro episcopo.] Consulenti Theodoro de ultima pœnitentia explicatius respondet, quod jam

APPENDIX TOM. III.

ante Innocent. epist. II. & Cælest. epist. I. tradiderant, tribuendam esse, iis etiam qui in mortis periculo petant, cum pœnitentia communionem. Primum ergo contra Novatianos docet, non solum per baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam, dari a Deo in ecclesia indulgentiam peccatorum, ministerio sacerdotum. Deinde quia periculosum est in finem vitæ pœnitentiam differre, sibi consulere unumquemque Christianum oportere, ne se in illius temporis angustias conjiciat. Postremo, his tamen qui remedium in morte petunt, etiam cum amisso vocis officio per indicia postulant, cum aliorum testimonio, si ipsi jam non possint, id eos paulo ante quæsisse comprobatur, tribuendam simul esse cum pœnitentia reconciliationem. Quod ipsum in synodo IV. Carthaginiensi constitutum canone XXXVI. legitur his verbis: *Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam: & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus eucharistia.* Cæterum ab hac lege apostatas, qui a fide discesserunt, vult excludi: quibus nimirum communionem in infirmitate petere incipientibus, juxta canonem ultimum synodi Arelatensis neganda est communio, nisi revaluerint, & legitima pœnitentia satisfecerint.

Pag. 1404.

X. In S. Leonis Papæ I. epistolam XCII. ad Rusticum.

NVnc primum in lucem editæ sunt inquisitiones Rustici, ad quas Leo respondet: magno hactenus incommodo prætermissæ, cum sine his plerumque intelligi responsiones non possint. In epistola autem Rusticum hortatur, primum ut mitius agat cum Sabiniano & Leone presbyteris, qui zelo pudicitiæ, in adulterorum ultione modum excesserant. Deinde ut in suscepto labore episcopatus, cujus vacationem optabat, constanter permaneat. Postremo indicat, quid de responsionibus ipsis sentiendum sit, quas ad ejus inquisitiones transmittit.

Cap. I. SI QVI AVTEM CLERICI.] Inquisitionis verba ostendunt de presbytero vel diacono agi, qui se episcopos mentiti, clericos ordinarant, subdiaconos fortasse, vel alios inferiorum graduum. Quorum ordinationem Leo ita ratam haberi posse respondet, si episcoporum voluntate in propriis eorum ecclesiis facta sit. Quamquam ergo episcoporum proprium est munus ordinatio, non presbyterorum, qui χειροθεσίαν τοῦ χειροθετεῖν impositionem manuum ad ordinandum non habent, ut contra Aerianos disserit Epiphanius hæresi LXXV. apparet tamen Leonis judicio ratos fuisse ordines inferiores, quos presbyteri episcoporum auctoritate tribuerent. Nec dispar, opinor, sententia Gelasii papæ in epistola ad episcopos Lucaniæ cap. VI. cum presbyteros negat sine summo pontifice jus habere faciendi subdiaconum vel acolytum. Eos enim tantum reprehendere videtur, qui sine jussu episcopi, suoque, ut ait, motu id sibi assumant: & constat, auctoritate apostolica nonnullis abbatibus permissam fuisse inferiorum ordinum collationem. Cæterum diversa superiorum ordinum est ratio, diaconorum ac presbyterorum, ut ex iis patet, quæ de concilio II. Hispalensi dicta sunt ad canonem ultimum synodi Arausicanæ. Quare in epistola cleri Mareotici, quam in Apologia II. recitat Athanasius, Ischyram negant esse presbyterum, quippe ordinatum a Collutho falso episcopo, reipsa tantum presbytero. ὑπὸ γὰ κολλούθου τοῦ πρεσβυτέρου φαντασθέντος ἐπισκοπὴν κατεστάθη.

Cap. II. ALIENVM EST A CONSVETVDINE.] Lapsis in crimen presbyteris vel diaconis pœnitentia publica per manus impositionem non dabatur. Concilium Carthaginense can. XXVII. *Confirmatum est, ut si quando presbyteri vel diaconi in aliqua graviore culpa convicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit removeri, non eis manus tamquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponatur.* Quod vero in his non licebat, multo minus in episcopis. Quare damnatus est in synodo Romana Donatus, quod contra morem ecclesiæ lapsis episcopis manus imponeret. Optatus lib. I. *Decem & novem considentibus episcopis in Donatum sunt hæ sententiæ latæ, quod confessus sit se rebaptizasse, & episcopis lapsis manum imposuisse, quod ab ecclesia alienum est.* Idem lib. II. *Multis notum est & probatum, persecutionis tempore episcopos aliquos inertia a confessione Dei delapsos thurificasse: & tamen nullus eorum qui evaserunt, aut manum lapsis imposuit, aut ut genu figerent imperavit.* In Hispania tamen & presbyteros & episcopos pœnitentiam per manus impositionem aliquando suscepisse docet can. X. synodi XIII. Toletanæ.

MINISTRIS ALTARIS.] Diaconis seu levitis, quos abstinere ab uxoribus suis debere docuit Innocentius epistola ad Victricium cap. IX. & synodus Arausicana can. XXIII. tum alii plurimi canones Galliæ. Cap. III.

NON OMNIS MVLIER.] Cum aliud sit uxor, & aliud concubina, non censendæ sunt conjugatis nubere, quæ concubinas habentibus nubunt: nec duplicare matrimonium continuo dicendus est, qui relicta concubina uxorem ducit. Cap. IV. V. & VI.

QVOD EXPETIERVNT EXEQVANTVR.] Qui pœnitentiam in ægritudine accipiunt, ubi revaluerint exequi debent, non solum si eam expetierant, verum etiam si nescientibus data est, ex canone II. synodi Toletanæ XII. *Sicut baptisma*, inquit, *quod nescientibus parvulis sine ulla contentione, in fide tantum proximorum accipitur, ita pœnitentiæ donum quod nescientibus illabitur, absque ulla repugnantia inviolabiliter hi qui illud exceperint observabunt.* Quare multo magis qui expetierunt, incitandi sunt ut peragant. Cap. VII.

HORVM CAVSA DEI IVDICIO.] Sic & in epistola ad Theodorum: *Cum Dominus Deus noster, cujus judicia nequeunt reprehendi, quod ministerium sacerdotale implere non potuit, sua justitia reservarit.* Horum itaque memoriam Leo in ecclesia fieri, vel oblationem recipi, non probabat, contra quam diversis Africæ, Galliæ, Hispaniæ conciliis placuisse ostendimus ad canonem II. synodi Vasensis. Ca. VIII.

DE METV GRAVIVS DELINQVENDI.] Metuebant nimirum, ne aut susceptæ pœnitentiæ laboribus succumberent, aut in eadem postea relaberentur, cum jam pœnitendi, ut loquitur Siricius, suffugium non haberent. Propterea pœnitentiam publicam multi olim, sicut baptismum, differre studebant. Cap. IX.

ALIVD QVIDEM EST.] Pœnitentiam professi, a sæcularibus studiis omnibus abstinere jubebantur, in quibus inesset aliquid periculi vel illecebræ. Vtrum ergo litigare, negotiari, militare, aut conjugia inire, post pœnitentiam liceat, aut quatenus liceat, ordine respondet. Primum quidem, litigare si cogantur, ecclesiastico potius quam forensi judicio, uti eos debere. Negotiationē vero ita respuere, ut dispendia pati malint, quam ejus se periculis exponere. Ad justitiam porro sæcularem redire nullo modo eis fas esse. De conjugiis denique, tametsi post pœnitentiam sint vetitæ, veniam tamen dari posse adolescentibus, si incontinentiæ metu uxores eligant. Quam Leonis indulgentiam tractans synodus VI. Toletana can. VIII. conditionem adjecit, ut si superstites uxoribus fuerint, alias ne ducant. Leonis deinde verba interpretati sunt de pristinis uxoribus, ad quas adolescentes conjugati post pœnitentiam redirent: cum Rustici interrogatio de novis conjugiis sermonem fuisse doceat. Cap. X. XI. XII. & XIII.

PROPOSITVM MONACHI.] Hinc petitus, ut videtur, canon XXXII. synodi Romanæ sub Leone IV. *Qui sponte ad monasterium veneris, & postmodum ad nuptias vel ad militiam devolvitur, publice satisfactionem pœnitentiæ gerat.* Monachos etiam qui nuptias inierint, synodus Calchedonensis excommunicari jubet canone XVI. Cap. XIV.

PVELLÆ QVÆ NON COACTÆ] Puellis nondum velatis, sed quæ virginitatis proposito tenebantur, si postea nupserint, agendam aliquanto tempore pœnitentiam rescripsit Innocentius epist. I. ad Victricium cap. XIII. De his solum inquisierat Rusticus. Quæ vero subjiciuntur hoc loco de virginibus consecratis, de quibus inquisitum non fuerat, ea in quibusdam manuscriptis non extant. Cap. XV.

SI NVLLA EXTANT INDICIA.] Qui ignorant an sint baptizati, baptizandi sunt: qui sciunt se baptizatos, sed ignorant cujus fidei fuerint qui eos baptizarunt, per manus impositionem, ut in re dubia, recipiendi. Quo de capite, vel ex hac ipsa Rustici, vel ex simili quorumdam de infantibus captivis consultatione, actum statutumq; in synodo Romana docet idem Leo epistola XXXV. ad Leonem episcopum Ravennatem. Cap. XVI.

SI CONVIVIO SOLO.] De iis qui apud barbaros gentili ritu vixerunt, pro culpę modo aliter, cum in Romanum solum redeunt, recipiendos docet eos, qui immolatitiarum escarum esu tantum, aliter eos qui se sacrificiis, vel aliis capitalibus criminibus polluerunt. Romaniam ergo vulgari vocabulo appellavit Rusticus Romanum imperium, ut Orosius lib. VII. cum de Ataulfo Gothorum rege loquens, ex ejus familiari se audisse narrat, inhiasse illum, *ut obliterato*, inquit, *Romano nomine, Romanum omne solum Gothorum imperium & faceret & vocaretur, essetque, ut vulgariter loquar, Gothia, quod Romania fuisset.* Sic & Salvianus in libris de providentia Romanos opponens barbaris, non Romanos tantum cives intelligit, sed quot- Ca. XVII.

quot ubique gentium Romano adhuc imperio & legibus parebant.

Pag. 1418. XI. *In S. Leonis Papæ I. epistolam XCV. ad episcopos Galliæ & Hispaniæ.*

De solennitate Paschali.] Theophilus Alexandrinus anno LXXVI. Cycli sui, cui respondet annus Christi CCCCLV. Valentiniano Aug. VIII. & Anthimio Coss. pascha celebrandum adnotarat VIII. kalendas Maias. Qui dies cum ultra præfixos terminos excedere videretur, hærebat Leo, num præstaret juxta aliorum potius calculum XV. kalendas Maias celebrari. Sed cum in re dubia consultus Martianus Imp. Theophili sententiam harum rerum peritis probari respondisset: tum Leo encyclicas de more scripsit, quibus Dominicum ejus anni pascha VIII. Kalendas Maias futurum denunciavit. Extant Leonis hac de re ad Martianum & ad Eudociam epistolæ LXIV. & LXV.

Pag. 1420. XII. *In epistolam Leonis, Victurij, Eustochij, quæ XCVI. est inter epistolas S. Leonis, eique falso tribuitur.*

Leonis nomen plerosque omnes hactenus induxit, ut hanc epistolam Leoni papæ adscriberent, atque inter ejus epistolas collocarent numero XCVI. cum revera sit Leonis Bituricensis, qui una cum Victurio Cenomanensi & Eustochio Turonensi eam scripsit ad episcopos & presbyteros provinciæ, non Thraciæ, ut inter Leonis epistolas vulgatum est, sed tertiæ, quo nomine Turonica provincia designatur, quæ est tertia Lugdunensis. Ad calcem vero epistolæ, post subscriptiones trium episcoporum, sequebatur in codice S. Remigij Remensis clausula, *& cæteri qui adfuerunt episcopi subscripserunt*, ut hinc appareat, a pluribus episcopis, & in synodo fortasse aliqua editam fuisse, post Andegavensem, cui cum his tribus episcopis adfuerat etiam Chariato, qui hoc loco inter ejusdem provinciæ Tertiæ antistites numeratur.

A Censuimus itaque.] Clericum qui prætermisso episcopali judicio publicum judicium sua sponte adierit, ex clerico habendum, id est clericatus gradu & officio privandum decernunt. Quod si a laico pulsatus, & audiri se ab episcopo petens, impetrare non possit, tum ei ex permissu episcopi in sæculari judicio confligere licebit. Appendix Tom. III.

IN CONCILIUM INCERTI LOCI,

Ex quo S. Germanus Autisiodorensis, & sanctus Lupus Trecensis, episcopi, in Britanniam ad profligandam hæresim Pelagianam missi sunt. Pag. 1464.

B Synodum istam, prioremque S. Germani legationem in Britanniam, anno Christi CCCCXLVI. perspicue adscribit Sigebertus in Chronico. Beda etiam libro I. historiæ gentis Anglorum cap. XVII. post Saxonum in Britanniam adventum Germani legationem commemorat. Et vero postea contigisse necesse est; cum ex legationis istius historia quam Constantius presbyter in S. Germani vita descripsit, Britannos constet præsente Germano cum Pictis & Saxonibus conflixisse. Saxones autem quo anno in Britanniam irruperint etsi non omnes consentiunt, tamen ante hunc annum irrupisse nemo tradit. Adde quod idem Constantius autor est, Germanum ex Britannia reversum, alterum mox iter iniisse Arelatum, quo tempore Galliarum prætorio præfectus erat Auxiliaris. At Auxiliarem hoc anno & proximis præfecturam gessisse, vel ex iis patet quæ paulo ante dicta sunt in synodo de causa Chelidonij. Quare quod in vulgari chronico Prosperi, Cœlestini papæ temporibus, anno CCCCXXIX. affixa est Germani legatio, insititij, ut apparet, mendi suspicione non caret, ab iis fortasse qui cum Palladium in eas oras a Cælestino missum legissent, Germanum itidem ab eodem in Britanniam destinatum credidere: quod neque a Beda, neque a Constantio, vel Erico, neque ab ullo scriptore antiquo est proditum.

FINIS TOMI TERTII.



LVTETIÆ PARISIORVM.

Impensis { GEORGII IOSSE, DIONYSII BECHET, GVILLELMI LE BÉ, GABRIELIS & NICOLAI CLOPEIAV, PETRI LE PETIT, viduæ EDMVNDI MARTIN, LVDOVICI BILLAINE, GODEFRIDI MARCHER, IOANNIS DVPVIS, SEBASTIANI MARBRE-CRAMOISY, IACOBI PIGET. } viâ Jacobæâ,

M. DC. LXXI.



